3 1761 03987 2460

PRINCIPAL
W. R. TAYLOR
COLLECTION
1951

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/bibliasacraexseb01cast

I



SEBASTIANUS CASTELLIO
Græc. litterar. in academ. Baſil.
Prof. Publ.
Nat. Anno 1513. Denat. 1563. d. 29. Dec.

BIBLIA SACRA

EX

SEBASTIANI CASTELLIONIS

INTERPRETATIONE

ET POSTREMA RECOGNITIONE

IAM ACCESSERVNT

NOTAE EX MARGINE SVBIECTAE

CHARTAE GEOGRAPHICAE

ET

TEMPLI SALOMONIS DELINEATIO

VERSIONEM ET ADNOTATIONES

EX PRIMIS EDITIONIBVS EMENDAVIT

ET PRAEFATVS EST

INDICEMQVE LATINITATIS

SELECTAE

VVLGO NEGLECTAE MERITO ET

FALSO SVSPECTAE

522569
IS. S. SI

SVBIVNXIT

IO. LVDOLPH. BVNEMANN

REG. BIBLIOTH. ET GYMNAS. MIND. RECTOR.

CVM PRIVIL. POTENTISS. POL. REG. ET ELECT. SAX.

[V. I]

LIPSIAE

APVD SAMVELEM BENIAM. WALTHER

CIƆ IƆCC XXXVIII.

GOTHOFREDI VOCKERODT CONSVLTATIO DE PVERILI LATINI SERMONIS EXERCITATIONE EXPEDITIORE SIVE DISSERTATIO DE PRETIO ET VSV SINGVLARI BIBLIORVM LATIN. CASTELLIONIS

QVAE EDITIONI NOVAE N. T. LAT. CASTELL. CIↃ IↃ C XCIIII OLIM PRAEMISSA FVIT

CAPVT I. DE SCRIPTIONVM CASTELLIONIS PRETIO.

SVMMA.

I. Ea hodie vulgo neglecta: bonorum librorum fata, maxime in pium ſcholarum vſum ſcriptorum. II. Auctoris patria, ſtudia, monumenta qualia? III. Oppugnata latina eius Bibliorum verſio, et defenſa Melanchthonis de ſcribendi illius ratione iudicio. IIII. Singulares auctoris dotes, propter quas ſcripta eius iterum edi merentur. V. Huetii et Sammarthani teſtimonia de eodem.

I.

NOVI fœderis codex latinus, SEBASTIANO CASTELLIONE interprete, typis elegantiſſimis, et commoda forma, quam fieri potuit, emendatiſſime impreſſus, luci publicæ, et vſibus deſideratiſſimis hic redditur. Iacuit cum antiqui fœderis volumine, et aliis ingenii monumentis, quæ iſte auctor in vſus præclaros diligentiſſime confecit, diu, et fere ex quo illa nouitatis gratiam exuerunt, neglectus, ſituque obſitus, vt non ex vſu modo; ſed etiam e ciuium noſtrorum memoria pæne exciderit: perpetuo quidem inutilium, et inficetarum ſcriptionum fato; non raro tamen optimis, et vtiliſſimis, iis in primis, quæ non adeo publici ſaporis ſunt, communi. Contingit illud hac noſtra tempeſtate, inclinatis rebus chriſtianis, eius præſertim generis libris, qui veris et æternis hominum commodis deſtinati ſunt; et huius rei procurationem caſte, ſancte, et ſerio adminiſtrant, ſolo publicæ vtilitatis, et ſalutis auctoramento, ſine vanitate, partium ſtudio, inanium artium oſtentatione, et ſæcularium ornamentorum adparatu. Solemnis illa impuri veteratoris impoſtura eſt, vtiles piorum et eruditorum virorum labores, ſi intercipere non poteſt, maledictis inceſſere, accuſare, et omni ratione infamare: ac, ſi veritatis et innocentiæ viribus repellitur, ſubducere ex oculis hominum, quæ non poterat deſtruere. Prorſus omnem artis veteratoriæ conatum conuertit, effunditque in litteratorum hominum operas, quibus res ſcholaſtica iuuari, et ornari, puerique cum liberalibus artibus ſanctis moribus imbui poterant: quas ſi exſtinguere non valet, obſcurare; vel inutilium aliarum præceptionum mole opprimere laborat. Ita manet perpetuum ſcholarum malum, quod melioribus

inſtitutis ſurrogentur deteriora. Hæc, ni fallor, cauſſa fuit, quod nunc a plerisque ludis litterariis CASTELLIONIS *dialogi ſacri* exſulent, olim ſummo plauſu excepti, et propter dictionis puritatem et caſtitatem, argumenti facilitatem, et ſanctitatem non ſine ſingulari, et prono linguæ romanæ, et pietatis profectu pueris prælecti; Biblia vero latine ab eo reddita, ſuperſtite auctore ſæpius typis exſcripta, tractu temporis neglecta ſint, et nunc ferme ignorentur.

II. Etenim auctor, homo Allobrox, optimis artibus et rectis ſtudiis, quamdiu vixit, deditus: vixit autem, floruitque vsque ad LXIII ſuperioris ſæculi annum, XV natus: Græcas litteras XVIII annos Baſileæ profeſſus, bonarum artium profesſionem adeo non malis moribus, multorum ritu, corrupit, vt potius copioſisſimam, quam impi obo labore conſecutus eſt, eruditionem, cum ſanctis et chriſtianis moribus, et inculpato vitæ actu coniunxerit, et ſcriptos in eam rem libros ediderit, et vulgarit, quibus ratam raræ diuinæque dotis vtriusque mixturam mirifice expresſit. Certe omnia, quæ vir iſte rei ſcholaſticæ ornandæ, et ſacrarum litterarum illuſtrandarum cauſſa compoſuit, ingenii monumenta hunc colorem præ ſe ferunt, vt quantopere ſacro hoc lenocinio lectores bonæ mentis inuitant, demulcentque, tantopere malignos, et profanos, ad mentionem ſanctioris litteraturæ nauſeantes a ſui lectione, absterreant, et triſtes, contemtoresque dimittant.

III. Qui dictionem, qua in interpretandis ſacris litteris vſus eſt, infamant, et καταχρήσεις, ἀκυρολογίας et latini ſermonis intemperiem ei exprobrant,nimis acute vident. Deſinent autem maligne ſentire, ſi inſtituti ratione, viri ingenio et artium, quibus innutritus eſt, indole rem totam metientur. Agnoſcent potius accuratam romani ſermonis cuſtodiam, vbi materia non prorſus repugnat: quam nonnumquam inflectit; ſed adeo non detorquet, vt græci, hebraicique ſermonis expreſſurus indolem, non raro ab inſtituti ſui legibus discesſisſe videatur. Deprehendent, curioſam latinæ dictionis adfectationem non modo ſine animi vanitate ab auctore esſe adhibitam; ſed etiam obſcuris interdum rebus lucem fenerari. Dudum ſummi et ſapientisſimi viri legitimæ interpretationis laudem ei tribuerunt: orationem facilem,explicatam,dilucidam, ſuauem, concinnam, et diſertam; verba pura, et latina, et quæ propius naturam, notationemque græcæ, hebraicæque locutionis attingunt. *Philippus Melanchthon* ita ad eum ſcribit: *Conſpecta forma orationis tuæ, ſemper te magnifeci. Eſt enim, vt ſcis, ingenii, prudentiæ, iudicii, et veræ etiam virtutis index recta, et elegans oratio. Quare quum illa tua ornamenta conſiderarem, ne fieri quidem potuit, quin te diligerem: etiamſi familiaritas nulla fuit; ſuntque multi teſtes ſermonum meorum, quos de te honorificos ſæpe inter amicos habeo.*

IIII. At, inquis, communia ſunt multis iſta ornamenta, quorum ſcripta dudum in obſcuritate et ſilentio reponuntur. Ita eſt; ſed habet tamen CASTELLIO ſingularia laudis argumenta, et virtutes pæne diuinas, propter quas vindicare ab obliuione et ſitu ſcripta eius, par erat. Sic prorſus iis videbitur, qui cogitabunt, quibus præſidiis ſuccinctus interpretari ſacras ſcripturas adgresſus ſit. et qua religione, modeſtia, et diligentia id fuerit exſecutus? Latine, græce, et hebraice doctisſimus omnes ingenii et doctrinæ opes, quibus opus fuit, ad hoc negotium attulit; quod tamen ita tractauit, vt nihil ingenii viribus arrogaret: non confideret eruditionis adparatu: ſed a Deo obſcurorum locorum intelligentiam precibus efflagitaret. Neque præcipiti vſus eſt feſtinatione in proferendis operis ſuis in lucem et adſpectum hominum: diligentis-

ſime, et exquiſito labore confectas, perfectasque multos annos domi presſit, trutinauit, expendit, limanit. Poſtquam extruſit, quam modeſte de iis ſentit? quam ingenue in difficili, et longo opere errores non paucos agnoſcit? quam ſubmisſe veniam ſibi dari, et admoneri rogat? quam libenter aliis, qui translationem meliorem in lucem prolaturi ſint, ſe cesſurum, pollicetur? Quam plenum modeſtiæ verbum, et index animi candidi ſuæque humanitatis memoris eſt illud, quod alicubi adſcripſit: (Eſa. XXVII. 6. 7.) *hos verſus non intelligo;* ideoque de translatione mea dubito.

V. Obuia hæc inuſitati candoris nota voces criminoſas, quas ſummo viro, *Petro Danieli Huetio,* priuata forſan ſectæ cauſſa in noſtrum auctorem expresſerat, inter manus frangit, eliditque. Quum enim interpretationem eius adpellasſet *intemperantisſimam* (de claris Interpr. p. 190.) eique obiecisſet *faſtidioſam venuſtatem, nimiam curaturam,* addit: *homo ceteroquin ſimplex, et ab omni faſtu alienus: vt de eo vere ſcripſit Sammarthanus: et eximiam in operis ſui præfatione ingenuitatem et candorem præ ſe ferens, proptereaque a nobis ſine contumelia dimittendus.* Clariora et pleniora documenta, ex quibus, quo loco esſe debeant CASTELLIONIS Biblia Latina, et viri virtus, cognoſci et iudicari poteſt? ſuppeditabunt præfationes, quas auctor vtriusque fœderis codici præmiſit. Eædem hic in fronte operis præſentis ſubiiciuntur in experimentum publici ſaporis. Ex huius enim libelli fortuna ratio conſtabit integri operis e ſitu et tenebris eruendi, vel relinquendi. Quod ſi placuerit forma, et typus, eadem ratione reliquæ codicis ſacri partes, paruis voluminibus diuiſæ, ſubſequentur.

CAPVT II.

DE VSV N. T. LATINI CASTELLIONIS.

S V M M A.

I. Ad linguæ cuiusque exercendæ vſum accommodata lectio N. T. ea lingua expresſi. II. Ad latini ſermonis exercitationem primam adiuuandam; et expeditam reddendam aptior N. T. latini, quam aliarum latinarum ſcriptionum lectio. III. Puerilis progresſus in latina lingua diſcenda impedimenta vnde? tolli poſſe adhibita, præter alia, et ſolemnia exercitationis ſubſidia, verſione N. T. latina. IIII. Huius tractandæ modus commodus: V. rite tractatæ fructus, et ſucceſſus. Ad hoc inſtitutum aptisſima Caſtellionis interpretatio.

I.

QVIS interim huius libelli vſus ſingularis esſe posſit, paucis accipe! NOVVM TESTAMENTVM, præter diuiniores et ſacratisſimos vſus, commodisſimum etiam diſcendarum linguarum inſtrumentum esſe, crebris noſtra tempeſtate, qua linguarum ſtudia maxime vigent, cognitum eſt (*a*) experimentis. Non græcæ modo litteraturæ plerisque in eo tirocinium eſt, ſed, qui variarum linguarum facultatem ſibi parare inſtituunt, prima rudimenta nullo negotio arripient, ſi NOVVM TESTAMENTVM, eo ſermonis genere expoſitum, quem diſcere geſtiunt, diligenter legant. Hac via non pauci antiquarum, Syriacæ, Arabicæ, Copticæ, et Aethiopicæ non minus, quam Hiſpanicæ, Gallicæ, Italicæ, Anglicæ, aliarumque linguarum, quæ adhuc hodie in Europa populari ſermone vſurpantur, notitiam ſunt conſecuti. Pronus enim hic et facilis eſt profectus propter argumenti familiaritatem. Verbis claritatem, et ſententiis facilem intelligentiam conciliat res præuiſa, et materia a pueris

(*a*) *Linguarum ſtudio, et peritia ſpectatisſimus,* IOBVS LVDOLFVS *p. m. quum eius ſalutandi, et conſilii de linguis diſcendis exquirendi mihi, Ienæ adhuc verſanti, esſet occaſio, ſerio adfirmabat, nullam cuiuscumque linguæ diſcendæ rationem esſe commodiorem, et ad progresſus celeres faciendos aptiorem, quam ſi expresſum ea lingua, cuius ſtudio quis teneretur, N. T. diligenter legeret; ſeque hoc modo linguas, quas cal-*

ris nota. Cuius enim aures, qui in chriſtiana republica verſatur, non perſonant Chriſti et Apoſtolorum dictis, factiſque ?

II. Quis vero neget, pari ratione diſci poſſe linguam latinam ? Cognitis enim generatim nominum, verborumque flectionibus, et eorum ſtructura, rectius et felicius prima lectionis et interpretationis exercitatio in accurata NOVI TESTAMENTI verſione poni poſſe videtur, quam in veterum ſcriptorum monumentis : quorum intelligentia impeditior eſt, et a diffuſa doctrina, longaque exercitatione pendet : vel in nouitiis commentis, non minus ſæpe a genio linguæ romanæ, quam captu puerili abhorrentibus.

III. Certe occupanda ſunt teneræ ætatis ſpatia, veteris eloquentiæ nondum capacia ; et poſt præcepta grammatica elementa, et qualemcumque vocabulorum adparatum mature proponenda eſt exercenda latinæ linguæ in ſermonis contextu materia : alias, quod vulgo fit, poſtquam plures annos puerorum ingenia torſerunt Grammaticorum regulæ, hoc tantum ſub ſeuera diſciplina proficiunt, vt quum ad legendos interpretandosque linguæ auctores acceſſerint, putent, ſe in alium terrarum orbem delatos. Quare grammatico curriculo dudum *orbis picti*, *ſcholæ latinitatis*, *et ſcholaſticæ eruditionis adparatus* ſuccenturiati ſunt a rei ſcholaſticæ conſultis, non improbando conſilio, vtinam pari ſucceſſu ! Cui obſtare videtur, quod, dum ex illis operum quotidianorum penſa ediſcenda proponuntur, vel particulatim a magiſtro explanantur, diſcentium ſtudium nec ſatis excitatur, nec facile retinetur. Nam in iſtos libellos vniuerſæ linguæ opes ſummatim conducuntur, et concluduntur : vnde curſum lectionis impedit multiplex, et noua ſemper materia, nouæ, et cumulatæ rerum, ſæpe obſcurarum, notiones, quibus impatiens ætas obruitur et laſſatur ; curriculumque præſcriptum cum faſtidio, ſub triſti diſciplinæ lege, emetitur, dum ab ignotis numquam ad notiora procedit : quod alias mirifice ſolet oblectare diſcentes. Hoc pacto fit, vt rerum ſuarum incurioſi tirones trahant latini ſermonis ſtudium, extrahantque in maturos adoleſcentiæ annos, ſine profectu inſigniore. Quid ſi igitur verſio aliqua N. T. latina, ad romanæ dictionis veteris normam expreſſa, cum libellis iſtis coniungeretur ? certe liberior pueris campus exercendæ latinitatis aperiretur, in quo cum maiori voluptate diſcurrerent.

IIII. En commodam quum in publica, tum in priuata informatione tractandi huius negotii rationem, ſine iactura temporis, reliquis operis impendendi ! In ludis publicis, et priuatis, ſi recte conſtituti ſunt, ſacra ſunt laborum auſpicia, inter quæ ex ſacris litteris caput vnum, vel plura prælegantur. Idem fieri ſolet, vel poſſet poſt finita lectionum penſa, et quando magiſtri, vbi plures vni claſſi præfecti ſunt, ſtationes mutant. Hic voce clara, diſtincta, et tarda pronuntiabuntur vernaculo ſermone expoſita, vel ab ipſo magiſtro : quod initio conſultum eſſet ; vel a tirone, ad legem præſcriptam. Reliqua interim puerorum turba inſpiciet, et conferet latinam verſionem, et tarde legentem facile adſequetur. Interdum ſi plus temporis huic exercitio impendi poteſt : quod cordatus magiſter pro prudentia ſua videbit, ordinabitque : tirones ipſi, nunc hic, nunc ille, extra ordinem, vt omnes attenti reddantur, euocabuntur ad recitandum aliquid ex verſione latina, vel interpretandum ſuo marte, ex tempore, idque vernaculo ſermone. Vernacula autem verba ſolum enuntiabunt : non quidem adnumerando ; ſed adpendendo : latina reticebunt. Hoc pacto ſenſus facilius percipietur, et lectionis curſus expedietur : quæ palmaria totius huius conſilii ratio, et operæ fructus eſt. Expoſitio accuratior, quæ verba verbis adnumerat, ordine naturæ, et grammaticæ diſciplinæ lege, cum analyſi : quæ ad ſolidos linguæ profectus comparandos neceſſaria eſt : in aliis veterum ſcriptorum penſis exercebitur.

V. Quid ex tali exercitio ſperari poſſit, opere experiri, quam verbis iactare ſatius eſt ? Certe ætate profecti, romanæ litteraturæ rudes, et tamen cupidi, ſi conſilium hoc fideliter ſequi ſuſtineant, in nominum, verborumque flexionibus mediocriter exercitati, nullo negotio eam latini ſermonis facultatem conſequentur, quæ ad vſus neceſſarios ſufficiet. Quum itaque de conſilii ſucceſſu tam grauis ratio, et illuſtria experimenta non ſinant dubitare : idonea verſio quærenda, vel facienda, erat ; et talis quidem, quæ ad romani ſermonis indolem quam proxime accederet. Sed dum CASTELLIONIS interpretatione nec inueniri nec facile fieri potuit melior, et ad hoc inſtitutum aptior : vel hanc ob cauſſam illa digna viſa eſt, quæ in ſpecimen, experimentumque operis e tenebris in lucem reponeretur ; cuique typus elegans, et non perfunctoria exſcribendi diligentia adhiberetur. Faue interim, beneuole lector ! conatibus eorum, qui litteras ſacras hac ratione ornare, publica commoda adiuuare, et bonorum voluntatem demereri voluerunt : et ita vtere libello, conſilioque propoſito, vt auctoris maieſtas, et rei ſanctitas poſtulat, interpretis, et conſultoris candor meretur. Habes hic firmiſſimum fatidicum ſermonem, cui recte facies ſi intentus fueris,

LECTORI INTEGRO SALVTEM!

ANnis abhinc aliquot SAMVEL BENIAMIN WALTHERVS, Bibliopola Lipſienſis, nouam verſionis Bibl. a Caſtellione confectæ editionem moliebatur, eam repræſentantibus in antecesſum pretium ſatis æquum addicturus. Ego, de vtilitate inde redundatura certus, ad alumnos Mindenſis Gymnaſii certum exemplorum numerum comparaui, quumque ſingulis diebus, duo, vt vocamus, capita ſacri codicis ſermone patrio esſent recitanda, auctor atque ſuaſor meis fui, vt ipſi præeuntem voce commilitonem taciti in legenda verſione latina ſequerentur, ego vero eodem tempore fontem aut hebraicum aut græcum adeundo omnia pro captu diſcipulorum aut temporis ratione accommodabam. Factum ex hac lectionis per aliquot annos perpetuitate, vt varias labes, quae inde ab an- CIƆ IƆ LIIII. in hac per ſe emendatisſima verſione penitus iam inſederant & inueterauerant, haud difficiliter eluerem. Quas meas emendationes quum forte cum editore, mihi tum nouo, ſed antiquae fidei amico communicarem, ille pro amicitiæ iure & aliorum commodo mihi, nihil tale cogitanti, nec optanti, imperauit, vt integram ſuam editionem Lipſiæ A. CIƆ IƆ CC XXVIIII. impresſam, (cuius tot exempla ad vnum omnia intra ſex annorum anguſtias ab emtoribus rapta,) relegerem, reſiduasque maculas exigerem. Quod quidem ita præſtiti, vt verſionem, ſicuti eam poſtremo emendauit, & Baſileæ A. CIƆ IƆ LXXIII. prodiit, in qua nonnullorum conuiciis motus voces eccleſiaſticas *angelus*, *baptizo*, *baptiſmus*, *eccleſia*, *dæmoniacus*, noſtis cetera, pro latinioribus *genius*, *lauo*, *lotio*,

reſpublica, *furioſus*, repoſuit, religioſisſime retinerem. Vix autem aliquot priores plagulas, vt vocant, emendando profligaueram, vbi vidi, recentiores editiones omnes huic ipſi poſtremæ recognitioni, per Petrum Pernam Baſileæ CIↃ IↃ LXXIII. excuſæ, adeo tenaciter inhæſiſſe, vt ipſos errores, quos hæc editio ab praecedentibus receperat, ipſaque ſuis, quod in tanto opere vix aliter fieri poteſt, non parum auxerat, propagarent, quibus quum ſemper noua vitia e ſingulis recens editis accederent; ipſa verſio non parum cepit detrimenti. Confugi igitur primum ad ipſum fontem hebræum, atque inde nonnunquam translationi ſuam integritatem reddidi, ſed interdum & ſic ſucceſſu res caruit, quia vir latinisſimus ab hebræa dicendi ratione recedens ſaepe latinam potius vim, reipſa licet illi reſpondentem, expresſit, quam ego non vbiuis, ſiquidem late patet latina dicendi facultas, potui habere perſpectam. Adii quidem alias verſiones latinas, ſed quum hæc ſæpe magis latina quam latine ſcripſerint, me ex incerto incertiorem reddiderunt. Quum itaque, abiecta omni ſpe Caſtellionis Moſem latine redditum Baſileæ A. CIↃ IↃ XLV. in 8. expiſcandi, editionem omnium primam integri translati Codicis Baſileæ Ao. CIↃ IↃ LI. apud Io. Oporinum in fol. vbique locorum anquirerem, commode accidit, vt WALTHERVS meus eam mihi ex Bibliotheca FEVSTELII, publice Lipſiæ diuendita, procuraret, atque ita meo deſiderio & publico non mediocri commodo conſuleret. Quam primum huius ſum factus compos, filio meo natu tertio CAROLO CHRISTOPHORO excitati ingenii iuueni eam mihi prælegendam dedi, ego vero omnes vllius momenti variationes ad exemplar, proximæ editioni dicatum, adſcripſi atque definita certa lectione, ſalutem antea ſæpe deſperatam noſtræ translationi multis in locis reddidi feliciſſime. Quodſi nihilominus aliquid difficultatis exſiſteret, compoſui denuo cum diuerſis Caſtellionis editionibus * textum Hebræum, LXX Inter-

* *Ex quibus ad manus erant præter primam* (2) *editio Baſil.* CIↃ IↃ LIIII; f. (3) *Baſil.* CIↃ IↃ LXXIII; f. (4) *Lipſ. apud Thom. Fritſch.* CIↃIↃCXCVII. f. (5) *Nouum Teſtamentum Baſileæ* CIↃ IↃ LIII. *apud Io. Oporinum in* 8. (6) *N. T. cum adnot. marg. Tremoniæ apud Albertum Sartorem A.* CIↃ IↃ LXIIII.8. *quæ editio emendatiſſima Iacobo le Long in Biblioth. S. Pariſ. 1723. f. non innotuit.* (7) *N. T. cum diſſ.* VOCKERODTI *Francof. ad Mœn. A.* CIↃ IↃCXCV.8. (8) *Tum Ei. Defenſio ſuarum translationum - Baſil. per Io. Opor. A.* CIↃ IↃ LXII. 8. (9) *Ei. Dialogorum S. libri IV. Medinæ apud Adrianum Gemard A.* CIↃ IↃ LI. 12. *ed. rariſſ.* (10) *Iidem,*

Interpr. et in N. T. græcum, præterea *Vulgatam*, *Vatabli*; (ita voco verſionem latinam Vulgatæ oppoſitam a Roberto Stephano minutiſſimis typis cum notulis Vatabli nomine Lutet. CIↃ IↃ XLV. 8. excuſam, quæ quidem cum Tigurina Leonis Iudæ & ceterorum Tiguri CIↃ IↃ XLIII. f. ſæpe eadem, haud raro tamen diuerſa eſt,) *Seb. Schmidii* et *Lutheri* verſiones; atque omnibus curate penſitatis conuenientiorem lectionem elegi, ſed ita religioſe in hoc negotio ſum verſatus, vt ne vllam quidem vocem integram, nedum phraſin receperim, aut eiecerim, niſi in ipſa aliqua editione Caſtellionis admiſſam, aut ab auctore alienam. Admodum paucas voces, quas penitus corruptas in omnibus editionibus credidi, certis rationibus motus correxi, quas hic indicare non dubito. Legebatur in omnibus editionibus Ioſ. 4, 14. *Sicut antea Moſem ſeuerant*, correxi: *ſ. a. M. timuerant*. In iisdem adhuc editum fuerat 1 Reg. 15, 18. *bello ad* INTERNECIVM *perſequi*. Proſcripſi vocem futilem et omnibus antiquis et nouis ignotam, et quamuis vna littera mutata *ad* INTERNCIEM corrigere potuisſem, malui tamen Caſtellioni ſemper adhibitum & optimis quibusque *ad* INTERNECIONEM reponere. 2 Reg. 21, 8. *Achiæ* mutaui in *Aiæ*, ita enim ipſe Caſtellio v. 10. et 11. cum he-

dem, quibus accesſerunt nunc poſtremo eiusd. marginales adnotationes Baſil. per Io. Oporinum A. CIↃ IↃ LXV. 8. *Vtinam plura talia ſubſidia mihi præſto fuisſent, maxime Nouum Teſtamentum Græcum cum verſione Caſtellionis Venetiis A.* CIↃ IↃ LXIII. 8. *Antuerp.* CIↃ IↃ LXXXIIII. 8. Lipſ. CIↃ IↃ XCI. 8. ab IACOBO le LONG ſed fide DRAVDII mihi ſuſpecta memorata. *E re ſane iuuentutis foret vti tali N. T. Græco, cui verſio Caſtellionis e regione esſet oppoſita. Forte noſter* WALTHERVS *talem editionem aliquando procurat. Nequidquam quoque quæſiui N. T. Caſtellionis Latinum Amſt. A.* CIↃ IↃ C LXXXVI. 12. NB. *innumeris in locis emendatum & ad nouam editionem comparatum, proiectum in vendita Bibliotheca Marckiana Hag. Com. 1712. part. II. p. 4. n. 51. licet minus fidei his adeo commendatis innumeris in locis emendationibus habeam. Per mihi gratum tamen fecerit, ſiquis eas mecum aut cum editore communicauerit. Excitat præterea Iac. le Long in Elencho Chronologico Bibliothecæ S. ſubiuncto f. 524. Biblia Lat. Caſtalionis in fol. Londini* CIↃ IↃ C XCIX. *& Noua Litteraria Lipſienſia.* (N. Zeit. von gelehrt. Sachen) *A. 1730. n.* LXXXVIII. *p. 775. ex Diario Litterario Anglicano memorant Biblia Lat. ex S. Caſtell. poſtrema recognitione Londin. A.* CIↃ IↃ CC XXVI. 12. *in quatuor tomis. Sed hæ Londinenſes editiones mihi non ſunt viſæ, licet hinc inde quæſitæ.*

hebræo. 4 Reg. 22, 14. *Aſias* correxi: *Aſaias*, quia ita in v. 12 et hebr. Suſpecta videbantur verba Deut. 23, 14 *Caſtra veſtra pura ſunto, ne ſi quid apud vos fædum videat*, AVERTATVR *vos.* Videbatur aut VOS delendum, aut pro AVERTATVR legendum: AVERSETVR. Sed nihil correxi, eſt enim Caſtellio ſæpe ſingularis eique ex aliquo antiquo talis vſus obuerſatus. Sic in alio compoſito Virgil. 1. Aen. 317. Volucremque fuga PRAEVERTITVR Hebrum. Immo ſic in ipſo hoc verbo Virg. 3. Georg. 499. *Victor equus*, fontes (que) AVERTITVR, quod recte Taubmannus exponit: AVERSATVR, et Seuerus Rhetor aliis verbis reddit: *hic* (equus) *fontis renuens.* Poſſem nunc ſatis magnum numerum emendatorum a me locorum ope primæ editionis potisſimum producere, ſed me intra pauca ex V. et N. T. ſpecimina continebo.

Gen. 42, 36. Baſil. 1573. et recentiores omnes: *numquam eſt.* At quia *numquam* hic non quadrat, reſtitui ex Baſ. 1551. *nusquam*

Exod. 8, 19. Baſ. 1573. *occaluit animo;* peius Lipſienſes: *occultauit* animo: Reddo ex prima: *occalluit* animo LXX h. l. ἐσκληρύνθη ἡ καρδία pariter ac Actor. 19, 9. ἐσκληρύνοντο noſter tranſtulit: *occallebant*, de copia variandi vide meum indicem.

Exod. 34, 11. in edd. 1554, 1573, ceteris, poſt *Hettæos* addendum ex prima *Pherezæos*, *Heuæos.*

Deut. 28, 61. Baſ. 1573. cum reliquis *ſupereritis* perperam, præcesſit enim *vt.* At rectius Baſ. 1551 et 1554. *ſuperetis.* De *ſuperare* pro *ſupereſſe* dixi in indice.

Deut. 31, 19. Baſ. 1556, 1573. et ſequentes omnes: *eis in eos inſeras.* At Baſ. 1551 et 1554. *eis in os inſeras*, de qua phraſi Ciceronis in indice.

In nominibus virorum & locorum ſæpenumero errarunt fere omnes editiones, maxime in libris Regum, Paralipomenon, et Esdræ, quæ errata ſola ſi hic indicarem, integram paginam explerent, ea vero omnia ex prima editione et hebræo codice emendata.

3 Reg. 6, 7. omnes edd. *auectum.* male; At 1. ed. *aduectum.* bene.

1 Par. 18, 4. Baſ. 1573. et ſequentes: *corripuitque currus* corrupte; At edd. 1551 & 1554. *corrupitque currus.* Nam ita iterum 2 Reg. 8, 4. *corruptis omnibus curribus.*

Luth.

Luth. verſchmte S. Schmid. *eneruauit* Vulg. *ſubneruauit* Vatabl. *reddidit inutiles.*

2 Par. 18, 16. Baſ. 1573. et omnes recentiores: *vidi omnes Iſr. balantes* - (per b.) - *quaſi paſtore carentes oues.* Hic balatus *veruecum in patria craſſoque ſub aere natus.* Non vero errant edd. 1551 et 1554. exhibentes: *palantes* ſicut Matth. 9, 36.

2 Par. 18, 34. Baſ. 1573. & reliquæ: *ſimiliter iaculatus.* Reſtitui ex edd. 1551 et 1554. *ſimpliciter*, quod reſpondet hebræo.

2 Par. 28, 15. Baſ. 1573. et ceteræ: *quaſi parum iratum ſit in Iſr.* Rectius primæ 1551 et 1554. *parum irarum.*

2 Par. 34, 5. Baſ. 1554. et reliquæ: oſſa ſacrificiorum. Reſtitui ex prima: *oſſa ſacrificorum.* Sacrifici ſunt ſacerdotes.

3 Esdr. 6, 11. Baſ. 1573. cum ſecta ſua: *ſcitati.* At ed. 1551. *ſciſcitati.*

Iob. 33, 14. Stertebant editores Baſ. 1573. et eorum adſectatores, vbi edidere: *ſopore oppreſſi ſteterunt.* Inuigilabant operæ 1551 et 1554. dantes: *ſopore oppreſſi ſtertunt.*

Pſalm. 10, 12. Baſ. 1573. et reliquæ: adfer manum. Rectius 1. ed. *effer manum.*

Pſalm. 132, 10. Baſ. 1573. et recentiores: *ne aduerſare vincti tui animam.* Peſſime; Rectiſſime edd. 1551 et 1554. *Ne auerſare* vncti t. a.

Matth. 4, 16. Baſ. 1573. et recentiores, præuia ed. N. T. Baſ. 1553. in 8. *in terræ noctis regione.* At edd. 1551 - 1554. *in tætra noctis regione.* Scilicet, vt index meus oſtendit, Caſtellio cum optimis quibusque ſæpe iungit: *nox tætra.*

Matth. 13, 30. ed. 1573. et reliquæ: *colligant.* At ed. 1. *colligent* recte. a *colligare.*

Ibid. v. 33. Baſ. 1554, 1573. cum reliquis: *fermententur.* His peior ed. N. T. Baſ. 1553. 8. frumententur. At recte ed. 1551. *fermentetur* ſc. farina.

Matth. 26, 24. Edd. Lipſienſes: *quo pacto conficerent.* At antiquæ: *confierent.* Optime. vide indicem noſtrum.

Lucæ 8, 23. Edd. Lipſienſes dormitarunt in: *obdormuit:* ita enim non præferunt priores editiones, ſed *obdormiuit;* in quo exprimit Ciceronem 1. Tuſc. 38. *Endymion in Latmo obdormiuit* (non, *in Latino* vt edd. Fabri inde ab anno CIↃ IↃCC X. habent.) Ab *obdormiſco* nondum indicata exempla præteriti.

Iac. 2, 22 et 23. ed. Vocker. Francof. CIↃ IↃCXCV. 8. et

Lipſ. nouisſima: *adiuuaret - ſcriptum ſic* SE *habet.* At licet alibi recte dicatur res ſic ſe habet verhält ſich ſo: hic tamen non quadrat pronomen *ſe*; hinc reſtitui ex primis omnibus, *adiuuerit-ſcriptum ſic habet.* Ita iam ante Caſtellio Dan. 5, 25. *quod-ſcriptum ſic habet.*

3 Io. ep. v. 5. Vocker. ed. Francof. et nouisſima Lipſ. *feliciter agis:* Reſtitui ex græco et primis editionibus omnibus: *fideliter agis.*

Me quoque fideliter egisſe vel ex ſpeciminibus excitatis facile cognoſcent æqui lectores. Præter hanc vero emendandi curam *orthographiam* per integrum codicem ad *Cellarii* mentem informaui, quod eo potisſimum conſilio factum, ne litterarum ſtudioſi legendis *Cellarii* libris adſueti hic aliqua diuerſitate turbarentur.

Ipſe quoque ſedulus editor nihil plane omiſit, quod hanc
nouam editionem præ ceteris posſet reddere commendabilem.
1. Nam *primum* adeo accurate omnia imprimenda et corrigenda
curauit, vt paucos nouerim libros paris cum hoc ſacro codice
amplitudinis in Germania editos, in quibus adeo miram accu-
2. rationem præſtiterint editores. *Deinde* huic ſuæ editioni de-
mum *Caſtellionis adnotationes ad margines veterum editio-
num olim* poſitas ſalutari conſilio addidit, easque ſingulis pagi-
nis ſubiecit. Quæ accesſio omnibus, qui hanc verſionem in
deliciis habent, longe erit gratisſima. Haud raro enim hæ ad-
notationes minores ipſam verſionem ſplendide illuſtrant, mul-
tumque ad ipſarum rerum intelligentiam conferunt. Quis,
quæſo, facile per ſe esſet adſecutus, quænam ſint Iudic. 5, 11.
virtutes paganæ apud Israelitas præſtitæ, niſi adnotatio mo-
3. neret, esſe, *quas in liberandis pagis exſeruit. Tum* quædam
hinc inde ante omisſa ex antiquis editionibus, e. g. Tobiæ libro
ineunte, Eſteræ vero exeunte, et alibi intra ipſum textum diuer-
4. ſis typis ſunt inſerta, ne quid etiam hac ratione a quopiam posſet
5. deſiderari. *Tandem* templum Salomonis et *denique ad poſtre-
mum* duas tabulas Geographicas vnam ad Vetus Teſtamentum
alteram ad N. T. in æs accurate incidi et ad formam huius edi-
tionis adaptari curauit. Aſteriſci, quibus ipſa verſio hinc inde di-
ſtincta, indicant ad illa ipſa verba haberi adnotationes maiores Ca-
ſtellionis ſeparatim editas. His dictis præfandi officio defunctus vi-
deri poteram. Sed vix me ab moleſto conferendi emendandique
labore expedieueram; vbi nouus isque non minor, ſed ſi vis cre-
dere, maior ex priore labore labor eſt enatus. Scilicet rogatu ami-
cisſimi mihi editioris ingresſus ſum *indicem Latinitatis copioſis-
ſimum* inſtar corollarii ſed liberalisſimi operi emendatisſimo ad-
iun-

iungere. Ii, qui Caſtellioni eiusque verſioni aut minus fauent, aut eius elegantiam, cum vtilitate coniunctam varia, minus cognitam atque perſpectam habent, quorum in doctis quoque non parum multos adhuc esſe noui, aut mihi ſubiraſcentur, aut certe ſubridebunt, rati, me tempus longe melius et vtilius collocare potuisſe, quam in elaborando indice in ſcriptorem nouum, neque, vt vocant, clasſicum, ſiue æquandæ cum aliquo veterum auctoritatis. Ego vero non nego, ſi id temporis, quod huic editioni eiusque indici impendi, vel conſcribillandis notis ſæpe nodis in quosuis ſcriptores latinos iuuentuti explicandos dedisſem, me meo compendio, forte et honori, melius ſeruire atque iram, inuidiam et riſum aliorum facilius euitare potuisſe. Idem ego tamen ſpero immo plane confido, nonnullos ſi modo cum cura legerint et perlegerint, omisſis præceptis animo opinionibus, VOCKERODTII, WOLLII, BELII peritisſimorum pariter atque integerrimorum de Caſtellionis verſione iudicum, commentationes et commendationes doctisſimas, plerosque omnes pro ſua æquitate huic translationi eiusque amicis fore amiciores, certe mihi æquiores, præſertim vbi viderint, me in indice, adeo laborioſe constructo, hanc verſionem modo collaudare, conciliare, vindicare vbi fas eſt, modo ſeuere examinare, modo notare et damnare. Quis niſi iniquus rerum iudex meam a ſtudio alienam integritatem non comprobaret? Locutiones idem ſignificantes, cognatas & oppoſitas ſæpe ſub vno vocabulo aut phraſi notiori in vnum locum coegi, ex quo inſtituto copioſa auctoris noſtri variatio optime poterit cognoſci. Hanc vero rationem longe vberius potuisſem exſequi; niſi aut nimis operoſum fuisſet, aut veritus esſem, ne index per ſe iam late patens in nimiam increſceret amplitudinem. Pronum autem erit talium cupidis, ſua indicis exemplaria inſerta charta pura quamlibet vberrime tali modo locupletare. Præterea voces exquiſitiores phraſesque ſelectiores, certe præcipuas indicaui vbi vidi esſe inter has et illas quasdam hodie minus tritas aut fere neglectas, exempla veterum addidi; quando vero in Lexicis, maxime Fabri theſauro, a Buchnero, Cellario, Græuio, Stübelio, Falſtero et nouisſime Geſnero Viris Clarisſimis plena manu locupletato, exempla deprehendi, ſola nomina Ciceronis, Liuii & reliquorum per notas, memorasſe ſatis habui. Eo factum, vt multa auctorum veterum loca, quæ iam adſcripſeram, mea ipſius opera obſeruata, poſtea induxerim, ne index nimis amplificaretur. Quæ quamuis ita ſint, tamen lectores in meo indice quædam offendent in nulla adhuc vel locupletisſima Fabri editione obſeruata. Antiquata ſigno obeli inuerſo ⸸; eccleſiaſtica et barbara obelo ſimplici †; plane noua et

ab Caſtellione, quantum ſcio, ficta et excogitata, quorum tamen multa non inepte ſed ſcite ab ipſo ſunt informata, obelo duplici † † a certis et probatis diſtinxi; pro plerisque omnibus eiusmodi ſuſpectis meliora aut ex ipſo Caſtellione aut per me ex aliis obſeruata ſubieci. Potuit tamen fieri, vt nonnulla a me ſint notatata per ſe bona, licet nondum a doctis indicata, aut mihi iam non cognita. Quotus enim quisque ita omnia habet in numerato, vt, quid omnes atque ſinguli ſcripſerint, pernoſcat. Quota pars vocabulorum intercidit? quota pars quotidie detegitur? quota pars ante recepta in tanta litterarum et rei criticæ luce inducitur et exturbatur? Ego ipſe aliud agendo aliquot mille voces et phraſes ex antiquis etiam mediæ ætatis ſcriptoribus adnotaui; ſed nondum mihi licuit eas in ordinem redigere, ex quibus nihil aut parum in Fabri editionibus deprehendi. Non paucis minus notis addidi germanica, ne iuuenes aut minus in legendis ſcriptoribus exercitati, ſæpe a melioribus Lexicis deſtituti in legendo et intelligendo impedirentur ſed in promtu haberent, vnde ſuæ inſcientiæ conſulerent. Vulgatam nonnumquam ſatis elegantem, nonnumquam vix latinam et barbaram hinc inde cum noſtri verſione compoſui, quod facit ad diuerſitatem cognoſcendam. Ad Vatabli quoque verſionem (quam intelligam, ſupra monui) interdum prouocaui, quod Caſtellio, quum illa verſio ſuam aliquot annis anteuertit, illam nonnumquam, quod nondum ab aliis obſeruari memini, expresſit, aut elegantius ab ea deflexit. Videtur ſane Caſtellio in conficienda et perficienda ſua translatione omnes latinitatis forulos inſano labore excusſisſe et eam ex plenisſimis latitinitatis fontibus vberrime irrigasſe, ita propria, et quam aptisſime conuenientia verba plerumque conquiſiuit, vt dubitem multos fore noſtra ætate ita litteratos, vt cum Caſtellione paria facere hac in re posſint. Si quis eſt, ea qui putet ſe pollere hebrææ, græcæ, et latinæ linguæ notitia et cognitione, (fruſtra eſt qui vnam vel percalleat), is velim periculum faciat modo in vnico S. Codicis libro latine transferendo, næ ille ſi Caſtellionem dicendi proprietate, elegantia, copia ſuperauerit, ſuo iure erit ab omnibus collaudandus. Interim ſaluo ſemper examine, his mecum vtere.

Scripſi Mindae ad Viſurgim XIX. Calend. Sept.

A. CIↃ IↃCC XXXIIII.

CHRI-

CHRISTOPHORI WOLLII
A. M. S. THEOL. BACC. ET AD AEDEM D. NIC. CONCION. SABB.

DISSERTATIO CRITICA
DE EO QVOD PVLCHRVM EST IN VERSIONE SACRI CODICIS LATINA SEBAST. CASTELLIONIS
AVCTIOR ET EMENDATIOR.

SVMMA.

Recenſentur varia de latina S. CASTELLIONIS *verſione iudicia*, §. I. *horum cauſſæ*, §. II. *aberrationes in ea deſideratæ*, §. III. *notiones* PVLCHRI *generatim indicantur, ex mente* I. P. CROVSAZ. §. IIII. *et applicantur huc.* §. V. PVLCHRVM *ſpecialius in verſionibus exhibetur, ex ſententia abbatis* DE BELLEGARDE §. VI. *ita vt et in hac verſione* primum *ſit* CLARITAS, §. VII. *vnde illam a ſtili ethniciſmo abſoluit* §. VIII. IX. *et a temeraria nouarum vocum vſura*, §. X. *laudat idiotiſmorum expoſitionem idoneam* §. XI. *verborumque mirum delectum exemplis illuſtratum proponit* §. XII. alterum PVLCHRVM *eſt* FIDELITAS §. XIII. *hinc* CASTELLIO *liberatur a ſuſpicione eneruatæ emphaſeos ſacræ, ſtilique diuini maieſtatis læſæ*, §. XIIII. *a leuitate animi*, §. XV. *commendatur ob ſtilum rei conuenientem vbiuis vſurpatum, maxime in* CANTICO CANTICORVM §. XVI. *vindicantur diminutiuæ voculæ hic obuiæ ab idea obſcenitatis, et auctor ab animi profani ſuſpicione*, §. XVII. IOS. SCALIGERI *nimias laſciuorum auctorum laudes hac occaſione notat* §. XVIII. *oſtenditur* VSVS *caſtellioneæ verſionis* in hermeneutica ſacra, §. XIX. XX. *nec non* in ſcholis *et* academiis, §. XXI. *concluſio.* §. XXII.

§. I.

PRæceps iam, valdeque periculoſum ingredior iter, quod numquam, opinor, amœnitate ſua tam multos ad ſe inuitabit atque adliciet, vt non longe plures ineuitabili deterreat auocetque difficultate. Per anfractus quippe, variaque doctorum virorum, qui idem iam diu calcarunt, veſtigia ire deſtinauimus, at eo minime conſilio, vt iſta ſequamur, verum vt ab iis, ſaltem pleriſque omnibus, diſcedamus plane. Etenim ſexto ſupra decimum ſæculo, quo primum orbis eruditi lucem

adſpexit translatio omnium VTRIVSQVE FOEDERIS librorum latina, a SEBASTIANO CASTELLIONE, (a) gente Allobroge, et in celeberrima Baſileenſium academia publico quondam doctore, adornata, dici non poteſt, quam varias hæc vna virorum eruditorum experta ſit cenſuras. Ipſa lucidisſima olim eccleſiæ reformatæ ſidera, IOANNES CALVINVS, et THEODORVS BEZA, viri feruidisſimi ingenii, præ ceteris omnibus, huius ſui ciuis haud pepercerunt, ingenuo licet, conatui, ſeque hunc vnum, in quem mordaci calamo inueherentur, delegisſe, alios, vt crederent, induxerunt in opinionem. Atque hac quidem ratione, nihil a ſe humani alienum fuisſe, haud parum, fateor, luculenter declararunt. Eiusdem romani ſacrarum litterarum interpretis iurati profesſique hoſtes erant diuini verbi apud Geneuenſes oratores eo tempore eloquentisſimi. In *bibliis* enim *gallicis*, anno CIƆ IƆ LIX publicatis, odii ſui erga ipſum capitalis monimentum hæc exſtare voluerunt verba, quibus, haud ſcio, an quidquam de homine profligatisſimo omnium mortalium ac perditisſimo aſperius atque importunius pronuntiari posſit: *maintenant Satan a trouvé autant de translateurs qu'il y a d'eſprits légers et outrecuidez, qui manient les Ecritures. Si on en demande quelque exemple, nous en produirons un qui ſervira pour pluſieurs, c'eſt à ſçavoir la translation de la* BIBLE LATINE *et Françoiſe miſe en avant par* SEBASTIAN CHATILLON, *homme ſi bien connue en cette Egliſe tant par ſon ingratitude et impudence, que par la peine, qu'on a perdue après lui pour le reduire au bon chemin, que nous ferions conſcience non ſeulement de faire ſon nom (comme jusqu'ici nous avons fait) mais ausſi de n'advertir tous chrêtiens de ſe garder d'un tel perſonnage, comme* INSTRVMENT CHOISI DE SATAN, *pour amuſer tous eſprits volages et indiſcrets. Certainement s'il y eut onc une épreuve d'ignorance conjointe avec une temerité effrontée, jusques à ſe joüer de l'Ecriture ſainte, et l'expoſer en riſée: tout cela ſe trouvera aux translations et écrits de celui, dont nous portons tel temoignage à nôtre grand regret, d'autant que nous aimerions beaucoup mieux qu'il nous eût baillé occaſion d'en parler tout autrement.*

§. II.

Quemadmodum vero nihil hodie eſt ſollemnius, quam vt maleferiati homines eos, qui haud immerito ſuas ab ipſis ſeiungunt ſententias, vehementioribus verbis proſequantur; plane ac ſi manſuetior IESV CHRISTI diſciplina, cuius in vnius iurandum verba magiſtri, idcirco nobis concesſa esſet, vt altercandi profanis præberet argumentum: ſic olim fuisſe reperimus. Cauſſa enim huius adeo vatiniani aduerſus CASTELLIONEM odii, ſicut ætatis, qua ille vixit, nos edocent annales, nulla fuit alia, quam hæc, quod is indigniores crudelioresque hominum, quos iſti magnæ auctoritatis viri, decretoria quadam ſententia, tamquam confesſos atque conuictos, hæreticorum numero adiunxerant, perſecutiones, formidoloſamque prædeſtinationem, (b) decretum, quod eccle-

(a) Is quoque CASTALIO, et gallicana lingua CHATEILLON adpellari ſolet; id quod neminem, vt puto, praeterit, niſi qui hoſpitem plane ex hiſtoria litteraria retulit animum.

(b) Obſeruante GOTTFR. ARNOLDO, *hiſtor. eccleſ. lib.* XVI. *c.* XXII. *§.* XXXI.

eccleſiæ reformatæ doctores hodieque tuentur, omnibus improbaret modis. Hinc pelagianiſmi, anabaptiſmi, ſocinianiſmi et arminianiſmi tam innocenti viro inurebatur nota. Ita ſcilicet eſt argumentum, quod ab inuidia ducitur, peſſimæ, atque adeo deſperatæ cauſſæ indicium haud ſane infitiandum. Neque vero vana erat, quæ tantis viribus pollebat, ira, et multorum obtrectatio non poterat non facile deuincere vnius boni virtutem viri, eiusdemque pauperrimæ in primis conditionis, quippe ad quam eumdem deſtinauerat præpotentis et immortalis NVMINIS, cuius nutu cunctæ mortalium res quam ſapientiſſime diſpenſantur, ineluctabile fatum. Hoc quum ita ſit, nemini profecto mirum videri debet, quod ſub iſtorum grandium heroum vexillo, veluti ſtipendiarii milites, concertauerint alii, neque terſiſſimam auctoris noſtri eleganter docti verſionem, quamquam ab haud paucis, vt mihi plane exploratum eſt, vix fugitiuo oculo introſpectam, non ſine acriori cenſura dimittendam eſſe exiſtimauerint. Nactus vero is etiam eſt, vt plerumque vſu euenire ſolet, ſummos excellentium, quibus exſplenduit ille, virtutum prædicatores, quos inter hi, quos ſuperior ætas oſtentauit, immortalis gloriæ viri, MELANCHTHON, HVMFREDVS, EPISCOPIVS, PFEIFFERVS, et VOCKERODT, honoris cauſſa adpellandi ſunt. Vt alios tacitus prætercam, quorum eo verior cenſenda laus eſt, quoniam ipſi in ſumma laude vixerunt. Horum, vt et aliorum complurium, ſiniſtra non minus, quam benigniora recenſent iudicia ſcriptores celeberrimi, IACOBVS LE LONG, (c) pariſinus doctor, PETRVS item BAELIVS, (d) CHRISTIANVS KORTHOLTVS, (e) et qui *Gallorum ſaeculo* XVI *doctrina illuſtrium elogia* cum orbe erudito communicauit, SCAEVOLA SAMMARTHANVS. (f)

§. III.

Si quis aberrationum, quarum caſtellionea conuerſio vulgo poſtulatur, enarrationem a me, impigerrimo earumdem venatore, deſiderauit, eæ huc fere redeunt omnes atque ſingulae. *Primum* iſta, ob latinitatis ciceronianæ, et puræ et elegantis, nimis ſuperſtitioſam conſectationem, *deinde* propter ſtili ethnicismum, *tum* et eneruatam, neglectamque emphaſin pariter, ac diuinorum oraculorum reuerendam maieſtatem violatam, *hinc* mollioris effeminatæque, et tantum non obſcenæ, quam in ſacro ſancti CANTICI CANTICORVM interpretatione occurrere perhibent, tibulliana & catulliana, quam diuina ode, dignioris expresſionis ergo, et *denique* ob noua vocabula, in theologorum ſacrariis adhuc inaudita, inuſitataque, viris vapulat eruditis. Cordatisſimus quiuis ſua iam ſponte intelligit, accidisſe CASTELLIONI, quod viris, qui barbariei maſculo vmquam animo ſeſe obiecerunt, omnibus, vt meritisſimæ, ad quam graſſabantur, famæ comites haberent inuidorum quorumdam calumnias atque obtrectationes. A quibus tamen vt

XXXI *ſeqq* add. *part.* IIII. *ſect.* II. *n.* LVII. *p.* 448. Conferri quoque meretur *das hiſtoriſche Lexicon*, voc. *Caſtalio*.

(c) In *bibliotheca ſacra*, *p.* 695. *ſeqq.* editionis a S. R. C. F. BOERNERO, ſacrarum litterarum in hac academia primario hodie doctore, iam olim curatæ.

(d) Dans le *Dictionaire hiſt. et crit.* voc. *Caſtalio.*

(e) In tract. *de variis ſcripturæ editionibus*, *cap.* XV. §. XII. *p* 267. *ſeqq.*

(f) *Lib.* II. *p.* 70. *ſeqq.* editore viro clariſſimo, CHR. AVG. HEVMANNO.

vt hanc ipſam, quam nunc veſte noua indutam in lucem denuo prodire videmus, verſionem ex merito vindicemus, operæ, opinor, pretium erit. Atque adeo inconſideratis huius innocentis conatus oſoribus, vnius veritatis inductus ſtudio, diem dicere, et eos in arenam euocare animum ſumam, DE EO QVOD IN HAC VERSIONE PVLCHRVM EST, quoad eius fieri poterit, breuisſime commentaturus.

§. IIII.

Parum abeſt, quin mihi confitendum ſit, totidem inueniri de pulchro ſententias, quot capita. Etenim, prout cuiusque ingenium eſt, et vt quisque rem aliquam, ſenſus ſuos externos iucundisſime adficientem, animumque permulcentem voluptate lætisſima, percipit, ita eamdem maxime pulchram iudicat. Atque hinc fit, vt adeo discrepantia mortalium de pulchro iudicia ſuis innitantur perceptionibus, iisdemque aut vanis, aut ab omni vanitate alienis. Neque vero noſtra multum intereſt, ea, quæ veteres philoſophiæ magiſtri, exempli gratia, SOCRATES, aut, ſi mauis, PLATO ipſe, SOCRATEM hac de re cum HIPPIA ſermones ſociantem inducens, de eo, quod pulchrum eſt, *generatim* disputarunt, hic recenſere, quum iſthæc omnia in *Hippia* maiori, aut in *Phædro* a nemine non euolui queant. Magis arrident, fateor, nobis, elegantisſimæ, quas vir in orbe, qua cultior patet, clarisſimus, I. P. DE CROVSAZ, philoſophiæ et matheſeos in Luſannenſium academia profesſor celeberrimus, eius, quod vere pulchrum esſe debet, conſtituit, notiones. Requirit nimirum ad iſtud *varietatem* quamdam rerum, *vniformitatem*, ſiue in nonnullis conuenientiam, aptam partium *conformationem*, & ad certam regulam compoſitionem, *ordinem* præterea, atque concinnam *proportionem.* (g) Fateor equidem, atque etiam profiteor, et præ me fero, hasce notiones potiori iure ad hortos, ædificia, conſimilesque mathematicas, quam alias, adcommodandas eſſe res; at nihilo tamen ſecius periculum ſum facturus, an non de verſione, quæ nobis hæcce præfandi causſam dedit, easdem prædicare liceat pulchritudinis ideas. Ad hoc autem negotium eo aptiorem me fore confido, quo maiore attentione animi, nec minori iucunditate, in haud exigua eiusdem parte, continuato ordine, circumtuli mentem, et cetera pasſim oracula peruolutaui. In re haud ſane parum ſimili nobis præiuit exemplum, et easdem notiones ad theologiam conuertit theologus Ienenſium ſumme venerabilis, ſemperque cum cura dicendus, IOANNES FRANCISCVS BVDDEVS, in ſingulari commentatione, quam *de eo, quod in theologia pulchrum eſt,* ex inſtituto conſcriptam, anno CIↃ IↃCCC XV typis exſcribendam curauit.

§. V.

Laudibus igitur haud dubie meritis proſequenda eſt ornatisſima CASTELLIONIS verſio propter purisſimarum caſtisſimarumque vocum

(g) Vid. I, P. DE CROVSAZ *Traité du Beau, chap.* III. *p.* 12. *ſeqq.* Huncce pulcherrimum librum qui Amſtelodami CIↃ IↃCC XV in lucem editus eſt, perlegisſe neminem pœnitebit. Eum ſi quis haud posſideat, et tamen, quæ ſit eius ſumma, nosſe velit, is adeat IOANNIS CLERIC, qui Amſtelodami litteras elegantiores hodieque ornat atque tuetur, *bibliotheque ancienne et moderne, tom.* II. *part.* I. *p.* 210. *ſeqq.*

cum pariter, ac phraſium miram *varietatem*, quæ plena eſt cuiusdam voluptatis, et vehementer animum in legendo retinere ſolet. Namque dicendi rationes, auditas ſemel, ſi iterantur, faſtidimus illico, et quantumuis eamdem rem, aliis ſubinde, atque aliis modis expresſam poſtulamus. Fortasſe et humanarum aurium ea ſtructura eſt, vt, neſcio qua, naturali necesſitate ægre quodammodo ſit, vno eodemque modo perpetuo adfici; id quod tum vſu venit, vbi vna eademque verba idemtidem easdem verberant. Hinc aurium ſenſum faſtidioſisſimum, haud ſine graui causſa adpellauit AVCTOR, quisquis ille ſit, AD HERENNIVM, *lib.* IIII. *cap.* XXIII. Sed et latinæ linguæ, cuius vſus inter eruditos eſt hodie, tantis adfluit opibus, tanta vocabulorum copia redundat, vt easdem voces, eumdemque loquendi tenorem perpetuo ſeruare non opus habere videamur. Ita, exempli gratia, interpres noſter græcam dictionem μετανοεῖν, varie, nimirum per *mutare ſententiam*, *corrigere ſe*, *redire ad frugem*, *mores* ſeu *vitam corrigere*, *ad ſanitatem* (h) *reuocari*, item ὑποκριτὴν mox per *hiſtrionem*, mox per *fictum* vel *perſonatum hominem*, ὑπόκρισιν vero per *ſimulationem* etiam expresſit. Atque eiusmodi mille alia inuenies variatæ latinitatis exempla. Tum vero admiraberis quoque obuiam in hisce *variis* locutionibus *vniformitatem*. Etenim in idea reali conueniunt ſingulæ, quamquam intuitu accidentalis ſiue accesſoriæ differant ideæ. Sunt nimirum voces quædam *vniuocæ*, vt philoſophi loquuntur, quæ et *principalem* et *accesſoriam* exprimunt *ideam*, eæque *motionem animi* vtplurimum declarant dicentis, e. g. *contemtum*, *amorem*, *modeſtiam*. Atque hæ id, quod in oratoria arte pulchrum eſt, conſtituunt. Auctor *artis cogitandi*, qui num LE BON, an PETRVS NICOLIVS ſit, dubium eſt litteratis, † has in philoſophicam ciuitatem adſciuit adpellationes: nec vero *ideam* illam, *realem* atque *accidentalem* dicere, alienum, re bene putata, arbitror, atque vna altera ſit vtique ſignificantior. Ad *conformationem* quod attinet, in eo conſentiunt λέξεις ac φράσεις caſtellioneæ, vt puræ ſint, atque ab ipſo caſtæ latinitatis antiſtite, et IC. romano eloquentisſimo, M. TVLLIO CICERONE, aliisque probatioris notæ auctoribus, vſurpatæ. Ad horum ergo dicendi genus, tamquam ad lydium quemdam lapidem, exigenda eſt hæcce noſtra translatio. *Ordo* in primis ex ordinata verborum collocatione, et ex indole ſtili, rebus ſemper accommodati, luculentisſime conſpicitur. *Proportio* denique quum ex iuſta periodorum menſura, tum maxime ex adæquata expresſione nemini obſcura esſe poterit. Vt rem breuiter ſummatimque complectar, habet caſtellionea verſio cuncta terſi et elegantis ſtili requiſita, *latinitatem* nempe, *concinnitatem*, *ornatum*, atque *congruentiam*; de quibus cum cura exponentem vide IC. hodie præcellentisſimum, et de cultiore latinitate meritisſimum, IO. GOTTL. HEINECCIVM. (i) Atque vt veteres olim rhetores orationis pulchri-

(h) *Sanitas*, quæ proprie *corporis* eſt, hic ad *animum* transfertur. Sicut et *ad ſanitatem redire* CICERO dixit ad *fam.* XII, 10. vbi conferendus PAVLLVS MANVTIVS.

† LE BON nominant *Menagiana*, *tom.* IIII. *p.* 141. et *Memoires de literature*, *tom.* I. *p.* 221. Contra vero P. NICOLIVM excitat GIBERTVS, profesſor pariſinus, *tom.* III. *iudicior. de ſcriptoribus artis rhetoricæ*, A. CIƆ IƆCC XVIII in lucem edito, *p.* 211. 222. 257. Non caret veri ſpecie celeberrimi HEVMANNI coniectura, quæ in eo ſita eſt, vt putet, alterum forte alteri adiutrices præbuisſe manus.

(i) *De ſtili cultioris fundam. part.* I. *lib.* I. *cap.* II *p. m.* 50. *ſeqq.*

chritudinem ac dignitatem in partium omnium decentia ponebant, ita, quum dictioni ſua conſtet munditiees, periodis ſua concinnitas, et ipſi compoſitioni ſuus nitor, pulchram merito dixeris CASTELLIONIS verſionem. Is enim omnem mouit lapidem, vt ſophiſticam illam, ac calamiſtratam, quæ tota ad pompam et oſtentationem comparata eſt, elegantiam procul ab illa faceſſere iuberet. Cuiusmodi καλλωπισμὸν, cum meretricio fuco haud temere comparandum, infeliciter adſectauit IOANNES BARCLAIVS, pueris idcirco minime legendus, qui nondum aere lauantur.

§. VI.

Verum vt ad id, quod cauſſæ caput eſt, propius ac *ſpecialius* conſiderandum deueniamus, ordinis iam poſtulat ratio. Quum translatio nihil aliud ſit, quam clara & fidelis expreſſio cogitationum alicuius auctoris in diſcrepante ab ea, qua ipſemet vſus eſt, lingua; recte omnino ac præclare ABBAS in Gallia haud incelebris DE BELLEGARDE *(k)* duas elegantis ac pulchræ translationis conſtituit partes, quæ *claritatis* ac *fidelitatis* nomine ab eodem inſigniuntur. Et CLARITAS quidem, ex eiusdem ſententia, *caſtitate ſtili, dictionis elegantia*, et *delectu verborum* propriorum atque ſignificantium, abſoluitur. Ad FIDELITATEM vero requirit ille *expreſſionem facilem* et *adæquatam*, non vero *contortam coactamque*, vt et *dicendi genus* ipſi quidem *auctori* quum maxime *conueniens*, ita, vt ipſum ſua lingua loqui exiſtimes. Haec quum a nemine in dubium iure vocentur, et in ea, quam hactenus commendauimus, verſione occurrant, fatendum omnino erit, nihil ei ad veram ac germanam deeſſe pulchritudinem. Quid quod *perſpicuitatis* et *fidelitatis* potiſſimam rationem ſe duxiſſe in *præmiſſa ad* EDVARDVM *Angliæ regem dedicatione* diſertiſſimis verbis ipſemet confitetur CASTELLIO. Atque ex hoc vnico fine ac ſcopo huius romanæ vetuſtatis peritiſſimi ſacrarum pandectarum enarratoris penſare decet laborem.

§. VII.

Itaque caſtellionea verſio *pulchra* dici *primum* meretur ob ſingulare, quod in eo potiſſimum elucet CLARITATIS ac perſpicuitatis ornamentum: qua quidem de re, haud ſcio, an quis vmquam dubitauerit. Neceſſe ergo fuit, vt et PVRAE caſtæque, et ELEGANTI latinitati moleſte ſedulam nauaret operam. Iam vero in aurea ætate, quæ feliciſſimo iam olim ſidere exorta, in cælum latinam linguam extulit, primas fert, et quidem merito ſuo, M. T CICERO. Veriſſimum enim eſt FABII QVINCTILIANI, quo nemo curatius pariter, atque ornatius dicendi præcepta tradidit, elogium: *ille ſe profeciſſe ſciat, cui* CICERO *valde placebit.* (*l*) Sed et alios eiusdem ætatis ſcriptores, nihil elegantia CICERONI cedentes, atque pura oratione ita ſuaues, vt latine loqui pæne ſoli videantur, in conſilium aduocauit. Qua de re ipſa quidem inſpectio neminem non dubitare vetabit. Quum nimirum videret vir ingenuus, muſas in omni diſciplinarum genere latine loqui, vires ingenii ſui experiri voluit, num et ſacram ſcripturam, negligentiore ad-

(*k*) *Reflexions ſur l' Elegance et la Politeſſe du ſtile, pag. 425. ſeqq.* Hic quidem politiſſimi ingenii vir gallicanas modo translationes ob oculos habuit, verum iſtæ præceptiones ſunt eiusmodi, vt et in aliis linguis in ſuccum et ſanguinem haud incommode conuertantur.

(*l*) *Inſtitut. orator, lib. X. c. I.*

adhuc, et horridiore ſtilo in latinum ſermonem conuerſam, noua, nec dum vſitata munditie et elegantia expreſſam exhibere poſſet. Eo itaque animo, in primisque ſtudioſam iuuentutem ad ſanctiora VTRIVSQVE FOEDERIS ὑπομνήματα diligentius euoluenda, caſta ornataque dicendi ratione inuitaturus, nouam ſuam interpretationem Geneuae anno CIↃ IↃ XLII inchoatam, conſequenti demum anno CIↃ IↃL ad auſpicatisſimum perduxit finem, eidemque adeo elaborandae nouem ipſos annos ſumma animi, eaque continua alacritate impendit. At pium hocce conſilium viri rapuerunt in contrariam partem obtrectatores. Perperam vtique. *Cur enim alibi comti, hic incomti, alibi politi, hic polluti: alibi Cicerones, hic ſcoti et barbari erimus? Cur ceteræ artes humanæ et profanæ niteſcere, ſola vero ſcriptura horreſcere debet?* adpoſite pronuntiat LAVRENTIVS HVMFREDVS, Magnæ quondam Britanniæ clarisſimum lumen. Veneres igitur, et caſtitatem, tamquam ſcopum vnicum ac vltimum, conſectaturus CASTELLIO, non poterat non a *barbariſmis* et *ſolœciſmis*, vitiis orationis haud temere excuſandis, pro virili parte abſtinere, *vocumque* adeo *eccleſiaſticarum*, hoc eſt, a patribus eccleſiae occidentalis, et maxime ab INTERPRETE illo ſcripturarum latino, quem VVLGATVM vocari moris eſt, in latinitatem inuectarum, eierare vſum. Quum enim iſtæ tantum non omnes elegantiore ſtilo æque commode posſint exprimi: non video, cur ſtudio barbariſmos venari debuerit.

§. VIII.

At, inquis, hac ratione nemo a *ſtili ethniciſmo* abſoluere poterit CASTELLIONEM, isque, quum CICERONIANORVM auxerit familiam, *ciceronianam* nobis exhibuiſſe *ſcripturam* iure cenſetur. Ita quidem de eo iudicat CASP. SAGITTARIVS. (*m*) Enim vero erras toto cælo: ego reſpondeo. Nusquam enim in noſtro caſtæ latinitatis ſcriptore, qui ſacrum codicem romana ciuitate donare conatus eſt, etſi diu id ſaxum volui, neque in prima editione, anno CIↃ IC LI Baſileæ, impenſis IO. OPORINI euulgata, neque in ceteris, reperire potui voces e ſacris profanis arcesſitas, et ab eodem ad ſacroſanctas religionis chriſtianæ cærimonias atque myſteria temere adcommodatas. Id quod præcipue feciſſe perhibentur illi, qui ſe CICERONIANOS vocari voluerunt, LONGOLIVS, BEMBVS, SADOLETVS, aliique, contra quos *ciceronianum* ſuum conſcripſit ERASMVS, vitiorum, quæ in ſtilo committuntur, acerrimus cenſor. Hi enim, quum grande nefas admitti ſibi perſuaderent ipſi, ſi vllo vterentur vocabulo, quod ciceronianum non eſſet, θεάνθρωπον, heroa, quaſi ex ſemiſſe DEVM, et ex ſemiſſe hominem, *baptiſmum* porro *aquas luſtrales*, et *ſacram cœnam* denique *ſanctificum cruſtulum* adpellare non dubitauerunt. Citamus IVLIVM CAES. SCALIGERVM, locupletisſimum eius rei teſtem. (*n*) Neque interpres noſter, vt iam QVINCTILIANI tempore multi, ſe exiſtimauit illam CICERONIS vbertatem adſecutum, ſi plerisque periodis illam in CICERONIS operibus nimis fre-

(*m*) *De lectione et imitat. Ciceron. p. 56. ſeq.* vbi errauit vir doctus, quod noſtrum huncce CASTALIONEM vocet IOSEPHVM, qui quidem ob alia ingenii monimenta haud incelebre nomen retulit. Fortaſſe id indicio eſt, eum alienis vidiſſe oculis.

(*n*) *Poet.* VI. *pag.* 800.

frequentatam clauſulam, ESSE VIDEATVR, adiungeret. (*o*) Non is voces, vſu licet nondum probatas exploratasque ſatis, tamquam CICERONIS proprias, inſano eiusdem amore ductus adhibuit, exemplo PETRI BEMBI, qui *multisſimus* inconſiderata temeritate dixerat. Verum in *epiſt.* ad *Attic.* XI, 2. non legendum esſe *ex multisſimis*, ſed *ex multis meis* miſeriis, expenſis codicibus MSC. deinceps adparuit. Deridendum ſe propinauit MELCHIOR INCHOZERVS, loiolita, dum cæleſtis patriæ ciues non alia, quam latina lingua ſermones habituros esſe putauit. (*p*) Ita hunc præ Helena ſua cetera ſordebant omnia. Atque hæc ſunt ſuperſtitioſæ latinitatis conſectatorum exempla, quæ non alio, niſi hoc, recitauimus conſilio, vt interpretem, in cuius latina bibliorum verſione id, quod pulchrum eſt, iam admiramur, ab iſta, et alia haud disſimili, latinitatis ſuperſtitione vindicaremus. Adderem plura, niſi ſponte ſua hæc nemini non ſuccurrerent, atque ſi fas esſet in re omnibus nota otio abuti. Nondum vero is, qui *genius* pro *angelo*, *fanum* pro *templo, lauare* et *lauacrum* pro *baptizare* et *baptiſmus*, *tartarus* ſiue *orcus* pro *inferno*, aut denique *collegium* pro *ſynagoga*, ponit, idcirco *ſtili ethniciſmi* accuſandus eſt. Hodie enim *caleſtis* et *infernalis* aut *infernus genius* pro *bono maloque angelo*, item *ſacro lauacro abluere* loco *baptizare*, præeunte PAVLLO, (*q*) nemo paullo æquior latinæ caſtitatis æſtimator dicere veretur. Quod ſi vero *fanum*, propterea quod ædem profano *deorum* cultui deſtinatam ſignificat, prorſus abiiciendum foret, etiam *templum*, quod noſtra quidem ætate vſitatius eſt, eadem de cauſſa a nemine vſurpari deberet. Nam quum et hæcce vox tota deorum cultui deuota, et plena ſuperſtitione ſit, ideo eam antiqui olim chriſtiani deteſtabantur, et diuinis cœtibus deſtinatas ædes *eccleſias* potius, *baſilicas*, nec non *ſacraria* DEI adpellare malebant; vt præclare obſeruauit BERNEGGERVS. (*r*) Ac ταρταρώσας, *in tartarum detruſit*, ipſemet diuinus PETRVS dixit. (*s*) Attamen varietatis ergo, eccleſiaſticas voces, *angelus*, *ſynagoga*, *fides*, *baptiſmus*, *baptizare*, perſæpe adhibuit CASTELLIO, maxime in poſtrema caſtigatione, ad cuius præſcriptum et nos hanc ipſam editionem noſtram formis deſcribendam curauimus. Vid. e. c. *Ioann.* XII, 29. 42. *Marc.* X, 39. 52. *Ioan.* I, 25. 26. 28. 31. 33. Mihi igitur haud vmquam perſuaderi poterit, voces in medium adlatas, eiusdemque generis alias, quum *ethniciſmum* redoleant, non esſe vſurpandas, ſed vtar hic ſemper meo iure, vetusque illud NON LIQVET pronuntiabo. Etenim quemuis etiam atque etiam commonefaciendum esſe duco, vt ſecum reputet paullo curatius, caute et cum cura diſcernendas esſe voces illas, quibus *idea* ethniciſmi ita *esſentialis* eſt, vt ſeparari haudquaquam posſit ab iis, quibus ea tantum *accidentaliter* adhæret, atque ab his diuelli optime poteſt. Nullam ego prægnantem video cauſſam, cur ab hisce ſeſe abſtinere in chriſtianum cadat ſcriptorem. Ita ſunt nonnulli, qui vocis *myſterium*, a μυεῖν vel μυεῖσθαι deriuandæ, natales a ſacris deorum, ſpeciatim eleuſiniis, repetunt: quum id

(*o*) *Inſtitut orat* X, 2.
(*p*) *In hiſtoria ſacra latinitatis, lib.* V. *cap.* II. Prodiit ea *Monachii* CIↃ IↃC XXXVIII in *forma*, quam vocant, *octaua*.
(*q*) *Epheſ.* V, 26. *Tit.* III, 5.
(*r*) *In idolo lauretano, pag.* 34. *ſeq.*
(*s*) II. *Epiſt.* II, 4.

id non eſſe inſolens adſerant, vt vocabula a cærimoniis et gentium profanarum conſuetudinibus ad res diuinas ſenſu innocenti et puriſſimo exprimendas transferantur. Erant autem *myſteria*, ſacra arcana et ſecluſa CERERIS apud Eleuſinem, notiſſimum in Attica pagum ſiue oppidum, vbi, quæ a *myſtis* in ſacris hiſce peragebantur, ſummo ac religioſo ſilentio occultabantur omnia. Qua de re pluribus verbis erudite diſſerit ISAACVS CASAVBONVS. (*t*) Nec minus in hominum, qui ſimulacra venerabantur, monimentis *ſacroſanctas* eas res atque perſonas dici, quas violare, ob legem a populo latam, nefas erat, nemo eſt, niſi in his litteris prorſus hoſpes, qui ignoret. (*u*) Et tamen DEVM *ſacroſanctum* vocare non dubitamus, probe gnari, genuinam ipſum colendi rationem non ab humano, ſed ab eius ſolius pendere arbitrio. Contra vero ea ab alterius claſſis vocabulis, tamquam *noxiis figuris*, vt vocat AVGVSTINVS, iure meritoque abſtinendum homini, qui in CHRISTI alumnis nomen profitetur ſuum, niſi data veluti opera *profanus* videri velit. (*v*) Quare frigidiſſimum omnino eſt, omnem

b quaſi

(*t*) *Exercit.* XVI. adu. BARONIVM *n.* XLII. Add. BARN. BRISSONIVS, *lib.* I. *formul.*

(*u*) Vid. *Neue Acerra philologica, part.* VII. *p.* 168. *ſeqq.*

(*v*) Is animi diis amici haud effugit ſuſpicionem, qui voces adhibet ſolius religioſi numinum cultus proprias, et ei velut adfixas atque adligatas, hoc eſt, quibus *dogmata* ad ſuperſtitioſam ſimulacrorum venerationem *vnice* pertinentia exprimuntur: quo in numero illæ poeticae ἐπικλήσεις, ac formulæ iurandi habendæ ſunt. In his enim ipſa *principalis* idea profana eſt, eamque ob cauſſam fieri non poteſt, vt ſanior aliquis vſus, ſecunda veritate, iis adaptetur. Quod ſi vero in vocabulis quibusdam latinis idea tantummodo *acceſſoria* ſit *profana*, huius quidem in locum notio *chriſtiana* omni ſine negotio ſufficitur. Philoſophi iuniores Platonici, qui P. C. N. aliquo numero fuerunt, hanc intellexerunt rem. Hi etenim ſuas de rebus religioſis cogitationes ita exprimebant, vt antiquas loquendi formulas pæne exuiſſe viderentur. Contra vero ea e diuinis noui fœderis ſcriptoribus multa mutua ſumere vocabula nulli dubitabant. Teſtes cito, PLOTINVM, HIEROCLEM, IAMBLICHVM, SIMPLICIVM, AMMONIVM, PORPHYRIVM, et alios, in quibus nomina a chriſtianis ſumta, ἀνακαίνωσις, φωτισμὸς, παλιγγενεσία, ἀνακαίνωσις, et alia ſexcenta, haud raro inueniuntur. Nihil hac etiam tritius eſt in illis formula, qua ſancti Dei ciues et coniuncti Domini *templa* et *ſedes Dei* vocantur. Anne vero quum hæ dictiones apud gentes a CHRISTI ſacris alienas inualuiſſent, antiqui ciuitatis chriſtianæ conditores earum ſibi interdixerunt vſum? Auctores græci et latini, quotquot ante natum Seruatorem famam ſibi aliquam peperere, voce δαίμων promiſcue bonas et malas naturas, medii cuiusdam Deum inter et homines generis, deſignabant. Neminem hoc præterit, cui vel vnus diuinus PLATO lectus eſt. Quum vero, qui a CHRISTO erant, malum impurumque ſpiritum eo indicarent nomine, hanc eamdem voci poteſtatem ſubiiciebant aduerſarii. Hoc, præter ORIGENEM, *lib.* V. *c. Celſum, p.* 234. AVGVSTINVS, de C. D. *lib.* VIIII. *c.* XIIII. *p.* 155. et *c.* XVIIII. *p.* 178 *Opp. edit. ord. S. Bened.* diſertis teſtatur verbis. Scilicet CHRISTI amici eas, quas a magiſtro ſuo, eiusdemque oratoribus, didicerant, notiones *reales* tam habuerunt ſancte, nihil vt ſanctius. Diis autem deuoti, etſi *acceſſorias* reciperent, ſuas tamen proprias, quæ ad *rem* ipſam pertinent, idcirco haud exuerunt animi ſpecies. Religio per ſe ipſa quidem a Deo patefacta eſt, vſus autem vocum religioſarum, quum a ſacroſanctis linguis discesſerim, ab arbitrio pendet hominum, ſermone vel patrio, vel alio, vtentium, ſed ita pendet, vt nec transuerſum vnguem, quod aiunt, a diuina ſanorum verborum recedant præſcriptione. Poſita hæc principia nullum non elegantis latinitatis cultorem erudient, quem ad modum cæleſtis diſciplinæ caſtitatem et latinæ linguæ nitorem ac munditiem coniungere conueniat, cuius me-

quaſi venari occaſionem inuocandi in auxilium et crepandi, qui hodiernorum poetarum mos eſt, IOVEM, VVLCANVM, IVNONEM, MERCVRIVM, NEPTVNVM, CASTOREM atque POLLVCEM. Ac nemo, opinor, ſanus adprobabit illas iurandi formulas, *mecaſtor*, *mehercle*, *edepol*, *medius fidius*, a quibus tamen non abſtinuerunt MANVTIVS, BEMBVS, aliique viri ceteroquin doctisſimi, contra quos iam olim anno CIↃ IↃC LXV erudite diſputauit IACOBVS THOMASIVS. (*x*) Non ignoro, reperiri etiam eiusmodi phraſes, communi velut conſenſione in romanam ciuitatem adſcitas, multi hodie, qui cultiorem amant dictionem, in deliciis habent, nec quas condemnare audebunt: *vt æquo Ioue iudicare*, *inuita* aut *repugnante*, *pingui* ſeu *craſſa Minerua*, *ſuo* item *Marte aliquid facere*, et alias eiusdem generis. His ſi litem ea de re mouebis aliquam, hoc te reſponſi laturum equidem coniicio, non *ipſa* hic *numina*, ſed *vires naturæ* quasdam, deſignari. Hoc nimirum ſibi dari poſtulabunt, has tropicas locutiones conſtanti vſu velut in *nomina* paene *adpellatiua* transiisſe, et, *æquo Ioue* idem velle ſibi, ac, *æquo animo*, *æqua iudicii virtute*, et *inuita Minerua* idem esſe, quod *repugnante et aduerſante natura*, et *ſuo* aliquid *Marte* facere, nil declarare aliud, quam *propriis viribus*, *nullius adminiculis*; quem ad modum ipſe CICERO hanc exponit locutionem, *lib.* III. *Offic. c.* VII. Ego vero cum doctis earum dicendi rationum patronis anceps ingenii certamen nunc nolo adire: hoc autem vnum non posſum non monere, in theologicis ſcriptis locum illis haud temere dandum, neque huic, *Iouem lapidem iurare*. His ergo iactis fundamentis, ad interpretem noſtrum reuertimur. Vſurpauit ille voces deorum cultoribus vſitatas; eſto: nam ipſa lingua latina horum, erat vſui olim deſtinata: adhibuit locutiones, quibus profana ethniciſmi idea *accidentalis* eſt; concedo: at eumdem idcirco cuiusdam *ſuperſtitioſi ſtili ethniciſmi* reum iure peragi posſe, id vero nego ac pernego. Nec tamen me tibi repugnantem habebis, ſi eius verſionem *ſcripturam* vocaueris *ciceronianam*. Etenim iſtam magno, eoque meritisſimo, exornabis elogio, quoniam ciceroniani ſtili imitatio vtramque in ea paginam facit. Dicunt, olim diſertisſimum Hipponenſium præſulem, AVGVSTINVM, quum, abiuratis manichæiſmi nugamentis, ad Chriſti diſciplinam accesſisſet, CICERONIS etiam voluminum lectione ſeſe abdicasſe, atque dixisſe: HIC IESVM NON INVENIO. Hodie vero chriſtianus elegantioris dicendi rationis, quam princeps ille romanæ eloquentiæ expresſit, candidatus ſibi vtique, cur gratuletur, habet, quod eamdem ex ipſius ſcripturæ ſacræ, cuius vnicum σκοπὸν σκοπιμώτατον IESVM CHRISTVM reueremur, indefesſa lectione ſimul familiarem ſibi reddere posſit, atque adeo de vna quaſi fidelia duo dealbare parietes.

§. IX.

OCTAVIANVS quidem DE TVFO, S. I. neapolitanus, (*y*) CA-

merito vſum ſtudioſisſime conſeruant litterati, atque ad vltimam poſteritatem propagatum eunt. *Vt enim olim græca lingua erat litteratorum communis: Sic hodie latina eſt eruditionis omnis per omnem Europam vehiculum, eſt totius orbis litterati vinculum, eſt communis quaſi per heliconias prouincias Mercurius*, verba ſunt præclara accurataque contemplatione dignisſima viri hodie ſummi, C. A. HEVMANNI, in *Conſpectu reip. litterar. cap.* IIII. *p.* 49.

(*x*) *Diſſert. de ſtili ethniciſmo circa iurandi aduerbia fugiendo.*

(*y*) *Commentar. in Eccleſiaſtic. fol.* 9. *b. edit. colon.* CIↃ IↃ XXXI.

CASTELLIONEM *ſemipaganum* et *ſemigentilem interpretem* inter alia propterea vocat, quod DEVM *Iouem* et *armipotentem*, *Israelem* vero *auguſtum* adpellet, animaduertente THOMA CRENIO.(z) Verum dic, mecum quo pignore certes, CASTELLIONEM nusquam adeo profano nomine DEVM adpellitasſe TRINVNVM? Ita enim ipſe: *quod autem*, inquit, DEI *nomen* IOVA *Hebræorum vſurpauimus*, *quod nullum* DEI *proprium nomen latine exſtat*, *niſi forte* IVPITER, *ſed id*, *vt pollutum*, *omittamus*, *id etſi principio videbitur fortasſe durius*, *tamen vſu molleſcet*: *et quod inſuetum aures radet*, *idem vſitatum demulcebit*. (aa) Interim ſi in re incerta coniecturæ locus relinquitur, monachus quadrata miſcuisſe rotundis, atque IOVAM idem, quod IOVEM, denotare, ſibi perſuaſisſe, mihi quidem videtur. Atque hoc modo artem non habere oſorem, niſi ignorantem, vel huius exemplo condiſcere licet. Fortasſe et is haud æquo tulit animo, quod CASTELLIO *vulgatam verſionem*, a romanæ ſedis præſule authenticam iam dudum declaratam, de ſolio deturbare ſuo fuit auſus. Si quis vero causſam reliquarum adpellationum a me quærat, ei vt ſatisfaciam, non adeo mihi laborandum erit. Quod enim DEVM *bellipotentem*, 1. *Sam.* I, 3. aut *armipotentem*, *Ierem.* XXXI, 23. 35. vocat, in eo quidem ipſos τῶν Γραφῶν auctores ſibi præeuntes habet. Namque nomen diuinum שדי *Gen.* XVII, 3. a radice chaldæo ſyriaca שדה deriuatum, nihil aliud, quam DEVM IACVLATOREM ſignificat: ſi quidem et *Iob.* VI, 4. יצר־ שדי SCHADDAI *iaculatoris* et *armipotentis* DEI non indiſerte commemorantur. Add. *Pſalm.* XXIIII, 8. Anne vero piaculum eſt, populum israeliticum *auguſti* nomine nuncupare? Erat olim ſacrum, et venerationis plenum AVGVSTI nomen apud S. P. Q. R. idemque, quum poſt conditum Romæ imperium, fuerit ſummum ſemper, et in terrarum orbe maximum, ſic omnia quæ ab AVGVSTO conſtituta et adquiſita ſunt, quæque ad eum quodammodo pertinent; aut pertinentis iure posſidentur ac vindicantur, omnino referri debent inter *res ſacras*, et vſu iuris etiam *ſacra* adpellantur. Sacræ leges, ſacra domus, ſacra veſtis, ſacrum patrimonium, ſacrumue ſtabulum, pasſim dicuntur, et omnia in AVGVSTI familiam adſcita, hac adpellatione continentur, atque hoc iure cenſentur. Idcirco XIPHILINVS: πάντα τὰ ΕΝΤΙΜΟΤΑΤΑ καὶ ΙΕΡΩΤΑΤΑ ἄυγυςα προσαγορεύεσθαι. (bb) Euincit ex peruetuſtis inſcriptionibus, hiſtoricis, nummis, marmoribus et ſtatuis, hancce rem, vir ſummus, qui *de titulo* AVGVSTI ſeparatam *disſertationem*, CIↃ IↃC XCVI Vitembergæ habuit, CONR. SAMVEL SCHVRZFLEISCHIVS. Quum ergo ethnici ſuos haberent AVGVSTOS, quid mirum, quod et israelitica gens ſuum vnum reuerita ſit *auguſtisſimum* DEVM, totius, quacumque patet, orbis terrarum imperatorem? Hinc dum DEVM קדוש ישראל adpellat ESAIAS, (cc) eum titulum, quo nullus eſt neque ſanctior, neque inſignior, neque excelſior, neque veneratione maior, apte reddidit præſentis verſionis auctor AVGVSTVM ISRAELITICVM, cuius *auguſtale cælum*

b 2 eſt.

(z) *Animaduerſ. philolog. et hiſtor. part.* VII. *p.* 105.
(aa) *In præfat. dialogis ſuis præmiſſa.* Add. EIVSD. ad *Geneſ.* II, 4. *adnotationes.*
(bb) Ex Dione ſuo, *lib.* LIII.
(cc) *cap.* XXIX, 19.

eſt. Diuinus igitur populus quo minus dicatur *auguſtus*, nihil quod obſtet, ego quidem video. Idcirco etiam *auguſtisſimum* titulum אדירים, quo *Pſalm.* XVI, 3. AVGVSTI DEI inſigniuntur ſancti filii, ad *Pſalm.* VIII, 2. vbi DE IPSO DEO occurrit idem, perquam ſignificanter interpretantur BATAVI: *doorluchtigh*, *grootmachtigh*, *overtreflick*, *geweldigh*, *wiid-vermaert*.

§. X.

Noua vero, inſtas, et inuſitata ſunt *vocabula*, *noua* ac *inuſitata phraſes*, et in eccleſia adhuc inauditæ, quæ in theologiam hac ratione inuehuntur, v. g. *genius* pro *angelus*, *lauare* et *lotio* pro *baptizare* et *baptiſmus*, *confidentia* pro *fides*, *ſequeſter* loco vocis *mediator*, 1. *Tim.* II, 5. *res publica* pro *eccleſia*, *ciuitatis chriſtianæ principes* pro *doctoribus eccleſiæ*. Ita quidem vir in græcis litteris præcipuus, qui caſtellioneæ verſionis caſtigandæ occaſionem haud temere vllam e manibus elabi patitur ERASMVS SCHMIDIVS. (*dd*) At enimuero ſibi verba dedit vir ceteroquin doctisſimus, quod parum penſitauit, CASTELLIONEM non potuisſe facere aliter, propoſitæ ſemel proprietatis romanæ, pro eo ac debuit, exſoluturum ſidem. Interim is numquam negauit, theologis fas esſe, concesſis verbis vti: quin immo ipſemet theologorum verbis, vt ſupra monuimus, perſæpe vtitur, et quiuis adeo, ipſo ſecundisſimo, hoc fecerit. Sed quemadmodum illud concedendum putauit: ſic hoc, quod fecit, non nefas esſe duxit. Quid enim, quæſo, intereſt, quo verbo res dicatur, dum ſit eadem? niſi quod imperiti peregrinis verbis facilius decipiuntur, et parum latinis magis offenduntur ciceronianæ venuſtati adſuetæ aures, quarum ſuperbisſimum eſt iudicium, CICERONE auctore. Sed euoluantur, quæ de ſe ipſe fatetur auctor in *defenſione N. T. contra* TH. BEZAM lectu dignisſima. Verum hæc cuicuimodi ſunt, id tantum ex dictis conſequi debet, puriores voces latinas, in caſtellionea verſione occurrentes, dummodo τῇ ὑποτυπώσει τῶν ὑγιαινόντων λόγων non refragentur, per ſe ipſas minime dici posſe vitioſas, neque adeo chriſtianæ, quam diuina oracula pandunt, ſapientiæ cultorem, ſtilum dedecere cultum atque emendatum. Hinc et MINVCIVS FELIX, LACTANTIVS FIRMIANVS, qui ſæculo IIII. ineunte floruit, et *chriſtiani Ciceronis* iam dudum retulit nomen, quum inde religionis noſtræ principia ac myſteria ſtilo elegantiore exprimere diſcant, non ſine inſigni fructu ſanctioris theologiæ commendantur alumnis. Grauius aliquid ſciſcam non nouæ hæ voces ſunt omnes, et hodie demum in ſacram ciuitatem introductæ. Diu eſt, quod ipſi antiqui eius conditores aliquas in ſacroſanctam receperunt theologiam. Quum iuniores Platonici, vti multa ſumſerunt a chriſtianis vocabula, ita etiam ſæculo III. nomen ἄγγελος ab illis mutuati eſſent, et naturis illis, quas *dæmones* antehac vocauerant, impoſuisſent: multum in hoc eos vſu ipſimet confirmabant chriſtiani. Hos manu non triuit, qui vocabulis *angelus* ac *genius* eamdem ab ipſis notionem et poteſtatem ſubiectam esſe, vocat in dubium. Iure ac merito ita facere videbantur, eo quod vox per ſe ipſa vitio haud laboraret. In hac vero vna re a veritate deficiebant aliqui, quod aut exiguo, aut nullo, dæmones philoſophorum et angelos in ſacris oraculis commemoratos interuallo diſtare putabant. Nam ſi quis ea, quæ de

(*dd*) ad *I. Tim.* VI, 20. *f.* 1269.

de *geniis* ac *dæmonibus* ſuis philoſophi, qui poſt Seruatorem natum vixerunt, Platonici, et de angelis viri tradunt diuinitus eruditi, inter ſe, partium ſepoſito ſtudio, contulerit, is haud parum inter vtroſque intereſſe, ſine negotio perſpiciet, etiamſi aliqua coniungantur ſimilitudine. Hoc igitur omni vacat dubitatione, illos verendos homines, qua valent apud nos auctoritate, locum aliquem vocis *genius* pro *angelus* vſurpandae iam pridem feciſſe. Id quum ita ſit, non nouum verbum in ſanctiorem Domini diſciplinam auctor latinæ transtulit conuerſionis, cuius nunc cauſſæ vacamus orandæ. Quin etiam hoc ſanctius et caſtius, vt videtur, adhibuit ille, dum alienam atque adſcitam ab eo ſecreuit ac ſeiunxit notionem, nec aliam, niſi diuinis vnice litteris conuenientem, eidem adaptauit. Ita nec *lauare* nec *lotio* noua ab eo rerum diuinarum interprete dicentur vocabula, cuius memoriæ & Paullina loca, ad §. VIII. excitata, et alia ſuccurrent, quæ priſci ſacrorum antiſtites, de *baptiſmo* verba facientes, nobis magna ſuppeditant copia. IVSTINVS martyr, quem honoris cauſſa adpello, de hominibus ſacro ritu abluendis, ita loquitur: *ἐν τῷ ὕδατι λοῦτρον ποιοῦνται*, in aqua *lauantur.* (*ee*) Pertinet huc in primis diui CYPRIANI, qui martyris honeſtatur nomine, *epiſtola* LXVIIII, (*ff*) harum locutionum plena. Celebris in his exſtat quæſtio ab eo propoſita: an habendi ſint legitimi chriſtiani, eo quod *aqua ſalutari* non *loti ſint, ſed perfuſi?* In errore verſatur alter ille ERASMVS, quod nomen *ſequeſter* de Seruatore adhibitum in iis numeret verbis, quæ in theologia noua inauditaque ſunt. De hoc enim TERTVLLIANVS, Afer, qui latinis litteris religionem ſæculo iamiam P. C. N. ſecundo præclare illuſtrauit: *hic*, inquit, *ſequeſter Dei atque hominum.* (*gg*) Quod et latine dictum eſt, et ad rem ipſam adprime quadrat. Non enim abſimili ſenſu *ſequeſter pacis* LVCANO (*hh*) is eſt, quem vulgo *mediatorem*, Græci vero *μεσίτην*, vocant. Nec minus Attilium Regulum Romam Carthagine miſſum *pacis ſequeſtrem* dixit SILIVS, Italicus, conſul Vrbis anno fatali Neronis Imp. idemque poeta inſignis. (*ii*) Sed res verba non deſiderat, nec plures patronos, quum per ſe ipſa loquatur.

§. XI.

Ad omnem igitur euitandam obſcuritatem, atque caſtitatem et elegantiam ſermonis conſeruandam, quum exactiſſima etiam *idiotiſmorum*, vel, ſi mauis, *ἰδιωμάτων* ſiue *proprietatum*, cuiusque linguæ obſeruatio requiratur, hoc et vel maxime ad id, quod in hacce verſione pulchrum eſt, pertinet, quod in ea *ebraiſmos* et *græciſmos*, in originalibus quidem linguis obuios, vt euitaret, haud proletaria elaborauit opera. Eſt enim iſtud inſigne ſacrorum interpretum vitium, quod ad adfectationem vsque in ſuis verſionibus ebraizent atque græciſſent. Neque vero CASTELLIO ſuſcepit aliquid, quod ſupra vires eſſet, et ſucceſſu careret. Etenim vt is in latinæ culturam linguæ adeo pertinaciter ſeſe dederat, vt ipſius vernaculæ eum fere cepiſſet obliuio; quandoquidem gallicana verſio

(*ee*) in *Apolog.* I. *pro chriſtian.* §. LXXVIIII. *p.* 116. *edit.* IO. ERN. GRABII.
(*ff*) *p.* 297. *ſ. edit.* Amſtelodami CIϽ IϽ CC formis deſcriptæ.
(*gg*) De *reſurrect. carnis, cap.* LI. Add. A. BVCHNERVS, ad *hymn.* PRVDENTII *de natali Domini, v.* 16. *p.* 25.
(*hh*) *Lib.* X. *v.* 472.
(*ii*) *Lib.* VI. *v.* 347.

ſio ab eodem confecta ſcatere latiniſmis a rerum peritis perhibetur: *(kk)* ita vtramque ſacram linguam, græcam nimirum, atque ebræam, ob incredibile, quod ad diuinas in primis litteras conferunt, adiumentum ab ineunte ætate mirifice amauit, priuatimque ſtudioſe coluit. Tum vero omnium maxime, quantum græcarum litterarum, et gentium lectio, cum iudicio inſtituta, ad cæleſtium oraculorum ſenſum eruendum momenti habeat, et verſione, et adnotationibus ſuis declarauit auctor. *(ll)* Veteris certe Græciæ ſcriptores, ARISTOPHANEM, THVCYDIDEM, LVCIANVM, AELIANVM, ceteroſque diurna nocturnaque verſauerat manu. Atque hinc omnes græcæ linguæ διαλέκτους, ſiue ſermonis varietates, quibus diuiniore ſpiritu adflati gentium doctores in documentis ſuis ſanctiſſimis vſi ſunt, *atticam* nimirum, *ionicam, doricam,* et cuius cum *bœotica* ſumma eſt cognatio, *æolicam,* optime tenuit perſpectas. Idcirco etiam haud paucos annos ſuam interpretationem ante, quam euulgaret, domi ſuppreſſit, trutinauit, expendit, elimauit. Græcas item et ebraicas φράσεις cum probatiſſimis veteris Latii auctoribus diligentiſſime coniunxit, vt proprietatem ſemper et vbiuis quam adpoſitiſſime planam explicatamque daret. Ex innumeris *exemplis* nos pauca dumtaxat delibabimus. Ita *Ezech.* XX, 5. occurrit phraſis ex ebræa antiquitate petita: נשא יד *tollere manum.* Hanc CASTELLIO non inſcite *promittere* vertit, addita *in notis* ratione: *quoniam is in adfirmando et promittendo mos erat. Quæ figura in verbo promittere non abhorret: eſt enim promittere, porro aut alte mittere. Et quia promiſſio, vt videtur, manibus pollicebantur homines, inualuit vſus, vt promittere manus, deinde, detracto vocabulo, promittere dicerent pro polliceri. Hæc,* pergit, *eo dico, vt animaduertantur linguarum naturæ, neue quis offendatur, ſi latine loquens, multa peregrina ad Latinorum conſuetudinem traduco. Matth. VIII,* 12. οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας reddidit noſter *filii regii.* Euoluantur porro, idque cum cura, *Gen. V,* 24. *VIII,* 3. 8. 9. 11. 21. *IX,* 2. *Ezech XVI,* 53. *Malach. I,* 8. et ſexcenta alia, in omnibus fere lineis occurrentia.

§. XII.

Iam ad aliud, quod in verſione noſtra pulchrum eſt, deproperantes, interprete in primis dignum admiramur curatum, et cum iudicio inſtitutum *verborum delectum*, vtpote quæ ipſarum aurium iudicio ponderare nouerat CASTELLIO. Nihil intentatum reliquit, vt ſeligeret *proprias*, *perſpicuas*, *puras* et *ſignificantes*, contra vero adſpernaretur *improprias*, *obſcuras*, *impuras*, et *exoletæ antiquitatis* voces, cauitque ſedulus, ac nauus, ne in ænigma euaderet oratio. Longe adeo alienus ab eorum ſententia, qui nulla re alia magis, quam eiuſmodi venerandæ antiquitatis reliquiis oblectantur, et non parum decoris, maieſtatis ac ele-

(*kk*) Confer, ſi libet, LE LONG, *cap.* V. *p.* 97. *ſeqq.*

(*ll*) Atque ob hanc præſtantiam ſuam in hac tertia editione *adnotationes* iſtæ ſimul exhibentur, multum iis, quibus exegeſis ſacra curæ cordique eſt, profuturæ. Acceſſit etiam continuatio hiſtoriæ ſacræ, ab æuo ESDRAE ad Machabæorum tempora, et ab his ad IESV CHRISTI vsque ætatem, auctore CASTELLIONE, deſcriptæ. Ne quidquam vero huic inſtituto deficiat, ſupplementum rerum a CHRISTO vsque ad excidium hieroſolymitanum geſtarum ex LVDOVICI CAPPELLI, viri doctiſſimi, *hiſtoria apoſtolica* decerptum ſuo loco comparet. Quæ hic monuiſſe et lectoris, et noſtra interſuit.

elegantiæ orationi ſe conciliasſe putant, quando voces caſcas, et ab ACCIO, ENNIO, NAEVIO, quid? ab ipſa EVANDRI matre, vltimisque adeo, et oblitteratis temporibus arcesſitas reperiunt, quibus, tamquam ſtellulis, orationem ſollicite illuminant, in iisdemque non, quod pueri in faba, ſe inuenisſe aliis perſuadere conantur. Tum haud ſane mirandum eſt, quod perlectis eiusmodi libellis, repetere vel inuitus cogaris illud DEMIPHONTIS *(mm)*

- - - Feciſtis probe,
Incertior ſum multo, quam dudum.

In præſenti nonnullas modo ἐμφατικὰς CASTELLIONIS dictiones ex N. T. recenſere iuuat. Vocem ἐπιούσιος (*nn*) quam theologorum et grammaticorum carnificinam merito adpellat ABRAAMVS SCVLTETVS, in caſtellionea verſione, *alimentarius*, omnium, fateor, ſignificantisſime redditur. Nam οὐσία, vt ipſe auctor adnotauit, idem, quod τὰ ὑπάρχοντα, aut βίος, hoc eſt, *facultates* aut *victus* denotat; vt adparet *Luc. XV*, 13. 30. Atque hoc modo iam vetus eſt explicatio, quam vt nouam ornauit IOANNES ALBERTI, a præceptore ſuo, LAMBERTO BOSSIO, priuatim auditam. (*oo*) *Rom. VIII*, 36. ὑπερνικῶμεν *exſuperamus. Phil. II*, 14. διαλογισμοὶ, *praua cogitationes. Ebr. I*, 3. χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως, *forma expreſſa ſubſtantia. Matth. XXVII*, 5. ἀπήγξατο, *ſe laqueo præfocatum iuit. Act. I*, 18. πρηνὴς γενόμενος, *ſuspenſus*. Ex quo vtroque loco collato conſpicitur, capto *laqueo* quem *ſuspendio* deſtinauerat, ex ſublimiori loco decidisſe IVDAM τὸν παραδότην. Ita facile componuntur lites, inter IAC. GRONOVIVM et PERIZONIVM, ſub finem ſuperioris, et initium huius, quod adhuc dum viuimus, ſæculi hac de re agitatæ. 1. *Tim. VI*, 3. προσέρχεται ὑγιαίνουσι λόγοις, *accedit*. Celeberrimus RICHARDVS BENTLEIVS hic προσέχεται, aut προσίσχεται, aut προσέχει legere mauult. (*pp*) Verum receptæ lectionis vindicias ſuppeditat noſtra translatio. Namque προσέρχεσθαι cum tertio caſu idem, quod *accedere alicui*, hoc eſt, *adſentiri* ſignificat. Quam dicendi rationem a QVINCTILIANO vſurpatam pluribus illuſtrat PETRVS BVRMANNVS. (*qq*) Addantur ſumme venerandi viri, CHR. MATTH. PFAFFII eruditæ *ad* S. IRENAEI *fragmenta* notæ. (*rr*)

§. XIII.

Quod inter præcipua verſionis caſtellioneæ ornamenta connumerandum, nunc demum conſequitur, nimirum FIDELITAS in transferendo adhibita. Hæc edocuit noſtrum interpretem, vt cogitata ſcriptorum diuinorum *adæquate* exprimere, et ideas verbis ſuis, quoad eius fieri poterat, arctisſime adligare omni conaretur ſtudio. Quare ad ἐμφάσεις ſacras rite conuertendas operam contulit haud ſane contemnendam.

(*mm*) apud TERENT. *Phorm.* II. *v* 18.
(*nn*) *Matth.* VI, 11.
(*oo*) *Obſeruat. philol. in ſacros N. T. libros*, Lugduni Batauorum, anno CIↃ IↃCC XXV.
(*pp*) Remarks upon a late diſcourſe of Freethinking by Phileleutherus Lipſienſis, Londini CIↃ IↃCC XIII *part.* I *p.* 70. Fictum hoc nomen, PHILELEVTHERVS, BENTLEIVM virum illuſtrem, et Magnæ Britanniæ decus, adſciuisſe, hiſtoriæ litterariæ vel mediocriter peritum præterit neminem.
(*qq*) ad QVINCT. *inſtit. orat.* VI, 5. add. IX, 4.
(*rr*) *p.* 8. 9.

dam. Etenim haud ignorabat ille, cum pictura haud incommode comparari verſiones. quæ quo propius ad exemplar accedant, eo cenſeantur pulchriores. Noſtra refert recitare exempla. Sic *Eſaiæ XI*, 3. phraſis de MESSIA OPT. MAX. obuia הריחו בוראת יהוה a paucis interpretibus aut recte translatam aut intellectam CASTELLIO adæquate vertit: *Iouæ metu adflatus. Matth. III*, 10, ἐκκόπτεται *exſcindenda eſt:* quod idem eſt, ac *exſcindi* DEBET. Eſſe vero iſtam vim paſſiui, ex ARISTOPHANE, veteris comœdiæ principe, et ſcriptore ἀττικωτάτῳ, comprobamus, qui in *Plut. ſc. I. ſub initium:*

Ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι τούτων TEMNETAI.

Vbi σχόλια· ἀντὶ τοῦ τέμνεσθαι ΔΕΙ. Add. *lectiones heſiodeæ* IO. GRAEVII, p. 7. *Matth. XXVIII*, 17 οἱ δὲ. *nonnulli*. Eo ſenſu iſta vox a LVCIANO adhibetur. (*ss*) *II. Corinth IIII*, 17. αἰώνιον βάρος δόξης καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν *incredibile dictu, quam ſempiternam, quamque grauem gloriam* nobis pariat. *Iacob. V*, 6. ἐφονεύσατε τὸν δίκαιον. οὐκ ἀντιτάσσεται ὑμῖν *occidiſtis inſontes, vobis non reſiſtentes.* Nihil certe hac interpretatione poteſt eſſe curatius. Namque pronomen οὗτος, quod verbo ἀντιτάσσεται inſitum vel potius innatum, atque ad τὸν δίκαιον referendum eſt, per ipſum participium, id quod cultior poſcit latinitas, cum antecedente coniungitur nomine. Ea illuſtris BENTLEII ingenioſam coniecturam longo poſt ſe interuallo relinquit, exiſtimantis loco ΟΥΚ olim ΟΚΣ antiquo more ſcriptum fuiſſe, inſcitiſſimos vero hominum librarios ſupina quadam negligentia in οὐκ vocabulum iſtud transmutaſſe, pro quo ὁ κύριος poſtliminio reuocandum ſit. (*tt*) Digniſſima ſunt lectu, quæ hac de coniectura monuit reuerendiſſimus hodie abbas, IO. LAVR. MOSHEMIVS. (*uu*) Eodem etiam iure tacitus præterire potuiſſet ſuam cogitationem AVCTOR quidam ignotus, qui meditationem ἀδέσποτον eruditam *Bibliothecæ Britannicæ* inſeruit, ac celeberrimo BENTLEIO bellum indixit. (*xx*) Hic per τὸν δίκαιον, IESVM CHRISTVM, intelligens, verba hunc in modum transtulit: *vous avez tué le juſte; et ce juſte-là ne vous reſiſtera-t-il point?* (*yy*) Satis habeo, ex tam multis hæcce retuliſſe pauca.

§. XIIII.

Cur itaque non mirarer, reperiri homines, qui nimium, quod vocant, ornatæ latinitatis ſtudium eo compuliſſe CASTELLIONEM aiunt, vt *emphaſin* atque neruum ſacri ſtili de induſtria eneruauerit, eiusdem diuini dicendi generis læſæ maieſtatis crimen optimo viro, neſcio quo fato ac iure, obiecturi. At perpende, quæſo, ni mens læua ſit, rem paullo curatius, et ἄνευ πάθους. Homo fuit CASTELLIO, isque ſa-

(*ss*) In *Timone, p.* 63. vbi SCHOLIASTES *p.* 2. diſerte prouocat ad huncce *Matthæi* locum: id quod adparet ex his eius verbis: ὁμοία ἡ σύνταξις ταύτῃ τῇ ἐν τῇ ἱερᾷ τοῦ ἐυαγγελίου ΜΑΤΘΑΙΟΥ συγγραφῇ, τῇ ΟΙ ΔΕ ἐδίστασαν. ἀντὶ γὰρ τοῦ ΤΙΝΕΣ, τὸ ΟΙ ΔΕ κεῖται. Conf. nota IO. CLERICI, et IO. ALBERTI *obſeruatt. p.* 163. *ſ.*

(*tt*) *l. c. p* 74

(*uu*) In *obſeruat. ſacr. et hiſtor. crit. p.* 94. *ſeqq. edit. amſtelod.*

(*xx*) Vid. ARMANDI DE LA CHAPELLE *bibliotheque angloiſe, tom.* X. *part.* I. *art.* II. *p.* 87. 88.

(*yy*) A. autem huius ſæculi XXXI. mutaui mentem, et cum hoc erudito, quisquis ille ſit, me coniunxi homine, in diſſ. *de Parallelismo* N. T. *verbali cum LXXuirali verſione caute inſtituendo*, §. XIII. *p.* 17. *ſ.*

ſacroſancta DEI oracula in latinam linguam transtulit: tantum vero negotium ſine omni errore expedire, ingenii humani longe transgreditur vires. Quare ſi hic forte peccauit, multo ſane excuſatius peccauit, quam vlla in re alia. Nec is in tanta, qua nos hodie, litterarum vixit luce: alioquin non dubito, quin vnam aut alteram vocem expresſisſet conuenientius. Cogita porro, ſi lubet, quid ſit ἔμφασις, eaque potisſimum *ſacra?* Ea, prout EVSTATHIVS, archiepiſcopus thesſalonicenſis, et diligentisſimus HOMERI enarrator, illam deſcribit, eſt λέξις δὲ ὑπονοίας αὔξουσα τὸ ζητούμενον, *locutio, quæ occultæ ſignificatione auget id, de quo agitur.* (zz) Ecquis vero adfirmaret, omnes iſtos *occultiores* diuinarum locutionum recesſus ab *interprete* exhauriri posſe. Certe hoc magis in *paraphraſten* et *commentatorem*, quam merum verborum *interpretem*, conuenire arbitror. Accedit, quod multæ ſæpius ἐμφάσεις ſacræ, vbi aut nullæ prorſus exſtant, aut in re potius, quam verbis occultæ ſunt, a nonnullis confingantur. Ita tu, quisquis es, CASTELLIONEM meum fortasſis acriter reprehenderes, quod *I. Tim. I, 9. iuſto*, οὐ κεῖσθαι νόμον, *non eſſe latam legem*, verterit. Ego vero meam a te, nec immerito, ſeiungens ſententiam, iſtud collaudo. Namque græca phraſis, τὸν νόμον κεῖσθαι, haud ſecus, atque θεῖναι νόμον, ad exprimendas *legislatoris* partes adhibetur, ita, vt *dare* ſeu *ferre legem* innuat, ἔμφασιν vero in re potius, quam in voce quæro, iuſto videlicet *legem* non *incumbere, tamquam onus permoleſtum.* Hinc alibi iam ad ISOCRATIS et EVRIPIDIS loca prouocaui, notatamque emphaſin inter confictas et non ſatis fundatas retuli. (*a*) Ipſa ſane accuratior CASTELLIONIS verſionis conſideratio de ingenuo auctoris, et quum ipſi DEO, tum eiusdem verbo, debitæ reuerentiæ pleniſſimo animo haud quemquam dubitare patitur. Hinc omnem interpretationis infidelitatem euitaturus, et alios viros eruditos, ne ſuis viribus nimium fidere videretur, non raro conſuluit, et ab ipſo DEO, facile optimo ſuorum verborum interprete, locorum obſcuriorum intelligentiam impenſisſimis efflagitauit precibus. Tam igitur eruditum, tam modeſtum, tamque pientisſimum interpretem *leuitatis animi* arguere, haud parum leuis ingenii eſt. Ego quidem tanti pœnitere numquam emi, nec emere in mentem veniet vmquam. Fac, eum errasſe hic et illic, quid tum? Errare humanum eſt. Leuis quædam macula pulchram faciem non ſtatim deformat. Omni autem tempore ῥᾴδιον μωμεῖσθαι, ἢ μιμεῖσθαι fuit; vt habet prouerbium, quod iam olim per Græcorum circumuolitauit ora.

§. XV.

Neque adeo leuitati animi, aut inſolenti temeritati, cuius illuſtris THVANVS (*b*) poſtulat CASTELLIONEM, tribuendum, quod

(zz) *p.* Ίɔ LXXVI. *v.* 24. *edit. rom.*

(*a*) In *diſſert.* in qua *quadrigam dictorum N. T. ab interpunctionibus nouis vindicatorum* exhibui, *additam.* II. Videnda etiam, quæ LVDOLPHVS KVSTERVS, pariſinus quondam regiæ inſcriptionum acedemiæ ſocius, idemque in graecis litteris haud vulgariter eruditus, de hac φέρεσει obſeruauit, in libello *de verbis Græcorum mediis*, qui in *collectione* mea *quatuor de verbis Græcorum mediis diſſertationum*, hic Lipſiæ, CIƆ IƆCCXXXIII formis deſcriptarum, *prima* eſt, *p.* 72. *ſeqq.*

(*b*) *Lib.* XXXVI. ad *annal.* LXIII.

quod is, pro eo ac decuit interpretem, periodos ſacras exquiſitisſima opera lectas, relectas, expenſasque interdum contraxit atque coniunxit. In ea enim erat ſententia, ſe hac ratione, quauis horridate ac infidelitate abiurata, ſtili claritati atque fidelitati, in primisque concinnæ periodorum menſuræ, et numeroſæ orationi plurimum adlaturum adiumenti. Vid. e. g. *Gen. II*, 25. *III*, 1. *IIII*, 17. 18. *VI*, 1. 2. *VII*, 11. 12. 17-20. *I. Sam. I*, 27. 28. *Eſai. LXIII*, 7. 8. *Malach. I*, 6. 7. Eodem incredibili perſpicuitatis ſtudio nonnumquam inſeruit conuerſioni ſuæ, quæ in lingua originali ſcripta non inueniuntur, v. g. *Gen. IIII*, 1. *V*, 1. *VII*, 1. 7. *IX*, 16. 24. *I. Sam. II*, 2. 17. Ea omnino ſenſum planiorem exhibent. At ſi hic interdum aberrauit a via, concinnitatem, quæ latinam orationem ornat, conſectaturus, iſte næuus eo minus hancce commaculat verſionem, quo clariorem ille haud raro ſenſum eruit; quem quum non vbiuis adſecutus ſit, hoc vnum tamen ſufficit, eum ſpartam ſuam ornare voluiſſe. In magnis enim rebus etiam voluiſſe ſat eſt. Ipſam vero ſtili munditiem et elegantiam, atque concinnitatem cum diuini verbi maieſtate ac grauitate per ſe pugnare, haud quisquam mihi perſuadebit, etiamſi perſuaſerit. Sed numquam cum humano genere tam præclare agitur, vt meliora omnibus, ſaltem plerisque omnibus, adprobentur.

§. XVI.

Nouum, idemque haud leuioris momenti, pulchrum in CASTELLIONIS verſione latina occurrit, cui, fidelitatis mordicus tenendæ gratia, nauanda ei opera fuit, *ſtilus* nimirum *ipſi cuiusque diuinioris ſcriptoris characteri quum maxime conueniens*. Ita in propheticis ſcriptis *ſtilus ſublimior* et *patheticus*, in *metricis* vero *poeticus*, idemque facilis, et in *hiſtoricis* denique *clarus*, *planus*, (c) atque *concinnus* potisſimum regnat; id quod non ſine animi quadam oblectatione obſeruaui. Hinc et *enallagen infinitiui* pro *imperfecto indicatiui*, quam *figuram propriam hiſtoriographorum* non inſcite vocat eruditus VIRGILII interpres, SERVIVS, (d) quam ſæpisſime amat CASTELLIO. Atque hinc adparet ratio, cur *dialogum amatorium*, eumque caſtisſimum ſanctisſimumque, CANTICVM videlicet CANTICORVM, a diuo SALOMONE compoſitum, ad indolem ſtili amantibus familiaris latine transtulerit. Ex vero ſcribit LVCAS OSIANDER: *non quærenda eſt in hoc amatorio carmine diſpoſitio rhetorica: omnia enim plena ſunt adfectibus, qui animum amantis iam hinc iam illuc rapiunt.* Immo, quod maius eſt, ipſe CAELESTIS SPONSVS ardentisſimum ſuum erga fidelem animam adfectum hisce declarat verbis: (e) לבבתני לבבתני hoc eſt, interprete R. ABEN ESRA, *excordiaſti me, abstuliſti cor meum.* (f) Iam vero genius linguæ romanæ, ſicut et vernaculæ noſtræ, ſic fert, vt vocabulis, quæ *diminutiua* grammatici vocant, ſuum amoris ſenſum interpretentur amantes. Atque hanc ob cauſſam iisdem quoque vſus eſt CASTELLIO in hocce dialogo. Qua-

(c) Nihil eſt enim in hiſtoria, ſicut TVLLIVS auctor eſt, pura et illuſtri breuitate dulcius.

(d) ad VIRG. *aeneid.* II.

(e) *Cant.* IIII, 9.

(f) Nec incommode R. SALOMO ISAACIDES, quem nonnulli, licet imperite ſatis, IARCHI adpellant: חשכת את לבי אליך.

Quare non poſſum, fateor, mirari ſatis viros eruditos, qui ſupra iam commemorati ſocietati Ieſu addicti neapolitani inſiſtunt veſtigiis, dum *l. c. non poſſum,* inquit, *non ſtomachari magnopere, dum* CASTELLIONEM *video ſcripturas vertentem,* diminutas *quasdam* molliter tinnulas, et improbe laſciuientes voculas *venari* in CANTICIS, v. g. *delicatulam, venuſtulam, vulticulam, ceruiculam* cet. Hisce adnumerant alii *ſororculam, amiculam, columbulam, corculum, capitulum, ocellulos,* atque ſimilia, quæ *tibulliana,* quam *diuina, ode,* digniora eſſe perhibent. Verum enim vero res adhuc in lite vertitur, vtrum iſtæ diminutiuæ ac molliores locutiones *improbe laſciuientium* numero ſint neceſſario ac per ſe habendæ, necne. Nobis ſane multo videtur aliter. Etenim inter *tinnulas* eiusmodi *voculas* hoc maxime intereſt, quod haud paucis *improba obſcenitatis idea naturali,* et velut *eſſentiali* quadam ratione ſit propria, nec vllo modo ſeparari queat; eiusmodi in C. VALER. CATVLLO, ALBIO TIBVLLO, SEXT. AVR. PROPERTIO, M. A. PLAVTO et P. OVIDIO NASONE reperiuntur: aliæ vero ita ſint comparatæ, vt *improba* iſta *obſcenitatis idea* ipſis tantummodo *accidentalis* ſit, facileque adeo diuellatur. Scilicet hæc alterius generis vocabula *tinnula* ſolent eſſe eiusmodi, vt earum ideæ non ſint abſolutæ, ſed *relatiuæ,* de quibus eleganter præcepit acutisſimus Angliæ philoſophus, IOANNES LOCKIVS. (*g*) Referunt enim ſe illæ ad certas *perſonas* aut *res,* easque vel *puras* et *caſtas,* vel *impuras* atque *obſcenas:* hincque *ideæ,* quæ iis adligantur, ſiue *puræ* ſunt *ſanctæque,* ſiue *impuræ* ac *profanæ.* Igitur ex hac diuerſa idearum *ſubſtratæque* adeo *materiei,* natura ac indole ipſarum vocularum acceptionem æſtimare debemus. Quæ philoſophica ſcita vt a nemine rerum gnaro temere vocantur in dubium, ita CASTELLIONEM in ſua *cantici ſalomonei* interpretatione *effeminatas* et *impudicas,* adeoque *per ſe improbe laſciuientes* adhibuiſſe voces, reperire non potui. Dicis: at ille vſus eſt tinnulis vocabulis, a TIBVLLO, aliisque obſcenis gentium vatibus de *impuro* vſurpatas amore? Fateor: ſed quid inde? Parum ſane, quid dicas, quidue adferas, penſi habere mihi quidem videris. Ipſam vocem *amor* ad impurum adfectum exprimendum, præter alios, transtulit idem TIBVLLVS. Et licet pluratiuo numero *amores,* vt SERVIVS obſeruat, (*h*) ad voluptates pertineant, nihilo tamen ſecius TVLLIVS eosdem ad *coniunctiorem amicitiam,* (*i*) et ad quemuis *honeſtiorem,* qui impenſus eſt, *adfectum* retulit. (*k*) Id quidem irrito a me conatu deſideraueris, vt tibi aliquem ex deorum cultoribus auctorem, qui de caſtisſimo IESV CHRISTI pariter, ac animarum viua fide ipſi addictarum amore, iſtis voculis adhibitis, ſcripſerit, auctoritatis ergo adpellem. Noſti enim, certe noſſe debes, gentes quæ deos veneratæ ſunt, prorſus ignoraſſe *myſticæ* illius *vnionis* τὸ μυστήριον μέγα, *Eph. VI,* 32. Satis interim habeto, ſi latinam noſtram huiusce omnium caſtisſimi, fidelem animam inter, et CHRISTVM dialogi interpretationem cum exteris, iisdemque puris auctoribus compara-

(*g*) de *intellectu humano* in diuerſis capitibus.
(*h*) Ad *Aeneid.* I, 350.
(*i*) *Philip.* VI, 5.
(*k*) Ad *Attic.* XVI, 6.

parraueris, plurima te inuenturum vocabula, quæ diminutiua a grammaticis vocantur. Ita e. g. CICERO *lectulus* (*l*) et *corculum* (*m*) quæ *Cant. I*, 16. *III*, 1. *V*, 2. leguntur, vt et *vulticulus* (*n*) innocenti ſenſu dixit: nec non MARTIALIS *ocellus* (*o*) puro vſurpauit ſignificatu. (*p*) Nec video, quid obſtet, quo minus *frater* aliquis *ſororem* ſuam *ſororculam*, aut *caſtus maritus* vxorem, quam impenſe amat, *corculum* adpellare pudica mente poſſit. Valent enim verba, vt nummi. Quid quod et in ſacris cantionibus, in quibus amor inter SERVATOREM, eiusque fideles tenerrimus decantatur, nihil hodieque ſolemnius eſt, quam vt eædem *diminutiuæ*, aut iis haud disſimiles adhibeantur voces, v. g. *Ieſulus*, Ieſus *paruulus*, *ſponſulus*, *ſponſula*, *ey*, *mein Blümlein*, *wenn du mit deinen* AEVGELEIN *mich freundlich thuſt anblicken*. Sicuti vero *grauitatem* chriſtianæ pietatis hisce expresſionibus violari, nemo temere adfirmauerit: ita cantici omnium excellentisſimi *maieſtatem* molliori dictione non poſſe non lædi, non niſi ab iis, qui rem non penſitant curate, adſeritur. Hæc quum ita ſint, non dubito, quin amantium ſtilo conſentanea CA-

(*l*) *Attic.* XIIII, 13.
(*m*) *Tuſcul.* I, 9.
(*n*) *Attic.* XIIII, 20.
(*o*) *Lib.* I. *ep.* XCIII.
(*p*) Soleo in hac præfatione, ad causſam CASTELLIONIS orandam, veterum ſæpius loca excitare. Erunt haud dubie, qui dicant, normam eius, quod pulchrum ſit, non eſſe penes antiquos, quippe qui multa ipſi dedecora ſuæ immiſcuerint orationi. Hi quidem negabunt huic locum dare conſecutioni: hoc pulchrum eſt in conuerſione Caſtellionea: nam CICERO, MARTIALIS, alii, eamdem in ſententiam locuti ſunt. At enimuero ſilebunt hi, ſi qua valent iudicandi virtute, ſimul vt *normam linguæ* a *norma rationis* ſecreuerint ac ſeiunxerint. Auctores, quos aurea, quam vocant, et argentea tulit ætas, *norma* omnino ſunt *linguæ* purioris et caſtioris *romanæ*, atque hanc quum ob oculos poſitam habuerit CASTELLIO, non potui equidem facere, quin eam teſtem citarem, bonam viri causſam rite acturus. Is vero nusquam, quod equidem ſciam, in ſuo dicendi genere ſcriptores, qui vetus olim Latium illuſtrarunt, *normam rationis* ſibi eſſe iusſit. Dicam, quid velim mihi, libere. In linguis et *vſus* caſtiorum auctorum, et *philoſophia* ſana, ſibi vindicant aliquid. *Ille*, ſi de romana quidem proprietate ſermo ſit, vnde, quæſo, addiſci commodius poterit, quam ex eius ætatis libris, quæ in cælum latinitatem extulit? Iſtud autem, quod oratio ex *philoſophia* petit, veterum nil iuuat auctoritas. Præſumta hos occupauit opinio, qui hunc in modum ratiocinantur: hæc locutio, quæ alioquin inepta eſt, et rectæ aduerſatur rationi, pulchra tamen atque elegans eſt: quare? quia CICERO, HORATIVS, et alii, viri olim magni, vſurparunt eamdem. Plenisſimi ſunt eiusmodi contortularum ac minutarum concluſiuncularum *commentarii*, quos diuina valentes memoria, et ingenioſi, vt ſunt plerique omnes, compoſuerunt viri. Verum nullius hominis, quantuscumque ſit, tanta eſt auctoritas, vt hæc aliis *norma rationis* eſſe posſit. Nemo eſt mortalium, qui hoc ex tripode oraculum fundere queat: hoc quidem eſt a recta ratione aduerſum; ego vero, qua valeo poteſtate, ſciſco ac decerno, vt iſtud pulchrum, verum ac rationi conſentaneum ſit: ſic volo, ſic iubeo. Hinc ii a virtute iudicandi omnino relicti ſint, oportet, qui antiquis, inuitisſimis etiam, eam obtrudunt auctoritatem, vt putent, nil, niſi pulchrum, in iis inueniri, et id etiam, quod ſana ſpernit ratio, hinc capere præſidium. Atque hoc, quibus robur et æs triplex circum caput eſt, non ſine mordaci ſale periſtrinxit acutisſimus vir, qui nomine ficto, CHRISOSTOME MATANASIVS adpellari voluit, *dans le Chef d' oeuvre d' un inconnu*; *poeme heureuſement découvert et mis au jour avec des remarques ſavantes et recherchées*, à la Haye, CIƆ IƆCCXIIII. Adiecta eſt *vne diſſertation ſur* HOMERE *et ſur* CHAPELAIN. Legi, relegi, carmen, et in-

CASTELLIONIS verſio, niſi quis *animum profanum* ad CANTICI lectionem adferat, aut *ſanguinei temperamenti* ſit, ſine vlla offenſione perlegi queat. Qui vero *profanum* habet *animum*, ei quum in originali lingua, tum et in verſione quauis, omnes atque ſingulæ locutiones videbuntur obſcenæ, perinde vt illis, qui morbo regio laborant, omnia flaua videntur. Res quum iam ſua radiet luce, multisque exemplis conſtet, ampliori non eget probatione.

§. XVII.

Animo iam præcipio, fore nonnullos, qui mihi denuo obiiciant, CASTELLIONEM ea ipſa diminutiuarum vocularum vſura *profanum* ſuum prodidiſſe *animum* palam; id vero vel inde ſatis abundeque confirmari poſſe, quod totum hocce CANTICVM de *laſciuo* SALOMONIS erga mulierem quamdam, quam præ reliquis dilexerit, amore explicare non dubitauerit. Ecquis autem te iſtud edocuit? TH. BEZA fortaſſe, (*q*) iuratus optimi noſtri CASTELLIONIS inimicus? Ego quidem non iurauerim in huius verba magiſtri. Eorum enim, quibus *impotens animus* eſt, et qui hosce ſequuntur, teſtimonio parum attribuendum eſſe fidei hiſtoricæ, ſanioris logicæ, quam rationem diſſerendi vocat orator ac philoſophus romanus, nos docent præcepta. Quæ ſi non habeas percepta, tempus et operam tuam non vtilius collocaueris, quam ſi expendas, quæ exquiſito iudicio hac de re ANDREAS RIDIGERVS tradit. (*r*) Nec, meo quidem iudicio, plus roboris habet iſta comparatio, quam vulgo eruditi inſtituunt viri, CASTELLIONEM iis, et veteribus et recentioribus adnumerantes interpretibus, qui in modo recenſitam ingreſſi ſunt opinionem: quorſum pertinent THEODORVS MOPSVESTENVS, ſæculo poſt C. N. quinto clarus, H. GROTIVS, IO. CLERICVS, et, qui arianæ hæreſeos nomine eccleſia pariter, atque academia cantabrigienſi eiectus, priuatam, hodieque Londini, vitam agit, GVILIELMVS WHISTON, cuius ſententiam ſummatim exhibet ARMANDVS DE LA CHAPELLE. (*s*) Si mihi, quod res eſt, dicendum, quantum ex argumento ab ipſo auctore in verſione ſua inſcripto, et ex marginalibus notulis intellexi, *litteraliter* is et *hiſtorice* de amore coniugali, eoque puro et licito, *μυστικῶς* autem de CHRISTI et fidelium coniunctione, SALOMONEM loqui, exiſtimauit. Fuit ea olim quorumdam opinio, qui *inter ſtabilimenta imperii etiam matrimonium illius cum filia regis Aegypti referendum et præſupponendum eſſe* cenſuerunt, *eam ad veram religionem transiiſſe,* atque

ingenioſiſſimas obſeruationes, nec ſciui, quid ſibi velit auctor. Sed, quod diuinârum, id quidem *finis* demum huius diſſertationis, atque adeo totius opusculi, non ſignificauit mihi ſolum, ſed etiam declarauit, nimirum hoc:

Que l' excellence d' un auteur
Dépend de ſon commentateur.

vtinam exſanguem ſuum et a iudicio nimis remotum *commentandi* modum hinc diſcerent euitare magni hodie, vt videri cupiunt, viri, qui veterum illuſtrant volumina! In votis haberem etiam, vt, qui in ſacroſanctum codicem *commentarios philologicos* conficiunt, ab eodem ſibi cauerent vitio, de quo ſalſiſſime dixit MATANASIVS. Sed manum hic de tabula!

(*q*) In *vita* CALVINI.

(*r*) *Senſu veri et falſi, lib.* III. *c.* II. §. XIIII. *p.* 471. *ſeqq.*

(*s*) dans la *bibliotheque angloiſe*, *tom.* XI. *part.* I. *art.* II. *p.* 74. *ſeqq.*

atque in huius gratiam canticum illud canticorum, *quo ſimul myſtice vnio* CHRISTI *et eccleſiæ ſignificetur, ab eo compoſitum fuiſſe* arbitrati ſunt. Ita quidem ipſa verba exſcripſimus ex *compendio* HISTORIAE ECCLESIASTICAE *gothano.* (*t*) His etiam, qui ita ſentiunt, haud obſcure ſuffragatur LVDOVICVS ELLIES DV PIN. (*u*) Licet vero et hæc interpretatio a cordatioribus diuini iſtius epithalamii enarratoribus iam pridem ſit exploſa, non tamen eiusdem patroni ſunt idcirco *profanæ mentis* accuſandi, a qua pientisſimum quoque CASTELLIONEM abſoluere vnice iam adlaboraui. Si qua in re, vt homines ſumus ad errandum procliues, aberrauit inuitus, id dandum reliquis viri meritis, vt ipſum purgemus, neue conuiciis immerentem proſequamur.

§. XVIII.

Non tamen is ego ſum, vt improbæ eorum accedam ſententiæ, qui cæleſtia oracula non, niſi laſciuis gentium a CHRISTO auerſarum ſcriptoribus in conſilium adhibitis, intelligi poſſe, incredibili armati audacia profitentur. IOSEPHVS certe SCALIGER, I.C.F. *numquam plura apud vllos auctores ſe legisſe* dicebat, *quæ ſe magis ad interpretationem ſacrarum litterarum ducerent, quam apud* ARISTOPHANEM, CATVLLVM, TIBVLLVM, PROPERTIVM, *et eiusmodi ſalacisſimos auctores.* (*x*) Ad quæ verba TANAQVILLVS FABER adnotauit, reſpexisſe SCALIGERVM haud dubie ad locos nonnullos MOSIS, CANTICVM CANTICORVM, *hiſtoriolam*, quæ in *libris* REGVM eſt, *librum* RVTH, *verſiculos* aliquot EPISTOLAE ad ROMANOS, et ſimilia. Iſta profana nugamenta poſtquam recenſuit DAN. GEORG. MORHOFIVS, vir πολυμαθέστατος, hocce chriſtiano homine in primis dignum adiecit iudicium: *verum nimis profane locutus vterque eſt: nec decent chriſtianos iſtiusmodi cogitationes: neque verum eſt, ſi demum e laſciuis iſtis ſtercoribus auri quid forte peti poteſt, e profanis ſcriptoribus aliis non multo etiam plura, ad ſacræ ſcripturæ illuſtrationem, hauriri* (*y*) Facere non poſſum, quin plane ſubſcribam huicce iudicio, dummodo CASTELLIONIS mei romanæ SACRI CODICIS verſioni duo illa præcipua, quæ hactenus enucleauimus, pulchra, et, quæ hisce continentur, reliqua a nemine denegentur ornamenta.

§. XIX.

Filum abrumperem hic, niſi *claritatis* ac *perſpicuitatis* nomine hactenus collaudatæ verſionis peruenuſta facies, propius a me viſa, adeo mirabiles ſui excitaret amores, vt et duplicem illius VSVM, quem quum in *hermeneutica ſacra*, tum in *ſcholis* et *academiis* præbet, ad id, quod in ea pulchrum eſt, etiam referre operæ pretium esſe exiſtimarem. Quod igitur ad VSVM caſtellioneæ verſionis in HERMENEVTICA SACRA attinet, is prorſus inſignis atque præclarus eſt. Etenim quiuis diuinorum oraculorum enarrator, quum *ebraiſmi* et *græciſmi* enucleatius in ea exhibeantur, eam *commentarii* loco vſurpare poterit; quemad-

(*t*) *Lib.* I. *cap.* II *ſect.* III. *p.* 198. *edit. recentisſ.*
(*u*) *Disſert. prelim. ſur la bible, liv.* I. *chap.* II. §. XIIII. *p.* 107.
(*x*) *Primit. Scaliger. pag.* 20.
(*y*) *Polyb. lib.* IIII. *cap.* XI. *p.* 861.

admodum præter alios, incomparabilis vir, I. F. BVDDEVS de hacce verſione: *nec diffitendum*, inquit, *quod plurimis in locis recte non tantum et accurate, ſed eleganter etiam atque perſpicue, ſenſum expresſerit*, vt inſtar commentarii *hæc eiusdem verſio esſe queat.* (z) Quum verſio hæc non minus, quam aliæ, humano ſtudio ſit elaborata, neque adeo ab omni aberratione aliena, *fontes* ſemper cum cura ſunt conſulendi. *Nec* enim *dubium*, *quin inſignem illa et vtilitatem præſtet*, *et laudem mereatur*, *ſi ſobrie*, *et* conſultis *ſemper* fontibus, eadem vtaris. Ita præclare cenſet vener. IO. GOTTLOB CARPZOVIVS, cuius etiam doctisſimas obſeruationes conatui illi exegetico non parum profuturas arbitror. (*aa*) Tandem vero *vſum* quoque *accentuum in hac verſione* in primis experiri licet. Id quod exemplo ſuo nos edocet ANDR. REINBECKIVS, quippe qui, præter ONKELOSIVM, VVLGATVM, MVNSTERVM, PAGNINVM, MONTANVM, VATABLVM, TREMELLIVM et IVNIVM, nec non interpretationes, GALLICAM, ANGLICANAM, BELGICAM, atque VERNACVLAM, noſtram CASTELLIONIS etiam verſionem diligentisſime ad accentus ebræos examinauit, eamdemque non ſolum laudauit ſæpe, verum etiam, vbi res id popoſcit, caſtigauit. (*bb*) Neque, vt mihi perſuadeo, inutile erit, ea, quæ RICHARDVS KIDDERVS, epiſcopus anglicanus, ob varia ingenii monimenta in orbe erudito clarisſimus, aduerſus biblicam CASTELLIONIS verſionem commonuit euoluere. (*cc*) Scilicet iis obuiam ire voluit viris in Magna Britannia doctisſimis, qui hanc ipſam translationem, ob ornatisſimam latinitatem, iure meritisſimo maximi faciunt. Atque inter hos eques KINGIVS primum atque principem obtinet locum.

§. XX.

Ceterum infauſtisſima FAVSTI SOCINI veſtigia, quibus viri docti, neſcio qua, ſuſpicione ducti, verſionem CASTELLIONIS infectam esſe hodieque clamitant, nos quidem perueſtigare potuimus nulla. Quod vero *Actor.* III, 21. verba græca: ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι, reddidit latine: *quem oportet cælo capi,* in eo quidem nihil, ſi quid ego iudico, peccauit. Nam, vt tacitus prætercam, *cap.* I, 9. *nubem ſubduxisſe* IESVM de *oculis diſcipulorum*, diſerte dici, etiam, præter SYRVM INTERPRETEM, antiquitatis nota haud incelebrem, reuerendus olim CPolitanæ eccleſiæ præſul, IOANNES CHRYSOSTOMVS, ob ſtili attici cum aſiatica διαλέκτῳ commiſti ſuauitatem prorſus admirabilis, in eadem hæreſi fuit, dum rem *actiue* enuntiat: ὃν οὐρανὸς ἐδέξατο. (*dd*) Eadem repetit THEOPHYLACTVS, Achridiæ, pri-

(z) *Iſagog. hiſtor. theol. tom.* II. *p.* 1540.

(*aa*) In *Critica ſacra* V. T. hoc ipſo anno edita, *part.* II. *cap.* VII. §. VII. *p.* 741. *ſeqq.*

(*bb*) In *doctrina de accentibus Hebræorum, pag.* 312. *ſeqq.*

(*cc*) *Remarks on ſome pasſages of ſcripture, by Richard* KIDDER. *Londini* CIϽ IϽCC XIX 8. Libelli huius particeps ipſemet fieri haud potui, quantumuis operam nauauerim omnem. Sed eius exhibetur ſumma in *Vnſchuld. Nachrichten*, anno eodem, *p.* 832. vbi ex KIDDERI mente notatur CASTELLIO, quod IAPHETVM pro *filio* NOACHI *natu minimo*, et PILATVM pro *romano prætore* venditauerit.

(*dd*) *homil.* IX. in *acta apoſt. col.* LXXXIIX.

primariæ Bulgarorum eccleſiæ, antiſtes. (*ee*) Quamquam vernacula B. LVTHERI translatio, ob φράσιν apud τὰς ἔξω vſitatiorem, *δέξασθαι πόλιν, δόμους, occupare vrbem, domos,* multo apud me potior ſanctiorque ſit. (*ff*)

§. XXI.

Reliquum eſt, vt iam alterum pulcherrimæ CASTELLIONIS translationis commonſtrem VSVM, qui in *ſcholaſticam* et *academicam* potisſimum redundat iuuentutem. Romana lingua, qua nihil elegantius, nihil pulchrius, amabiliusque nihil, eruditorum vernacula hodie vocatur, adeoque ii, qui politioribus litteris ſeſe conſecrarunt, ab ineunte ætate omnem mouere lapidem debent, vt in ipſis triuialibus ſcholis cultioris ſtili iaciant fundamenta. At dudum iam in auctoribus claſſicis deſiderauerunt cordatiores viri, quod ii profano deorum cultu ſeſe polluerint; publicæque rei chriſtianæ conſuli rectius cenſent, ſi ſcriptores, qui hanc ipſam ſanctisſimam profitentur diſciplinam, et elegantiæ et concinnitatis ſtudioſisſimi a pueris mature legantur. Hac quippe ratione aduerſus ethniciſmum teneras muniri ac præparari mentes, viamque ſterni ad CICERONEM, aliosque caſtioris notæ auctores paganos ſanctiore animo euoluendos. Quod ſi ita eſt, vt eſt, non potuit citra controuerſiam præclarius de ſtudio biblico, deque ſtudioſa iuuentute mereri CASTELLIO, quam quod ipſum SACRVM CODICEM, ab omnibus, quotquot chriſtiani videri cupiunt, nocturna diurnaque manu cumprimis verſandum, elegantiore latinitate expresſum cum erudito communicauerit orbe. Ita enim tirones et pietatem et romanæ linguæ veneres eadem addiſcent opera. Eſt hoc etiam in ſcholis ſollemne, certe eſſe debet, vt biblica lectio ceteris omnibus præmittatur ſtudiis. Quod ſi igitur hæc ea ratione inſtituatur, vt puerorum aliquo vernacula biblia voce clara prælegente, ceteri latinam CASTELLIONIS verſionem ad manus habeant, atque lectori animis pariter ac lingua faueant, nullum mihi eſt dubium, quin facile, ipſa conſuetudine et vſu romanum ſermonem, eiusdemque lepores, qui operoſius hodie, et cum magno temporis diſpendio ediſcuntur, imbibant. Quum enim hiſtoriæ biblicæ tironibus iam maxima ex parte ſint notæ ac perſpectæ, res ipſa docet, latinitatem quoque ipſis fore intellectu perfacilem, atque familiares redditum iri, quibus illæ conueſtiuntur, elegantiarum flores. Ipſe TANAQ. FABER olim filio ſuo capita aliquot ex euangelio IOANNIS ob eamdem, vt videtur, rationem propoſuit. Verum iſtud non probo conſilium, quum inquinatior ſit INTERPRETIS, quem VVLGATVM vocant, latinitas, quam vt ab ea auſpicium fieri posſit romani ſermonis. Contra vero ea noſter CASTELLIO elegantiæ romanæ guſtu inſigniter imbuit tirones. Edidit anno CIↃ IↃC LXIX Londini libellum AVCTOR, neſcio quis, (*gg*) in quo regi Galliæ ſuadet, vt ciuitatem aliquam latinam inſtituat, in qua ſolo vſu ac conſuetudine linguam edoceantur pueri. Optimum, me quidem iudice, con-

(*ee*) *Explicat. p.* 49.

(*ff*) Vid. quæ adnotaui in mea *de verbis Græcorum mediis diſſertatione, exemplis quum ſacris, tum profanis, illuminata,* quæ in excitata *collectione* vltimum occupat locum, §. X. *p.* 173. *ſeqq.*

(*gg*) Inſcriptio libelli in 12. excuſi hæc eſt: ***an examen of the way of teaching the latin tongue to little children by uſe alone.***

conſilium hoc eſt, nec ea ciuitas rei publicæ platonicæ loco haberi debet, modo mens ignoti auctoris recte capiatur. Hinc et iſtud probauit D. G. MORHOFIVS, accurati iudicii vir. (*hh*) Equidem genuina ratiocinandi ars non ediſcitur vſu, ſed ad linguas faciliimus ſic patet aditus, prout gallicani ſermonis exemplo idem quotidie fieri experientia rerum magiſtra docemur. Attamen regulæ grammaticæ non ſunt temere negligendæ, ſed in dies ſingulos memoriæ altius infigendæ. Enim vero res pæne omnis et hic in erudito atque fideli ſita erit magiſtro, vtpote cuius eſt, non ſolum elegantes conſtructiones, atque puriores locutiones, quibus, tamquam gemmis, ſuam verſionem ornauit CASTELLIO, verum etiam, ſi quæ forte ſe offerant, impuras antiquataſque voces, quas, ſi hodie vixisſet, cautius mercatus esſet, quam diligentisſime adnotare. Ita vtitur ille: *euadere in virum, iubere alicui, gratitudo, ingratitudo, hactenus* pro *adhuc, feſtum, idem cum, repedare Deut.* XX, 6.8. *elumbare Deut.* XXXII, 11. aliaque: cuiusmodi leuiores næui ſcriptori ceteroquin emendato iure meritoque condonantur. Iuuabunt hocce ſtudium præclare CHRISTOPH. CELLARII, cuius et orthographiam maxime delegimus, *antibarbarus*, et *curæ poſteriores*, nec non BASILII FABRI *theſaurus*, a IO MATTH. GESNERO, viro clarisſimo, qui ad ornandas humanitatis litteras in nouam Gœttingenſem academiam nuper euocatus eſt, denuo in lucem editus, et ab eruditis cum plauſu exceptus. Ita mihi ſpes eſt, futurum, vt terſisſima oratio, quam a puero e CASTELLIONIS verſione didicerunt, incitentur ſtudioſi iuuenes, quo in academias aliquando delati, ſiue theol. ſiue iuris prudentiæ, ſiue medicinæ, ſiue denique philoſ. ſeparatam nauauerint operam, ad eamdem porro euoluendam, conſuetudine velut adducti compellantur. Atque hac ratione et ad biblicum ſtudium, quod a quamplurimis academicis ſtudioſis turpiter, et cum magno animarum ſuarum damno hodie negligitur, vel inuiti concitabuntur. Vos igitur ipſimet, CLARISSIMI ſcholarum PRAESIDES, ceterique DOCTORES, veſtrapte ſponte intelligetis, vos rem, et SERVATORI D. N. I. C. pergratam honorificentisſimamque, et diſciplinæ veſtræ alumnis peracturos vtilisſimam, ſi vel ea, qua diximus, ratione veræ pietatis ac doctrinæ ſtudium ſororio quaſi vinculo ac nexu coniungatis, atque curetis, vt veſtri omnes pii doctique euadant viri. Vos autem, IVVENES POLITISSIMI, ſecundum genuinam, qua immortalis DEVS reuerendus eſt, pietatem, ea nullo non tempore parate, meditamini, cogitate, quæ ad parandam humaniorum litterarum ſcientiam pertinent, eamdemque ob cauſſam nitidisſimam CASTELLIONIS verſionem de manibus haud deponite vmquam. Veſtra enim res agitur: vobis, vt ille ait comicus ſenex, ſeritis, vobis occatis, vobis eisdem metitis, vobis denique iſte pariet lætitiam labor.

§. XXII.

Tandem et TE, OPTIME IESV, interpres verbi TVI omnium perſpicacisſime, qua decet, animi demisſisſimi reuerentia compello, impenſisſimiſque precibus oro, vt hæcce BIBLIA SACRA, quorum noua, TE auſpice, editio in adorandi nominis TVI gloriam nunc prodit, adeo iubeas esſe beata, vt omnibus, quorum ea teruntur manibus, et tu ipſe ſis in animo adſiduus, in oculis, in ore. Scribebam Lipſiæ, d. XIIII. CAL. OCTOB. A. R. S. CIↃ IↃCC XXVIII. Iterum legi, d. VI. ID. APRIL. CIↃ IↃCC XXIX. Tertium legi, auxi, emendaui, ſecundis Dei auſpiciis, a. d. XVII. CAL. OCT. CIↃ IↃCC XXXIIII.

(*bb*) *In Polyhiſt.* I, 20. 21. *pag.* 461.

SEBASTIANVS CASTELLIO EDVARDO SEXTO, ANGLIAE REGI CLARISS.

SALVTEM.

QVVM SACRARVM LITTERARVM LIBROS, a me in latinum ſermonem conuerſos, in lucem emitterem, ſerenisſime Rex Angliæ, ſuaſerunt amici, vt eos tuæ Maieſtati dedicarem: idque vt facere vellem, tribus rationibus perſuaſerunt. Primum, quod dicerent, nulli conuenientius ſacras litteras offerri poſſe, quam ei, cuius regnum aſylum esſet eis, qui propter ſacrarum litterarum ſtudium atque defenſionem vexarentur. Deinde, quod tu nuper hanc eamdem transferendi libros ſacros prouinciam hominibus doctis mandauisſes, ſed vnius obitu impeditus fuisſes. Poſtremo, quod præter ceteras diſciplinas atque linguas, etiam latinitatis, vel in primis, (cuius nos hic nonnullam rationem habuimus,) ſtudioſus esſes, et ad eam rem magiſtrum eruditum haberes. His cauſſis adductus ſum, vt tibi Regi illuſtrisſimo, ego infimæ conditionis homo, vigilias meas offerre auderem: ſperans fore, vt quanto in altiore dignitatis faſtigio te Dei benignitas collocasſet, tanto clementius tenues admitteres amore Chriſti, qui quum Deo foret æqualis, non dubitauit ad infimos ſe demittere. Quod ſi placet, et ſi hanc translationem, Rex, legere non recuſas, exponam tibi iam, quod fuerit in hoc negotio meum inſtitutum. Ego operam dedi, vt fidelis, et latina, et perſpicua esſet hæc translatio, quoad eius fieri posſet: ne quem deinceps orationis obſcuritas, aut horriditas, aut etiam interpretationis infidelitas ab horum librorum lectione reuocaret. Sed perſpicuitatis et fidelitatis potisſimam rationem duximus. Nam quod ad latinitatem attinet, eſt oratio nihil aliud, quam rei quædam quaſi veſtis, et nos ſartores ſumus. Res quidem manet eadem, nec orationis elegantia fit melior, nec vilitate deterior: neque rem vere amat is, quem ab ea cognoſcenda retrahit inculta oratio. Quinetiam videmus euangelii arcana nobis tradita esſe verbis impolitis, et e media indoctorum plebe deſumtis, ne quid inde hominum eloquentiæ tribueretur. Ceterum quoniam in hoc ſtudio verſantem, necesſe erat non ſolum verba, ſed etiam res ipſas, (ſine quibus verba ſæpe intelligi non posſunt,) perpendere: ſi quid interim animaduerti obſcurius, non ſolum quod ad verba, ſed etiam quod ad rem pertineret, id conatus ſum paucis illuſtrare. Atque in verbis quidem declarandis fui aliquanto confidentior. Verum res vt parcius attingerem, in cauſſa fuit partim præſens transferendi inſtitutum, quod circa verba verſatur: partim, et quidem multo magis, ignorantia mea. Quum ſint enim hi libri de rebus diuinis ſcripti, necesſe eſt nos, quanto magis homines ſumus, tanto minorem horum intelligentiam habere. Et profecto

fecto ſi verum fateri volumus, eſt adhuc noſtrum ſæculum in profundis ignorantiæ tenebris demerſum; cuius rei certisſimum teſtimonium ſunt tam graues, tam pertinaces, tam pernicioſæ disſenſiones: tam multi, et iidem irriti conuentus de hiſce controuerſiis, tantusque numerus quotidie naſcentium librorum, et eorum inter ſeſe toto cælo disſidentium. Si enim vnus Dei ſpiritus, et vna veritas eſt: necesſe eſt, in quibus idem ſpiritus, eademque veritas inſit, eos vnum esſe, idemque ſentire ſpiritualibus in rebus: et, ſi nobis clarisſimæ veritatis orta dies esſet, numquam tot obſcuras librorum accenderemus lucernas. Atque equidem mihi, huius ignorantiæ cauſſam quærenti, videbatur inuentu difficilis. Neque enim tribui hæc litterarum et artium ignorationi poteſt, quum noſtro ſæculo nihil fieri posſit eruditius: et tamen tantis ſtudiis, tanta linguarum cognitione, tot artibus, per tot annos, tantum abeſt, vt multum profectum ſit, vt in dies in deterius abeant res. Itaque quum attentius hanc rem conſiderarem, viſus ſum mihi huius ignorantiæ vnam verisſimamque cauſſam inueniſſe, vitioſitatem ac impietatem. Itaque dicit Danieli angelus: IMPIE agent impii, nec intelligent vlli impii. (*Dan.* 12.) Et Dauid contra: IOVAE metuentibus patefit eius arcanum. (*Pſ.* 25.) Et Eſaias: PREME oraculum, obſigna diſciplinam apud diſcipulos meos. (*Eſa.* 8.) Quod ſi Iouæ arcana in his libris occultata noſſe volumus, metuendus nobis et colendus Ioua eſt, eique obediendum, vt decet eius diſcipulos. Hæc vera ad diuinarum rerum cognitionem via, hæc vna ad hoc diuinorum arcanorum ſigillum aperiendum clauis eſt: quam qui habebit, nullam aliam requiret: qui non habebit, fruſtra ceteras admouebit huic ſeræ. Quod ſi esſet in nobis verus Dei amor atque metus, et ſi tantum ſtudii et operæ in eo poneremus, quantum alii in comparanda pecunia, alii in litteris, alii in diſciplinis, alii in honore, alii alia in re ponunt, non ſolum abesſet crasſa hæc, (liceat mihi dicere quæ ſentio,) crasſa hæc, inquam, quæ tenet ſæculum, ignorantia: verum etiam tantæ esſet Iouæ cognitionis, hoc eſt, veræ pietatis plena terra, quanta nobis, ſi ſapimus, promisſa eſt. Atque ita naſceretur illud vere aureum ſæculum, quo esſent omnes diuinitus docti: fieretque, quod armipotens Ioua pollicitus eſt his verbis: (*Mich.* 4.) CVDENT ex enſibus ſuis vomeres, et ex ſpiculis falces: nec gentes aliæ aliis arma inferent, nec amplius bella diſcent, degentque ſub ſuis quisque vitibus ac ficubus, exterrente nullo, quoniam Iouæ armipotentis os loquitur. Et illud: (*Eſa.* 11.) VERSABITVR cum agno lupus, accubabitque pardus hædo, copulatosque vitulum et leonem et taurum ducet puer paruulus, et vacca vrſusque compaſcentur, concubantibus eorum pullis: et leo more boum palea veſcetur, et ludet ſuper aſpidis foramen lactens infans, ſuperque viperæ cauernam deliculus puer manum agitabit. Nusquam male aut nequiter fiet in meo ſacro monte: quoniam tantæ erit Iouæ cognitionis plena terra, quantis operitur aquis mare. Item illud ad Hieroſolymam, hoc eſt, ad Chriſtianorum reimpublicam dictum: (*Eſa.* 60.) AD TE ſeſe recipient humiliter homines, qui te adflixerint, et tuorum pedum veſtigia venerabuntur omnes tui conuiciatores: teque Iouæ vrbem, Sionem Auguſti Iſraelitarum adpellabunt. Pro eo quod deſerta, inuiſa et inaccesſa fueris, efficiam ex te ſublimitatem æternam, voluptatem perennem: adeo vt ceterarum gentium lac, regumque ſugas vbera, ſciesque, me Iouam esſe ſeruatorem, vindicemque tuum, Iaco-

cobeorum numen. Pro ære inducam aurum, pro ferro inducam argentum, pro lignis æs, pro lapidibus ferrum: efficiamque, vt pro tui adminiſtratione ſit pax, et pro magiſtratibus iuſtitia. Non iam crudelitas in tua terra, non vaſtitas aut calamitas in tuis finibus audietur: tuosque muros ſalutem, et portas laudem adpellabis. Non amplius tibi ſol interdiu lumen præbebit, neque lunæ ſplendor illucebit: ſed erit tibi Ioua lux æterna, Deusque tuus decori. Non occumbet amplius tuus ſol, tuaue luna occidet: nam Ioua tibi lux erit æterna, ſinita tui luctus die. Tuus autem populus, iuſti omnes, ſemper terram posſidebunt, a me ſata ſtirps, manuum mearum opus, quod mihi ſit honeſtamento. Minimus in mille, minutisſimus in populoſam gentem excreſcet: id quod ego Ioua ſuo tempore accelerabo. Item illud: (*Ezech.* 36.) ARCESSAM vos ex gentibus, et ex omnibus collectos terris, adducam in veſtram patriam: puraque conſperſos lympha, vt ab omnibus veſtris fœditatibus purgemini, ab omnibus veſtris vos expiabo ſtercoreis diuis: vobisque et cor nouum et ſpiritum nouum in pectora dabo: & exemto de corporibus veſtris lapideo corde, vobis carneum cor dabo: et dato in corpora veſtra meo ſpiritu, faciam, vt inſtitutis meis pareatis, measque ſententias conſeruetis: quo faciendo, manebitis in terra, quam ego dedi maioribus veſtris: et vos mihi populus, et vobis ego Deus ero, vosque ab omnibus veſtris impuritatibus vindicabo. Hæc eſt in his, multisque aliis locis, et maxime in Apocalypſi, (*Apoc.* 20.) promisſa Chriſtianis felicitas, o Rex, et perfecta Dei cognitio, ac obedientia: quam equidem quo magis euoluendis ſacris libris conſidero, eo minus hactenus præſtitam video, vtcumque illa oracula intelligas. Sed exſiſtunt ignauæ diſſidentium voces, qui pro inſano habent, ſi quis audeat ſperare meliora noſtris: quaſi vero Dei ſit vel decurtata manus; vel auris obtuſa: (*Eſa.* 59.) aut, quaſi ideo deſperandum ſit, quia numquam ita fuit: ac non potius ideo ſperandum ſit, quia non fuit, et is promiſit, qui neque mentitur vmquam, et poteſt etiam mortuis vitam reddere. Equidem aut hæc futura esſe fatendum eſt, aut iam fuisſe, aut Deus accuſandus mendacii. Quod ſi quis fuisſe dicet, quæram ex eo, quando fuerint. Si dicet, Apoſtolorum tempore; quæram, cur nec vndiquaque perfecta fuerit, et tam cito exoleuerit Dei cognitio ac pietas, quæ et æterna, et marinis vndis abundantior fuerat promisſa. Sin dicet, Noſtro tempore: mirabimur hanc pacem, quæ ex vomeribus falcibusque noſtris cudat enſes, et ſupellectilem domosque conuertat in bombardas et propugnacula. Sed eſt, credo, hæc pax in litterarum proceribus et populi magiſtris. Vnde igitur linguarum et calamorum longe nocentiora bella, quam ferri? Vnde tot tam graues controuerſiæ, quæ neque tot iam ſæculis, tot diſputationibus componi potuerunt, et fere in ſanguinem imbecilliorum erumpunt? dum nemo eſt, qui de ſuo iudicio dubitet: nemo eſt, qui non alios damnet. Inuidemus, maledicimus: non ſolum malum malo, ſed ſæpe bonum malo penſamus: et ſi quis a nobis in aliquo religionis vel puncto disſidet, eum damnamus, et per omnes terrarum angulos linguæ ſtilique iaculo petimus, et ferro et flamma et vndis ſæuimus, et ex rerum natura indefenſos et inopes tollimus: et nobis non licere quemquam interficere, dicimus: et tamen Pilato tradimus, et ſi hunc dimittat, amicum esſe Cæſaris negamus: et quod eſt omnium indignisſimum, hæc omnia Chriſti nos ſtudio, et iusſu, et nomine facere

cla-

clamamus, & lupi feritatem agnina pelle tegimus. O ſæculum! Scilicet Chriſti ſtudio ſanguinarii erimus, qui, ne aliorum ſanguis effundendus esſet, ipſe ſuum effudit. Chriſti ſtudio zizania exſtirpabimus, qui ne frumentum exſtirparetur, iusſit vsque ad mesſem relinqui zizania. Chriſti ſtudio alios perſequemur, qui iusſit, vt ſi nobis feriatur mala dextera, obuertamus ſiniſtram. Chriſti ſtudio inferemus aliis malum, qui nobis, vt pro malo bonum redderemus, præcepit. Vbi erit ergo illa nobis tantopere commendata caritas, (1. *Cor.* 13.) ſine qua, licet et hominum teneas et angelorum linguas, et omnia ſcias, et fide vel montes transmoueas, et omnia tua largiaris, atque adeo tuum ipſum corpꝰ comburendum tradas, nihil es? Quod ſi quis de caritate ſeſe iactat, conſideret, num fructus caritatis habeat, et ea præſtet, quæ caritatis esſe tradit Paulus. Caritas benigna eſt, inquit: caritas temeraria non eſt, non tumet, non ſe gerit turpiter, non ſibi ipſi ſtudet, non eſt irritabilis, non male cogitat, non gaudet iniuſtitia, ſed veritate lætatur: omnia tolerat, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet: caritas numquam intercidit. Nunc quidem manet fides, ſpes, caritas: ſed harum trium maxima eſt caritas: atque in ea ſita eſt legis perfunctio. Denique caritas multitudinem tegit peccatorum, eisque medetur Quod ſi hodie ea ita refrixit, vt in eius loco regnet odium: et tamen promiſit Deus pium illud iuſtumque ſæculum, quod ſupra commemoraui: fatendum omnino eſt, multa, atque adeo maxima in oraculis promisſa, nondum esſe perfecta. Cuius rei ignoratio in cauſsa eſt, vt Dei dona admodum ieiuna, exilia et macra faciamus: et vatum oracula pleraque inepte, ne dicam ridicule, interpretemur: dum quæ futura ſunt, et non niſi ab iis, qui vel diuinitus, vel rei euentu ſint edocti, posſunt intelligi, ea et ſine ſpiritu, et ſine euentu declarare conamur, metuentes videlicet, ne quid ignorare videamur. Quum hæc ita ſint, o Rex, et quum ætas noſtra in tanta adhuc ignorantiæ caligine cæcutiat, etiam atque etiam nobis cauendum esſe cenſeo, ne quid imprudenter committamus. Quod ſi quæ ſunt in religionis negotio controuerſiæ, (ſunt autem plurimæ,) in his ſequendum Iudæ Machabæi et ſuorum factum iudico, qui de ara ſolidi ſacrificii, quum quid ſtatuerent, non haberent, eius lapides in monte templi, loco opportuno, poſuerunt, donec adueniret vates aliquis, qui de iis oraculum referret. (1. *Mach.* 4.) Aut potius Moſis, cui diſertis verbis modo præceptum erat, (*Num.* 15.) vt ſi quis contra legem data opera commiſisſet, is capite pœnas daret: et tamen eum, qui in die ſabbati lignatus erat, interficere noluit, niſi relato ſuper ea re nominatim oraculo. Et erat Moſes fidus Dei miniſter, et eius ſpiritu non parce præditus. Vt interim nihil dicam de conſilio Gamalielis, (*Actor.* 5.) qui oſtendit, ſi ea res ab hominibus eſt, disſolutum iri: ſin a Deo eſt, non posſe disſolui, ne forte contra Deum pugnetur. Quod ſi has res nobis esſe notiores putamus, quam illa Moſi fuit, (quando ea ſunt tempora, vt nemo ſe errare putet) ac certe non debemus iidem et accuſatores esſe, et iudices, potiusque parendum eſt Paulo, ita præcipienti: (*Roman.* 14.) Si quis imbecilla fide eſt, huic nulla cum animi dubitatione opitulamini. Tu quis es, qui alienum famulum damnes? Suo domino ſtat, aut cadit. Conſiſtet autem: poteſt enim Deus eum ſtabilire. Tu vero cur tuum fratrem damnas? aut tu cur tuum fratrem deſpicis? Noſtrum quisque cauſsam pro ſe dicet apud Deum. Quamobrem ne iam damnemus alius ali-

alium. Nam ſi damnabimus, damnabimur, et eadem menſura nobis rependetur. Præſtiterit, (meo quidem iudicio,) Romanorum legem de vindiciis ſequi, quæ erat huiusmodi: Si quis, qui ſe hactenus pro libero gesſisſet, vocabatur in ius ab aliquo, qui eum ſeruum esſe adſereret, interea dum causſa pendebat, vindiciæ dabantur ſecundum libertatem: hoc eſt, is cuius libertati periculum creabatur, manebat in eadem conditione, qua liberi, donec in iudicio planum factum ac pronuntiatum esſet, vtrum is liber an ſeruus foret. Et merito. Quum enim de eius conditione dubitaretur, ſi forte liberum esſe contigisſet, et interea pendente lite ſeruiliter habitus esſet, facta foret homini libero grauis iniuria. At quanto id in capitis causſa fieri æquius eſt? præſertim in religione, in qua peccatur grauisſime. Exſpectemus iuſti iudicis ſententiam: et operam demus, non vt ipſi alios damnemus, ſed vt nihil committamus, quamobrem nobis metuenda ſit damnatio. Obediamus iuſto iudici, et zizania vsque ad mesſem ſinamus, ne forte frumentum, (dum ſupra magiſtrum ſapere volumus,) exſtirpemus. Neque enim adhuc vltimus mundi finis eſt: neque nos angeli ſumus, quibus hæc ſit mandata prouincia. Adde, quod abſurdum eſt, ſpirituale bellum terreſtribus armis geri. Chriſtianorum hoſtes ſunt vitia, contra quæ virtutibus certandum eſt, et contrariis remediis contraria mala curanda: vt doctrina ignorantiam pellat, iniuriam vincat patientia, ſuperbiæ modeſtia reſiſtat, pigritiæ opponatur diligentia, contra crudelitatem pugnet clementia, ſimulationem proſternat ſincera, et ſe Deo probans religioſa mens, animusque purus, et qui vni Deo placere ſtudeat. Hæc ſunt vera chriſtianæ religionis, et vere victricia arma: non vt carnifici mandetur prouincia doctoris, et exteriora poculi prius, quam interiora purgentur. Atque hæc de religione dumtaxat a me dici volo. Nam quod ad facinora attinet, homicidia, adulteria, furta, falſa teſtimonia, et huiusmodi reliqua, quæ Deus et puniri iusſit, et quo pacto punienda forent, præcepit, ea in controuerſiam non vocantur. Neque de iis obſcure præcepit Deus, et ad bonorum defenſionem pertinent: niſi velimus in noſtris cubilibus iugulari, vt quidem nunc ſunt tempora. Neque vero periculum eſt, ne ſi magiſtratus, a Deo ad bonos defendendos conſtitutus, aliquem homicidii conuictum tollat in crucem, virum bonum interficiat: neque quisquam defendit vmquam homicidium, ne homicida quidem. Sed religionis et intelligentiæ ſacrarum litterarum longe eſt alia ratio. Quum ſint enim hæc obſcure, et ſæpe per ænigmata tradita, et de his iam per mille amplius annos disputetur, nec dum componi res potuerit, neque componi abſente omnium controuerſiarum diremtrice et ignorantiæ fugatrice caritate posſit, et ea de causſa innocente ſanguine repleta terra ſit: debemus profecto, (quamuis nobis omnia ſcire videamur,) debemus, inquam, metuere, ne inter latrones, (quos merito cruci figimus,) etiam Chriſtum immerito cruci figamus. Et ſi non modo Turcas, et Iudæos, (quorum illi Chriſtum parum amant, hi etiam capitaliter oderunt,) viuere patimur apud nos, verum etiam maledicos, ſuperbos, inuidos, auaros, impudicos, ebrioſos, et cetera hominum flagitia ferimus, et cum iis viuimus, epulamur, lætamur: debemus ſaltem communem hunc aerem et ſpiritum iis concedere, qui idem Chriſti nomen nobiscum profitentur, et nemini nocent: eoque ſunt animo, vt mori malint, quam aliud dicere aut facere, quam quod dici aut fieri de-

be-

bere arbitrantur. Vt interim non dicam, quod nullum hominum genus minus metuendum eſt. Qui enim vitam mauult amittere, quam dicere quod non ſentit, (peccaret enim, ſi faceret: et qui cogit, peccare cogit,) non eſt, credo, metuendum, ne is pecunia posſit, aut alia re corrumpi. Atque equidem illud mihi perſuaſi, nullos esſe principibus et magiſtratibus obedientiores, quam eos, qui ſimpliciter Deum metuunt, et in eo, quod ſciunt, fideles ſeſe præſtant. Ceterorum quidem obedientia ficta eſt, neque durat diutius, quam vel metu cogitur, vel vtilitate adlicitur. Sed qui conſcientia ad obediendum impellitur, quique docente Deo, didicit magiſtratibus et poteſtatibus obediendum esſe, etiam iniquis, ne dum iuſtis: huius veram et æternam esſe obedientiam necesſe eſt, quoniam Deus, (qui ei obedientiæ cauſſa eſt,) verus manet et æternus. Illud quidem, (vt ad propoſitum redeamus,) citra controuerſiam verum eſt: Ad pœnitendum properat, cito qui iudicat: et multos iudicasſe pœnituit, iudicium ſuspendisſe non pœnituit. Et qui ad clementiam propenſior eſt, quam ad iram, is Dei naturam imitatur: qui quum ſciat nos esſe ſontes, tamen differt ſententiam diu, et exſpectat, dum fiat vitæ correctio. Qui enim continuo necat, nullum relinquit pœnitentiæ locum. Quod ſi quis his contradicere audebit, necesſe erit vt fateatur, ſanguinem a ſe oppugnari, a nobis defendi. Vtrius autem facilior futura ſit causſæ dictio apud iudicem Deum, ſi quis ignorat, audiat Solomonem ita dicentem: (*Prou.* 14.) IMPIORVM verba inſidiantur ſanguini: ac proborum os eum defendit. Illud perſpectum habeo, clementiæ, patientiæ, benignitatis, obedientiæ non posſe pœnitere quemquam, crudelitatis et temerarii iudicii non posſe non pœnitere. Quod ſi illa tutisſima via eſt, hæc periculorum plena: inſanum esſe oportet, qui ſe ſciens volensque in pericula præcipitet. Neque vero hæc ideo tibi dico, Rex illuſtrisſime, quod aliquid ſiniſtrum de te acceperimus. Quum ſis enim eius adhuc ætatis, quæ ſub tutorum cura cuſtodiatur, tuum ingenium, (nobis præſertim, tanto terrarum interuallo disiunctis,) cognitum esſe non ſatis poteſt. Dicunt quidem, qui iſtinc veniunt, eam eſſe tuam indolem ac humanitatem, vt omnia de te ſperent optima, quorum nos ſpei adeo accedimus, vt ſperemus et optemus etiam optimis, (ſi fieri posſit,) meliora. Quum igitur videamus, noſtra corpora vobis Regibus esſe in manum a Deo tradita, veſtros autem animos esſe in manu Dei: mouemur exemplis, et periculo pro virili parte obuiam ire conamur, malumque numquam nimis mature declinari posſe iudicamus. Itaque Deum oramus, vobis vt eam mentem iniiciat, vt vos de veſtris animis, (qui in Dei manu ſunt,) tanto magis ſitis ſolliciti, quam ii ſunt de ſuis corporibus, qui vident ſuam vitam vobis in manu esſe poſitam: quanto animi interitus grauior eſt, quam corporis. Cupimus, inquam, vos esſe tales, quales esſe iubet Deus his verbis: (*Deut.* 17.) QVVM acciderit regem in regni ſui ſolio ſedere, hanc ſibi legem a ſacerdotibus Leuitis in libro exſcribito, eamque apud ſe habeto, et legito per omnem vitam ſuam, vt diſcat Iouam Deum ſuum vereri, curetque, vt omnibus verbis huius legis, atque his inſtitutis pareat, ne contra ſuos conſanguineos animo inſoleſcat, neue de diſciplina ad dextram aut ſiniſtram deflectat, vt diu viuat in regno ſuo tum ipſe, tum eius nati, inter Israelitas. Item Solomo, de bono rege loquens, his verbis: (*Prou.* 16.) ORACV-

LVM habet in labiis rex, cuius os crimen in iure non committit. Impie agere, regibus eſt inuiſum: nam iuſtitia ſolium aptum eſt. Placent regibus iuſta labra, et probe loquentes amant. Regia bilis, eſt mortis nuntius, et eam vir ſapiens diluit. In ſerenitate vultus regis, vita eſt, eiusque fauor eſt quædam quaſi ſerotina nubes. Habere ſapientiam, longe eſt præſtantius, quam aurum. Eſt autem ſapientiæ caput, Dei metus: qui nobis debet ob oculos dies noctesque verſari, et ad mala frenum, et ad bona calcar esſe. Hæc habui in præſentia, Rex, de quibus te monerem, non equidem vt vates, non vt misſus diuinitus: ſed vt vnus de multis, qui disſidia et lites oderim, et religionem caritate magis, et animi pietate, quam quæſtionibus et rebus externis exerceri cupiam. Neque vero me præterit, nihil a me dici, quod non ab aliis ante me dictum ſit. Sed recta quæ ſunt, ea et a multis, et tamdiu dici, donec eis pareatur, non eſt inutile. Accipe igitur, Rex, noſtrum hunc laborem comiter et humane: et ſi vacat, (debet autem vacare,) et ſi placet, (debet autem placere,) lege ſacras litteras animo pio ac religioſo: et te ad regendum regnum ſic præpara, tamquam mortalis, et rationem redditurus immortali Deo. Opto tibi Moſis clementiam, Dauidis pietatem, & Solomonis ſapientiam. Vale Baſileæ, menſe februario, anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo.

AD LECTORES ADMONITIO.

NOVVM fœdus de græco transtulimus: Vetus de hebræo, exceptis Inditha, Sapientia, Eccleſiaſtico, tertio Esdræ, epiſtola Ieremiæ, Barucho, Machabæis, et parte Esdræ et Danielis: quæ quum in hebræo non exſtent, de græco transtulimus. Sunt et in Daniele capita ſex ſyriace ſcripta, videlicet a ſecundo ad ſeptimum: et in primo Esdræ quatuor, a quarto ad ſeptimum: quæ nos quoniam ſyriacum ſermonem non didicimus, ex aliorum translationibus ſumus interpretati. Quartum Esdræ ex latino in latinum transtulimus, quoniam in alio ſermone non inuenimus. Quod ſi quid in græca aut latina vetere translatione libri alicuius, qui hebraice exſtaret, reperimus, quod in hebræo non eſſet, id interſeruimus, et græca prænotauimus littera G. latina autem littera L. aut vtraque, ambabus, G. L. vsque ad H. qua ſignificetur fieri ad hebræum ſermonem reuerſio. Atque idem fecimus in libris de græco translatis, ſi quid in latino amplius inuenimus. Et quoniam Bibliorum hiſtoria mutila eſt, (quippe quæ nihil contineat earum rerum, quæ ab Esdræ temporibus vsque ad Machabæos, itemque a Machabæis vsque ad Chriſtum geſtæ ſunt,) eam ſuppleui ex Ioſepho ſcriptore Iudæo, qui græce ſcripſit, vixitque quo tempore exciſa eſt Hieroſolyma ab Imperatore Veſpaſiano. Neque vero id feci, quo ſupplementum hoc pro ſacris litteris habeatur: ſed vt iis ſatisfacerem, qui temporum illorum geſta libenter cogrituri ſint,

quum

quum in eis magnæ acciderint in Iudæorum repub: mutationes, et Iudæi in Romanorum poteſtatem, (ſub quibus Chriſtus crucifixus eſt,) venerint. Quod ſi cui tamen diſplicebit hoc ſupplementum, licebit non legere. Ceterum quia is Ioſephus alicubi longior eſt, quam pro argumento nobis propoſito, ſcribitque aliena quædam ab hiſtoria ſacra, eum nos in huiusmodi locis contraximus. Itemque quoniam in libro de Bello Iudaico, (in quo eadem ſcribit,) nonnumquam apertior eſt, aut aliquid, ad rem pertinens, dicit, quod in libris Antiquitatum, (ex quibus nos hæc excerpſimus,) deſit, illo nos alicubi vſi ſumus. Ceterum vt ſciatis, quatenus meæ translationi fidendum ſit, aut diffidendum: ſciendum eſt, in his libris multam eſſe difficultatem, partim in verbis, partim in re, partim in vtroque. Verborum difficultas, aut eſt ſimplicium, aut compoſitorum. Simplicia verba plerumque obſcura ſunt, earum rerum quæ vel raro, vel dumtaxat vſurpantur, non etiam deſcribuntur: vt ſunt pleraque ſtirpium et animalium: itemque earum rerum, quarum forma vel natione vel tempore mutatur, vt veſtium et vaſorum, et inſtrumentorum. In his nos ſæpe quid adfirmemus, non habemus: non magis quam qui Catonem interpretantur, neſciunt, quid apud eum ſit nasſiterna, ſcutriſcum, vrpex, et alia quædam: aut apud Ciceronem, quid ſit leſſum facere, id quod ipſe Cicero ignorare ſe fatetur. Itaque quod alicubi veſpertilionem, et mergum, et ardeolam, et cetera quæ ſunt eius generis, interpretamur, in his interpretationem noſtram pro certa haberi nolumus: tantum, quod veriſimile eſt, ſequimur, et nobis veniam dari poſtulamus: præſertim quum in huiusmodi verbis errare, non ſit vsque adeo periculoſum. Sed huiusmodi dubitationes intellige in hebræis verbis eſſe. Nam quod ad græca pertinet, quoniam ea lingua magis culta, magisque cognita eſt, in ea minus dubitamus. Atque hæc de verbis ſimplicibus. Compoſitorum autem verborum difficultas plerumque a rei difficultate pendet: ac niſi cognita re diſcuti non poteſt: qualis eſt in Eſaiæ XXVII. Numquid eum cædet ſimili cæde cæſoris ſui? aut, Numquid occidetur ſimili occiſorum ſuorum occiſione? Ibi enim, propter ignorantiam rei, neſcio an pro Sui et Suorum, ſit ponendum Eius: quoniam hebræum relatiuum ambiguum eſt, vt et Gallicum, ſi ad verbum transferas, Son tueur. Atque huiusmodi difficultates nonnumquam a vatibus adhibentur de induſtria. Nos aliquoties in margine ſignificauimus, ne quem falleret interpretatio noſtra. Sunt autem res aliæ humanæ, aliæ diuinæ. Humanas voco, quæ humano ingenio, etiam ſine fatidico ſpiritu posſunt intelligi: cuiusmodi ſunt cærimoniæ, et Moſis tabernaculi deſcriptio, et templi Solomonis ac Ezechielis, et vatum viſiones, et Chriſti ſimilitudines, et Apocalypſis tota. Sunt enim narrationes rerum geſtarum, aut quaſi geſtarum: quæ quid ſignificent, quamuis non intelligas, non tamen obſtat ea ignoratio, quo minus hæc, in quem velis ſermonem, transferre posſis. Itaque ſi quæ exſtiterunt in hoc genere difficultates, fuerunt explicabiles. Quamquam fieri poteſt, vt alicubi aliquod verbum ſignificantius adhiberi posſit ab eo, cui res nota ſit. Diuinas autem res eas adpello, quæ humanarum rerum vmbra teguntur ac delineantur: cuiusmodi eſt quod docet Moſes, circumciden-

dendæ eſſe corda : et Dauid , verum ſacrificium eſſe animum abiectum et adflictum : et Chriſtus , renaſcendum eſſe : et Paulus , moriendum mundo , et abiiciendum malitiæ fermentum : et cetera huiusmodi , in quibus ſacrorum librorum fructus et finis ſitus eſt , et ſine quibus ſacras litteras legere , tam nihil prodeſt , quam inutilis eſt corporis circumciſio , aut lotio , ſi animus ſit incircumciſus ac illotus. Sed hic meminiſſe decet , quod ſcribit Petrus in capite primo epiſtolæ ſecundæ : Habemus , inquit , firmiorem fatidicum ſermonem, in quem , recte facitis , quod eſtis intenti , tamquam in lucentem in obſcuro loco lucernam , donec dies illuceſcat , et lucifer oriatur in veſtris animis : dum tamen hoc primum intelligatis , nullum fatidicum ſcriptum priuatæ explanationis eſſe. Non enim hominis voluntate editum eſt vmquam oraculum , ſed ſancti ſpiritus inſtinctu locuti ſunt homines diuini. Ex his Apoſtoli verbis intelligi poteſt , ſacrarum litterarum mentem , diuinumque ſenſum nullis artibus , nullis ſcientiis , nulla humana induſtria , aut memoria , aut ingenio , poſſe percipi. Res eſt diuina , quam vnus Dei ſpiritus , idem qui dictauit , nouit , atque docet : et quidem eos fere docet : qui ſunt hominum indoctiſſimi , infirmiſſimi , contemtiſſimi , pauperrimi , ac ignobiliſſimi : ne quid inde noſtræ eruditioni aut artibus et excellentiis arrogemus. Itaque ego , qui fatidicum illum ſpiritum non habeo , res illas ſacras in Adnotationibus non fere attingo, niſi quatenus pertinent ad intelligendum orationis curſum. Aut ſi quando extra hos limites egredior, (id quod facio , vt qui volet , ſciat ecquid animaduerterimus,) rationem illam ſequor, quæ quarta eſt in oratione, de qua nonnihil in 1. Cor. XIIII. ſcripſimus : quæ quum ſit periculoſiſſima , ſi a ceteris deſtituatur, id non niſi parce , et multis euidentibusque rationibus inducti facimus : ac ne noſtris quidem rationibus temere credendum iudicamus, quoniam ſæpe laboramus ignorantia, et nobis bonæ rationes videntur eſſe, quæ non ſunt. Itaque ſi quis meliora habebit, licebit, quod ad nos attinet, Adnotationes noſtras omittat, et nuda translatione vtatur. Quod autem alicubi ſcribo, me aliquem locum non intelligere : id non ita accipi volo, quaſi cetera plane intelligam : ſed vt ſciatur, me in aliis aliquid ſaltem obſcuræ lucis habere, in illis nihil : tum autem, vt meæ translationi in quibusdam huiusmodi locis non nimium confidatur. Neque tamen vbique quid non intelligam, ostendo : eſſet enim hoc infinitum. Rurſum quod in Vatibus quædam oracula explano, vt in Eſaia de Emmanuele, de Cyro, de Senacheribo , et talia , non ita declaro , quaſi nihil ibi abstruſius ac diuinius lateat : ſed humana, et verbis aut euentu oſtenſa, expono : et diuiniora , quæ ibi tecta ſunt, iis relinquo, quibus Deus ſpiritum ſuum largius impertiuerit. Interea mea nulli obeſſe, (meo quidem iudicio,) poterunt : præſertim quum profitear, me non eſſe vatem, ſed vatum et veritatis ſtudioſum. Supereſt, vt te, Lector, orem, vt noſtrum hunc laborem boni conſulas. Quod ſicubi tibi minus ſatisfacio, da veniam, feci quod potui : et quod tibi diſplicebit, id alii forſitan placebit : et rurſum, quod tu probabis, id alius damnabit. Quod ſicubi errorem aliquem noſtrum inuenies, (erunt autem in tam difficili , tamque longo opere, fortaſſe non pauci,) da veniam, et admoneto nos amice, ſicuti nos tibi amice prodeſſe ſtuduimus :

aut

aut ſi noles, aut non licebit, ſaltem alios, quos hac translatione vti videbis, admoneto erroris noſtri quamprimum, præſertim ſi in eo erit aliquid periculi. Neminem enim fallere volumus, ſi fieri poteſt. itaque quamquam in hoc opere multos annos, continenter, ſummo otio, proſpera valetudine, magna alacritate vſi, elaborauimus: tamen deinceps, volente Deo, dabimus operam, vt ſi quid errratum, vel ab aliis moniti, vel per nos ipſos cognouerimus, id corrigamus. Quod ſi quis meliorem translationem proferet in lucem, ei libenter cedemus.

IVDICIA DOCTORVM VIRORVM DE BIBLIIS CASTELLIONIS.

ANDREAS HYPERIVS LIBRO II.

De Ratione ſtudii Theologici.

LAudantur etiam, quod magna cura, nec minori religione interpretati ſint Biblia, Theologi Tigurini, & Sebaſtianus Caſtellio.

FRIDERICVS FVRIVS CERIOLANVS

in libro de Sacris litteris in linguam vernaculam vertendis.

QVid de Caſtellionis translatione dicam? An non hic omnes interpretes, quicumque libros ſacros in latinum conuerterunt, ita vicit, vt ſoli ipſi primæ merito deferri debeant? Certe huius ego viri induſtriam, laborem, diligentiam, quam in conuertendis Bibliis poſuit, tanti facio, vt quum ad manus meas eius translatio peruenisſet, non potuerim mihi temperare, qui in eius laudem hosce facerem verſiculos:

Neſcio quis veterum voluit, ſermone latino
Biblia cum priſcis vt loquerentur auis.
Tentauit, fecitque ſuis pro viribus omnem
Conatum: at fantur Biblia barbarice.
Euſebius tentauit idem, tentauit Eraſmus:
Fruſtra opera eſt, fantur Biblia barbarice.
Pagninus tentauit idem cognomine Sanctes:
Fruſtra opera eſt, fantur Biblia barbarice.
Tentarunt hoc ipſum alii, ſed non bene ceſſit:
Fruſtra opera eſt, fantur Biblia barbarice.
En tibi Caſtalio tentat, cælo auſpice: idipſum
Succeſſit. ponunt Biblia barbariem.
O opus egregium: latio ſermone loquuntur
Biblia nunc tandem Caſtalionis ope.

Si nemo vmquam fuisſet aliquid de græco peregrinis verbis perſecutus, vbi huius viri translationem vidiſſet, non dubitaret, certo ſcio, an e græco eleganter, fideliter, et vere in aliam linguam verti poſſet.

PHILIPPVS MELANCHTHON SEBASTIANO CASTELLIONI S. D.

ETſi hactenus ad te nihil ſcripſi: nam in hac et varietate et barbarie negotiorum parum mihi ſupereſt temporis, ad illud genus litterarum dulcius, quo magis delector, ſæpe etiam languefecit me, intuentem horribiles confuſiones inter eos, qui ſapientiæ et veritatis ſtudioſi videri volunt, ingens mæſtitia: tamen conſpecta forma orationis tuæ, ſemper te magniſeci: eſt enim, vt ſcis, ingenii, prudentiæ, iudicii et veræ etiam virtutis index recta et elegans oratio. Scis autem illud muſarum canticum ὅττι καλὸν φίλον ἐςι: quare quum illa tua ornamenta conſiderarem, ne fieri quidem potuit, quin te diligerem: etiamſi familiaritas nulla fuit, ſuntque multi teſtes meorum ſermonum, quos de te honorificos ſæpe inter amicos habeo, cet.

EX LITTERIS CHRISTOPHORI CARLEILI ANGLI AD CASTELLIONEM: An. 1562. IIII. Kal. Maii datis.

IN altero, qui in te inuehitur, tum maiorem in iudicando æquitatem, tum in reprehendendo modeſtiam deſideraſſem. Conuicia dedecent Chriſtianum, et immanitas hominem. Legi quidem tua omnia ſtudioſe, et quotidie lego, vnde vberrimum et ſalutarem percipio fructum. Ioannem Checum latine, græce et hebraice perbene ſcientem, equeſtris ordinis virum, nonnumquam ſum adortus, et reperi ſemper tua legentem Biblia: percontabar de tua in interpretando fide et eloquentia: tum ille ridendo, vt erat adfabilis, mehercule, inquit, maiorem percipio fructum in legendo Caſtellionem, quam in euoluendis omnium ſcriptorum commentariis: oratio facilis eſt, explicata, dilucida, ſuauis, concinna et diſerta: verba pura et latina, et quæ propius naturam notationemque græcæ hebraicæque locutionis attingunt: Martinum Bucerum audiui explanantem Pſalm. 119. et quum omnia expoſuiſſet, quæ græci, latini et hebræi doctores, de ea quam tractauit ſententia præclare ſcripſiſſent, monuit audiendum Caſtellionem, qui, inquit, vt eſt tum pius, tum eruditus, ita de Hebræis tum grauius, tum diſerte conuertit in hunc modum: atque hoc fecit me præſente in Academia Cantabrigienſi, cet.

LAVRENTIVS HVMFREDVS ANGLVS

Lib. I. *De ratione conuertendi auctores.*

NEc ſua laude fraudandus eſt Sebaſtianus Caſtellio, vir in linguis doctiſſimus, qui omnes opes latinæ linguæ ad Dei verbum omni inſtrumento oratorio exornandum depromſit. Si quid errauit, errarunt et alii: nec verum ſemper dicunt, qui ad carpen-

dum

lum alios ſunt promtisſimi: nec ſtatim melius dicit, qui reprehendit crius. Errores humani ſunt, et ſane Biblia, ſacroſancta Dei oracua et myſteria ſine omni errore in aliam linguam poſſe transferre, humani ingenii et eloquentiæ non eſt: Quis enim hominum Dei linguam, vt eſt, propria ſua et germana ſpecie exprimere poterit? Nec Græcorum quisquam hoc feciſſe legitur, nec, quod ſciam, Latinorum. Quare homines, debemus in errores hominum non ſæuire. Nec ideo errauit quisquis errauit, quod latine et eleganter ſtuduerit ſacros libros traducere: errorum aliæ ſunt causſæ: eloquentiam nullo modo accuſandam cenſeo. Cur enim alibi comti, hic incomti, alibi politi, hic polluti: alibi Cicerones, hic Scoti et Barbari erimus? Cur ceteræ artes humanæ et profanæ niteſcere, ſola vero ſcriptura horrere debet? Si rem recte exiſtimare velimus: hic finis omnium eſt Dei gloria, quæ illuſtratur, ſi illuſtrior eius reddatur oratio: huc Rhetorum expolitiones: huc linguarum cognitio: huc quidquid eſt diſciplinarum omnium et doctrinarum, tamquam ad ſcopum vnicum et vltimum referuntur, cet. Item in eodem libro. Caſtellio multos annos domi ſuam verſionem, vt audio, ſuppresſit, trutinauit, extendit, elimauit: Hebraicas phraſes cum latinis diligentisſime, et græciſmos item cum probatisſimis auctoribus linguæ romanæ coniungendo, vt quam adpoſitisſime idiotiſmum redderet, et hebraiſmos explicaret.

QVIDAM.

CAſtellio natione Sabaudus obiit Baſileæ anno 1563. 29. Decembris, anno ſuæ ætatis 48. vbi 18. annos græcas litteras docuit. Bibliorum interpretationem Geneuæ adgresſus 1542. perfecit anno 1550. id eſt nouem annis, magna animi alacritate in eis vertendis, et proſpera valetudine ſemper vſus: ſæpe a Deo locorum obſcurorum intelligentiam vehementibus precibus efflagitans. Ex qua eius translatione id commodi lector percipiet, quod et Biblia facile intelliget, et linguam latinam vna eademque opera diſcet.

ORDO

ORDO LIBRORVM VET. FOEDERIS.

Geneſis	pag. 1
Exodus	54
Leuiticus	96
Numeri	127
Deuteronomium	167
Ioſua	205
Iudices	230
Rutha	256
Regum libri IIII.	260
Paralipomenon libri II.	389
In II. c. 33. Manasſis prec.	451
Esdræ libri III.	457
Tobias	499
Iuditha	514
Eſtera	534
Iobus	546
Pſalterium	575
Prouerbia	646
Eccleſiaſtes	670
Canticum canticorum	679
Sapientia	684
Eccleſiaſticus	700
VATES.	
Eſaias	747
Ieremias	80
Ieremiæ lamentationes	85
- - epiſtola	86
Baruchus	86
Ezechiel	87
Daniel	92
Azariæ Prec. in c. III. 25.	92
Hiſt. Suſannæ in c. XIIII.	94
et de Belo et Dracone i Dan. c. XIV.	94
Oſea	94
Ioel	95
Amoſus	95
Abdias	96
Ionas	96
Michæas	96
Nahumus	97
Habacucus	97
Sophonias	97
Haggæus	98
Zacharias	98
Malachias	99
Esdræ liber quartus	994
Machabæorum lib. II.	1022

NOVI FOEDERIS.

Euang. auctore Matthæo	3
Euang. auctore Marco	38
Euang. auctore Luca	60
Euang. auctore Ioanne	98
Acta Apoſtolorum	126
EPISTOLAE.	
Pauli ad Romanos vna	163
Ad Corinthios duæ	179
Ad Galatas vna	204
Ad Epheſios vna	209
Ad Philippenſes vna	215
Ad Colosſenſes vna	219
Ad Theſſalonicenſ. duæ	222
Ad Timotheum duæ	228
Ad Titum vna	235
Ad Philemonem vna	237
Iacobi epiſtola vna	238
Petri duæ	242
Ioannis tres	249
Iudæ vna	254
Epiſt. ad Hebræos vna	255
Apocalypſis	266

GENESIS.

GENESIS.

CAPVT I.

Celi terræque creatio. terra rudis. libratio ſpiritus. lux, dies, nox, dies primus. liquidum inter aquas, cælum, dies alter. aquarum confluxio, terra, mare, ſtirpes, dies III. luminaria duo, temporis partes, ſtellæ, IIII dies. piſces, volucres, horum fecunditas, V dies. terreſtria animantia. homo Dei ſimilis, rerum dominus in terris, eiusdem fecunditas, rerum vſus. terreſtrium ac volucrum vſus in quibus. cuncta bona. VI dies.

PRINCIPIO creauit DEVS
cælum et terram. Quum
autem esſet terra iners at-
que rudis, tenebrisque offu-
ſum profundum, et diuinus
ſpiritus ſeſe ſuper aquas libraret,
iusſit Deus, vt exſiſteret lux, et ex-
ſtitit lux: quam quum videret Deus
esſe bonam, lucem ſecreuit a tene-
bris, et lucem diem, et tenebras
noctem adpellauit. Ita exſtitit ex
veſpere et mane dies primus.* De-
inde iusſit Deus, vt exſiſteret liqui-
lum inter aquas, * quod aquam ab
aqua disiungeret: fecitque liqui-
lum, quod diuideret aquam, quæ
ubter liquidum eſt, ab ea, quæ ſu-
er eſt. Quo facto, liquidum cæ-
um nuncupauit: ita exſtitit ex ve-
pere et mane dies ſecundus. De-
nde iusſit Deus, vt aqua, quæ ſub
ælo esſet, vnum in locum conflue-
1 et, vt adpareret ſiccum.* Quo
acto, ſiccum terram nominauit, et
quæ adfluentiam mare. Eamque
em bonam esſe animaduertens,
iusſit, vt pareret terra ſtirpes,* her- 11
bas frugiferas et arbores fructife-
ras, quæ ſuo quæque in genere fru-
ctum ederent, et in quibus ſuum ſe-
men inesſet in terris. Atque ita fa-
ctum eſt: ediditque terra ſtirpes, id 12
eſt, herbarum frugiferarum et arbo-
rum fructiferarum genera, in qui-
bus ſuum ſemen inesſet. Quam et-
iam rem bonam esſe animaduertit.
Ita exſtitit ex veſpere et mane dies 13
tertius. Deinde iusſit Deus, vt ex- 14
ſiſterent luminaria in liquido cælo
ad discernendum diem a nocte, quæ
et ſigna, et tempora, et dies, et annos
efficerent, et in liquido lucentia 15
cælo terras colluſtrarent. Id quod
factum eſt. Fecitque Deus duo lu- 16
minaria magna, maius ad diei, mi-
nus ad noctis moderationem: tum
etiam ſtellas: eaque in liquido 17
cælo collocauit, ad colluſtrandas
terras, et diem noctemque mo- 18
derandam, lucemque et tenebras
discernendas. Et hoc quoque vidit
esſe bonum. Ita exſtitit ex veſpe- 19
re et mane dies quartus. Deinde 20
iusſit Deus, vt aqua natatiles ederet
animantes, * et volucres, quæ ſupra
terram per aerem volarent. Crea- 21
uitque Deus ingentia cete, et omne
genus fluitantium animalium, et
alatarum volucrum, quæcumque ex
aqua originem trahentia mouentur.
Quam rem quum videret esſe bo-
nam, ea fecundauit his verbis: 22

feti-

fetificate, multiplicamini, replete
aquas in mari, et volucres multipli-
23 centur ſupra terras. Ita exſtitit
ex veſpere et mane dies quintus.
24 Deinde iuſſit Deus, vt ederet terra
animantium genera, videlicet pe-
corum, et ſerpentium, et terreſtri-
um ferarum. Id quod factum eſt:
25 fecitque Deus diuerſa genera ter-
reſtrium ferarum et pecorum, et
omnium humi ſerpentium. Quam
rem quum videret esſe bonam, ita
26 fatur: faciamus hominem* ad ima-
ginem noſtram, noſtri ſimilem, qui
dominetur * piſcibus aquatilibus,
volucribus aereis, pecudibus, deni-
que toti terræ, et quidquid in terra
27 mouetur. Itaque hominem Deus
ad ſui, id eſt, ad diuinam imaginem
creauit, ſcilicet marem et feminam:
28 quibus deinde fecunditatem dedit,
ſic eos adloquens: fetificate, multi-
plicamini, replete terram, eamque
ſubigite: et in piſces aquatiles, vo-
lucresque aereas, et omnes, quæ in
terris mouentur, beſtias imperium
29 habete. En ego vobis trado (in-
quit) omnes herbas, quæ ſunt in
omni terræ ſolo frugiferæ, omnes-
que arboreo fetu præditas arbores,
ſemen parientes, quibus ad alimo-
30 niam vtamini. Beſtiis autem ter-
reſtribus omnibus, aerisque volu-
cribus, et quæcumque vitali ſpiritu
animata mouentur in terris, his
omnem herbarum viriditatem ad
31 paſtum do. His effectis, animad-
uertit Deus omnia, quæcumque
fecerat, esſe admodum bona. Ita ex-
ſtitit ex veſpere et mane dies ſextus.

CAP. II. *

Diei VII feriæ, fauſtitas. terram vapor irrigans. Homo ex puluere, a Deo adflatus, in pomario. vitalis arbor. fluminis e pomario diuiſio. homo eiusdem cultor. arbor vetita. ſolitudo mala. mulieris creatio, quorſum cum viro: coniugatorum partes.

1 ITa perfecti ſunt cæli et terra,
2 eorumque omnes copiæ: abſol-
uitque Deus die ſeptimo ſuum,
quod fecerat, opus: et die ſeptimo
ab omni opere a ſe effecto feriatus
eſt. Ideoque ſeptimum diem fau- 3
ſtum ſacrumque fecit, quod in eo ab
omni opere, quod creauerat fecerat-
que, * feriatus esſet. Ortus qui- 4
dem et creatio cæli et terræ ſic ha-
bet. Quum terram cælumque fecis-
ſet Ioua Deus, * nulla adhuc in 5
terris planta terreſtri, nulla adhuc
herba exorta, (quippe quum neque
Ioua Deus pluisſet in terram, neque
homo esſet ad humum colendam)
exhalauit ex terra vapor, * qui vni- 6
uerſum eius ſolum irrigauit. Ho- 7
minem autem Ioua Deus, quum ex
terræ puluere formauisſet, et in
eius nares ſpiritum vitalem inſpira-
uisſet, ex quo esſet animans homo
effectus, eum in pomario, quod 8
in Edene ad orientem conſeuerat,
collocauit. Procreauerat autem 9
Ioua Deus ex terra cum omnis ge-
neris arbores, et ad adſpectum pul-
chras, et ad veſcendum accommo-
das: tum arborem vitalem in medio
pomario, arboremque ſcientiæ bo-
ni atque mali. Ex Edene autem 10
manabat flumen ad pomarium irri-
gandum, et inde fisſum euadebat in
capita quatuor: quorum vni no- 11
men eſt a Phiſon, quod flumen totam
obit b Heuilam, vbi aurum eſt, (eſt 12
autem eius regionis aurum pro-
batisſimum) vbi etiam bdellium, et
onyx gemma. Alterum flumen 13
c Gehon vocatur, quod omnem Ae-
thiopiam peragrat. Tertium Ti- 14
gris dicitur: fluit in orientem, qua
eſt Asſyria. Quartum eſt Euphrates.
In hoc pomarium Edenis Ioua Deus 15
hominem adduxit, ibique eum con-
ſtituit, vt id coleret et tueretur:
eique ita præcepit: * omnibus poma- 16
rii arboribus veſceris, præter ar- 17
borem ſcientiæ boni atque mali,
nam ſi ea veſceris, * moriere.
Dixerat autem Ioua Deus: non 18
conuenit, Adamum esſe ſolum: fa-
ciam ei adiumentum accommoda-
tum

a) Ganges. b) Indiam. c) Nilus.

19 tum. Nam quum ad eum beſtias
omnes terreſtres, quas ex terra for-
mauerat, omnesque aereas volucres
adduxisſet,vt videret, quomodo eas
nuncuparet, vt quo quamque ani-
mantium nomine Adamus adpellas-
20 ſet,id esſet eius nomen: quumque
impoſuisſet Adamus nomina pecori-
bus, volucribus terreſtribusque be-
ſtiis omnibus, d ipſi Adamo adiu-
mentum idoneum non ſuppetebat.
21 Quamobrem artisſimo eum ſomno
Ioua Deus conſopiuit, eique vnam
ex coſtis detraxit,ex qua coſta (com-
presſo in eius locum corpore)
22 mulierem conſtruxit, eamque ad-
23 duxit ad Adamum. Tum Ada-
mus: nunc demum (inquit) os de
osſibus meis, et caro de carne * mea
eſt. Hæc vocabitur mulier, * quia
24 ſumta de viro eſt. Itaque vir, re-
licto ſuo patre atque matre, adhæ-
rebit vxori ſuæ, coaleſcentque in
vnam carnem.

CAP. III.

Parentum nuditas. anguis dolus. illorum lapſus in pomo. cognita nuditas, ſubligacula: a Deo fuga nocentum, excuſatio. Anguis deteſtatio et ruina vnde, feminæ calamitas et ſtatus. Humus deuota, maris ærumnæ ac finis. Eua adpellata. amborum veſtis, exſilium. pomarii cuſtodes. ad arborem gladius.

1 CEterum quum esſent Adamus
et eius coniux ambo nudi, ta-
men nihil erubeſcebant. Ser-
pens autem,qui esſet omnium terre-
ſtrium beſtiarum, quas Ioua Deus
fecerat, verſutisſimus,mulierem his
verbis adgresſus eſt: curnam vetuit
vos Deus veſci omnibus arboribus
pomarii? Cui mulier: fructibus
arborum pomarii veſci nobis licet:
ſed fructum arboris, quæ eſt in me-
dio pomario, Deus nos veſci, aut
tangere vetuit,ne morte plectamur.
Et ſerpens: nequaquam morte mul-
tabimini, inquit. Sed ſcit Deus, ſi
de eo comederitis, tum oculos vo-
bis apertum iri, atque ita vos fore
quaſi deos, ſcientes boni atque mali.
Hic mulier, quum videret arborem 6
esſe et ad veſcendum accommodam,
et oculis gratam, et ad diſcendum
optabilem, ſumſit de fructu eius
comeditque: et præterea ſuo quo-
que viro dedit, qui et ipſe comedit.
Tum, apertis eorum oculis, ambo 7
animaduerterunt, ſe esſe nudos:
conſertisque ficulneis foliis, fece-
runt ſibi ſubligacula. Deinde au- 8
dita Iouæ Dei voce in pomario in-
ambulantis ad auram diei, Adamus
et eius vxor ſeſe ex eius conſpectu
in medias pomarii arbores abdide-
runt. Sed Ioua Deus Adamum in- 9
clamans: vbi es? inquit. Cui ille: 10
audita per pomarium tua voce, ter-
ritus, vtpote nudus, abscondi me.
Et ille: quis ostendit tibi, te esſe 11
nudum? Numnam de arbore, de
qua tibi præceperam,ne comederes,
comediſti? Cui Adamus: quam 12
tu mihi mulierem attribuiſti, ea
mihi de arbore dedit, et ego come-
di. Et Ioua Deus mulieri: cur tu 13
iſtud feciſti? Cui mulier: a ſerpen-
te decepta comedi.
Tum Ioua Deus ad ſerpentem ita 14
loquitur: quoniam iſtud feciſti, eris
omnium terreſtrium beſtiarum tum
cicurarum tum ferarum exſecrabi-
lisſima: in ventrem ambulabis,pul-
ueremque comedes, quamdiu viues.
Quin eas inimicitias inter te et mu- 15
lierem,interque tuum et eius ſemen
conciliabo, vt illud tibi caput, tu
illi calcem illidas. Deinde ad mu- 16
lierem: ego te multis doloribus,
inquit, ærumnisque * adficiam: tu
natos cum dolore paries, et pende-
bis a viro tuo, tibique ipſe impera-
bit. Deinde ad Adamum: quia 17
vxori tuæ morem, inquit, gerens,
de arbore comediſti, cuius ego tibi
eſu interdixeram, erit humus infe-
lix propter te, quæresque ex ea vi-
ctum laborioſe per omnem vitam:

d) Quum cetera animantia feminas ſui quæque generis haberent, ſolus Adamus hoc adiumento carebat.

18 quum ipſa interea carduos tibi pro-
creabit, et ſentes, tuque terreſtribus
19 herbis veſceris. Cum vultus tui
ſudore victum tolerabis, donec
redeas in humum, ex qua ortus es.
Nam puluis es, et in puluerem red-
20 ibis. Impoſuit autem Adamus
ſuæ coniugi nomen Eua, quod vi-
21 uentium omnium mater * fuit. Et
Ioua Deus tunicas Adamo et eius
vxori fecit pelliceas, quibus eos
22 induit. Deinde ipſe ſic loquitur:
quum homo quaſi vnus de nobis
euaſerit, boni malique ſciens, peri-
culum eſt, ne * manum admoueat
etiam arbori vitali, vt eius decerpto
et guſtato fructu, viuat in ſempiter-
23 num. Itaque eum ex Edenis po-
mario abegit, vt humum, vnde
hortus erat, coleret: et eiecto ho-
mine, collocauit ab orientali parte
pomarii Cherubos, et flammeum
enſem vibrantem, ad arboris vita-
lis aditum cuſtodiendum.

CAP. IIII.

Caini ortus, Abelisque. Horum ſacra, huius gratia, illius liuor, huius nex. Caini exſecratio, pauor vexans, conſolatio, nota ſecuritatis. Henochus. inuentor citharæ. Faber. poſt Enoſum ad Iouam ſupplicatio.

1 ADamus autem cum Eua vxore
rem habuit, quæ grauida facta
Cainum peperit: ſic ideo no-
minatum, quod illa eum enixa dixiſ-
2 ſet: adepta ſum virum a Ioua. Pe-
perit præterea eius germanum Abe-
lem. Hic Abel opilio, Cainus fuit a-
gricola.
3 Aliquanto tempore poſt, quum
Iouæ munus libauiſſet Cainus de
4 terræ frugibus, Abel autem de
pecorum ſuorum primigenis, et
maxime opimis, reſpexit Ioua Abe-
5 lem et eius munus: Cainum,
eiusque munus non reſpexit: quam
rem ita acerbe tulit Cainus, vt
6 ei facies *e* ſublaberetur. Et Ioua:
quid ita acerbe fers? inquit: aut
cur tibi facies ſublabitur? Certe 7
ſi recte facies, litabis: * ſi non recte
facies, peccatum pro foribus cubat,
idque a te pendebit, et tu ei impe-
rabis. At Cainus Abelem fratrem 8
ſuum ſuis verbis, (*G. lect.*) rus ſe-
duxit, (*H.*) ibique eum adgreſſus
interfecit. Tum ſic Cainum ioua 9
adlocutus eſt: vbi eſt Abel frater
tuus? Cui ille: neſcio, inquit, num-
quid ego mei fratris ſum cuſtos?
At Ioua: quid feciſti? inquit, *f* ſan- 10
guis ipſe tui fratris ad me ex terra
voce conqueritur: quamobrem 11
infelix eris ab humo, vt quæ aperto
ore ſuo tui fratris ſanguinem de
tua manu acceperit. Ea tibi co- 12
lenti vim ſuam deinceps non præ-
beat, vtque extorris per orbem ter-
rarum vageris. Hic Cainus: ma- 13
ior eſt mea culpa, inquit Iouæ,
quam vt remittatur. En ego ho- 14
die a te ex ipſo terræ ſolo extermi-
natus, tuum conſpectum euitans,
extorris per orbem terrarum vaga-
bor, vt, qui me cumque repererit,
occidat. At Ioua: immo vero qui- 15
cumque Cainum occiderit, ſeptupli
pœnam ſubibit. Itaque ei notam
adpoſuit, ne, ſi quis in eum incidiſ-
ſet, necaret eum. Igitur digreſſus 16
e conſpectu Iouæ Cainus, habitauit
in terra Noda, quæ eſt Edeni ad
orientem. Suscepit autem ex vxo- 17
re ſua Henochum, a cuius Heno-
chi nomine vrbem a ſe conditam
adpellauit. Huic Henocho natus
eſt Iradus: qui porro Iradus genuit
Mahuiaelem, Mahuiael Mathuſae-
lem, Mathuſael Lamechum. Hic 18
Lamechus duas vxores duxit, qua-
rum vni nomen fuit Ada, alteri Silla.
Ada Iabalem peperit, qui primus ta- 19
bernacula habitauit, * et pecuariam
fecit: eius frater nomine Iubal, 20
fuit inuentor tangendæ citharæ et
teſtudinis. Silla quoque peperit 21
Tubalcainum, omnis ærarii et fer-
rarii opificii fabricatorem: cuius
Tu-

e) Macreſceret, ſcilicet præ inuidia. *f*) ad pœnam moueor quadam quaſi ſanguinis querela. Vide margine Habac. II, in verſ. 12.

Tubalcaini ſoror fuit Noema.
22 Lamechus autem Adam et Sillam
vxores ſuas ſic aliquando commo-
nuit: audite meam orationem,
vxores Lamechi, et quæ dicam, at-
tendite. Si quem ego hominem pla-
gis, * ſi quem mortalem vulneri-
23 bus interficerem: quum in Caino
ſeptupli pœna ſit, profecto in La-
mecho esſet ſeptuagecupli ſeptupli.
24 Adamus præterea ex vxore ſua fi-
lium ſustulit, cui ipſa nomen im-
poſuit Sethus, dicens, Deum ſibi
repoſuisſe prolem alteram in locum
25 Abelis, a Caino peremti. Setho
quoque natus eſt filius, quem Enoſ-
ſum adpellauit. Tunc cœptum eſt
Iouæ nomen inuocari.

CAP. V.

Adami ætates, filii, mors, nepotum ſtirps, ætates, interitus. Henochi pietas, ſublatio viui. Ex Lamecho Noa fauſti ominis. Noæ tres filii.

1 SEquitur, vt enumeranda ſit pro-
genies Adami, poſt id tempus,
quo creauit Deus, et ad diuinam
ſimilitudinem effecit hominem,
2 ſcilicet marem et feminam, eisque
fecunditatem dedit, et eos hominis
vocabulo ipſo illo die creationis
adpellauit.
3 Erat igitur Adamus annos natus
centum triginta, quum ſui ſimilem
ad ſuam imaginem procreauit eum,
4 quem Sethum nominauit. Poſt
quem genitum vixit octingentos an-
nos, aliosque interea vtriusque ſe-
5 xus liberos progenuit. Ita non-
genteſimum triceſimum ætatis an-
num agens, mortuus eſt.
6 Sethus centeſimo quinto ætatis
7 anno genuit Enosſum: poſt quem
natum quum ſeptem et octingentos
annos compleuisſet, aliosque inter-
ea liberos vtroque ſexu progenuis-
8 ſet, ita demum annum agens non-
genteſimum duodecimum, mortuus
eſt.
9 Enosſus quum nonaginta vixis-
ſet annos, procreauit Cenanem:
deinde quindecim et octingentos 10
annos vixit, atque ita aliis interim
genitis filiis, tum maribus, tum fe-
minis, quum nongenteſimum 11
quintum ætatis annum peregisſet,
mortuus eſt.
Cenan ſeptuageſimo anno genuit 12
Mahalaleelem: poſt quem geni- 13
tum vixit octingentos quadraginta
annos, aliosque interea filios et
filias quum procreauisſet, anno 14
ætatis ſuæ nongenteſimo decimo
mortuus eſt.
Mahalaleel ſexaginta quinque an- 15
nos natus, genuit Iaredum. Deinde 16
quum alios genuisſet, octingentis
triginta annis poſt natum Iaredum,
id eſt, octingenteſimo nonageſimo 17
quinto ætatis ſuæ anno mortuus eſt.
Iaredus centum ſexaginta duos 18
annos natus genuit Henochum:
deinde octingentos annos, aliis in- 19
terea generandis, vixit, et ita 20
anno ſuæ vitæ nongenteſimo ſexa-
geſimo ſecundo mortuus eſt.
Henochus ſexageſimum quintum 21
annum agens, genuit Mathuſalam,
et poſt eum genitum per trecentos 22
annos ad Dei voluntatem vitam a-
gens, filios alios, filiasque procrea-
uit. Quumque iam trecenteſimum 23
ſexageſimum quintum annum,
ſeſe ex Dei voluntate gerens, age- 24
ret, a Deo ſublatus nusquam exſtitit.
Mathuſala autem centeſimo octo- 25
geſimo ſeptimo anno genuit Lame-
chum: quo genito vixit adhuc 26
ſeptingentos octoginta duos annos,
aliis interea vtriusque ſexus liberis
procreandis. Ita quum nongen- 27
tos ſexaginta nouem confecisſet an-
nos, mortuus eſt.
Lamechus centeſimum octogeſi- 28
mum ſecundum annum agens, fili-
um genuit, cui nomen impoſuit 29
Noa, dicens: hic nos recreabit a
negotiis noſtris, et manuum labo-
ribus, quos nobis exhibet terra, a
Ioua infelicitata. Poſt natum No- 30
am vixit Lamechus quingentos no-
naginta quinque annos, aliosque

31 item filios procreauit, et ita, per-
actis ſeptingentis ſeptuaginta ſe-
32 ptem annis, mortuus eſt. Noa
quingentenarius genuit Semum,
Chamum et Iaphetum.

CAP. VI.

Homines praui. Ioue ira. Gigantes. Heroes. Dei ſententia in creaturam. Noæ fauor iuſti. arcæ materia, forma, membra. cum Noa Dei fœdus. paria viuentium ſeruanda. commeatus in arca.

1 ET iam hominum multitudo
per orbem creſcere incipiebat:
quibus quum filiæ naſcerentur,
2 earum pulchritudine capti homi-
num potentisſimi, * eligebant ex
omni numero, quas ducerent vxo-
3 res. Tum Ioua dixit: non per-
petuo contendam * animo cum ho-
minibus, qui quidem caro ſint: ita-
que erit eorum ætas centum viginti
annorum.

4 Erant ea tempeſtate in terris gi-
gantes. Accedebant eo ex illis po-
tentum connubiis nati heroes, ho-
mines ab omni memoria celebres.
5 Quum igitur videret Ioua, homi-
num vitia in terris creſcere, eos-
que omnem animi conatum et co-
gitationem ad deteriora in dies ſin-
6 gulos conferre, pœnituit eum fe-
ciſſe homines in terris, animoque
7 indoluit, eamque ob rem ſtatuit
ipſe ſecum, homines a ſe creatos de
terræ ſolo delere : nec ſolum ho-
mines, ſed etiam pecora, et repen-
tia, atque volucres: vſque adeo ea
8 feciſſe pœnitebat. Noæ tamen
9 fuit propitius : cuius Noæ pro-
genies ſic ſe habet.

Noa vir ætatis ſuæ iuſtisſimus ac
integerrimus,et qui ſe ex Dei volun-
10 tate gereret, tres filios genuit, Se-
11 mum, Chamum et Iaphetum. Ce-
terum orbis terrarum aduerſus
Deum deprauatus, et iniuſtitiæ
12 plenus erat. Quod quum vide-
ret Deus orbem terrarum eſſe cor-
ruptisſimum, omniumque in ter-
ris mortalium perditisſimos mo-
13 res: cum Noa ſic locutus eſt: o-
mnium mihi rerum humanarum
interitus ſtatutus eſt, vt quorum
iniuſtitia terra ipſa referta eſt,
eos ego cum terra ipſa aboleam.
Tu conſtruito tibi arcam ex te- 14
rebinthina materia,* eamque lo-
culatam, et pice intus foriſque il-
litam. Conſtruendi autem ra- 15
tio hæc eſto, vt longitudo trecen-
tos cubitos pateat, * latitudo quin-
quaginta, altitudo triginta. In ea 16
feneſtram facito, ipſam arcam ſu-
perne in cubitum abſoluito: * por-
tam arcæ in eius latere collocato:
arcam infima, altera, tertiaque con-
tignatione diſtinguito. Nam e- 17
quidem in terras aquarum diluui-
um immittam, quo vniuerſa, quæ
ſub cælo vitalem ſpiritum ducunt,
corpora perdantur, et omnia, quæ
ſunt in terris, exſtinguantur. Sed 18
tecum pactionem faciam, vt tu in
arcam intres vna cum tuis filiis,
vxore et nuribus. Eodem etiam 19
de omnibus vita præditis corpori-
bus coniuga paria inferes, vt tecum
in vita ſuperſint. De ſingulis, in- 20
quam, volucrum quadrupedumque
generibus, breuiter de omnibus,
quæ in terra mouentur, paria ad te
introibunt, vt conſeruentur. Tu 21
vero omnis generis cibaria, quæ
ſint edendo, tum ad tuum, tum ad
illorum victum comparata, ad te
comportato.

CAP. VII.

Noæ obſequium, gratia apud Iouam. arcæ repleta. diluuii tempus et magnitudo, animantium interitus.

HAec omnia Dei mandata quum 1
feciſſet Noa, Ioua eum ita eſt
adlocutus: ingredere tu, vna
cum omni tua familia, in arcam,
quoniam quidem te animaduerti
eſſe omnium huius ſæculi in meo
conſpectu facile iuſtisſimum. Ex 2
omnibus quadrupedibus mundis
ſeptena tibi paria promiſcui ſexus
adſumito: ex immundis autem bi-
na. Ex volucribus item ſeptena, 3
etiam

etiam promiſcui generis, vt eorum
ſemen toto in orbe conſeruetur.
4 Nam hinc ad ſeptem dies ego in
terras per quadraginta dies et toti-
dem noctes depluam, et omnem,
quam feci, rerum naturam ex orbe
terrarum abolebo.
5 Hæc omnia Noa ex Iouæ præ-
6 cepto fecit. Erat autem annos na-
tus ſexcentos, quum aquis inundata
7 terra eſt: cuius diluuionis eui-
tandæ gratia intrauit in arcam vna
cum ſuis filiis, vxore, et filiorum
8 coniugibus. De quadrupedibus
quoque, tum mundis, tum immun-
dis, atque etiam de volucribus,
tum autem de omnibus humi re-
9 pentibus, paria ad eum in ar-
cam conuenerunt, ex maribus et
feminis congregata, quemadmo-
10 dum Deus ei præceperat. Igitur
quum ſeptem illi dies præteriisſent,
terram aquarum diluuies inunda-
uit.
11 Anno ætatis Noæ ſexcenteſimo,
die ſecundi menſis ſeptimodeci-
mo proruperunt omnes oceani
fontes: recluſisque cæli meatibus,
12 quadraginta dies noctesque in ter-
13 ras perpluit. Eodem illo die, quo
Noa, et vna eius filii, Semus, Cha-
mus, et Iaphetus, et vxor, et tres
14 nurus ingresſi ſunt arcam: quum
eodem intrauisſent etiam ex omni
genere beſtiarum et pecorum, et hu-
mi ſerpentium, et volucrum g tum
15 oscinum, tum alitum, ex omni-
bus, inquam, vitali ſpiritu præditis
corporibus, quum paria ad Noam
16 in arcam intrauisſent, et ea qui-
dem omnia coniuga, ſicut ei præ-
ceperat Deus, concluſit eum Ioua.
17 Deinde per quadraginta dies tanta
terras inundauit eluuio, vt arca
multitudine aquarum mota loco, et
18 a terra ſublata, poſtremo aquis
magis magisque ſuper terras vale-
ſcentibus ac ſuccreſcentibus, per
19 vndas ferretur: quæ quidem tan-
to auctæ ſunt incremento, vt earum
redundantia omnes altisſimi mon-
tes, quicumque ſunt ſub omni cælo,
non ſolum obruerentur, ſed ad 20
quindecim cubitorum altitudinem
obruerentur. Ita exſtincta ſunt 21
omnia, quæ in terris mouebantur
corpora, tam volucrum, pecorum,
beſtiarum, et omnium humi repen-
tium, quam hominum. Omnia, in- 22
quam, quæcumque in terra vitalem
ſpiritum naribus ducebant, mor-
tua ſunt: ita deleta, et ex orbe 23
terrarum ſublata omni tam homi-
num, quam pecorum, ſerpentium,
volucrumque natura: Noa tantum,
et quæ cum eo capiebat arca, ſu-
perfuerunt.

CAP. VIII.

Adluuionis diuturnitas. ventus aquas arcens. In ſicco arca. emisſus coruus et columba, bis, tertio. quando terra ſiccata. exitus ex arca. Noæ ſacrum. Dei decretum non perdendæ naturæ.

POſtquam autem viguerunt in 1
terris aquæ centum quinqua-
ginta dies, recordatus Noæ De-
us, et omnium, quæ cum eo erant in
arca, animalium et pecorum, ven-
tum in terras immiſit ad coercen-
das aquas. Itaque obſtructis pro- 2
fundi fontibus, cælique meatibus,
cesſauit pluuia de cælo: tum aquæ 3
huc illuc ex terra diffluentes, iam
tandem præteritis centum quinqua-
ginta diebus, decreſcebant: et ar- 4
ca die ſeptimodecimo menſis ſepti-
mi ſuper montes Ararat * ſubſtitit.
Fiebant autem aquarum decremen- 5
ta vsque ad menſem decimum, cu-
ius menſis die prima exſtabant ca-
pita montium.
Et poſt quadraginta dies Noa, 6
aperta arcæ feneſtra, quam fecerat,
emiſit coruum: qui egresſus re- 7
uertit, * donec ab aquis exſiccata
terra foret. Dimiſit item colum- 8
bam, ad explorandum, vtrum es-
ſet aquis leuata terra. Quæ quum, 9
vbi veſtigium poneret, non in-
A 4 ueniret,

g) et minorum et maiorum.

ueniret, quod vndique aquis erat
cooperta terra, rediit in arcam ad
Noam: qui illam extenſa manu
exceptam ad ſe in arcam intulit.
10 Poſtea exſpectatis ſeptem diebus
aliis, emiſit iterum columbam de
11 arca, quæ ſub veſpertinum tem-
pus ad eum rediit, euulſum oliuæ
folium roſtro ferens: ex quo Noa,
terram eſſe detectam aquis, intelle-
12 xit. Exſpectauit tamen ſeptem
alteros dies, deinde columbam emi-
ſit, quæ numquam poſtea ad eum
rediit.
13 Vno autem et ſexcenteſimo anno,
primi menſis die primo, quum e
terra effluxisſent aquæ, Noa, amo-
to arcæ tegmento, vidit, ex aquis
emerſiſſe terræ ſuperficiem.
14 Secundi autem menſis die ſepti-
15 modecimo ſiccata terra, Deus Noæ
16 præcepit, vt exiret de arca, vna
cum ſua coniuge, et filiis, eorum-
17 que coniugibus: educeret etiam
ſecum omnia, quæ cum eo erant
animalia, volucres, quadrupedes,
et quæcumque humi ſerperent,
vt per terras propagarentur, et
18 multiplices fetus ederent. Ita-
que exiit Noa vna cum ſuis filiis,
19 vxore, et nuribus, cumque omni
beſtiarum, ſerpentum, volucrum;
breuiter cum omni genere eorum,
quæ mouentur in terris.
20 Deinde Iouæ conſtruxit aram, in
qua, adhibitis hoſtiis de omni mun-
dorum pecorum volucrumque ge-
nere, ſolidum fecit ſacrificium:
21 cuius odoris ſuauitate delectatus
Ioua, ſtatuit ipſe cum ſuo animo,
numquam deinceps terram tanta
diritate proſequi propter homines,
(quorum conatus eſſent et ſtudia
praua, iam a pueris) vt iterum mor-
talia omnia perimeret, quemadmo-
22 dum fecerat. Nec vmquam de-
inceps (inquit) quamdiu erit terra,
ſementis et meſſis, frigora et calo-
res, æſtates et hiemes, dies et no-
ctes intermittent.

CAP. IX.

A Deo Noæ fecunditas, maieſtas, poteſtas. ſanguis piacularis. homicidii edictum. fœdus non perdendæ naturæ diluuio, iris. Noa agricultor, ebrius, illuſus. Chanaan a patre infelicitatus. fauor in alios fratres. Patris ætas et mors.

ITaque Noæ et filiis eius fecundi- 1
tatem dedit Deus, ita dicens: feti-
ficate, et terras numeroſa ſobole
complete. Timori etiam et ter- 2
rori eſte omnibus, tum terreſtribus
beſtiis, tum aereis volucribus. O-
mnia mouentia, quæcumque terra
edit, omnesque piſces aquatiles in
veſtram poteſtatem permittuntur.
Omnia, quæcumque vita prædita 3
mouentur, ad cibum adhibitote:
cuncta vobis, ſicut herbarum viri-
ditatem, concedo. Tantum ne 4
carnem [h] cum ſuæ animæ ſanguine
comedatis. Veſtri quidem ſan- 5
guinis * et ereptæ vitæ pœnas quum
ab omnibus beſtiis expetam, tum
hominum inter ipſos necem in au-
ctorem cuiusque vindicabo: vt, 6
quoniam ad diuinam imaginem fa-
ctus homo eſt, qui hominis ſangui-
nem fuderit, ipſius inuicem ſanguis
per hominem fundatur. At vos 7
procreate, terramque genere ve-
ſtro multipliciter propagando fre-
quentate.
Tum illud addidit: atque ego 8
iam fœdus ſtabilio non modo vo- 9
biscum, et cum veſtro in poſte-
rum ſemine, verum etiam cum 10
omnibus animalibus, quæ vobis-
cum ſunt: cum volucribus, cum
quadrupedibus, cum vniuerſis deni-
que animalibus terreſtribus, tum
manſuetis, tum feris, vna vobis-
cum: denique cum omnibus ex arca
egresſis, hoc eſt, cum omnibus ani-
malibus terreſtribus: quo fœde- 11
re vobis ſatisdo, numquam amplius
orbem terrarum diluuio aquarum
ita corruptum iri, vt animalia cun-
cta perdantur. Pignus autem, in- 12
quit, quo pignore volo hoc inter
me

h) cum ſanguine, qui eſt anima.

me et vos, et omnia, quæ vobiscum
ſunt, animalia fœdus in omnem
13 æternitatem ſanciri, arcus meus
eſt, quem pono in nubibus, quo ſit
icti inter me et terrarum orbem
14 fœderis indicium. Hoc enim ar-
cu videndo, ſi quando terras obnu-
15 bilauero, in memoriam redibo
fœderis inter me et vos, omneque
16 animantium genus facti. Ita fiet,
vt numquam amplius aquæ in tan-
tam illuuiem excreſcant, vt omnes
res humanas corrumpant, quum
ego hunc in nubibus arcum adſpici-
ens, memoria repetam fœdus hoc
æternum, factum inter Deum et
omnia, quæ in terris viuunt, anima-
17 lia. Hoc igitur, inquit, huius in-
ter me et omnia terrarum animalia
18 pacti fœderis ſignum eſto. Ergo
ab illis tribus Noæ filiis, qui ex arca
exierunt, Semo, Chamo et Iapheto
(quorum Chamus pater fuit Cha-
19 naanis) totus terrarum orbis fre-
20 quentatus eſt. Noa autem agri-
culturam ingreſſus, vineam conſe-
21 uit: ex qua vinum quum pota-
uiſſet, inebriatus virilitatem in me-
dio tabernaculo nudatam habuit.
22 Patris natura viſa, Chanaanis ille
pater Chamus id foras ad ſuos duos
23 fratres retulit. At Semus et Ia-
phetus pallium ſuis amborum hu-
meris imponunt, et retro gradien-
tes, ſui patris verenda tegunt, ita
auerſis vultibus, vt patris verenda
24 non viderent. Noa autem, edor-
mito vino, vbi minimi natorum
factum contra ſe reſciuit, ſic effatus
25 eſt: infelix Chanaan, ſeruus ſeruo-
26 rum fratrum ſuorum eſto. [i] Gra-
tes Iouæ Deo Semi, inquit, iſque
Chanaanem vectigalem habeto.
27 Iaphetum quoque amplificet Deus,
efficiatque, vt in Semeis tabernacu-
lis habitet, et Chanaanem vectiga-
28 lem habeat. Vixit autem Noa poſt
diluuium annos trecentos quinqua-
ginta, completisque nongentis 29
quinquaginta annis, mortuus eſt.

CAP. X.

Noæ progenies, inſulani. Nembrodi robur, ars. Hebræorum pater Semo. Gentium numerus.

SEquitur de progenie filiorum 1
Noæ, ſcilicet Semi, Chami et
Iapheti, quibus poſt diluuium
nati ſunt filii. Iapheto Gomer, 2
Magogus, Madæus, Iauan, Thubal,
Meſecus et Thiras. Gomeri A- 3
ſcanas, Riphatus et Thogorma.
Iauani Eliſa, Tharſis, Cittimus et 4
Dodanimus. Ab his [k] diuiſi ſunt 5
gentium inſularum fines, quum ſu-
am quisque linguam traherent, et
varias variarum gentium efficerent
nationes.

Chamus autem filios habuit, 6
Chum, Misraimum, Phutum et
Chanaanem, Chus Sabam, He- 7
uilam, Sabatam, Ragmam et Saba-
thacam. Ragma Sabam et Dodanem.
Item Nembrodum genuit Chus, e- 8
um, qui primus fuit in terris fortiſ-
ſimus, et ita fortis in Iouæ con- 9
ſpectu venator fuit, vt ex eo dictum
illud natum ſit: vt Nembrodus
fortis in Iouæ conſpectu venator.
Eius regni caput fuit Babylon, Ere- 10
cha, Accada et Calane in terra Sa-
mnara, ex qua terra ortus Aſſur 11
Niniuem condidit, et Robothir, et
Chalam, et Reſem inter Nini- 12
uem et Chalam, vrbem maximam.
Misraimus genuit Ludim, Ananim, 13
Lahabim, Naphtuim, Pathruſim, 14
Casſubim, vnde orti ſunt Palæſtini
et Caphthorim. Chanaan autem 15
genuit primogenitum Sidonem,
Hetum, Iebuſem, Amorrem, Ger- 16
geſem, Heuem, Arcem, Sinem, 17
Aruadem, Samarem et Hamathem. 18
Poſtea diſperſæ ſunt Chananæorum
nationes, qui his finibus conti- 19
nentur: a Sidone, qua vergunt ad

 Gerara,

i) Semus Iouam habuit propitium ac benignum, vt ei grates agantur.
k) ſcilicet poſt inuectam linguarum differentiam.

Gerara, attingunt Gazam: qua ſpe-
ctant ad Sodomam et Gomorram,
et Adamam, et Saboim, pertinent ad
20 Laſam. Atque hi quidem fuerunt
a Chamo nati, qui in diuerſas co-
lonias et gentes, diuerſis familiis et
linguis euaſerunt.
21 Semo quoque (qui fuit auctor
omnium Hebræorum, et fuit ma-
ior natu, quam frater eius Iaphe-
22 tus) nati ſunt Elamus, Aſſur,
Arphaxadus, Lydus et Aramus.
23 Aramus filios habuit Vſum, Hu-
24 lem, Getherem et Maſſum. Ar-
phaxadus Salam. Sala Hebrem.
25 Heber duos, vnum Phalegum, a
diuidendo nominatum, quod eius
tempore diuiſa terra eſt: alterum
26 Ioctanem. Ioctan Almodadum,
Salephum, Hazarmotum, Iaram,
27 Hadoramum, Vzalem, Declam,
28 Obalem, Abimaelem, Sabam, Ophi-
ren, Heuilam, et Iobabum, hi o-
29 mnino fuerunt filii Ioctanis: quo-
rum ſedes initium capit a Meſa,
vergit ad Sapharam montem orien-
30 talem. Hi quidem a Semo nati,
varias familias et linguas diuerſis
gentium regionibus effecerunt. Hæ
ſunt natorum Noæ familiæ, gene-
ribus et nationibus variæ, a quibus
gentes per terras poſt diluuium
propagatæ ſunt.

CAP. XI.

Turris babylonica. linguæ multæ. Semi gens per gradum X vſque ad Abramum. Sarais ſterilis. Tharæ peregrinatio et mors.

1 QVum autem vniuerſus terra-
rum orbis eodem ſermone at-
2 que oratione vteretur, quum
illi ab oriente diſcederent, nacti ſunt
quemdam campum in terra Sanaa-
3 ra, vbi commorati cœperunt in-
uicem cohortari, vt lateres facerent
coquerentque, quibus pro lapidi-
bus, et bitumine pro arenato vſi,
4 inſtituerunt vrbem ædificare, et
turrim, quæ faſtigio cælum attinge-
ret, vt ſibi famam pararent, ante-
quam per omnes terrarum tractus
diſpergerentur. Ad illam vrbem 5
et turrim, quæ ab hominum genere
conſtruebatur, viſendam deſcendit
Ioua. Sic enim dicebat: en popu- 6
lus vnus, qui eodem ſermone cun-
ctus vtitur, hæc audet facere, nihil
iam erit, quod conantes non effici-
ant. Age iam, deſcendamus, et 7
ibi eorum ſermonem ita confunda-
mus, vt alii aliorum orationem non
intelligant. Itaque eos illinc per 8
omnes terras diſſipauit: ita vrbis
omiſſa conſtructio eſt, ex quo Ba- 9
bylon nominata fuit, quia ibi con-
fudit Ioua omnium mortalium lin-
guas, et indidem eos in omnes terra-
rum regiones disiecit.
Sequitur de Semi progenie. 10
Semus centum annos natus genuit
Arphaxadum, biennio poſt dilu-
uium: poſt quem genitum vi- 11
xit quingentos annos, alios inter-
ea promiſcuo genere liberos pro-
creans. Arphaxadus anno æta- 12
tis ſuæ quinto et triceſimo genuit
G. Cainanem, vixitque Arpha- 13
xadus poſt genitum Cainanem
annos trecentos triginta, alios in-
terim liberos procreans: atque
ita mortuus eſt. Cainan anno æta- 14
tis ſuæ centeſimo triceſimo genuit
H. Salam, vixitque quadringen- 15
tos tres annos poſt, aliis interea li-
beris procreandis. Sala anno tri- 16
ceſimo genuit Hebrem, vixitque 17
inſuper annos tres et quadringen-
tos, aliosque liberos habuit. He- 18
ber anno triceſimo quarto genuit
Phalegum, vixitque annos quadrin-
gentos triginta poſt, aliosque inter-
ea liberos habuit. Phalegus anno 19
triceſimo genuit Reum, vixitque 20
poſtea annos ducentos ſupra no-
uem, aliosque interea liberos ha-
buit. Reus anno triceſimo ſecun- 21
do genuit Sarugum, vixitque poſt- 22
ea annos ſeptem et ducentos, alios-
que interea liberos habuit. Saru- 23
gus anno triceſimo genuit Nacho-
rem, vixitque ducentos annos poſt-
ea, aliosque interea liberos habuit.

Nachor

24 Nachor anno viceſimo nono genuit
25 Tharam : vixitque poſtea annos
centum nouemdecim, aliosque in-
terea liberos habuit.
26 Tharæ genus ſic ſe habet. Tha-
ra ſeptuagenarius genuit Abra-
mum, deinde Nachorem et Ha-
27 ranem : quorum Haran genuit
28 Lotum, mortuusque eſt Haran
præſente Thara patre ſuo in ter-
ra patria, Vre Chaldæorum. A-
29 bramus autem et Nachor duxe-
runt vxores. Abramus Saraim
nomine, Nachor Melcam, Haranis
filiam (habuit enim ille Melcam et
30 Iscam.) Sed erat Sarais ſterilis et
31 ſine ſobole. Thara autem adhibi-
tis Abramo filio, et Loto ſuo ex
Harane nepote, et Sarai ſua nuru,
Abrami coniuge, Vre Chaldæorum
profectus, in terram chananæam
ire contendit: et ad Charram per-
uenerunt, ibique commorati ſunt.
32 Ibi Thara quintum et ducenteſi-
mum ætatis annum agens moritur.

CAP. XII.

Abrami fauor apud Iouam. Illius cum Loto error in Chananæam. Simulata ſoror Abrami in Aegypto. Rex ob Saraim multatus. Dimisſi coniuges a rege.

1 ABramum autem Ioua ſic adlo-
cutus eſt : emigra ex tua terra,
ex patria, ex domo paterna, in
2 terram, quam tibi ostendam. Ego ex
te magnam gentem deducam, te be-
abo, te magno fauſtoque nomine
3 augebo, et optantes tibi felicia fe-
licitabo, tuos deteſtatores deteſta-
bor, in te omnes orbis beabuntur
nationes.
4 Igitur Abramus, vt eſt ei præ-
ceptum a Ioua, profectus eſt co-
mite Loto. Erat autem annos quin-
que et ſeptuaginta natus, quum
5 Charra profectus eſt, ſecum du-
cens Saraim vxorem, et Lotum fra-
tris filium, cum omnibus, quas pe-
pererant, facultatibus, atque [1] ani-
mantibus, quas apud Charram com-
parauerant, et in Chananæam ire
contendit. Poſtquam in Chana-
næam peruenerunt, vbi Abra- 6
mus in eam terram progresſus,
peruenit ad Sichemam, locum
quemdam ad planitiem Moræ,
quum esſent tum in terra illa Cha-
nanæi, adparuit ei Ioua, promi- 7
ſitque, ſeſe eius ſemini terram illam
daturum. Itaque ille aram ibidem
conſtruxit Iouæ, qui ei adparuerat.
Inde ſe in montem quemdam, qui 8
erat Betheli ad orientem, contulit,
et tentorium fixit, Bethel a mari,
Haim ab oriente habens : ibique
exſtructa Iouæ ara, Iouæ nomen
inuocauit. Ita dum pergens ad 9
meridiem accedit, orta in ea re- 10
gione fame, coactus eſt, ea ingra-
ueſcente, deſcendere in Aegyptum,
illic peregrinaturus. Quo iam ad- 11
propinquans, cum Sarai vxore ſua
ſic loquitur: video te mulierem esſe
formoſam. Quod ſi te viderint 12
Aegyptii, et intellectum fuerit, me-
am esſe coniugem, me interficient,
te incolumi. Quamobrem dicito, 13
te meam esſe ſororem, vt tua causſa
atque opera meæ vtilitati ſalutique
conſulatur. Ergo vbi peruenit A- 14
bramus in Aegyptum, et viderunt
Aegyptii mulierem forma esſe tam
eleganti, viſamque etiam Pharao- 15
nis proceres apud Pharaonem lau-
dauerunt, arcesſita mulier eſt do-
mum Pharaonis: qui eius causſa 16
Abramum ipſum beneficiis proſe-
cutus, eum ouibus, capris, bubus,
aſinis, ſeruis, ancillis, aſinabus et
camelis donauit. Sed quum ma- 17
gnis a Ioua cladibus, propter Sa-
raim Abrami coniugem, Pharao e-
iusque domus adficeretur: Abra- 18
mum euocat, et apud eum verbis
expoſtulat, quod ſuam esſe coniu-
gem ipſi non indicasſet : et quod 19
ſororem dicendo in causſa fuisſet,
vt ipſe eam ſibi in matrimonium
copularet. Sed tamen nunc ſuam
ſibi vxorem haberet, et abiret.
Man-

[1]) ſeruitio et pecore.

20 Mandauit etiam certis hominibus,
vt eum et vxorem cum omnibus
ſuis facultatibus deducerent.

CAP. XIII.

Mercenariorum rixa. Lotus apud Iordanem. Abramus in Chananæam. Ad hunc Dei promiſſa.

1 ITa adſcendit ab Aegypto Abramus
et eius vxor, cum omnibus
ſuis copiis, comitante Loto: et
2 contendit in meridiem, pecore,
argento, auroque locupletiſſimus:
3 peruenitque ſuis itineribus a meridie
ad Bethel, in eum locum, in
quo ante tentorium habuerat, inter
4 Bethel et Haim: quo in loco prius
altare fecerat, ibique Iouæ no-
5 men inuocauit. Lotus quoque Abrami
itineris comes, ouibus, et
capris, et bubus, et tentoriis ita ab-
6 undabat, vt quum iam præ multitudine
copiarum vna regione capi
7 et ſimul habitare non poſſent, exoriretur
controuerſia inter Abrami
et Loti pecorum paſtores, Chananæis
tum et Pherezæis terram illam
8 incolentibus. Qua de re Abramus
cum Loto ſic egit: equidem nolim
eſſe diſſidium inter me et te, interque
meos et tuos paſtores, qui ho-
9 mines ſimus conſanguinei. Iam
vniuerſa tibi regio patet: liberum
tibi facio, a me quam velis in partem
diſcedere, ipſe in diuerſam
10 abiturus. Tum Lotus animaduertens,
omnem Iordanis planitiem
eſſe irriguam (nam Sodomam et
Gomorram Ioua nondum euerterat)
et Iouani pomarii ſimilem, aut
ægyptii ſoli, vergentem ad Sigo-
11 rim, eam omnem ſibi delegit, et
ab oriente diſceſſit. Ita alius alio
12 digreſſi ſunt: et Abramus in Chananæa,
Lotus in oppidis campeſtribus
habitauit: tetenditque ad So-
13 domam, cuius Sodomæ homines
erant improbiſſimi, et in Iouam
flagitioſiſſimi.
14 Poſt digreſſum ab Abramo Lotum
Ioua cum Abramo ſic locutus
eſt: erige oculos, et iſtinc
circumſpice ad ſeptemtriones, ad
auſtrum, ad orientem et ad occidentem.
Nam quamcumque tu 15
terram vides, eam omnem tibi ego
dabo, et tuo ſemini in ſempiternum:
quod quidem ſemen pulueri 16
terræ coæquabo, vt id qui numerare
poſſit, idem poſſit et puluerem
numerare. Quare age, terram 17
longe lateque peragra: nam eam
quidem tibi dabo. Abramus au- 18
tem in quercetum Mambræ, quod
eſt in Hebrone, migrauit, ibique
conſedit, et Iouæ aram exſtruxit.

CAP. XIIII.

Regulorum defectio, victoria. Sodoma et Gomorra direptæ. Lotus ab Abramo redemtus. Melchiſedecho decumæ.

COmmiſſum eſt autem prœlium 1
quoddam inter Amraphelem
Sanaaræ, Ariochum Elaſeris,
Codralomorem Elamitarum, et
Thadalem Goiorum regulos: et 2
Baram Sodomæ, Berſam Gomorræ,
Saneabum Admæ, Semebrem Seboimorum
regulos, et Balæ, (quæ eadem
Sigoris) regulum, in valle Sid- 3
daa, quæ nunc eſt lacus ſalſus.
Quum enim hi poſteriores reguli 4
Codralomori duodecim annos ſeruiuiſſent,
et anno decimo tertio defeciſſent,
Codralomor anno deci- 5
mo quarto, et eius comites reguli,
domo egreſſi fuderunt Raphaenſes
apud Aſtarotha in Carnanibus, et
Zuzenſes apud Hamum, et Emenſes
apud Sauem in Cariathenſibus: et 6
Chorios in montanis Seiris ad Pharanem,
quæ planities eſt ad deſerta.
Inde reuerſi venerunt ad fontem 7
Miſpat, id eſt, Cadem, omnemque
Amalechitarum agrum, atque etiam
Amorræos, qui Haſaſonthamar incolebant,
vicerunt.

Tum illi quinque reguli po- 8
ſteriores domo egreſſi, prœlio
cum his quatuor decertarunt in
valle Siddæa, quæ vallis puteis 9
bituminis paſſim abundabat. Ibi 10
pulſis

pulſis ſuperatiſque Sodomæ et Go-
morræ regulis, reliqui fuga mon-
11 tes petiuerunt. Victores autem,
omnibus Sodomæ et Gomorræ
fortunis, et commeatu direpto,
12 abibant: ſecum etiam Lotum fra-
tris Abrami filium, Sodomæ inco-
lam, cum ſuis facultatibus abigen-
tes.
13 Ea res vt eſt Abramo Hebræo per
quemdam, qui ex prœlio euaſerat,
nuntiata, (incolebat autem Abra-
mus in querceto Mambræ Amorræi
fratris Eſcolis et Aneris, qui erant
cum ipſo Abramo fœdere coniun-
14 cti) et intellexit, captum eſſe co-
gnatum ſuum, vernas, quos domi
natos habebat, trecentos octodecim
expedit, illoſque ad Danem vſque
15 conſequitur: et ſuis ſeruis in aci-
em inſtructis, eos noctu adgreſſus
ſuperat: quos deinde perſecutus ad
Chobam,(quæ ad ſiniſtram Damaſci
16 poſita eſt) rediit cum omni præ-
da, Lotumque cognatum ſuum cum
ſuis fortunis, nec non mulieres et
17 reliquos homines reduxit. Ei ex
hac Codralomoris et eius ſociorum
regulorum cæde reuertenti, Sodo-
mæ rex obuiam proceſſit in Sauem,
quæ vallis eſt regia.
18 Melchiſedechus quoque Solymæ
rex, et ſupremi Dei ſacerdos, pa-
19 nem protulit et vinum; Abra-
mumque fauſtis ominibus proſe-
quens inquit: gratulor Abramo a
ſupremo Deo auctore cæli atque
20 terræ: et ſimul ipſi ſupremo
Deo grates ago, qui tuos hoſtes
tibi in manus compegerit. Ei
Abramus quoque decumas omni-
21 um rerum dedit. Tum ab A-
bramo petiit Sodomæ rex, vt ho-
mines ſibi redderet, ceteras res ipſe
22 ſibi retineret. At Abramus: Io-
uam ego tibi, inquit, ſummum De-
um, cæli terrarumque conditorem,
23 ſublata ad eum manu, teſtor, me
ex tuis omnibus ne pilum quidem
ablaturum, ne tu forte dicas, Abra-
24 mum abs te eſſe ditatum: præter
victum dumtaxat iuuenum, et par-
tem eorum, qui mecum profecti
ſunt, Aneris, Eſcolis et Mambræ:
nam hi ſuam partem auferent.

CAP. XV.

Heres Abramo promiſſus. huius fides. cæſæ beſtiæ. caligo. ictum pro ſene fœdus.

His rebus geſtis, Ioua cum Abra- 1
mo per viſum locutus eſt ad
hunc modum: bono animo es,
Abrame, ego tibi præſidium et ab-
unde magnum præmium ero. Cui 2
Abramus: Domine Ioua, inquit,
quidnam mihi dabis, quum orbus
agam, ſitque meæ domus ſucceſſor
futurus Damaſcenus Eliezer? En 3
tu mihi nullam prolem dediſti, in-
quit, et eſt mihi meus famulus heres
futurus. At Ioua: non iſte, inquit, 4
ſed ex tuis viſceribus enaſcetur,
qui tibi heres erit. Deinde eo fo- 5
ras educto: adſpice, inquit, in cæ-
lum, et ſtellas enumera, ſi enume-
rare potes. Atqui tam numeroſa
futura eſt tua progenies, inquit.
Tum ille Iouæ credidit, id quidem 6
Ioua ei iuſtitiæ duxit, et eum ſic 7
adfatus eſt: ego ſum Ioua, qui te
Vre Chaldæorum eduxi, vt huius
tibi terræ poſſeſſionem traderem.
Cui ille: Domine Ioua, inquit, vnde 8
ſciam, eam eſſe me poſſeſſurum?
Tum Ioua ei præcepit, vt ſumeret 9
iuuencam trimulam, et capram tri-
mulam, et arietem trimulum, et tur-
turem, et pipionem: quæ omnia 10
vbi cepit, cetera diſſecuit media, et
partes ſingulas ſingulis ex aduerſo
oppoſuit, ſed aues non diſſecuit:
tum alites ad cadauera deuolantes 11
abegit. Sub occaſum autem ſolis, 12
ſomno oppreſſum, et magno tene-
brarum terrore correptum Abra-
mum, ille ſic adlocutus eſt: ſcito, 13
poſteros tuos peregrinos futuros
eſſe in terra extraneorum, et eorum
ſeruitutem ac iniurias annis qua-
dringentis perpeſſuros. Sed illam 14
ego gentem, cui ſeruient, vlciſcar,
exibunt-

exibuntque tandem cum magnis
15 opibus. Tu vero ad maiores tuos
quiete diſcedes, et bene acta ſene-
16 ctute ſepelieris. Huc autem redi-
bunt quarto ſæculo, quoniam [m] non-
dum ad ſummum peruenit impro-
17 bitas Amorræorum. Poſt ſolis oc-
caſum oborta caligine, ecce quod-
dam fumidum incendium et fax
ignea inter fruſta illa intermeauit.
18 Eo die feriit Ioua cum Abramo
fœdus in hæc verba: hanc ego tuo
ſemini terram do a flumine Aegy-
pti, ad flumen magnum, id eſt, Eu-
19 phratem: videlicet Cenæos, Ce-
20 nezæos, Cadmonæos, Hettæos,
21 Pherezæos, Raphaenſes, Amor-
ræos, Chananæos, Gergeſæos et
Iebuſæos.

CAP. XVI.

Ancillæ grauidæ inſolentia, dimisſio, fuga, conſolatio per angelum, promisſa gens, reditus, natus Iſmael.

1 SArais autem Abrami coniux,
quum nihil ex eo peperisſet, et
ancillam haberet ægyptiam, no-
2 mine Hagarem, Abramum ſub-
monuit, vt (quoniam ſe Ioua gi-
gnere prohiberet) cum ancilla rem
haberet, ſi forte per eam posſet ipſa
liberos conſequi. Ad quod, con-
3 ſentiente Abramo, illa ei Haga-
rem ægyptiam ancillam ſuam in
matrimonium dedit, annis decem,
poſtquam ille Chananææ incola
4 erat. Ille cum Hagare rem habuit,
grauidamque fecit. Atque illa gra-
uidam ſe factam ſentiens, heram ſu-
5 am præ ſe contemnebat. Qua de
re Sarais apud Abramum queſta eſt
his verbis: mihi per te fit iniuria.
Ego tibi meam ancillam in comple-
xum tradidi, et ei nunc grauidam
ſe esſe ſentienti in contemtum ve-
ni. Ioua ſit inter me et te vindex.
6 Ad hæc Abramus Sarai reſpondit:
ancillam tuam in poteſtate habes:
ei facito, quod tibi viſum fuerit.
Itaque quum deinceps eam Sarais
durius tractaret, illa ab ea aufugit:
quam nactus Iouæ angelus ad fon- 7
tem aquæ in ſolitudine, apud viam,
qua Sur itur, ſic locutus eſt: Ha- 8
gar ancilla Sarais, vndenam venis?
et quo tendis? Et illa: Saraim ego
heram meam fugio, inquit. Tum 9
angelus: reuertere ad heram tuam,
et eius te manui ſubmittito. Equi- 10
dem ita numeroſam prolem tibi
conciliabo (inquit ei Iouæ angelus)
vt præ multitudine numerari non
posſit. Iam vero conceptum geris 11
filium, quem, vbi pepereris, Iſmae-
lem nomine adpellabis: quoniam
exaudiuit Ioua tuam miſeriam.
Is erit ferus homo, omnibus infe- 12
ſtus, ab omnibus infeſtatus, et ad-
uerſus omnes fratres ſuos conſiſtet.
Igitur illa Iouam, qui ſe adlocutus 13
erat, ſic nominauit: Deus es videns
me: hic nimirum a tergo vidi, in-
quit, videntem me. Atque inde 14
puteus Lahærois nominatus eſt.
Is eſt inter Cadem et Barad. Poſt- 15
ea Abramo filium peperit, quem Ab-
ramus Iſmaelem nomine vocauit,
in cuius natiuitate agebat ipſe an- 16
num ſextum ſupra octogeſimum.

CAP. XVII.

Pro Abramo fœdus. Nomen hoc auctum. Imperata circumciſio. Præputii deteſtatio. Sara nomen abſolutius. Promisſus Iſaacus. Circumciſa familia.

DEinde nonum et nonageſimum 1
annum agenti adparuit Ioua,
et ſic cum eo locutus eſt: ego
ſum Deus omnipotens: viue ad me-
um præſcriptum, et eſto integer,
et faciam fœdus tecum, teque maio- 2
rem in modum amplificabo. Hic 3
Abramus in faciem procubuit, et
Deus, vt loqui cœperat, dixit: mi- 4
hi iam fœdus initur tecum, vt tu
multitudinis gentium pater euadas:
nec

m) Non ante volo delere Chananæos, quam venerint ad ſummum improbitatis, id quidem non fiet ante quartum ſæculum. Propterea tuos poſteros (per quos hoc facturus ſum) non ante ex Aegypto reuocabo.

5 nec amplius Abrami nomine voca-
beris,ſed [n]Abrahami,quia te patrem
multitudinis gentium effecturus
5 ſum. Te ego ingenti ſobolis in-
cremento augebo, atque ex te gen-
7 tes, etiamque reges orientur. Fœ-
dus autem eiusmodi facio, vt non
ſolum ad te, ſed etiam ad profectu-
rum ex te poſterorum genus perti-
neat, idque in perpetuum, vt Deus
8 et tibi ſim, et illis: vtque terram,
cuius tu peregrinus es, videlicet
totam Chananæam, et tibi et tuis
poſteris tradam in posſesſionem
ſempiternam, ſimque eis Deus.
9 Tu quoque vicisſim (inquit Deus
Abrahamo) et tuorum omne futu-
rum genus, fœdus meum conſerua-
0 tote, quod erit huiusmodi: o-
mnes veſtri mares circumcidentur.
1 Circumcidetis autem membri ve-
ſtri præputium, quod ſit icti inter
2 me et vos fœderis indicium: id-
que facietis octauo poſt natiuita-
tem die, cuiuscumque generis ma-
res erunt,ſiue domi nati,ſiue argen-
to coemti et alienigenæ, ex alio
quocumque genere quam ex tuo
3 orti: vt ita circumciſis omnibus
tam domi natis, quam pecunia com-
paratis, veſtra corpora ſignata ſint
nota huius mei fœderis ſempiterni.
4 Mares autem præputiati, et præpu-
tia non circumciſa habentes,ex ſuo-
rum numero tollentur, ob viola-
5 tum fœdus meum. Saraim quoque
vxorem tuam (inquit) iam non
Saraim vocabis, ſed ei Sara nomen
6 erit: quam ego fecundabo, et tibi
ex ea filium dabo, vt ea fecunditate
gentes ex ſeſe progeneret, et ex ea
etiam reges populorum oriantur.
7 Hic Abrahamus, quum in faciem
ſubridens incubuisſet: ſcilicet (in-
quit ipſe ſecum) aut centenarius
gignet,aut nonagenaria Sara pariet.
8 Vtinam modo facias, (inquit,Deum
adloquens) vt propagetur Ismael. *
9 Et Deus: immo Sara ipſa vxor tua
(inquit) pariet ex te filium, quem
tu [o] Iſaacum nomine vocabis: cum
quo ego fœdus, et quidem ſempiter-
num, inibo,in quo fœdere eius quo-
que futura progenies comprehen-
detur. De Ismaele quoque te ex- 20
audiam, eumque fecundabo et tanto
ſobolis incremento augebo,vt geni-
tis duodecim principibus, per me
in gentem magnam euadat. Sed 21
cum Iſaaco,quem tibi Sara hoc pro-
ximi anni tempore pariet, fœdus fa-
ciam. Hæc locutus Deus, finem 22
fecit, et ab Abrahamo discesſit.
Abrahamus,adſumto Ismaele filio 23
ſuo, et omni ſua familia tum verna-
culorum,tum emtitiorum,et alieni-
genarum marium, illo ipſo die,
quo Deus eum adlocutus eſt, omni-
um præputia circumcidit, ipſeque 24
annum agens nonageſimum nonum
circumciſus eſt: Ismael autem 25
decimum tertium. Ita eodem die 26
circumciſi ſunt Abrahamus et eius
filius Ismael: et vna cum eo o- 27
mnes domeſtici,tum vernæ, tum ex
natione peregrina coemti.

CAP. XVIII.

Angeli ſenis conuiuæ. Promisſa proles. Anus ridens. Iouæ omnipotentia. Saræ pertinacia. Abrahamus pro Sodomæis.

PRæterea adparuit ei Ioua in 1
querceto Mambræ. Quum enim
per æſtum diei ad ianuam taber-
naculi ſederet, conſpexit homines 2
tres, qui ei ex aduerſo erant: qui-
bus viſis, ex tabernaculi oſtio oc-
currit obuiam,eisque ſubmisſe ſalu-
tatis, dicit: Domine, ſi vis mihi 3
gratisſimum facere, noli me tuum
præterire. * Lauabitis pedes pau- 4
cula aqua adhibita, deinde ſub ar-
bore requieſcetis. Ego interea de- 5
promam fruſtum panis,quo animos
veſtros recreetis, poſtea perrecturi.
Nam hæc vobis ad veſtrum me de-
flectendi cauſſa eſt. Cui illi: fac vt
dixiſti. Atque ille in tabernacu- 6
lum

n) hoc eſt,multiparentis,quum Abramus altiparentem ſonet. o) a ridendo.

lum ad Saram feſtinat, eique man-
dat, vt tria ſata farinæ ſiligineæ pro-
peret, et ea depſita panes depſititios
7 conficiat. Ipſe ad armentum cur-
rit, vitulumque tenerum et bene
habitum tradit famulo, qui eum fa-
8 cere properet.* Deinde illis buty-
rum, et lac, et quem fecerat, vitu-
lum adpoſuit: ipſe eis ſub arbore
comedentibus adſtabat.
9 Tum illi, vbi eſt Sara vxor
tua? inquiunt. Adeſt, inquit
10 Abrahamus, in tabernaculo. At-
que ille: quum reuiſam te (in-
quit) anno vertente,* habebit Sa-
ra vxor tua filium. Hæc Sara
ex poſtico tabernaculi audiens,
11 et quod Abrahamus et Sara ſenes
erant atque ætate prouectiore, et
quod ipſa iam menſtrua pati deſie-
12 rat, riſit ipſa ſecum. Poſtquam
iam vieta ſum (inquit) indulgebo,
credo, voluptati, quum meus etiam
13 dominus ita ſit ſenex. Tum Ioua
Abrahamo:* cur tandem ridet Sara,
inquit, negans ſe genituram, quia
14 conſenuit. Eſtne res vlla, quam
Ioua non poſſit? Futurum eſt, in-
quam, vt quum ego te hoc tempore
anno vertente reuiſam, habeat Sara
15 filium. Sara vero negauit: non
riſi, inquit: metuebat enim. Cui
ille: immo vero riſiſti.
16 Deinde homines inde conſur-
gunt, et ad Sodomam ſe conuer-
tunt. Quos quum Abrahamus
deducendi gratia comitaretur,
17 Ioua ſic loquitur: egone vt Abra-
hamum celem de eo, quod ſum
18 facturus? quum ſit Abrahamus
gentis maximæ et potentiſſimæ
futurus auctor, quumque in eo
omnes orbis nationes ſint felici-
19 tandæ. Nam ſcio, ſuis eum libe-
ris et porro ſuæ in poſterum ſtirpi
præcepturum eſſe, vt ad Iouæ nor-
mam vitam dirigentes iuſtitiam co-
lant, atque ius, vt Ioua Abrahamo

promiſſa præſtet. Deinde ſic lo-
quitur: video magnas eſſe querelas
de tot tantiſque Sodomitarum fla-
gitiis. Itaque ſtatui illo deſcen-
dere, et explorare, vtrum, quemad-
modum querelis ad me perlatum
eſt, ſint plane profligati, an non ſint.
Hic *p* hominibus inde digreſſis, et
Sodomam ire contendentibus, A-
brahamus, qui adhuc ante Iouam
ſtabat, accedit, et: etiamne bonos
(inquit) vna cum improbis perdes?
Si erunt quinquaginta viri boni in
vrbe, an etiam perdes? neque igno-
ſces illi loco propter illos quinqua-
ginta bonos, qui erunt in eo? Ab-
ſit, vt committas, vt interficias bo-
nos cum malis, eodemque numero
probos habeas et improbos. Abſit,
vt qui totum orbem terrarum æ-
quitate moderatur, is æquitate non
vtatur. Cui Ioua: ſi in vrbe So-
doma quinquaginta viros bonos
(inquit) inuenero, eorum gratia
toti loco ignoſcam. Et Abraha-
mus: audacter (inquit amplius lo-
quens) facio, qui Dominum meum
adloquar, quum ſim ipſe puluis et
cinis. Sed tamen de quinquaginta
bonis aberunt forſitan quinque, an
propter quinque euertes totam vr-
bem? Non euertam (inquit ille)
ſi illic quadraginta quinque inue-
nero. Quid (inquit rurſum Abra-
hamus) ſi quadraginta? Etiam pro-
pter quadraginta abſtinebo. Quæ-
ſo Domine (inquit Abrahamus) ne
ægre feras,* ſi pergo quærere. Quid
ſi triginta? Non faciam (inquit ille)
ſi illic inuenero triginta. Et Abra-
hamus: næ ego audax, qui cum
Domino meo colloquar. Quid ſi
viginti? Et ille: etiam propter vi-
ginti non exſcindam. Tum Abra-
hamus: hoc te poſtremum interro-
gabo, Domine, ſi tibi grauis non
ſum: quid ſi decem? Etiam propter
decem non euertam, inquit.

CAP

p) duobus angelis.

CAP. XIX.

Lotus angelorum hoſpes, Oppidanorum libido ſceleſta, cæcitas. Ignis cæleſtis. Loti coniux in ſtatuam. Ebrii patris inceſtus. Filiarum partus.

TVm Ioua, facto cum Abrahamo loquendi fine, diſceſſit. Abrahamus eodem, vnde digreſſus erat, reuerſus eſt. Angeli autem illi duo ad Sodomam ſub veſperum peruenerunt. Eos conſpicatus Lotus, qui tum in porta Sodomæ ſedebat, proceſſit eis obuiam: quumque ſubmiſſo ad terram vultu ſalutauiſſet, rogat, Domini eos nomine adpellans, vt ad ſe in eam noctem diuertant, lauaturi pedes, et poſtridie reliquum itineris adgreſſuri. Recuſantes et ſeſe in foro pernoctaturos dicentes, adeo vrget, vt ad eum diuerterint: eisque domum deductis cœnam dedit, coctis ſine fermento panibus.

Capto cibo, nondum cubitum diſceſſerant, quum ſodomitani iuuenes, ſenes, denique vniuerſus ad vnum populus domum obſidebant, et Lotum nomine vocantes clamabant: vbi ſunt homines iſti, qui ad te in hanc noctem venerunt? Produc ad nos, vt eos cognoſcamus. Tum Lotus ad eos extra fores egreſſus, clauſo poſt ſe oſtio dicit: nolite, quæſo, fratres, ſcelus facere. Sunt mihi filiæ duæ, quæ viri notitiam non habuerunt. Eas malo vobis ad veſtram libidinem producere, quam ſi quid in hos homines grauius conſulatis, qui ideo ſeſe ſub mei tecti præſidium commiſerunt. Tum illi, iuſſo paullisper recedere Loto: enimuero non ferendum eſſe dicere, vt, qui vnus ad peregrinandum veniſſet, is aliis facienda præſcriberet: ſimulque ei grauiora quam hoſpitibus minantes, magno impetu in hominem facto, ad oſtium perrumpen-
dum accedunt. Sed hoſpites Loto 10
manibus ſuis intro ad ſe recepto,
oſtium obſerauerunt: tum illis, 11
qui pro foribus erant, a minimo ad
maximum, tantam cæcitatem iniecerunt, vt oſtium inuenire fruſtra
conarentur.

Deinde Lotum admonuerunt, vt, 12
ſi quem præterea haberet illic
generum, aut liberos, quidquid
denique in vrbe haberet, illinc
educeret. Nam ſeſe iam eum 13
locum eſſe perdituros, ad hoc
ipſum a Ioua miſſos, qui tantorum
flagitiorum querelis offenſus eſſet.
Tum Lotus egreſſus, generos ſuos, 14
qui eius filias duxerant, conuenit,
hortaturque, vt ex eo loco emigrent: Iouam enim euerſurum eſſe
vrbem. Sed illi eum iocari ſunt arbitrati. Et iam ſub auroræ ortum 15
vrgebant angeli Lotum, vt vxorem,
et duas, quæ in præſentia aderant,
filias educeret, ne ciuitatis culpam
lueret. Cunctantem homines ma- 16
nu prehendunt, nec non eius coniugem, atque filias, propterea, quod
ei parcebat Ioua, et extra vrbem
educunt atque ſiſtunt. Eo educto: 17
caue (inquit [a] ille) ſi tuam ſalutem
amas, ne poſt tergum reſpicias,
neue vſquam toto in campo conſiſtas, ſed euadas in montem, ne pereas. Quibus Lotus: hoc mihi quæ- 18
ſo, inquit, remitte Domine, poſt- 19
quam pro tua benignitate tanto me
obſtringis beneficio, vt meam ſalutem conſerues. Ego certe in montem euadere non potero, quin exitio correptus exanimer. Eſt hic 20
propinquum quoddam oppidulum,
ad confugiendum opportunum. Liceat mihi eo me recipere, et ita ſaluti meæ proſpicere: [b] eſt ſane perparuum. Cui ille: etiam hac in 21
re, inquit, tibi indulgebo, vt oppidum iſtud non eruam. Matura eo 22
te recipere. Neque enim mihi fas
B eſt

a) alter angelorum. b) eadem opera peto, vt ei oppi o parcatur, alioquin ego quoque perirem. Verum non magna peto, quum oppidum ſit perparuum.

eſt quidquam facere, donec eo per-
ueneris. Atque [c] hanc ob cauſſam
oppidum Sigoris nominatum fuit:
23 in quod poſtquam Lotus, terris ori-
24 ente ſole, ingreſſus eſt: Ioua ab ſe
de cælo ſulphur et ignem in Sodo-
25 mam et Gomorram depluit, vr-
besque illas, et totum planum tra-
ctum, omnesque vrbium incolas,
et terræ ſtirpes funditus euertit.
26 Vxor autem Loti, quæ eum ſeque-
batur, reſpexit, et in ſtatuam ſalis
verſa eſt.
27 Mane vbi ſurrexit Abrahamus, ex
eo loco, vbi in Iouæ conſpectu ſtete-
28 rat, adſpiciens Sodomam et Gomor-
ram verſus, et omnem campum, con-
ſpicit exhalantem ex terra vaporem,
29 qualis esſe ſolet calcariæ. Et Abra-
hami quidem recordatione Deus
Lotum e media emiſit ruina, dum
vrbes illius planitieî, quarum Lo-
tus erat incola, euertit.
30 Lotus autem Sigori degere non au-
ſus, ab ea diſceſſit, et in monte cum
duabus ſuis filiabus in quadam ſpe-
31 lunca habitauit. Earum autem filia-
rum natu maior cum minore egit, vt
quoniam pater conſenuisſet, nec
quisquam in terra vir ſupereſſet, a
quo, ſicut ferret omnium mortalium
32 natura, comprimerentur, patrem
vino inuitarent, et ex eius concu-
33 bitu proli conſulerent. Ergo ei
vinum ea nocte largius miſcent, et
cum patre grandior natu filia con-
cumbit: neque ille eam neque cu-
bantem ſenſit, neque ſurgentem.
34 Poſtridie demonſtrat grandior iu-
niori, ſeſe pridie cum patre cubu-
iſſe: hortatur, vt ei vinum etiam
in proximam noctem largius præ-
beant, et cum eo ipſa viciſſim cu-
bet, vt ex patre ſoboli proſpiciant.
35 Quod quum illa fecisſet, et idem
euenisſet, vt neque cubantem ille
36 neque ſurgentem ſentiret, conce-
perunt ex patre duæ Loti filiæ:
37 quarum grandior filium peperit,
quem Moabum nuncupauit: ex eo
prognati ſunt Moabitæ, qui etiam-
num manent. Minor item filium: 38
cui Benammi nomen fecit: a quo
nati ſunt Ammonitæ, qui hodie
etiam durant.

CAP. XX.

Sara ab Abimelecho reſtituta. Soror eadem Abrahamo marito.

ABrahamus autem inde verſus 1
meridiem profectus, conſe-
dit inter Cadem et Sur, et Ge-
raris peregrinatus eſt. Ibi quum 2
Saram pro vxore ſororem esſe
diceret, curauit Abimelechus rex
Gerarorum eam ad ſe arcesſen-
dam. Sed eum Deus noctu in 3
ſomnis conuenit, his verbis: ſci-
as, tibi moriendum esſe propter
eam, quam duxiſti, mulierem,
quæ quidem habeat maritum. Hic 4
Abimelechus, qui eam non attigis-
ſet: Domine, (inquit) etiamne in-
ſontes interficies? * Nonne quum 5
mihi et ipſe ſororem et ipſa fratrem
ſuum esſe dixerit, hoc ſincera men-
te intemeratisque manibus feci?
Cui Deus in ſomnis: et ego ſcio, 6
(inquit) iſtud te ſincera mente fe-
cisſe, et ideo te facinus contra me
admittere prohibui, neque, vt cum
ea rem haberes, permiſi. Sed nunc 7
redde mulierem viro, qui vates eſt,
vt eo deprecatore ſalutem impetres.
Quod niſi reddis, ſcias, et tibi et
tuis omnibus esſe moriendum.
Mane ſurgit Abimelechus, conuo- 8
catisque ſuis omnibus, rem omnem
apud eos exponit, qua ex re magnus
eos metus inceſſit. Deinde euo- 9
catum Abrahamum ſic adloquitur:
quid feciſti nobis, aut quid aduer-
ſum te commiſi, vt mihi meoque
regno tantam noxam importares?
certe contra officium aduerſus me
feciſti. Quid tibi veniebat in men- 10
tem, quum iſtud faceres? Cui Ab- 11
rahamus: verebar, (inquit) ne, ſi
forte

c) a paruitate, quod Lotus paruum esſe dixisſet.

forte nulla hoc in loco vigeret reli-
gio, vxoris meæ cauſa occiderer.
2 Quamquam etiam vere mea ſoror
ex patre eſt*,ex matre non item: ve-
3 rum ea ſum vſus coniuge.Sed quum
me Deus a domo paterna abstrahe-
ret, *ab ea in beneficii loco petiui,
vt, quemcumque in locum venire-
mus, ſuum me esſe fratrem diceret.
4 Tum Abimelechus Abrahamo
pecora, et boues, et ſeruos, et
ancillas dedit, et Saram vxorem
5 reddidit, atque ita dixit: mei
tibi fines patent: vbicumque viſum
6 erit, habites licet. Deinde Saram
adloquens: fratri tuo (inquit) dedi
mille argenteos, qua tu tui pudoris
defenſione*apud omnes et tuos vta-
7 ris et alienos. Deinde Abrahamo
deprecante, Abimelechum Deus,
eiusque vxorem et ancillas ſana-
uit, et eis gignendi vim reſtituit.
8 Nam propter Saram Abrahami con-
iugem omnes Abimelechi domus
vteros obſignauerat.

CAP. XXI.

Iſaacus natus. Eiectus cum matre ſpurius. Huius calamitas. Angelus ad ancillam. Iſmael ſagittarius, in ſilua, maritus. Fœdus inter Abimelechum et Abrahamum.

1 SAræ autem Ioua adfuit, vt præ-
dixerat, eique promisſa præſti-
2 tit, vt conceptum ex Abrahamo
iam ſene filium ad promisſum illi a
3 Deo tempus pareret; quem Abra-
4 hamus Iſaacum nominauit, et octa-
uo a natiuitate die (vt erat a Deo
5 iusſus) circumcidit, ipſe tum an-
num agens centeſimum, quum ei
6 Iſaacus filius natus eſt. Sara au-
tem hæc verba protulit: Ridere me
fecit Deus: hoc quicumque audiet,
7 arridebit mihi. Quis vmquam
(inquit) dixisſet Abrahamo, Saram
liberos esſe lactaturam? et tamen *d*
8 eius ſenectæ filium peperi. Quum
autem grandeſcens iam puer Iſaacus
esſet ablactandus, ipſo ablactandi
die magnum Abrahamus fecit con-
uiuium.

Quumque animaduertisſet Sa- 9
ra, filium Hagaris ægyptiæ, quem
ex Abrahamo pepererat *G.* Iſaa-
co filio ſuo *H.* illudentem, ita 10
dixit Abrahamo: eiice hanc an-
cillam eiusque filium: neque enim
huius ancillæ filius cum filio meo
Iſaaco in hereditatem veniet. Ea 11
res quum Abrahamo propter ſuum
filium magnopere displiceret, De- 12
us eum ſic monuit: noli pueri et
ancillæ tuæ vicem dolere, ſed Saræ
hoc toto in negotio obtempera,
nam tibi ex Iſaaco denominabitur
progenies: quamquam ancillæ 13
quoque filium in gentem propaga-
bo, quia tua proles eſt.
Igitur mane ſurgit Abrahamus, 14
panemque et aquæ lagenam Hagari
dat,et eius puerique humeris impo-
nit,eamque amandat. Quæ quum in
deſerta Berſabæ venisſet, ibique er-
raret, conſumta lagenæ aqua pue- 15
rum ſub quemdam fruticem abiicit:
ipſa, ne morientem videret,recedit: 16
et quum ab eo teli iactum diſtaret,
e regione ſedens ploratum edere in-
cipit. Sed audita a Deo pueri vo- 17
ce, Dei angelus Hagarem de cælo
adpellauit: quid habes Hagar? in-
quit. Bono es animo: nam pueri
vocem Deus ex eo, in quo eſt, loco
exaudiuit. Surge, et puerum ma- 18
nu prehenſum adleua: nam ex eo
magnam ego gentem efficiam.
Deinde diuinitus apertis eius ocu- 19
lis, animaduertit aquæ puteum, ad
quem accesſit: et, repleta lagena a-
quæ, puero bibere dedit. Hic puer 20
Deo ſecundo creuit, et ſiluestrem
vitam agens fuit ſagittarius. Inco-
luit autem in ſolitudine Pharane. Ei 21
mater vxorem locauit ex Aegypto
Per id tempus Abimelechus 22
cum ſui exercitus duce Phicole,
Abrahamum huiusmodi verbis
adortus eſt: quoniam quidem
adeſt tibi Deus in omnibus tuis ne-
gotiis, iura mihi per Deum in 23
præſentia, te neque mihi, neque

d) ei ſeni.

meis natis aut nepotibus nocitu-
rum: contraque, qua ego ſum be-
nignitate erga te vſus, eadem te
erga me et terram, quæ te peregri-
24 num accipit, eſſe vſurum. Hic
Abrahamus, iureiurando condicto,
25 cum illo expoſtulat de aquæ puteo,
quem illius ſerui per vim occupaue-
26 rant. Et Abimelechus: ego ve-
ro neſcio, inquit, quis rem iſtam
fecerit, neque tu de ea feciſti me
certiorem: neque ego ante hodier-
27 num diem audiui. Tum Abraha-
mus oues et boues ſumſit, et Abime-
lecho tradidit, atque ita fœdus inter
28 ſe percusſerunt. Quumque ſeor-
ſum ſtatuisſet Abrahamus agnas ſe-
29 ptem, dixit Abimelechus: quor-
ſum iſtas ſeptem agnas ſepoſuiſti?
30 Cui ille: vt tu, his ſeptem agnis de
mea manu acceptis, inquit, teſtis
mihi ſis, hunc a me eſſe depresſum
31 puteum. Et hanc ob cauſſam vo-
catus eſt locus ille e Berſaba, quod
32 illic duo illi iurauisſent. Igitur
icto apud Berſabam fœdere, Abime-
lechus et Phicol in Palæſtinos redire
33 contenderunt. Abrahamus autem
nemus apud Berſabam ſeuit, et ibi
Iouæ Dei nomen immortalis inuo-
34 cauit, eſtque diu in Palæſtinis
commoratus.

CAP. XXII.

Tentatus pater de nato immolando: eiusdem ſenis obſequium. Aries pro filio cæſus. In ſenem Iouæ fauor. Nachoris genus.

1 HIs rebus ita peractis, Deus
Abrahamum tentauit ad hunc
modum: Abrahame, inquit,
2 Cui ille: quid eſt? Adhibe, inquit,
filium tuum f vnicum, quem dea-
mas, Iſaacum, et in terram Moriam
profectus, eum mihi illic immolato
ſuper quodam monte, quem ego tibi
3 oſtendam. Mane ſurgit Abraha-
mus, et, clitellato aſino, adhibitis
duobus famulis et Iſaaco filio, ſcis-
ſisque ſacrificalibus lignis, in eum
locum ire contendit, quem ei dixe-
rat Deus. Die tertio locum pro- 4
cul animaduertens, famulis iubet, 5
vt ibi cum aſino præſtolentur, dum
ipſe et puer ille eant, adoraturi, et
inde ad eos redituri. Deinde, ſa- 6
crificalibus lignis Iſaaco filio ſuo
impoſitis, ipſe ſecum ignem fert et
cultrum, atque ita ambo ſimul eunt.
Et Iſaacus: mi pater, inquit Abra- 7
hamo. Cui ille: quid vis, mi fili?
Hic quidem eſt ignis et ligna, inquit
ille, ſed vbi eſt agnus immolandus?
Et Abrahamus: Deus prouidebit 8
ipſe ſibi agnum ad immolandum,
fili, inquit. Ita pergunt ire ſimul.
Vbi in locum a Deo ei ſignificatum 9
peruentum eſt, ibi Abrahamus a-
ram exſtruit, diſpoſitisque lignis,
Iſaacum filium ſuum conſtringit, et
lignis in ara ſuperponit: deinde 10
cultro manum admouet ad filium
ſuum immolandum. Sed eum Io- 11
uæ angelus de cælo reuocans, Abra-
hame, Abrahame, inquit. Cui ille:
quid eſt? Noli (inquit ille) puero 12
manum adferre, aut in eum quid-
quam committere. Nam ſatis iam
mihi explorata tua religio eſt, qui
mea cauſſa ne a filio quidem, eoque
vnico, abſtineas. Tum Abraha- 13
mus erectis oculis pone conſpexit
arietem cornibus in dumo hæren-
tem, ad quem accesſit, et compre-
henſum pro filio ſuo immolauit,
eumque locum Iouaream, a Ioua 14
vidente, denominauit, hodieque
etiam mons a Ioua videndo voca-
tur. Abrahamum autem Iouæ an- 15
gelus iterum de cælo ſic interpella-
uit: Per me iuro, inquit Ioua, 16
quoniam feciſti, vt te ne ab vnico
quidem filio abſtineres, ego et 17
tibi fauebo, et tuam ſtirpem ad ſtel-
larum cæleſtium, et arenarum lito-
ris marini numerum augebo, per-
ficiamque, vt hoſtium ſuorum g por-
tis potiatur, vtque in tua ſtirpe 18
omnes orbis terrarum gentes ſeſe
beatas

e) iuriſiurandi puteus. f) Et tamen habebat etiam Ismaelem. Sed ab Ismaele non ducuntur Abrahamitæ. g) hoc eſt vrbibus.

beatas ferant, quoniam tu mihi di-
19 cto audiens fuiſti. Deinde Abra-
hamus ad famulos ſuos rediit, inde-
que profecti ad Berſabam vna per-
uenerunt, ibique habitauit Abraha-
20 mus. Poſtquam hæc geſta ſunt,
Abrahamo nuntiatur, Nachorem
eius fratrem ex Melca liberos ſuſtu-
21 liſſe: Vſum primogenitum, Bu-
ſum, Camuelem, a quo Syri orti:
22 Caſedum, Haſonem, Pheldam, Ied-
23 laphum et Bathuelem, qui porro
genuit Rebeccam. Præter hos octo
24 ex Melca procreatos, Nachor ex
concubina ſua nomine Ruma ge-
nuit Tabam, Gahamum, Thaasſum
et Maacham.

CAP. XXIII.

*Saræ ætas, mors. Luctus. Hettæorum libera-
litas in Abrahamum. Fundus pro mortuo
venditus.*

1 SAra autem, completis centum vi-
2 ginti ſeptem annis, mortua eſt
Cariatharbæ, quæ eadem He-
bron eſt, in Chananæa, ad quam lu-
gendam et deplorandam acceſſit Ab-
3 rahamus. Deinde, omiſſo defuncto
ſuo, Hettæos his verbis conuenit:
4 ego ſum peregrinus et aduena inter
vos: tribuite mihi apud vos poſ-
ſeſſionem ſepulturæ, vbi meum
ſepeliam mortuum, et e conſpectu
5 meo amoueam. Ad hæc Hettæi:
6 attende nos, Domine, inquiunt, Ab-
rahamo reſpondentes. Tu inter
nos es princeps quidam diuinus,
elige de noſtris ſepulcretis, vbi tu-
um ſepelias mortuum. Noſtrum
quidem nemo ſuo te ſepulcro pro-
hibebit, quo minus in eo ſepelias.
7 Hic Abrahamus, quum adſurrexiſ-
ſet, et incolis Hettæis honorem ſub-
8 miſſe habuiſſet: ſi vobis cordi eſt,
inquit, vt meum defunctum ſepul-
cro condam, hoc mihi præterea
concedite, vt pro me cum Ephrone
9 Seoris filio agatis, vt mihi cauer-
nam duplicem, quam habet in ex-
tremo ſui fundi, vobis præſentibus
addicat, et addicat iuſto argento, in
vſum ſepulcri. Hic Ephron Het- 10
tæus, qui tum aderat inter eos, au-
dientibus Hettæis omnibus, quot-
quot in curiam venerant, Abraha-
mo reſpondet his verbis: auſculta 11
mihi potius, Domine, ego tibi et
fundum et fundi cauernam dono,
idque in præſentia meorum popula-
rium, vbi tuum ſepelias mortuum.
Tum Abrahamus honore incolis 12
ſubmiſſe præbito, iisdem audienti-
bus, Ephroni reſpondet: immo tu 13
potius auſculta mihi: ego tibi pro
fundo pecuniam dabo: hanc tu a
me accipe: ita illic meum mor-
tuum ſepeliam. Cui Ephron: 14
Domine, attende, inquit, fundus hic, 15
de quo inter me et te agitur, eſt qua-
dringentis argenti ſiclis, ſi tanti vis
humare. Hoc audito, Abrahamus 16
Ephroni argentum ex illius taxati-
one adpendit, præſentibus Hettæis,
videlicet quadringentos ſiclos ar-
genti commercialis. Ita Ephronis 17
fundus duplici cauerna, qui fundus
eſt e regione Mambræ, cum ipſa ca-
uerna, et omnibus arboribus, quæ
circumquaque in toto eius ſpatio
erant, Abrahamo emancipatus eſt 18
in poſſeſſionem, præſentibus Het-
tæis omnibus, quotquot in curiam
venerant. Poſtea in ea cauerna, 19
quæ e regione Mambræ ſiue He-
bronis eſt, Abrahamus Saram 20
coniugem ſuam ſepeliuit, in terra
chananæa. Hoc pacto fundus ei, 21
vna cum cauerna, in vſum ſepulturæ
ab Hettæis addictus eſt.

CAP. XXIIII.

*Obteſtatio Abrahami ad ſeruum. In Meſo-
potamiam profectio. Rebeccæ comitas.
Ei data dona. Labanis liberalitas. Re-
becca Iſaaci coniux.*

QVum autem conſenuiſſet Ab- 1
rahamus, et ætate proceſſiſ-
ſet, omnia ei bene fortunante
Ioua, ſeruum, quem domi ſeniorem 2
tum habebat, et omnibus ſuis præfe-
cerat, his verbis adloquitur: ſuppo-
ne manum tuam meo femori, vt te 3
per Iouam cæli terræque Deum ob-

teſter, ne filio meo Iſaaco vxorem
ex Chananæis, apud quos ego habi-
4 to, adſciſcas: ſed in terram meam
patriam profectus, inde ei arceſſas.
5 Cui ſeruus: quid ſi nollet me mu-
lier in hanc regionem ſequi? inquit.
tuumne ego filium in eam regio-
nem reducam, ex qua tu oriundus
6 es? Caue, (inquit Abrahamus) ne
7 filium meum illo reducas. Ioua
Deus cæleſtis, qui me a domo pater-
na et natali ſolo diſtraxit, qui me-
cum collocutus iurauit, ſe meæ ſtir-
pi daturum hanc terram, is, inquam,
ſuo tibi præmiſſo angelo, efficiet,
vt illinc coniugem meo filio capias.
8 Quod ſi te mulier ſequi noluerit,
huius certe iuriſiurandi religione
ſolutus eris, modo ne filium meum
9 illo reducas. Tum ſeruus, manu
femori Abrahami domini ſui ſub-
10 iecta, in rem illam iurauit. dein-
de, adhibitis decem ex dominicis
camelis, profectus eſt, ſecum ferens
de omnibus domini ſui bonis, et in
Meſopotamiam ad oppidum Na-
11 choris peruenit. Ibi camelis ex-
tra oppidum ſtabulatis ad puteum
aquæ ſub veſperum, quo tempore
12 aquatrices prodire ſolent, ſic lo-
quitur: Ioua, Deus domini mei Ab-
rahami, da mihi proſperos hodie
ſucceſſus, et hoc beneficium Abra-
13 hamo hero meo concede, vt me
nunc ad fontem ſtante, quum oppi-
danorum puellæ veniunt aquatum,
14 ſic res cadat, vt, quæ mihi puella
petenti vrnam ad bibendum depo-
net, et meos præterea camelos ada-
quandos ſuſcipiet, ea ſit, quam tu I-
ſaaco tuo deſtinaſti,* et ex eo intelli-
gam, te in herum meum benignitate
15 vti. Nondum ea finierat, quum
Rebecca, nata ex Bathuelo filio Mel-
cæ, coniugis Nachoris, fratris Abra-
hami, vrnam in humeris ferens exi-
16 bat, puella facie elegantiſſima,
virgo, et ignara viri. Hæc ad fon-
tem deſcendit, repletaque vrna, ad-
17 ſcendebat. Tum ſeruus obuiam
ei occurrens: heus, inquit, da mihi
bibere paullum aquæ ex tua vrna.
Cui illa: bibe, inquit, domine, ſi- 18
mulque demiſſa confeſtim in ma-
num ſuam vrna, dat ei bibere. At- 19
que vbi is perbibit: etiam tuos, in-
quit, camelos adaquabo ad ſatieta-
tem bibendi, ſtatimque, transfuſa 20
in aquarium vrna, recurrit ad pute-
um, ad hauriendum, et ad omnes
haurit camelos. Homo interea 21
eam ſilentio contemplari, vt explo-
raret, vtrum id ſibi iter proſperaret
Ioua, nec ne. Deinde, poſtquam 22
perbiberunt cameli, auream profert
inaurem dimidii ſicli pondo, et duas
ad eius manus armillas denum au-
reorum pondo. eamque adloqui- 23
tur: cuius es filia? indica mihi, an
ſit domi patris tui locus nobis ad
pernoctandum. Cui illa: filia ſum 24
Bathuelis, quem ex Melca Nachor
ſuſtulit. Straminis autem et pa- 25
buli apud nos adfatim eſt, nec non
locus ad pernoctandum. Hic ille 26
Iouam ſuppliciter venerans: gratias
ago Iouæ, inquit, Deo domini 27
mei Abrahami, qui dominum me-
um ſua benignitate et fide non de-
ſtituerit, quum meum iter ad do-
mum cognatorum eius direxerit.
At puella domum, matri ſuæ rem 28
enuntiatum, cucurrit. Habebat 29
autem Rebecca fratrem nomine La-
banem, qui ad hominem foras ad
fontem curſu contendit. Quumque 30
inaurem et armillas in manibus Re-
beccæ ſororis ſuæ vidiſſet, et eam
verba illius referentem audiuiſſet,
adit hominem ſtantem apud came-
los ad fontem: eumque a Ioua 31
ſaluere iuſſum, hortatur, ne foris
maneat. nam ſeſe ei domum, et ca-
melis locum præparauiſſe. Itaque 32
hominem domum abducit, ſolutos-
que camelos ſtramine curat et pa-
bulo. Ipſius autem et eius comi-
tum pedes aqua lauandos curat:
deinde cibum ei adponit. At ille 33
cibum capturum ſe negat, niſi prius
negotium ſuum propoſuerit. Et, iu-
bente Labane, vt proponeret, ſic 34
verba

verba facit: ego ſum ſeruus Abra-
35 hami, hominis ſummas a Ioua
fortunas et amplitudinem conſecu-
ti: tum ouibus et capris, bubusque,
tum argento atque auro, tum ſerui-
tio et camelis atque aſinis dotati.
36 Is ex Sara vxore iam vetula filium
ſuſtulit, quem heredem ex asſe con-
37 ſtituit, meque iureiurando ad-
ſtrinxit, ne filio ſuo vxorem conci-
liarem ex Chananæis, quorum ipſe
38 in finibus incoleret: ſed, domum
ſuam patriam profectus, ex ſuorum
cognatorum familia adſciſcerem:
39 cui quum ego dicerem, futurum esſe
forſitan, vt me non ſequeretur mu-
40 lier: reſpondebat, Iouam, ad cu-
ius ipſe normam vitam ſuam inſti-
tuisſet, misſurum esſe mecum ſuum
angelum, ad ſecundandum meum
iter, et ad vxorem filio ſuo ex ſua
gente et domo paterna concilian-
41 dam: ac fore me illo ſacramento
liberum, ſi modo ad ſuos conſan-
guineos venisſem, etiamſi non im-
42 petrauisſem. Hodie, vbi ad fon-
tem veni, Iouam Deum domini mei
Abrahami orabam, vt, ſi placeret,
hoc mihi inſtitutum iter proſpera-
43 re, efficeret, vt, me ad fontem
adſtante, quæ puella ad aquandum
egrederetur, ſi mihi petenti paul-
lum aquæ ex ſua vrna ad biben-
44 dum, et daret, et, camelos etiam
ſeſe adaquaturam, diceret, ea esſet,
quam ipſe heri mei filio in coniu-
45 gium deſtinasſet. Vix ea cum ani-
mo meo locutus eram, quum ecce
egresſa Rebecca, vrnam in humeris
ferens, ad fontem deſcendit, atque
haurit. Et quum ex ea potum peti-
46 uisſem, confeſtim, depoſita vrna,
offert, et camelos etiam adaquandos
ſuſcipit, meque et camelos omnes
47 adaquauit: quærentique, cuius
esſet filia? reſpondit, Bathuelis, filii
Nachoris ex Melca. Tum ego eius
faciei inaurem et manibus armillas
48 accommodaui: Iouamque heri
mei Abrahami Deum ſubmisſe ve-
neratus, ei gratias egi, quod me tam
certa via deduxisſet ad herilis co-
gnati filiam, herili filio concilian-
dam. Nunc ſi in animo habetis, 49
hoc beneficio atque officio domi-
num meum demereri,* facite, vt ſci-
am: ſin minus, nihilo ſecius, vt ali-
quam aliam viam inſiſtam. Tum 50
Laban et Bathuel: hæc plane a Io-
ua orta res eſt, (inquiunt reſpon-
dentes) neque nos tibi omnino re-
pugnare posſumus. Proinde Re- 51
beccam tibi permittimus: hanc tu
domini tui filio nupturam, ſicuti
Iouæ viſum eſt, ducito. His illo- 52
rum verbis auditis, ſeruus Abra-
hami Iouam ſubmisſe veneratus,
argentea aureaque vaſa veſtesque 53
profert, et Rebeccæ dat, eiusque et-
iam fratri et matri ſtrenas. Tum 54
demum ipſe et eius comites cibum
capiunt: deinde cubitum diſcedunt.
Poſtridie, vbi ſurrectum eſt, petit, vt
ad dominum remittatur. Puellæ 55
frater et mater reſpondent ipſi, pro-
fecturum, poſtquam ea cum ipſis
dies circiter decem manſisſet. Ille 56
contra hortatur, ne ſe remorentur:
debere ſe, dum ab Ioua id ſibi iter
ſecundatur, dimitti et ad dominum
redire. Tum illi, puellam ſe euo- 57
caturos, dicunt, et eius ſententiam
percontaturos: ſimulque euocant, 58
et ex ea quærunt, veliſne cum ho-
mine diſcedere? Illa vero, velle,
dicit. Sic illi Rebeccam ſororem 59
ſuam, vna cum eius nutrice, Abraha-
mique ſeruum et eius comites dimi-
ſerunt, Rebeccæque fauſta precati 60
ſunt his verbis: prolem tibi, noſtra
ſoror, optamus centies centenariam
millenariam, et eam quidem, quæ
hoſtium ſuorum portas obtineat.
Igitur Rebecca, eiusque puellæ in 61
camelis equitantes, hominem ſecu-
tæ ſunt. Ita ſeruus ille, adſumta
Rebecca, profectus eſt: Iſaacus 62
autem, qui tum ad meridiem inco-
lebat, a puteo Lahæroi reuertens,
(nam per tempus pomeridianum 63
rus animi gratia exierat) venientes
camelos animaduertit: et ſimul 64

Rebecca, Iſaacum conſpicata, deſilit
65 de camelo, et ſeruum interrogat:
quiſnam vir ille ſit, qui per agrum
aduerſum ipſos tendat? Ille, domi-
num ſuum eſſe, reſpondet: atque
illa, flammeo expedito, ſeſe obuelat.
66 Seruus autem Iſaaco, quæ fecerat,
67 expoſuit omnia. Iſaacus Rebec-
cam in tabernaculum matris ſuæ in-
troduxit, eamque in matrimonium
68 duxit, et eius amore dolorem,
quem capiebat ex Sara matre, le-
niuit.

CAP. XXV.

Secundæ Abrahami nuptiæ. Hinc filii VI. nepotes X. Iſaacus heres. Senis ætas, mors, ſepultura cum Sara. Ismaele nati, et Iſaaco. Gemellorum in vtero pugna. Vendita ætatis prærogatiua.

1 ABrahamus autem aliam item
vxorem duxit, nomine Cetu-
2 ram: ex qua ſuſtulit Zamra-
nem, Iocſanem, Madanem, Madia-
3 nem, Isboccum et Suam. Iocſan ge-
nuit Sabam et Dodanem. Dodan As-
4 ſurin, Latusſim et Laumim. Madian
Epham, Ephrem, Henochum, Abi-
dam et Eldaam. Hi omnes nati ſunt
5 ex Cetura. Dedit autem Abraha-
6 mus omnia ſua Iſaaco, et concu-
binarum quos habebat filios, mu-
neribus donatos, orientem verſus,
donec adhuc in vita erat, ab Iſaaco
7 amandauit. Ac, poſtquam centum
ſeptuaginta quinque compleuisſet
8 annos, peracta feliciter ætate, ma-
turaque ſenectute, mortuus eſt, et ad
9 ſuos populares adgregatus. Eum
Iſaacus et Ismael filii ſepeliuerunt
in duplici cauerna fundi Ephronis,
filii Seoris Hettæi, qui fundus eſt e
10 regione Mambræ, ab Abrahamo
emtus ex Hettæis, vbi ipſe et eius
11 vxor Sara ſepulti ſunt. Mortuo
Abrahamo, Iſaacus eius filius, fortu-
nante Deo, puteo Lahæroi accoluit.
12 Ismaelis autem, Abrahami ex Haga-
re ægyptia, Saræ ancilla filii, multi-
plicis filiorum generis nomina hæc
ſunt. Primigenius Nabaiothus, 13
Cedar, Adbeel, Mabſamus, Maſi- 14
na, Duma, Masſa, Hadar, Thema, 15
Ietur, Nasſis et Cedema. Hi duo- 16
decim Ismaelis filii, ſui quisque po-
puli principes, variis vicis et caſtel-
lis fuerunt, atque inter Heuilam et
Sur contra Aegyptum habitarunt,
vergentes ad Asſyriam. Ipſe Isma- 17
el, confectis centum triginta ſeptem
annis, vita defunctus, et ad maiores
ſuos eſt adlectus, quum ad obitum 18
vsque, ſuis omnibus fratribus inui-
tis, conſtitisſet.* Iam de genere Iſaa- 19
ci Abrahami filii dicendum eſt. Ab-
rahamus Iſaacum genuit. Iſaacus 20
quadraginta annos natus, Rebeccam
Bathuelis et Labanis Syrorum, illi-
us filiam, huius ſororem, ex Meſo-
potamia in matrimonium accepit,
poſteaque, vt conciperet, (erat enim 21
ſterilis) Iouam precibus exorauit.
Sed, quum fetus in eius vtero confli- 22
ctarentur, illa dixit: ſi ita ſit,[h] quor-
ſum tandem viuo? deinde ad Io-
uæ oraculum percontandum adit,
quod fuit huiusmodi: duæ ſunt 23
gentes in ventre tuo, duoque ex
vtero tuo populi [i] diuidentur, quo-
rum alter altero plus poterit, mino-
rique ſeruiet maior. Deinde, con- 24
fecto ad pariendum tempore, fere-
bat in vtero gemellos: quorum 25
prior egreditur, rufus totus et villo-
ſi centonis inſtar: ei nomen Eſaus
impoſitum eſt. Deinde exiit eius 26
frater, Eſai calcem manu tenens: is
Iacobus nominatus eſt. Ii, ſexageſi-
mum annum agente Iſaaco, nati
ſunt. Quibus pueris iam adultis, fu- 27
it Eſaus venandi peritus et agreſtis:
Iacobus autem vir integer, taberna-
culorum habitator. Illum Iſaa- 28
cus, quod [k] ferinam habebat in ore:
hunc Rebecca adamabat. Quum 29
coxisſet autem Iacobus edulium,
Eſaus, qui rure lasſus redierat, ſic ei
dixit: Imperti mihi, quæſo, de 30
rufo,

h) ſatius eſt, me mori, quam ita cruciari.
i) diuerſi orientur.
k) Eſaus ferina veſcebatur.

rufo,de rufo iſto: nam defesſus ſum,
(ex quo etiam a rufi vocabulo Idu-
31 mi nomen inuenit.) Cui Iacobus:
vende mihi, inquit, in præſentia
32 tuæ ætatis prærogatiuam? Et E-
ſaus: en ego iam iamque emorior,
quo mihi iſtam prærogatiuam?
33 At Iacobus: iura mihi in præſentia,
inquit. Ille vero iurat, et Iacobo
34 ætatis prærogatiuam vendit, pro
qua panem ab eo et confectum ex
lentibus edulium accepit, ciboque
et potu refectus, discesſit: eo vsque
prærogatiuam contemſit.

CAP XXVI.

Promisſa Iacobo per Iouam felicitas. Iſaaci prudentia de coniuge. Eiuæ Eſai coniuges.

1 Exſtitit autem in ea regione fa-
mes altera, præter illam ſuperi-
orem,quæ temporibus Abraha-
mi fuerat. Tum Iſaacus Gerara ad
Abimelechum Palæſtinorum regem
2 deſcendit. Et ei Ioua adparuit,
eumque monuit ad hunc modum:
noli in Aegyptum deſcendere,ſed in
regione, quam tibi oſtendero, con-
3 ſideto, in iſta commorare. Ego
tibi ſecundus adero, tuoque etiam
ſemini, non modo tibi has omnes
terras dabo, idque ſemen (vt fidem
Abrahamo patri tuo iureiurando
4 datam conſeruem) ad numerum
ſtellarum augebo, et tuo ſemini has
omnes terras dabo, et in tuo ſemine
omnes orbis terrarum gentes beatas
5 ſe ferent: quoniam mihi dicto
audiens fuit Abrahamus, meaque
inſtituta, præcepta, decreta, le-
6 gesque conſeruauit. Ita Iſaacus
7 Geraris habitauit, et, interroga-
tus ab eius loci incolis de vxore ſua,
reſpondit, ſororem esſe: veritus
videlicet,ne, ſi vxorem esſe dixisſet,
quum esſet Rebecca formoſa, ipſe
propter eam ab illis interficeretur.
8 Sed,eis ibi dies aliquot commoratis,
Abimelechus Palæſtinorum rex per
feneſtram adſpiciens, animaduertit
eum cum Rebecca vxore ſua luden-
tem. Itaque eum euocauit, et cum 9
eo verbis expoſtulauit in hunc mo-
dum: at vxor tua eſt, et tamen tu,
ſororem esſe, dixeras. Cui Iſaacus:
eo, inquit, conſilio feci, ne propter
eam necarer. Et Abimelechus: 10
itane vero factum in nos oportuit?
periculum erat, ne quis hominum
cum vxore tua concumberet, in
quo tu nobis noxam importasſes.
Deinde omni populo edixit, ne quis 11
hominem, aut eius coniugem tange-
ret, et id ſub pœna capitis. Fecit 12
autem Iſaacus in ea terra ſementem,
eoque anno fruges percepit cum
centeſimo, et, fauente Ioua, in dies
magis magisque creſcebat, ita, vt 13
opulentisſimus factus ſit. Abun- 14
dabat ouium et caprarum, et boum
pecore, et ſeruitio. Qua re inui-
dia in eum commoti Palæſtini,
puteos omnes, ab Abrahami ſeruis 15
eo viuente fosſos, peræquarunt, et
terra compleuerunt, ipſe Abime- 16
lechus Iſaacum iusſit ab eis disce-
dere, quod esſet longe eis potentior.
Igitur Iſaacus inde profectus, ad 17
torrentem gerarenſem conſtitit, et
ibi locum domicilio cepit, pute- 18
osque, temporibus Abrahami patris
ſui depresſos, et poſt eius mortem a
Palæſtinis completos, rurſum de-
presſit: et iisdem nominibus adpel-
lauit,quibus fuerant a patre nuncu-
pati. Sed vbi eius ſerui, ad torren- 19
tem fodientes, aquæ viuæ puteum
inuenerunt, gerarenſes paſtores 20
cum iſaacinis rixantes, contende-
bant,ſuam esſe aquam: ex quo pute-
us Esſecus, quod illi cum eo iurgati
esſent, nomen habuit. Item alium 21
puteum cauauerunt, de quo etiam
fuit controuerſia: vnde ab inimici-
tiis Satuas dictus eſt. Inde di- 22
gresſus, alium puteum demiſit, de
quo nulla fuit controuerſia,ob eam-
que causſam eum Rohobota a lati-
tudine vocauit: quoniam nunc de-
mum, inquit, explicuit nos Ioua, vt
per terram propagemur. Atque 23
illinc Berſabam adſcendit. Illa 24

 nocte

noćte Ioua ei adparuit, eumque his
verbis eſt adlocutus: Ego ſum Deus
Abrahami patris tui, bono es animo:
nam tibi ſecundus adero, tuamque
ſtirpem Abrahami mei caus-
25 ſa multiplicabo. Igitur Iſaacus
ibi aram exſtruxit, Iouæque nomen
inuocauit, et tabernaculum collocauit.
Ibidem Iſaaci ſerui puteum
26 perfoderunt, Abimelechus autem
a Geraris vna cum Ochozatto familiari
ſuo et Phicole ſui exercitus
27 duce eum conuenit, et quærenti,
cur ad ſe accederent, quem præ odio
ex ſuo conſortio expuliſſent, ſic re-
28 ſpondent. Videmus adesſe tibi
Iouam, itaque conſtituimus, tecum
ſacramento agere, et fœdus percu-
29 tere, vt tu nihil nobis noceas:
quemadmodum nos te non tetigimus,
nec vlla re niſi bona adfecimus,
incolumemque dimiſimus.
Quare age, bene fortunante Ioua.
30 Tum ille eos conuiuio accepit, ci-
31 boque et potione curauit. Poſtridie,
vbi ex ſomno ſurrectum eſt,
iureiurando inuicem dato, illi, pacato
animo ab Iſaaco dimisſi, dis-
32 ceſſerunt. Eodem die ad Iſaacum
ſerui veniunt, eumque de puteo,
quem fodiebant, certiorem faciunt,
et, ſeſe aquam inuenisſe, docent:
33 quem puteum ille Sabeam nominauit,
ob eamque rem nomen illi
oppido *l* Berſaba eſt ad hunc diem.
34 Eſaus autem, quadraginta annos natus,
Iuditham Beeris et Baſematham
Elonis Hettæorum filias in matri-
35 monium duxit, quæ quidem
Iſaaco et Rebeccæ acerbitati animi
fuerunt.

CAP. XXVII.

Iſaacus cæcutiens. Rebecca pro Iacobo. Ornatus Iacobus pro Eſao. Senis ambiguitas. Felicitatus Iacobus pro fratre. Eſai furor in fratrem.

1 ISaacus autem quum iam præ ſenio
cæcutiret, Eſaum natorum
grandiorem ad ſe vocatum ſic ad-
loquitur: nate. Quid vis? inquit il-
le. Vides, inquit, vt conſenuerim, et 2
mortem quotidie exſpectem. Qua- 3
re ſume tuas ſagittas, pharetramque
et arcum, et pete rus ad venandum
mihi ferinam, ex qua pulpamen- 4
tum ex eo genere, quo delector, conficies,
mihique comedendum adferes,
vt tibi bene precer, antequam
morior. Hæc Iſaaci ad Eſaum 5
verba audiebat Rebecca. Itaque, illo
ad venationem profecto, cum fi- 6
lio ſuo Iacobo ſic colloquitur: audiui,
quum pater tuus Eſaum fratrem
iuberet, petere ferinam, ex 7
eaque confectum pulpamentum ſibi
dare comedendum, vt ei a Ioua
bene precetur, antequam moritur.
Nunc, fili, obtempera mihi in eo, 8
quod tibi præcipiam. Adi pecus, 9
et mihi inde duos hædos opimos
adferto, ex quibus edulium patri
tuo tale parabo, quali delectatur:
quod tu ei comedendum offeres, vt 10
tibi bene precetur, prius quam e vita
emigret. At Iacobus: verum 11
Eſaus frater hirſutus eſt, (inquit
matri) ego depilis, quod ſi me 12
forte pater attrectauerit, videbor ei
illudere: ita mihi imprecationem
conciliauero, non fauſtam precationem.
Et mater: iſtam, inquit, 13
imprecationem ego præſtabo, nate:
tu modo mihi morem gere et pete.
Tum ille petiit et matri attulit, quæ 14
pulpamentum parauit, quo illius pater
libenter veſceretur. Deinde 15
veſtimenta Eſai ſui maioris filii elegantiora,
quæ domi habebat, depromſit,
et eis Iacobum filium ſuum
natu minorem veſtiuit. Ma- 16
nus autem et ceruicis læuorem hædorum
pellibus muniuit, et ei 17
pulpamentum et panem a ſe confectum
tradidit. Igitur ille patrem 18
adgresſus: mi pater, inquit. Cui
ille: quid eſt? Quis es tu, fili?
Ego ſum Eſaus (inquit Iacobus) pri- 19
mogenitus tuus: feci, ſicut tu mihi
iusſeras. Age ſede, et veſcere ferina
mea

l) iurisiurandi puteus.

20 mea, vt mihi bene preceris. * Et
Iſaacus: quonam pacto tam cito na-
ctus es, fili? Cui ille: Ioua mihi,
21 Deus tuus, obiecit. Atque Iſaacus:
accede huc, inquit, vt te contre-
ctando noſcitem, fili, vtrum ſis ipſe
22 filius meus Eſaus, nec ne. Quum-
que ille acceſſiſſet, Iſaacus eum con-
trectans dicebat, vocem quidem Ia-
23 cobi eſſe, ſed manus Eſai. eoque
incognito propter manus, quas, tam-
quam Eſaus eſſet, hiſpidas habebat,
24 ei bene precaturus inquit: tu er-
go es ipſe natus meus Eſaus? Plane.
25 Adpone ergo mihi propius, vt quum
ex filii mei ferina comedero, tibi
bene precer. Tum ille adpoſuit,
et pater comedit, miniſtratumque
26 ſibi a filio vinum bibit. Deinde
filium ſic adloquitur. Accede, et
27 me oſculare, fili. Atque ille ac-
cedit, eumque oſculatur. Et Iſaa-
cus, olfacto veſtimentorum eius
odore, ei bene precatus eſt his ver-
bis: hic mei filii odor eſt, qualem a
28 Ioua fecundatus ager efflat. Deus
tibi et cæli rorem, et terræ pingui-
tudinem, multumque frumenti at-
29 que vini impertiat. Tibi ſerui-
ant nationes, te populi colant: do-
minus eſto fratrum tuorum, teque
colant ex eadem tecum matre nati.*
Qui tibi male optabit, ei male eſto:
qui tibi bene optabit, ei bene eſto.
30 Poſtquam Iſaacus Iacobo bene pre-
candi finem fecit, ſimul ac Iacobus e
conſpectu patris abiit, Eſaus eius
31 frater a venatione redierat, para-
tumque pulpamentum patri ipſe
quoque obtulit, et patrem adpellans
hortabatur, vt adſurgeret, et filii fe-
rina veſceretur, vt ei bene precare-
32 tur. Tum pater: quis tu es? Et ille:
Eſaus, inquit, natorum tuorum
33 grandior. Hic Iſaacus maiorem
in modum obſtupefactus: quis er-
go eſt is, inquit, qui modo ferinam
venatus mihi attulit? ex qua pror-
ſum comedi ante tuum aduentum:
eique ſum bene precatus, & ſane for-
34 tunatus erit. Hac patris oratione
audita, Eſaus clamorem maiorem
cum magno angore edidit, et patrem
adpellans: bene precare etiam mi-
hi, pater. Cui ille: tuus me frater 35
callide adgreſſus, tuam felicitatem
præripuit. Tum Eſaus: næ ille 36
merito Iacobus nominatur, inquit,
qui me iam bis ſupplantauerit: pri-
mum enim meæ ætatis prærogati-
uam interuertit, deinde nunc meam
felicitatem intercepit. Sed tamen
nullamne mihi felicitatem reliquam
feciſti? Cui Iſaacus: profecto 37
illi et principatum in te dedi, et o-
mnes fratres ſeruos redegi: eumque
frumento muniui atque vino: quid
tibi iam faciam, fili? Et Eſaus: 38
vnamne felicitatem habebas? in-
quit patri: bene precare etiam mi-
hi, pater. Hæc quum dicens eiula-
re cœpiſſet, ſic infit Iſaacus: tua 39
quidem ſedes a terræ pinguitudine
et a ſupero cæli rore aberit,* gla- 40
dioque victum parabis, et fratri tuo
ſeruies. Sed erit, quum dominabe-
ris, eiusque iugum de tua ceruice
excuties. Ex eo Eſaus, odio in 41
Iacobum concepto, propter eam,
quam ille erat a patre conſecutus,
felicitatem, in hæc verba ipſe ſecum
euaſit: patri quidem meo lugendi
tempus adpropinquat: nam Iaco-
bum fratrem meum interficiam.
His Eſai, maioris natu filii, verbis 42
Rebeccæ nuntiatis, Iacobum mino-
rem filium ad ſe vocatum huiusmo-
di verbis admonet: Eſaus frater
tuus mortem tibi minitatur. Qua- 43
re, fili, auſculta mihi: aufuge ad
meum fratrem Labanem in Hara-
nem, acturus cum eo aliquam- 44
diu, dum fratris tui ira deferueat.
Poſt, fratre tibi pacato, et huius tui 45
in ſe facti oblito, illinc te arceſſen-
dum curabo, ne forte vtroque ve-
ſtrum orber aliquando. * Deinde 46
Iſaaco demonſtrat, ſe, Hettæarum
pertæſam, ſuæ vitæ tædere. Quod
ſi Iacobus quoque ex Hettæis incolis
vxorem duceret, non fore, cur in
vita diutius eſſe vellet.

CAP.

CAP. XXVIII.

Iacobus in Meſopotamiam. Scala in quiete cum angelis viſa. Iouæ fauor in Iacobum. Huius votum pium. Decumæ.

1 TVm Iſaacus Iacobum vocat,
eumque fauſtis ominibus pro-
ſecutus, his præceptis inſtruit:
nolito vxorem ducere ex Chana-
2 næis, ſed in Meſopotamiam do-
mum Bathuelis, tui ex matre aui,
concedito, et vxorem ex Labanis
3 auunculi tui filiabus ſumito. Et
Deus omnipotens tibi faueat, teque
tanta ſobole augeat, vt in multiplices
4 populos euadas, eodemque, quo
Abrahamum, ſtudio tam te, quam
tuam ſtirpem proſequatur, vt in tuæ
peregrinationis terræ poſſeſſionem
venias, quam Deus Abrahamo dedit.
5 Ita dimiſſus ab Iſaaco Iacobus, in
Meſopotamiam ad Labanem, Ba-
thuelis Syri filium, Rebeccæ ſuæ et
Eſai matris fratrem, ire contendit.
6 At Eſaus, vbi animaduertit, Iſaacum
Iacobo fauſta precatum eſſe, et, poſt-
quam ei fauſta precatus eſt, in Meſo-
potamiam ad ducendam illinc vxo-
rem miſiſſe, et, ne de Chananæis du-
7 ceret, vetuiſſe: illum autem,
parenti vtrique obſequentem, pro-
8 fectum eſſe, viditque, Chananæas
9 patri ſuo non placere, ad Iſma-
elem Abrahami filium ſe recepit, et
eius filiam Mahalatam, Nabaiothi
ſororem, præter eas, quas habebat,
vxores, in matrimonium accepit.
10 Iacobus autem a Berſaba Haranem
11 contendens, in locum quemdam
peruenit, et ibi, quod ſol occiderat,
pernoctauit: et ſaxis, quæ in eo loco
erant, pro puluino vſus cubuit.
12 Ei in ſomniis viſa eſt ſcala, quæ ter-
ræ innixa capite cælum pertinge-
ret: per quam diuini angeli adſcen-
dentes et deſcendentes conſpicie-
13 bantur. Atque illi imminens Ioua
ſic loquebatur: Ego ſum Ioua Deus
Abrahami patris tui et Iſaaci: cui tu
incubas terræ, eam tibi tuæque ſtir-
14 pi dabo, qua ſtirpe pulueris in mo-
dum aucta, ad mare, ad orientem,
ad ſeptemtriones et ad meridiem
propagaberis, et in te inque tua pro-
genie omnes orbis terrarum gentes
fortunabuntur. Atque ego (vt tu 15
ſcias) tibi adero, teque, quocumque
conceſſeris, tuebor, et in hanc ter-
ram reducam: nec enim vmquam te
deſeram, quin tibi promiſſa præ-
ſtem. Tum Iacobus a ſomno exper- 16
gefactus: certe hoc, inquit, in loco
Ioua eſt, id quod ego neſciebam. At 17
quam terribilis eſt hic locus? (in-
quit territus) nihil aliud eſt, quam
Dei domus et porta cæli. Deinde 18
mane, vbi ſurrexit, quod ſaxum capi-
ti ſuo ſuppoſuerat, id in cippum ere-
xit, oleoque caput eius ſaxi perfudit.
Et locum Bethel nomine vocauit, 19
quum id oppidum Luza antea dice-
retur. Votum quoque nuncu- 20
pauit in hæc verba: ſi mihi adfue-
rit Deus, meque in hoc meo itinere
conſeruauerit, victumque mihi ad
veſcendum, et veſtitum ad induen-
dum dederit, ſique domum pa- 21
ternam ſaluus rediero: erit mihi
Ioua Deus, atque hoc, ex quo 22
cippum erexi, ſaxum domus Dei
erit: omniumque, quæ tu mihi de-
deris, decumas tibi dabo.

CAP. XXIX.

Iacobi cum Labane ſeruitus duplicis ſeptennii. Binæ coniuges. Ex inuiſa Lia filii quatuor.

DEinde illinc profectus, et ad 1
orientalium partes conten-
dens, videt in agro tres pe- 2
corum greges ad puteum quemdam
cubantes: nam ex eo puteo greges
adaquari ſolebant. Quum enim pu-
tei os ingenti ſaxo obſtructum eſſet,
eodem congregabantur omnes gre- 3
ges, auolutoque ſaxo, adaquabantur
pecora, rurſumque ſaxum ad os pu-
tei in ſuum locum reponebatur.
Et Iacobus: fratres, inquit, vnde 4
eſtis? Ex Harane, inquiunt. Ec- 5
quid noſtis Labanem, Nachoris fili-
um? Nouimus. Valetne? Va- 6
let, atque ecce tibi eius filiam Ra-
chelem

chelem cum pecudibus venientem.
7 Tum ille: hem,inquit,diei multum
adhuc eſt, vt non ſit tempus cogendi
pecoris: adaquate, et paſtum ite.
8 Ad quem illi: non poſſumus,inqui-
unt, niſi, coactis omnibus gregibus,
amoueatur ſaxum ex ore putei, vt
9 ita adaquemus. Adhuc eo cum
illis colloquente, ecce aderat cum
pecore paterno Rachel: paſcebat
10 enim. Ea cum pecore Labanis
auunculi ſui viſa, Iacobus ad pute-
um accedit: et, auoluto ab ore pu-
tei ſaxo, auunculi pecus adaquat.
11 Deinde eam, fletum edendo,oſcula-
12 tus, indicat, ſe patris eius con-
ſanguineum,et Rebeccæ filium eſſe.
Quod quum illa patri renuntiatum
13 cucurriſſet, Laban, audito Iacobi
nomine, ſororis ſuæ filii, ei obuiam
cucurrit, eumque complexus et oſ-
culatus domum ſuam deducit. Ille
14 Labani rem omnem expoſuit: a
quo, vt conſanguineum cognatum-
que decebat, acceptus, poſtquam ei
per vnius menſis ſpatium conuixit,
15 Laban cum eo loquitur: negat,eum,
quia ſit cognatus, propterea debere
ſeruire gratis: hortaturque, vt,
quam ſibi velit ab eo mercedem
16 dari, ſtatuat. Habebat Laban duas
filias, quarum natu maior Lia, mi-
17 nor Rachel nominabatur. Sed
erat Lia oculis infirmis: Rachel
autem ſpecie erat et facie formoſa
18 atque honeſta. Hanc quum ama-
ret Iacobus, ſeptem annorum ſerui-
tium pro ea cum Labane paciſcitur.
19 Laban præfatus, præſtare, eam ſe
illi, quam alteri dare, hominem ſe-
20 cum retinet. Ita ſeruiuit Iaco-
bus pro Rachele ſeptem annos:
quod ſpatium ei perinde viſum eſt,*
ac ſi pauci dies fuiſſent: tantopere
21 eam amabat. Deinde a Labane
poſtulauit, vt, quoniam peractum
ſpatium eſſet,ſuam ſibi coniugem in
22 coniunctionem traderet. Laban,
congregatis omnibus loci incolis,
23 conuiuium dedit. Veſperi Liam
24 ei in congreſſum ſuppoſuit, et
Liæ Zilpam ancillam ſuam attri-
buit, quæ ei ancillaretur. Mane 25
Iacobus, vbi, Liam eſſe, deprehen-
dit, cum Labane expoſtulat, ſeſe ei
pro Rachele ſeruiuiſſe,oſtendit, ab
eo decipi non debuiſſe. Cui Laban 26
reſpondit, non eſſe moris apud eos,
vt iuniores ante collocaret, quam
grandiores: perageret proximum 27
ſeptennarium, ſe etiam illam ei pro
alterius ſeptennii ſeruitute traditu-
rum. Id quod fecit Iacobus: com- 28
pletiſque alteris ſeptem annis, Ra-
chelem a patre in matrimonium ac-
cepit, cui Racheli pater Balam 29
(quam famulam habebat) in ancil-
lam adiunxit. Ille cum Rachele 30
etiam congreſſus,eam plus amauit,
quam Liam,vt,pro qua alterum La-
bani ſeptennium ſeruiuiſſet. Sed 31
Ioua, Liam inuiſam eſſe videns, ei
(Rachele ſterili) vterum aperuit.
Itaque grauida facta filium peperit, 32
quem Rubenem adpellauit: quoni-
am reſpexit Ioua (inquit) miſeriam
meam,vt meus me vir nunc ſit ama-
turus. Deinde alium habuit, et, 33
audiuit Ioua,me eſſe inuiſam, (in-
quit) mihique hunc quoque dedit,
eoque Simeonem vocauit. Alium 34
item genuit, et dixit: nunc tandem
meus ſe mihi vir maritabit, cui tres
pepererim filios: eamque ob cauſ-
ſam Leuim nuncupauit. Inſuper 35
alium peperit, et: nunc tandem
(inquit) Iouæ gratias agam, qua de
cauſſa ei Iudæ nomen dedit, deinde
parere deſtitit.

CAP. XXX.

Ex ancilla Bala, volente Rachele, liberi ſuſcepti. Ex Zilpa nati, Lia conſentiente. Ex Lia prognati. Ex Rachele natus. Infuſcatum arte pecus.

RAchel quum, ſe nullos ex Iaco- 1
bo liberos habere, videret, in-
uidia in ſororem permota, a
Iacobo petiit, vt ſibi liberos conci-
liaret: alioquin ſe emorituram.
Cui Iacobus iratus: quaſi vero ego 2
pro Deo ſim, inquit, qui te ventris

fetu

3 fetu prohibet. At illa: eſt, inquit,
Bala ancilla mea, cum ea congrede-
re, ego partum gremio excipiam,
prolemque per eam ipſa quoque
4 conſequar. Itaque eam illi in ma-
5 trimonium tradidit: cuius ex con-
6 greſſu Bala filium peperit. Tum
Rachel: vindicauit me Deus, inquit,
meamque vocem exaudiuit, et fili-
um mihi dedit, quapropter Danem
7 eum nominauit. Item alterum
Bala ex eodem Iacobo habuit.
8 Tum Rachel: diuinis certaminibus
(inquit) certaui cum ſorore mea,
atque etiam vici: propterea Neph-
9 thalim vocauit. At Lia videns, ſe
gignere deſiiſſe, Zilpam ancillam
ſuam Iacobo in coniugium dedit.
10 Quæ quum ex eo filium peperiſſet:
11 bene vertat: inquit Lia, eumque
12 Gadum adpellauit. Alterum item
13 Iacobo peperit. Tum Lia: ad
meam beatitudinem, inquit, quoni-
am beatam me ferent mulieres: eo-
14 que Aſerem nominauit. Quum
autem triticeæ meſſis tempore rus
profectus Ruben mandragoras in-
uenisſet, et eas Liæ matri attuliſſet,
Rachel ab ea petebat, vt ſibi daret de
15 mandragoris filii. Cui illa: pa-
rumne eſt, inquit, vt viro meo potia-
ris, niſi potiaris etiam mandragoris
filii mei? Ergo pro filii tui (inquit
Rachel) mandragoris ille tecum no-
16 cte hac cubato. Igitur veſpere
Iacobo rure venienti Lia obuiam
egreſſa, ita dicit: ad me venies: te
enim filii mei mandragoris emi. ea-
17 que nocte ille cum ea cubuit. Lia
a Deo exaudita, quintum ex Iacobo
18 filium peperit, et: dedit mihi
Deus mercedem, inquit, pro tradita
viro ancilla: eam ob rem Iſſacha-
19 rem nominauit. Deinde ſextum,
20 et: dotauit me Deus dote bona (in-
quit.) Nunc tandem mecum verſa-
bitur vir meus, cui ſex filios pepere-
rim. Eumque adpellauit Zabulonem.
21 Poſtea filiam genuit, quam Dinam
22 nuncupauit. Tum Rachelis me-
mor Deus, eam exaudiuit, eique v-
terum aperuit, quæ, filium quum 23
peperiſſet, dixit: aboleuit Deus me-
um opprobrium, eumque Ioſe- 24
phum vocauit, ſic dicens: addat mi-
hi alterum Ioua filium. Nato Io- 25
ſepho, Iacobus Labanem huiusmodi
verbis adgreſſus eſt: da mihi meas
coniuges et natos, pro quibus con-
iugibus tibi ſeruiui, et mihi fac in
meam patriam diſcedendi poteſta-
tem. Nam tute ſcis, quo tibi pacto 26
ſeruiuerim. Cui Laban: atqui 27
pergratum mihi feceris, inquit, ſi
(quoniam tua cauſſa Iouam exper-
tus ſum certe ſecundiorem) tuæ 28
mihi mercedis æſtimationem fece-
ris, quam tibi velis a me dari. Et 29
Iacobus: tute ſcis, (inquit) vt tibi
ſeruiuerim, et quanta tuæ rei per
me facta ſit acceſſio. Nam quum 30
eſſet ante me tenuis, multum ampli-
ficata eſt, et tibi Ioua ad meum ad-
uentum factus proſperior. Sed
quando ego tandem meæ domui
conſulam? Et Laban: quid tibi 31
dabo? inquit. Nihil, (inquit Iacobus)
ſi modo ſic mecum agere voles. Ego
tuum pecus iterum paſcam atque
curabo: ſed totum hodie perlu- 32
ſtrabo, et omnes pecudes ex ouibus
pullo notatas, ex capris autem ver-
ſicolores et maculoſas, ab aliis re-
mouebo, atque hanc mercedem ha-
bebo: ad quam quum poſtea ven- 33
tum erit, ipſa me apud te innocentia
mea defendet. Ac quidquid aut in
capris non verſicolor et maculoſum
erit, aut in ouibus nulla pulli nota
variabit, id a me abiudicabitur.
Tum Laban, id ſibi perplacere, di- 34
xit, et eo ipſo die cinctos notis, 35
et maculis variantes capros omnes-
que verſicolores, et maculoſas, et
omnino albo capras, et fuſco notatas
oues ſecreuit, et ſuis liberis tradidit,
triduique itinere inter ſe et Iaco- 36
bum interpoſito, pecudes reliquas
Iacobo paſcendas dedit. At Iaco- 37
bus ex populeis * et colurnis, et ca-
ſtaninis virgis virentibus partem
corticis detrahebat, et earum album
nuda-

38 nudabat, deinde eas ponebat in
canalibus aquariorum, e regione
pecorum,vt, quum eo potum venis-
ſent, in adſpectu virgarum iniren-
39 tur: quod quum fiebat, varios,
et maculoſos, et verſicolores fetus
40 edebant: quos deinde ſegrega-
bat, et, quidquid maculis et fuſco in
Labanis pecore diſtinctum erat, id
in pecoris adſpectu collocabat: ſibi
autem ſeparatim lacinias conſtitue-
bat, quas a Labanis pecore ſepone-
41 bat. Ac, quoties generoſiora in-
cipiebant pecora, virgas in eorum
adſpectu in alueis deponebat, vt ad
42 eas ſalirentur, in admisſura au-
tem parum generoſorum non pone-
bat. Ita fiebat, vt parum generoſa
Labanis, generoſa autem Iacobi
43 esſent. Hoc pacto homo rem ſu-
am plurimum auxit, et numeroſum
pecus ouillum et caprinum, ſerui-
tiaque, et camelos atque aſinos
comparauit.

CAP. XXXI.

Coniuges marito audientes. Penates a Rachele ſurrepti. Iacobus profugus. Laban Iacobum adſecutus, expoſtulans. Fœdus inter iſtos. Epulum ſacrum.

1 SEd dictitabantLabanis filii,Iaco-
bum omnes patris ipſorum fa-
cultates abstulisſe, et ex eis o-
mnem illum ſplendorem comparas-
2 ſe. Hæc quum audiebat Iacobus,
tum etiam Labanem animaduerte-
bat non esſe eodem erga ſe vultu,
3 quo ſolitus fuerat. Tum autem
Ioua eum monuit, vt in terram pa-
triam et natalem reuerteretur, ſeſe
4 ei adfuturum promittens. Igitur
Iacobus Rachelem et Liam rus ad
5 pecus ſuum arcesſit, et cum eis
huiusmodi verbis agit: video ego,
non esſe eundem veſtri patris in
6 me vultum,qui erat antehac *: cui
ego, (vt vos ſcitis) Deo me patrio
7 iuuante, ſumma ope ſeruiui, quum
ille me interea fefellerit, et merce-
dem mihi vel decies mutauerit.
Sed non permiſit ei Deus, vt ea me
iniuria adficeret. Si mihi ver- 8
ſicolores præmio deſtinabat, parie-
bat omne pecus verſicolores: ſin
autem notis cinctos, pariebat omne
pecus notis cinctos. Ita ereptum 9
patri veſtro pecus Deus ad me trans-
tulit. Iam vero tempore ad- 10
misſuræ videbar mihi in ſomnis
videre pecoris admisſarios notis
cinctos, et coloris varietate ma-
culisque diſtinctos albicantibus.
Tum Dei angelus ſic me interpel- 11
labat in ſomnis: Iacobe. Quid
vis? inquam. Erige oculos, in- 12
quit, et adſpice, vt omnes admisſa-
rii, qui oues et capras ineunt, notis
cincti et colorum varietate macu-
lisque albicantibus diſtincti ſint.
Video enim tot Labanis erga te in-
iurias. Ego ſum Deus ille Be- 13
thelis, vbi tu cippum conſperſiſti, et
mihi votum nuncupaſti. Quare
age, emigra ex hac terra, et in ter-
ram patriam remigra.
TumRachel etLia his verbis ei re- 14
ſponderunt: quaſi vero quidquam
iuris aut hereditatis in domo paren-
tis noſtri retineamus. An non ei 15
alienarum ſumus habitæ numero,
qui non ſolum nos vendiderit, ſed
etiam argentum noſtrum comede-
rit? Nam, quascumque a patre 16
noſtro facultates Deus abstulit,
noſtræ ſunt et noſtrorum libero-
rum. Quocirca, ſicut a Deo iusſus
es, plane facito. Tum Iacobus 17
liberos ſuos et coniuges in camelos
tollit, et omne ſuum peculium, 18
omnesque, quas in Meſopotamia
comparauerat, facultates ſecum du-
cens, ad patrem ſuum Iſaacum in
Chananæam ire contendit. Ra- 19
chel autem, patre ſuo Labane ad
tonſuram ouium profecto, eius
ſurripuerat [m] Penates. Iacobus 20
igitur, inſcio Labane Syro, neque
de fuga admonito, cum omnibus
ſuis

m) Hoc nomen etiam de vno dicitur penatium ſimulacro, 1 Reg. XIX. 13.

ſuis copiis profectus aufugit,
21 traiectoque flumine, ad Galaadum
22 iter aduertit. Hac Iacobi fuga
23 Labani tertio die nuntiata, pro-
pinquos ſuos adhibet, et illum ſe-
ptem dierum viam perſecutus, in
monte Galaado comprehendit.
24 Sed Deus Labanem Syrum adgreſ-
ſus, noctu per ſomnium monet, vt
caueat, ne Iacobum vlla minima re
25 offendat. Tetenderat autem Ia-
cobus in monte, quum eum Laban
adſecutus cum ſuis propinquis in
eodem monte Galaado tetendit:
26 et illum tali oratione adgresſus eſt:
quænam te ratio induxit, vt, inſcio
me, meas filias, tamquam ferro par-
27 tas, abduceres? Cur clam et neſci-
ente me aufugiſti, neque me certio-
rem feciſti, vt te carminum, tympa-
norum, cythararum voluptate pro-
28 ſequerer? neque mihi, vt meos
natos et natas oſcularer, permiſiſti?
29 Stulte ſane feciſti. Et mihi qui-
dem erat in manu nocere vobis: ſed
me Deus veſter patrius heri mo-
nuit, vt cauerem, ne Iacobum vlla
30 minima re offenderem. Verum
eſto: profectus ſis ſane præ deſide-
rio, quod capiebas ex domo pater-
na. Deos vero meos cur furatus es?
31 Ad hæc Iacobus huiuſmodi verbis
reſpondet: illud metu adductus
feci, veritus, ne tu mihi tuas filias
32 eriperes. Nam deos quidem tu-
os, ſi quem penes inueneris, is vita
priuetur. Noſcita coram propin-
quis noſtris, ſi quid tui apud me eſt,
atque id auferto. Neſciebat autem,
33 Rachelem eos esſe furatam. Tum
Laban in Iacobi et Liæ et duarum
ancillarum tabernacula ingresſus
eſt: in quibus quum illos non in-
uenisſet, ex Liæ in Rachelis taber-
34 naculum tranſiit. At Rachel
ſumtos lares in cameli clitellis po-
ſuerat, ſuperque ſederat. Quumque
perſcrutatus Laban omne taberna-
culum nuſquam eos inuenisſet,
illa patrem ſic adloquitur: noli, 35
domine, ægre ferre, ſi tibi adſurgere
non poſſum: ſum enim in menſtru-
is. Igitur quum Laban diligenter
rimatus lares non inuenisſet, Ia- 36
cobus iratus eum huiuſmodi orati-
one obiurgauit: quodnam ſcelus
concepi, inquit, aut quod in me fa-
cinus admiſi, vt tu me ſic perſeque-
rere? Omnia mea vtenſilia ſcruta- 37
tus es: ſi quid de vlla tuæ domus ſu-
pellectile inueniſti, huc prome co-
ram noſtris vtriuſque propinquis,
vt ipſi litem inter nos dirimant.
Iam viginti annos apud te egi: tuæ 38
oues et capræ numquam fuerunt in-
fecundæ: tuæ ouiariæ arietes non
comedi: feris ereptum ad te nihil 39
retuli: meo periculo detrimenta
facta ſunt, tu mihi imputabas: ego
diei, ego noctis damna præſtiti.
Denique ea fui conditione, vt et de 40
die æſtu, et de nocte conficerer gelu,
oculis interea ſomno carentibus.
Hic mihi iam viceſimus annus agi- 41
tur, quum ſum domi tuæ: annos
quatuordecim tibi pro tuis duabus
filiabus ſeruiui, et ſex pro pecore,
quum tu mihi interea mercedem
vel decies mutauiſti. Quod niſi 42
Deus mihi patrius, Deus Abrahami
et [n] terror Iſaaci, adfuisſet, tu qui-
dem vacuum me dimiſisſes. Sed re-
ſpexit ille miſerias et labores, qui-
bus ego ſum perfunctus, id quod he-
ri ſatis [p] oſtendit. Et Laban reſpon- 43
dens: meæ ſunt hæ filiæ, inquit, mei
filii, meum pecus, denique, quidquid
vides, meum eſt. Quare age: nam
hac re meis his filiabus et earum
natis optime conſulturus hodie vi-
deor, ſi inter nos fœdus feria- 44
mus, quod ſit vtrique noſtrum teſti-
monio. Hic Iacobus ſaxum in 45
cippum erexit: itemque eius 46
propinqui, congeſtis ipſius iuſſu la-
pidibus, tumulum effecerunt, ſuper
quo cibum ceperunt, et eum 47
tumulum Laban [q] Iegarſahadutham,
Iaco-

n) formidatus Iſaaco Deus. p) tum te mihi nocere vetuit.
q) tumulum teſtimonii, quod idem eſt hebraice Galaad.

Iacobus Galaadum [f] denominauit.
48 Galaadus autem a teſtimonio pro-
pterea dictus eſt, quod hic tumulus
hodie teſtis inter me et te futurus
49 eſt (inquit Laban.) Et ab adſpi-
ciendo [a] Maſpha, quod ſpeculaturus
eſt Ioua, (inquit idem) quid a me et
a te fiat, quum discesſerimus alter
50 ab altero. Quod ſi tu meas filias
aſperius tractabis, aut ſi alias præter
eas in matrimonium duces, nemo
apud nos adeſt, * atque huius qui-
51 dem rei nobis Deus teſtis eſto. Vi-
des hunc tumulum, (inquit) vides et
hunc, quem ego inter me et te cip-
52 pum exſtruxi. Hic tumulus et
hic cippus teſtes ſunto, neque te ad-
uerſum me, neque me aduerſum te
transiturum hunc tumulum et hunc
53 cippum, nocendi ergo. Deus Ab-
rahami, et Deus Nachoris, vtrius-
que patrius, vindices noſtri ſunto.
Iacobus autem per Iſaaci patris ſui
54 [b] terrorem iurauit. Deinde ſacri-
ficium in monte fecit, et propinquos
ſuos ad epulas inuitauit. Itaque
cibum ceperunt, et noctem illam in
monte fuerunt.
55 Mane Laban quum ſurrexisſet, ne-
potes et filias ſuas deosculatus, et eis
fauſta precatus, domum reuerſus eſt.

CAP. XXXII.

Angeli a Iacobo viſi, preces ad Iouam, ad fratrem nuntii et dona. Cum Deo luctator idem, claudus mox, felicitatus. Neruus femoris Israelitæ horribilis.

1 AT Iacobus iter ſuum perrexit,
in quo quum ei diuini angeli
2 occurrisſent, ille, eis viſis,
ita dixit: hoc diuinum agmen eſt.
Itaque locum inde [c] Mahanaim ad-
3 pellauit. Deinde nuntios ad
Eſaum fratrem ſuum in terram Se-
iriam, in agrum Idumææ præmiſit,
4 eisque mandauit, vt Eſao, domini
eum nomine adpellantes, nuntia-
rent, ſeruum ipſius Iacobum apud
Labanem peregrinando hactenus
5 commoratum, ibi boues, aſinos,
oues, capras, ſeruos atque ancillas
comparasſe, ad quæ nuntianda ipſi-
us beneuolentiæ conciliandæ gra-
tia ad eum nuntios mitteret. Nun- 6
tii, ad Iacobum reuerſi, retulerunt,
ſeſe ad eius fratrem Eſaum venisſe,
illum ei obuiam cum quadringen-
tis hominibus venire. Quare 7
non mediocri metu perturbatus
Iacobus, in tanta anguſtia homines,
quos ſecum habebat, et pecora, et
boues, et camelos in duo agmina
distribuit, eo conſilio, vt, ſi Eſaus 8
alterum agmen adortus occidisſet,
reliquum ſaltem euaderet. Dein- 9
de inquit: Deus aui mei Abrahami,
Deus mei patris Iſaaci, Ioua, qui me
in terram meam patriam redire
iusſiſti, te mihi benignum fore,
pollicens, equidem impar ſum 10
tantis beneficiis et officiis, quibus
tu me tuum adfeciſti, quippe quum,
qui Iordanem hunc cum baculo
transieram, nunc duo agmina habe-
am. Defende me, quæſo, ab in- 11
iuria mei fratris, ab iniuria Eſai,
quem metuo, ne me, ne liberos cum
matribus adortus trucidet. Certe 12
tu tuum mihi fauorem, tu ſobolem
arena maris numeroſiorem et plane
innumerabilem promiſiſti. Hæc 13
ille: eamque ibi noctem egit, et ex
his, quæ in præſentia ſuppetebant,
Eſao fratri munus adornauit, vi- 14
delicet capras et oues ducenas, ca-
pros et arietes vicenos, camelos 15
matrices cum ſuis pullis triginta,
vaccas quadraginta, tauros decem,
aſinas viginti, aſellos decem. Hæc in 16
lacinias partitus ſuis ſeruis tradit,
eosque præire iubet, interiecto in-
ter lacinias ſpatio. Tum primo 17
ſeruo præcipit, vt, ſi incurrerit in
Eſaum fratrem, quærenti, cuius ſit,
quo contendat, et cuius ſint ea, quæ
ante ſe agat: reſpondeat, ſe eſſe 18
Iacobi, illius ſerui, a quo id munus
Eſao domino mittatur: ipſum au-
tem Iacobum ſubſequi. Idem 19
alteri etiam et tertio præcipit, et
C omni-

a) ſpecula. b) Deum. c) agmina.

omnibus lacinias ſequentibus, vt
eodem modo cum Eſao, vbi ei oc-
20 currerint, loquantur, ipſumque
Iacobum poſt ſe venire, dicant: id-
que eo conſilio faciebat, vt illius in
ſe animum, præmisſo munere, paca-
ret, et ita demum receptum ad eius
21 conſpectum haberet. Ita præ-
misſo munere, ipſe ea nocte in
22 agmine fuit. Et de nocte ſurrexit,
adhibitisque duabus coniugibus
ſuis, et duabus ancillis, et vndecim
23 natis, vadum Iabboci tranſiit. At-
que illis et omnibus ſuis flumen tra-
24 ductis, quum ipſe ſolus reſtaret,
colluctatus eſt cum eo vir quidam
25 vsque ad ortum auroræ: qui vir,
quum videret, eum a ſe non posſe
ſuperari, eius d) cauum femoris per-
ſtrinxit, * ex quo contractum eſt Ia-
cobi cauum femoris in colluctando.
26 Atque ille: omitte me, inquit, nam
oritur aurora. Et Iacobus: non
omittam, quin tu me felicitaueris;
27 at ille: quod eſt tibi nomen? Iaco-
28 bi, inquit. Tum ille: iam non
Iacobus vocaberis, ſed e) Iſrael, quod
et in Deum et in homines te f) prin-
29 cipaliter gesſeris, ac viceris. Hic
Iacobus vicisſim ab illo petiuit, vt
nomen indicaret ſuum. Sed ille
nomen ſuum exquirere vetans, *G.L.*
quippe quod esſet mirabile, *H.* eum
30 ibi felicitauit. Iacobus autem lo-
cum illum g) Phanuel adpellauit,
quod ibi Deum præſens præſentem
vidisſet, et tamen incolumis euaſiſ-
31 ſet. Eo loco præterito, ſol ei ortus
32 eſt, altero crure claudicanti. Ex eo
fit, vt hodie Iſraelitæ neruo contra-
hente,* qui eſt in cauo femoris, non
veſcantur, quod in eo perſtrictum
fuit illius cauum femoris.

CAP. XXXIII.

Iacobi totiusque domus ante fratrem ſubmis-ſio. Germanorum caritas. Eſai magnanimitas.

QVum autem Eſaum, ad ſe cum 1
quadringentis hominibus ve-
nientem, vidisſet, pueros Liæ
et Racheli et duabus ancillis diſtri-
buit, ita, vt ancillas primo loco, 2
deinde Liam cum ſuis vtrasque na-
tis, poſtremo Rachelem cum Ioſe-
pho collocaret. Ipſe eos anteceſ- 3
ſit, et ad fratrem ſuum adpropin-
quando ſepties ſe ad terram ſubmi-
ſit. Tum Eſaus ei obuiam cucur- 4
rit, et in eius collum inſiliit, eumque
complexus, et flens flentem deoſcu-
latus eſt. Deinde feminas et pue- 5
ros conſpicatus, ita dixit: qui ſunt
iſti? Cui ille: pueri ſunt, quos mihi
tuo Deus largitus eſt. Deinde an- 6
cillæ cum ſuis natis accedunt, hono-
remque præbent, Lia quoque 7
cum ſuis natis accedit, ſeque hono-
ris causſa ſubmittunt. Poſtremo
accedunt Ioſephus et Rachel, hono-
remque ſubmisſe præbent. Tum 8
Eſaus: quorſum autem tibi totus
ille grex, cui ego occurri: Ad tuam,
domine, beneuolentiam concilian-
dam, inquit ille. Et Eſaus: ſatis 9
multa habeo, inquit, frater, habe
tibi tua. Cui Iacobus: at, ſi quid 10
apud te auctoritatis habeo, facies
mihi hanc gratiam, vt id a me mu-
nuſculum accipias. Nam tuum vi-
disſe vultum perinde habeo, ac ſi
Dei vultum vidisſem. Quamob- 11
rem patere, hoc a te impetrari, vt
meum, quod tibi oblatum eſt, do-
num accipias, poſtquam pro Dei
munificentia omnia habeo. Sic ille
coactus eſt accipere, et: perga- 12
mus, inquit, ego te comitabor. Cui
Iacobus: at tu ſcis, domine, me 13
pueros habere teneros, oueſque, et
capras, et boues prægnantes. Quod
ſi vel vnum diem fatigentur, omnes
oues et capræ morientur. Quam- 14
obrem rogo te, domine, vt me tuum
anteeas: ego placide incedam, ad
eorum, quæ præ me duco, et ad
puero-

d) inguen. e) hoc eſt princeps diuinus. f) vt principem decet.
g) præſentia Dei.

puerorum greſſum, donec ad te in
15 Seir perueniam. At Eſaus: ſaltem
de meis tibi comitibus aliquos re-
linquam. Quid opus, inquit ille,
domine, vt tu conferas in me hoc
16 beneficii? Ita Eſaus eo die, qua
17 venerat via, in Seir reuertit. Ia-
cobus autem Sochota profectus,
domum ſibi et tegetes pecori ædi-
ficauit, a quibus tegetibus loco So-
18 chota nomen fecit. Poſtea ad
Solimam venit, vrbem Sichemi,
ſitam in Chananæa, ex Meſopota-
mia reuerſus, et ante vrbem con-
19 ſedit: agrique fundum, in quo
tetenderat, ab Hemoris Sichemi
patris filiis centum queſitis emit *:
20 vbi altare exſtruxit, quod Deum
Iſraelitarum Deum nuncupauit.

CAP. XXXIIII.

Stuprata a Sichemo Dina, horum connubium. Violatorum cum popularibus circumciſio et cædes. Simeon et Leuis a patre incuſati.

1 Dina autem, quam Iacobus fili-
am ex Lia ſuſtulerat, ad ſpe-
ctandas eius regionis mulie-
2 res egreſſa eſt. Eam vt vidit Si-
chemus Hemoris Heuæi, terræ
illius principis, filius, rapuit, eique
3 ſtuprum intulit, et,puellæ intimo
amore correptus, verbis eam blan-
4 dis adpellat, cumque Hemore
patre ſuo agit, vti eam ſibi in matri-
5 monium accipiat. Iacobus, audita
filiæ corruptela, cum filii eius ruri
apud pecus abeſſent, tacuit vsque ad
6 eorum aduentum. Hemor autem
Sichemi pater Iacobum ad collo-
7 quendum adiit. Et iam Iacobi
filii, re audita, redierant rure, et
magno dolore exarſerant, tantum
in Iſraelitas commiſſum eſſe flagi-
tium, vt Iacobi filia contra fas eſſet
conſtuprata.
8 Apud eos Hemor hac oratione
vſus eſt: Sichemus filius meus
puellæ veſtræ amore captus eſt,
huic eam in matrimonium date,
9 et nobiscum adfinitatem contra-
hite, filias veſtras nobis dando,
et noſtras viciſſim accipiendo:
tum nobiscum habitatote, et no- 10
ſtros fines veſtro arbitratu incoli-
tote,eis pro veſtra poſſeſſione vten-
tes. Sichemus quoque patrem et 11
fratres puellæ adloquens: hanc
mihi, inquit, gratiam facite, et
quidquid mihi impoſueritis, dabo.
Quamuis grandem a me dotem et 12
donum poſtulate: dabo veſtro ar-
bitrio, modo puellam mihi detis in
coniugium. Ad hæc Iacobi filii 13
oratione inſidioſa (quoniam Dina
ſoror eorum ſtuprata fuerat) Siche-
mo et Hemori eius patri reſponde-
runt, non poſſe ſe eorum poſtu- 14
lata facere, vt ſuam ſororem homi-
ni præputium habenti darent: id
enim ſibi turpe fore. Seſe tamen 15
hac conditione illorum deſiderio
indulturos, ſi illi ſe ipſis in eo ac-
commodarent, vt omnes ſuorum
mares circumciderent. Ita ſe fi- 16
lias illis ſuas daturos, et illorum
viciſſim accepturos, ſimulque habi-
tantes in vnum populum coalitu-
ros. Quod ſi id ſibi non dediſſent, 17
vt circumciderentur, ſeſe puella ab-
ducta abituros. Placuit Hemori 18
et Sichemo Hemoris filio oratio,
nec rei confectionem diſtulit ado- 19
leſcens: adamabat enim Iacobi fili-
am, tum autem totius paternæ do-
mus plurimum poterat.
Igitur in curiam oppidi veniunt 20
Hemor et Sichemus eius filius,et ci-
ues ſuos docent, illos homines eſſe 21
pacato erga ſe animo,poſſe eam ter-
ram incolere, eaque vti, ſatis enim
ſe latos habere fines pro illis: quare
illorum filias adſciſcant ſibi con-
iuges, et ſuas illis inuicem tradant.
Ceterum illos ſibi ita demum con- 22
ceſſuros, vt ſecum habitent, et in
vnum populum coaleſcant, ſi quem-
admodum illi circumciſi eſſent, ita
ipſi omnes ſuos mares circumci-
dant. Hoc pacto illorum pecora, 23
facultates, iumenta omnia ſua fore,
tantum vt eos ad communem ha-

bi a ionem obſequendo pelliciant.
24 Hac eorum oratione inducti omnes
Hemoris et eius filii ciues, cun-
ctos ex ſuis mares circumciderunt.
25 Tertio die poſt, quum illi in dolo-
re esſent, duo ex Iacobi filiis Sime-
on et Leuis, Dinæ germani, gladios
capiunt, oppidum audacter inua-
dunt, mares omnes perimunt,
26 Hemorem et Sichemum eius fili-
um ferro trucidant, et abducta
ex Sichemi domo Dina exeunt.
27 Reliqui Iacobi filii ad cædem ſu-
perueniunt, et oppidum, in quo
ſtuprata eorum ſoror esſet, depræ-
28 dantur: oues, capras, boues, aſi-
nos, omnia quæque in oppido,
quæque in agris erant, diripiunt,
29 omnesque illorum facultates, o-
mnes impuberes atque mulieres,
omnia denique, quæ in domibus
erant, deprædati, in captiuitatem
abducunt.
30 At Iacobus Simeonem et Leuim
incuſans, ostendit, ſeſe ab eis in
magnas difficultates coniectum,
atque in capitale odium Chananæo-
rum et Pherezæorum incolarum
esſe vocatum: perpaucos enim
ſe habere numero, illos contra ſe
coituros, et ſe ſuamque famili-
31 am perdituros. Cui illi reſponde-
runt, non esſe æquum, vt pro mere-
trice habita esſet ſoror ipſorum.

CAP. XXXV.

Iacobeæ familiæ luſtratio ad Bethel. Iſrael nunc primum dictus. Felicitatus genere Iſrael, ac ditione. Ex Rachele Beniamin. Enixæ mors ac ſepulcrum. Ruben patris adulter. Iacobi nati in Meſopotamia duodecim. Iſaaci ætas, mors ac ſepultura.

1 POſtea admonitus a Deo Iaco-
bus, vt Bethel ſe conferret ad
habitandum, et illic aram face-
ret Deo, qui ei Eſauum fratrem ſuum
2 fugienti adparuisſet: domeſticis
et ſuis omnibus imperauit, vt re-
motis, quos habebant, diis peregri-
nis, luſtrarentur, et veſtimenta mu-
tarent. Profecturos enim Bethel, 3
ſeque ibi aram facturum Deo, a
quo in ſuis difficillimis temporibus
exauditus, et in ſuo itinere adiutus
esſet. Illi omnes, quos habebant, 4
deos peregrinos, nec non inaures,
quas in auriculis habebant, Iacobo
tradunt: quibus ab illo ſub quercu
ad Sichemam occultatis, profecti 5
ſunt, tanto finitimis ciuitatibus ter-
rore diuinitus incusſo, vt Iacobeos
non perſequerentur. Ita perue- 6
nit Iacobus Luzam, in Chananæa
ſitam, quæ eadem eſt Bethel, cum
omnibus ſuis hominibus. ibique 7
aram exſtruxit, et locum [b] El Bethel
adpellauit, quod illic ei fratrem fu-
gienti Deus ſeſe oſtendisſet. Infra 8
Bethel Rebeccæ nutrix Debora vita
defuncta, ſepulta eſt ſub robore,
quod Iacobus fletus robur nomina-
uit. Et Deus Iacobo ex Meſopo- 9
tamia venienti iterum adparuit,
eumque felicitauit: et deinceps 10
non Iacobum, (quo nomine antea
diceretur) ſed Israelem vocari in-
ſtituit. Ego ſum Deus omnipo- 11
tens, inquit: propagato genus tuum
multipliciter, ita, vt ex te gens, vel
potius gentium multitudo profi-
ciſcatur, regesque etiam ex tuis re-
nibus oriantur. Et quidem quam 12
Abrahamo et Iſaaco terram dedi,
eam ego terram tibi et tuæ poſteri-
tati ſecuturæ dabo. Sic locutus 13
Deus ab illo ex eo loco diſcesſit.
Iacobus autem eodem in loco cip- 14
pum ſtatuit ex ſaxo, eumque con-
ſperſit et oleo perfudit, locum- 15
que, in quo Deus ſecum locutus es-
ſet, Bethel nuncupauit.
Quum autem Bethele profecti 16
ab Ephrata vna ſtatione abesſent,
peperit Rachel, et quidem difficul-
ter. In quo partu quum ægre 17
enitentem obſtetrix ſine metu esſe
iuberet, quod is quoque mas
esſet: illa animam agens (nam 18
in eo nixu mortua eſt) natum [i]
Beno-

[b]) Deus Bethel. Eſt autem Bethel domus Dei. [i]) filium mei doloris.

Benonim vocauit, pater autem *k*
19 Beniaminem. Ita mortua Ra-
chel ſepulta eſt in via Ephratæ,
20 quæ eadem Bethlehema eſt: cu-
ius ſepulcro Iacobus impoſuit cip-
pum, qui etiamnum cippus ſepulcri
Rachelis dicitur.
21 Inde profectus Iſrael vltra tur-
22 rim Edren tetendit. Iſraele in
illis finibus habitante, Ruben in
Balæ patris ſui concubinæ concu-
bitum venit, quæ res audita Iſ-
raeli diſplicuit. Habuit igitur Ia-
23 cobus filios duodecim. Ex Lia
primum omnium Rubenem, dein-
de Simeonem, Leuim, Iudam,
24 Iſacharem et Zabulonem. Ex Ra-
chele Ioſephum et Beniaminem.
25 Ex Bala, Rachelis ancilla, Danem
26 et Nephthalim. Ex Zilpa, Liæ
ancilla, Gadum et Aſerem. Hos
Iacobus filios in Meſopotamia pro-
27 creauit. Deinde ad patrem ſuum
Iſaacum peruenit in Mambrem Ca-
riatharbæ, id eſt Hebronem, vbi
commorati fuerunt Abrahamus et
28 Iſaacus. Ac poſtquam Iſaacus
centum octoginta compleuit annos,
29 vita defunctus, ſuorumque popula-
rium numero ſenex et maturus
æui additus, et ab Eſao et Iacobo
filiis ſepultus eſt.

CAP. XXXVI.

Eſai, ſiue Idumi progenies. Idem Idumæorum auctor et procerum.

1 SEquitur iam de progenie Eſai,
2 ſiue Idumi. Eſaus vxores du-
xit ex Chananæis, Adam Elonis
Hettæi filiam, Oolibamam Anæ fi-
3 liæ Sibeonis Heuæi filiam, et Ba-
ſematham Iſmaelis filiam, ſororem
4 Nabaiothi. Ex Ada ſuſtulit Eli-
phazum: ex Baſematha Raguelem.
5 Ex Oolibama Ieusſum, Ialamum et
Coram. Hos Eſaus filios procreauit
6 in Chananæa. Deinde, adhibitis
coniugibus ſuis, et liberis, et omni
denique familia ſua, omnique pe-
culio et iumentis, et omnibus fa-
cultatibus, quas in Chananæa com-
parauerat, alio ſe contulit, vbi a
fratre ſuo Iacobo longius abesſet.
Tantæ enim erant eorum faculta- 7
tes, vt ſimul habitare, et eadem ſuæ
peregrinationis terra capi non poſ-
ſent: tantæ erant eorum copiæ.
Habitauit autem Eſaus (qui idem 8
eſt Idumus, Idumæorum auctor)
in monte Seire, in quo deducta 9
ab eo ſoboles hæc eſt: filios 10
ſuſtulerat ex Ada vxore Eliphazum,
ex Baſematha Raguelem. Elipha- 11
zus porro genuit Themanem, O-
marem, Saphonem, Gathamum et
Cenazum. Eliphazus porro Eſai 12
filius Thamnam concubinam ha-
buit, ex qua ſuſtulit Amalecum. Et
hi quidem ſunt ex Ada Eſai vxore
nati. Raguel filios habuit Naha- 13
tum, Zaram, Sammam et Mizam.
Hi ſunt ex Baſematha Eſai coniuge
progeniti. Ex Oolibama autem 14
ſuſtulit Ieum, Ialamum et Coram.
Hi fuerunt igitur Eſai filiorum 15
duces, Eliphazi Eſai primogeniti filii
fuerunt duces Theman, Omar,
Sapho, Cenazus, Cora, Gatamus 16
et Amalecus. Hi fuerunt Eliphazi-
ani duces in Idumæa, ex Ada nati.
Raguelis autem, Eſai filii, duces filii 17
fuerunt, Nahatus, Zara, Samma et
Miza. Hi fuere Rague liani duces
in Idumæa, nati ex Baſematha Eſai
vxore. Oolibamæ Eſai vxoris 18
filii duces fuere Ieus, Ialamus et
Cora. Hi fuere duces Oolibamæ
Anæ filiæ, Eſai vxoris. Atque hi 19
quidem fuerunt Eſai (qui et Idu-
mus) filii, eorumque duces. Ex 20
Seire autem Horio nati ſunt in-
colæ Lotan, Sobal, Sibeon, Ana,
Diſon, Eſer et Diſan, Horiorum 21
duces, Seiris filii in Idumæa. Lo- 22
tan filios habuit Horium et Hema-
rem: et ſororem Thamnam. So- 23
bal habuit Aluanem, Manahatum,
Ebalem, Saphonem et Onamum.
Sibeon habuit Aiam et Anam, eum, 24

k) filium dextræ.

qui [l] mulos inuenit in ſiliuis, quum
aſinos patris ſui Sibeonis paſceret:
25 filiumque habuit Diſonem, et fili-
26 am Oolibamam. Diſon habuit
Hemdanem, Esbanem, Iethranem
27 et Caranem. Eſer Baleanem, Za-
28 uanem et Acanem. Diſan Vzum
29 et Aranem. Et hæc quidem de
ducibus horiis, qui ſuos principa-
tus in Seiria tenuerunt: qui qui-
dem fuere Lotan, Sobal, Sibeon,
30 Ana, Diſon, Ezer et Diſan.
31 Sequitur iam de regibus, qui in
Idumæa regnarunt, antequam re-
32 gem haberent Iſraelitæ. Igitur
in Idumæa regnauit Bela Beoris fi-
33 lius, ex oppido Denaba. Mortuo
Bela, regnauit pro eo Iobabus Zaræ
34 filius, ex Boſra. Huic ſucceſſit Huſa-
35 mus, ex terra themania: cui idem
Hadadus Badadi filius, is qui Madia-
nitas ſuperauit in agro Moabita-
rum, cuius oppidum fuit nomine
36 Auita. Mortuo Hadado, ſucceſſit
37 in regno Samla ex Maſreca: quo
mortuo, regnauit in eius loco Sau-
lus, a Robotho flumine profectus.
38 Saulo ſucceſſit Baalhanan Achobo-
39 ris filius. Huic idem Hadadus ex
oppido Pao, qui vxorem habuit
nomine Meetabelem Matredis fi-
40 liæ Mezaabi filiam. Ex Eſao au-
tem nati duces, et gentilitatum capi-
ta, ſedibus locorum, ſuisque nomi-
nibus diſtincti, ſunt hi: Thamna,
41 Alua, Iethetus, Olibama, Ela, Phi-
42 non, Cenaſus, Theman, Mabar,
43 Magdiel et Iramus. Atque hi fuere
duces, Eſao Idumæorum parente
prognati, ſuis ſedibus in ſua patria
diſtributi.

CAP. XXXVII.

Iacobi in Chananæa fauor erga Ioſephum. Fratrum inuidia. Inuiſi ſomnium. In hunc conſpiratio fratrum. Ruben æquior. Ioſephi e puteo Iſmaelitis venditio Iuda monente. Iacobi luctus de credita filii cæde. Petiphar Ioſephi emtor.

IAm ad Iacobi genus veniamus, 1
qui terram chananæam, in qua
eius pater commoratus fuerat,
incoluit. Ioſephus annos ſeptem- 2
decim natus, pecuariam cum fratri-
bus ſuis exercebat. Et dum puer
adhuc inter Balæ et Zilpæ, vxorum
patris ſui filios verſatur, eorum
fœdam turpitudinem ad patrem de-
ferebat. Iſrael autem Ioſephum, 3
quod eum ſenex genuerat, præ ce-
teris omnibus ſuis filiis amabat,
eique tunicam verſicolorem fecit:
quod quum viderent eius fratres, 4
eum patri omnium eſſe fratrum
cariſſimum, tantum in eum odium
conceperunt, vt eum amice adpel-
lare non poſſent. Auxit odium, 5
quod ſomnium quoddam fratribus
ſuis enarrauit ad hunc modum:
audite ſomnium quoddam: quod 6
ego ſomniaui; videbamur mihi 7
in medio agro manipulos facere, et
ecce meus manipulus ſurgebat, et
rectus adſtabat, eumque veſtri cir-
cumdantes venerebantur. Et fra- 8
tres: tune ergo regnum in nos et
principatum obtenturus es? eoque
maiore in eum odio exarſerunt,
propter eius ſomnia atque verba.
Item vſus eſt alio ſomnio, quod et- 9
iam fratribus expoſuit his verbis:
iterum ſomniaui, et mihi viſus ſum
a ſole et luna et vndecim ſtellis ado-
rari. Id quum patri et fratribus 10
retuliſſet, obiurgauit eum pater di-
cens: quorſum ſpectat iſtud ſomni-
um? an ego et [m] mater tua atque fra-
tres te ſubmiſſe veneratum venie-
mus? Itaque ei inuidebant fra- 11
tres: ſed pater eam rem obſeruabat.
Igitur eius fratribus aliquando 12
profectis Sichemam, ad paſcendum
paternum pecus, Iſrael Ioſepho 13
oſtendit, velle ſeſe eum mittere ad
eius fratres, qui eſſent apud Siche-
mam. Ille, paratum ſe eſſe, dicit:
et pater ei mandat, vt viſat, quo- 14
modo ſeſe habeant tam ipſi, quam
pecus,

l) rationem procreandi mulos.
chel obiecrat.

m) Liam vocat Ioſephi matrem, nam Ra-

pecus, et rem ad ſe referat. Ita di-
miſſus ex valle Hebronis Ioſephus
15 ad Sichemam peruenit. Ibi eum
quidam ruri errantem reperit, et
16 rogat, quid quærat? Fratres meos
quæro, inquit ille: indica mihi
17 quæſo, vbinam paſcant. Tum ille:
discesſerunt hinc, inquit: nam au-
diui,eos dicere: eamus ad Dothain.
Igitur Ioſephus fratres ſubſecutus
18 eos apud Dothain inuenit. Quo
procul viſo, illi, antequam ad eos
perueniret, cœperunt inter ſe in
19 eius mortem conſpirare, dicen-
tes, aduentare ſomniatorem illum:
20 interficiendum esſe, et in aliquam
voraginem deiiciendum, dicen-
dumque,ab aliqua fera esſe deuora-
tum: ita viſuros esſe,quorſum eua-
21 derent eius ſomnia. Quod audiens
Ruben,eum de manibus eorum eri-
pere conabatur, et eos ab eius nece
22 deterrebat: hortabaturque, ne
ſanguinem facerent, ſed eum potius
in puteum, qui erat illic in ſolitu-
dine, demitterent, et ſaltem manus
ei non adferrent: ſcilicet vt eum
manibus eorum ereptum ad patrem
23 reduceret. Vbi ad fratres perue-
nit Ioſephus, illi eum tunica illa
verſicolore, qua erat indutus, ſpo-
24 liant, et in puteum ab aqua va-
cuum detrudunt.
25 Ibi, ſedentes ad cibum capien-
dum,animaduertunt cætum Iſmae-
litarum a Galaado venientium,
quorum cameli aromata porta-
bant, et reſinam, atque ſtacten,
qui in Aegyptum deſcendebant.
26 Tum Iudas fratribus ſuis inquit:
quid proderit nobis fratrem no-
ſtrum interficere, etiam vt eius ſan-
27 guinem celemus. Agite, venda-
mus eum Iſmaelitis, et ab eo ma-
nus abſtineamus: nam frater noſter
28 eſt et conſanguineus. Hac eius
oratione adducti eius fratres, Ioſe-
phum, prætereuntibus mercatori-
bus madianitis, extractum edu-
ctumque e puteo, viginti argenteis
nummis vendunt, a quibus Iſmae-
litis ille in Aegyptum abducitur.
Poſtea Ruben ad puteum reuer- 29
ſus,*quum in eo Ioſephus non ades-
ſet,ſcisſis veſtimentis, ad fratres re-
uertitur, dicit, puerum nuſquam 30
adesſe, ſeſe, quo ſe vertat, neſcire.
At illi, occiſo capro, Ioſephi verſi- 31
colorem tunicam ſanguine cruen-
tant, eamque ad patrem mittunt, 32
et ei ſignificant, ſeſe eam reperisſe:
recognoſcat,ſitne filii tunica,nec ne.
ille, ea agnita, dixit filii esſe tuni- 33
cam, eum ab aliqua agreſti fera esſe
deuoratum, Ioſephum esſe discer-
ptum. Itaque, diſciſſis veſtimen- 34
tis, et ſuccinctis centone lateribus,
filium luxit diu. Quumque ad 35
eum conſolandum venisſent omnes
eius filii atque filiæ, conſolationem
reſpuit, ad inferos ſe, ad filium ſu-
um lugendo deſcenſurum esſe, di-
cens, cumque pater deplorans.
Illum autem n) Madianitæ in Aegy- 36
pto Potiphari Pharaonis eunucho,
magiſtro equitum * vendiderunt.

CAP. XXXVIII.

Iudæ filii ex Chananæa. Eris mors. Onanis fraus in ſemine,inde eius mors. Thamaris cum ſocero ſtuprum, partus poſt capitis diſcrimen.

IVdas autem aliquando a fratri- 1
bus ſuis digresſus, recepit ſe ad
quemdam Adulamitam nomine
Hiram: vbi quum vidisſet Chana- 2
næi cuiusdam nomine Suæ filiam,
eam duxit, et ex eius congresſu 3
filium ſuſtulit, quem Erem nomine
adpellauit. Deinde alterum, 4
quem ipſa Onanem nuncupauit.
Tertium item,quem Selam vocauit, 5
cuius in natiuitate erat ipſe Che-
zibi.
Eri autem, qui erat natu maxi- 6
mus, Thamarem quamdam no-
mine in matrimonium tradidit.
Sed Er Iouæ diſplicuit, itaque Ioua 7
eum interfecit. Et Iudas Onani 8
imperauit,vt cum fratris vxore con-

n) Iſmaelitæ erant Madianitæ, Vide Iud. VIII. 24.

grederetur, et ſuam fratris iure fa-
ceret, fratrique prolem ſuſcitaret.
9 Sed Onan,qui ſciret,non ſuam futu-
ram eſſe prolem, cum fratris vxore
rem habiturus, ſemen in terram
effundebat,ne fratrem progenie do-
10 naret. Quo facto offenſus Ioua,
11 eum quoque necauit. Tum Iu-
das Thamarem nurum ſuam iuſſit
viduam domi paternæ manere, do-
nec Iudæ filius Sela adoleuiſſet,veri-
tus, ne et is moreretur, ſicut eius
fratres. Igitur Thamar domum pa-
ternam ſe recepit,ibique fuit.
12 Multo poſt tempore moritur Suæ
filia, Iudæ vxor: et Iudas ſe conſola-
tus ad tonſores ouium ſuarum ad-
ſcendebat ad Thamnam,vna cum fa-
13 miliari ſuo Hira. Quæ res vt nunti-
ata eſt Thamari, eius ſocerum Tha-
mnam ad tonſuram ouium ire,
14 veſtimenta ſibi viduitatis detrahit,
peploque ſe velat, et ſimulato veſti-
tu in propatulo propter viam, qua
itur Thamnam,proſtitit. Videbat e-
nim, Selam adoleuiſſe,neque tamen
15 ſeſe ei nuptum collocatam eſſe. Ea
viſa, Iudas ſcortum eſſe ratus,quod
16 erat inuoluta facie, ad eam de
via deflectit, et, vt admittatur,petit,
neſciens, eſſe nurum. Et illa: quid
dabis mihi, inquit, vt ad me admit-
17 tare? Hædum tibi mittam de
pecore, inquit ille. At illa: modo
des arrabonem, donec miſeris.
18 Quemnam (inquit ille) dem arra-
bonem? Annulum tuum, et vittam,
et, quem manu geris,baculum. Tum
ille dat: et cum ea congreſſus,graui-
19 dam facit. Ipſa illinc digreſſa,
velum exuit, et indumenta viduita-
20 tis reſumit. Iudas autem hædum
per familiarem ſuum Adulamitam
miſit, vt arrabonem a muliere repi-
gnoraret. Ea ille non inuenta,
21 quærit ex loci illius hominibus,
vbinam ſit meretrix illa, quæ ad
viam proſtabat? Quumque illi
negaſſent, ibi fuiſſe meretricem,
ad Iudam reuertitur, eam a ſe non 22
inuentam renuntiat, loci etiam ho-
mines negare, ibi fuiſſe meretri-
cem. Tum Iudas: habeat illa ſibi,in- 23
quit, [o] ne hoc nobis probro ſit: ego
hunc hædum miſi, ſed tu eam non
inueniſti.
Tribus fere menſibus poſt Iudæ 24
nuntiatur, Thamarem eius nu-
rum eſſe ſtupratam, atque inde
eſſe grauidam. Tum Iudas eam
iubet duci, vt igni cremaretur.
Illa quum iam duceretur, annulum 25
ſocero ſuo cum vittis et baculo mit-
tit, iubetque, vt recognoſcat, cuius
illa ſint: ex eo enim ſe eſſe graui-
dam. Quæ ubi Iudas agnouit, 26
ſeſe illi iniuriam facere, confeſſus
eſt,quod eam cum Sela filio ſuo non
locaſſet: eiusque poſtea notitiam
non habuit.
Exactis ad pariendum tempori- 27
bus, ecce geminos in vtero fere-
bat. Atque in ipſo partu alter 28
manum protulit, quam prehen-
ſam obſtetrix [p] cocco adligauit, di-
cens priorem exiturum. Sed 29
quum is manum reduxiſſet, et eius
frater emergeret, obſtetrix dixit:
quare obiectum tibi interſtitium
interrupiſti? eoque [q] Phares adpel-
latus eſt. Deinde exiit alter, is 30
qui coccum in manu habebat, qui
[r] Zara nominatus eſt.

CAP. XXXIX.

In Aegypto Ioſephi fauor, apud herum gratia. Huius propter ſeruum felicitas. cum hera ſerui continentia. In eum falſa crimina. Innocentis carcer, ac in eo fauor.

IOſephum autem in Aegyptum 1
adductum emit Potiphar eunu-
chus Pharaonis, [s] magiſter equi-
tum, homo ægyptius, ab Iſmaelitis,
a quibus eo erat abductus. Vſus 2
eſt autem Ioſephus ſecundo Ioua,
fuitque fortunatus: quod quum 3
animad-

o) ſi amplius eam quæreremus, reſciſceretur hoc, et nobis probro erit, ſcortatum eſſe me. p) vt a fratre diſcerni poſſet. q) ab interrumpendo. r) ab oriendo. s) Vide notas ad cap. XXXVII. 36.

animaduerteret herus, in cuius do-
mo erat, eum ita propitium habere
Iouam, vt, quidquid tractaret, id
4 ei proſpere caderet: tantam in
eum beneuolentiam concepit, vt
eius miniſterio vteretur, eumque
ſuæ domui præfecerit, et omnia ſua
5 in eius manum tradiderit. Quod
poſtquam fecit, Ioua Aegyptii do-
mum Ioſephi cauſſa bene fortuna-
uit, et omnes ei fortunas domi fo-
6 riſque proſperauit. Itaque ille
omnia ſua Ioſepho permiſit,nihil vt
iam curaret ipſe, niſi, vt victum ha-
beret.
Erat autem Ioſephus formæ ve-
7 nuſtate ſingulari. Eamque ob
rem, his rebus ita conſtitutis, eius
domini vxor adiectis in eum oculis
eum ad concubitum ſollicitauit.
8 Ille enimuero renuere: vides, in-
quit, vt herus tantam mihi rerum
omnium fidem habeat, vt neſciat
9 ipſe, quid domi habeat, nec ſit
ipſe in hac domo maior, quam ego
ſum, nec mihi vlla re interdixerit,
niſi te vna, quæ quidem ſis eius
vxor: et me tanto flagitio obſtrin-
gam? tantumque in Deum ſcelus
10 admittam? Dum illa ad hunc
modum Ioſepho in dies inſtat, et
ille in eius concubitum et congreſ-
11 ſum non conſentit: accidit
quodam die, vt ipſe domum ad
ſuum negotium adminiſtrandum
intraret,abſentibus omnibus dome-
12 ſticis. Hic illa, prehenſo eius
pallio, hortari, vt ſecum concumbe-
ret. Ille vero,relicto in eius manu
pallio, fugere ac ſe foras proripere.
13 Tum vero mulier, vbi vidit, reli-
ctum ſibi in manu pallium, et illum
14 foras profugiſſe, domeſticos in-
clamat, et: videte, inquit, vt nobis
adductus ſit iſte Ebræus ad illu-
dendum,qui quidem ad me venerit,
vt me comprimeret. Sed quum ego
15 maiorem clamorem edidiſſem, ille
eo audito, relicto apud me pallio
16 ſuo,fugit et ſeſe foras extulit. Ita-
que pallium penes ſe retinuit,donec
Ioſephi dominus domum veniret.
Cui reuerſo narrat eadem, ſeruum 17
illum ebræum eis ab illo addu-
ctum veniſſe ad ſe illudendam,
eaque clamorem tollente, ſuum 18
pallium apud ipſam reliquiſſe fo-
raſque fugiſſe. Ioſephi herus, 19
audita vxoris oratione, ſerui illius
contra ſe iniuriam accuſantis, faci-
nore ſerui iratus, Ioſephum in 20
carcerem incluſit,quo in loco vincti
regis erant in vinculis.
Ibi quoque Ioua præſens ei et be- 21
nignus adfuit: tantumque erga eum
ſtudium magiſtri carceris concilia-
uit, vt ille omnes eius domus vin- 22
ctos in Ioſephi poteſtatem commit-
teret,eique rerum omnium,quæ ibi
fierent, adminiſtrationem manda-
ret: nec quidquam omnino poſt 23
eum retractaret,propterea quod ad-
erat Ioſepho Ioua, et omnia eius
facta proſperabat.

CAP. XL.

Somniorum ſciens Ioſephus. Prægustatoris liberatio. Piſtoris ſupplicium. Liberati ingratitudo.

His ita geſtis, accidit, vt duo 1
quidamPharaonis regis Aegy-
ptiorum eunuchi, quorum al-
ter prægustatorum, alter piſtorum
magiſter erat, in cuſtodiam daren-
tur iuſſu regis, irati propter eo- 2
rum quoddam in ſe facinus. quæ 3
cuſtodia carcer erat in domo magi-
ſtri equitum, quo in loco Ioſephus
concluſus erat. Eis magiſter 4
equitum Ioſephum præfecit, qui eis
miniſtraret.
Illi poſtquam aliquot dies in ea 5
cuſtodia fuere, ſomniarunt ea-
dem nocte ſuum vterque ſomni-
um, diuerſæ ſententiæ. Mane 6
ad eos Ioſephus venit, et mœſtos
animaduertens, quærit, quamob- 7
rem eo die vultu ſint adeo mœſto.
Illi reſpondent, ſomniauiſſe ſe, et 8
carere coniectore. Et Ioſephus:
at habet Deus interpretationes,
inquit: enarrate modo mihi.

9 Tum prægustatorum magiſter
ſomnium ſuum exponit ad hunc
modum: videbatur mihi in ſomnis
10 ob oculos esſe vitis, et in vite
tres palmites: ea quaſi germinans
eliciebat florem, vnde vuarum race-
11 mi matureſcebant. Ego autem
vuas capiebam, et in poculum Pha-
raonis, quod mihi erat in manu, ex-
primebam, eique in manum porri-
12 gebam. Et Ioſephus, hic eſt
ſenſus, inquit: tres palmites tres
13 dies ſunt. Hinc ad triduum iu-
bebit te Pharao produci, et in an-
tiquum ſtatum reſtituet, vt ei ſtes ad
cyathos, quemadmodum ſolebas an-
14 tea, quum esſes prægustator. Quam-
obrem facito, vt, quum erit tibi
bene, mei memineris, mihique hanc
gratiam referas, vt mei mentionem
apud Pharaonem iniicias, meque ex
15 hac domo eripias. Nam ex
Ebræorum finibus furto ſurreptus
ſum: neque hic etiam quidquam
feci, quamobrem in carcerem com-
pingerer.
16 Hic piſtorum magiſter, qui
videret, bene esſe interpretatum:
ego quoque, inquit, ſomniaui,
tria candida caniſtra esſe ſuper
17 capite meo, in quorum ſummo
inerat Pharaonis omne genus cibo-
rum piſtoriorum, quos aues ex
caniſtro ſuper capite meo comede-
18 bant. Tum Ioſephus: hæc eſt,
inquit, eius ſignificatio: tria cani-
19 ſtra tres dies ſunt. Tu abhinc
tres dies iusſu Pharaonis ſecuri fe-
rieris, et ad palum adfigeris, vbi
tuum corpus depaſcentur alites.
20 Igitur tertio poſt die Pharao, cui
is dies natalis erat, quum ſuis omni-
bus conuiuium daret, iusſit prægu-
ſtatorum piſtorumque magiſtros in
21 medium ſuorum produci, et
illum in locum muneris priſtinum
repoſuit, vt ſibi esſet a cyathis:
22 hunc autem ad palum adligauit,
quomodo eis fuerat interpretatus
23 Ioſephus. Sed immemor præ-
guſtatorum magiſter Ioſephum
obliuioni tradidit.

CAP. XLI.

Regii ſomnii explicator Ioſephus. Is adpellatus heros, in Aegypto præfectus, maritus. Eiusdem filii. Annonæ caritas.

POſt biennii ſpatium Pharao in 1
ſomnis ſibi viſus eſt adſtare
flumini, et ecce, de flumine 2
emergebant ſeptem vaccæ viſu for-
moſæ et corpore opimo, atque in
carecto paſcebantur. Ecce autem, 3
totidem alteræ poſt eas e flumine
item adſcendentes, adſpectu defor-
mes et tenui corpore, quæ apud illas
ad fluminis ripam conſiſtebant,
et deformes atque macræ formoſas 4
et opimas deuorabant. Hic Pha-
rao euigilauit. Iterumque dor- 5
miens ſomniauit, ſeptem ſpicas
enaſci in vno calamo, pingues et
elegantes: quibus ſuccreſcebant 6
alteræ exiles et exeſæ vredine,
quæ exiles generoſas et plenas con- 7
ſumebant. Tum experrectus
Pharao, ſomnium esſe vidit.
Mane animo commotus, iubet 8
conuocari omnes Aegypti hariolos
et ſapientes, eisque ſomnium nar-
rat: quod quum illorum nemo in-
terpretari posſet, prægustator apud 9
Pharaonem hoc modo locutus eſt:
hic ego peccatum meum commemo-
rabo. Quum tu me, Pharao, et magi- 10
ſtrum piſtorum, nobis iratus, in cu-
ſtodiam tradidisſes, in domum ma-
giſtri equitum, fuit vtrique vna no- 11
cte diuerſi ſenſus ſomnium. Erat 12
autem ibi nobiſcum iuuenis qui-
dam ebræus, magiſtri equitum ſer-
uus, cui quum narrauisſemus ſuum
vterque ſomnium, interpretatus eſt
vtrique: eiusque interpretati- 13
onem, et me in integrum reſtituto,
et illo in crucem acto, euentus com-
probauit.
Tum Pharao Ioſephum euo- 14
cari iubet: qui continuo ex
carcere expeditus, tonſa coma mu-
tatisque veſtimentis ad eum venit.
Atque illum Pharao ſic adloquitur: 15
ſomniaui quiddam, quod qui expli-
cet, nemo eſt. Ad te autem vt ſo-
mnii

mnii interpretationem deferrem,
16 admonitus ſum. Cui Ioſephus:
ſine me, Deus tibi, Pharao, ſalutaria
17 reſpondebit *. Et Pharao: videbar
mihi adſtare ripæ fluminis, inquit,
18 quum de eo exibant ſeptem vaccæ
bene habitæ, et adſpectu pulchræ,
19 quæ carectum depaſcebant. Tum,
ecce, ſeptem alteræ poſt eas exorientes,
tanta corporum macie et tenuitate
deformes, vt nihil vnquam
20 fœdius in Aegypto viderim: quæ
abſumebant ſtrigoſæ et turpes ſe-
21 ptem illas priores obeſas: quas
quum in ſua viſcera demiſisſent, tamen
id non adparebat, adeo infor-
22 mes adhuc erant, vt prius. Ego
ſomno ſolutus ſum, eoque iterum
oppresſus, videbar mihi cernere
ſeptem ſpicas eodem in culmo cre-
23 ſcentes, plenas et decoras, ſecundum
quas ſeſe ſubiiciebant pari numero
alteræ graciles et minutæ, et
24 ardoribus peruſtæ, quæ generoſas
illas conſumſerunt. Hæc ego
retuli ad hariolos, ſed non eſt, qui
declaret.
25 Tum Ioſephus: ſomnium tuum
vnum eſt, Pharao: Deus te eorum,
quæ facturus eſt, præmonet.
26 Septem vaccæ generoſæ ſeptem
anni ſunt: itemque ſeptem ſpicæ
generoſæ idem volunt: vnum
27 idemque ſomnium eſt. Alteræ autem
graciles et peruſtæ anni ſunt to-
28 tidem, quibus fames vigebit. Deus
tibi, (quemadmodum dixi) quid
29 facturus ſit, demonſtrat. Igitur ſeptem
proximis annis maxima erit
in vniuerſa Aegypto frugum feraci-
30 tas: quos ſequentur totidem alteri
tanta fame infeſti, vt illius tantæ
vbertatis in Aegypto nihil ſuperfu-
31 turum ſit: tanta, inquam, laborabitur
cibi penuria, vt tantæ rerum
abundantiæ ne veſtigium quidem
32 vllum reliquum fiat. Nam quod bis
ſomniaſti, Deo ita facere omnino
33 in animo eſt, idque breui. Quare
diſpice, Pharao, virum aliquem ſcientem
et peritum, quem Aegypto
præficias. Tum autem facito, vt, 34
conſtitutis annonæ curatoribus,
quintas in Aegypto ſeptem proximis
annis vberibus legas, quibus an- 35
nis tantus frumenti numerus tuo
nomine cogatur, et in oppidis conditum
ſeruetur, vt in alterum ſepten- 36
nium ſufficiat, et Aegyptum futura
fame pernicieque defendat.

Eam rem Pharao cum ſuis omni- 37
bus probauit: eisque confesſus eſt, 38
neminem extare Ioſepho mentis
diuinitate parem. Et quia iſta tan- 39
ta diuinitus edoctus (inquit iam
Ioſepho) neminem habes prudentia
et ſapientia parem, habebis 40
meæ domus gubernationem, vt
meus tibi populus omnis ad nutum
obediat, teque ego ſolio tantum ſuperem.
En trado tibi, inquit, 41
curam totius Aegypti. ſimulque 42
detractum de ſua manu annulum
Ioſephi manui induit: eumque
bysſina veſte ornatum, collo aurea
torque inſignito, in currum digni- 43
tate ſecundum imponit, vt ante eum
proclamaretur, genua flectite: eique
poteſtatem in omnem Aegyptum
permittit. Et ita, Pharao: viuam, 44
inquit, vt nemo in tota Aegypto
digitum contra tuam voluntatem
proferet.* Tum eum [r] Saphnatho- 45
paneam adpellauit, eique Aſenatham
Potipheræ pontificis Heliopolitani
filiam in matrimonium
dedit.

Ita Ioſephus a Pharaone digresſus,
annos natus triginta (tot enim habe- 46
bat, quum ante Pharaonem conſtitit)
totam Aegyptum obiit, et illis 47
ſeptem annis (quibus terra cumulatisſime
tulit) totum Aegypti com- 48
meatum coegit, et finitimi ſingulorum
oppidorum agri cibaria in ipſa
oppida contulit: tantumque fru- 49
menti numerum comportauit, vt,
quia arenæ inſtar erat innumerabile,
iam numerari defineret.

Suſtulit autem ex Aſenatha filios 50
duos,

r) id eſt, occultorum repertorem.

duos, antequam orta annonæ pe-
51 nuria eſt, quorum grandiorem
vocauit Manasſem: quod ei Deus
omnium dolorum ipſiusque pa-
triæ domus obliuionem attulis-
52 ſet. Alterum autem Ephraimum
nuncupauit, quod cum ſecundasſet
53 Deus in terra ſuæ miſeriæ. Fi-
nitis in Aegypto ſeptem annis co-
54 pioſis, cœpit famelicum oriri
ſeptennium, quemadmodum præ-
dixerat Ioſephus: quo quum omni-
bus in terris fames esſet, toti Aegy-
55 pto cibus ſuppetebat. Tum Aegy-
ptii, ingraueſcente per vniuerſam
Aegyptum annona, Pharaonem ob
cibum interpellant: quos omnes
ille ad Ioſephum remiſit, iubens, il-
56 lius dicto obtemperari: Ioſephus,
vrgente per omnem terram fame,
omnibus horreis apertis, cœpit
Aegyptiis fame laborantibus diuen-
dere.

CAP. XLII.

Iacobi filii decem in Aegyptum. In fratres Ioſephi aſtutia, lenitas, celata munificentia. Illorum ſollicitudo, patriſque.

1 IAmque omnibus ex terris (vr-
gente vbique fame) ad Ioſephum
in Aegyptum, emendi ab eo
commeatus gratia, conueniebatur:
quum Iacobus, intelligens, cibum
esſe in Aegypto venalem, filios ad-
2 monet, accepisſe ſe, in Aegypto
venalia esſe cibaria: proinde, ab-
iecta omni dubitatione, eo deſcen-
dant, et ſibi comparent, quo victum
tolerent mortemque declinent.
3 Itaque deſcenderunt Ioſephi fratres
decem ad frumentum ab Aegyptiis
4 coemendum: nam Beniaminem
Ioſephi germanum non dimiſit Ia-
cobus cum fratribus, veritus, ne
5 quid ei aduerſi accideret. Pro-
fecti ſunt autem Iſraelis filii vna
cum aliis, qui eodem eadem de caus-
ſa ibant, vigente in Chananæa fame.
6 Vbi ad Ioſephum fratrem ſuum
peruenerunt, regionis illius præ-
fectum, et omni populo frumentum
diuendentem, eum demisſo vultu
ad terram venerati ſunt. Ioſephus 7
vbi fratres conſpexit, agnouit: ſed
alienum ſe esſe ſimulans, dure cum
eis loquitur, et, quærit, vnde adſint?
Illi reſpondent, ſeſe ex Chananæa
venire ad victum comparandum.
Et Ioſephus, qui fratres agnoſceret, 8
nec ipſe ab eis agnoſceretur, redi- 9
it in memoriam ſomniorum, quæ
de illis ſomniauerat. Et explora-
tores eſtis, inquit, ad exploranda
regionis parum firma loca veniſtis.
Cui illi: pace tua, inquiunt, domi- 10
ne: ad emendum commeatum ve-
nimus. Nos omnes hominis vni- 11
us filii ſumus, veraces, non explo-
ratores. Atque ille: immo ad 12
immunita regionis ſpeculanda ve-
niſtis. Et illi: nos duodecim fra- 13
tres ſumus, ex vno homine nati in
Chananæa: quorum minimus ho-
die cum patre noſtro eſt, vnus au-
tem iam nuſquam eſt. Tum Io- 14
ſephus: id ipſum eſt, quod ego
vobis dixi, vos esſe exploratores.
Sed ita viuat Pharao, (ſic enim pro- 15
babimini) vt vos hinc non abibitis,
quin frater veſter natu minimus
huc venerit. Mittite ex vobis 16
vnum, qui fratrem veſtrum arces-
ſat: vos interea eritis in vinculis,
vt veſtra oratio probetur, ſciatur-
que, an ſit a vobis veritas. Quod ſi
non facitis, ne viuat Pharao, ni vos
exploratores eſtis. Tum eos in 17
cuſtodiam coniecit ad triduum.
Deinde tertio die cum eis huius- 18
modi oratione vſus eſt: vt conſer-
uemini, ſic facietis: (nam ego Deum
reuereor) Si veraces eſtis, vnus 19
ex vobis fratribus in vinculis erit,
in ea cuſtodia, in qua fuiſtis: vos
autem commeatum domum expor-
tabitis, ad propellendam famem,
fratremque veſtrum natu mini- 20
mum ad me adducetis. Ita fidem
faciet oratio veſtra, mortemque
effugietis. Hanc illi conditionem
acceperunt: cœperuntque inter 21
ſeſe dicere, ſe certe in fratrem ſu-
um

um fuiſſe ſceleratos, cuius quum
animi angòrem viderent, quum ab
eo obſecrarentur, tamen non audi-
uiſſent, propterea in eas anguſtias
22 eſſe redactos. Ruben vero teſtari
eos, a ſe monitos, ne id ſcelus in
puerum committerent, ſibi non
obtemperaſſe: nunc ſanguinis illius
23 pœnas expeti. Hæc Ioſephus in-
telligens, eis neſcientibus, (nam in-
24 tercedebat interpres) digreſſus ab
illis fleuit. Deinde rediit ad eos,
et cum eis locutus, comprehenſum
ex eis Simeonem in eorum con-
25 ſpectu colligauit. Deinde iuſſit
eorum vaſa frumento impleri, et in
ſuum cuiusque ſaccum pecuniam
26 reponi, eisque viaticum dari. His
ita conſtitutis, illi ſuam mercem in
aſinos tollunt, et illinc abeunt.
27 Sed in diuerſorio, quum vnus ex eis
ſaccum aperuiſſet, vt pabulum aſino
ſuo daret, animaduertit argentum
28 in ore ſacci: et fratres admonet,
ſuam ſibi pecuniam reportatam eſſe
in ſuo ſacco. Hic illi terrore exa-
nimati, inter ſeſe dubitare, cur nam
29 ſibi Deus id feciſſet. Atque vbi
in Chananæam ad patrem ſuum Ia-
cobum peruenerunt, omnem ei
30 fortunam ſuam expoſuerunt: vt
cum eis dominus regionis aſpere
egiſſet, et eos numero explorato-
31 rum habuiſſet: vtque, quum veraces
ſe eſſe, reſpondiſſent, non explora-
32 tores, ſeſe duodecim fratres eſſe ex
eodem patre, vnum iam nullum
eſſe, minimum autem hodie cum
33 patre eſſe in Chananæa: ille dixiſ-
ſet, ſeſe ita ſciturum, eos veraces eſ-
ſe, ſi, vno ex ipſis apud eum relicto,
commeatum exportantes domum
34 repeterent, fratremque ſuum na-
tu minimum ad ſe ducerent: hoc
pacto ſeſe cogniturum, non eſſe ex-
ploratores, ſed integros, fratremque
eis redditurum, et regionis vſum
35 conceſſurum. In deplendis autem
ſaccis, quum ſuo quisque in ſacco
argentum ſuum in loculis reperiſ-
ſet, et liberi et parens metu percul-
ſi ſunt. Atque Iacobus eorum pa- 36
ter: vos me orbum redigitis, inquit.
Ioſephus nusquam eſt, de Simeo-
ne actum eſt; et vos Beniaminem
abducitis: hæc omnia in me incum-
bunt. Cui Ruben: duos filios 37
meos interficito, niſi eum ad te ad-
duxero, committe eum in meam fi-
dem, ego ad te reducam. At ille: 38
non deſcendet filius meus vobis-
cum: nam germano eius mortuo,
ipſe vnus ſuperſtes eſt: cui ſi quod
infortunium in iſto itinere occur-
reret, vos ad inferos miſere demit-
teretis canos meos.

CAP. XLIII.

*Iacobi filii rurſus in Aegyptum. Ad Ioſe-
phum patris munus. Illius erga fratres
caritas. Ob Beniaminem Ioſephi lacrimæ.
Ebræis ac Aegyptiis commune conuiuium.*

POſtea, infeſtante regionem fa- 1
me, poſtquam deportata ex 2
Aegypto cibaria conſumſerunt,
pater iterum filios hortatur, vt ad
mercandum aliquantum commea-
tus reuertantur. Cui Iudas: ad- 3
firmauit homo, nos in ſuum con-
ſpectum non eſſe venturos, niſi fra-
ter adeſſet nobiscum. Si placet 4
tibi fratrem noſtrum dimittere no-
biscum, deſcendemus, et tibi cibum
comparabimus. Sin autem non 5
dimittis, non deſcendemus: quia
negauit ille, nos ſuum conſpectum
eſſe viſuros, niſi fratrem nobiscum
haberemus. At Iſrael: cur me 6
in hoc, inquit, malum conieciſtis,
vt ei diceretis, vos alium inſuper ha-
bere fratrem? Cui illi: homo 7
nos, inquiunt, de nobis deque noſtro
genere interrogauit, viueretne ad-
huc parens noſter, an fratrem præ-
terea haberemus? nos vero ei o-
mnem rem expoſuimus. Numquid
ſcire poteramus, eum iuſſurum eſſe,
fratrem noſtrum adduci? Atque 8
hic Iudas: dimitte, inquit, puerum
mecum, vt proficiſcamur, vitæque
noſtræ conſulamus, et mortem tum
a nobis, tum a te et paruulis noſtris
depel-

9 depellamus. Ego pro eo fideiu-
beo,a me tu eum repetito : niſi eum
ad te reduxero, et in tuo conſpectu
conſtituero, tibi per omnem vitam
10 obnoxius ero. Nam niſi cunctati
esſemus, iam ſecundo rediisſemus.
11 Et Iſrael : ſi quidem ita eſt, inquit,
ſic agite : ex eis, quæ in hac ora ha-
bentur rarisſima, munus homini
conficite, eique in veſtris vaſis reſi-
næ aliquantum et mellis ferte,aro-
mata et ſtacten, et terebinthum , at-
12 que amygdala. Argentum autem
duplum vobiscum auferte, et quod
in ore ſaccorum veſtrorum relatum
eſt,reportate , ſi forte imprudentia
13 peccatum eſt: asſumtoque fratre
veſtro, proficiſcimini, et ad homi-
14 nem reuertimini : quem vobis ho-
minem mitiget omnipotens Deus,vt
nobis et alterum illum fratrem et
Beniaminem remittat. Quod ſi ego
liberis priuor, priuer.
15 Tum homines munus et du-
plex argentum capiunt, asſumto-
que Beniamine in Aegyptum de-
ſcendunt. Poſtquam in conſpectu
16 Ioſephi conſtiterunt , Ioſephus,
viſo cum eis Beniamine, diſpen-
ſatori ſuo mandat, vt homines
in domum ducat, et lanienam cu-
ret atque præparet: eos enim ſe-
cum cibum meridianum esſe captu-
17 ros. Id quod ille, vt iusſerat Ioſe-
phus, fecit, eosque in domum Ioſe-
18 phi introduxit. Illi quum vide-
rent ſe duci in Ioſephi domum, ar-
bitrati, ſeſe eo duci propter argen-
tum primo itinere in ſaccis reporta-
tum, vt, ita per calumniam circum-
uenti, vna cum aſinis ſuis in ſerui-
19 tutem retinerentur: accedunt ad
illum Ioſephi diſpenſatorem, eum-
que dominum adpellantes, in in-
20 troitu domus adloquuntur: de-
monſtrant, ſeſe antea ad comparan-
21 da cibaria profectos, quum in di-
uerſorium aduenisſent,et ſaccos ſu-
os aperuisſent, reperisſe ſuo quem-
que in ſacco argentum ſuum ad li-
bram : id autem ſecum nunc retu-
lisſe, et aliud argentum ad com- 22
meatum emendum attulisſe : neſci-
re, quis illud in ſaccos repoſuisſet.
Ille homines conſolatus, metuere 23
vetat : Deum eorum patrium pecu-
niam in ſaccos eorum immiſisſe,ar-
gentum quidem ad ſe peruenisſe.
tum ad eos Simeonem educit, ho- 24
minesque domum Ioſephi introdu-
cit : et aquam pedibus lauandis pa-
bulumque ad aſinos dat. Illi au- 25
tem munus adornant ad aduentum
Ioſephi in meridiem (audiuerant
enim, ſeſe ibi cibum capturos)
eique ingresſo, munus, quod in ma- 26
nibus habebant, domum intro tule-
runt, eum ſuppliciter venerantes.
Tum ille ex eis de valetudine quæ- 27
rit, et : vt valet pater veſter ſenex,
quem dixeratis ? inquit : viuit ne
adhuc? Illi ſuppliciter et demisſo 28
ad terram vultu, valere, reſpondent
et adhuc esſe in vita. Tum ille, 29
vbi Beniaminem conſpexit, ſuum
fratrem eadem matre: eſtne hic
veſter ille natu minimus frater, de
quo mihi locuti fuiſtis ? Deus tui
miſereatur, fili, inquit: ſimulque 30
miſeratione erga fratrem commo-
tus, locum ſtatim, vbi fleret, quæſi-
uit, et penetrale ingresſus ibi plora-
uit. Deinde, lota facie egresſus, 31
ſeſe continuit, iusſitque, cibum ad-
poni: qui ei ſeparatim, et illis ſe- 32
paratim, itemque Aegyptiis, eius
conuictoribus, ſeparatim adpoſitus
eſt. Aegyptiis enim non licet cum
Ebræis cibum capere, idque ducunt
turpisſimum. Vt autem quisque 33
ætate antecellebat, ita primo ante
eum loco collocatus eſt: id quod
illi inter ſeſe admirabantur. Tum 34
ille ex ſibi adpoſitis ſuam cuique
portionem decidit, ita, vt Benia-
minis esſet quintuplo maior, quam
vllius ceterorum.

CAP. XLIIII.

Cum fratribus Ioſephi ars de argento et ſcypho. Ad fratrem Iudas.

Deinde

1 DEinde, poſtquam liberaliter
cum eo potauerunt, * diſpen-
ſatori negotium dat,vt illorum
ſaccos frumento compleat,quantum
posſent capere plurimum , et in
vniuscuiusque ſacci ore argentum
2 eius ponat: tum autem in natu
minimi, præter argenteum preti-
um, etiam ſcyphum ſuum aureum.
quod ille, ſicut erat iusſus,ita fecit.
3 Mane diluculo,quum dimisſi ho-
4 mines cum ſuis aſinis nondum lon-
ge ab vrbe abesſent, mandat Ioſe-
5 phus diſpenſatori, vt eos perſe-
quatur: et,quid fieri velit,oſtendit.
6 Ille eos adſecutus, quærit ex eis,
cur bonum malo penſarint? *G.* cur
ſibi ſcyphum argenteum furati ſint?
H. eum esſe, quo ſuus herus potare,
quoque vti in diuinationibus ſole-
7 ret: eos improbe fecisſe. Tum
illi: bona verba,domine, inquiunt:
8 abſit a nobis iſtud facinus. Nos
etiam argentum, in ore ſaccorum
noſtrorum repertum,ad te vsque e
finibus Chananæorum retulimus,
nedum,vt ex tui domini domo ar-
gentum aut aurum ſurripuerimus:
9 ſi quem penes deprehenſus fuerit,
capite plectatur, nos autem tibi ſer-
10 uitutem ſeruiamus. At ille: iſtud
agemus, inquit. Quem penes fur-
tum deprehendetur, mihi ſeruus
11 erit, vos extra pœnam eritis. Hic
illi confeſtim ſuum quisque ſaccum
ad terram deponunt et aperiunt:
12 atque ille a maximo ad minimum
conquirere exorſus, ſcyphum in
ſacco Beniaminis inuenit.
13 Tum vero illi dilaceratis veſti-
mentis,ſuum quisque aſinum denuo
onerant,et in vrbem reuertuntur:
14 ingresſique domum Ioſephi,qui ibi
adhuc erat,Iudas et fratres eius ante
15 eum ad terram procidunt. Et Ioſe-
phus: quod facinus admiſiſtis? an
neſciebatis,me vnum ex eis esſe,qui
16 diuinant? Cui Iudas: quid dice-
mus, domine, inquit, quid adſere-
mus? quomodo nos tibi purgabi-
mus? deprehendit noſtrum crimen
Deus: ecce tibi ſeruos tam nos,
quam eum, apud quem inuentus
ſcyphus eſt. At ille: ego vero non 17
faciam, inquit: immo ipſe, quem
penes inuentus eſt ſcyphus, mihi
ſeruus erit, vos abite ſalui ad pa-
trem veſtrum. Tum Iudas acce- 18
dit, et apud eum huiusmodi oratio-
nem habuit: peto a te, domine, vt
mihi apud te, alterum Pharaonem,
pauca dicere liceat cum bona venia.
Quum tu ex nobis quæſiuisſes,esſet- 19
ne nobis pater, aut frater: reſpon- 20
dimus tibi,domine,patrem esſe iam
ſenem, et iuuenem puerum in eius
ſenecta natum, qui (mortuo eius
fratre) ſolus ex matre ſuperesſet,
quemque pater amaret. Tum tu 21
nobis iusſiſti, vt eum ad te adduce-
remus, vt eum tuis ipſe oculis cer-
neres. Nos reſpondimus, patrem 22
ab eo deſeri non posſe, quin more-
retur. At tu nos in tuum conſpe- 23
ctum redire vetuiſti, niſi minimus
natu frater nobiscum deſcendisſet.
Nos,vbi ad patrem, ſeruum tuum, 24
peruenimus,tua illi verba,domine,
retulimus. Quumque iuberet nos 25
ad comparandum aliquantum com-
meatus reuerti, reſpondimus, 26
non licere, niſi fratre noſtro mini-
mo comitante: aliter enim in tuum
conſpectum admitti non licere.
At pater noſter, ſeruus tuus, dicere, 27
quum ex duobus filiis, quos ex vna
coniuge ſuſtulisſet, alterum (vt 28
nos ſciebamus) ab ſe digresſum, a
feris deuoratum deplorasſet, nec
eum vmquam poſtea vidisſet, ſi 29
nos etiam illum ab ſe abduceremus,
et ei aliquid humanitus accideret,
fore, vt ſuam canitiem miſere de-
mitteremus ad inferos. Nunc ſi 30
veniam ad patrem meum ſeruum
tuum, nec puer nobiscum adſit, cu-
ius amore deuinctum animum ha-
bet, ſimulatque non adesſe puerum 31
viderit, morietur: ita nos tui in or-
cum deduxerimus mærore confe-
ctum et ſenem patrem. Ego autem 32
patri vas factus ſum pueri ſiſtendi,
vt

vt ſi eum illi non reduxisſem, ei
33 ſempiternum obſtrictus esſem. Quare
re oro te, vt ego tibi pro puero ſer-
uus remaneam, ipſe cum fratribus
34 diſcedat: neque enim ſuſtineo ad
patrem ſine eo redire, ne mihi vi-
denda ſit calamitas, quæ erit patri
perferenda.

CAP. XLV.

*Ioſephus fratribus apertus, in eosdem beni-
gnus. Regis in eosdem lenitas. Iacobi gau-
dium.*

1 HIc Ioſephus, qui ſe iam apud
tam multos, qui præſentes ade-
rant, continere non posſet,
clara voce pronuntiat, vt omnes
foras emittantur, nec quiſquam
cum eo remanſit, quum eſt a fratri-
2 bus agnitus. Tum vocem in fle-
tum erumpit, quod Aegyptii, quod
3 Pharaonis domus audiret, et: ego
ſum Ioſephus (inquit, fratres adlo-
quens) viuitne adhuc pater meus?
at fratres eius præſentia contur-
bati, reſpondere nihil poterant.
4 Tum ille: accedite ad me. Quum-
que accesſisſent: ego ſum germanus
veſter Ioſephus, inquit, quem vos
5 in Aegyptum vendidiſtis. Sed ne
angimini, neue dolenter ferte, me
huc a vobis esſe venditum. nam
Deus me vobis ſalutariter præmiſit.
6 Etenim præter hoc, quo fames in
terra dominatur, biennium, reſtant
adhuc quinque anni, quibus neque
7 ſementis fiet, neque mesſis: eam-
que ob rem miſit me Deus ante vos,
vt in terra reliqui fieretis, et hac ra-
8 tione conſeruati euaderetis. Ita-
que non vos huc me miſiſtis, ſed
Deus, qui effecit, vt esſem Pharaoni
pro patre, toti eius familiæ pro do-
mino, et omni Aegypti oræ pro
9 principe. Feſtinate ad patrem, et
ei a Ioſepho eius filio renuntiate,
vt ad me (cui Deus dominium in
omnes dedit Aegyptios) ſine mora
10 deſcendat, habitaturus in Goſſene,
vt mihi vicinus ſit, vna cum filiis et
nepotibus, et minoribus maiori-
busque pecoribus, denique cum
omnibus copiis. Ibi me ei ali- 11
menta præbiturum, ne (quoniam
adhuc quinque annos fames futura
eſt) miſere vna cum familia cum-
que omnibus ſuis pereat. Ecce, 12
vos videtis oculis veſtris, videt fra-
ter meus Beniamin, vt ego meo
ipſius ore vobiſcum colloquar.
Vos, quanta ſim in gloria in Aegy- 13
pto, quæque videtis, omnia patri
renuntiabitis, eumque huc conti-
nuo adducetis. Hæc locutus, in 14
Beniaminis ſui fratris collum cum
lacrimis inuadit, et Beniamin eius
collum vicisſim plorans complexus
eſt. Deinde fratres ſuos collacri- 15
mans ſingulatim deoſculatus eſt
Ioſephus: qui tum demum cum eo
locuti ſunt.

Hac fama de aduentu fratrum 16
Ioſephi domum Pharaonis perla-
ta, Pharao ea re cum ſuis dele-
ctatus, Ioſephum inuitat, vt 17
fratres iubeat incitatis iumentis in
Chananæam contendere, et as- 18
ſumto patre atque familiis ſuis ad
ſe venire, dicatque, ſeſe cum illis
ægyptia bona communicaturum, et
regionis vbertatem ad alimenta
conceſſurum. Tum hoc ei man- 19
dat, vt illis ægyptiorum vehiculo-
rum copiam faciat, quibus paruuli
et mulieres vehantur, et impoſitus
pater adducatur. Supellectilem 20
ne morentur: nam totius Aegypti
bona in eorum poteſtate futura
esſe.

Itaque filii Iſraelis paruerunt, 21
eisque dedit Ioſephus ex manda-
to Pharaonis vehicula atque via-
ticum. dedit etiam omnibus ſin- 22
gulas veſtes de ſplendidioribus:
ſed Beniamini quinque cum tre-
centis nummis argenteis. Patri 23
quoque miſit aſinos decem, ægyptia
bona portantes: et totidem aſinas,
quæ far et panem obſoniumque
ferrent ad eius iter. Ita dimiſſi ab 24
eo fratres, profecti ſunt: cum præ-
cepto, ne tumultuarentur in via.

Qui,

25 Qui, poſtquam ex Aegypto in Cha-
nanæam ad patrem ſuum Iacobum
26 peruenerunt, narrant ei, Ioſe-
phum adhuc in viuis eſſe, et prin-
cipatum tenere in omni Aegypto.
Ad quem ille nuntium exanimatus
27 fidem eis non habebat. Sed quum
illi omnia Ioſephi verba expone-
rent, quibus apud eos vſus eſſet, ſi-
mulque miſſa a Ioſepho vehicula
ad ſe vehendum conſpiceret, colle-
28 git ipſe ſe, et: ſatis eſt, (inquit
Iſrael) poſtquam viuit adhuc filius
meus Ioſephus: adibo, eumque
videbo, antequam moriar.

CAP. XLVI.

In Aegyptum Iſrael. Ex itinere ad illum Ioua. Prænuntiata mors huius. Eiuſdem in Aegypto familia. Complexus patris ac filii. Aegyptii paſtoribus inimici.

1 ERgo profectus Iſrael cum o-
mnibus ſuis copiis, Berſabam
peruenit, et ibi Deo patris ſui
2 Iſaaci ſacrificium fecit, et Deus
eum noctu per viſum ſic monuit:
Iacobe, Iacobe. Quid me vis? in-
3 quit ille. Ego ſum Deus, inquit,
Deus tui patris: ne verere in Ae-
gyptum deſcendere. nam ibi te in
4 magnam gentem propagabo: ego
tecum deſcendam in Aegyptum,
ego idem te reducam, et Ioſephus
tibi claudet oculos.
5 Ergo profectus eſt Iacobus
Berſaba, miſſis ad eum ferendum
a Pharaone vehiculis, impoſitus
ab Iſraelitis filiis ſuis, vna cum
6 eorum paruulis et feminis, ad-
hibitis etiam pecoribus eorum et
facultatibus, quas in Chananæa
comparauerant. Veneruntque in
Aegyptum Iacobus et eius vniuerſa
7 progenies, illo ſecum filios et
nepotes, ſecum filias et neptes ex fi-
liis, ſuam denique ſtirpem vniuer-
ſam ſecum ducente in Aegyptum:
8 quorum nomenclatura hæc eſt: Ia-
9 cobus et eius filii: quorum natu
maximus Ruben filios habuit He-
nochum, Phallum, Heſronem et Car-
mim. Simeon autem Iamuelem, 10
Iaminem, Oadum, Iachinem, Socharem,
rem, et ex Chananæa natum Saulum.
Leuis Gerſonem, Cahathum et Me- 11
rarim. Iudæ filii fuerant Er, O- 12
nan, Sela, Phares et Zara: ſed Er et
Onan in Chananæa mortui ſunt.
Phares autem Heſronem et Hamu-
lem habuit. Iſſachar Tholam, 13
Phuuam, Iobum et Simeronem.
Zabulon Seredum, Elonem et Iahe- 14
lem. Hos Iacobus filios ex Lia in 15
Meſopotamia procreauerat, nec
non Dinam filiam: quorum omni-
um tum filiorum, tum filiarum ab
eo prognatorum ſumma eſt trigin-
ta tres. Gadus autem habuit Siphe- 16
onem, Hagim, Sunim, Eſbonem, E-
rim, Arodim et Areelim. Aſer 17
Immam, Iſuam, Iſuim, Beriam et
eorum ſororem Seram: quorum
porro Beria Hebrem et Malcielem.
Hos videlicet ſexdecim Iacobus ex 18
Zilpa habuit, quam Laban Liæ filiæ
ſuæ attribuerat. Rachelis filii, 19
vxoris Iacobi, fuerunt Ioſephus et
Beniamin. Ioſepho nati ſunt in 20
Aegypto ex Aſenatha Potipheræ fi-
lia pontificis Heliopolitani, Manaſ-
ſes et Ephraimus. Beniamin ha- 21
buit Belam, Becherem, Aſbelem, Ge-
ram, Naamanem, Ehim, Roſſum,
Muppim, Huppim, et Aredum.
Hos Iacobus filios habuit ex Rache- 22
le, numero quatuordecim. Dan 23
habuit Huſſim. Nephtalis Iaſee- 24
lem, Cunim, Ieſerem et Sillemum.
Hi Iacobo orti ſunt ex Bala, quam 25
Laban Racheli filiæ ſuæ contribue-
rat, videlicet numero ſeptem. Igi- 26
tur omnium ex Iacobi femore orto-
rum, qui cum eo in Aegyptum ve-
nerunt, præter eius nurus, ſumma
erat capita ſexaginta ſex. Ioſephi 27
autem filii, quos in Aegypto procre-
auit, duo. Summa familiæ Iacobi,
quæ in Aegyptum venit, fuit capi-
tum ſeptuaginta.
Præmiſit autem Iudam ad Io- 28
ſephum, vt eius iter ad Goſſenem
dirigeret. Ita in Goſſenem per-

29 uenerunt. Ioſephus autem pa-
rato curru Iſraeli patri ſuo ob-
uiam ad Goſſenem adſcendit, eo-
que viſo protinus in collum eius in-
ſiliit, et aliquamdiu collacrimatus
30 eſt. Tum Iſrael Ioſephum adlo-
quitur: nunc moriar licet, inquit,
poſtquam tuum adhuc viuentis vul-
tum conſpexi.
31 Et Ioſephus fratres paternam-
que familiam adloquens: ibo:
inquit, nuntiatum Pharaoni, fra-
tres meos familiamque patriam,
quæ erat in Chananæa, veniſſe
32 ad me, homines videlicet pa-
ſtores et pecuarios, qui pecorum
greges et armenta ſuasque omnes
33 copias adduxerint. Quod ſi vos
conuocauerit Pharao, et de arte ve-
34 ſtra interrogauerit, dicetis, a te-
neris ſemper fuiſſe pecuarios, tam
35 vos, quam patres veſtros, vt Goſ-
ſenem incolatis: nam a paſtoribus
omnibus abhorrent Aegyptii.

CAP. XLVII.

Regis in Ebræos largitas. Aerarii locupletator Ioſephus. A quintis ſacerdotum immunitas. Iurans Ioſephus de non humando in Aegypto patre.

1 Deinde profectus ad Pharao-
nem, narrat ei, patrem ſuum
et fratres cum ſuis maioribus
minoribusque pecoribus, cumque
omnibus ſuis copiis, ad ſe ex Cha-
nanæa veniſſe, et nunc eſſe in Goſ-
2 ſene. Adhibuit autem de fratribus
ſuis quinque [a] de poſtremis, quos
3 ante Pharaonem conſtituit: qui
Pharaoni quærenti, quænam eſſet
eorum conditio? reſponderunt,
paſtores et ſe eſſe et patres ſuos fu-
4 iſſe: veniſſe autem in eam ter-
ram ad commorandum, quod paſti-
onem pecoribus non haberent,
propterea quod vigeret in Chana-
næa fames: petere, vt ſibi eius ſeruis
5 liceret Goſſenem incolere. Tum
Pharao Ioſepho dixit ita: pater
6 tuus et fratres ad te venerunt, pa-
tet tibi ægyptia terra: eos tu in o-
ptimo eius tractu colloca: habitent
ſane in Goſſene: et, ſi quos ex eis
noſti viros egregios, mei pecoris
magiſtros facito.
Tum Ioſephus patrem ſuum 7
Iacobum adduxit, et in conſpectu
Pharaonis ſtatuit, qui, Pharaone
ſalutato, ab eo interrogatus, 8
quot annos vixiſſet, ita reſpon-
dit: centum triginta annos per- 9
egrinatus ſum, paucos et malos
annos vixi, neque maiorum meo-
rum vitæ annos adſecutus ſum, qui-
bus peregrinati ſunt. Deinde Pha- 10
raoni bene precatus, diſceſſit ab eo.
Ioſephus autem patrem et fratres 11
ſuos collocauit, eisque poſſeſſionem
adſignauit in Rameſſe, optimo terræ
ægyptiæ ſolo, quemadmodum præ-
ceperat Pharao, patrique et fra- 12
tribus et toti paternæ familiæ ali-
moniam pro numero capitum adſi-
gnauit. Iam vero, quum tanta cibi 13
penuria vbique laboraretur, vt Ae-
gyptus et Chananæa languerent.
coegit Ioſephus eo mercatu omnem 14
pecuniam, quæ in duabus illis regi-
onibus inuenta eſt, eamque in Pha-
raonis fiſcum retulit. Qua Aegy- 15
pti et Chananææ pecunia exhauſta,
Aegyptii omnes ad Ioſephum con-
ueniunt, petuntque, vt ſe commeatu
iuuet, niſi velit, eos in ſuo conſpe-
ctu emori: nam defeciſſe pecuni-
am. Ioſephus iubet, vt, ſi pecunia 16
deficiantur, pecora adducant, ſeſe
pro eis victum daturum. Itaque 17
faciunt: deditque eis Ioſephus ali-
menta pro equis, et pro ouino ca-
prinoque, et pro bouino pecore,
proque aſinis, pro quibus omnibus
eorum pecoribus illos alimentis in
eum annum ſuſtentauit. Eo fini- 18
to, ſequenti anno ad eum ſe recipi-
unt, demonſtrant, (Dominum eum
adpellantes) conſumta in eum pe-
cunia et pecore, ſibi præter corpora
et agri ſolum nihil eſſe reliqui,
quod ei poſſint dare. Quare, ne et 19
ipſi

a) ne, ſi generoſiores adduxiſſet, Pharao eis vteretur in re militari.

ipſi in eius oculis moriantur, et
terra deſeratur, ſe ſuasque poſſeſ-
ſiones commeatu emat: ſeſe cum
agris ſuis Pharaoni ſeruituros esſe,
modo ſemen miniſtret, quo vitam
tueantur, ne et ipſi pereant, et terra
20 in ſolitudinem redigatur. Igitur
omnem Aegyptiorum agrum Pha-
raoni coemit Ioſephus, Aegyptiis,
fame dominante, ſuum vnoquoque
21 fundum vendere coactis. Ita facta
Pharaonis terra eſt: populum au-
tem, quam longe lateque patebat
Aegyptus, in oppida transtulit.
22 Tantum ſacerdotum poſſeſſiones
mercatus non eſt, quod deſcriptis a
Pharaone demenſis aliti, eas non
23 vendiderunt. Tum Ioſephus ſic
ad populum verba facit: videtis, vt
ego vos hodie poſſeſſionesque ve-
ſtras Pharaoni coemerim. Iam ſe-
men vobis ſubminiſtrabo, quo ſe-
24 mentes faciatis, ea conditione, vt
prouentuum quintas Pharaoni pen-
datis, quatuor autem partes vobis
habeatis ad conferendos agros, et
ad vos veſtrosque domeſticos et
25 paruulos alendos. Tum illi, vitam
ei ferre acceptam, et maximo ſe ab
eo beneficio adfici, prædicare, et, ſe
in Pharaonis poteſtate futuros, dice-
26 re. Quam rem Ioſephus in legem
vocauit, qua hodie etiamnum Aegy-
pti ſolum tenetur, vt quintas Pha-
raoni penſitet, præter vnas ſacerdo-
tum poſſeſſiones, quæ in Pharaonis
iure non ſunt.
27 Israelitæ autem habitarunt in
Goſſene Aegyptiorum terra, eam-
que poſſederunt, et magno ſtirpis
28 incremento aucti ſunt. Vixitque
Iacobus in Aegypto annos ſe-
ptemdecim: quumque centum qua-
draginta ſeptem ætatis comple-
29 uisſet annos, et iam ei ad morien-
dum dies propinquaret, Ioſephum
filium euocauit, et cum eo ſic locu-
tus eſt: ſi quam habes in me bene-
uolentiam, ſuppone meo femori
manum tuam, et mihi hanc veniam
et officium concede, vt me non in
Aegypto ſepelias: ſed quum ob- 30
dormiuero cum patribus meis, tu
me ex Aegypto in illorum monu-
mento humandum transferas. Cui
ille: faciam iſto modo, inquit. Et 31
pater: iura mihi. Atque ille iura-
uit, et Israel ſeſe ad pluteum vene-
rabundus acclinauit.

CAP. XLVIII.

Iacobi pro Ioſephi filiis precatio fauſta. Pro Manasſe natu grandiore fauſtitas minor.

HIs rebus ita peractis, Ioſepho 1
nuntiatur, patrem ægrotare.
Tum ille duos filios ſuos Ma-
nasſem et Ephraimum ſecum adhi-
bet: quæ res vbi Iacobo nuntiata 2
eſt, filium eius Ioſephum ad eum
venire, confirmauit ipſe ſe, et, in
lecto adſidens, Ioſephum ita eſt 3
adlocutus: Deus omnipotens mihi
Luzæ in Chananæa adparuit, et fe-
licitatem dedit, et incrementum,
amplificationemque, et populo- 4
rum multitudinis a me deductio-
nem promiſit, ſeque pollicitus eſt
illius terræ poſſeſſionem meæ po-
ſteritati daturum ſempiternam. Et 5
nunc duo filii tui, qui tibi in Aegy-
pto ante meum aduentum nati ſunt,
mei erunt: Ephraimus et Manasſes
perinde mihi erunt atque Ruben et
Simeon. quos autem poſt eos pro- 6
creaueris, tui erunt, et in tenenda
hereditate in ſuorum fratrum no-
mine cenſebuntur. Et mihi qui- 7
dem ex Meſopotamia venienti mor-
tua eſt Rachel in Chananæa, in iti-
nere, quum ab Ephrata vna itineris
manſione abesſem. Ibi eam ſepeliui
in via Ephratæ, id eſt, Bethlehemæ.
Deinde filios Ioſephi intuitus Isra- 8
el, dixit: qui ſunt iſti? Cui Ioſe- 9
phus: mei filii ſunt, quos Deus hic
mihi largitus eſt. Atque ille: ad-
plica eos mihi, inquit, vt eis bene
precer. (iam enim Israel, præ 10
ſenio cæcutientibus oculis, perſpi-
cere non poterat) quumque ille eos
propius admouisſet, Israel eos deoſ-
culatus atque complexus, ſic Io- 11

ſepho loquitur: viſurum me faciem
tuam numquam dixiſſem, cuius
etiam progeniem Deus mihi oſten-
12 dit. Hic Ioſephus eos de Israelis
genibus eduxit, et ad terram vul-
13 tum honorifice inclinauit. Dein-
de quum Ephraimum ad dextram
ſuam et ad Israelis ſiniſtram: Ma-
naſſem autem ad ſiniſtram ſuam et
ad Israelis dextram conſtituiſſet,
14 ambos ad illum adplicuit. Sed
Israel traductam dextram capiti E-
phraimi impoſuit, qui erat minor
natu: ſiniſtram autem capiti Ma-
naſſis, manus de induſtria ita com-
ponens, nam erat Manaſſes natu
15 grandior. Tum Ioſepho bene
precatus, hæc dixit: Deus, cuius ad
voluntatem vitam ſuam direxerunt
patres mei, Abrahamus et Iſaacus,
Deus, qui me, ex quo natus ſum, ad
16 hunc diem rexit, Angelus, qui me
ex omni malo eripuit, pueros bene
fortunet, fiatque in eis mei nominis
et meorum patrum Abrahami et
Iſaaci mentio, magnoque incremen-
17 to per terras augeantur. At Ioſe-
phus, vbi animaduertit, patrem
dextram capiti Ephraimi impoſuiſ-
ſe, offenſus ea re, patris manum
prehendit, vt eam ab Ephraimi ca-
18 pite ad Manaſſis traduceret. Non
ita, mi pater, (inquit) nam hic gran-
dior eſt, huius capiti dextram tuam
19 impone: Sed pater recuſauit: ſcio,
inquit, fili, ſcio: hic quoque erit
populi auctor, magnusque euadet:
eum tamen frater natu minor ma-
gnitudine ſuperabit, complebitque
20 eius propago gentes. Ita eis illo
die bene precatus eſt, et: per vos,
inquit, bene precentur Israelitæ, *
hoc modo: det tibi Deus fortunam
Ephraimi et Manaſſis, atque ita
Manaſſi præpoſuit Ephraimum.
21 Deinde Ioſephum adloquens Isra-
22 el: ego iam moriar, inquit. Sed
aderit vobis Deus, vosque in terram
23 veſtram patriam reducet: et ego
tibi poſſeſſionem vnam do ſupra
fratres tuos, quam ex Amorræis *b*
gladio et arcu meo comparaui.

CAP. XLIX.

Iacobi ad filios vaticinium, obitus.

DEinde, conuocatis filiis ſuis, ſic 1
effatur: congregamini, vt vo-
bis prænuntiem ea, quæ ſunt
olim vobis euentura. Conuenite 2
et attendite, filii Iacobi, et Israelem
patrem veſtrum audite:

Ruben, tu primogenitus me- 3
us es, meæ vires et meæ virili-
tatis initium: quanto dignior, tan-
to impotentior, fluidus vt aqua, 4
non excelles, * quia patris tui cu-
bile conſcendiſti, quo conſcen-
dendo meum lectum polluiſti.

Simeonis et Leuis fratrum gladii 5
tela ſunt crudelitatis: eorum no- 6
lim aut in fidem vita mea veniat, aut
in ſocietatem honos committatur, *
qui iracundia cædem fecerint, et li-
bidine murum ſubruerint. Dete- 7
ſtanda eſt eorum tam impotens ira
et tam effrenatus furor. Eos inter
Iacobeos diſtribuam, et inter Israe-
litas diſſipabo.

Iuda, te tui celebrabunt fra- 8
tres, manum in hoſtium ceruici-
bus habentem: te colent ex eo-
dem tecum patre nati. Tu leo- 9
nis catulus es, fili mi Iuda, quem a
præda recentem, humi cubantem,
ceu leonem aut leænam, quis exci-
tet? A Iuda ſceptrum non rece- 10
det, nec de eius interfeminio rector,
donec veniat ſoſpitator, cuius erit
populorum congregatio. Viti aſi- 11
num, palmæ aſinæ ſuæ pullum ad-
ligabit: veſtem ſuam vino, indu-
mentum ſanguine vuarum lauabit,
oculis vino rubentibus, dentibus 12
lacte candentibus.

Zabulon litus maris accolet, et 13
portus nauium: eius latus ad Si-
donem verget.

Iſſachar aſinus oſſeus, * cubans 14
inter ſarcinas, qui otii ſuauitate 15
et

b) vi et armis.

et regionis amœnitate perfecta,dor-
ſum ſubmittet ad portandum, et
tributi ſeruituti ſubiicietur.
16 Dan populum ſuum vlciſcetur *,
ſicut vna de tribubus Iſraelitarum.
17 Erit Dan ſerpens propter viam, co-
luber propter iter, qui admorſo e-
18 qui calce equitem retro excutit. Sa-
lutem a te exſpecto,Ioua.
19 Gadus a cuneo diſiicietur *, ſed
diſiiciet et ipſe tandem.
20 Aſer ciborum lautorum ferax,de-
licias dabit regias.
21 Nephthalis, laxatæ ceruæ ſimilis,
elegantia verba proferet.
22 Fecundus Ioſephus, * fecundus
ad fontem, puellis ſuper muros gra-
23 dientibus: quem, quum infeſtis
24 telis prouocasſent ſagittarii, eius
et arcus valentisſime perſtitit, et
manuum lacerti corroborati ſunt
a manibus numinis Iacobi, vn-
25 de paſtor lapis Iſraelis: a Deo
patris tui, qui tibi auxilium tu-
lit: ab omnipotente, qui te exu-
berabit vbertate cælorum ſuperne,
vbertate profundi iacentis infra,
vbertate vberum atque vuluarum.
26 Hæ tui patris vbertates,quæ montes
vbertatis, atque adeo ſempiterno-
rum collium voluptatem ſuperant,
in caput Ioſephi, in verticem ex-
cellentisſimi fratrum ſuorum exun-
dabunt.
27 Beniamin ceu lupus prædabi-
tur *: mane prædam vorabit, ad
veſperum ſpolia diuidet.
28 Hæ ſunt omnino Iſraelitarum
tribus, videlicet duodecim, at-
quæ hæc ſunt, quæ dixit eis pa-
ter eorum: et ſingulis, alii alio
29 genere, bene precatus eſt. Dein-
de ſic eis præcepit: ego iam ad
meos populares adgregabor: ſepe-
litote me cum patribus meis in
cauerna, quæ eſt in fundo Ephronis
30 Hettæi, quem duplicem fundum,
contra Mambrem in Chananæa ſi-
tum, emit Abrahamus ab Ephrone
31 Hettæo in vſum ſepulcri, Ibi ſe-
pultus fuit Abrahamus et eius vxor
Sara: ibi Iſaacus et eius vxor Re-
becca: ibidem ego Liam ſepeliui. 32
Eius fundi, et illius, quæ in eo eſt, 33
cauernæ posſesſio ab Hettæis venit.
Poſtquam Iacobus filiis præcipi- 34
endi finem fecit, pedibus in lectum
contractis exſpirauit, et ad ſuos
concesſit.

CAP. L.

Conditum Iacobi corpus, funus, luctus, in Chananæa ſepulcrum. Fratres per Ioſephum confirmati. Huius ætas, patrii monumenti ardor, et mors in Aegypto.

TVm Ioſephus in patris faciem 1
illapſus,et eum cum fletu oſcu-
latus, ſeruis ſuis, quos medi- 2
cos habebat, præcepit, vt eum con-
dirent. Ita condito a medicis Iſrae-
le, quadraginta in eo dies com- 3
pleti ſunt: nam id erat conditūræ
ſpatium. Eum Aegyptii quoque
ſeptuaginta dies defleuerunt: qui- 4
bus flendi diebus elapſis, Ioſephus
a Pharaonis familiaribus contendit,
vt, ſi qua ſe proſequantur beneuo-
lentia, (quoniam a patre ſuo iam 5
ad mortem propinquo iure iurando
obſtrictus esſet, ſe eum inhumatu-
rum in ſepulcro, quod ille ſibi in
eum vſum fodisſet in Chananæa)
pro ſe peterent a Pharaone, vt ſibi
liceret illo ire, et patri iuſta perſol-
uere, ſeſe deinde esſe rediturum.
Quumque Pharao permiſisſet, vt 6
proficiſceretur, patremque ſuum,
ſicut ille eum obteſtatus erat, ſepe-
liret, profectus eſt Ioſephus ad 7
funus paternum: cum quo profecti
ſunt etiam omnes ſerui Pharaonis,
domeſtici ſenatores, omneſque æ-
gyptii ſenatores, nec non cuncta 8
Ioſephi familia et fratres, paterna-
que familia,paruulis tantum et mi-
noribus maioribuſque pecoribus in
Goſſene relictis. Aderant et qua- 9
drigarii et equites,ita vt permagnus
esſet comitatus. Qui poſtquam ad 10
aream Atadi peruenerunt, quæ eſt
trans Iordanem, ibi multo maxi-
mum triſtisſimumque ploratum e-

diderunt, integrauitque patri Io-
ſephus luctum dierum ſeptem.
11 Hunc in area Atadi luctum viden-
tes incolæ Chananææ, dicebant, eum
luctum triſtem eſſe Aegyptiis: qua
ex re locus ab Aegyptiorum luctu
nomen habuit, qui locus eſt trans
12 Iordanem. Fecerunt igitur Iaco-
bo filii, ſicut eis erat ab eo præce-
13 ptum: eumque in Chananæam
delatum, ſepeliuerunt in cauerna
duplicis fundi, quem fundum Abra-
hamus in vſum ſepulcreti emerat
ab Ephrone Hettæo, poſitum e re-
14 gione Mambræ. Patre ſepulto,
rediit Ioſephus in Aegyptum, vna
cum fratribus ſuis, et omnibus, qui
cum eo ad patris funus iuerant.
15 Eius autem fratres quum viderent,
mortuum eſſe patrem, veriti, ne
ipſe eis infenſus, eos pro tanta ab
ipſis accepta iniuria vlciſceretur,
16 eum certiorem faciunt, patrem eius
præcepiſſe, antequam moreretur,
17 vt eum rogarent, vt fratribus ſuis,
a quibus eſſet violatus, peccatum
illud et ſcelus ignoſceret: nunc pe-
tere ſe, vt id ſibi facinus, eiuſdem
cum eo Dei patrii cultoribus, re-
mitteret. Ad quæ eorum verba fle-
18 uit Ioſephus. Et quum ipſi etiam
fratres veniſſent, et ſeſe ante eum
abieciſſent, ſeque ei in poteſtatem
obtuliſſent: nolite (inquit Ioſe- 19
phus) timere: quaſi vero ego ſim
idem quod Deus, qui quod vos in 20
me malo animo cogitaueratis, id
conuertit in bonum, vt (quemad-
modum res ipſa oſtendit) tot homi-
nes conſeruaret. Quare nolite ti- 21
mere: ego vos veſtraſque familias
alam. Hac Ioſephus humanitate
orationis eorum animos conſolatus
eſt.

Habitauit autem in Aegypto 22
ipſe et domus eius patria, vixitque
annos centum decem, viditque 23
etiam pronepotes Ephraimi, et Ma-
chiris quoque filii Manaſſis filios
natos gremio accepit.

Poſtremo fratres commonuit, ſe- 24
ſe iamiam eſſe moriturum: Deum
autem eis ſubuenturum, et ex ea
terra in terram, quam Abraha-
mo, Iſaaco et Iacobo iurauiſſet,
eos educturum. Itaque Iſraelitas 25
iure iurando obligauit, quum eis
ſubueniſſet Deus, illinc ſua oſſa
deportaturos eſſe. Mortuus eſt 26
Ioſephus annos natus decem ſu-
pra centum, conditusque, et in fe-
retro repoſitus in Aegypto.

EXODVS.

CAPVT I.

Iacobi prognati LXX. Poſt Ioſephum Iſraelitarum copia. Eorumdem in Aegypto calamitas. In mares Aegypti crudelitas. Obſtetricum commiſeratio, a Deo remuneratio.

1 IGITVR filiorum Iſraelis no-
mina, qui cum Iacobo in Aegy-
ptum cum ſingulis familiis ve-
2 nerunt, hæc ſunt: Ruben, Si-
3 meon, Leuis, Iudas, Iſſachar, Za-
4 bulon, Beniamin, Dan, Nephtha-
5 lis, Gadus et Aſer: fuitque omni-
um Iacobi femore procreatorum
numerus capitum ſeptuaginta, quo-
rum Ioſephus iam erat in Aegypto.
Mortuo Ioſepho, eiusque fratribus, 6
et toto illo genere, Iſraelitæ tan- 7
to numero et multitudine aucti,
propagati, corroborati ſunt, vt eis
regio illa compleretur.

Tum extitit rex nouus in Ae- 8
gypto, qui Ioſephum non noue-
rat. Is populo ſuo perſuaſit, vt 9
Iſraeliticum populum, a quo ipſi
et numero et viribus ſuperaren-
tur, circumuenirent, ne, ſi am- 10
plius creuiſſet, et bellum aliquod
ortum fuiſſet, hoſtibus ſeſe con-
iungeret, et ſibi ex ea terra exi-
tum bello quæreret. Ita impo- 11

ſiti ſunt populo israelitico quæſto-
res tributi, qui eum oneribus op-
primerent: coactusque eſt vrbes
ad armaria ædificare Pharaoni,
12 Pitomam et Rameſſem. Sed
quanto grauius premebatur, tanto
magis creſcebat, magisque propa-
13 gabatur. Quare Israelitarum per-
tæſi Aegyptii, cœperunt in eos ma-
iorem imperii aſperitatem adhibe-
14 re, et vitam eis acerbam reddere,
arenatum et lateres durius exigen-
do, et omne ruſticani operis genus
et ſeruitium aſperius cogendo.
15 Tum autem rex Aegypti Ebræa-
rum obſtetricibus (quarum vni
Siphra, alteri Phua nomen erat)
16 mandauit, vt, ebræis mulieribus
obſtetricando, in ipſo enixu, ſi
animaduerterent, mares esſe, neca-
rent: ſin feminas, conſeruarent.
17 Sed obſtetrices Deum veritæ, regi
dicto audientes non erant, pueros-
18 que conſeruabant. Quumque eas
euocasſet rex Aegypti, et ex eis quæ-
ſiuisſet, cur ita pueros conſerua-
19 rent? reſponderunt, multum dif-
ferre inter ebræas mulieres et æ-
gyptias: illas enim viuidas esſe, et,
antequam adſit obſtetrix, parere.
20 Itaque et Deus obſtetricibus bene-
fecit, et populus creſcebat, multum-
21 que inualeſcebat, atque ita fiebat,
vt eis Deus per illam obſtetricum
22 pietatem [c] familias pararet. Tum
imperauit Pharao omni ſuo popu-
lo, vt omnes Ebræorum mares na-
tos in flumen deiicerent, ac feminas
conſeruarent.

CAP. II.

Moſes in ciſtella, Regiæ natæ filius dictus, Aegyptii percuſſor, ad Madianitas profugus, ad puteum pro puellis. Raguelis in eum æquitas. Huic Sephora nupta. Ioua Ebræorum non immemor.

1 QVidam autem de familia leui-
tica vxorem item leuiticam
2 duxerat, quæ mulier, quum
filium ex eo peperisſet, et elegantem
esſe videret, occultum habuit tres
menſes. Sed quum amplius occul- 3
tare non posſet, ſumit ciſtam iunce-
am, quam bitumine et pice oblinit,
et poſitum in ea puerum in papyro,
ad ripam fluminis exponit, ad- 4
ſtante procul pueri ſorore, vt ex-
ploraret, quid eo fieret. Tum 5
Pharaonis filia, quæ in fluuium ad
lauandum deſcenderat, pedisſequis
eius ſecundum flumen ambulanti-
bus, conſpicata ciſtam inter papy-
rum, mittit ancillam, quæ eam petat.
Aperta ciſta, videt infantem vagien- 6
tem: eiusque miſerta, dicit eum ex
pueris Ebræorum esſe. Ac quæ- 7
renti pueri ſorori, velletne, vt ei
arcesſeret mulierem nutricem de
Ebræis, quæ ei puerum nutriret?
permiſit. Igitur puella matrem 8
pueri euocauit, cui illa puerum 9
ſibi educandum et enutriendum
tradidit, pollicita mercedem. Mu-
lier puerum accepit, eumque nu-
triuit: iamque factum grandius- 10
culum, ad filiam Pharaonis adduxit,
quæ eum habuit pro filio, et Moſem
nominauit, quod eum extraxisſet
ex aqua.
Quodam autem tempore Mo- 11
ſes, vt ex pueris excesſit, agnatos
ſuos inuiſerat: eorumque cognitis
oneribus, quum vidisſet Aegyptium
quemdam, qui Ebræum vnum de
agnatis ſuis cædebat, huc illuc- 12
que circumſpexit, et quum, nemi-
nem adesſe, videret, Aegyptium oc-
cidit, et arena obruit. Altero die 13
egresſus, videt duos Ebræos inter
ſe contendentes, et ex eo, qui alteri
faciebat iniuriam, quærit, cur alte-
rum cædat? At ille: quis te nobis 14
principem, inquit, et iudicem con-
ſtituit? an iſtud dicis, quo me inter-
ficias, quemadmodum interfeciſti
Aegyptium? Hic Moſes territus, 15
vbi, rem cognitam esſe, intellexit,
quum Pharao, audita re, eum ad ſup-
plicium quæreret, ſibi fuga conſu-
luit, et in Madianitis conſedit.

 Ibi,

c) progeniem.

16 Ibi, eo ad puteum ſedente, filiæ
pontificis Madianitarum, quas ille
ſeptem habebat, eo venerunt, et hau-
ſta aqua alueos impleuerunt, vt pa-
17 ternum pecus adaquarent. Quas
quum venientes paſtores depelle-
rent, ſurrexit Moſes, et eas tutatus,
18 earum pecus adaquauit. Tum il-
læ Raguelem patrem ſuum adeunt,
et quærenti, qua ratione eo die tam
19 cito venerint? reſpondent, ſe ab
Aegytio quodam ab iniuria paſto-
rum esſe defenſas, qui etiam ipſis
aquam hauſerit, et pecus adaqua-
20 uerit. Ille quærit ex filiabus, vbi
ſit? cur hominem reliquerint? iu-
betque, vt eum arcesſant, quo cibum
21 capiat. Cum illo homine Moſi
habitare placuit, eique ille Sepho-
22 ram filiam ſuam elocauit: ex qua
filium ſuſtulit, quem Gerſomum
adpellauit, quia peregrinus esſet in
terra extranea. *G.* Item alterum,
quem Eliezerem nominauit, quod
Deus patrius ei ſubuenisſet, eum-
que a Pharaonis iniuria liberas-
23 ſet. *H.* Per id longi temporis ſpa-
tium Aegypti rege mortuo, Israeli-
tæ ſub ſeruiture gementes conque-
rebantur. Horum querimoniæ,
quas ſeruitus exprimebat, ad Deum
24 peruenerunt, et Deus eorum ſu-
ſpiria exaudiuit: recordatusque
fœderis, quod ei cum Abrahamo,
25 Iſaaco et Iacobo intercedebat, re-
ſpexit Israelitas, eorumque ratio-
nem habuit.

CAP. III.*

Ad Moſem paſtorem Angelus. Rubus ardens. Hos inter colloquium. Paſtoris ſubmisſio. Ei pro Ebræis mandata a Deo.

1 QVum enim Moſes paſceret
pecus Iethronis ſoceri ſui, ſa-
cerdotis Madianitæ, eoque
pecore poſt ſaltum ducto, venisſet
in diuinum montem Horebum,
2 adparuit ei Iouæ Angelus in flam-
ma ignis de medio rubo: quem
rubum igne ardere Moſes, neque
3 tamen conſumi, videns, tentabat
accedere, et tantum oſtentum vide-
re, quanam ratione non exureretur
rubus. Sed vbi vidit Ioua, eum ad 4
ſpectandum accedere, clamauit ad
eum Deus de medio rubo: Moſes,
Moſes. Quid eſt? inquit ille. Ne 5
huc adpropinqua, inquit: detrahe
tibi calceos de pedibus. nam lo-
cus, in quo tu adſtas, ſacra terra eſt.
Ego ſum Deus tui patris, (inquit) 6
Deus Abrahami, Deus Iſaaci, Deus
Iacobi. Hic quum Moſes faciem
ſuam abscondisſet, Deum adſpicere
reformidans, Ioua ſic loquitur: 7
quum viderem calamitatem populi
mei, qui eſt in Aegyto, querelam-
que audirem, quam exprimunt ex-
actores, et eius labores cognoſce-
rem, deſcendi ad eum eripien- 8
dum Aegyptiis, et deducendum ex
ea terra in terram bonam et am-
plam, in terram lacte et melle ad-
fluentem: in locum Chananæorum,
Hettæorum, Amorræorum, Phere-
zæorum, Heuæorum et Iebuſæo-
rum. Quare hac Israelitarum 9
imploratione accepta, perſpectaque
violentia, qua ab Aegyptiis vrgen-
tur, ſtatui, te ad Pharaonem mit- 10
tere, qui Israelitas meos ex Aegy-
pto educas.
At Moſes: nam quis ego ſum, 11
inquit, Deum adloquens, vt Pha-
raonem adeam, vtque Israelitas
ex Aegypto educam? Et ille: at 12
adero ego tibi: atque hoc erit
ſigni, a me te esſe misſum, quod,
poſteaquam populum ex Aegypto
eduxeris, Deum hoc ipſo in monte
coletis. Hic Moſes: eſto, inquit 13
Deo, venero ad Israelitas, dixero,
me ab eorum Deo patrio ad eos
mitti: quærent, quod ſit eius no-
men? hic ego quid illis reſponde-
am? Cui Deus: ERO QVI ERO, 14
inquit. Dices Israelitis, ERO mit-
tit me ad vos. Sic dices Israeli- 15
tis, inquit porro Moſi Deus, te a
Ioua Deo patrum ipſorum, Deo
Abrahami, Deo Iſaaci, Deo Ia-
cobi ad eos mitti. Hoc meum no-
men

men ſempiternum, hoc mei in
omnem æternitatem monumen-
16 tum eſt. I modo, conuocatiſque
Iſraelitarum ſenatoribus, dicito,
Iouam Deum eorum patrium adpa-
ruiſſe tibi, Deum Abrahami, Iſaaci
et Iacobi: et demonſtrauiſſe, ſeſe
de eis, et eorum conditione, quam
17 in Aegypto perpetiantur, velle
cognoſcere, eoſque ex ægyptiis mi-
ſeriis educere in terram Chananæ-
orum, Hettæorum, Amorræorum,
Pherezæorum, Heuæorum et Ie-
buſæorum, terram lacte melleque
18 circumfluentem. Poſtquam hoc
illis perſuaſeris, conuenietis regem
Aegypti, tu vna cum ſenatoribus
Iſraelitis, et ab eo petetis nomine
Dei Ebræorum, in quem incideri-
tis, vt vos ſinat tridui iter per de-
ſerta progredi, et Iouæ Deo veſtro
19 ſacrificare. Scio ego, non permiſſu-
rum Aegypti regem, vt abeatis, niſi
20 vi coactum. Itaque vim adhibe-
bo, Aegyptioſque tot inter eos edi-
tis portentis percutiam, vt tandem
21 vos dimittat. Ac ne, dum diſcedetis,
inanes diſcedatis, ponam populum
iſtum in gratiam cum Aegyptiis,
22 vt mulieres a ſuis vicinis et contu-
bernalibus mulieribus exorent vaſa
aurea et argentea, atque veſtem,
quæ vos liberis veſtris imponetis,
Aegyptumque compilabitis.

CAP. IIII.

Virgæ auctoritas, miracula, manus, aquæ in cruorem. Moſis infantia. Iouæ potentia. Collega fratris Aharon. Regis a Deo pertinacia. Ioua Moſen ad necem petens. Coniux pro marito fortis. Horum filii circumciſio. Sanguinarius Moſes a coniuge dictus. Aharon fratri obuius. Is ad Iſraelitas. Oſtentorum fides.

1 TVm Moſes: quid ſi meæ ora-
tioni fidem non habuerint,ne-
gauerintque,mihi adparauiſſe
2 Iouam? Et Ioua: quid habes in
3 manu? Virgam, inquit. Abiice
eam ad terram. Quumque abie-
ciſſet, mutata eſt in ſerpentem:
4 quem fugienti Moſi, Deus inquit:
prehende manu caudam eius. quod
quum feciſſet, facta virga eſt in eius
manu. Vt credant, (inquit Deus) 5
Iouam tibi Deum patrum eorum
Abrahami,Iſaaci,Iacobi adparuiſſe:
age iterum, immitte manum in ſi- 6
num tuum, quod vbi fecit, eamque
eduxit, erat leproſa, et niui ſimilis.
Iterumque Dei iuſſu relata in ſi- 7
num, et educta,erat reliquo corpori
ſimilis reddita. Quod ſi primo 8
portento non adducerentur, vt tibi
fidem habeant, at adducentur alte-
ro. Sin ne duobus quidem iſtis 9
prodigiis fuerit eis perſuaſum, ſu-
mes aquam de flumine, quam effun-
des in terram, et ea humi vertetur
in ſanguinem. Et Moſes: at di- 10
ſertus neque antea fui, Domine,in-
quit, neque nunc ſum, poſtquam tu
mecum locutus es: nam oris et lin-
guæ tarditate laboro. Cui Ioua: 11
ecquis dedit os homini? inquit, aut
quis facit mutum aut ſurdum? quis
perſpicacem aut cæcum? an non is
ego Ioua ſum? I modo: ego tuo 12
ori moderabor, tibique ſuggeram,
quid ſis dicturus. At ille: quæſo 13
te,Domine,mitte idoneum aliquem.
Tum Ioua Moſi iratus: habes, in- 14
quit, fratrem Aharonem Leuitam,
quem ego hominem ſcio eſſe dicen-
di peritum: qui tibi etiam proceſ-
ſurus eſt obuiam, teque libenti ani-
mo viſurus. Cum eo tu colloque- 15
ris, eumque verbis inſtrues: ego
vero et tuæ et eius orationi mode-
rabor, et, quid vos facere oporteat,
docebo. Ipſe ad populum pro te 16
verba faciet, tibique erit pro ore,
tu ei pro deo. Virgam quoque 17
iſtam manu feres, qua portenta fa-
cias.

Tum Moſes inde digreſſus, ad 18
Iethronem ſocerum ſuum reuer-
ſus eſt, et ab eo petiuit, vt ſibi ad
conſanguineos ſuos, qui eſſent in
Aegypto, redire liceret, et prouiſe-
re, vtrum adhuc viuerent: quem
Iethro cum bona pace dimiſit.
Moſes igitur a Ioua in Madiania 19
admo-

admonitus, vt Aegyptum repeteret,
(mortuos enim esſe omnes illos, qui
20 eius vitam petebant) vxorem ſu-
am adhibet, et filios, eisque in aſi-
num illatis, in Aegyptum redire
contendit, diuinam illam virgam
21 ſecum ferens, et a Ioua huius-
modi verbis admonitus: quum re-
dieris in Aegyptum, videto, vt
omnia ostenta, quæ tibi ego in ma-
nu poſui, apud Pharaonem edas:
ego eius animum obfirmabo, vt
22 populum non dimittat. Tu vero
hoc ei a me Ioua referes, filium
meum primogenitum esſe Iſraelem:
23 itaque me ei iubere, vt filium me-
um dimittat, ad me colendum, quem
ſi dimittere recuſet, dices, me eius
filium primogenitum esſe occiſu-
rum.
24 In itinere autem in diuerſo-
rio Ioua eum petebat ad necem*:
25 ſed corripuit Sephora ſilicem, et
filii ſui præputium circumcidit:
eoque præputio illius pedibus ad-
moto, inquit: at tu mihi maritus es
26 ſanguinarius. Tum Deus ab illo
petendo deſtitit. Maritum autem
illa ſanguinarium dixit, propter
circumciſionem.
27 Aharon autem Iouæ monitu,
Moſi obuiam processit in deſerta, et
ei in monte diuino occurrit, eum-
28 que deosculatus eſt. Quumque Mo-
ſes illi omnia Iouæ mandata, a quo
mittebatur, omniaque portenta,
29 quæ edere iusſus, expoſuisſet, iue-
runt ambo: congregatisque omni-
30 bus ſenatoribus Iſraelitis, propo-
ſuit Aharon omnia, quæ Moſi Ioua
dixerat, et Moſes ostenta in oculis
31 populi fecit, quæ res illis fidem fe-
cit, Deum Iſraelitis auxiliatum ve-
nire, eorumque miſerias reſpexisſe,
itaque honorem vultu demisſo præ-
buerunt.

CAP. V.

Ad regem fratres. Huius feritas. Ebræo-rum angor. Ad Iouam Moſes.

POſtea adeunt Moſes et Aharon 1
Pharaonem, et cum eo ſic agunt:
iubet Ioua Iſraelitarum Deus,
vt populum ſuum dimittas, vt ei
feſtum agat in deſertis. Quibus 2
Pharao: quis eſt iſte Ioua, inquit,
ad cuius ego iusſum Iſraelitas di-
mittam? Ego vero neque Iouam
noui, neque Iſraelitas dimittam.
Atque illi: occurrit nobis Deus 3
Ebræorum, (inquiunt) cuius no-
mine petimus a te, vt liceat nobis
trium dierum iter facere in deſerta,
et Iouæ Deo noſtro ſacrificare, ne
nos peſte belloue petat. Quibus 4
rex: quare, Moſes et Aharon, po-
pulum a ſuo opere auocatis? Ite
ipſi ad munus veſtrum, qui mihi 5
tam multos, inquit, incolas a ſuis
negotiis abstrahitis. Præcepitque 6
Pharao, eo ipſo die magiſtratibus
et exactoribus populi, ne deinceps
paleam populo ad conficiendos
lateres, ſicut antea, ſuppeditarent,
ſed ipſos eam ſibi collectum ire iu- 7
berent: et tamen eandem ſum- 8
mam laterum, quam præſtare erant
ſoliti, ab eis exigerent, neque de eo
quidquam deonerarent: esſe enim
otioſos, eoque misſionem ad ſacri-
ficium Deo ſuo faciendum flagitare.
Quapropter opus adgrauandum 9
hominibus esſe, vt in eo occupati,
minus in verborum vanitatem in-
tenderent. Igitur magiſtratus et 10
præfecti homines adeunt, demon-
ſtrant Pharaonem eis paleæ ſuppe-
ditationem denegare: irent ipſi 11
et paleam ſibi peterent, vndecum-
que nanciſci posſent: ſeſe tamen de
eorum penſo nihil esſe diminutu-
ros.
Tum populus per vniuerſam 12
Aegyptum diſperſus eſt ad ſtipulas
pro palea colligendas: vrgentibus 13
inſuper magiſtratibus, vt ſuum o-
pus ſingulis diebus abſoluerent,
non minus quam quum paleæ copia
fieret. Ipſi quoque Iſraelitarum 14
præfecti a Pharaonis magiſtratibus
conſtituti, verberabantur, quod per
eos

eos dies ſolitam operis lateritii
15 ſummam non præſtarent. Quare
Pharaonem adeunt, et cum eo de
16 iniuria expoſtulant: ſibi neque
paleam miniſtrari,et tamen laterum
17 confectionem exigi: ita illius ſer-
uos et populum verberari, et in-
18 digne multari. Quibus Pharao:
eſtis, eſtis, inquit, otioſi, propterea
ad Iouæ ſacrificium ire poſtulatis.
19 Quamobrem ite ad operandum:
neque vero palea vobis ſuggeretur,
et tamen laterum numerum præ-
20 ſtabitis. Ita Iſraelitarum præfecti
vultu triſti Iſraelitis renuntiaue-
runt, nihil eis de laterum opere
quotidiano detrahi. Atque a Pha-
21 raone digresſi, quum Moſi et A-
haroni aduerſis occurrisſent, ita
22 cum eis expoſtulant: Iouam vin-
dicem conteſtamur, nos a vobis in
odium Pharaonis et ſuorum esſe
vocatos: vosque eis gladium, quo
nos conficeremur,tradidisſe.
23 Tum Moſes ad Iouam regresſus,
ita cum eo loquitur: Domine, cur
populum hunc malo adficis? Cur me
24 tandem miſiſti? qui,ex quo Pharao-
nem tuo nomine conueni, eum ille
peius tractat,neque tu tuos liberas.
25 Cui Ioua: iam videbis, inquit, vt
ego Pharaonem accipiam, vt vi coa-
ctus eos non ſolum dimittat, verum
etiam ſuis finibus expellat.

CAP. VI.

Ad adflictos Iouæ mandata, ad regem. Iſraeliticæ familiæ.

1 EGo ſum idem Ioua, inquit,
2 qui Abrahamo, qui Iſaaco, qui
Iacobo, vt Deus omnipotens,
3 adparui, quibus tamen nomen
4 meum Iouam non declaraui. Illis
interpoſito fœdere promiſi Chana-
næam, qua in terra peregrini com-
5 morabantur, cuius modo fœde-
ris, auditis Iſraelitarum de ægy-
ptiaca ſeruitute querimoniis, re-
6 cordatus ſum. Quapropter hæc a
me Iſraelitis renuntiato, me Iouam
eos et Aegyptiorum oneribus esſe
ſubducturum, et ſeruitute libera-
turum, exſertoque brachio et in-
gentibus exemplis asſerturum: mi-
hique populum adſciturum, et eis 7
Deum futurum, vt intelligant, me
Iouam ſuum esſe Deum, qui eos
oneribus ægyptiis leuauerim, du- 8
cturum etiam eos in terram, quam
Abrahamo, Iſaaco et Iacobo me da-
turum esſe,[d] promiſerim, eiusque
terræ posſesſionem eis esſe traditu-
rum. Hæc ego Ioua.
Hæc Moſes ad Iſraelitas ad eum 9
modum detulit: ſed illi in tanto an-
gore animi et duritate ſeruitutis
Moſem non audiuerunt. Tum Ioua 10
Moſi mandauit,vt PharaonemAegy- 11
pti regem adiret, ab eoque peteret,
vtIſraelitas a ſuis finibus dimitteret.
Cui Moſes: ipſi me Iſraelitæ non 12
audiunt, inquit, ne dum vt audiat
Pharao, hominem præſertim ſer-
monis impediti.
Iſraelitarum autem (ad quos Io- 13
ua et ad Pharaonem Moſi et Aha-
roni præcepta de eis ex Aegypto
educendis dedit) familiarum ca-
pita ſic ſe habent: Rubenis pri- 14
mogeniti Iſraelis filii fuerunt, He-
nochus, Phalus, Heſron et Char-
mis: hinc rubeniæ cognationes.
Simeonis autem, Iamuel, Iamin, 15
Ohadus, Iachin, Sochar, et ex
Chananæa generatus Saulus, a qui-
bus ductæ ſunt ſimeoniæ cognatio-
nes. Leuis filios habuit totidem 16
ſtirpium autores, Gerſonem, Caha-
thum et Merarim, vixitque annos
centum triginta ſeptem. Gerſon 17
habuit Lebnim et Simeim, aucto-
res cognationum. Cahathus Am- 18
ramum, Iſaarem, Hebronem et O-
zielem, vixitque Cahathus annos
centum triginta tres. Meraris 19
Moholim et Muſim. Ex his leui-
tici generis cognationes natæ ſunt.
Habuit autem Amramus Iacobedam 20
amitam ſuam in matrimonio, ex
qua ſuſtulit Aharonem et Moſem
G. L.

d) Hebraice, manum ſuſtulerim.

G. L. et Mariam eorum ſororem,
H. vixitque Amramus annos cen-
21 tum triginta ſeptem. Iſaaris filii
fuere Cora, Nephegus et Zechris.
22 Ozielis autem, Miſael, Elſaphan et
23 Setheris. Aharon vxorem habuit
Eliſebam, Amminadabi filiam, Na-
haſonis ſororem: ex qua procreauit
Nadabum, Abium, Eleazarum et
24 Ithamarum. Coræ filii fuerunt
Aſſir, Elcana et Abiaſaphus, a quibus
originem trahunt Coranæ cogna-
25 tiones. Eleazarus autem Aharo-
nis filius ex vna filiarum Phutielis,
quam in matrimonio habebat, ſuſ-
tulit Phineem.
26 Et hæc quidem de leuiticarum
familiarum capitibus atque aucto-
ribus, ex quibus Aharon et Moſes
27 orti ſunt, ii, quibus mandatum
a Ioua eſt, vt Iſraelitas cum ſuis co-
28 piis ex Aegypto educerent. Hi
Moſes et Aharon cum Pharaone
Aegypti rege, de Iſraelitis ex Aegy-
pto deportandis locuti ſunt.

CAP. VII.

Regi Deus Moſes a Ioua. Aharon vates, ad regem interpres. Obſtinatiô Aegypti a Ioua. Virga magi, horum virga vorata. Regis obfirmatio. In ſanguinem aquæ, idem a magis. Rex obſtinatior.

1 AC quo die Ioua Moſi in Aegy-
pto mandata dedit, quæ ad Pha-
raonem Iouæ nomine deferret
omnia, tum, quum ei Moſes reſpon-
dit, ſibi, qui lingua hæſitaret, Phara-
onem non eſſe obtemperaturum,
2 Ioua ſic cum eo locutus eſt: en
ego te Pharaoni deum efficio, Aha-
3 ron tibi frater tuus vates erit. Tu
ei omnia tibi a me præcepta elo-
queris, ipſe ea ad Pharaonem defe-
ret, vt Iſraelitas de ſuis finibus emit-
tat. Atque ego Pharaonis animum
4 indurabo: multaque in Aegypto
oſtenta et miracula edam. Ac, ne ſic
quidem obtemperante vobis Phara-
one, adferam manum Aegypto, me-
asque ex Aegypto copias, id eſt,
meos Iſraelitas, per magna exempla
extraham, vt ſciant, me Iouam 5
eſſe Aegyptii, quum eis manum at-
tulero, et Iſraelitas de medio eorum
eduxero.
Tum Moſes et Aharon Iouæ 6
præcepta exſecuti ſunt: annum 7
ætatis agentes, Moſes octogeſi-
mum, Aharon octogeſimum ter-
tium, tum, quum Pharaonem
conuenerunt. Erat autem eis a 8
Ioua mandatum, vt, ſi popoſciſſet
Pharao miraculum, Aharon Moſis
iuſſu virgam ſuam ante illum abii-
ceret, quæ draco fieret. Igitur 9
Pharaonem adiuerunt Moſes et A-
haron, Iouæque præceptum exſe-
cuti ſunt, virgamque ſuam proiecit
Aharon ante Pharaonem et Pharao-
nios, quæ mutata eſt in draconem.
Tum Pharao ſapientes etiam et 10
præſtigiatores euocauit, qui ægyptii
magi ſuis carminibus idem etiam
fecerunt, abiectæque a ſingulis 11
virgæ, in totidem dracones euaſe-
runt: quas illorum virgas Aharo- 12
nis virga deuorauit. Hic Pharao 13
obfirmato animo eis non paruit,
ſicut Ioua prædixerat.
Tum Ioua Moſem adloquitur: 14
Pharao obſtinato animo populum
non dimittere perſeuerat: conueni- 15
to eum mane, eique ad ripam flumi-
nis occurrens, (nam exibit ad aquas)
et virgam, quæ in ſerpentem mutata
eſt, manu ferens, dicito, te a Ioua 16
Deo Ebræorum ad ipſum mitti,
qui Ioua iubeat ſuum ſibi populum
ad ſe in deſertis colendum ab illo
emitti. Quod ſi ne ſic quidem 17
parebit, hoc ei a me renuntiabis,
eum intellecturum, quid ſit Ioua:
quod, quum tu virga, quam in manu
habebis, fluminis aquam percuſſe-
ris, vertetur in ſanguinem, vt 18
enectis piſcibus, flumen ita puteat,
vt ex eo aquam bibere ne quidquam
velint Aegyptii. Tu vero Aharo- 19
ni præcipito, inquit, vt ſuam virgam
capiat, manumque ad aquas ægypti-
as, ad amnes, ad flumina, ad ſtagna,
ad omnem denique aquæ multitu-

dinem

dinem intendat, vt fiat ſanguis, qui
per vniuerſam Aegyptum etiam in
20 ligneis ſit et ſaxeis vaſis. Hæc
Iouæ iuſſa quum Moſes et Aharon
fecisſent, quumque ille ſublata vir-
ga aquam fluminis ante oculos Pha-
raonis eiusque adſeclarum percus-
ſisſet, mutata eſt omnis aqua flumi-
21 nis in ſanguinem: mortuisque
fluminis piſcibus tantus exſtitit fœ-
tor fluminis, vt Aegyptii de eius
aqua bibere non posſent, totaque
Aegyptus ſanguine redundauit.
22 Quod quum idem magi ægyptii
ſuis carminibus effecisſent, Pharao
obdurato animo non paruit, ſicut
23 ante Ioua dixerat: ſed domum
ſuam repetiit, neque ei etiam rei
24 animum adiecit. Aegyptii autem
omnes vndique circum flumen a-
quam ad potionem effoderunt,
quod de flumine bibere non po-
terant.

CAP. VIII.

Moſes ad regem. Ranæ, eædem a magis. Rex perfidus. Non a magis pedes. Eorum dictum, quod a Ioua ſint ærumnæ. Inſecta. His fugatis regis obſtinatio.

1 PRæteritis ſeptem diebus poſt
ictum a Ioua flumen, Moſes ite-
rum Pharaonem de populo ad
Iouæ cultum emittendo, ipſius Io-
2 uæ iuſſu conuenit. Recuſanti mi-
natus eſt, Iouam omnes eius fines
3 petiturum esſe ranis: quarum
tanta copia flumen ſcateret, vt in e-
ius et ſuorum et populi domos, cu-
biculorum penetralia, cubilia, fur-
4 nos, mactras penetrarent, ipſum-
que et populum, et omnes illi ſub-
5 ditos peruaderent. Iusſitque Aha-
roni, eodem Iouæ mandato, vt ma-
nu virgam protenderet in fluuios,
flumina, lacus, quo naſcerentur in
6 Aegypti ſolo ranæ: quo facto, tot
exſtitere ranæ, vt eis Aegypti ſolum
7 coopertum ſit. Quod idem car-
minibus imitati magi, ranas in Ae-
gypti terram exciuerunt.
8 Tum Pharao Moſem et Aharo-
nem euocat, hortaturque, vt Iouam
pro depellendis a ſe ſuoque populo
ranis deprecentur: ſeſe illi populum
ad ſacra Iouæ facienda dimisſurum.
Cui Moſes: defini mihi tempus, 9
inquit, quando pro te tuisque et
populo precer, vt a te tuisque do-
mibus ranæ propulſentur, ac tan-
tum in flumine relinquantur. In 10
craſtinum, inquit. Et Moſes: iſto
modo fiet, vt intelligas, Iouam De-
um noſtrum incomparabilem esſe.
Facesſent a te tuisque domibus et 11
adſeclis et populo ranæ, ſic, vt re-
ſtent tantum in flumine. Ita Moſe 12
et Aharone a Pharaone digresſis,
Moſes Iouam exorauit de ranis,
quas ille Pharaoni immiſerat. Ita- 13
que illæ domeſticatim, pagatim et
per agros mortuæ ſunt, et in cumu- 14
los coaceruatæ, ita, vt fœteret regio.
At Pharao vbi vidit, datam esſe 15
reſpirationem, animum obfirma-
uit, nec illis morem gesſit, ſicut
erat a Ioua prædictum. Tum A- 16
haron iubente Moſe, cui porro
mandatum erat a Ioua, virgam 17
manu prehendit, eaque porrecta
terræ puluerem percusſit, qua per-
cusſione omnis totius ægyptiæ ter-
ræ puluis in pediculos conuerſus
eſt, quibus tum bipedes, tum qua-
drupedes ſcatuerunt. Hanc pedi- 18
culorum effectionem magi quum
ſuis carminibus imitari fruſtra ten-
tauisſent, pediculis tum homines
tum beſtias infeſtantibus, apud 19
Pharaonem confesſi ſunt, digitum
esſe Dei *: ſed ille occalluit animo,
neque illis auſcultauit, ſicut fore
Ioua prædixerat.

Mane Moſes vbi primum ſurre- 20
xit, Iouæ iusſu Pharaoni ad aquas,
ſicut Ioua prædixerat, egresſo præ-
ſto fuit, eique Iouæ mandatum ex-
poſuit, vt illius populum ad illum
colendum dimitteret. Quod ſi non 21
dimitteret, propoſuit Iouam in eum,
et in eius adſeclas, et populum, et do-
mos, immisſurum inſecta, quibus et
domus Aegyptiorum et terra ipſa,
quam

22 quam incolerent,repleretur. Ac tum
Goſſenem (qua in terra Iouæ popu-
lus maneret) excepturum, et ab in-
ſectis immunem eſſe facturum: vt
intelligeret Pharao, quantus in ter-
23 ris eſſet Ioua, qui tantum diſcri-
men inter ſuum et illius populum
poſuiſſet. Id autem portentum fore
24 poſtridie. Atque ita fecit Ioua,
eſtque tanta inſectorum vis immiſ-
ſa domui Pharaonis, et Pharaonio-
rum, totique Aegypto, vt ab eis re-
gio deuaſtaretur.
25 Itaque euocauit Pharao Moſem
et Aharonem, eisque permiſit, vt
Deo ſuo irent ſacrificatum, ſed iis
26 in finibus. Cui Moſes reſpondit, id
commode fieri non poſſe, ea enim
ſacra Iouæ Deo ſuo facturos, quæ de-
teſtarentur Aegyptii: quæ ſi in eo-
rum præſentia facerent, non poſſe,
27 quin ab illis lapidarentur. Sed tri-
dui iter in ſolitudinem progreſſos
Iouæ Deo ſuo ſacrificaturos eſſe, vt
28 eis Ioua mandaturus eſſet. Et Pha-
rao: ego vos dimittam, inquit, vt
Iouæ Deo veſtro ſacrificetis in de-
ſertis, ſed ea lege, ne longius proce-
29 datis: precamini pro me. Cui
Moſes: et ego a te digreſſus Iouam
exorabo, vt cras a te tuisque ſtipa-
toribus et populo inſecta abigat:
verum ne tu nos amplius fruſtra
habeas, populum ad ſacrificium Io-
uæ faciendum ire non permitten-
30 do. Indeque digreſſus, precibus a
31 Ioua obtinuit, vt inſecta ab illis
abigeret, ne vno quidem relicto.
Sed Pharao tum quoque populum
pertinaci animo retinuit.

CAP. IX.

Pecoris interitus. Ex fauilla puſtulæ, grando. A tempeſtate rex perfidus.

1 ITaque Moſes, iubente Ioua, eum
Iouæ Dei Ebræorum nomine ad-
monitum iuit, vt illius populum
ad illum colendum emitteret.
2 Quod ſi de emittendo recuſaret, at-
3 que eos adhuc detineret, ſciret,
Iouam eius pecori, quod in agris
haberet, videlicet equis, aſinis, ca-
melis, bubus, ouibus caprisque per-
nicioſiſſimam luem eſſe importatu-
rum, tanto inter iſraeliticum et 4
ægyptium pecus diſcrimine, vt ni-
hil prorſus eſſet de iſraelitico peri-
turum. Et quidem ad eam rem 5
tempus a Ioua conſtitui poſterum
diem. Idque poſtridie Ioua fecit, 6
vt mortuo omnis generis pecore *
ægyptio, de iſraelitico ne vnum
quidem interiret. Quod quum 7
Pharao, miſſis eo nuntiis, comperiſ-
ſet, iſraelitici pecoris ne vnum qui-
dem interiſſe, obſtinato tamen ani-
mo populum non dimiſit.
Tum Ioua Moſi et Aharoni iuſ- 8
ſit, vt fauillam de calcaria plenis vo-
lis ſumerent, quam Moſes in aerem
præſente Pharaone ſpargeret: quæ 9
in puluerem per vniuerſam Aegy-
ptum mutata, tam homines quam
beſtias puſtulis exulceraret. Id 10
quum feciſſent, tum hominum tum
pecudum corpora puſtularum vlce-
ribus conſperſa ſunt, eo vsque, vt ne 11
magi quidem præ vlceribus, qui-
bus non minus, quam omnes Aegy-
ptii, adficiebantur, ante Moſem poſ-
ſent conſiſtere. Sed obſtinauit 12
Ioua animum Pharaonis, vt, quem-
admodum Moſi prædixerat, non
obtemperaret illis.
Tum Ioua: ſurgito cras mane 13
(inquit Moſi) Pharaoni præſto
futurus, eique ita dicturus: hæc
tibi Ioua Deus Ebræorum dicit:
dimitte populum meum, vt mihi
ſeruiat. Alioquin nunc denique 14
omnes meos impetus in tuum
cor, inque tuos adſeclas et popu-
lum conſumam, vt intelligas, nul-
lum eſſe mihi in omni orbe ter-
rarum parem. Et quidem iam te 15
tuosque peſte ictos mea manu ex
orbe terrarum ſuſtuliſſem, niſi te 16
ad meam potentiam declarandam,
meumque nomen in vniuerſo ter-
rarum orbe prædicandum, nomi-
natim deſtinaſſem. Quod ſi et- 17
iamnum populum meum impedis,
neque

18 neque amittis, ſic habeto, me cras
tantam eſſe vim grandinis plutu-
rum, quanta adhuc in Aegypto poſt
19 eam conditam nulla fuit. Quam-
obrem mitte, qui cogant pecus tu-
um et omnia, quæ ſub dio habes.
Nam omnes et homines et pecora,
quæ tum ſub dio deprehenſa te-
ctum non ſubierint, grandine op-
20 preſſa interibunt. Hæc Moſes. Ac, ſi
qui ex Pharaoniis Iouæ minas timu-
erunt, ſeruitia pecoraque ſua in do-
21 mos compulerunt. Qui autem ne-
glexerunt, ea in agris reliquerunt.
22 Tum Moſem iusſit Ioua manum in
cælum tendere, vt tota in Aegypto
in homines, in pecora, in herbas
23 omnes grandinaret. Atque, vbi
ille virgam in cælum tetendit, emi-
ſit Ioua fragores, et tantam vim
24 grandinis, emicantibus in ter-
ram fulguribus, et inter grandinem
coruſcantibus, in Aegyptum effu-
dit, quanta poſt homines natos nul-
la in omni Aegypto exſtiterat:
25 quæ grando per omnem Aegyptum
omnia, quæ ſub dio erant, contudit,
homines, pecudes, terreſtres herbas
omnes contriuit, arboresque per-
26 fregit: quum interea Goſſen,
quam Israelitæ partem tenebant,
expers grandinis fuerit.
27 Tum vero Pharao, conuocatis
Moſe et Aharone; nunc peccaui, in-
quit, pro Ioua facit æquitas contra
28 me meosque iniquitas. Deprecami-
ni Iouam, vt tonare et grandinare
deſinat, ego vos ſine vlla mora di-
29 mittam. Cui Moſes: ſimul ac ex vr-
be egresſus, manus ad Iouam pro-
tendero, cesſabunt fragores, deſinet-
que grandinare, vt cognoſcas, hunc
30 orbem Iouæ ditionis eſſe. Etſi ſatis
compertum habeo, te tuosque non-
31 dum Iouam Deum reuereri. Ea
autem calamitate linum et horde-
um adflicta ſunt, quod hoc adhuc in
32 herba erat, illud ſiliquabatur: At
triticum et zea non item, quod e-
33 rant tardiora. Poſtquam Moſes,
relicto Pharaone, ex vrbe egresſus
palmas ad Iouam expandit, ſedata
ſunt tonitrua et grando, pluuiæque
in terram fluxio cohibita. Quod 34
poſtquam vidit Pharao, perſeuera-
uit in ſuo peccato, animumque cum
ſuis obfirmauit, et Israelitas ob- 35
ſtinate retinuit, vt Ioua per Moſem
prædixerat.

CAP. X.

Locuſtæ. Ab iis rex atrocior. Caligo tactilis. Eiectus a rege Moſes.

TVm Ioua Moſi: adi (inquit) 1
Pharaonem, nam ego et eius et
ſuorum animum obfirmaui, vt
hæc mea miracula apud vos edam:
vtque vos veſtris natis et nepotibus 2
narretis, quæ ego in Aegyptios pa-
trauerim, et quantis eos portentis
infeſtauerim, ſciatisque, me eſſe
Iouam. Ergo Pharaonem adgresſi 3
Moſes et Aharon, quærunt ex eo
nomine Iouæ Dei Ebræorum, quo-
usque tandem illi ſe ſubmittere
perneget? dimittat illius populum
ad illum colendum. Quod ſi re- 4
nuat, ſciat, illum poſtridie tot eſſe
locuſtas in eius fines immisſurum,
vt earum multitudine obducta ter- 5
ra perſpici non posſit: quæ quidem
locuſtæ reſiduum reliquiarum,
quod illis a grandine reliquum fa-
ctum ſit, omnesque in agris natas
arbores conſumturæ ſint, eiusque 6
et ſuorum omnium Aegyptiorum-
que domos completuræ, quale nihil
eius patres aut maiores ab omni
memoria viderint. Hæc fatus Mo-
ſes, a Pharaone conuerſus discede-
bat.

Hic Pharaonis adſeclæ Phara- 7
onem ſic adloquuntur: quem ad
finem nobis hic erit detrimento?
Dimitte homines, vt Iouam Deum
ſuum colant: an nondum periiſſe
Aegyptum ſentis? Tum Pharao, 8
Moſe et Aharone reuocatis: ite,
inquit, colite Iouam Deum veſtrum.
Sed quinam ſunt ituri, et qui non?
Cui Moſes: cum iuuenibus et ſeni- 9
bus

bus noſtris, inquit, ibimus: cum
filiis et filiabus, cum minoribus
maioribusque pecudibus ibimus,
quoniam feſtum Iouæ ſumus acturi.
10 At ille: ita vobis adſit Ioua, inquit,
vt ego vos cum veſtris paruulis di-
mittam. Iam iam ſatis perſpicua eſt
11 veſtra malitia. Ite potius viri ad
Iouæ cultum, poſtquam id flagita-
tis. Tum eos a ſuo conſpectu eie-
cit.
12 At Ioua Moſi iusſit, vt manum in
terram ægyptiam intenderet, ad
excitandas locuſtas, quæ per Aegy-
ptum naſcerentur, et omnes eius
regionis herbas, omnesque grandi-
13 nis reliquias perederent. Atque
vbi Moſes virgam in Aegyptum
porrexit, excitauit Ioua eurum in
eam regionem, qui, quum totum
illum diem noctemque flauisſet, pri-
14 mo mane locuſtas inuexit: qua-
rum tanta copia tota regione exſti-
tit, atque in omnibus Aegypti fini-
bus conſedit, quanta neque antea
vmquam fuerat, neque poſtea futu-
15 ra eſt. Ab his vniuerſa terræ facie
cooperta,atque obtenebrata, omnes
herbæ terreſtres, omnesque arbo-
rum fructus, quæ reliqua grando
fecerat, conſumti ſunt, neque vlla
vel arborum vel herbarum viridi-
tas in vniuerſa ſuperfuit Aegypto.
16 Tum vero Pharao Moſem et A-
haronem propere arcesſit: peccaui,
inquit, in Iouam Deum veſtrum et
17 in vos. Sed ignoſce quæſo mihi
etiam hoc peccatum: et orate pro
me Iouam Deum veſtrum, vt hanc
demum a me mortem propulſet.
18 Ille a Pharaone digresſus, Iouam
19 precatus eſt: qui eo ventum ma-
rinum vehementisſimum conuertit,
a quo vento ſublatæ locuſtæ, in
mare rubrum abreptæ ſunt, ne vna
quidem in totis Aegypti finibus re-
20 licta. Sed quum Pharao ne ſic qui-
dem (eius animum obfirmante Io-
21 ua) Israelitas dimitteret, Moſes,
iubente Ioua, vt esſent in Aegypto
tenebræ etiam tactiles, manum in
cælum porrexit: quo facto, tanta 22
per omnem Aegyptum tenebrarum
caligo per triduum exſtitit, vt 23
toto illo triduo neminem hominem
homo viderit, neque ſe loco moue-
rit, quum interim Israelitæ omnes
lucem ſuis in ſedibus haberent.
Tum Pharao euocato Moſe: ite 24
cultum Iouam, inquit, etiam cum
veſtris paruulis,relictis tantum ma-
ioribus minoribusque pecoribus.
Cui Moſes: immo et tu nobis vi- 25
ctimas, et ea, quæ ad rem diuinam
opus ſunt, ſuppeditabis, quibus Io-
uæ Deo noſtro operemur: et nos, 26
pecus noſtrum, ne vngula quidem
relicta, ducemus, ex quo capiamus,
quæ ad rem diuinam erunt neces-
ſaria. Neque enim compertum ha-
bemus, qua re ſimus Iouam culturi,
donec eo peruenerimus. At Pha- 27
rao (Ioua ei pertinaciam immitten-
te, ne illos dimitteret) facesſe a 28
me, inquit: caue ne poſthac meum
conſpectum ſubeas: nam ſi fece-
ris, moriere. Et Moſes: vt dixiſti, 29
inquit, poſthac tuum conſpectum
numquam ſubibo.

CAP. XI.

A Deo præda decreta. Ad regem a Moſe minæ. Ille in horas peior.

MOſem autem præmonuerat 1
Ioua, Pharaonem vno dum-
taxat ei Aegyptiisque inſuper
illato vulnere, tandem eos, illinc o-
mnino esſe emisſurum, vel potius
eiecturum. Eique propterea man- 2
dauit, vt populum præmoneret, a
ſuo vt quisque et vir vicino, et fe-
mina a vicina peteret argentea au-
reaque vaſa: ipſique populo be- 3
neuolentiam Aegyptiorum concili-
auit: neque non Moſes ipſe vir erat
in Aegypto tam Pharaoniorum
quam populi exiſtimatione maxi-
mus.

Ergo in ea oratione hoc modo 4
Iouæ mandata expoſuit, Iouam
circa mediam noctem Aegyptios
obitu-

5 obiturum, omneſque in Aegy-
pto primogenitos eſſe mortem obi-
turos, ab ipſius Pharaonis, qui in
ſolio ſederet, ad ſeruarum primo-
genitos, quæ molas truderent: nec
6 non omnium etiam pecorum, ac
maiorem fore in Aegypto tumul-
tum, quam vmquam vel antea fuiſ-
7 ſet, vel poſtea futurus eſſet: quum
interim in omnibus Iſraelitis ni-
hil, neque bipedum omnino neque
quadrupedum, moueretur, vt intel-
ligerent, quantam Ioua differenti-
am ſtatueret inter Aegyptios et Iſ-
8 raelitas: eo vſque, (inquit Moſes
Pharaoni) vt tui iſti omnes ad me
ſint deſcenſuri, et, vt vna cum omni
populo mihi commendato exeam,
ſubmiſſe rogaturi: tum demum ex-
ibo: ſimulque a Pharaone iratus
9 diſceſſit, quoniam a Ioua didi-
cerat, illum non eſſe obtemperatu-
rum, quo plura Iouæ prodigia fie-
10 rent in Aegypto, quoniamque
omnibus illis a ſe et ab Aharone e-
ditis in eius conſpectu portentis, ta-
men (comprimente eius animum
Ioua) Iſraelitas de ſuis finibus non
emittebat.

CAP. XII.

Primus anni menſis, Paſcha Ad portas cruor. Aſſum, azymi, cichoreum. Cremandæ reliquiæ. Conniuarum habitus. Paſchalis æternitas. Fermentatum capitale. Hyſſopus. Primogenitorum cædes et in pecore. Ebræorum cum impetratis ſpoliis euaſio. Peditum numerus. Horum quanta ſeruitus Præputiatus procul a Paſchate.

1 TVm Ioua ad Moſem et Aha-
ronem in Aegypto hac ora-
2 tione vſus eſt: hic vobis menſis
caput menſium, id eſt primus anni
3 menſis eſto. Colloquimini cum
omni Iſraelitarum multitudine, vt
huius menſis die decimo omnes pa-
tresfamilias agnos aut hædos man-
4 ſionatim ſumant*. Quod ſi quæ fa-
milia ad agnum non ſufficiat, pater-
familias vicinum eum, qui erit do-
mui ſuæ proximus, adhibeto, ſub-
ducta ratione numeri capitum et
ſumma ad agnum comedendum ac
commodata. Is agnus eſto inte 5
meratus, mas, annulus, nec refert,
agnus ſit, an hædus: qui, poſtquam 6
in cuſtodia habitus fuerit ad diem
huius menſis decimum quartum,
mactabitur ab omni Iſraelitarum
ciuitatis multitudine ſub crepuſcu-
lum. Tum eius ſanguine con-
ſpergentur poſtes ambo, et ſuperli-
minaria domorum, in quibus come- 7
detur. Caro autem ea nocte com- 8
edetur igne toſta, et panes ſine fer-
mento et comedetur cum cicho-
reis*. Sed ne quid ex eo crudum, 9
neue elixum aqua comeditote: ſed
tantum igne toſtum, vna cum capite,
cruribus et inteſtinis. Neu quid 10
in poſterum diem reliqui facitote:
ac, ſi quid poſtridie reliqui fuerit,
igne cremabitis. Comedetis au- 11
tem hoc habitu, ſuccinctis lateribus,
calceatis pedibus, bacillos manus
tenentes, idque facietis trepidanter:
quoniam Iouæ tranſitus eſt. Ego 12
vero tranſibo per Aegyptum illa no-
cte, et omnia Aegypti primogenita
tam hominum, quam pecudum in-
terficiam, deque omnibus Aegyptio-
rum diis Ioua ego pœnas ſumam*.
Ac animaduerſo ſanguine, quo do- 13
mus, in quibus eritis, notatæ erunt,
præteribo vos, neque perniciali
vulnere adficiemini, me in Aegypti-
os graſſante.

Vos autem illius diei memoriam 14
coletis, eumque feſtum Iouæ cele-
brabitis, et veſtræ ſtirpi celebran-
dum perenni religione prodetis.
Septem dies non fermentatis pa- 15
nibus veſcemini, ſtatimque primo
illorum dierum fermentum de ve-
ſtris domibus tolletis: ac quiſquis a
primo ad ſeptimum diem fermenta-
tum guſtauerit, is de numero Iſrae-
litarum tollatur. Primo autem die, 16
itemque ſeptimo, ſacrum conuen-
tum facietis, neque vllum opus illis
diebus patrabitis: præterquam, quod
cuique neceſſarium erit ad victum,
id ſolum facere licebit.

17 ^e Panes autem ſine fermento ſer-
uabitis, quod illo ipſo die eduxerim
veſtras copias de Aegypto,quem vos
diem perpetua lege veſtræ poſteri-
18 tati ſancietis. A veſpera diei decimi
quarti menſis primi, ad veſperam
viceſimi primi eiuſdem menſis, ve-
19 ſcemini non fermentatis: neque vl-
lum per illos ſeptem dies fermen-
tum domi habebitis: ac quisquis fer-
mentum guſtauerit, is de numero
Israelitarum tollatur, ſiue peregri-
20 nus fuerit,ſiue indigena. Nihil, in-
quam,fermentatum comedetis: ſed,
vbicumque degetis, non fermenta-
tis veſcemini.
21 Igitur Moſes,conuocato omni ſe-
natu Israelitarum, verba fecit ad
hunc modum: ſeponite et ſegregate
vobis ſingulas balantes in familias,
22 quibus immoletis paſcha. Deinde
faſciculo hyſſopi in ſanguinem pel-
uis immerſo, inficite ſuperlimina-
ria, et vtrosque poſtes, neque extra
fores domorum veſtrarum prodite
23 ante craſtinum mane. Et Ioua
quum ad cædendos transibit Aegy-
ptios,oſtia, quorum in ſuperlimina-
ribus et poſtibus ſanguinem con-
ſpexerit, præteribit, neque ſinet ex-
terminatorem domos veſtras intra-
24 re et cladem inferre. Atque hanc
rem ſolemnem vobis veſtrisque na-
25 tis inſtituite in æternum. Quum-
que perueneritis in terram, quam
vobis Ioua dabit, quemadmodum
promiſit, hanc cærimoniam ſerua-
26 tote. Quærentibusque liberis ve-
ſtris, quid ſibi velit iſta cærimonia?
27 reſpondetote,ſacrificium eſſe transi-
tus Iouæ, qui in Aegypto, quum Ae-
gyptios cæderet, Israelitarum do-
mos transierit, veſtrasque domos
liberauerit. Tum populus ſeſe
honoris cauſſa ſubmiſit.
28 Quumque digreſſi Israelitæ feciſ-
ſent, ſicuti Ioua Moſi et Aharoni
29 præceperat, media nocte Ioua o-
mnes in Aegypto primogenitos oc-
cidit, a primogenito Pharaonis ^f in
ſolio ſedentis,ad primogenitos * ca-
ptiuorum,qui in ergaſtulis erant, o-
mniumque etiam pecorum. Tum 30
vero Pharao ea nocte ſurgit, o-
mnesque eius ſtipatores et Ae-
gyptii: fuitque ille maximus in
Aegypto tumultus, quippe nulla
domo funeris experte: arceſſi- 31
toque noctu Moſe et Aharone: a-
gite, inquit, exite de meo populo
et vos et Israelitæ: ite, colite Io-
uam veſtro arbitrio: pecora mi- 32
nora maioraque abducite, vt poſtu-
latis: ite, et mihi quoque bene pre-
camini. Aegyptii quoque popu- 33
lum vrgere, eum de ſuis finibus e-
mittere properantes, et ſeſe omnes
periiſſe, dicentes.
Itaque Israelitæ non fermentatam 34
maſſam,veſte ſua inuolutam,hume-
ris ſuis extulerunt in mactris: vaſiſ- 35
que argenteis atque aureis, et veſte
ab Aegyptiis ex mandato Moſis pe-
titis,et (Ioua eis Aegyptiorum bene- 36
uolentiam conciliante) impetratis,
Aegyptios ſpoliauerunt,et a Rameſe 37
Sochota peruenerunt circiter ſex-
centa millia peditum virorum, præ-
ter imbellem turbam, comitan- 38
te etiam magna promiſcui vulgi
frequentia, maximisque pecorum
gregibus et armentis. Ibi ex ea 39
maſſa, quam ſecum ex Aegypto de-
portauerant, depſititios panes fece-
runt, nullo fermento: nam ea non
erat fermentata,propterea,quod,vr-
gentibus Aegyptiis, morari et viati-
cum ſibi parare non potuerant.
Spatium autem, quo Israelitæ in 40
Aegypto commorati ſunt,fuit anno-
rum quadringentorum triginta.
Quo ſpatio confecto, illius diei nox 41
(quo die omnes Iouæ copiæ ex Ae-
gypto exierant) dicata Iouæ eſt, 42
qui eos eduxiſſet ex Aegypto, et ab
vniuerſo Israelitarum genere æter-
num obſeruatur. Hanc autem 43
agni (quod a transitu Paſcha di-
ctum eſt) rationem Moſi et Aharo-
ni tradidit Ioua: ne quis eo veſce-
retur

e) panum feſtum. f) hoc eſt regnantis.

44 retur extraneus: vt omnibus co-
emtitiis ſeruis, ſi modo esſent cir-
45 cumciſi, veſci fas esſet. Ne quis
aduena, neue mercenarius comes-
46 ſet. Vna in domo comederetur.
Neue quid carnis domo efferretur:
neue vllum eius os frangerent.
47 Vt idem cuncta Israelitarum ciui-
48 tas operaretur. Si qui inter eos
peregrini agerent, ii, vt Iouæ Pa-
ſcha facturi, omnes ſuorum mares
circumciſos haberent, et tum de-
mum ad id aditum haberent, ea-
demque esſent conditione, qua indi-
genæ: ne quis præputiatus eo ve-
49 ſceretur. Eadem lex esſet indige-
narum et peregrinorum inter eos
50 agentium. Hæc omnes Israelitæ
fecerunt, ſicut a Ioua Moſi et Aha-
roni fuerant præcepta.

CAP. XIII.

Primogenita hominum pecudumque Deo. Paſchatis rememoratio. Marium primogenitorum redemtio. Ioua columna et nubis, et ignis.

1 Atque illo ipſo die, quo Israe-
litas ex Aegypto cum eorum
copiis eduxit Ioua, Moſi præ-
2 cepit, vt ſibi primogenita omnia
conſecraret: nam quidquid Israe-
litarum esſet, quod vuluam aperuiſ-
ſet, id omne, ſiue hominum esſet,
3 ſiue pecudum, ſuum esſe. Et Mo-
ſes ad populum huiusmodi concio-
nem habuit: mandate hunc diem
memoriæ, quo die ex domicilio
ſeruitutis ægyptiæ emerſiſtis:
4 vnde a Ioua magna vi educti, no-
5 lite vti fermento. Hodie vos ex-
iuiſtis, menſe verno. Quum
igitur vos introduxerit Ioua in ter-
ram Chananæam, Hettæam, A-
morræam, Heuæam et Iebuſæam,
quam ſeſe vobis daturam maiori-
bus veſtris iurauit, terram lacte et
melle abundantem, hunc ritum hoc
6 menſe ſeruatote. Septem dies a-
zymis viuitote, quorum dierum
7 ſeptimus feſtus Iouæ eſto. Atque
illis ſeptem diebus, per quos non
fermentatis viuetur, nihil fermen-
tatum, neque fermentum omnibus
in veſtris finibus exſtato.
Tum cauſſam liberis veſtris ex- 8
ponitote, videlicet, quid vobis
Ioua fecerit, quum ex Aegypto
exiiſtis. Atque hoc et ad manum 9
ſignum et inter oculos monumen-
tum habetote, vt ſit lex Iouæ vo-
bis in ore, qui vos tanta vi ex Ae-
gypto eduxerit. Hanc vos cæri- 10
moniam ſeruatote ſuo tempore
quotannis. Ac poſtquam vos Io- 11
ua introduxerit in terram Chana-
næam, ſicut vobis veſtrisque ma-
ioribus iureiurando confirmauit,
eamque vobis tradiderit, quid- 12
quid vuluam aperuerit, id Iouæ
ſeponitote, et ceterorum quidem
pecorum maſcula omnia prima Io-
uæ ſunto. Aſinorum autem agno 13
aut hædo redimitote: ſin minus
redimetis, ceruices frangitote.
At hominum primogenitos, ve-
ſtros filios, omnes redimitote.
Et ſi quando (vt fit) ex vobis li- 14
beri veſtri quæſiuerint, quidnam
illud rei ſit? reſpondetote, vos a
Ioua magna vi ex Aegypto, domici-
lio ſeruitutis, esſe eductos, qui 15
Ioua, Pharaone pertinacius vos re-
tinente, omnia Aegypti primogeni-
ta tum hominum tum pecudum in-
terfecerit. eam ob rem vos Iouæ
immolare ex maribus, quidquid
vuluam aperuerit: ſed veſtros o-
mnes natos primogenitos redime-
re: quare eius rei et indicium ad 16
manum et frontale inter oculos ha-
beant, quod tanta vi ex Aegypto a
Ioua ſitis educti. Dimisſum au- 17
tem a Pharaone populum Deus non
duxit Palæſtinam verſus, quæ via
erat expeditisſima: idque eo con-
ſilio, ne, viſo exercitu, conuerſis
animis Aegyptum repeterent: ſed 18
longiore circuitu, ea via, quæ fere-
bat in ſolitudinem maris rubri.
Discesſerunt autem procincti Isra-
elitæ ex Aegypto, Moſe ſecum 19
deportante osſa Ioſephi: quoniam

ille, vt illinc (quum eis Deus ſub-
uenisſet) ea ſecum asportarent,
Iſraelitas iureiurando obligauerat.
20 Igitur a Sochotis profecti, caſtra
poſuerunt in Ethamo, in ſolitudinis
21 extremo. Ioua eos antecedente
interdiu in columna nubis, viæ
oſtendendæ gratia: noctu in colu-
mna ignis, prælucendi cauſsa, vt
diem noctemque iter facerent:
22 neque vmquam nubis interdiu, ne-
que ignis noctu columna defuit,
quæ populum præcederet.

CAPVT XIV.

*Profugos Pharao adſecutus. Populi que-
ſtus. Maris diuiſio. Aegyptiorum in
vndis corruptio.*

1 ET Ioua Moſi negotium dedit,
2 vt Iſraelitas iuberet iter con-
uertere, et ante fauces Ahi-
rotha inter Magdol et mare, e re-
gione Baalſephonis ſecundum mare
3 caſtra facere, vt Pharao eos, arbi-
tratus regionum ignaros hærere, et
4 ſiluis concluſos teneri, me eius
animum opprimente, (inquit) per-
ſequatur, mihique et ipſe et omnis
eius exercitus gloriæ ſit: et diſcant
Aegyptii, quantus ſit Ioua. Id quod
5 illi fecerunt. Quæ res vbi Phara-
oni Aegypti regi nuntiata eſt, illos
fugere, conuerſæ ſunt et eius et
ſuorum mentes in illos, querebãn-
turque, ſeſe Iſraelitas, qui eis ſeruie-
6 bant, amiſisſe. Itaque currum ad-
ornat, adhibitisque ſuis hominibus,
7 et ſexcentis curribus electis, et
omnibus Aegypti curribus, quibus
8 omnibus veherentur duces, Ioua
eius animum obfirmante, Iſraelitas
cum ingenti manu egresſos perſe-
9 quitur. Atque illos Aegyptii o-
mnesque Pharaonis equites, et qua-
drigarii, atque milites adſecuti ſunt
ad fauces Ahirotha, e regione Baal-
ſephonis ad mare caſtra facientes.
10 Iſraelitæ, adpropinquante Pharao-
ne, conſpicati ſubſequentes Aegy-
ptios, magno timore correpti, Io-
11 uam adpellare cœperunt. Moſem
etiam vulgo incuſare: an, quaſi in
Aegypto ſepulcra non esſent, tu nos
in ſolitudinem ad mortem addu-
xiſti? cur feciſti, vt nos ex Aegypto
educeres? Annon hoc ipſum eſt, 1:
de quo nos te monebamus in Aegy-
pto, petentes, vt nos Aegyptiis ſerui-
re ſineres? præſtare enim, Aegy-
ptiis ſeruire, quam in ſolitudine
mori. Quibus Moſes: nolite me- 1
tuere, inquit: confirmate vos, et
quam vobis hodie Ioua victoriam
adferet, ſpectate: nam, quos hodie
videtis Aegyptios, eos numquam
poſthac viſuri eſtis: Ioua pro vo- 1
bis quieſcentibus prœlium confi-
ciet.
Tum Ioua cum Moſe loquitur: 1
quid me adpellas? inquit. Iube
Iſraelitas proficiſci: tu elata virga 1
tua manum in mare intende, illud-
que diuide, vt Iſraelitæ per medi-
um mare in ſicco ambulent, quos 1
Aegyptii (me pertinaciam iniicien-
te) conſequantur, vt ego in Phara-
one, cunctoque eius exercitu, et
curribus equitibusque gloriam 1
conſequar, atque ex tam glorioſo
in eos facto Ioua ego notus Aegy-
ptiis fiam. Angelus autem diui- 1
nus, qui Iſraelitarum agmen præ-
cedebat, poſt eos recesſit, remotaque
ex eorum conſpectu nubes a tergo
conſtitit, mediaque inter ægyptia 2
et iſraelitica caſtra intercesſit: ſic, vt
hinc nube, illinc caligine interpo-
ſita noctem illuſtraret, neque alteri
ad alteros tota nocte propius acce-
derent. Et quum Moſes manum 2
in mare protendisſet, Ioua mare ve-
hementisſimo euro tota nocte per-
flauit: eoque in ſiccum redacto, et
diſcluſa aqua, ingresſi ſunt Iſrae- 2
litæ per medium mare in ſicco,
aqua murum illis dextra ſiniſtraque
præbente: quos Aegyptii et Pha- 2
raonis equites, quadrigariique o-
mnes medium in mare inſecuti
ſunt. Et Ioua eorum agmen de 2
columna ignis et nubis de matuti-
na vigilia conſpicatus, perturbauit,
de-

25 detractisque rotis curruum, magno
cum impetu iactauit. Conantibus
Israelitas fugere, quod dicerent,
Iouam contra ſe pro Israelitis pro-
26 pugnare, Ioua Moſi imperauit,
vt manum in mare protenderet, vt
aqua in Aegyptios inque quadriga-
27 rios et equites reflueret. Itaque
quum Moſes manum in mare ex-
tendisſet, mare ſub matutinum in
ſuam vim redibat: contra quod fu-
gientes Aegyptios Ioua in medium
28 mare deturbauit, et refluens æſtus
totius Pharaonis exercitus, currus
et equites, qui illos in mare ſecuti
fuerant, ita obruit, vt nec vnus eua-
29 deret: quum interea Israelitæ,
aqua eis ad dextram ſiniſtramque
vſum præſtante muri, medium
mare ſicco pede perambularunt.
30 Eo die Israelitæ, Iouæ præſidio ab
iniuria Aegyptiorum conſeruati,
quum illos in litore mortuos ſpe-
31 ctarent, et tam illuſtre Iouæ con-
tra illos factum perſpicerent, Iouam
reueriti ſunt, eique et eius ſeruo
Moſi fidem adiunxerunt.

CAPVT. XV.

Israelitarum carmen. A ligno dulceſcens aqua.

1 TVm Moſes vna cum Israelitis
carmen hoc Iouæ ſic cecinit:
Iouam canto *, qui pro ſua præ-
ſtantia et equos et equites in mare
2 deiecerit. Vires meæ, carmenque
Ioua eſt, qui mihi ſaluti fuit. Hic
meus eſt Deus, quem celebro: De-
3 us patrius, quem extollo. Ioua
vir bellicoſus *, Ioua, inquam, qui
4 nominatur, Pharaonis et currus
et copias in mare deturbauit, ita vt
illius duces lectisſimi in mare ru-
5 brum demerſi, et vndis obruti,
in fundum tamquam ſaxa ſubſede-
6 rint. Tu iſta dextra, o Ioua, decus
7 tibi fortisſimi peperiſti: iſta dex-
tra, Ioua, hoſtem oppresſiſti, et tua
ſingulari præſtantia infeſtos tuos
euertiſti, laxataque ira tua quaſi
8 ſtipulam confeciſti. Ergo ad tua-
rum narium flatum coaceruatæ
ſunt aquæ: ſtetere fluctus in cu-
mulum, inque mari medio vndæ
concreuerunt. Dixerat hoſtis: 9
perſequar, adſequar, diuidam præ-
dam, animum meum ex illis exple-
bo, gladium ſtringam, illos mea
manu peruertam. At te ſpiritu 10
iſto flante, obruti ſunt mari et
plumbi ritu in aquas nobiles de-
merſi. Quis tibi deorum par eſt, 11
o Ioua? quis cum ſacro iſto decore
conferendus? o terribilis, laudabi-
lis, mirifice, qui extenſa dextra 12
tua, illis humo abſorptis, popu- 13
lum hunc a te redemtum pro tua
clementia abducis, et tua vi in tuum
ſacrum perducis domicilium. Hoc 14
audito cohorreſcant nationes, in-
uadat incolas Palæſtinæ trepidatio,
tum perturbentur duces Idumæi, 15
Moabitarum proceres terrore cor-
ripiantur, omnes incolæ Chananææ
exanimentur, tantoque pauore 16
labefactentur, vt ad tui brachii ma-
gnitudinem, tamquam cautes, obmu-
teſcant: dum transit tuus, Ioua,
populus, dum transit populus,
quem tu tibi comparaſti: quem 17
in tuæ posſesſionis montem perdu-
ctum ibi quaſi plantes: quam
tuæ habitationis ſedem, Ioua, pa-
raſti, ſacrarium, Domine, tuis mani-
bus conditum. Regnet in omnem 18
æternitatem Ioua, qui in Pharao- 19
nis equos cum ſuis et curribus et
equitibus in mare ingresſus, maris
vndas conuerterit, quum Israelitæ
in ſicco medium mare perambula-
uerint.

Maria quoque vates, Aharonis 20
ſoror, tympanum manu ferens,
ſubſequentibus omnibus mulie-
ribus, et choros cum tympanis a-
gentibus, illis reſpondit ita: Io- 21
uam cantate, qui pro ſua præſtantia
et equos et equites in mare deiece-
rit.

A mari rubro profecti Moſes et 22
Israelitæ, et in Sur ſolitudinem
tridui iter progresſi, aquam non

23 inueniebant. Vbi ad Maram ven-
tum eſt, eam aquam bibere propter
eius amaritudinem non poterant,
(ex quo etiam locus Mara dictus
24 eſt,) ideoque contra Moſem fre-
mebant, requirentes, quid biberent.
25 Et Ioua a Moſe adpellatus, ei li-
gnum quoddam monſtrauit, quo in
aquam iniecto, facta dulcis eſt. Ibi
eos periclitatus, his inſtitutis et
26 præceptionibus inſtruxit. Si ſibi
Iouæ Deo ſuo dicto audientes es-
ſent, ſuæque et voluntati parerent,
et præceptis intenderent, et inſti-
tuta omnia ſeruarent, ſeſe eis nul-
lum morbum, cuiusmodi Aegyptiis
importasſet, esſe illaturum: ſeſe
enim eum esſe Iouam, qui eis me-
27 deretur. Deinde ad Elimum ve-
nerunt, vbi duodecim aquæ fontes
erant, et ſeptuaginta palmæ, ibi
caſtra collocarunt ad aquas.

CAPVT XVI.

Contra Moſem populi tumultus. Mannæ misſio, qualitas, distributio, diuturnitas.

1 AB Elimo profecta omnis Israe-
litarum multitudo in Sinem
ſolitudinem, poſitam inter
Elimum et Sinam, peruenit quinto
decimo die ſecundi menſis, ex quo
2 Aegypto excesſerant. Ibi vulgo
Israelitæ in Moſem et Aharonem
3 fremebant: optare ſeſe, ſi fieri
posſet, vt in Aegypto a Ioua esſent
occiſi, quum ollis carnium adſide-
rent, quum panem ad ſatietatem
comesſent: nunc in eam esſe ſolitu-
dinem ab illis adductos, vbi tota
4 illa multitudo fame conficeretur.
At Ioua Moſi denuntiauit, ſeſe illis
panem pluturum esſe de cælo, cu-
ius ſingulis diebus certum modum
egresſi colligerent: vt eorum peri-
culum faceret, vtrum ex ſua lege
5 victuri esſent, nec ne. Sexto au-
tem die curarent, vt, quod ad ſe im-
portarent, id duplo amplius esſet,
quam quantum reliquis diebus con-
6 ſuesſent. Et Moſes atque Aharon
ad omnes Israelitas verba faciunt,
eos et veſpere ſe a Ioua ex Aegypto
eductos esſe cognituros, et mane 7
eius *g* gloriam ſpectaturos, poſt-
quam veſtros in ſe fremitus audiuit,
(nam nos quidem quid ſumus, vt in
nos fremat is?) quum ille vobis et 8
veſpere carnem ad victum (inquit
Moſes) et mane panem dabit ad ſa-
tietatem: quorum quidem querelas
contra ſe, a quo eſtis ex Aegypto
educti, audiuerit. Nam nos qui-
dem qui ſumus, vt de nobis expo-
ſtulare videamini? non nos incuſa-
tio iſta, ſed Iouam petit. Deinde 9
mandat Aharoni, vt vniuerſam Isra-
elitarum multitudinem iubeat in
Iouæ conſpectum accedere, qui eo-
rum querimonias audiuerit.

Atque Aharone ad vniuerſam 10
multitudinem verba faciente, in ſo-
litudinem conuerſi, Iouæ ſplendo-
rem in nube conſpiciunt, cum Mo- 11
ſe colloquentis ad hunc modum:
Audiui fremitus Israelitarum: re- 12
nuntiato eis, ſub veſperum comes-
ſuros carnem, et mane ſatiandos esſe
pane, cogniturosque, quantus eorum
Deus Ioua ſit. Igitur veſpere tot ex- 13
ortæ ſunt coturnices, vt caſtra obte-
gerent. Mane autem circum caſtra
ſolum conſtratum erat rore, qui 14
vbi ros euanuit, conſpiciebatur
quiddam in ſolo ſiluæ minutum, ro-
tundum, tenue, perinde ac ſi pruina
esſet conſperſa humus. Eo viſo, 15
Israelitæ ſic inter ſeſe dicere:
MANHV? quid hoc*? neque enim
ſciebant, quid esſet. Quibus Moſes:
hic panis eſt, inquit, quem vobis
Ioua dat ad victum, de quo ita 16
præcepit, vt colligatis ex eo, quan-
tum cuique opus erit ad victum,
videlicet gomerem in ſingula capi-
ta, inita ratione numeri eorum, qui
ſunt in cuiusque contubernio. Id 17
quod illi fecerunt, collegeruntque
partim largius, partim parcius; Sed 18
quum gomere metirentur, neque
ei, qui plus collegerat, ſupererat,
neque

g) glorioſum opus, videlicet mannam.

neque ei, qui minus, deerat, tantum-
que quiſque collegerat, quantum ei
9 ad victum opus erat. Interdixerat
autem Moſes, ne quis ex eo reli-
20 quum faceret in craſtinum: cuius
præcepto neglecto, nonnulli reſer-
uauerunt: ſed id, enatis vermibus,
fœtebat. His quum Moſes ſuccen-
21 ſuisſet, colligebant deinceps ſin-
gulis matutinis, quod cuiusque vi-
ctui ſatis esſet: poſtea caleſcente
ſole liquefiebat.
22 At ſexto die duplicem victum
collegerunt, videlicet duos gomeres
in ſingulos. Id quum omnes ciuita-
tis magiſtratus ad Moſem retulis-
23 ſent, reſpondit, illud ipſum esſe de-
nuntiatum a Ioua. poſtridie enim
ſabbati ferias Iouæ ſacras fore: co-
querent et elixarent, quod opus es-
ſet, reliquum omne ſibi in poſterum
24 diem reponerent ac reſeruarent. Id-
que quum ab illis esſet adminiſtra-
tum ad præſcriptum Moſis, poſtridie
quod repoſitum fuerat, id neque
fœtebat, neque in eo vermes erant.
25 Eo Moſes iusſit, vt illo die veſce-
rentur, quod ſabbatum Iouæ esſet,
26 neque esſent ruri inuenturi. Sex
diebus enim colligi debere: ſeptimo
autem die, quod ſabbatum esſet,
27 non fore. Quidam tamen de po-
pulo etiam ſeptimo die exiuerunt
ad colligendum, ſed nihil inuene-
28 runt. Hique a Moſe iusſu Iouæ
caſtigati ſunt, quod tam diu illius
præcepta et leges ſeruare nollent:
29 perſpicuum esſe, Iouam, quia ipſis
ſabbatum tradidisſet, propterea ſex-
to die victum præbere bidui: ma-
nerent in ſuis ſedibus, neu quis ſe
30 loco moueret die ſeptimo. Itaque
31 eo die feriati ſunt. Nominaue-
runt autem illud Israelitæ Manna,
quod ſimilitudinem habebat ſemi-
nis coriandri, album, guſtu placen-
32 tarum ex melle. Idque ſibi Moſes
dixit a Ioua in mandatis datum, vt
ex eo, quantum gomer caperet, ſe-
poneret, conſeruandum ad poſte-
ros, vt viderent, quo eos victu ille
toleraſſet in deſertis, eductos ex
Aegypto: mandauitque Aharoni, 33
vt gomeris menſuram Mannæ in
phialam immitteret, idque apud Io-
uam ad poſteros cuſtodiendum re-
poneret. Quod ille fecit, quemad- 34
modum Ioua Moſi præceperat, id-
que apud Oraculum adſeruandum
repoſuit. Hac Manna Israelitæ 35
per quadraginta annos vſi ſunt, qui-
bus ad extremam Chananæam, quæ
terra habitabatur, peruenerunt.
Eſt autem gomer, decima pars ephi. 36

CAPVT XVII.

*De petra fontes. Ex Moſis manibus victo-
ria et cædes.*

IGitur a Sine profecti: ad Iouæ 1
præſcriptum iter facientes, caſtra
habuerunt in Raphidimo. Ibi
quum ad bibendum aqua non esſet,
petebant a Moſe in iurgio, vt ſibi 2
aquæ ad bibendum copiam faceret.
A quibus quum Moſes quæreret,
cur ſecum contenderent, quidue
Iouam tentarent? quærebant ipſi 3
ex eo, ſiti et aquæ deſiderio laboran-
tes, cur ſe ex Aegypto extraxisſet,
vt et ipſos et liberos et pecora ſiti
necaret? Tum Moſes Iouam ad- 4
pellans: quid faciam huic, inquit,
populo, a quo parum abeſt, quin
lapider? Cui Ioua: antecede po- 5
pulum, inquit, adhibitisque non-
nullis ſenatorum, et virgam tuam,
qua flumen percusſiſti, manu ferens:
perge. Illic ego tibi in conſpectu 6
adſtabo in petra in Horebo, quam
petram vbi tu percusſeris, manabit
ex ea aqua ad populi potionem. Id
quod Moſes in oculis Israelitarum
ſenatorum fecit, eumque locum 7
Masſam et Meribam, hoc ab Israeli-
tarum iurgio, illud a tentando, no-
minauit: quod ibi Israelitæ ten-
tasſent, verſareturne inter eos Ioua,
an non.

Amalechus autem ad Raphidi- 8
mum prœlio cum Israelitis di-
micaturus venit: et Moſes Ioſuæ 9
præcepit, vt viros deligeret, cum

quibus Amalecho prœlio occurre-
ret: poſtridie ſeſe in iugo collis
adſtaturum, virgam diuinam ſecum
10 habentem. Igitur Ioſua, ſicut e-
rat iusſus, prœlium cum Amalecho
commiſit: Moſes, Aharon, et Hur
11 iugum collis conſcenderunt, vbi,
Moſe manum attollente, vincebant
Israelitæ: remittente, Amalechus.
12 Sed quum manus eum grauarent,
illi ſaxum ei ſuppoſuerunt, in quo
ſederet. Deinde Aharon et Hur
manus eius alter altera ex parte
fulciunt, quibus manibus eo habitu
ad ſolis occaſum continenter ſus-
13 tentatis, Ioſua Amalechum et e-
ius copias ferro perdomuit.
14 Tum Ioua Moſi mandauit, vt id
in monimenta litterarum referret,
et Ioſuæ auribus inculcaret: ſeſe
enim Amalechi memoriam esſe de
15 rerum natura deleturum. Et Moſes
aram exſtruxit, quam Signiiouium
16 adpellauit: quia Iouæ manus ſigno
admota eſt* (inquit) Iouæ bellum
cum Amalechitis ſusceptum eſt
æternum.

CAPVT XVIII.

Ad Moſem ſocer. Epulum ſacrum. Iudices ſocero ſuadente.

1 IEthro autem Madianitarum pon-
tifex, Moſis ſocer, vbi intellexit,
quantis Ioua Deus beneficiis
Moſem et ſuos Israelitas adfecisſet,
qui Israelitas ex Aegypto eduxisſet,
2 adhibuit ſecum Sephoram Moſis
vxorem, (quam ille poſtea remiſe-
3 rat) et duos Sephoræ filios, quo-
rum vni nomen erat Gerſomus,
quod dixisſet Moſes, peregrinum ſe
4 esſe in terra extranea: alteri
Eliezer, quod Deus patrius ei fuis-
ſet auxilio, eumque e gladio Pha-
5 raonis eripuisſet. Cumque his ad
Moſem peruenit in ſolitudinem,
vbi ille caſtra habebat ad montem
6 diuinum, eumque certiorem fe-
cit, ſe ſocerum eius Iethronem ad
eum venire, vna cum eius vxore et
7 duobus vxoris filiis. Ei Moſes
exiit obuiam, eumque honorifice
deoſculatus eſt: quumque alter al-
terum de valetudine percontati es-
ſent, in tabernaculum ingresſi ſunt.
Ibi Moſes ſocero ſuo narrauit, qui- 8
bus Ioua modis accepisſet Pharao-
nem et Aegyptios, Israelitarum
causſa, et quantis caſibus iter infe-
ſtum habuisſent, quibus esſent a
Ioua liberati. His tot Iouæ in 9
Israelitas beneficiis delectatus Ie-
thro, quod eos eripuisſet Aegyptiis:
grates ago Iouæ, inquit, qui vos ab 1
Aegyptiis et Pharaone liberauit, qui
populum poteſtati Aegyptiorum
eripuit. Nunc denique intelligo, 1
Iouam omnium esſe deorum maxi-
mum, et illis propter eorum in vos
ſuperbiam merito accidisſe. Si- 1
mulque rem diuinam Deo et ſacri-
ficium confecit, cumque eo Aha-
ron, et cuncti ſenatores Israelitæ
epulas apud Deum inierunt.
Poſtridie quum Moſes ſedens po- 1
pulo ius redderet, eique populus a
mane ad veſperum adſtaret, ea re a- 1
nimaduerſa ſocer eius ita dixit:
quidnam eſt, quod tu populo præ-
ſtas? quamobrem ſolus tu ſedes, et
populus tibi cunctus a mane ad ve-
ſperum adſiſtit? Cui Moſes: conue- 1
nit ad me ad ſciſcitandum oracu-
lum, inquit. Si quod eſt eis nego- 1
tium, ad me venitur: ego eorum
lites diiudico, diuinaque inſtituta
et leges aperio. Et ſocer: non 1
recte facis, inquit, ſtultumque tuum
et iſtorum inſtitutum eſt: nam 1
difficilior res eſt, quam vt eam vnus
adminiſtrare posſis. Sed audi, 1
quid mei conſilii ſit, bene iuuante
Deo. Tu populi rem apud Deum
agito, et causſas ad Deum referto,
illoſque inſtitutis et legibus eru-
dito, et ad officii munus inſtruito.
Tum ex omni populo viros for-
tes et religioſos diſpicito, fide-
les et auaritiæ inimicos, ex qui-
bus alios tribunos, alios centu-
riones, alios ſemicenturiones, a-
lios decuriones conſtitues, qui
popu-

populo ius dicant omni tempore :
ac, ſi quæ res paullo maior exſiſtat,
ad te deferant : de minoribus o-
mnibus iudicent ipſi, teque ſuble-
uent et munus tecum vna ſuſtine-
23 ant. Ita fiet, vt et tibi præcipiat
Deus, et tu ſtare valeas, et omnis
iſte populus in ſuum locum pacatus
24 diſcedat. Hoc ſoceri conſilium
25 ſecutus Moſes, ſic plane fecit, de-
legitque de omni Iſraelitarum nu-
mero viros fortes, quos populi gu-
bernationi præfecit, et tribunos,
centuriones, ſemicenturiones, de-
26 curionesque conſtituit, qui po-
pulo ius adſidue redderent : ſi quid
esſet difficilius, ad Moſem defer-
rent, omnia minora negotia diiu-
27 dicarent ipſi. Tum dimisſus a
Moſe ſocer, in patriam rediit.

CAPVT XIX.

Populi luſtratio, purgatio. Montis adſcenſus capitalis.

1 MEnſe tertio poſt exitum Iſra-
elitarum de Aegypto, quo die
a Raphidimo profecti per-
uenerunt in ſolitudinem Sinam,
2 et ibi caſtra contra montem fece-
3 runt : caſtris collocatis Moſes ad
Deum conſcendit, ad quem Ioua de
monte clamans : hæc, inquit, Iaco-
bi ſtirpi referes, hæc Iſraelitis re-
4 nuntiabis : ipſos videre, quo pa-
cto tractatis Aegyptiis, eos mihi
quaſi aquilinis alis ſublatos adſci-
5 uerim. Quare ſi mihi dicto au-
dientes erunt, meumque fœdus con-
ſeruabunt, me eos habiturum esſe
pro peculio, ab omnibus populis
6 ſeparato, (nam meus eſt vniuer-
ſus orbis terrarum) proque regno
ſacerdotum et gente ſancta. Hæc
7 ſunt, quæ Iſraelitis referes. Hæc
omnia Iouæ præcepta Moſes con-
uocatis populi ſenatoribus expo-
8 ſuit. Cui populus vniuerſus vno
ore reſpondit, facturum ſe, quid-
quid Ioua iusſisſet. Quæ populi
verba quum Moſes ad Iouam retu-
9 lisſet, ſic Ioua ſubiecit : ego iam
ad te veniam in denſitate nubis, vt
populus me tecum loquentem au-
diat, tibique fidem habeant in per-
petuum. Reſponſo populi ad Io-
uam per Moſem relato : adi ad 10
eos, (inquit Ioua) eosque hodie et
cras luſtra, et cura, vti ſua veſtimen-
ta perluant, ſintque in tertium 11
diem parati. Nam tertio die de-
ſcendet Ioua in oculis totius populi
in montem Sinam. Tu eis termi- 12
num circumſcribito, et edicito, vt
caueant, ne in montem adſcendant,
neue montis extremum attingant :
ſi quis montem attinget, capitis pœ-
na erit. Proinde ne quis omni- 13
no attingat, aut vel lapidibus obrua-
tur, vel ſagittis configatur : ſiue pe-
cus ſit, ſiue homo, vita priuetur.
Quum tractim clangetur, tum ad-
ſcendent ipſi in montem.
Tum Moſes ad populum de mon- 14
te deſcendit, eumque luſtrauit, et, vt
indumenta ſua lauarent, curauit, 15
iusſitque, vt esſent parati in diem
tertium, et ſe a mulieribus abſtine-
rent. Die tertio vbi mane fuit, ex- 16
ſtiterunt fragores, et fulgura, et den-
ſa nubes in monte, tum tubæ ſoni-
tus vehementisſimus, quo cunctus
in caſtris populus tremefactus eſt,
atque a Moſe obuiam Deo e caſtris 17
eductus, ad radices montis Sinæ
conſtitit, toto fumante monte 18
(propterea, quod eo Ioua in igne de-
ſcenderat) fumumque calcariæ in-
ſtar emittente, et toto magnopere
contremiſcente. Tum vehementer 19
gliſcens tubæ ſonitus exaudiebatur,
inter quem ſonitum Deus loquenti
Moſi reſpondit. Quum enim in 20
montis Sinæ cacumen Ioua deſcen-
disſet, Moſem eodem euocauit : qui
Moſes vbi eo adſcendit, Ioua 21
eum iusſit deſcendere, et populum
commonefacere, ne ad Iouam viſen-
di gratia eniterentur, ne frequentes
caderent : vtque etiam ſacerdotes 22
ad Iouam accesſuri luſtrarentur, ne
eos Ioua profligaret. Cui Moſes : 23
non licebit populo, (inquit) mon-

tem Sinam conſcendere, propterea
quod, vt nobis tu præcepiſti, certos
ei terminos ſtatui *, eumque purifi-
24 caui. At Ioua: deſcende modo, in-
quit, adſcenſurus vna cum Aharone.
Sacerdotes autem et populum pro-
hibe ad Iouam adſcendere conari,
25 ne a me profligentur. Igitur Mo-
ſes ad populum deſcendit, eique
rem expoſuit.

CAPVT XX.

Præcepta de adoratione, idolis, Deo nominando, ſabbato, parentibus, cæde, adulterio, furto, falſo teſte, cupidine. Ara ex ferramentis profanata.

1 ET Deus hæc omnia ad hunc
2 modum effatus eſt: Ego ſum
Ioua Deus tuus, qui te eduxi
ex domicilio ſeruitutis ægyptiæ.
3 Deos alienos nullos, præter me,
4 habeto. Simulacrum vllius rei,
quæ exſtet * aut ſupra in cælo, aut
infra in terra, aut in aquis ſub terra,
5 ne facito, neue ea venerator, ne-
ue colito. Nam ego ſum Ioua Deus
tuus, Deus impatiens ſocii, qui
parentum culpam etiam in liberos
perſequor, vel ad tertiam vsque
quartamque ſtirpem oſorum mei:
6 clementiaque vtor ad milleſimam
vsque ſtirpem erga mei amantes,
meaque præcepta conſeruantes.
7 Iouæ Dei tui nomen inaniter ne
adhibeto: neque enim ſinet impu-
nitum Ioua, qui eius nomen inani-
8 ter adhibuerit. Diem ſabbati ſan-
9 cte agere memento. Sex diebus
agito, tuaque opera omnia patrato.
10 Septimo autem die, quod Iouæ Dei
tui ſabbatum eſt, nullum opus fa-
cito, neue tu, neu tuus filius, aut
filia, neu tuus ſeruus, aut ancilla,
neu tuum iumentum, neu apud te
11 degens peregrinus. Nam quum
ſex diebus feciſſet Ioua cælum, ter-
ram, mare, quæque in eis ſunt o-
mnia, feriatus eſt die ſeptimo: qua
de cauſſa diem ſabbati fauſtum ſa-
12 crumque fecit. Parentem vtrum-
que honorato, vt diu ætatem pro-
ducas in terra, quam tibi Ioua
Deus tuus donat. Ne homi- 13
nem occidito. Ne adulterato. 14
Ne furator. Falſum teſtimoni- 15
um contra alterum ne dicito. 16
Alterius domum ne concupiſcito: 17
alterius vxorem ne concupiſcito,
neue ſeruum, aut ancillam, neue
bouem aut aſinum, nihil denique,
quod ſit alterius. Hic vniuerſus 18
populus, viſis fragoribus, fulgetris,
tubæ ſonitu et montis fumo, per-
territi abscedere, et procul ſtantes
a Moſe petere, vt ipſe eis audi- 19
entibus loqueretur, non Deus, ne
emorerentur. Quibus Moſes: ne 20
metuite, inquit: nam ad vos ten-
tandos venit Deus, vtque vos eius
timor ob oculos propoſitus a pec-
cando deterreat.

Igitur, procul ſtante populo, ac- 21
ceſſit ad illam caliginem, vbi Deus
erat. Et Ioua Moſi ſic fatus eſt: com- 22
memorato israelitis, vt me ſecum de
cælo viderint loquentem, ne præter 23
me deos ſibi argenteos aut aureos
fabricentur: ſed mihi cæſpitium 24
altare fiat, in quo ſolida ſacrificia
et pro ſalute balantibus, bubusue
faciatis: quocumque in loco mei
nominis monimentum poſuero,
ibi vos aditurus, vobisque proſpe-
raturus. Quod ſi mihi altare la- 25
pideum fiet, ne ex quadrato lapide
excitatote: nam id ferramenta ad-
mouendo profanaretis. Neue per 26
gradus ad meum altare adſcendi-
tote, ne in eo obſcœna veſtra ad-
pareant.

CAPVT XXI.

Iura de ſeruis, vendita filia, capitali ictu, homine ſubrepto, parentum conuiciis, boue cornupeta, fouea.

HAec autem eis iura propones: 1
Si emeris ſeruum ebræum, 2
ſex annos ſeruito, ſeptimo au-
tem anno manumittitor gratuito.
Si cælebs venit, cælebs manumitti- 3
tor: ſin maritus, vxor cum eo ma-
numittitor. Si dominus ei vxo- 4
rem

rem dederit, ex qua filios aut filias
procreauerit, femina et nati domini
ſunto: ipſe ſolus manumittitor.
5 Quod ſi ſeruus captus amore ſui
domini et vxoris et filiorum nolue-
6 rit manumitti, eum dominus ad
recuperatores adducito, eique ad
valuam aut ad poſtem adplicato,
aurem ſubula perforato, et ille ei
7 perpetuum ſeruito. Si quis filiam
ſuam vendiderit in famulatum, ea
ne ſeruorum in morem manumitti-
8 tor. Si ea domino diſplicebit, nec
is eam deſponderit, redhibeto: in
extraneam gentem emancipandi
poteſtas ne eſto, quia eam adfecit
9 ignominia. At ſi eam filio ſuo
deſtinauerit, eodem iure cum ea,
10 quo cum liberis, agito. Si [h] aliam
duxerit, hanc victu, veſtitu, [i] con-
11 greſſu ne fraudato. Si tria hæc
ei non confecerit, manumittitor
12 gratis ſine pretio. Qui hominem
pulſauerit, ſi is mortuus fuerit,
13 capitale eſto. At qui non capta-
uerit, ſed in eum ſorte fortuna in-
currerit *, ſtatuam vobis locum, quo
14 confugiat. At, ſi quis alterius ne-
cem per dolum de induſtria ma-
chinatus fuerit, is vel ab ara mea
15 ad necem abſtrahitor. Qui pa-
trem aut matrem pulſauerit, capi-
16 tale eſto. Qui hominem clepſe-
rit, eumque vendiderit, aut is apud
eum inuentus fuerit, capitale eſto.
17 Qui patri aut matri maledixerit, ca-
18 pitis pœna eſto. Si quis alterum
orta contentione percuſſerit lapide,
aut pugno, ſi ille non fuerit mor-
tuus, ſed in lectum decubuerit:
19 ſi ſurrexerit, et foras baculo innixus
iuerit, percuſſor ſine fraude eſto,
tantum illius cubatum et medica-
20 tionem præſtato. Si quis ſeruum
ſuum, aut ancillam baculo percuſ-
ſerit, ſi præſens mors ſecuta fuerit,
21 tenetor. Verum ſi vnum aut al-
terum diem ſuperſtes fuerit, ne
tenetor, quoniam [k] pecunia eius eſt.
Si qui dimicando mulierem graui- 22
dam vulnerauerint, et abortum in-
tulerint, ſi pernicies non fuerit, ad
æſtimationem mariti mulieris mul-
ta eſto, et ad eam rem arbitri ſunto.
Sin autem pernicies fuerit, vitam 23
pro vita pendito, oculum pro 24
oculo, dentem pro dente, manum
pro manu, pedem pro pede, ſugil- 25
lationem pro ſugillatione, vulnus
pro vulnere, vibicem pro vibice.
Si quis ſerui ſui, aut ancillæ oculum 26
percuſſerit, eumque corruperit,
eum manumittito pro oculo. Et 27
ſi ſerui ſui, aut ancillæ dentem de-
cuſſerit, eum manumittito pro den-
te. Si quem bos virum aut femi- 28
nam cornu petiuerit, et is mortuus
fuerit, bos lapidator, eius caro ne
comeſtor: dominus bouis impu-
nitus eſto. At ſi bos antea fuerit 29
petulcus, et eius dominus admoni-
tus fuerit, neque tamen cuſtodiue-
rit, ſi virum aut feminam occiderit,
et bos lapidator, et eius dominus
morte plectitor. Sin ei multa im- 30
ponetur, tantum vitæ ſuæ pretium
dato, quantumcumque ei fuerit
impoſitum. Siue puerum petiue- 31
rit ſiue puellam, idem iuris eſto.
Si ſeruum petiuerit bos, aut ancil- 32
lam, argenti triginta ſicli domino
ſoluuntor: bos lapidator. Si quis 33
foſſam vel aperuerit, vel demiſerit,
nec obduxerit, et eo deciderit bos
aut aſinus, auctor foſſæ præſtato, 34
argentum domino illius ſoluito:
ipſe mortuum habeto. Si cuius 35
bos alterius bouem vulnerauerit,
et ille mortuus fuerit, bouem vi-
uum vendunto, et eius pretium di-
uidunto, et mortuum etiam diui-
dunto. Aut ſi notum fuerit, bo- 36
uem antea eſſe petulcum, neque
eum dominus eius cuſtodierit,
[l] bouem boue penſato, ipſe mortu-
um habeto.

CAPVT

h) ſcilicet præter eam. *i*) ſcilicet maritali. *k*) id eſt, eius iuris eſt.
l) ſcilicet viuum viuo.

CAPVT XXII.

De furto in pecore, percuſſo fure, damno dato, incendio, depoſito, mutuo, cum beſtia congreſſu, idololatra, de peregrino, vidua, fenore, magiſtratu, principe, carnibus vetitis.

1 SI quis bouem pecusue clepſe-
rit, mactaueritque, aut vendi-
derit, quinque boues pro v-
no reddito, et quatuor balantes
2 pro vna. Si fur in ſurripiendo
deprehenſus ictus fuerit, et inde
mortuus, homicidii pœna ne eſto,
3 niſi orto ſole: tum homicidii pœ-
na eſto. Si habet, vnde reddat, red-
dito: ſin non habet, venditor pro
4 ſuo furto. Si deprehenſum fue-
rit furtum penes eum, bos, aſinus,
ouis, capra viuens, duplum red-
dito. Si quis, emiſſo pecore, depa-
uerit fundum aut vineam alterius,
damnum ſarcito de optima parte
6 fundi ſui aut vineæ. Si in ſpi-
nas immiſſus ignis, metam aut
ſegetem, aut meſſem corruperit,
auctor ignis detrimentum præſta-
7 to. Si quis apud alterum argen-
tum, ſupellectilemue depoſuerit,
idque de illius domo ſurreptum
fuerit, ſi fur deprehenſus fue-
8 rit, duplum reddito: ſin autem
fur non deprehenſus fuerit, tum
dominus domus ad recuperato-
res vocator, ni rem alterius in-
9 teruerterit. Quacumque in re
crimen ſtatuetur, in boue, in aſi-
no, in oue, in capra, in veſte,
quæcumque res erit amiſſa, quæ
cuia dicatur, cauſſa amborum
ad recuperatores defertor: vtrum
condemnauerint recuperatores, al-
10 teri duplum reddito. Si quis al-
terius fidei aſinum, bouem, ouem,
capram, aut quoduis pecus commi-
ſerit, ſi id, nullo vidente, fuerit
mortuum, aut fractum, aut [m] aba-
11 ctum, iusiurandum Iouæ inter-
ponitor, illum rem alterius ad ſe
non auertiſſe, eamque ſatisfactio-
nem dominus rei accipito, neque
fiduciarius rem reddito. Quod 12
ſi ei [n] furto ablatum fuerit, da-
mnum præſtato domino rei. Sin 13
raptum a feris fuerit, teſtem ex-
hibeto, neque raptum præſtato.
Si quis quid ab altero vtendum ac- 14
ceperit, et id fractum aut mortuum
fuerit, domino rei abſente, da-
mnum præſtato. At præſente, ne 15
præſtato, ſi conductitium et pretio
addictum erat. Si quis virginem 16
non ſponſam pellexerit, et cum ea
concubuerit, eam ſibi in matrimo-
nium dotato. Si puellæ pater eam 17
locare illi nolet, argentum pen-
dito, vt fert dos virginum. Sa- 18
gas viuere ne ſinitote. Quicum- 19
que rem habuerit cum beſtia, ca-
pitale eſto. Qui diis ſacrificaue- 20
rit, ſacratus intereat, niſi vni Iouæ.
Peregrinum ne premito, neue an- 21
gito: nam peregrini fuiſtis in Ae-
gypto. Viduam nullam aut pu- 22
pillum premito. Si preſſeris, 23
quum ad me conquerentur, eorum
ego querelas exaudiam, iratus- 24
que ferro vos trucidabo, eruntque
veſtræ coniuges viduæ et liberi pu-
pilli. Si cui meorum pauperi 25
tecum verſanti pecuniam mutua-
ueris, ne te ei feneratorem præbe-
to: ne ei vſuram imponito. Si 26
alterius veſtem in pignus acceperis,
ante ſolis occaſum reddito: nam 27
id vnum habet operimentum, eum
cuticulæ amictum, in quo recubet:
qui ſi apud me queſtus fuerit, exau-
diam, vt ſum miſericors. Magi- 28
ſtratui ne maledicito. Ne eum ex-
ſecrator, qui eſt in tua natione prin-
ceps. Fruges et liquorem tuum 29
ne auertito *. Primogenitum filio-
rum tuorum mihi dato. Idem in 30
bubus et balantibus facito. Septem
dies cum matre ſua eſto, octauo die
id mihi dato. Præſtatote vos mi- 31
hi puros homines, et carnem ruri
raptam ne guſtatote, ſed ad canes
proiicitote.

CAPVT.

m) ſcilicet ruri ab abactoribus, aut hoſtibus. *n*) ſcilicet domo.

CAPVT XXIII.

De detractoribus, ſceleſto ſocio, iudicio, errante pecore, dono per iudicem refutando, de peregrino, poſſeſſionum quiete. Diei ſeptimi feriæ. Tria feſta. Dei erga Iſraelitas fauor.

1 AVditionem falſam ne accipito.
Societatem cum impio ne coi-
2 to, vt ſis teſtis iniurius. Mul-
titudinem in vitio ne ſequitor, ne-
ue in lite de recto in ſententiam
3 multitudinis deflectito. Inopi in
4 lite ne indulgeto. Si aduerſarii
tui bouem aſinumue offenderis er-
5 rantem, ei reducito. Si inimici
tui aſinum videris oneri ſuccubuiſ-
ſe, ne ei auxilium denegato, ſed
6 opitulator. Inimici tui ius in lite
7 ne deprauato. A re falſa abeſto.
Inſontem et iuſtum ne interficito:
nam ego iniquum non abſoluam.
8 Neue donum accipito: nam donum
cæcat etiam perſpicaces, bonorum-
que virorum orationem peruertit.
9 Peregrinum ne vexato: ſcitis enim
vos, quæ ſit mens peregrinorum:
vt qui peregrini fueritis in Aegy-
10 pto. Sex annos aruum tuum con-
ſerito, eiusque prouentum percipi-
11 to. At ſeptimo intermittito, re-
mittitoque ad cibatum egenorum
popularium tuorum, et (ſi quid il-
lis ſuperfuerit) beſtiarum terreſtri-
um. Idem in vinea et oliueto facito.
12 Sex diebus opus tuum patrato: at
ſeptimo feriator: vt requieſcat bos
tuus aſinusque, vtque reſpiret na-
tus ancillæ tuæ * peregrinusque.
13 Omnia, quæcumque dixi vobis, ſer-
uatote. Nominis alienorum deo-
rum memoriam ne vſurpato, neue
14 in ore habeto. Tribus tempori-
15 bus in anno mihi feſta agito. Azy-
malia ſeruato *, perque ſeptem dies
azymis veſceris (vt præcepi tibi)
ſtatuto tempore menſis verni, quia
in eo emigraſti ex Aegypto: ergo
coram me vacui ne adparento.
16 Item meſſalia primitiuarum fru-
gum operis tui, quas in agro ſeue-
ris. Item conditalia in exitu anni,
vbi tuas fruges ex agris condideris.
Ter quotannis omnes tui mares in 17
conſpectum Domini Iouæ ſiſtun-
tor. Quum meæ victimæ ſangui- 18
nem, eam mactando, effundes, fer-
mentum ne habeto. Mei feſti adeps
in poſterum diem ne pernoctato.
Principium primitiuarum frugum 19
tui fundi in ædem Iouæ Dei tui
inferto. Hædum in lacte matris
ſuæ ne coquito. Ego ſum tibi 20
præmiſſurus angelum, qui te tuea-
tur in itinere, et perducat in locum
a me præparatum. Ab hoc tibi 21
caueto: huic pareto: hunc ne irri-
tato: neque enim ignoſcet peccatis
veſtris, quoniam meo nomine præ-
ditus erit. Si eius dictis obediue- 22
ris, et omnia exſecutus fueris, quæ
iuſſero, tuis perduellibus perduellis
ero, et tuos infeſtos infeſtabo.
Nam meus tibi angelus viam præ- 23
ibit: teque ductabit in Amorræos,
Hettæos, Pherezæos, Chananæos,
Heuæos et Iebuſæos, quos ego pro-
fligabo. Eorum deos ne venera- 24
tor, neue colito, neue eorum mores
imitator: at contra euertito, eorum-
que ſtatuas perfringito, et Iouam 25
Deum tuum colito, et is tibi cibum
potionemque exuberabit, et mor-
bos a te depellam. Nulla quæ ab- 26
ortum faciat, nulla ſterilis erit in
tuis finibus. Aeui tui numerum
complebo, mei formidinem tibi 27
præmittam, et exanimabo omnes,
ad quos adibis, populos, omnium-
que perduellium ceruices tibi ſub-
dam: præmittamque tibi crabro- 28
nes, qui Heuæos et Chananæos et
Hettæos in aduentum tuum expel-
lant: illos tibi non expellam vno 29
anno, ne deſerta terra frequentes
exſiſtant tuo periculo agreſtes be-
ſtiæ. Paullatim eos tibi expellam, 30
dum tu fetifices, et regionem occu-
pes: cuius tibi regionis pomeria 31
terminabo mari rubro et mari Pa-
læſtino, tum ſolitudine et * flumine.

Eius

*) Euphrate.

Eius enim tibi regionis incolas in
manum tradam, quos tu e tuo con-
32 ſpectu extermines. Cum eis, ne-
que cum eorum diuis, fœdus ne
33 percutito. In tuis finibus ne habi-
tanto, ne te mihi corrumpant, ſi
eorum deos colueris, quo tibi ſit
detrimento.

CAPVT XXIIII.

Cum Deo populi fœdus cum ſanguine. Moſes in monte cum Ioua dies quadraginta.

1 IGitur Moſes iusſus erat ad Iouam
adſcendere vna cum Aharone,
Nadabo, Abio et ſeptuaginta
Israelitarum ſenatoribus, qui pro-
2 cul venerarentur. Ipſe igitur, vt
ſolus ad Iouam accesſerat, (nam illi
non accesſerant, et populus cum eo
3 non adſcenderat) ad populum ve-
nit, eique omnia Iouæ verba,
omniaque iura expoſuit. Et popu-
lus vniuerſus vna voce reſpondit,
facturum ſe omnia, quæcumque
4 Ioua iusſiſſet. Ergo Moſes omnia
Iouæ dicta perſcripſit: et poſtridie,
vbi ſurrexit, aram ſub monte ex-
ſtruxit, et cippos duodecim pro
numero tribuum Israelitarum:
5 iuuenibusque Israelitis mandauit,
vt ſolidum ſacrificium facerent, et
Iouæ iuuencos pro ſalute immola-
6 rent. Ipſe dimidium ſanguinis in
crateribus excepit, altero dimidio
7 aram perfudit: ſumtumque li-
brum fœderis in auribus populi
perlegit, et populus dixit, ſeſe o-
mnia Iouæ iusſa facturum, atque
obtemperaturum.
8 Et Moſes ſanguinem ſumſit, eo-
que populum adſperſit, et hæc verba
pronuntiauit: hic eſt ſanguis fœde-
ris, quod Ioua vobiscum in hæc o-
9 mnia verba ferit. Et Moſes quidem,
et Aharon, et Nadabus, et Abius, et
ſeptuaginta de ſenatoribus Israeli-
tis, qui in montem adſcenderant,
10 Deum Israelitarum viderunt (cuius
pedibus ſuberat ſimilitudo operis
ſapphirini coctilis, ſpeciesque cæli
ſereni) neque quidquam ab eo gra- 11
uius paſſi ſunt hi Israelitarum pri-
mates, viſoque Deo, cibum ceperunt.
Tum Moſes a Ioua iusſus ad eum 12
in montem adſcendere, et illic eſſe,
ab illoque accipere tabulas lapideas,
et legem ac doctrinam ab ipſo Ioua 13
ad eorum diſciplinam conſcriptam,
ſenatoribus præcepit, vt ibi ſuum 14
reditum præſtolarentur: demon-
ſtrauitque eos Aharonem et Hu-
rém habere, ad quos, ſi quis causſam
haberet, ſe reciperet. Deinde, ad- 15
ſumto Ioſua famulo ſuo, ſeſe in
montem diuinum ſubduxit. Quo
poſtquam adſcendit, montem Sinam
nubes obduxit, et in eo Iouæ 16
ſplendor inſedit. Ac, poſtquam ſex
diebus obductum nubes tenuit, vo-
cauit Ioua Moſem die ſeptimo de
media nube. Erat autem Iouæ 17
ſplendor adſpectu ſimilis ardenti
igni in vertice montis, in adſpectu
Israelitarum. Tum Moſes in me- 18
diam nubem intrauit, fuitque in eo
monte, poſtquam in eum adſcen-
dit, dies quadraginta et totidem
noctes.

CAPVT XXV.

Honoraria ad Iouam ſpontanea. Sanctuarii et tabernaculi deſcriptio cum partibus, arca, cherubis, menſa, vectibus, vaſis aureis, panibus, candelabro, lucernis.

TVm Ioua cum Moſe ſic locutus 1
eſt: 'dic Israelitis, vt mihi 2
honorarium conferant, idque
ab omnibus, qui vltro conferent.
Hæc autem in id honorarium acci- 3
pietis: aurum, argentum, æs, hy- 4
acinthum, purpuram, coccum itera-
tum, byſſum, vellera caprina, pel- 5
les arietinas rubro infectas, pelles
melium, ligna cedrina*, oleum lu- 6
cernarium, aromata ad vnguentum
vnctorium et ad ſuffimenta odora-
ta, gemmas onychas et gemmas 7
cælaturæ idoneas ad ephodum et ad
monile: mihique ſanctuarium 8
faciant, quo inter eos habitem:
ac, ſicut tibi tabernaculi exemplar et 9
omnis

omnis eius adparatus oſtendam, ita
10 fiat. Fiat igitur arca ex lignis ce-
drinis in longitudinem duorum cu-
bitorum et dimidii, in latitudinem
ſesquicubitalem, tantumdemque in
11 altitudinem, Eam puro auro
tum intus tum extra inducito, au-
12 reaque corona cingito. Tum
quatuor annulos aureos conflato,
quos quatuor eius angulis vtroque
13 in latere binos adplicabis: vectes-
que cedrinos facito, eosque inaura-
14 to, et per annulos illos ad latera
arcæ ad eam portandam traiicito,
15 ita, vt in annulis arcæ hæreant, ne-
16 que ex ea detrahantur. In ea arca
oraculum, quod tibi tradam, poni-
17 to.*Propitiatorium * quoque ex pu-
ro auro facito, longitudine duorum
cubitorum et dimidii, latitudine
18 ſesquicubitali. Tum duos che-
rubos aureos ſolidos, alterum ex al-
19 tero propitiatorii extremo, et
eos ex ipſo propitiatorio facito,
20 qui expanſis alis propitiatorium
obtegant, alterius adſpectu in alte-
rum per propitiatorium conuerſo.
21 propitiatorium autem arcæ deſuper
imponito, poſito in arca oraculo,
22 quod tibi tradam. Hinc ego tibi
oracula reddam, et de propitiatorio,
inter duos cherubos arcæ oraculi
impoſito, omnia effabor, quæ tibi ad
Iſraelitas præcipiam.
23 Item menſam facito cedrinam
longitudine bicubitali, latitudine
cubitali, altitudine ſesquicubitali.
24 Eam auro puro incruſtato, aureaque
25 corona circumdato, facta margine
quadrantali per ambitum, cui mar-
gini auream coronam vndique ad-
26 plicabis. Tum quatuor annulos au-
reos facito, et eos quatuor angulis
27 quatuor eius pedum adplicato, ita,
vt ſecundum marginem collocati
præbeant vectibus receptacula ad
28 portandam menſam. Vectes au-
tem, quibus menſa portabitur, ex ce-
29 dro facito, et auro tegito. Facito
item eius ſcutellas, diſcos, pateras et
phialas, quibus libetur, et ea ex auro
puro. Ei menſæ imponito panem 30
adpoſititium * ante me perpetuo.
Item candelabrum * ex auro pu- 31
ro facito, idque p ſolidum, ita, vt eius
crus ſcapi, ſcutulæ, globi et lilia ſint
ex eodem, exeantque ſex ſcapi ex 32
eius lateribus, videlicet ex vtroque
trini, qui ſinguli trinas habeant 33
ſcutulas ad inſtar putaminis amyg-
dali concauas, totidemque globos
atque lilia. In ipſo autem cande- 34
labro, quatuor concauæ ſcutulæ ſint,
totidemque globi et lilia: et ſub- 35
ter tria ſex ſcaporum paria ex can-
delabro orientia, ſinguli globi, vt 36
et globi et ſcapi ex ipſo ſint cande-
labro, vt totum ſolidum vnumque
ſit ex auro puro. Facito item lu- 37
cernas ſeptem, quibus accenſis can-
delabrum ante ſe luceat, earum- 38
que forcipes * et foculos ex puro au-
ro. Hæc omnia vaſa vna cum 39
ipſo candelabro ex vno talento auri
puri fiant: ac videto, vt ad exem- 40
plar facias, quod tibi in monte mon-
ſtratum eſt.

CAPVT XXVI.

Tabernaculi lintea, ſtragula caprina, repagula, ſiparium, aulæum.

AD tabernaculum autem decem 1
lintea facito ex byſſo bilice,
hyacintho, purpura, et cocco
iterato, cherubis picturata, opere
phrygionis: quorum ſingulorum 2
longitudo viginti octo cubitorum
ſit, latitudo quatuor, eadem omni-
um menſura. Ea quina inter ſe 3
connexa ſunto. Tum ligulas hya- 4
cinthinas facito per oram lintei,
quod erit vltimum in vna parte
commiſſuræ: easque vtrobique 5
quinquagenas ſibi inter ſe reſpon-
dentes. Tum totidem vncos au- 6
reos, quibus vncis lintea inter ſe
connectes, vt efficiatur vnum tento-
rium. Facito item ſtragula ex 7
caprinis velleribus, ad contegen-
dum

p) vnum, non ex multis partibus compoſitum.

8 du n tabernaculum, vndecim, in
long tudinem trigenum cubitorum,
in latitudinem quaternum, eadem
9 omnium menſura: quorum quin-
que ſeorſum,et ſex ſeorſum coniun-
ges, ſextumque in frontem taberna-
10 culi replicabis. Præterea quin-
quaginta ligulas per oram vnius
vltimi ſtraguli in commisſura, et
totidem per oram vltimi ſtraguli
11 alterius commisſuræ, per quas
ligulas totidem factos ex ære vncos
traiicies, et ita tegmentum in vnum
12 copulabis. Eius autem ſtraguli
tegmenti reliquum, videlicet dimi-
dium ſtraguli,quod reſtabit, id red-
13 undet poſt tabernaculum. At
duo cubiti alter altera ex parte de
ſtragulorum longitudine ſuperflu-
entes, redundabunt in tabernaculi
latera, vt id hinc inde operiant.
14 Huic idem tegumento operimen-
tum facito, ex pellibus arietinis ru-
bro tinctis, itemque inſuper operi-
mentum alterum ex pellibus meli-
um.
15 Item facito asſeres ad tabernacu-
16 lum cedrinos, arrectarios, in
longitudinem denum cubitorum,
17 latitudine ſesquicubitali, qui ſin-
guli binos cardines habeant ſibi
18 mutuo cohærentes. Facito au-
tem viginti asſeres ad partem taber-
19 naculi meridianam, quibus qua-
draginta ſpiras argenteas ſuppones,
20 videlicet ſingulas duas pro numero
21 cardinum: totidemque et eodem
modo, ad alterum latus in parte a-
22 quilonari. Ad partem autem oc-
23 cidentalem facito ſex asſeres, et
duos, quos in vtraque angulari ta-
24 bernaculi flexura, et in imo et in
ſummo ſimul vno annulo coapta-
25 bis. His octo asſeribus ſuberunt
26 argenteæ ſpiræ ſexdecim, ſingulis
27 binæ. Præterea facito cedrina re-
pagula quina, ad duo tabernaculi
latera: totidemque ad partem oc-
28 cidentalem, quorum medianum,
per medios asſeres traiectum, ad
29 vtrumque finem pertineat. Asſe-
res autem inaurato, eorumque an-
nulos ex auro facito, qui capiant
repagula, quæ item repagula auro
tegito. Igitur tabernaculum eri- 3
gito ad eum modum, quem in mon-
te videris.
Item ſiparium facito ex hyacin- 3
tho, purpura, cocco iterato et bysſo
bilice, opere phrygionis, cherubis
variegatum: quod adpendes quatu- 3
or cedrinis columnis, auro opertis,
capitellis aureis, et baſibus quatuor
argenteis. Idque vncis ſuſpendito, 3
et eo arcam oraculi intra ſiparium
inferto, vt id ſiparium vobis ſanctu-
arium a ſanctiore ſanctuario diui-
dat. Imponito autem propitiatori- 3
um arcæ oraculi in ſanctiore ſan-
ctuario. Sed menſam extra ſipari-
um ponito, et candelabrum e regio- 3
ne menſæ ad meridianum taberna-
culi latus: menſam autem ad aqui-
lonem. Item facito aulæum ad oſti- 3
um tabernaculi ex hyacintho, pur-
pura,cocco iterato et bysſo bilice, o-
pere polymito: et ad aulæum quin- 3
que columellas cedrinas, auro illi-
tas,capitellis aureis, earumque toti-
dem baſes ex ære conflato.

CAPVT XXVII.

Ara cedrina cum inſtrumentis, cancellis. Atrium tabernaculi. Oliuum putum. Perpetuus ignis.

ITem facito aram cedrinam quin- 1
que cubitos longam et totidem
latam,vt ſit quadrata: tres cubitos
altam, eiusque cornua in quatuor 2
eius angulis; quæ quidem ex ipſa
ſint, eamque ære incruſtato. Tum 3
eius cacabos ad cineres, et ſcopulas,
et pollubra, et fuſcinas, et batilla,
quæ omnia eius vaſa ex ære facito.
Eius autem focum * opere cancella- 4
tim reticulato ex ære facito: tum
cancellis ad quatuor extrema toti-
dem æreos annulos addito: eum- 5
que focum ſubter aræ contractu-
ram ita collocato, vt ad medium
aræ pertingat. Præterea vectes 6
ad aram, videlicet cedrinos, ære
ſuper-

7 ſuperinductos, quos per annulos
immittes, vt hæreant in duobus
aræ lateribus, quum erit portanda.
8 Aram autem concauam facito ex
tabulis, eaque fiat, quemadmodum
tibi in monte fuerit monſtratum.
9 Item atrium tabernaculi, cuius
atrii vnius lateris, videlicet meri-
diani, vela ſint ex byſſo bilice, in
longitudinem centum cubitorum:
0 columnæ autem viginti, totidem
baſibus æreis, capitellis autem et
1 præcinctionibus argenteis, eo-
demque modo in latere ſeptemtrio-
nali. Et iſta quidem duo latera lon-
2 gitudinem efficient. Ad latitudi-
nem autem atrii in parte occiden-
tali lintea erunt cubitorum quin-
quaginta, columnæ decem, totidem-
3 que baſes, Ad orientem atrium
patebit in latitudinem item quin-
4 quaginta cubitos. Sed vtrimque
vela erunt quindenum cubitorum,
5 et columnæ ternæ totidemque ba-
5 ſes. In oſtio atrii erit aulæum
cubitorum viginti, ex hyacintho,
purpura, cocco iterato, et byſſo
bilice, opere polymito, columnæ
autem quatuor totidem baſibus,
7 ita, vt omnes vndique atrii columnæ
3 habeant præcinctiones, et capi-
9 tella argentea, baſes æreas. Lon-
gitudo atrii erit centum cubito-
rum, latitudo quinquaginta [a] vtrobi-
que: altitudo quinque, ex byſſo
) bilice, baſibus æreis. Tum omne
ad ædis miniſterium pertinens in-
ſtrumentum, omneſque tam æ-
dis quam atrii paxilli ex ære ſunto.
Et tu Israelitis præcipito, vt tibi
adferant oleum oliuum putum,
expreſſum ad illucendum, ad ac-
cendendas lucernas perpetuas,
quas in tabernaculo oraculi extra
ſiparium, quod erit ad oraculum,
ſtatuet Aharon, et eius filii ante
Iouam a veſpere ad mane, qui
ritus ſempiternus poſteris eorum
prodatur per Israelitas.

CAPVT XXVIII.

Sacerdotum veſtes, monile, ephodus, prætexta, tunica, infula, cinctus, gemmæ, lamina, femoralia.

TVm tu mihi Aharonem fratrem 1
tuum et eius filios Nadabum,
Abium, Eleazarum et Ithama-
rum ex aliis Israelitis ſecernito, qui
mihi ſacerdotio fungantur: ipſi- 2
que Aharoni fratri tuo ſacras veſtes
facito, quibus ſplendide exornetur:
et cum peritisſimis quibusque agi- 3
to, per me peritia præditis atque
plenis, vt Aharoni veſtes ad eum
conſecrandum faciant, quo mihi
ſacerdotium gerat. Quæ veſtes 4
erunt hæ: monile, ephodus, præ-
texta, tunica circumtexta, infula et
cinctus. has ſacras Aharoni fratri
tuo veſtes faciant eiusque filiis, vt
mihi ſacerdotium obeant, ad quas 5
aurum, hyacinthum, purpuram,
coccum iteratum et byſſum adhibe-
ant.
Ephodum igitur ex auro, hya- 6
cintho, purpura, cocco iterato et
byſſo bilice, opere phrygionis fa-
ciant: quod habeat humeralia 7
duo ad vtramque extremitatem ſu-
am copulata, atque ita coniunctum
ſit. Textura autem limbi, qui in 8
eo erit, ex ipſo eiusdemque cum eo
operis eſto, ex auro, hyacintho, pur-
pura, cocco iterato et byſſo bilice.
Tum duas gemmas onychas Israe- 9
litarum nominibus incidito, vi- 10
delicet vtramque ſenis nominibus,
pro ratione ætatis eorum: eas- 11
que cælato opere opificis gemmarii,
cælatura ſigillari. Facitoque, vt
ipſa Israelitarum nomina circulis
aureis ſint concluſa. Eas duas 12
gemmas humeralibus ephodi im-
ponito, vt ſint Israelitarum moni-
mentum, quorum nomina Aharon
in duobus humeris ſuis ante Iouam
recordationis ergo feret. Circu- 13
los autem aureos facito, et duas 14

a) hoc eſt et ad orientem et ad occidentem, vt paulo ante dictum eſt. Vide, quod ad hunc Hebraiſmum attinet, Ezech. IV.

catenulas ex auro puro finitas, ope-
re perplexo, quas circulis inſeres.
15 Facito item monile iudiciale, ope-
re quoque phrygionis, ſicut epho-
dum, ex auro, hyacintho, purpura,
16 cocco iterato et bysſo bilice, qua-
dratum, duplum, longitudine et la-
17 titudine palmi: idque quatuor il-
ligatarum gemmarum ordinibus
completo. In primo ordine ſardo-
nyx, topazius et ſmaragdus ſunto:
18 in ſecundo carbunculus, ſapphirus
19 et adamas: in tertio ligyrius,
20 achates et amethyſtus: in quarto
chryſolithus, onyx et iaſpis. Hæ
gemmæ ſuis in valuulis auro inclu-
21 dantur, et ſint pro numero Israelis
filiorum, id eſt, duodecim: et duo-
decim nominibus, videlicet quot
ſunt tribus, ſingulæ ſingulis cælen-
22 tur, vt fit in ſigillis. Tum ad mo-
nile habenas finitas facito opere ca-
23 tenato, ex auro puro. Præterea
duos annulos aureos, quos duabus
24 monilis extremitatibus adfigas, et
in eos duas illas argenteas catenulas
25 ibidem inſeras, earumque cate-
nularum duo altera capita in duos
circulos indita in humeralia epho-
26 di anteriore parte ſubducas. De-
inde duos annulos aureos facito,
eosque adligato duabus extremita-
tibus monilis, interius, in ora, quæ
27 ad ipſum ephodum pertinet. Alte-
rosque item aureos, quos duobus
humeralibus ephodi per anterio-
rem partem ſubiicias, qua eſt com-
miſſura ſuper ipſius ephodi textu-
28 ram: et monile a ſuis annulis ad
annulos ephodi vitta hyacinthina *
adligetur, ita, vt ſuper textum epho-
29 di ſit, neque ab eo dimoueatur. In
hoc monili iudiciali Aharon Israe-
litarum nomina pectori ſuo adpli-
cata feret, quum in ſanctuarium in-
trabit, vt ſit monimentum in Iouæ
30 conſpectu ſempiternum. Atque in
eo monili iudiciali ponito: CLA-
RITAS ET INTEGRITAS, quæ
Aharon ad pectus habeat, quando-
cumque in Iouæ conſpectum ve-
niet: feratque iudicium Israelita-
rum ad pectus ſuum in conſpectu
Iouæ perpetuo. Item facito præ- 31
textam, in qua erit ephodus, totam
hyacinthinam: cuius ſummæ me- 32
dium os limbo circumdetur, opere
textili, ad modum loricæ, ne rum-
patur. Eius in lacinia mala puni- 33
ca circumquaque facito, ex hya- 34
cintho, purpura et cocco iterato, *G. L.* et bysſo bilice *H.* et eis tintin-
nabula aurea alterna interponito.
Ea Aharon in miniſterio vtetur: au- 35
ditoque eius ſonitu, ſiue in ſacrum
ante Iouam intrantis, ſiue exeuntis,
a morte vindicabitur.
Item facito laminam ex auro 36
puro, et in ea cælatura ſigillari
inſculpito: IOVAE SACRVM.
Eam vitta hyacinthina infulæ a 37
fronte adaptato, quam Aharon 38
in fronte habeat, feratque cul-
pam donariorum, quæcumque
Israelitæ conſecrauerint, eam in
fronte perpetuo habens, ad Iouæ
fauorem eis conciliandum. Tu- 39
nicam autem bysſo circumtexito,
et infulam bysſinam, et cincturam
opere polymito facito. Aharo- 40
nis quoque filiis tunicas facito,
cincturasque et galeros, quibus de-
center exornentur. His veſtimen- 41
tis Aharonem fratrem tuum eius-
que filios induito, eosque vngito:
et initiatis eorum manibus, mihi
in ſacerdotium conſecrato. Tum 42
eis linea femoralia facito, quæ cor-
poris verenda tegant, et ab ilibus
ad femora pertineant, quibus 43
tam Aharon, quam eius filii vtan-
tur, quando vel in tabernaculum
oraculi ingredientur, vel ad aram
procurandorum ſacrorum gratia
accedent, ne capite dent pœnas.
Atque hunc ritum ipſi eorumque
poſteri ſempiternum tenento.

CAPVT. XXIX.

Initiandi ſacerdotis ritus, victimæ, libamina.

Haec

1 HAec autem, quum eos mihi
ſacerdotes conſecrabis, facito.
Taurum vnum et arietes du-
2 os vitii expertes adhibeto. Tum
panes ſine fermento, et placentas
ſine fermento, in oleo ſubactas, et
cruſtula ſine fermento, oleo con-
3 ſperſa, ex ſimila adorea facito, ea-
que in caniſtro poſita adferto, tau-
rumque et duos arietes adducito.
4 Deinde Aharonem et eius filios ad
oſtium tabernaculi oraculi addu-
5 ctos aqua lauato. Tum, ſumtis veſti-
mentis, Aharoni tunicam induito,
ephodique prætextam, et ephodum,
et monile, eumque per contextum
6 ephodi amicito, et eius capiti in-
fulam imponito, et infulæ coronam
7 ſacram adplicato. Tum oleo vn-
ctorio caput ei perfundito, eumque
8 inungito. Deinde eius filios ad-
9 hibeto, eosque tunicis veſtito, et
cinctura tam Aharonem quam eius
filios conſtringito, atque illos ga-
leris obnubito, vt perpetuum ſacer-
dotii ius obtineant: et Aharonis
manum eiusque filiorum initiato,
10 et taurum ante tabernaculum ora-
culi ſiſtito. quumque eius capiti
Aharon et eius filii manus ſuas im-
11 poſuerint, eum in conſpectu Io-
uæ ante oſtium oracularis taberna-
12 culi mactato, eius ſanguine di-
gito tuo cornua altaris intingito,
reliquum omnem ſanguinem ad
13 radices altaris inſpergito. Deinde
totum omentum ſumito, fibram-
que iecoris, et ambos renes, atque
eis inhærentem pinguitudinem:
14 hæc in altari adoleto. Carnem
tauri, coriumque, et fimum igni
extra caſtra cremato, quod piacu-
15 lum ſit. Poſtea arietem alterum
adhibeto: eum, quum eius capiti
Aharon eiusque filii manus impo-
16 ſuerint, immolato: ſanguinem
17 in ara circumfundito: ipſum in
fruſta diſcindito: inteſtina et crura
lauato, et ſuper fruſtis capiteque
18 ponito, totumque arietem in ara
adoleto. Talis victimæ ſolida cre-
matio Iouæ ſit, eumque ſuaui odo-
re delinit. Deinde alterum arie- 19
tem adhibeto: eum ſimiliter, quum
eius capiti Aharon et eius filii
manus impoſuerint, mactato: e- 20
ius ſanguine auriculam infimam
Aharonis dexteram, eiusque filio-
rum, itemque dextrarum manuum
pedúmque pollices intingito: reli-
quum ſuper aram per ambitum
fundito. Deinde ſanguine, qui 21
erit in ara, et oleo vnctorio Aharo-
nem vna cum filiis, eorumque ve-
ſtimenta adſpergito, vt et ipſe et
eius veſtimenta, eiusque filii et
eorum veſtimenta ſacra ſint. Item 22
deſumito de eo ariete adipem, cau-
dam, omentum, fibram iecoris et
renes ambos, eisque adhærentem
pinguitudinem, et dextrum ar-
mum, (quia agnus initiatorius eſt)
panemque vnum, et placentam ex 23
pane et oleo vnam, et cruſtulum
vnum ex panum non fermentato-
rum caniſtro Iouæ adpoſito. Hæc 24
omnia, palmis Aharonis et eius fi-
liorum impoſita, Iouæ porricito:
tum de eorum manibus excepta, in 25
ara ſuper victimam adoleto, ad
Iouam odore deliniendum. Hæc
Iouæ res diuina ſit. Poſtea ſumi- 26
to pectuſculum initiatorii arietis
Aharonis, idque Iouæ porricito, et
eam tibi portionem habeto, con- 27
ſecratoque pectuſculum porrecti-
tium, et armum exceptitium, quod
porrectum, et qui exceptus fuerit,
ex initiatorio ariete, tam Aharonis
quam eius filiorum. Atque hoc 28
Aharon eiusque filii æterna lege ab
Iſraelitis habento. Nam hoc ex-
ceptitium donarium erit, et id do-
narium, quod Iſraelitarum nomine
in ſacrificiis pro eorum ſalute ſuſ-
ceptis Iouæ deſtinabitur. Veſtes 29
autem ſacræ Aharonis cedant eius
natis poſt eum, vt in eis et ipſi in-
ungantur, et eorum manus initien-
tur. Septem diebus eas induito 30
pontifex, qui ei ex eius natis ſucce-
det, in oraculare tabernaculum ad

rem ſacram adminiſtrandam intra-
31 turus. Arietem autem initiatori-
um capito, eiusque carnem in loco
32 ſacro coquito. Eam Aharon et
eius filii, nec non panem caniſtri
in introitu oracularis tabernaculi
33 comedunto, et ideo comedunto,
quia propitiatoria ſunt, ad eorum
manus initiandas ipſorum conſe-
crandorum gratia. Alienus ne gu-
34 ſtato, quia ſacra ſunt. Quod ſi
quid ex carne initiatoria et ex pane
in poſterum diem ſuperfuerit, id
reliquum igni cremato: neue com-
35 edi fas eſto, vtpote ſacrum. Igi-
tur ad hunc omnino modum circa
Aharonem et eius filios facito,
quomodo ego tibi præcipio. Se-
ptem diebus eorum manus initiato,
36 et vnoquoque die tauro piaculari
propitiato, aramque in ea propiti-
ando expiato, et ad conſecrationem
37 inungito. Per ſeptem dies in ea
propitiato, eamque conſecrato, vt
ſit ſacroſancta, vt omnes ad eam
acceſſuri conſecrentur.
38 Hæc autem in ara procurato:
quotidie ſemper binis agnis anni-
39 culis facito, altero mane, altero
40 veſpere: et priori agno addito
decimam ſimilaginis, depſitæ in
olei expreſſi quarta parte hinis,
itemque vini libamentum hinis
41 quartam partem. In altero agno,
quo agno veſpere facies, idem
fertum, vinique libationem ad-
hibeto, vt eo rei diuinæ odore
42 Ioua deliniatur*. Atque hic ſo-
lidi ſacrificii ritus veſtro generi
ſolemnis eſto in ingreſſu taberna-
culi oraculi, ante Iouam, vbi e-
go te adfando vobis reſponſa dem,
43 et Iſraelitis reddam oracula, vt
ſplendore meo ſacrum reddatur ta-
44 bernaculum: id quod ego ſacra-
bo, aramque et Aharonem et eius
filios mihi ſacerdotes conſecrabo,
45 et in Iſraelitis habitabo, meque eis
46 Deum exhibebo: vt inter eos
habitante me intelligant, me illum
Iouam Deum ſuum eſſe, a quo ſint
educti ex Aegypto. Hæc ego Ioua
Deus eorum.

CAPVT XXX.

Ara ſuffitoria. Ex cenſu pecunia. Labrum. Vnguentum. Suffimen.

ITem aram ſuffitoriam cedrinam 1
facito, longitudine et latitudi- 2
ne cubitali, vt ſit quadrata, alti-
tudine bicubitali, cuius cornua ſint
ex ipſa. Eam, id eſt, eius ſuper- 3
ficiem et laterum ambitum cornu-
aque auro puro operito, eamque
corona aurea cingito. Tum in 4
vtroque eius latere binos annulos
aureos binis angulis ſubter coro-
nam adfigito, per quos annulos ve-
ctes ad eam portandam traiician-
tur. Ipſos vectes cedrinos facito, 5
et inaurato. Hanc aram ante ſi- 6
parium, quod erit apud arcam ora-
culi, ponito, ante propitiatorium
oraculi, vnde ego tibi ſum oracula
redditurus. Ad hanc Aharon ſuf- 7
fitum odoratum matutinis omni-
bus, adornatis lucernis, facito:
ſimiliterque veſpere, quum lucer- 8
nas accenderit, quæ perennis ante
Iouam ſuffitio poſteritati veſtræ
mandetur. Ad hanc aram alienum 9
ſuffimentum fieri ne liceat, neue
hoſtia, ſolido ſacrificio aut ferto
fieri, neue vinum prolibari*. Sed 1
ad eius cornua Aharon ſanguine
piaculari propitiatorio ſupplicato:
ſed non niſi ſemel quotannis ſup-
plicato, id quod etiam poſteris ve-
ſtris tradatur. Hoc Iouæ ſacroſan-
ctum eſto.
Item hæc Moſi dixit Ioua: 1
quum Iſraelitarum cenſum habe- 1
bis, in eo cenſu pro ſuo quisque
capite propitiatorium Iouæ pen-
dito, cladis ab eis ita cenſendis
auertendæ gratia: videlicet ſicli 1
ſacri ſemiſſem, qui ſiclus valet
obolos viginti, qui ſemiſſes erunt
Iouæ honorarium *, quo defun- 1
gantur omnes, qui in cenſum ve-
niunt, id eſt, qui viceſimum ætatis
annum

5 annum exceſſerint, ita vt ne-
que diuites plus, neque pauperes
minus ſemiſſe ſinguli conferant,
ad Iouam huius honorarii collatio-
6 ne vobis propitiandum. Hoc pro
pitiatorium argentum, quum ab
Iſraelitis redegeris, in opus oracu-
7 laris tabernaculi conferto, vt pro-
poſito eo monimento Ioua Iſraeli-
tarum admonitus, eorum vitæ ſit
propitius.
8 Item facito labrum æreum, in-
quit, ſcapo æreo, ad lauandum,
idque inter oraculorum taberna-
culum et aram ponito, et eo a-
9 quam ingerito, vnde Aharon et
eius nati manus et pedes aqua ablu-
0 ant: idque faciant tabernaculum
oraculorum ingreſſuri, aut etiam
ad altaris miniſterium acceſſuri,
et Iouæ rem diuinam crematuri:
1 vt ea lauatione necem ab ſeſe a-
2 uertant. Hunc morem ipſe et
eius poſteritatis progenies æter-
3 num tenento. Præterea ſumito
primæ notæ aromata (inquit Io-
ua Moſi) myrrhæ ingenuæ ſiclos
ſacros quingentos, cinnamomi a-
romatici dimidium, id eſt, du-
centos quinquaginta: calami a-
romatici ducentos quinquaginta:
4 iris quingentos*, ſacri ponderis:
5 præterea olei oliui hinem. Ex his
ſacræ vnctionis vnguentum facito,
6 confectura vnguentaria, eoque
vngito tabernaculum oraculare et
7 arcam oraculi, menſamque cum
omni ſuo inſtrumento, et candela-
brum cum omni ſuo inſtrumento,
8 et aram ſuffitoriam, et aram vi-
ctimariam, eiusque inſtrumentum
omne, labrumque cum ſuo ſcapo,
9 eaque conſecrato, vt ſint ſacro-
ſancta, vt omnes, qui ea tangent,
0 conſecrentur. Aharonem quo-
que et eius filios vngito, et mihi
ad ſacerdotale munus conſecrato.
1 Tum Iſraelitas admoneto, vt hu-
iuſmodi vnguentum mihi ſacratum
2 in poſterum ducant, neue eo ho-
minum corpora perfundantur, ne-
ue eadem confectura vnguentum
faciant, ſed id pro ſacro (vt eſt) 33
habeant. Qui tale concinnauerit,
aut qui eo alienum perfuderit, is
de ſuorum numero tollatur. In- 34
ſuper odores ſumito (inquit) ſta-
cten, crocum, galbanum odoratum
et purum tus, tantumdem ex o-
mnibus, indeque ſacrum ſuffimen 35
arte vnguentaria temperatum pu-
rum facito, et ex eo in puluerem 36
contuſo ante oraculum in taberna-
culo oraculi ponito, vnde ego 37
ſum tibi oracula editurus: idque
ſacroſanctum habetote. Ad iſtud 38
exemplum ſuffimen vobis ne con-
cinnatote, ſed id ſacratum Iouæ
ducitote. Qui tale fecerit ad ſua- 39
ueolentiam, is ex ſuorum numero
tollatur.

CAPVT XXXI.

Ad tabernaculum fabrorum ſolertia. Sabbati feriatio. In eo operantis pœna. Lapideæ tabulæ.

DEſtinaui autem huic, inquit, 1
rei nominatim Beſelelem 2
Vris filium, Huris nepotem,
ex tribu iudaica, cui plenam o- 3
mnis opificii peritiam, intelligen-
tiam, ſcientiam diuinitus adſpiraui,
qui negotium ingenioſiſſime con- 4
ficiat, aurumque et argentum et æs
fabrefaciat: quique gemmas ar- 5
tificioſe illiget, et lignum fabrice-
tur, atque omne artificium exer-
ceat. Huic addidi Oholiabum 6
Achiſamachi filium, ex dania tri-
bu: inque omnium ſolertium ani-
mos peritiam immiſi, qui omnia,
quæ tibi præcepi, conficiant: ora- 7
culare tabernaculum, oraculi ar-
cam, et propitiatorium ei impo-
nendum: atque omne taberna-
culi inſtrumentum, menſam, pu- 8
rum candelabrum, vtrumque cum
omni ſuo inſtrumento, aram ſuffi-
toriam, aram victimariam cum 9
omni ſuo inſtrumento, labrum cum
ſuo ſcapo: tum veſtes ſuperuaca- 10
neas,

neas, et veſtes ſacras Aharonis pon-
tificis, veſteſque eius filiorum ſa-
11 cerdotales, ad hæc vnctorium
vnguentum, et ſuffimen odoratum,
12 ad ſacrarium: qui hæc, inquam,
quemadmodum tibi præcepi, ſic
13 plane conficiant. Tu vero Iſrae-
litas commoneto, inquit, vt mea
quidem ſabbata obſeruent: hoc
enim inter me et eos interpoſitum
eſſe ſignum ad poſteros, quo intelli-
gatur, eos a me Ioua ſanctos fieri.
14 Proinde ſabbatum conſeruanto
ſanctumque habento. Id qui vio-
larit, capitale eſto: ac quicumque
in eo opus vllum fecerit, de nume-
15 ro ſuorum exſcinditor. Sex die-
bus opera patranto, ſeptimo die
Iouæ ſacra ſabbati feriatio eſt: die
ſabbati quiſquis opus fecerit, capi-
16 tis pœna eſto. Quocirca vidento
Iſraelitæ, vt ſabbati fœdus ſempi-
ternum et ipſi et eorum poſteri
17 colant: hoc inter me et Iſraelitas
pignus eſt ſempiternum: quia
quum ſex diebus feciſſet Ioua cæ-
lum et terram, ſeptimo die feriatus
18 eſt, et reſpirauit. Hæc Moſi effa-
tus Ioua in monte Sina, tradidit ei
duas tabulas oraculi lapideas, di-
uino digito inſcriptas.

CAPVT XXXII.

Idolum vitulus. Iouam exorans Moſes. Perfractæ tabulæ. Contuſum idolum. Per Leuitas cædes in ſuos. Ducis ad Iouam precatio.

1 INterea populus, quum videret
Moſem tamdiu de monte non
deſcendere, ad Aharonem con-
uenerat, flagitantes, vt ſibi præitu-
ros deos faceret: nam Moſi quidem
illi, a quo viro eſſent ex Aegypto
eductì, neſcire ſe quid accidiſſet.
2 Et quum iuſſiſſet Aharon, vt inau-
res aureas, quas eorum vxores et
liberi in auribus habebant, concer-
3 perent, et ad ſe adferrent: paruc-
rant, ſuaſque diſcerptas inaures
cuncti ad Aharonem contulerant.
4 Id ille aurum ab eis acceptum cælo
configurarat, vitulumque confla-
uerat, de quo illi ſic prædicare: hi
ſunt dii tui, Iſraelita, qui te ex
Aegypto eduxerunt. Ea animad- 5
uertens Aharon, aram ante vitu-
lum excitauerat, et diem Iouæ fe-
ſtum in poſterum diem indixerat.
Igitur poſtridie eius diei, vt pri- 6
mum ſurrexerunt, ſolida ſacrificia,
et pro ſalute faciunt. Deinde,
quum diſcumbentes cibum potio-
nemque cepiſſent, ſeſe ad luden-
dum erexerant.

Tum Ioua Moſi: age iam, in- 7
quit, deſcende, nam deprauati
ſunt tui populares, a te ex ægy-
ptia terra educti: deflexerunt ci- 8
to de via, quam eis tradideram:
conflarunt ſibi vitulum, quem
adorant, cui ſacrificant, et eos eſ-
ſe Iſraelitarum deos iactant, a qui-
bus ſint ex Aegypto educti. Vi- 9
deo, inquit, populum hunc eſſe
duræ ceruicis. Quare ſine me 10
in eos iraſci, vt eos conficiam,
et te in magnam gentem propa- 11
gem. At Moſes Iouam Deum ſu-
um deprecans: cur in tuum po-
pulum Ioua ſæuies, inquit, quem
tanta vi, tamque valida manu ex
Aegypto extraxiſti? Cur dictitent
Aegyptii, eductos a te pernicioſe,
vt eos in montibus interficeres, at-
que ex orbe terrarum tolleres?
Comprime iſtius iracundiæ ſæui-
tiam, et pœnam populo tuo remitte.
Memento tuorum Abrahami, Iſaaci,
et Iſraelis, quibus per temetipſum
iuratus promiſiſti, te eorum ſobo-
lem ſtellis cæleſtibus numero ex-
æquaturum, eique ſoboli totius
illius a te deſignatæ regionis poſſeſ-
ſionem daturum eſſe ſempiternam.
Tum Ioua ſupplicium, quod de
populo ſuo ſumere ſtatuerat, reuo-
cauit.

At Moſes conuerſus de monte
deſcendit, duas oraculi tabulas
in manu habens, vtraque margine
hinc atque illinc inſcriptas. Opus
tabularum diuinum, ſcriptio diuina
in

18 in tabulis exarata. Hic Ioſua vo-
cem perſtrepentis exaudiens, dixit
Moſi: pugnantium vox in caſtris
19 auditur. Cui ille: vox iſta neque
vincentes ſonat neque cedentes:
20 vocem audio cantantium. Sed
vbi ad caſtra propius acceſſit, et
vitulum ſaltationesque conſpexit,
tum vero ira percitus, tabulas de
manu abiicit, easque ſub radice
21 montis perfringit. Deinde vitu-
lum, quem illi fecerant, corripit,
et eum igni exuſtum in puluerem
contundit, eoque puluere conſper-
git aquam, et eam Israelitas bibere
22 cogit, et Aharonem adloquitur:
quid tibi fecit iſte populus, vt eum
23 tanto ſcelere obligares? Cui A-
haron: ne iraſcere domine: tute
noſti populum, quam ſit peruerſus.
24 Quum a me flagitarent, vt ſibi præ-
ituros deos facerem, quod Moſi iſti,
a quo viro eſſent ex Aegypto e-
ducti, neſcirent quid accidiſſet:
25 iuſſi, vt, qui aurum haberent, diſpe-
ſcerent, et ad me referrent. Id au-
rum quum in ignem coniecisſem,
effectus eſt hic vitulus.
26 Hic Moſes populum animaduer-
tens ſpoliatum ornamentis, (ſpoli-
auerat enim Aharon, vt illos a-
pud inimicos ignominia notaret)
27 in porta caſtrorum adſtitit, et ita
pronuntiauit: Si quis a Ioua eſt,
huc ad me. Quumque ad eum
conuenisſent omnes Leuitæ, ſic
28 loquitur: iubet Ioua Deus Iſra-
elitarum, vt vos ſuo quisque enſe
femori accommodato, per caſtra
oſtiatim grasſemini, et veſtrorum
fratrum, familiarium, vicino-
rum promiſcuam cædem facia-
29 tis. Igitur Leuitæ, vt iusſerat
Moſes, faciunt, cecideruntque de
populo eo die circiter tria millia.
30 Tum Moſes Leuitis ait: *b* expiate
hodie manus veſtras Iouæ, quas
in veſtris filiis et conſanguineis
promiſcue cruentaſtis, vt hodie
fauſta vobis optentur. Poſtri- 31
die populum adloquitur, ſceleris
ab eis perpetrati magnitudinem
oſtendit: eamque ob causſam ſeſe
ad Iouam adſcenſurum esſe de-
monſtrat, ſi qua veniam eorum
peccato posſit impetrare. Deinde 32
ad Iouam reuerſus, ſic loquitur:
ingens quidem flagitium admiſit
hic populus, dum ſibi deos aureos
fecit: ſed tu aut ei peccatum con- 33
dona, aut me de libro, quem ſcri-
pſiſti, dele. At Ioua: qui in me 34
peccauerit, inquit, eum ipſum de
libro meo delebo. Quare perge 35
populum eo ducere, quo ego tibi
iusſero, meo tibi præeunte angelo.
Quum meæ vltionis dies venerit, 36
flagitium in auctores vindicabo.
c Ita cladem intulit populo Ioua, 37
propter vitulum, quem illi per
Aharonem fecerant.

CAPVT XXXIII.

Israelitarum dolor ob Iouæ minas. Iouæ cum Moſe colloquium. Anteriora Dei non adſpectanda.

INterim proficiſcere hinc, inquit, 1
vna cum populo, quem ex Aegy-
ptorum finibus eduxiſti, in ter-
ram, quam ego Abrahamo, Iſaaco
et Iacobo iureiurando confirmaui,
me eorum proli esſe daturum ter-
ram lacte et melle adfluentem: ex 2
qua præmisſo vobis angelo expel-
lam Chananæos, Amorræos, Het-
tæos, Pherezæos, Heuæos et Iebu-
ſæos. Nam ipſe quidem inter 3
vos, tam duræ ceruicis homines,
non proficiſcar, ne vos in itinere
conſumam. Hoc tam triſte dictum 4
poſtquam acceperunt homines, ad
luctum conuerſi a cultu corporis
cuncti abstinuerunt. Nam Ioua 5
eis, internuntio Moſe, contumaci-
am obiecit, per quam futurum
esſet, vt ſi inter eos proficiſceretur,
eos momento conſumeret: eam-
que ob causſam iusſit, vt ab ſeſe

F 4 cul-

b) Talis expiatio fit et Num. XXXI. etiam poſt interfectos eos, quos Deus iusſerat interfici. *c*) vt narratum eſt paullo ante.

cultum corporis deponerent, quo
ipſe videret, quid ſibi de eis ſtatu-
6 endum eſſet. Itaque ornatu ſeſe
exuerunt Iſraëlitæ, a monte Ho-
rebo.
7 Moſes autem tabernaculum ce-
pit, et extra caſtra procul a caſtris
tetendit, et oraculare tabernacu-
lum adpellauit. Ad hoc oraculare
tabernaculum omnes Iouam con-
ſulere volentes exibant extra ca-
8 ſtra. Ac prodeunte Moſe ad ta-
bernaculum, adſurgebant omnes,
et pro tabernaculis vulgo adſtantes,
Moſem a tergo proſpectabant, do-
nec in tabernaculum ingrederetur.
9 Eo autem ingreſſo, deſcendebat
columna nubis, et pro tabernaculo
adſtabat, illo Moſem adloquente:
10 quam pro tabernaculo ſtantem vni-
uerſus populus adſpectans adſur-
gebat, vtque ante ſuum quisque
tabernaculum ſteterant, ſeſe ſub-
11 mittebant. Adloquebatur autem
Moſem Ioua præſens præſentem,
ſicut homines ſolent inter ſeſe: de-
inde Moſes in caſtra ſe referebat,
quum interim eius adminiſter Io-
ſua, Nunis filius adoleſcens, nus-
quam ſe ex medio tabernaculo mo-
12 ueret. Moſes autem ad Iouam
huiusmodi verba habuit: en tu
iubes me hunc populum deducere,
nec mihi ostendis, quem ſis mecum
miſſurus: et ais me tibi nomina-
tim eſſe notum, et apud te valere
13 gratia. Ergo ſi apud te valeo
gratia, doce me tuam viam, quo te
cognoſcam, vt apud te valeam gra-
tia: et ſimul conſidera, gentem
14 hanc tuum eſſe populum. Tum
ille: egomet præſens ibo * vna, te-
15 que quietum reddam. Et Moſes:
nam niſi tu ipſe præſens is, ne nos
16 hinc abduxeris. Ecqua tandem
re cognoſcetur, me tuumque po-
pulum apud te valere gratia? Non-
ne ſi ipſe nobiscum eas, vt ita ego
populusque tuus populos omnes,
quos terra ſuſtinet, antecellamus?
17 Cui Ioua: iſtud quoque poſtula-
tum tuum faciam, inquit: tanti tua
apud me gratia eſt et familiaritas
ſingularis. Et Moſes: ostende mi- 18
hi quaſo ſplendorem tuum. Cui 19
ille: ego omnia bona mea præter
conſpectum tuum traiiciam, et Io-
uæ nomen in conſpectu tuo adpel-
labo, qui gratiam facio, et miſeri-
cordiam tribuo, cuicumque mihi
collibitum ſit. Sed faciem meam 20
tibi videre non licet, inquit: neque
enim homini fas eſt videre me,
quin vitam amittat. Habeo au- 21
tem locum quemdam, inquit, vbi
in petra adſtabis, in cuius petræ 22
cauum, prætereunte ſplendore meo,
te abstrudam, tibique manum me-
am obtendam, donec præteriero,
qua deinde amota, a tergo me ita 23
videbis, vt anterior mei pars non
cernatur.

CAPVT XXXIIII.

Renouatæ tabulæ. Iouæ attributa. Victoria promiſſa. Contra idololatriam præcepta, et alia iam iniuncta. Ex præceptis fœdus. Moſis vultus radians.

CEterum incide duas tabulas 1
lapideas, inquit, prioribus ſi-
miles, in quibus ego eadem
verba ſcribam, quæ erant in prio-
ribus, quas tu fregiſti: et eſto 2
paratus in craſtinum mane, con-
ſcenſurus montem Sinam, et ibi in
montis cacumine mihi præſto fu-
turus. Sed ne quis hominum te- 3
cum adſcendat: neu quis toto in
monte conſpiciatur: neu pecora
minora maioraue ſecundum mon-
tem hunc paſcant.

Igitur Moſes duas tabulas lapi- 4
deas prioribus ſimiles incidit, et
mane vbi ſurrexit, montem Si-
nam, ſicut erat a Ioua iusſus, ſe-
cum lapideas tabulas habens con-
ſcendit. Eo Ioua in nube deſcen- 5
dit, et apud eum adſtitit, Iouæ-
que nomen adpellans: præter 6
eum transiit ita pronuntians: IO-
VA, IOVA DEVS MISERICORS
ET EXORABILIS, AD IRAM
TAR-

TARDVS, AD CLEMENTIAM
ET AVXILIVM PROPENSVS*:
7 QVI CLEMENTIA IN MILLE
VSQVE AETATES VTITVR,
VITIA ET PECCATA ET DE-
LICTA CONDONANS: IN POE-
NA AVTEM IRROGANDA PA-
RENTVM CVLPAM IN NA-
TOS ET NEPOTES, AD TER-
TIAM ET QVARTAM STIR-
8 PEM PERSEQVITVR. Tum
Moſes ad terram extemplo ſupplex
9 procumbens, inquit: ſi quid igi-
tur apud te gratia valeo, Domine,
oro, vt tu, Domine, inter nos ve-
nias, vt, quoniam populus duræ
ceruicis eſt, vitiis noſtris et peccatis
10 ignoſcas, nosque posſideas. Cui
ille: iam nunc pactionem facio,
inquit, coram omni iſto populo,
vt ego miracula faciam, quanta in
omni orbe terrarum apud vllas
gentes edita non ſunt: ſpectetque
vniuerſus, inter quem tu verſare,
populus, factum plane Ioua di-
gnum, id eſt, horribile, quod ego
ſum erga vos facturus: et vos
omnia obſeruetis, quæ ego hodie
præcipio. Ego igitur vobis expel-
lam Amorræos, Chananæos, Hettæ-
os, Pherezæos, Heuæos et Iebuſæos.
Vos cauetote, ne fœdus percutia-
tis cum eius terræ incolis, in quam
inuaſuri eſtis: ne ea res vobis adfe-
rat detrimentum. Quin eorum aras
eruitote, ſtatuas perfringitote, lucos
ſucciditote. Nam quum Deum per-
egrinum adorare prohibeamini (ha-
bet enim Ioua nomen obtrectantis,
Deus eſt riualis impatiens) pericu-
lum eſt, ne ſi cum incolis fœdus faci-
atis, illi impudica ſuis diis ſacrificia
facientes, vos ad pollutum pertra-
hant, perficiantque, vt ſuas filias
veſtris filiis adſciſcatis: quos illæ
porro, pudicitiam ſuis diis proſti-
tuendo, ad eamdem pertrahant
impudicitiam. Deum conflatilem
ne facito. Azymalia obſeruato.
Septem dies azymis veſcitor, quod
tibi præcepi in ſtatum tempus men-
ſis verni: nam in menſe verno e-
greſſus es Aegyptum. Quidquid 19
vuluam aperit, meum eſto. Omnem
tui pecoris maſculum primigeni-
um tum bouilli, tum ouilli, et capri-
ni mihi adſignato. Aſini primi- 20
genium oue aut capra redimito: ſi
non redimes, ceruicem frangito.
Omnem primogenitum filiorum
tuorum redimito, neue coram me
vacui comparento. Sex diebus 21
operator: ſeptimo die feriator, id-
que ſeu aratio, ſeu meſſis erit. Item 22
ſeptimanalia agito in primitiis triti-
ceæ meſſis. Item conditalia in clau-
ſula anni. Ter quotannis omnes 23
tui mares in conſpectum domini
Iouæ Dei Iſraelitarum ſiſtuntor.
Nam ego, exactis tua cauſſa genti- 24
bus, fines tuos amplificabo, neque
quiſquam tuam terram concupi-
ſcet, tum, quum ad comparendum
coram Ioua Deo tuo quotannis pro-
ficiſceris. Quum meæ victimæ 25
ſanguinem, eam mactando, effun-
des, fermentum ne habeto. Victima
feſti paſchæ in poſterum diem ne
ſupereſto. Principium primiti- 26
uarum frugum tui fundi in ædem
Iouæ Dei tui adferto. Hædum in
ſanguine matris ſuæ ne coquito.
Hæc tu verba (inquit, Moſem ad- 27
loquens) perſcribito, nam in hæc
verba fœdus tecum et cum Iſraeli-
tis ferio. Ita Moſes illic apud 28
Iouam quadraginta dies noctesque
fuit, nullo interim neque cibo vſus,
neque potione: perſcripſitque in
tabulis dicta fœderis, quæ dicta ſunt
decem.

Deinde quum de monte Sina, du- 29
as ſecum ferens oraculi tabulas, de-
ſcenderet, eius faciei cutis, eo igno-
rante, radiabat ex diuino colloquio:
quo ſplendore perſtricti Aharon et 30
omnes Iſraelitæ, eius congresſum
reformidabant. Sed reuocante Mo- 31
ſe, reuerterunt ad eum Aharon et o-
mnes rei publicæ principes: cum
quibus locuto Moſe, tum demum ac- 32
ceſſerunt omnes Iſraelitæ: quibus

ille omnia, quæ a Ioua in monte Si-
33 na acceperat, mandata expoſuit. De-
inde dicendi finem fecit, quum qui-
dem faciei ſuæ velamen obtendiſ-
34 ſet. Quum autem in Iouæ con-
ſpectum ad colloquium veniebat,
velamen vſque ad abitum detra-
hebat. Deinde quum ad mandata Iſ-
35 raelitis referenda pergebat, quo-
niam eius faciei cutis fulgore ſuo
illorum oculos perſtringebat, vela-
mentum ante faciem ſuam refere-
bat, donec ad Iouæ colloquium
rediret.

CAPVT XXXV.

Repetita per Moſem in concione. Tabernaculi membra, et artificium. Collata honoraria. Duorum artificum induſtria pro tabernaculo.

1 COacta autem vniuerſorum Iſ-
raelitarum concione, ad hunc
modum verba fecit: hæc ſunt,
2 quæ vos Ioua facere iubet. Sex
diebus opera patranto: ſeptimum
autem diem Iouæ ſacrum feriis ſab-
bati agendis habetote. In eo quiſ-
3 quis opus fecerit, moriatur. d Ignem
in vniuerſum per domos in die
4 ſabbati ne incenditote. Hoc in-
ſuper iubet Ioua, inquit, vt ſibi
a vobis honorarium conficiatis,
prout cuiusque animus ad confe-
rendum in id Iouæ honorarium
5 ſua ſponte feretur: videlicet au-
6 rum, argentum, æs, hyacinthum,
purpuram, coccum iteratum, velle-
7 ra caprina, pelles arietinas rubro
tinctas, pelles melium, ligna cedri-
8 na, oleum lucernarium, aromata
ad vnguentum vnctorium, et ad
9 ſuffimentum odoratum, præter-
ea gemmas onychinas, et gemmas
ad includendum idoneas, ad epho-
10 dum et monile. Tum autem vt
veſtrum ſcientisſimi quique adſint,
et omnia, quæ iubet Ioua, confi-
11 ciant: tabernaculum cum ſuo
tentorio, operimento, vncis, aſſa-
mentis, repagulis, columnis et ea-
rum baſibus. Item, arcam, eius- 12
que vectes, et propitiatorium, et
ſiparium obtendendum. Item, 13
menſam cum ſuis vectibus, et omni
inſtrumento, et pane adpoſititio.
Item, candelabrum ad illucendum 14
cum ſua dote, cumque lucernis et
oleo lucernario. Item, aram ſuffi- 15
toriam eiusque vectes, et oleum
vnctorium ſuffimenque odoratum,
et tabernaculi oſtiarium aulæum.
Item, aram victimariam, et eius 16
focum æreum, et vectes, et omnia
armamenta: tum labrum cum ſuo
ſcapo. Item, atrii vela et colu- 17
mnas cum ſuis baſibus: nec non
atrii portæ aulæum, et taberna- 18
culi et atrii paxillos atque funes.
Tum veſtes ſuperuacaneas ad ope- 19
randum ſacris, et ſacras veſtes Aha-
ronis pontificis, eiusque filiorum
veſtes ſacerdotales.

Igitur dimisſa a Moſe vniuerſa 20
concione, Iſraelitæ voluntarii, pro- 21
ut ſuus quemque voluntarius ani-
mus et mens exhortabatur et impel-
lebat, vulgo ad id Iouæ honorarium
conferebant, ad oracularis taberna-
culi totiusque eius ornamenti et ſa-
crarum veſtium opus: vulgoque 22
non ſolum viri, ſed etiam feminæ
ſua ſponte adferebant, partim fibu-
las, inaures, annulos, armillas et ce-
tera huius generis quæcumque or-
namenta aurea, ſi qui auro Iouam
munerabantur: partim hyacin- 23
thum, purpuram, coccum iteratum,
bysſum, caprina vellera, et rubro
imbutas arietinas pelles melium-
que, vt cuique copia erat. Alii ar- 24
gentum atque æs, pro ſua quisque
facultate ad id munus præſtabant.
Si qui ligna cedrina habebant, ea
ad totius rei opus ſuggerebant.
Feminarum etiam peritisſimæ quæ- 25
que hyacinthum, purpuram, coc-
cum iteratum et bysſum ſuis ipſæ
manibus nebant, netaque ſubmi-
niſtra-

d) ſcilicet ad opera facienda. Nam cibum quidem parare licere ſupra docuit.

5 niſtrabant. Nonnullæ (ſi quæ hu-
ius rei ſcientia præſtabant) vellera
7 caprina nebant, Primates autem
onychas et ceteras gemmas cælatu-
ræ accommodas ad ephodum et
8 monile ſuppeditabant: itemque
aromata et oleum tum lucernari-
um, tum ad vnctorium vnguentum,
9 et ad odoratum ſuffimentum. Ita
Iſraelitæ non ſolum viri, ſed etiam
feminæ, prout ſua quemque volun-
tas mouebat, ad conficiendum to-
tum illud opus, quod per Moſem
fieri Ioua iuſſerat, omnes volunta-
rio ad Iouam munere fungebantur.
10 Quibus Moſes demonſtrauit, vt
Ioua Beſelelem Vris filium, Huris
nepotem, ex tribu iudaica nomina-
11 tim delegiſſet, eumque omnis ar-
tificii prudentia, ſcientia, peritia
12 diuino adflatu cumulauiſſet, qui
aurum, qui argentum, qui æs ſubti-
13 liſſime elaboraret, gemmas arte
concluderet, ligna fabrefaceret, ad
faciendum omne inteſtinum opus:
14 vtque ei induſtriam docendi alios
dediſſet, nec non Oholiabo Achiſa-
15 machi filio de tribu dania, et eos
ſingulari animi peritia ornauiſſet:
16 cuius ope fabrilia, phrygia, pluma-
ria opera in omni genere facerent:
17 hyacinthumque, purpuram, coccum
iteratum, byſſum, textiliaque clabo-
rarent, et omne opus ſolerti perfi-
cerent induſtria.

CAPVT XXXVI.

Populi redundantia munera. Tabernaculi conſtructio.

1 PErfecerunt igitur Beſelel et
Oholiabus, et ingenioſiſſimi
quique homines, quos Ioua
peritia, prudentia, agendique ſcien-
tia donauerat, vniuerſum ſacri mi-
niſterii opus ad Iouæ præſcriptum.
2 Ad id opus adgrediendum quum
eſſent illi a Moſe euocati, prout
cuiusque voluntas ad id procliuis
3 erat, omnem Iſraelitarum colle-
ctam apud Moſem ad eam rem po-
ſitam abſtulerunt, adgreſſuri ne-
gotium, ſacrumque opus facturi.
Sed quum ad id plura in dies vltro
conferrentur, artifices illi omnes,
omiſſis, quibus fungebantur, operi-
bus, Moſem adeunt, demonſtrant- 4
que plus a populo conferri, quam
quantum poſtulet operis a Ioua im-
perati confectio. Quare Moſes 5
proclamari per caſtra iuſſit, ne 6
quis deinceps aut vir aut femina
quidquam ad ſacrum honorarium
adderet. Ita conferri a populo de-
ſitum eſt, quod iam ſatis ſuperque 7
erat, vnde totum opus abſoluere-
tur. Fecerunt igitur omnes illi 8
periti operis artifices ad taberna-
culum decem lintea ex byſſo bilice,
hyacintho, purpura, et cocco itera-
to: eaque cherubata, opere plu-
mario, quorum ſingulorum lon- 9
gitudo viginti octo cubitorum erat,
latitudo quatuor, eadem omnium
menſura. Hæc ille quina inter ſe 10
connectebat. Tum ligulas hya- 11
cinthinas faciebat, per oram vnius
lintei in commiſſuræ parte, ſimili-
terque in ora vltimi lintei in altera
commiſſura, easque vtrobique 12
quinquagenas ſibi mutuo reſpon-
dentes. Tum quinquaginta vn- 13
cos aureos, quibus vncis lintea in-
ter ſeſe connectebat, vt vnum fieret
tentorium. Faciebat item vnde- 14
cim ſtragula caprina ad contegen-
dum tabernaculum, in longitu- 15
dinem trigenum cubitorum, in la-
titudinem quaternum, eadem o-
mnium menſura: quorum quin- 16
que ſeorſum, et ſex ſeorſum con-
iungebat. Deinde quinquaginta 17
ligulas per oram vltimi ſtraguli in
commiſſura, et totidem per oram
ſtraguli alterius commiſſuræ, et 18
item vncos aureos quinquaginta, ad
tegumentum in vnum coniungen-
dum. Huic tegumento operi- 19
mentum faciebat ex pellibus arieti-
nis rubro tinctis: itemque inſuper
operimentum ex pellibus melium.
Item aſſeres faciebat ad tabernacu- 20
lum

21 lum cedrinos, arrectarios, in lon-
gitudinem denum cubitorum, lati-
22 tudine ſeſquicubitali, qui omnes
binos cardines inter ſeſe aptos ha-
23 bebant. Quorum aſſerum viginti
faciebat ad partem tabernaculi me-
24 ridianam, quibus quadraginta
ſpiras argenteas ſupponebat, vide-
licet ſingulis duas, quot erant car-
25 dines: totitemque et eodem mo-
do ad alterum latus, in parte aqui-
26 lonari. Ad partem autem taber-
naculi occidentalem ſex aſſeres fa-
ciebat, et duos in angularibus taber-
27 naculi verſuris, qui et in imo et
in ſummo vno annulo inter ſe co-
28 pulabantur. Ita octo aſſeres erant,
29 et eorum ſpiræ argenteæ ſexdecim,
30 ſingulorum binæ: deinde cedrina
repagula faciebat, vtrique taberna-
31 culi lateri quina, totidemque
32 parti occidentali, quorum repa-
gulorum medianum per medios
aſſeres traiectum ab altero extremo
33 ad alterum pertinebat. Et aſſeres
autem faciebat auratos, et eorum
34 annulos aureos, qui annuli repa-
gula etiam aurata caperent.
35 Faciebat et ſiparium ex hyacin-
tho, purpura, cocco iterato et byſſo
bilice, opere phrygionis, idque che-
36 rubatum: cui ſipario quatuor facie-
bat columellas cedrinas auratas, ca-
pitellis aureis, quibus quatuor baſes
37 conflabat argenteas. Tum aulæ-
um faciebat oſtio tabernaculi ex
hyacintho, purpura, cocco iterato
et byſſo bilice, opere polymito.
38 eiusque columnas quinque cum ca-
pitellis, quæ capita nec non orna-
menta inaurabat, baſibus quinque
æreis.

CAPVT XXXVII.

Arca, menſa cedrina, candelabrum, ara ſuffitoria, vnguentum.

1 FAciebat item Beſelel arcam ce-
drinam, in longitudinem duo-
rum cubitorum et dimidii, la-
titudine autem et altitudine ſeſ-
quicubitali, quam puro auro in- 2
tus foriſque inductam, aurea co-
rona circumdabat. Tum ei qua- 3
tuor annulos aureos conflabat ad
quatuor eius angulos, quos annulos
binos vtrique eius lateri adplicabat.
Item cedrinos vectes, quos inaura- 4
bat, et per annulos ad arcæ late- 5
ra traiiciebat ad eam geſtandam.

Item propitiatorium ex auro pu- 6
ro, longitudine duorum cubitorum
et dimidii, latitudine vnius et dimi-
dii. Tum duos cherubos aureos, 7
eosque perpetuos hinc inde ex vtro-
que propitiatorii extremo, videlicet 8
alterum ex altero, et eos ex ipſo
propitiatorio vtrimque faciebat,
qui ſuper expanſis alis propitiato- 9
rium obtegeret, alterius adſpectu
in alterum per propitiatorium con-
uerſo.

Item menſam cedrinam longi- 10
tudine bicubitali, latitudine cu-
bitali, altitudine ſeſquicubitali,
eamque auro puro incruſtabat, et 11
aurea corona ambiebat, quam 12
auream coronam margini dodran-
tali accommodabat, qua margine
eam circumdederat. Ad hanc 13
menſam quatuor annulos aureos
conflabat, eoſque quatuor eius pe-
dum angulis adligabat, ita vt eſ- 14
ſent ſecundum marginem, qui ve-
ctes ad geſtandam menſam accipe-
rent: quos vectes etiam cedri- 15
nos faciebat, auroque incruſtabat.
Deinde vaſa faciebat, quæ ſuper 16
menſa ponerentur, ſcutellas, cape-
dines, phialas et pateras, in quibus
libaretur, ex auro puro.

Item candelabrum ex auro puro 17
ſolidum, ita vt eius crus, ſcapus, ſcu-
tulæ, globi et lilia eſſent ex eodem,
ſex ſcapis ex eius lateribus prode- 18
untibus, ex vtroque trinis: qui 19
ſex ſcapi trinas habebant ſcutulas
in modum putaminis amygdali
concauas, ſingulosque globos atque
lilia. In ipſo autem candelabro 20
quatuor erant ſcutulæ, globi et lilia:
et ſubter tria ſcaporum paria ex eo 21
prod-

2 prodeuntia ſinguli globi, ita vt
et globi et ſcapi esſent ex ipſo can-
delabro, ſolido atque vno, eoque
3 ex auro puro. Item eius lucernas
ſeptem, earumque forcipes et focu-
4 los ex auro puro. Hoc candela-
brum et omne eius inſtrumentum
ex auri puri talento faciebat.
5 Item aram ſuffitoriam, cedrinam,
longitudine et latitudine cubitali
quadratam, altitudine bicubitali,
ita vt ex eadem eius esſent cornua:
6 eamque auro puro incruſtabat, vi-
delicet ſuperficiem, coſtas vndique
et cornua: aureaque corona cir-
7 cumdabat, et ſub corona binos
annulos aureos faciebat, in vtrisque
duorum eius laterum coſtis, qui
vectibus ad eam portandam præbe-
8 rent receptacula, quos vectes ce-
drinos faciebat, et incruſtabat auro
9 puro. Item vnguentum vnctori-
um ſacrum, ſuffimenque odoratum
purum, opere vnguentarii.

CAPVT XXXVIII.

Ara cedrina, victimaria, atrium, aulæum. Oblati auri, argenti, ærisque ſumma.

ITem aram victimariam cedri-
nam, quinque cubitorum longi-
tudine ac latitudine quadratam,
in altitudinem trium cubitorum,
2 et eius cornua ſuper quatuor eius
angulis, quæ quidem erant ex ipſa,
eamque ære integebat. Item o-
mne aræ inſtrumentum, cacabos,
ſcopulas, pollubra, fuſcinas, et ba-
tilla, eaque omnia ærea. Aræ au-
tem focum opere cancellatim reti-
culato faciebat ex ære, eumque
ſubter aræ crepidinem ad eius me-
dium collocabat. Tum quatuor
annulos quatuor foci extremis ex
ære conflabat, qui vectes acciperent,
quos vectes ex cedro faciebat, ære-
que inducebat. Item vectes per
annulos ad aræ coſtas traiiciebat ad
aram geſtandam, quam ex tabulis
inanem fecerat. Item labrum æ-
neum, eiusque ſcapum æneum ex
mulierum ſpeculis, quæ pro oracu-
li tabernaculo excubabant.

Item atrium, cuius in meridiana 9
parte vela erant ex bysſo bilice, cen-
tenum cubitorum. Columnæ eo- 10
rum vicenæ, baſibus vicenis æreis,
capitellis autem et præcinctionibus
argenteis. Atque idem fecit in parte 11
ſeptemtrionali. At in occidentali 12
parte vela erant quinquaginta cu-
bitorum, quorum columnæ decem
totidemque baſes, capitellis et præ-
cinctionibus argenteis. Itemque 13
in orientali parte quinquaginta cu-
bitorum vela in vtroque portæ
atrii latere hinc inde quindenum
cubitorum trinis vtrimque colu-
mnis, totidem baſibus: quæ omnia 14
per atrii circuitum vela erant ex
bysſo bilice. Columnarum au- 15
tem baſes æneæ, capitella et præ-
cinctiones argenteæ, earum capiti-
bus argento inductis. erantque 16
omnes atrii columnarum præcin-
ctiones argenteæ. Aulæum au- 17
tem atrii oſtiarium fiebat opere
polymito, ex hyacintho, purpura,
cocco iterato et bysſo bilice, vi- 18
ginti cubitos longum, altitudine
(quæ eadem erat latitudo) quinque
cubitorum, ſecundum atrii vela.
Columnæ [e] eorum quatuor totidem 19
baſibus æreis: capitulis autem ar-
genteis, capitibus et præcinctioni-
bus argento incruſtatis. Omnes 20
autem tabernaculi et atrii vndique
paxilli ænei. Hæc eſt ſumma im- 21
penſorum in oraculorum taberna-
culum, ratione ſubducta iusſu Mo-
ſis, miniſterio Leuitarum, opera
Ithamari Aharonis filii ſacerdotis,
quum quidem Beſelel filius Vris, 22
filii Huris de tribu Iudæ omnia
fecisſet, quæ Moſi Ioua præceperat,
vna cum Oholiabo, Achiſamachi 23
filio, ex tribu dania, fabro, et plu-
mario, et phrygione, in hyacintho,
in purpura, in cocco iterato et
bysſo.

Auri

e) ſcil. velorum, ex quibus conſtabat aulæum.

24 Auri oblati in vniuerſum ſa-
crum opus impenſa ſunt omnino ta-
lenta vndetriginta, et ſicli ſacri
25 ſeptingenti triginta. Argenti au-
tem, quod ciuium cenſu habito red-
actum eſt, talenta centum, et ſicli
ſacri mille ſeptingenti ſeptuaginta
26 quinque, ſicli ſacri ſemisſibus vi-
ritim imperatis, dumtaxat in eos,
qui in cenſum veniebant: id eſt,
qui viginti annis maiores erant,
quorum hominum fuit numerus
ſexcenta tria millia quingenti quin-
27 quaginta. Huius argenti talenta
centum impenſa ſunt in conflandas
totidem baſes columnarum ſanctu-
arii et ſiparii, ſingula videlicet in
28 ſingulas. Ex mille autem ſeptin-
gentis ſeptuaginta quinque ſiclis
argenti capitella fecit columnarum,
earumque capita incruſtauit et ipſas
29 exornauit. Aeris oblati fuere ta-
lenta ſeptuaginta, et ſiclorum duo
30 millia quadringenti, ex quo fecit
baſes columnarum portæ oracula-
ris tabernaculi, et aram æream,
eiusque focum æreum, et omne aræ
31 inſtrumentum: præterea baſes
columnarum atrii tam ambienti-
um, quam oſtiariarum, omnesque
ædis paxillos, et qui vndique per
atrium ſunt adhibiti.

CAPVT XXXIX.

Ephodus, monile, prætexta, veſtes pro ſacerdote, lamina. Operis ſumma.

1 EX hyacintho autem, et purpu-
ra, et cocco iterato fecere ſu-
peruacaneas veſtes ad mini-
ſtrandum in fano et ſacras veſtes A-
haronis, quemadmodum Moſi Ioua
2 præceperat. Igitur ephodum ex au-
ro, hyacintho, purpura, cocco itera-
3 to et bysſo bilice faciebant: du-
ctaque ex auro in bracteolas didu-
cto fila, hyacintho, purpura, cocco
iterato et bysſo intertexebant, ope-
4 re plumarii. Huic humeralia duo
faciebant, quæ vtrique eius extre-
5 mo connexa hærerent. Textura
autem limbi, qui ei addebatur, ex i-
pſo erat, eiusdemque cum eo operis
ex auro, hyacintho, purpura, cocco
iterato et bysſo bilice, ſicut Moſi Io-
ua præceperat. Faciebant et gem- 6
mas onychas aureis concluſas circu-
lis, opere cælatas ſigillari nomini-
bus Iſraelitarum, easque epho- 7
di humeralibus imponebant, quæ
gemmæ esſent Iſraelitarum monu-
mentum, ſicut Moſi Ioua præcepe-
rat. Faciebant et monile opere 8
quoque phrygionis, ſicut ephodum
ex auro, hyacintho, purpura, cocco
iterato et bysſo bilice: idque 9
quadratum duplum, longitudine et
latitudine palmi, et id quatuor 10
gemmarum ordinibus complebant.
In primo ordine erant ſardonyx,
topazius et ſmaragdus. In altero 11
carbunculus, ſapphirus et adamas.
In tertio ligyrius, achates et ame- 12
thyſtus. In quarto chryſolithus, 13
onyx et iaſpis. Hæ gemmæ ſuis in
valuulis includebantur aureis cir-
culis: et pro numero Iſraelis 14
filiorum, id eſt duodecim erant, du-
odecim nominibus ad rationem du-
odecim tribuum, ſingulæ ſingulis
cælatæ, cælatura ſigillari.

Deinde monili faciebant habenas 15
duas, finitas, opere catenato, ex auro
puro. Item duas fibulas aureas et 16
duos annulos aureos, quos annulos
duobus monilis extremis adplica-
bant, eisque duas illas aureas catenas 17
ad monilis extrema adnectebant, et
earum duo capita duabus fibulis in-
ſerebant, et in ephodi humera- 18
lia anteriori parte ſubducebant.
Deinde duos annulos aureos facie- 19
bant, quos duabus monilis extremi-
tatibus adligabant interius, in ora,
quæ ad ipſum ephodum pertinebat.
Tum duos alteros aureos, quos 20
ſubter duo ephodi humeralia a
fronte, qua eius erat commisſura,
ſubiiciebant ſuper ipſius ephodi
textura: et monile a ſuis annulis 21
ad ephodi annulos hyacinthina vit-
ta adligabant, vt ſuper ephodi textu-
ra hæreret, neque ab eo dimouere-
tur,

tur,quemadmodum Moſi Ioua præ-
2 ceperat. Deinde faciebant epho-
di prætextam opere textili, totam
3 hyacinthinam, cuius in medio
os erat loricæ inſtar limbo circum-
4 ſeptum, ne rumperetur. In hu-
ius lacinia faciebant mala punica ex
hyacintho,purpura,cocco iterato et
5 bysſo bilice: deinde ex auro pu-
6 ro tintinnabula, quæ malis pu-
nicis alterna circumquaque per
prætextæ laciniam interponebant
ad miniſtrandum, ſicut Moſi Ioua
7 præceperat. Item tunicas bysſinas
opere textili Aharoni et eius filiis,
8 et infulam bysſinam, et capitalia ad
redimiendum, et linea ſubligacula
9 ex bysſo bilice. Tum cincturam
ex bysſo bilice, hyacintho, purpura
et cocco iterato, opere polymito,
0 ſicut Moſi Ioua præceperat. Dein-
de ſacri coronamenti laminam ex
auro puro, in qua cælatura ſigillari
inſcribebant: IOVAE SACRVM.
1 Eam vitta hyacinthina infulæ ſu-
perne adligabant, ſicut Moſi Ioua
2 præceperat. Ita perfectum eſt o-
mne opus tabernaculi tentorii ora-
cularis: feceruntque Israelitæ pla-
ne, quemadmodum Moſi Ioua præ-
3 ceperat, et tabernaculum ad Moſem
attulerunt, tentorium et omne eius
inſtrumentum, vncos, asſeres, repa-
4 gula, columnas, baſes, tegumen-
tum ex pellibus arietum rubro
tinctis, tegumentum ex melium pel-
5 libus, ſiparium obtendendum, ar-
cam oraculi et eius vectes atque
6 propitiatorium, menſam et omne
eius inſtrumentum paneſque adpo-
7 ſititios, candelabrum purum, eius
lucernas ſcilicet ordinarias et omne
inſtrumentum oleumque lucerna-
8 rium, aram auratam, vnguentum
vnctorium,ſuffimentum odoratum,
aulæum oſtiarium tabernaculi,
9 aram æratam, eius focum æreum
vecteſque et omne inſtrumentum,
0 labrum cum ſuo ſcapo, atrii vela,
columnas cum ſuis baſibus, atrii au-
læum oſtiarium, funes,paxillos, de-
nique omnia ad tabernaculum ora-
cularis tentorii pertinentia. Tum 41
autem veſtes ſuperuacaneas ad mi-
niſtrandum in ſacro, veſtes ſacras
Aharonis pontificis eiusque filio-
rum ad obeundum ſacerdotium.
Breuiter rem omnem, quemadmo- 42
dum Moſi Ioua præceperat, ſic fece-
runt Israelitæ. Itaque quum vi- 43
deret Moſes vniuerſum opus ab illis
ad Iouæ præſcriptionem esſe accu-
ratum, bene eis precatus eſt.

CAPVT XL.

Tabernaculi explicatio cum ſuis membris. Diuina nubes, ignis nocturnus Dei.

DEinde Ioua ſic Moſi præcepit: 1
prima die menſis primi taber- 2
naculum oracularis tentorii
erigito. Ibi arcam oraculi collo- 3
cato, et propitiatorio tegito. Tum 4
menſam ſuo adparatu inſtructam et
candelabrum inſerto, eiusque lu-
cernas accendito. Altare auratum 5
ad ſuffitionem ante arcam oraculi
ſtatuito. Aulæum in introitu taber-
naculi ponito. Aram victimari- 6
am ante oſtium tabernacularis ora-
culi locato. Inter oraculare ta- 7
bernaculum et aram labrum poni-
to, eo aquam imponito. Atrium 8
circumponito, atrii oſtium aulæo
obtendito. Oleum vnctorium ſu- 9
mito, eo tabernaculum et omnia,
quæ in eo ſunt, vngito, idque cum
omni ſuo inſtrumento, vt ſacrum
ſit, conſecrato. Aram quoque vi- 10
ctimariam cum omni ſuo inſtru-
mento vngito et conſecrato, vt ſit
ara ſacroſancta. Item labrum cum 11
ſuo ſcapo vngito, et conſecrato.
Tum Aharonem et eius filios ad 12
oſtium tabernaculi oracularis ad-
ductos aqua perluito. Aharonem 13
ſacris indumentis veſtito et inungi-
to, mihique ſacerdotem conſecrato.
Itemque eius filios adhibitos tuni- 14
cis induito, et ſicut patrem in- 15
ungito, vt mihi ſacerdotes ſint, vt ea
vnctione in ſacerdotium inaugu-
rentur æternum, et poſteris eorum

16 ceſſurum. Hæc omnia Moſes ex
mandato Iouæ fecit.
17 Igitur primo die menſis primi
anno ſecundo erectum eſt taberna-
18 culum. Primum tabernaculum ere-
xit,baſes collocauit, asſamenta et re-
pagula digesſit, columnas erexit,
19 tentorium ſuper tabernaculo exten-
dit,ipſi tentorio tegumentum ſuper-
impoſuit, ſicut ei Ioua præceperat.
20 Tum oraculo in arcam illato vectes
aræ accommodauit, et eam inſuper
21 propitiatorio texit, et in tabernacu-
lum illatam ſipario obuelauit, ſicut
22 ei Ioua præceperat. Extra ſipa-
rium menſam in tabernaculo ora-
culi parte tabernaculi ſeptemtrio-
23 nali conſtituit, et panibus Iouæ
adpoſitis inſtruxit,ſicut ei Ioua præ-
24 ceperat. Candelabrum autem in
tabernaculo oraculi e regione men-
ſæ poſuit in tabernaculi parte meri-
25 diana, et lucernas ante Iouam
accendit, ſicut ei Ioua præceperat.
26 Aram inauratam in eodem taberna-
27 culo ante ſiparium poſuit, et in
ea odorato ſuffimine ſuffiuit, ſicut
28 ei Ioua præceperat. Tabernacu-
29 li portæ aulæum obtendit. Aram
victimariam in introitu oracularis
tabernaculi collocauit, et in ea ſoli-
do ſacrificio et ferto operatus eſt,
ſicut ei Ioua præceperat. Labrum 30
inter oraculorum tabernaculum et
aram ſtatuit, et eo aquam infudit ad
lauandum, vnde ipſe et Aharon 31
Aharonisque filii et manus et pedes
ſuos lauarent, vel in tabernacu- 32
lum oraculorum intraturi, vel ad
aram accesſuri, ſicut ei Ioua præce-
perat. Atrio etiam tabernaculum 33
et aram cinxit, eiusque portam au-
læo obtendit.
Poſtquam negotium Moſes con-
fecit, nubes tabernaculum oraculo- 34
rum obduxit: et tantus Iouæ ſplen-
dor tabernaculum repleuit, vt pro-
pter eum ſplendorem et propter
nubem, quæ tabernaculo inſede-
rat, Moſes eo penetrare non pos- 35
ſet. Ea nubes quandocumque ſeſe 36
a tabernaculo in altum ſubuehebat,
Israelitæ caſtra mouere ſemper ſo-
lebant,quoties iter faciebant. Ea au-
tem non adſcendente, non moue- 37
bant: ſed diem, quo die attollere-
tur, exſpectabant. Nam Iouæ nubes
tabernaculo interdiu incubabat, 38
noctu ignis in oculis totius israeli-
ticæ ſtirpis, quamdiu in itinere fue-
runt.

LEVITICVS.

CAPVT I.

Ad Iouam munera. Ritus ac ſacra in boue, oue, aue.

1 VOCAVIT autem Ioua Mo-
ſem, et cum eo ex oraculi
tabernaculo verba fecit ad
2 hunc modum. Edisſere
apud Israelitas his verbis: ſi quis
veſtrum Iouæ munus adferet (hoc
autem quum ex pecore facietis, ex
3 boue et balante facitote) ſi ſoli-
dum ſacrificium erit, munus ex bo-
ue, marem integrum adducito, eum
ad oſtium oracularis tabernaculi ſi-
ſtito, ad Iouæ fauorem ſibi concili-
andum: victimæque capiti ma- 4
num ſuam imponito, vt ea ſupplica-
tione fauor ei concilietur. Tum 5
boue natus ante Iouam immolator,
eiusque ſanguinem Aharonis filii
ſacerdotes adferunto, et eum cir-
cumſperguntó ſuper aram poſitam
ad oſtium oracularis tabernaculi.
Victima deglubitor et fruſtulatim 6
disſecator. Tum Aharonis pon- 7
tificis filii ignem ſuper ara ſtatuun-
to, ligni ſtruem in ignem excitanto:
ex fruſtis caput et ſebum ſuper li- 8
gna igni impoſita congerunto. In- 9
teſtina autem et crura aqua lauen-
tur,

tur, et omnia ſacerdos in ara adole-
to, cuius cremandæ victimæ odore
Ioua deliniatur.
Sin ex balantibus erit munus, ex
ouibus, aut capris, marem integrum
ad ſolidum ſacrificium adferto. is-
que ad latus altaris aquilonare an-
te Iouam immolator: ſanguinem
Aharonis filii ſacerdotes ſuper a-
ram circumſpergunto. victima in
fruſta disſecator. Caput et ſebum
ſacerdos ſuper ſtruem igni in altari
impoſitam ſtatuito. Inteſtina et
crura aqua lauanto. Totum ſacer-
dos libato et in ara adoleto, cuius
ſolidi ſacrificii odor Iouam deli-
niat.
Sin ex auibus ſolidum ſacrificium
Iouæ faciet, de turturibus aut de
columba natis adferto. Id ſacer-
dos ad aram ſiſtito, eiusque caput
extorqueto, et in ara adoleto: ſan-
guis in coſtam altaris exprimitor:
ingluuiem cum ipſis plumis exi-
mito et apud aram ad orientem in
cinerarium abiicito. [a] Corpus alis
diuellito, neque diuidito, et in ara
adoleto ſuper ſtrue rogali, vt eius
ſolidi ſacrificii odore Ioua deli-
niatur.

CAPVT. II.

Fertorum diuerſitas, libamina. Fermentum ac mel profana. Sal. Primitiæ.

SI quis autem Iouæ [b] ferti munus
offeret, ex ſimila libamen eſto:
eam oleo conſpergito, et tus
ſuperimponito, atque ad filios
Aharonis ſacerdotes adferto. Sa-
cerdos inde plenum pugillum ſimi-
laginis et olei cum toto ture com-
prehendito, et monumentum illud
in ara adoleto, vt eius flagrantiæ
odore Ioua delectetur. Reliquum
ex ferto Aharoni et eius natis cedat,
ex Iouæ re diuina ſacroſanctum.
Si ferti munus clibanarium facies,
ſimilagineæ placentæ ſine fermento
in oleo ſubactæ et cruſta non fer-
mentata oleo illita ſunto.
Sin patellarium, ſimilagineum in 5
oleo ſubactum non fermentatum
eſto. Id in paruula fruſta commi- 6
nuito et oleo inſpergito. Hoc fer-
tum erit.
Sin ſartaginarium facies, ex ſimila 7
in oleo fiat. Ex his factum fertum 8
Iouæ adferto, et pontifici offerto,
qui porro pontifex id ad aram
obmoueat, et ex eo monumen- 9
tum eximat, et in ara adoleat, cu-
ius flagrantiæ odore Ioua delinia-
tur. Reliquiæ ferti Aharoni et eius 10
natis cedunto, ex Iouæ re diuina ſa-
croſanctæ.
Omne fertum, quod Iouæ liba- 11
bitis, ſine fermento fiat: nihil
enim vobis fas eſt aut ex fermen-
to aut ex melle Iouæ in re diuina
adolere. Primigeniorum liba- 12
men Iouæ libatote tantum: ſu-
per ara quidem ad odoris ſuauita-
tem ne ponatur.
Omne tui ferti libamentum ſale 13
condito: tuum fertum ſale fœderis
Dei tui ne defraudato, quin in omni
tuo libamine ſalem libes.
Si vero de primitiis fertum Iouæ 14
obmouebis, de primore fructu igne
toſto, de polenta contuſa fertum pri-
mitiarum tuarum obmoueto: ole- 15
um adhibeto: tus imponito: huius-
modi fertum eſto: eius monumen- 16
tum pontifex de illa polenta et oleo
vna cum toto ture comburito. Hu-
iusmodi Iouæ res diuina erit.

CAPVT III.

Salutaria ſacra ex boue, oue, capra.

SI autem pro ſalute ſacra faciet, 1
ſi bubus faciet, marem feminam-
ue integrum in conſpectum Io-
uæ adducito, et ſui muneris capiti 2
manum imponito, idque in intro-
itu oracularis tabernaculi immola-
tor. Sanguinem Aharonis filii ſa-
G cer-

a) ita conuellat alas, vt tamen adhuc hæreant corpori. b) fertum vocat, quod ſine ſanguine fit: hoc eſt, ex rebus inanimatis.

cerdotes in aram circumfundunto.
3 Ipſe ex hoſtia ſalutari Iouæ in re
diuina obmoueto omentum et to-
tos lactes et ambos renes vna cum
eorum adipe lumbis adhærente,
fibramque iecoris cum renibus ex-
4 emtam. Hoc Aharonis filii in ara
adolento, ſuper victimam rogali
5 ſtrui impoſitam, cuius flagrantiæ
odore Ioua deliniatur.
6 Quod ſi ouino caprinoue munere
Iouæ ſacra pro ſalute faciet, marem
7 feminamue integrum adferto. Si o-
uem adferet, eam ante Iouam ſiſtito,
8 capiti eius manum imponito, eam-
que ante oraculare tabernaculum
mactato. Sanguinem Aharonis filii
9 in aram circumfundunto. Ipſe ex
hoſtia pro ſalute Iouæ libato adi-
pem, caudam totam a ſpina penitus
reuulſam, omentum et totos lactes,
ambos renes cum eorum adipe
10 lumbis adhærente, fibramque ie-
11 coris cum renibus exemtam. Hoc
pontifex in ara adoleto, Iouæ da-
pem rei diuinæ.
12 Si caprinum munus erit, id ante
13 Iouam ſiſtito. Eius capiti manum
imponito, idque ante oraculare ta-
bernaculum mactato. Sanguinem
filii Aharonis in aram circumfun-
14 dunto. Ipſe ex eo Iouæ libato o-
mentum, et lactes totos, ambos re-
nes cum eorum adipe, qui eſt ſu-
15 per lumbis, fibramque iecoris cum
renibus exemtam. Hæc pontifex
16 in ara adoleto, Iouæ dapem rei di-
uinæ iucundi odoris, vt omnis a-
17 deps Iouæ ſit. Hoc inſtitutum in
poſterum, vbicumque habitabitis,
tenetote, ne vllo adipe neue vllo
ſanguine veſcamini.

CAPVT IIII.

Pro ſacerdote expiatio, pro noxa publica, pro honorato, pro incola priuato.

1 ET hæc Iſraelitis eloquere, in-
2 quit: ſi quis quid per impru-
dentiam deliquerit, et aliquid
illicitum contra quodlibet Iouæ
præceptum fecerit, ſi pontifex 3
vnctus deliquerit in noxiam popu-
li *, adferto pro illo a ſe commiſſo
delicto taurum bouillum integrum
Iouæ ad piaculum. Illum taurum 4
ad oſtium oracularis tabernaculi
coram Ioua ſiſtito, eius capiti ma-
num imponito, et eum coram Ioua
mactato. Sanguinem ipſe ponti- 5
fex vnctus partim in oraculare ta-
bernaculum inferto, et digito ſuo 6
illo ſanguine intincto, ſepties ante
Iouam contra ſiparium ſanctuarii
ſpargito: partim imbuito cornua 7
aræ ſuffitus odorati coram Ioua,
quæ eſt in oraculari tabernaculo:
reliquum omnem tauri ſanguinem
effundito ad radicem aræ victima-
riæ, quæ eſt in introitu oracularis
tabernaculi. Omnem autem pia- 8
cularis tauri adipem ex eo detra-
hito: omentum et totos lactes, et
ambos renes cum eorum adipe
lumbis adhærente, fibramque ie- 9
coris cum renibus demtam, quem- 1
admodum detrahitur in boue pro
ſalute immolando. Ea ſacerdos in
ara victimaria adoleto Corium 1
autem tauri et totum corpus cum
capite et cruribus et interaneis at-
que fimo, denique totum taurum 1
extra caſtra efferto in locum pu-
rum, quo eiicitur cinis, ibique eum
ſuper ſtrue ſuper cinerario igni
crematо.
Sin autem cuncta Iſraelitarum 1
res publica * imprudens inſciens-
que aliquid illicitum contra quod-
uis Iouæ præceptum fecerint et
noxam contraxerint, poſtquam 1
commiſſum delictum innotuerit,
tum ciuitas taurum bouillum pro
delicto adferunto, et eum ante o-
raculare tabernaculum adducunto,
eius capiti ciuitatis ſenatores ma- 1
nus ſuas coram Ioua imponunto.
Eum pontifex vnctus coram Ioua
mactato. Sanguinem partim in 1
oraculare tabernaculum inferto,
et digito ſuo illo ſanguine intincto 1
ſepties coram Ioua ante ſiparium
irrora-

18 irrorato: partim imbuito cornua
aræ Iouæ adpoſitæ in oraculari ta-
bernaculo. Reliquum omnem ef-
fundito ad radicem aræ victimariæ,
quæ eſt in introitu oracularis taber-
19 naculi, et detractum ex eo omnem
20 adipem in ara adoleto. Tauro fa-
cito item, vti faciet tauro piaculari,
illiſque veniam ſupplicando exora-
21 to. Taurum extra caſtra efferto, e-
umque cremato item, vti cremaue-
rit taurum priorem. Et hæc qui-
dem ciuitatis erit expiatio.
22 Si quis honoratus deliquerit, et a-
liquid illicitum contra quoduis Io-
uæ Dei ſui præceptum inſcienter fe-
cerit, ita vti in noxa ſit, vbi ei deli-
ctum ab ipſo commiſſum innotue-
23 rit, adducito munus ſuum, caprum,
24 caprinum marem, integrum. Eius
capiti manum imponito, eumque
mactato in loco, in quo ſolent ſolidi
ſacrificii victimam coram Ioua,
25 quod ſit piaculum. Tum de ſan-
guine piaculi pontifex digito ſumi-
to, et aræ victimariæ cornua imbui-
to: reliquum ad radicem eiuſdem
26 aræ effundito. Adipem omnem
in ara adoleto, vti adipem ſacrificii
pro ſalute, et illi delicti veniam
27 exorato. Item ſi quis priuatus
homo per imprudentiam delique-
rit, aliquid illicitum contra quoduis
præceptorum Iouæ committendo,
28 ita vti ſeſe noxa obligauerit, co-
gnito delicto munus ſuum adduci-
to, caprum feminam integrum, ad
expiationem delicti a ſe commiſſi.
29 Eius capiti manum imponito, eaque
mactetur eodem in loco, vbi ma-
ctabitur ſolidi ſacrificii victima.
30 Sanguine pontifex digito ſuo aræ
victimariæ cornua inficito, reli-
quum omne ad aræ radicem effun-
31 dito. Adipem omnem adimito,
vti adimitur adeps ex hoſtia pro ſa-
lute, et in ara pontifex adoleto, vti
eo odore Iouam deliniat, proque
illo ſupplicando ei veniam exoret.
32 Quod ſi ouem pro delicto adferet,
feminam integram ducito, eius 33
capiti manum imponito, eaque pro
delicto immoletur in eodem loco,
in quo immolatur ſolidi ſacrificii
victima. Sanguine illius piaculi 34
pontifex digito ſuo cornua aræ vi-
ctimariæ imbuito, reliquum omne
ad radicem aræ effundito. Adi- 35
pem omnem detrahito, vti detrahi-
tur adeps ouis in ſacrificio pro ſa-
lute. Ea in ara adoleto ad Iouæ rem
diuinam, et pro illius commiſſo pec-
cato ſupplicet, vt ei ignoſcatur.

CAPVT V.

Culpæ expiatio, et defraudatæ conſecratæ rei. Pro in legem delicto.

SI quis deliquerit, vt ſi ad ius- 1
iurandum vocatus de re quapi-
am, cuius conſcius ſit, ſeu vide-
rit ipſe, ſeu aliunde didicerit, tamen
non indicauerit, ita vti culpam
commiſerit: aut ſi quis vllam rem 2
immundam tetigerit, vt cadauer
animalis immundi, vt cadauer pe-
coris immundi, vt cadauer ſerpentis
immundi, et id inſcienter, in quo
inquinatus et in noxa ſit: aut de- 3
nique ſi tetigerit quoduis hominis
inquinamentum, quo inquinari poſ-
ſit, et id per inſcitiam, quod quum
reſciuerit, in noxa ſit: aut ſi quis 4
inconſideratis verbis iurauerit, c) ſi-
ue ad malum, ſiue ad bonum, ad
quiduis, in quo temere iurant homi-
nes, et id per inſcitiam, quod vbi re-
ſciuerit, in noxa ſit ob aliquod
illorum: ſi noxam, inquam, 5
commiſerit in aliquo illorum,
tum ſe in eo deliquiſſe confeſ-
ſus, ducito pro illac culpa ad Io- 6
uam piaculum, pro delicto, quod
commiſerit, ouem, aut caprum fe-
minam piacularem, et pontifex
pro eius peccato ſupplicet. Quod 7
ſi eius facultas non erit adipiſcen-
do pecori, adferto pro commiſſa
culpa duos turtures aut duos co-
lumba natos * ad Iouam, vnum ad

c) hoc eſt quauis de re.

piaculum, alterum ad ſolidum ſa-
8 crificium. Eos ad pontificem ad-
ducito, qui eum, qui erit piacula-
ris, priorem obmoueat, eique ca-
put ſecundum ceruicem intorque-
9 at, neque auellat, et de ſanguine
piaculari ad aræ latus irroret: re-
liquum ſanguinis ad imam aram ef-
10 fundat. Hæc expiatio erit; Alte-
rum autem, vt ritus eſt, ſolidum fa-
ciat, et pro illius commiſſo delicto
11 ſupplicet, vt ei remittatur. Quod
ſi eius facultas non perueniet ad du-
os turtures aut duos columba natos,
adferto libamen pro commiſſo de-
licto, ſiliginis ephi decimam par-
tem, in quam neque oleo vtatur,
neque tus adhibeat, quoniam pia-
12 culum eſt. Eam ad pontificem
adferto. Pontifex eius ſiliginis
plenum ſuum pugillum ſumito in
monumentum, et in ara re diuina
Iouæ adoleto (hæc expiatio erit)
13 et pro illius commiſſo in aliquo
illorum delicto ſupplicato, vt ei
remittatur: libamen autem ponti-
14 fici pro ferto erit. Si quis au-
tem (inquit porro Ioua Moſi) cri-
men ſubiuerit, Iouæ ſacris per im-
15 prudentiam defraudatis, addu-
cito pro noxa ſua ad Iouam arie-
tem integrum de pecore noxalem,
qui æſtimetur argenti ſiclis duo-
16 bus, ſacri ponderis. Et quod de
ſacro detraxerit reddito, et præ-
terea quintam partem addito, et
pontifici dato. Pontifex pro eo
ſupplicato ariete illo noxali, vt ei
17 remittatur. Deinde ſi quis deli-
querit, et aliquid illicitum contra
quodlibet præceptorum Iouæ fe-
cerit inſciens, vt in noxa ſit, cul-
18 pamque ſubiuerit, ducito arie-
tem integrum de pecore habita
æſtimatione pro noxa ad ſacerdo-
tem, qui ſupplicet pro commiſſa ab
eo imprudentia, vt ei remittatur.
19 Hæc procuratio erit commiſſæ
contra Iouam noxæ.

CAPVT VI.

Periurii expiatio. Solidum ſacrificium. Fertorum leges. Pro ſacerdote libamina. Delictum expiandum. Piaculum non guſtandum.

ITem Moſem Ioua ſic adlocutus 1
eſt: qui deliquerit, et crimen in 2
Iouam commiſerit, commiſſum-
que aut depoſitum alteri abnegaue-
rit, quiue quid alteri eripuerit, aut
fraudem fecerit, aut inuenerit a- 3
miſſum et abnegauerit, atque peie-
rauerit in vno quouis eorum, in
quibus committendis homines de-
linquunt, ſi deliquerit, inquam, 4
et noxam contraxerit, reddito ere-
ptum, aut fraudatum, commiſſum,
aut repertum: denique quid- 5
quid peierauerit, reddito ſummam
addita parte quinta, eamque rei
domino reddito, quo die noxam
procurabit; proque ſua noxa 6
ducito ad Iouam arietem integrum
de grege, habita æſtimatione pro
multa ad pontificem, illique pon-
tifex apud Iouam veniam exorato
vniuscuiusuis rei, in qua multam
commiſerit.

Porro Aharoni et eius natis hoc 7
modo præcipito, inquit: hæc ſo- 8
lidi ſacrificii lex eſto: victima in 9
rogo ſuper ara eſto totam noctem
ad mane, igne aræ in ea ardente.
Pontifex lineum induſium lineaque 10
ſubligacula corpus indutus cinerem
redactum ex incenſione victimæ ex
ara tollito, et apud aram ponito.
Deinde depoſitis illis veſtimentis, 11
alia induito, et cinerem extra ca-
ſtra in locum purum exportato,
Ignis autem in ara inexſtinctus 12
ardeto, ſtruemque in ea ſacerdos
omnibus matutinis incendito, et
victimam inſuper ordinato, in ea-
que adipes victimarum pro ſalute
adoleto, igni ſemper in ara in- 13
exſtincto ardente.

Ferti autem lex hæc eſto: qui de 14
filiis Aharonis id coram Ioua ante a-
ram libabit, ſumito pugillum eius 15
videlicet de ſiligine ferti et oleo, et

omne

omne tus impoſitum ferto, eaque in
ara ad odoris ſuauitatem adoleto,
5 monumentum ad Iouam. Reli-
quum ex ea Aharon et eius filii
comedunto, idque cum panibus ſi-
ne fermento, in loco ſacro, videli-
cet in atrio oracularis tabernacu-
7 li: neue id cum fermento co-
quitor. Hanc ego portionem de
mea re diuina illis adſigno, quæ
ſit ſacroſancta, ſiue delictum ſi-
8 ue noxa procuretur. Hac ve-
ſcuntor omnes Aharone nati ma-
res, quod quidem inſtitutum po-
ſteris veſtris circa Iouæ rem diui-
nam æternum tradatur, vt ea non
niſi conſecrati attingant.
9 De libamine autem Aharonis, aut
eius filiorum, inquit, quod Iouæ li-
babunt quo die vngentur, ſic accipe.
Decima pars ephi ſimilaginis perpe-
tuum fertum eſto, cuius dimidium
mane, dimidium veſpere libetur:
ita vt in patella cum oleo paretur, et
ſic toſtum fertum, et coctum atque
comminutum, Iouæ ad odoris ſua-
uitatem libetur. Hoc pontifex
in eius locum vnctus de filiis eius
facito, ita vt æterno ritu Iouæ to-
tum adoleatur. Atque etiam o-
mne ſacerdotis fertum ſolidum e-
ſto, neue comeditor. Hæc item
Aharoni et eius filiis exponito ad
hunc modum, inquit: hæc pia-
culi lex eſto: quo in loco immo-
labitur ſolidi ſacrificii victima,
inibi immolator piaculum ante Io-
uam, quod ſit ſacroſanctum. Pon-
tifex, qui expiabit, eo veſcitor, et
veſcitor in loco ſacro, in atrio o-
7 racularis tabernaculi. Quiſquis
piaculi corpus attinget, conſecra-
tor. Quod ſi quod veſtimentum
eius ſanguine adſperſum fuerit,
veſtimentum illud lauator in
8 loco ſacro. Vas autem, in
quo coctum fuerit, ſi erit
fictile, frangitor: ſi æreum,
9 detergitor et aqua abluitor. O-
mnes mares de ſacerdotibus eo ve-
ſcuntor, vt quod ſit ſacroſanctum.
At nullum piaculum, de cuius ſan- 30
guine illatum fuerit in oraculare
tabernaculum ad ſupplicandum in
ſacrario, comeditor, ſed igni cre-
mator.

CAPVT VII.

*Sacroſancta noxa. Salutares hoſtiæ. Adi-
pis et ſanguinis abſtinentia.*

NOxæ autem hæc lex eſto: no- 1
xa ſacroſancta eſt. Quo in 2
loco immolatur ſolidi ſacri-
ficii victima, inibi noxam immo-
lanto. Eius ſanguinem pontifex
in aram circumfundito. Adi- 3
pem omnem ex ea libato, caudam,
omentum, renes ambos et adi- 4
pem, qui eis ſupra lumbos adhæ-
ret, fibramque iecoris cum reni-
bus ademtam, et ea in ara ado-
leto. Hoc pro noxa Iouæ ſacri- 5
ficium fiet. Eo omnes mares de 6
ſacerdotibus veſcuntor, et veſcun-
tor in loco ſacro, vt quod ſacro-
ſanctum ſit. Delicti et noxæ le- 7
gem vnam habento. Pontifex, qui
eo ſupplicabit, id habeto. Et ſa- 8
ne pontifex, qui alicuius ſolidum
ſacrificium faciet, pellem victimæ,
quam immolabit, ſibi habeto. O- 9
mne fertum clibano coctum, o-
mneque ſartaginarium aut patella-
rium, pontifex, qui id libabit, ſibi
habeto. Omne autem fertum in 10
oleo ſubactum et aridum omnes
Aharonis filii pariter habento.
Hoſtiæ autem, quam quis Iouæ 11
pro ſalute obmouebit, hæc lex eſto:
ſi gratitudinis ergo obmouebit, li- 12
bato præter hoſtiam gratitudinis
placentas non fermentatas, in oleo
ſubactas, et cruſtula ſine fermento,
oleo conſperſa, toſtamque ſimilam:
placentas in oleo ſubactas, ſupra 13
placentas panis fermentati libatio-
nem facito, præter hoſtiam grati-
tudinis pro eius ſalute. Ex eo 14
vnum libato, ex tota libatione, ex-
ceptum Iouæ: idque ſacerdos, qui
ſanguinem victimæ pro ſalute fun-
det,

15 det, ſibi habeto. Carnem autem
hoſtiæ gratitudinis pro ſalute, quo
die libabitur, comedunto, ex ea ni-
hil reliqui in diem poſterum fa-
16 ciunto. Sin autem votiuum aut
voluntarium ſacrificium faciet, quo
die hoſtiam immolabit, comedun-
to, aut poſtridie reliquias come-
17 dunto. Quod autem de carne
hoſtiæ in tertium diem ſuperaue-
18 rit, igni cremator. Quod ſi com-
eſum fuerit de carne hoſtiæ pro
ſalu e die tertio, qui id libauerit,
non litabit, neque id ei ducetur,
ſed erit tetrum: quique id guſta-
19 uerit, pœnas dabit. Carne quo-
que, quæ quid immundum attige-
rit, ne veſcuntor, igni cremator:
illa carne non niſi mundi veſcun-
20 tor. Si quis, dum erit in impu-
ritate, guſtauerit carnem hoſtiæ
Iouæ pro ſalute factæ, is de ſuo-
21 rum numero tollitor. Si quis
poſt contactum aliquid impurum,
ſiue ea impuritas hominis, ſiue be-
ſtiæ immundæ fuerit, aut quæ-
cumque impuræ rei fœditas eſt,
guſtauerit carnem hoſtiæ Iouæ pro
ſalute factæ, is de ſuorum numero
tollitor.

22 Hoc quoque Iſraelitis ad hunc
23 modum exponito, inquit: Adipe
bouis, aut ouis, aut capræ nullo
24 veſcimini. Adipem morticini aut
raptitii ad rem quamlibet adhibere
25 liceto, veſci ne liceto. Nam quiſquis
veſcitur adipe pecoris, quo Iouæ ſa-
cra facta fuerint, is qui veſcetur, de
26 numero ſuorum tollitor. Sanguine
nullo vsquam veſcimini, neu volu-
27 cris, neu pecoris. Quiſquis vllum
ſanguinem guſtauerit, is de nume-
ro ſuorum tollitor.

28 Hæc quoque ad hunc (inquit)
29 modum Iſraelitis dicito: qui hoſti-
am pro ſalute ſua Iouæ obmouebit,
de ea pro ſalute hoſtia libamen ſu-
30 um Iouæ dato, et dato ſuis mani-
bus Iouæ rem diuinam: videlicet a-
dipem cum pectore, pectus vt Iouæ
31 porriciatur: adipem pontifex in a-
ra adoleto, pectus Aharon et eius
filii habento, armum dextrum 32
pontifici de hoſtiis pro veſtra ſa-
lute exceptum datote, quem ar- 33
mum dextrum is de filiis Aharo-
nis, qui ſanguinem hoſtiæ et adi-
pem libabit, habeat ſibi in por-
tionem. Nam pectus porrectiti- 34
um et armum exceptitium ego ſu-
mo ab Iſraelitis de eorum pro ſa-
lute hoſtiis, quæ Aharoni pontifici
et eius filiis æterno inſtituto ab Iſ-
raelitis adſignem. Atque hæc 35
quidem eſt vnctio Aharonis et eius
filiorum ab Iouæ re diuina, quo
die ſtati ſunt ad gerendum ſacer-
dotium Iouæ, quæ Ioua eis, in 36
quem diem vngerentur, ab Iſrae-
litis adſignauit inſtituto perpetuo,
et ad poſteros quoque peruenturo.

Hæc lex eſt ſolidi ſacrificii, ferti, 37
expiationis, noxæ, initiationis et
ſacrificii pro ſalute, quam tradi- 38
dit Ioua Moſi in monte Sina, tum,
quum in ſolitudine Sina Iſraelitis
præcepta dedit de eorum muneri-
bus Iouæ obmouendis.

CAPVT VIII.

Sacerdotum conſecratio, oleum, taurus, arietes, azymi panes. Cremandæ reliquiæ.

DEinde Moſi præcepit Ioua, 1
vti adhibito Aharone vna 2
cum eius filiis veſtibuſque et
oleo vnctorio, et piaculari tauro
duobuſque arietibus, et caniſtro
panum ſine fermento, omnem 3
multitudinem ante oraculare taber-
naculum conuocaret. Id quod fe- 4
cit Moſes, ſicut a Ioua iuſſus eſt:
conuocataque concione pro oracu-
lari tabernaculo, eis, quæ Ioua 5
fieri præcepiſſet, expoſuit. De- 6
inde Aharonem et eius filios pro-
duxit, eoſque aqua abluit: tum 7
illi tunicam accommodauit, eumque
cinctu ſuccinxit, præterea veſtiuit,
ephodum impoſuit, eumque epho-
di textura illa ſubtili cinxit et eo
amiciuit. Tum monile adiecit, 8
et in monili poſuit: CLARITAS

ET INTEGRITAS. Eius capiti infulam impoſuit, et in infula ſecundum frontem auream ſacri coronamenti laminam, ſicut iuſſus a Ioua fuerat.

Deinde ſumto oleo vnctorio tabernaculum et omnia, quæ in eo tabernaculo continebantur, inunxit atque conſecrauit. Tum de eo in aram ſepties effudit, aramque cum omni ſua ſupellectile, et labrum cum ſuo ſcapo ad ea conſecranda vnxit. Deinde oleo vnctionis caput Aharonis perfudit, eumque vngendo conſecrauit. Poſtea filios Aharonis produxit, tunicis ornauit, cinctibus ſuccinxit, galeris obnupſit, quomodo a Ioua fuerat ei mandatum.

Deinde taurum piacularem admouit: eum, quum eius capiti Aharon et eius filii manus impoſuiſſent, immolauit, ſanguinem ſumſit, et eo cornua aræ vndique ſuo digito intinxit, atque eam expiauit: reliquum ſanguinem ad aræ radicem effudit, eamque luſtrauit, vt in ea ſupplicari poſſet. Deinde ſumſit totos lactes, fibramque iecoris, et renes ambos cum eorum adipe, eaque in ara adoleuit. Taurum autem eiusque pellem et carnem et ſtercus igni cremauit extra caſtra, ſicut ei Ioua præceperat. Item produxit arietem ad ſolidum ſacrificium, eumque, vbi eius capiti manus ſuas impoſuerunt Aharon et eius filii, mactauit: ſanguinem in aram circumfudit, arietem fruſtatim lacerauit: caput, fruſta, ſeuum adoleuit, inteſtina et crura aqua abluit, totumque arietem in ara adoleuit. Hoc eſt ſolidum ſuauis odoris ſacrificium: hæc eſt Iouæ res diuina, qualem fieri Ioua Moſi præcepit.

Deinde arietem alterum, videlicet initiatorium, produxit, cuius capiti vbi Aharon et eius filii manus ſuas impoſuerunt, eum Moſes immolauit, ſumſitque de eius ſanguine et eo infimam auriculam Aha-
ronis dextram pollicemque tum
manus tum pedis dextrum intinxit.
Tum Aharonis filios produxit, et 24
eorum item auriculas infimas dex-
tras pollicesque et manuum et pe-
dum dextros ſanguine intinxit, reli-
quum ſanguinem in aram circum-
fudit. Deinde ſumſit adipem et cau- 25
dam totosque lactes, et fibram ieco-
ris, et renes ambos cum ſuo pingui,
et armum dextrum: tum de ca- 26
niſtro panum ſine fermento Iouæ
adpoſitorum ſumſit placentam ſine
fermento vnam, placentam panis
oleo confecti vnam, cruſtum vnum,
eaque adipibus et armo dextro im-
poſuit, omniaque palmis Aha- 27
ronis et eius filiorum impoſuit, et
coram Ioua porrexit. Deinde 28
ex illorum manibus deſumta in a-
ra adoleuit ſuper ſolidi ſacrificii
victima. Hæc eſt initiatio ad o-
doris ſuauitatem: hæc eſt Iouæ
res diuina. Poſtea ſumſit Moſes 29
pectus, idque ante Iouam porre-
xit, quam partem Moſes ipſe ex a-
riete initiatorio habuit, ſicut ei
præceperat Ioua.

Deinde ſumſit Moſes de oleo vn- 30
ctorio, et de ſanguine, qui erat ſu-
per ara, eoque Aharonem cum ſuis
veſtimentis vna cum eius filiis eo-
rumque veſtimentis conſperſit, et
cum ſuis vtrosque veſtimentis con-
ſecrauit. Tum eis ad hunc modum
præcepit: coquite carnem ad por- 31
tam oracularis tabernaculi, et inibi
eam comedite, panemque, qui eſt
in caniſtro initiatorio, quemad-
modum præceptum mihi eſt, vt eo
Aharon et eius filii veſcantur.
Reliquias autem carnis atque pa- 32
nis igni crematote. Neue ex in- 33
troitu oracularis tabernaculi diſ-
ceditote per ſeptem dies, donec
peractum ſit veſtræ initiationis
ſpatium: nam vobis ſeptem die-
bus manus initiabuntur: quod 34
vt hodie ſit, iuſſit Ioua fieri, ad
ſupplicandum pro vobis. Mane- 35

te autem in introitu tabernacularis
oraculi interdiu noctuque per ſe-
ptem dies, et Iouæ mandata con-
ſeruate, ne morte plectamini:
36 nam mihi ita præceptum eſt. Fe-
cit igitur Aharon et eius filii ea o-
mnia, quæ præceperat Ioua per
Moſem.

CAPVT IX.

Ad expiationem ſolidumque ſacrificium ritus.

1 VBi dies octaua venit, conuo-
cauit Moſes Aharonem et e-
ius filios et ſenatores Iſraeli-
2 tas, Aharonique mandauit, vti
vitulum boue natum ad expiatio-
nem, et arietem ad ſolidum ſacri-
ficium ſumeret integros, quos ante
3 Iouam ſiſteret, vtque Iſraelitis
mandaret, vti ſumerent caprum ad
expiationem vitulumque et ouem,
anniculos, integros, ad ſolidum
4 ſacrificium, bouemque item et
arietem ad ſacrificium pro ſalute:
quibus coram Ioua ſacrificarent,
fertumque in oleo ſubactum: eo
enim die Iouam eis eſſe adparitu-
5 rum. Tum illi ſumſerunt, quæ
iuſſerat Moſes, in conſpectu ora-
cularis tabernaculi, acceſſitque cœ-
tus vniuerſus, et ante Iouam con-
6 ſtitit. Tum Moſes, quid eis fa-
ciendum Ioua præcepiſſet, expo-
ſuit: nam Iouæ ſplendorem eis eſ-
7 ſe adpariturum. Deinde Aharo-
ni iuſſit, vt ad aram accederet, ſu-
umque piaculum et ſolidum ſacri-
ficium faceret, et pro ſe proque
populo ſupplicaret, populique li-
bationem procuraret, et pro eo
ſupplicaret, quemadmodum præ-
8 ceperat Ioua. Tum Aharon ad
aram acceſſit, vitulumque ſui pia-
9 cularem immolauit, et ſanguine
ſibi a ſuis filiis ſubminiſtrato di-
gitum ſuum intinxit, et eo aræ
cornua imbuit: reliquum ad aræ
10 radicem effudit. Adipem renes-
que et fibram iecoris ex piaculo
in ara adoleuit, ſicut Moſi Ioua
præceperat. Carnem et pellem 11
igni cremauit extra caſtra. Tum 12
victimam ad ſolidum ſacrificium
immolauit, ſanguinemque ſibi ſup-
peditatum a filiis in aram circum-
fudit, et victimam ſibi ab iiſ- 13
dem cum fruſtis et capite tradi-
tam adoleuit in ara. Tum in- 14
teſtina et crura lauit, et ea ſuper
victima in ara adoleuit. Dein- 15
de populi munus protulit, caprum-
que populi piacularem cepit et im-
molauit: populumque expiauit, vti
prius, et productam ſolidam vi- 16
ctimam fecit, vti ritus ferebat.
Deinde fertum libauit, et ex eo 17
plenum volæ ſuæ in ara adoleuit,
præter ſolidum ſacrificium matu-
tinum. Tum immolauit bouem 18
et arietem ſacrificii pro ſalute po-
puli, ſanguinemque ſibi a filiis ſug-
geſtum in aram circumfudit. A- 19
dipem bouis et arietis, caudam et
omentum, atque renes et fibram
iecoris, adipes, inquam, pecto- 20
ribus ab illis impoſitos adoleuit in
ara: pectora autem et armum 21
dextrum Iouæ porrexit, ſicut præ-
ceperat Moſes: ſublataque in po- 22
pulum manu ei bene precatus eſt,
atque ita demum ab expiationis et
ſolidi ſacrificii et pro ſalute ope-
ratione deſcendit: Tum ingreſſi 23
ſunt Moſes et Aharon in oracula-
re tabernaculum, egreſſique popu-
lo bene precati ſunt: adparuitque
Iouæ ſplendor vniuerſo populo:
et profectus a Iouæ conſpectu i- 24
gnis, victimam in ara et adipes per-
edit: quo viſo vniuerſus populus
in faciem cum læto clamore pro-
cidit.

CAPVT X.

Nadabi fratriſque mors. Obmuteſcens Aharon. Sacerdotum inſtitutio.

TVm Aharonis filii, Nadabus 1
et Abius, ceperunt ſuum vter-
que turibulum, igneque et
ſuffi-

ſuffimine impoſito libauerunt co-
ram Ioue ignem alienum, illius in-
2 iuſſu. Itaque profectus a Iouæ
conſpectu ignis, eos confecit, et in
3 Iouæ conſpectu exanimauit. Et
Moſes Aharoni: hoc illud eſt, quod
prædixerat Ioua, inquit, quum di-
ceret, ſeſe in iis, *d* qui ad ſe accede-
rent, effecturum in totius populi
conſpectu, vt auguſtus et glorioſus
eſſe videatur. Aharon vero obmu-
4 tuit. Tum Moſes euocauit Mi-
ſaelem et Eliſaphanem, Ozielis pa-
trui Aharonis filios, eisque manda-
uit, vt accederent et cognatos ſuos
ex conſpectu ſanctuarii extra caſtra
5 auferrent: id quod illi ex eius
mandato fecerunt, eosque cum tu-
nicis ſublatos ex caſtris exporta-
runt.
6 Deinde Moſes Aharonem e-
iusque filios, Eleazarum et Itha-
marum, ita commonuit: capita ve-
ſtra *e* ne tondete, neue veſtibus eſte
diſſolutis, ne et ipſi morte pœnas
detis, et in vniuerſam rem publi-
cam ſæuiatur: ſed vniuerſum con-
ſanguineorum veſtrorum Iſraelita-
rum genus deploret a Ioua vſtula-
7 tos. At vos ab introitu oracularis
tabernaculi ne abſceſſeritis, ne
morte plectamini, qui quidem
Iouæ olei vnctione delibuti ſitis.
8 Hæc illi ad præſcriptum Moſis fe-
cerunt. Et Ioua Aharoni præce-
9 pit, ne vinum, aut *f* temetum bibe-
ret ipſe, neue eius filii in oraculare
tabernaculum ingreſſuri, ne morte
multarentur, vtque id æternum in-
ſtitutum poſteris eorum tradere-
10 tur: tum ad ſacrum a profano pol-
lutumque a mundo diſcernendum:
11 tum ad inſtruendos Iſraelitas omni-
bus inſtitutis, quæ eis Ioua per
Moſem elocutus eſt.
12 Tum Moſes ad Aharonem et
Eleazarum Ithamarumque, reli-
quos eius filios, inquit: ſumi-
te, quod ferti ex Iouæ re diuina
reliquum eſt, idque ſine fermen-
to comedite, apud aram: nam
ſacroſanctum eſt, ideoque vo- 13
bis in loco ſacro comedendum.
Hoc enim tibi tuisque filiis de Io-
uæ re diuina decretum eſt: etenim
ita mihi præceptum eſt. Pectus 14
autem porrectitium armumque ex-
ceptitium comeditote in loco mun-
do, tu et tui filii atque filiæ vna te-
cum: nam ea tibi tuisque liberis
decreta et adſignata ſunt de ſacri-
ficiis Iſraelitarum pro ſalute. Ar- 15
mum receptitium pectusque por-
rectitium ſuper adipum incenſio-
nem adferent, ad porriciendum
ante Iouam, quod tibi tuisque filiis
inſtitutum ſempiternum ſit, quem-
admodum præcepit Ioua. Dein- 16
de caprum piacularem requirebat
Moſes, et ecce deflagrauerat: quare
Eleazaro et Ithamaro reliquis A-
haronis filiis ſuccenſens, inquit:
cur non comediſtis piaculum in 17
loco ſacro, quum ſit ſacroſanctum,
vobisque adſignatum ad ferendum
culpam rei publicæ, proque ipſa re
publica in Iouæ conſpectu ſuppli-
candum? En non eſt eius ſanguis 18
illatus in interius ſanctuarium,
quum illud debeatis in ſanctuario
comedere, ſicuti præceptum mihi
eſt. Cui Aharon: en, inquit, ho- 19
die ſuum piaculum et ſolidum ſa-
crificium Iouæ obmouerunt, et ta-
men hæc mihi acciderunt: quid ſi
piaculum hodie comediſſem, an
hoc Iouæ placuiſſet? Hæc re- 20
ſponſio Moſi ſatisfecit.

CAPVT XI.

Ad cibum animalia, terreſtria, aquatilia, volucria. Pollutiones tactu. Fœda bruta. Sanctitatis ex Deo regula.

DEinde Ioua ad Moſem et Aha- 1
ronem ita verba fecit: adlo- 2
quimini Iſraelitas ad hunc
modum: hæc ſunt animalia, qui-
bus vobis veſci fas erit. De omni 3

 qua-

d) qui ſibi libarent. *e*) id lugentes faciebant. *f*) quoduis vini genus: quod ex alio quam vuis fiat.

quadrupedum genere, quæ quidem
verſantur in terris, quæcumque
diuiſas vngulas habent et biſulca
ſunt *, ſi ruminant, eis veſcemini.
4 Sed ſunt quædam, quæ vel rumi-
nant, vel biſulca ſunt, quibus veſci
nefas, vt camelus: nam quum ru-
minet, biſulcus non eſt: hic vobis
5 immundus eſto. Et cuniculus,
nam ruminalis quum ſit, biſulcus
non eſt, hic vobis immundus eſto.
6 Et lepus: ruminat enim, ſed bi-
ſulcus non eſt: hic vobis immundus
7 eſto. Et ſus: nam quum et vngu-
lam diuiſam habeat, et ſit biſulcus,
non ruminat: hic vobis immundus
8 eſto. Horum carne ne veſcimini,
neue cadauera attingitote, ſed im-
munda habetote.
9 Item de omnibus aquatilibus
hæc ſunt, quibus veſcemini. Quæ-
cumque aquatilium pinnas ha-
bent, et ſquamas, ſiue g in aqua
ſtagnante degentia, ſiue fluuialia
10 ſint, eis veſci vobis licebit. Quæ
autem vel in aqua ſtagnante de-
gentia vel fluuialia ſunt, quæ
modo in aquis natent, et omnino
animantia in aquis verſantia, quæ
pinnas non habent et ſquamas, ea
11 pro immundis habetote: et ita pro
immundis habetote, vt non ſolum
carne eorum non veſcamini, ſed
etiam a cadaueribus abhorreatis.
12 Omnia, inquam, non pinnata et
ſquamoſa aquatilia abhorretote.
13 De volucribus item hæc abhorre-
tote, et in abominandis habentes
ne guſtatote: aquilam, anatariam,
14 haliæetum, miluum et vulturum
15 genera omniaque coruorum ge-
16 nera, ſtruthionem, harpam, la-
17 rum, et accipitrum genera, cucu-
18 lum, mergulum, bubonem, no-
19 ctuam, ibim, pelicanum, ciconi-
am, ardeolarum genera, picum et
20 veſpertilionem. Omnia mouen-
tia volucria quadrupeda abhorre-
totc.
21 Tantum de toto mouentium
alatorum quadrupedum genere
eis veſcimini, quæ ſupra pedes cru-
ra non habent ad ſaliendum humi,
quæ quidem ſunt hæc: locuſtarum, 22
attelaborum, ophiomachorum et
cicadarum genera. At omnia hu- 23
mi ſerpentia volucria quadrupeda
abhorretote, et ab his polluemini.
Quiſquis eorum cadauera attigerit, 24
pollutus eſto ad veſperum. Quis- 25
quis item cadauera eorum tulerit,
veſtimenta perluito, et ad veſperum
pollutus eſto. Ac quæcumque be- 26
ſtiæ pedes habent multifidos, neque
biſulcæ ſunt, neque ruminant, vo-
bis immundæ ſunto: eas qui atti-
gerit, immundus erit. Omnia 27
palmipeda ex omnibus quadrupe-
dibus animalibus immunda habe-
tote: eorum cadauera quiſquis at-
tigerit, pollutus eſto ad veſperum:
et qui cadauera tulerit, veſtimenta 28
lauato, et ad veſperum immundus
eſto, hæc vobis immunda ſunto.
Atque hæc de eis, quæ humi gra- 29
diuntur, immunda habetote: muſte-
lam, murem, teſtaceorum gene- 30
ra, fibrum, chamæleontem, ſtellio-
nem, lacertam et bufonem. Hæc 31
ex omni gradientium genere im-
munda habetote: hæc quiſquis
mortua attigerit, immundus eſto
ad veſperum: ex his mortuis in 32
quamcumque rem aliquid illapſum
fuerit, ea res immunda eſto, quod-
cumque vtenſile ligneum fuerit, aut
veſtis, aut pellis, aut ſaccus, quod-
cumque fuerit idoneum ad aliquod
opus, id in aquam immittitor, et
ad veſperum immundum eſto, at-
que ita mundum fiat. Ac in quod- 33
cumque fictile vas aliquid de iis
intro inciderit, quidquid in illo
vaſe erit, immundum eſto: ipſum
autem vas frangunto.
Quidquid eſculentum eſui eſt, 34
quod huiuſmodi aqua pertigerit,
immundum eſto: et quicumque
liquor potui eſt, quocumque in
vaſe fuerit, immundus eſto: et 35
quam-

g) vt ſunt marina, lacuſtria et ſtagnorum.

quamcumque in rem inciderit ali-
quid de eorum cadaueribus, im-
munda eſto. Clibani et ſolia di-
ruuntor: nam immunda ſunt et
5 vobis in immundis habenda. (nam
fontes quidem et putei, quæ ſunt
aquæ adfluentiæ, munda ſunt.)
Qui illorum cadauera attigerit, im-
7 mundus eſto. Et ſi de eorum ca-
daueribus deciderit aliquid in
quamlibet ſatiuam frugem, earum,
quæ ſeri ſolent, ea munda eſto.
8 Sed ſi in frugem aqua conſperſam
aliquid de illorum cadaueribus de-
9 ciderit, immunda eſto. Quod ſi
aliqua beſtia earum, quæ vobis eſui
ſunt, emortua fuerit, qui eius ca-
dauer attigerit, pollutus eſto ad
0 veſperum: et qui de cadauere
comederit, veſtimenta lauato, et
ad veſperum pollutus eſto: et qui
cadauer tulerit, veſtimenta lauato,
et ad veſperum pollutus eſto.
1 Quidquid humi repit, abhorren-
2 dum eſto, veſci ne liceto. Quid-
quid in ventrem ambulat, quidquid
quadrupes aut multipes humi re-
pit, eo ne veſcimini: ſpurcum eſt.
3 Vos ipſos vllo reptilium ne ſpur-
catote, aut polluitote, ſed vos illis
4 pollui exiſtimatote. Debetis e-
nim, quemadmodum ego Ioua
Deus veſter ſanctus ſum, vos quo-
que ſanctitati ſtudere, ſanctique
eſſe, neque vllo humi ſerpentium
5 reptilium coinquinari. Debetis,
inquam, ſicut ego Ioua, qui vos ex
Aegypto, vt vobis Deus eſſem, edu-
xi, ſanctus ſum, vos etiam ſancti
6 eſſe. Et hæc quidem lex eſt peco-
rum, volucrum et omnium in aquis
natantium animalium, omniumque
7 humi repentium, ad diſcernen-
dum purum ab impuro: animalia-
que, quibus veſci licet, ab eis, qui-
bus veſci nefas.

CAPVT XII.

Puerpera polluta. Circumciſionis dies. Enixæ purificatio. Propter natum ritus, per ſacerdotem precatio.

HAec item Moſi Ioua effatus eſt: 1
hæc Iſraelitis exponito. Mu- 2
lier, quæ concepto ſemine
marem pepererit, polluta eſto ſe-
ptem dies, videlicet pro ratione
ſpatii, quo in menſtruis eſſe ſolent.
Octauo die circumcidatur fetus 3
membri præputium. Ipſa triginta 4
tres dies in cruore *b* purificationis
ſuæ eſto, neu quid ſacrum tangito,
neu in ſacrarium intrato, niſi con-
fecto eius purificationis ſpatio.
Sin autem feminam ediderit, bis 5
ſeptem dies polluta eſto: hoc eſt,
bis tamdiu, quamdiu durant men-
ſtrua, ac ſex et ſexaginta dies in
cruore ſuæ purificationis eſto.
Confecto purificationis ſpatio, 6
tam ob filium quam ob filiam addu-
cito agnum anniculum ad ſolidum
ſacrificium, columbaque natum, aut
turturem ad expiationem, ad oſti-
um oracularis tabernaculi ad ſacer-
dotem, qui id Iouæ obmoueat, 7
proque ea ſupplicet, et eam a ſui
cruoris fluxione purificet. Hæc lex
eſt puerperæ tum ob marem, tum
ob feminam. Quod ſi eius facul- 8
tas minor erit, quam vt agnum poſ-
ſit conſequi, adhibeto duos turtu-
res, aut duos columba natos, vnum
ad ſolidum ſacrificium, alterum ad
expiandum: proque ea ſacerdos
ſupplicato, atque ita pura eſto.

CAPVT XIII.

Vitiorum cutis exploratio. Lepra, porrigo, vitiligo. Leproſi ſeparatio.

TVm hæc Moſi et Aharoni effa- 1
tus eſt Ioua ad hunc modum:
homo, cuius in corporis cute 2
erit tumor, aut papula, aut labes,
ita vt in eius corporis cute lepræ
morbus ineſſe videatur, is ad Aha-
ronem pontificem adducitor, aut
ad aliquem eius filiorum ſacerdo-
tum. Tum ſacerdos adfectionem 3
illam in corporis cute adſpicito.
Quod ſi pili in adfectu mutati fue-
rint

b) in quo manebit, dum purgatur.

rint in album, et adfectus facies
cute corporis depresſior, lepræ
morbus eſt, eo viſo ſacerdos pollu-
4 tum iudicato. Sin labes alba erit
in cute corporis, non depresſiore
ſuperficie, quam cutis eſt, neque
vlla in album facta mutatione,
morbidum ſacerdos concludito in
5 ſeptem dies. Septimo die eum
adſpicito: quod ſi eadem morbi
ſpecies manſerit, neque per cutem
creuerit, eum in ſeptem alteros dies
6 concludito. Septimo die iterum
adſpicito: quod ſi obſcurior ad-
fectus erit, neque per cutem incre-
uerit, purum pronuntiato: ſcabies
eſt: lotis veſtimentis purus eſto.
7 Sin autem per cutem ſcabies ex-
creuerit, poſtquam ille ſacerdoti
ostenſus ad purgandum fuerit, ite-
8 rum ſacerdoti ostenditor: quod
ſi ſacerdos viderit ſcabiem creuisſe
per cutem, immundum pronuntia-
to, lepra eſt.
9 Lepræ adfectus ſi quo in ho-
mine erit, is ad ſacerdotem ad-
10 ducitor: qui ſi animaduerterit
tumorem album in cute, fa-
ctamque pilorum in album muta-
tionem, carnemque viuam inesſe
11 in tumore, lepra eſt in corporis
cute inueterata: impurum iudica-
to, neque concludito: impurus eſt.
12 Sin autem lepra effloruerit* in cute,
et totam morbidi cutem a capite
ad pedes occupauerit, per quidquid
erit ſacerdotis oculis ſubiectum,
13 vbi animaduerterit ſacerdos totum
corpus lepra esſe occupatum, tum
morbidum purum iudicato, totus
in album mutatus eſt, purus eſt.
14 Sed quum in eo adparebit caro
15 viua, impurus erit: viſaque ſa-
cerdos carne viua, impurum pro-
nuntiato: caro viua impura eſt, le-
16 pra eſt. Aut ſi redierit caro vi-
ua, et in album mutata fuerit, ad ſa-
17 cerdotem adito: ſacerdos eum
adſpicito: qui ſi animaduerterit
adfectum in album emutasſe, mor-
bidum purum pronuntiato: purus
eſt.

Si quo in corpore fuerit vl- 18
cus in cute, et eo ſanato, in 19
eius loco tumor albus exſtiterit,
aut albo rubricans macula, ſacer-
doti ostenditor: qui ſi animad- 20
uerterit eius ſuperficiem infra cu-
tem ſubſedisſe, piloſque in album
mutatos, pollutum pronuntiato, le-
præ morbus eſt in vlcere efflore-
ſcens. Sin animaduerterit pilos 21
non esſe in album mutatos, neque
adfectum infra cutem ſubſedisſe,
ſed obſcurum esſe, eum in ſeptem
dies concludito. Quod ſi per cu- 22
tem ſerpſerit, pollutum iudicato:
morbus eſt. Sin eadem perman- 23
ſerit macula, neque creuerit, cica-
trix vlceris eſt: mundum iudicato.
Si cuius corporis cutis ambuſta 24
fuerit igni, et aduſtionis viua ca-
ro maculam albo rubicantem aut
albam habebit, ſi animaduerte- 25
rit ſacerdos in macula pilos in al-
bum mutatos, eiuſque ſuperficiem
cute esſe depresſiorem, lepra eſt in
ambuſto effloreſcens, pollutum iu-
dicato: lepræ morbus eſt. Sin 26
viderit in macula pilos non albere,
nec eam infra cutem ſubſedisſe,
ſed obſcuram esſe, eum in ſeptem
dies concludito. Quod ſi ſeptimo 27
die animaduerterit per cutem cre-
uisſe, pollutum iudicato: lepræ
morbus eſt. Sin macula eadem 28
manſerit, neque per cutem creue-
rit, ſed obſcurior facta fuerit, ad-
uſtionis tumor eſt, mundum iu-
dicato: nam ambuſti cicatrix eſt.
Si cuius in viri aut feminæ capite 29
mentoue adfectus erit, ſi anim- 30
aduerterit ſacerdos eius adfectus
ſuperficiem infra cutem esſe, pi-
loſque flauos et exiles habere, pol-
lutum iudicato, porrigo eſt: le-
pra capitis, aut menti eſt. Quod 31
ſi viderit ſacerdos illum porriginis
adfectum non esſe depresſiore ſu-
perficie, quam cutis eſt, neque ta-
men pilos inesſe nigros, porrigi-
noſum in dies ſeptem concludito.
Septimo die ſi viderit porriginem
non

non creuiſſe, neque flauos ineſſe
pilos, neque porriginis ſuperfici-
3 em eſſe depreſſiorem cute, ton-
deatur, intonſa tamen porrigine.
eumque ſacerdos iterum in ſeptem
4 dies concludito. Die ſeptimo ſi
compererit porriginem per cutem
non excreuiſſe, neque eſſe cute
profundiorem, purum iudicato:
ille veſtimenta lauato, purusque
5 eſto. Quod ſi per cutem excre-
uerit porrigo poſt eum purifica-
tum, idque animaduerterit ſacer-
6 dos, iam de flauo pilo nihil in-
7 quirito: pollutus eſt. Sin autem,
manente eadem porriginis ſpecie,
pili nigri innati fuerint, ſanata
porrigo eſt, purus eſt, purumque
ſacerdos iudicato.
8 Si quis vir aut femina fre-
quentes in corporis cute macu-
9 las albentes habebit, ſi animad-
uerterit ſacerdos obſcuras in cute
albentes maculas, vitiligo eſt in
cute efflorefcens, purus eſt.
0 Si cuius viri caput glabrum fa-
ctum fuerit, caluus eſt, purus eſt.
Sin ſinciput glabruerit, recaluus et
1 purus eſt. Quod ſi caluo aut re-
caluo inerit adfectus in album ru-
beſcens, lepra eſt, ea parte efflore-
ſcens, qua caluus aut recaluaſter eſt.
Quod ſi animaduerterit ſacerdos
morbi tumorem albo rubeſcentem,
qua parte caluus eſt aut recaluus,
qualis eſt lepræ in corporis cute ſpe-
cies, leproſus homo eſt et pollutus:
eum ſacerdos pollutum pronun-
tiato, in capite morbum haben-
tem.

Leproſus autem et eo morbo
adfectus veſtimentis diſſolutis eſto,
capite tonſo, ore velato, et *i* pollu-
tum etiam atque etiam clamato.
Quamdiu in eo morbo erit, pol-
lutus eſto, ſolitarius habitato, ex-
tra caſtra ſedem habens.

Veſtis, in qua inerit lepræ mor-
bus, ſeu lanea, ſeu linea ſit, ſiue
in exteriore parte, ſiue in interio-
re *, tum lineæ, tum laneæ, ſiue in
pelle, ſiue in quouis vtenſili pel- 49
liceo, ſi in ea veſte aut pelle, vel ex-
teriore vel interiore in parte, aut
vtenſili pelliceo, inerit morbus vi-
ridis aut rufus, lepræ morbus eſt,
ſacerdoti oſtenditor. Sacerdos 50
viſo morbo, morbidum concludito
in ſeptem dies. Die ſeptimo ſi anim- 51
aduerterit morbum creuiſſe in
veſte, in exteriore aut interiore
facie, aut in pelle, quacumque in re
pellis ad opus adhibetur, corro-
dens lepræ morbus eſt, pollutum
eſt, igni cremator id quodcum- 52
que eſt: nam rodens lepra eſt.
Quod ſi viderit morbum non cre- 53
uiſſe, iubebit id lauari, in quo
morbus inerit, atque id in ſe- 54
ptem dies iterum concludet. Quod 55
ſi poſt lotionem viderit non eſſe
mutatum morbi colorem, neque
creuiſſe morbum: pollutum eſt, i-
gni cremator, iam penitus inſedit
in interiore aut exteriore glabreto.
Sin autem viderit ſacerdos obſcura- 56
tam eſſe adfectionem poſt lotio-
nem, eradet eam ex veſte. Quod 57
ſi ſic quoque efflorefcere in veſte
conſpiciatur, id igni cremato, in
quo adfectus inerit. Quod autem 58
ex lotione morbum amiſerit, ite-
rum lauator, et mundum eſto. Et 59
hæc quidem lex eſt morbi lepræ
veſtis laneæ aut lineæ, aut exterio-
ris aut interioris partis, aut cuius-
cumque vtenſilis pellicei, vt vel
purum vel pollutum iudicetur.

CAPVT XIIII.

De leproſo lex, purificatio, ſacrum. Aedium lepra, purgatio, piatio.

DEinde hæc Moſi Ioua locutus 1
eſt: hæc erit leproſi lex, 2
quum erit purificandus. Is
ad ſacerdotem adducitor: ſacer- 3
dos extra caſtra exito, ac ſi animad-
uerterit leproſum morbo lepræ eſ-
ſe ſanatum, iubeto ſumi pro eo 4
puri-

i) vt moneat obuios, vt ſe pollutum caueant.

purificando duas auiculas viuas,
mundas, lignumque cedrinum et
coccum iteratum atque hysſopum:
5 iubetoque alteram auiculam ma-
ctari in vas fictile ſuper aquam vi-
6 uam. Auiculam autem viuam ſu-
mito, lignumque cedrinum et coc-
cum iteratum atque hysſopum ea-
que et auiculam viuam immergi-
to in ſanguinem auiculæ mactatæ
7 in aqua viua, et purificandum a
lepra ſepties conſpergito atque pu-
rificato: at viuam auiculam libe-
8 ram ſub dio dimittito. Purifi-
candus autem veſtimenta ſua laua-
to, omnesque pilos ſuos radito, et
aqua lauator et purificator: atque
ita demum in caſtra ingresſus, ex-
tra ſuum tabernaculum ſeptem di-
9 es maneto. Die ſeptimo omnes
pilos ſuos radito: caput, mentum,
ſupercilia, omnes denique pilos
radito: veſtimenta lauato, corpus
10 aqua abluito atque purificator. O-
ctauo die ſumito duos agnos inte-
gros, et agnam vnam anniculam,
integram, et tres decimas ſimilagi-
nis ferti oleo permixtæ, et olei ſex-
11 tarium. Sacerdos autem purifi-
cans ſtatuito hominem purifican-
dum, et has res ante Iouam ad por-
12 tam oracularis tabernaculi. De-
inde agnum vnum ſumito, eum-
que libato pro noxa, oleique ſex-
13 tarium, et ea Iouæ porricito, et
agnum immolato, quo loco immo-
latur piaculum et ſolidi ſacrificii
victima, in loco ſacro: nam vt pi-
aculum, ſic noxa ſacerdotis eſt, et
14 eſt ſacroſancta. Deinde ſumito
ſacerdos de ſanguine noxæ, et eo
auriculam infimam dextram, pol-
licemque dextrum tum manus tum
15 pedis purificandi notato: tum de
ſextario olei in ſuam volam ſini-
16 ſtram infundito, ſuumque dex-
trum digitum eo oleo ſuæ ſiniſtræ
volæ intingito, et oleum ſuo digi-
to ſepties coram Ioua ſpargito.
17 Ex reliquo autem oleo ſuæ volæ
intingito purificandi auriculam in-

fimam dextram, pollicemque tum
manus tum pedis dextrum ſuper
ſanguine noxæ. Reliquum ole- 18
um volæ ſuæ imponito capiti pu-
rificandi, et pro eo coram Ioua ſup-
plicato: tum piaculum facito, et 19
pro purificando a ſua impuritate
ſupplicato, atque ita demum victi-
mam immolato, ſolidumque ſacri-
ficium facito. et fertum ad aram 20
obmoueto, et pro eo ſupplicato, at-
que ita ille purificator.

Quod ſi hoc tenuis hominis 21
conditio non ferat, adhibeto a-
gnum vnum noxalem ad porricien-
dum, quo pro eo ſupplicetur,
et vnam decimam ſimilæ in oleo
ſubactæ ad fertum, et olei ſex-
tarium, duosque turtures, aut 22
duos columba natos pro ſua fa-
cultate: quorum vnus piacularis,
alter ſolido ſacrificio fiat. Hæc 23
die octauo ad ſui purificationem ſa-
cerdoti adferto ad portam taberna-
culi oracularis ante Iouam. Sa- 24
cerdos agnum noxalem et olei ſex-
tarium ſumito, eaque Iouæ porri-
cito. Agnum autem noxalem im- 25
molato, ac de ſanguine noxali ſa-
cerdos ſumito, et eo purificandi
auriculam infimam dextram, polli-
cemque tum manus tum pedis dex-
trum intingito. De oleo autem in 26
volam ſuam ſiniſtram infundito,
ſuumque dextrum digitum eo oleo 27
ſuæ ſiniſtræ volæ intingito, et ole-
um ſuo digito ſepties coram Ioua
ſpargito. Reliquo oleo ſuæ volæ 28
intingito purificandi auriculam in-
fimam dextram, pollicemque tum
manus tum pedis dextrum, ſuper
locum ſanguinis noxæ. Reliquum 29
porro oleum volæ ſuæ indito in
caput purificandi, et pro eo coram
Ioua ſupplicato. Tum ſacerdos 30
vnum de turturibus aut de columba
natis facito, prout feret eius facul-
tas, vtrumcumque conſequi potue-
rit, vnum piacularem, alterum ad 31
ſolidum ſacrificium, vna cum ferto,
ac pro illo purificando apud Iouam
ſuppli-

32 ſupplicato. Hæc lex eſt morbo
lepræ adfecti, cuius facultas ad iu-
ſtam purificationem non pertinget.
33 Deinde ad Moſem et Aharonem
34 Ioua inquit: quum perueneritis
in terram Chananæam, cuius ego
vobis posſesſionem daturus ſum,
atque ego domum aliquam veſtri
patrimonii lepræ morbo adfecero,
35 is cuia domus erit, ito indicatum
ſacerdoti, quiddam in domo ſua
36 lepræ ſimile conſpici, Tum ſa-
cerdos iubeto domum expediri, an-
tequam intret ipſe ad inſpiciendum
morbum, ne omnia quæ erunt in
illa domo polluantur: atque ita
demum ad inſpectionem domus in-
37 trato. Qui ſi morbum in domus
parietibus animaduertit, ſcrobes
virides aut rufos intra parietis ſu-
38 perficiem depresſos, exito ad por-
tam domus, domumque in ſeptem
39 dies claudito: die ſeptimo redito,
ac ſi conſpexerit morbum in parie-
40 tibus domus creuisſe, iubeto la-
pides morbo infectos erui, et extra
oppidum in locum impurum ab-
41 iici. Domum autem intus cir-
cumradunto, ramentumque eraſum
foras extra oppidum in locum im-
42 mundum abiiciunto, ac lapides
alios in illorum locum ſubſtituun-
to, alioque intrito domum trullis-
43 ſanto. Quod ſi poſt erutos lapides
eraſamque et trullisſatam domum
redierit morbus, atque in domo
44 effloruerit, ito ſacerdos et in-
ſpicito: qui ſi viderit morbum in
domo creuisſe, pertinax domus le-
45 pra eſt, polluta eſt, domum cum
ſuis lapidibus et lignis et omni
puluere diruunto, et extra oppidum
in locum immundum exportanto.
46 Qui in domum intrauerit, quamdiu
clauſa fuerit, pollutus eſto ad ve-
47 ſperum. Qui in domo illa cubue-
rit, veſtimenta lauato: quiue ibi
cibum ceperit, veſtimenta lauato.
48 Sin autem eam viſens ſacerdos de-
prehenderit, non creuisſe morbum
domus illius, poſt eam trullisſatam,
mundam iudicato: nam ſanatus eſt
morbus. Tum ſumito ad eam ex- 49
piandam duas auiculas lignumque
cedrinum, et coccum iteratum at-
que hysſopum, alteramque aui- 50
culam immolato in vas fictile ſuper
aquam viuam, lignumque cedri- 51
num et hysſopum, et coccum itera-
tum, auiculamque viuam ſumito,
et in ſanguinem auiculæ mactatæ
immergito, et in aquam viuam:
domumque ſepties conſpergito,
eamque expiato ſanguine auiculæ, 52
et aqua viua, et auicula viua, et
ligno cedrino, et hysſopo, et cocco
iterato. Deinde auiculam viuam 53
extra oppidum, ſub dio laxato, et
pro domo ſupplicato, vt ita purifi-
cetur.

Hæc lex eſt de omni lepra atque 54
porrigine, de lepra veſtis atque 55
domus, de tumore et papula et 56
macula, ad docendum, quum quid
pollutum aut mundum ſit. Et hæc 57
quidem lepræ lex eſto.

CAPVT XV.

*Gonorrheæ pollutio, pro illa expiatio. Se-
minis fluxus, menſtrua, muliebris fluor.*

HAec item (inquit Ioua Moſi et 1
Aharoni) Israelitis exponi- 2
tote ad hunc modum: de cu-
ius viri natura liquor defluet, is
pollutus eſto. Atque huiusmodi 3
eius fluxionis pollutio erit. Eius
membrum liquorem exſpumabit,
vel eo præcluſum erit: talis erit
eius pollutio. Quocumque in le- 4
cto cubuerit, is lectus pollutus
eſto: quocumque in vtenſili ſederit,
pollutum eſto. Qui eius cubile 5
tetigerit, veſtimenta ſua eluito, et
aqua lauator, atque ad veſperum
pollutus eſto. Qui ſuper eodem 6
vtenſili ſederit, ſuper quo is qui
fluit, veſtimenta ſua eluito, et a-
qua lauator, atque ad veſperum
pollutus eſto. Qui eius corpus 7
tetigerit, veſtimenta ſua eluito, et
aqua lauator, atque ad veſperum
pol-

8 pollutus eſto. Qui mundus ab
illo conſputus fuerit, veſtimenta
ſua eluito, et aqua lauator, atque
9 ad veſperum pollutus eſto. Quid-
quid erit ſuper quo equitauerit,
10 pollutum eſto. Quisquis rem vl-
lam tetigerit, quæ ſub eo fuerit,
11 pollutus eſto ad veſperum. Qui
ea tulerit, veſtimenta ſua eluito, et
aqua lauator, atque ad veſperum
12 pollutus eſto. Quemcumque flu-
xus tetigerit, non lotis aqua ma-
nibus, veſtimenta ſua eluito, et a-
qua lauator, atque ad veſperum
13 pollutus eſto. Vas fictile, quod
tetigerit, frangitor, et omne vas
ligneum aqua lauator.
14 Quod ſi fluxus a ſua fluxione
purgatus fuerit, agat dies numero
ſeptem ad ſui purificationem, ſua-
que veſtimenta lauato, et corpus a-
qua viua perluito, atque purificator.
15 Octauo die ſumito duos turtures
aut duos columba natos, et in Iouæ
conſpectum venito ad portam ora-
cularis tabernaculi, eosque ſacerdo-
16 ti dato: quos faciat ſacerdos, vnum
piacularem, alterum ſolido ſacrifi-
cio: et pro eo ſupplicet apud Io-
17 uam, ob eius geniture fluxum. Vir,
ex quo genitale ſemen [h] effluxerit,
totum corpus ſuum aqua perluito,
18 et ad veſperum pollutus eſto. Qua-
cumque in veſte, quacumque in
pelle genitale ſemen fuerit, aqua
lauator, et ad veſperum polluta e-
19 ſto. Si cum muliere vir cubue-
rit, et cum ea rem habuerit, aqua
lauanto, et ad veſperum polluti
ſunto.
20 Mulier, quæ patietur menſtrua,
fluente ex eius corpore cruore, ſe-
ptem dies ſeorſum degito: eam quis-
quis tetigerit, pollutus eſto ad veſpe-
21 rum. Quacumque in re decubuerit,
donec in menſtruis erit, ea res pol-
luta eſto: cuicumque rei inſederit,
22 ea res polluta eſto. Quisquis eius le-
ctum tetigerit, veſtimenta ſua la-
uato, aquaque perluitor: et ad
veſperum pollutus eſto. Quis- 23
quis vllum vtenſile attigerit, in quo
illa ſederit, veſtimenta ſua lauato,
aquaque perluitor, et ad veſperum
pollutus eſto. Aut ſi ſuper lecto, 24
aut ſuper vtenſili fuerit, in quo il-
la ſederit, ex eius attactu pollutus
eſto ad veſperum. Si vir cum 25
menſtruali cubuerit, et eius men-
ſtruis contactus fuerit, ſeptem dies
pollutus erit: omnisque lectus, in
quo is cubuerit, pollutus erit.
Mulier, cui cruor defluet complu- 26
res dies alieno a menſtruis tem-
pore, aut cui vltra menſtrua de-
fluet, toto illius immundi fluxus
ſpatio, perinde ac menſtruorum
tempore, polluta eſto. Omne cu- 27
bile, ſuper quo decubuerit, quam-
diu fluxum patietur, eadem condi-
tione habetor, ac cubile menſium.
Omne vtenſile, ſuper quo ſederit, 28
pollutum eſto, perinde atque in
menſibus. Quisquis ea attigerit, 29
polluetur, veſtimenta lauato, aqua-
que perfunditor, et ad veſperum
pollutus eſto.
Quod ſi fluxu purgata fuerit, agat 30
dies numero ſeptem, et ita demum
pura eſto. Die octauo ſumito duos 31
turtures, aut duos columba natos,
eosque ad ſacerdotem adferto ad
portam oracularis tabernaculi, quo-
rum vnum ſacerdos ad piaculum fa-
ciat, alterum ſolido ſacrificio, et pro
ea apud Iouam ſupplicet ob eius
immundum fluxum. Atque ita 32
Israelitas a ſuis inquinamentis vin-
dicatote, ne in ſuis ſordibus inter-
eant, meum tabernaculum, quod
apud eos eſt, polluendo: et hæc 33
quidem lex eſt tum viri defluentis,
qui genituram non continet, qui-
ue emiſſo genitali ſemine pollui-
tur, aut qui cum polluta cubue-
rit: tum feminæ ob menſtrua ſe-
mouendæ.

CAPVT

h) ſcil. ex concubitu, aut aliter.

CAPVT XVI.

Aditus intra ſiparium quanti ſit. Pro populo precatio. Ieiunii menſis.

POſt interitum autem duorum Aharonis filiorum, qui Iouæ libando interierunt, locutus eſt Ioua cum Moſe ad hunc modum: admone Aharonem fratrem tuum, ne quouis tempore in ſacrum intra ſiparium ante aræ propitiatorium introeat, ne, me in nube ſupra operculum adparente, moriatur, ſed ſibi introitum piaculari tauro et arietis ſolido ſacrificio paret. Lineam ſacram tunicam induat, lineisque feminalibus veſtitum corpus habeat, et lineo cingulo cingatur, infulaque linea redimiatur: quas ſacras veſtes induturus, ſuum corpus aqua abluat. Tum ab Israelitarum re publica duos capros ad piaculum, et vnum arietem ad ſolidum ſacrificium ſumat: deinde ſuum piacularem taurum obmoueat, et pro ſe proque domo ſua ſupplicet. Tum duos capros caprinos * ante Iouam in oracularis tabernaculi introitu conſtituat, et ſuper eis ſortes, alteram Iouæ, alteram emisſitii nomine iaciat. Deinde caprum, cui Iouæ ſors euenerit, adducat et piaculum faciat. Eum autem, quem emisſitii ſors deſignauerit, ante Iouam viuum ſtatuet, ad ſupplicandum ſuper eo, et eum liberum in deſerta dimittendum. Tum ſuum piacularem taurum adducat, eoque tum pro ſe tum pro domo ſua ſupplicet, et eum immolet. Deinde candentes carbones ex ara, quæ eſt ante Iouam, acerra plena ſumat, pugillumque ſuffimenti odorati friati: eaque intra ſiparium inferat, et ſuffimentum in ignem ante Iouam ingerat, vt, operiente ſuffiminis nube oraculi propitiatorium, a morte vindicetur.

Item de tauri ſanguine ſumat, quod ante propitiatorium orientem
verſus digito ſuo ſpargat, et ante
propitiatorium de eo ſanguine digi-
to ſuo ſepties ſpargat. Tum popu- 15
li piacularem caprum immolet, eiuſ-
que ſanguinem intra ſiparium infe-
rat, et eo faciat, vt tauri ſanguine fe-
cerit, id eſt, et propitiatorium ad-
ſpergat, et ante propitiatorium
ſpargat, ac ſanctuarium ab Isra- 16
elitarum inquinamentis et omnium
peccatorum noxis expiet: idem-
que faciat oraculari tabernaculo,
quod apud eos habitat, in mediis
eorum inquinamentis. Atque in 17
oraculari quidem tabernaculo ne-
mo hominum eſto, ex quo in ſa-
crarium ad ſupplicandum introibit,
donec exeat. Vbi autem pro ſe
proque domo ſua et vniuerſa Isra-
elitarum re publica ſupplicauerit:
exito ad aram ante Iouam poſitam, 18
et eam expiato: eiusque cornua
ſanguine tauri et capri circum in-
tingito, et eam ſanguine digito 19
ſuo ſepties adſperſam purificato
atque luſtrato ab Israelitarum in-
quinamentis.

Poſtquam ſacrarium et oraculare 20
tabernaculum et aram expiandi fi-
nem fecerit, caprum viuentem ad-
ducito: adplicatisque eius capiti 21
ambabus manibus omnes Israelita-
rum culpas, omnesque peccatorum
noxas ſuper eo confesſus, in eius ca-
put congerito, eumque per certum
quempiam in deſerta dimittito, a 22
quo in deſertis dimittatur, ſecum-
que illorum culpas omnes in terram
inacceſſam auferat. Deinde veniat 23
Aharon in oraculare tabernacu-
lum, et linea veſtimenta, quæ in
ſacrum ingresſurus induerat, exui-
to, eaque ibi relinquito, corpus- 24
que ſuum aqua in loco ſacro ab-
luito, et veſtimenta ſua indutus
exito, ſuumque et populi ſolidum
ſacrificium facito, et pro ſe proque
populo ſupplicato, et piaculi adi- 25
pem in ara adoleto. Qui autem 26
caprum liberum laxauerit, indu-
menta ſua perluito, corpusque ſu-

uin aqua lauato, et ita demum in
27 caſtra intrato. Taurum autem
caprumque piaculares, quorum
ſanguis ad ſupplicandum illatus
fuerit in ſacrarium, extra caſtra
exportanto, eorumque corium et
carnem et excrementum igni cre-
28 manto: quique cremauerit, in-
dumenta ſua perluito, corpusque
ſuum aqua abluito, et ita demum
29 in caſtra intrato. Hoc inſtituto
ſempiterno tenetote.
Menſis ſeptimi die decimo ieiu-
natote, neue veſtrum quisquam vel
indigena vel peregrinus inter vos
30 degens vllum opus faciat. Nam eo
die ſupplicabitur pro vobis ad ve-
ſtri purificationem, ab omnibusque
veſtris delictis apud Iouam purifica-
31 bimini. Eas ſabbati ferias agitote,
et ſempiterno inſtituto ieiunatote.
32 Pontifex autem qui vngetur, et
cuius manus ad ſacerdotium obe-
undum pro eius patre inaugura-
buntur, veſtimenta linea ſacra in-
33 duito: ſanctius ſanctuarium et
oraculare tabernaculum et aram
expiato, et pro ſacerdotibus pro-
que vniuerſa re publica ſupplicato.
34 Hoc vobis inſtitutum perpetuum
eſto, vt pro omnibus Israelitarum
peccatis ſemel quotannis ſupplice-
tur. Atque hæc, vt Moſi Ioua præ-
cepit, ſic facta ſunt.

CAPVT XVII.

Sacrificii locus. A ſanguine abſtinentia. Sanguis anima. Morticinum piaculare.

1 ITem cum Moſe verba fecit Ioua
2 in hunc modum. Hæc ad Aha-
ronem eiusque natos et omnes
Israelitas exponito his verbis.
3 Hæc præcipit Ioua. Quicumque de
Israelis familia bouem ouemue aut
capram in caſtris extraue caſtra
4 immolauerit, neque ad oracula-
ris tabernaculi introitum ſtiterit ad
obmouendum Iouæ munus ante
Iouæ tabernaculum, is perinde ac

ſi cædem fecerit habetor, et de ſuorum numero tollitor. Quocirca adducunto Israelitæ victimas ſuas, quas ſunt ſub dio ſacrificaturi, ad Iouam, ad ingreſſum oracularis tabernaculi ad ſacerdotem, et Iouæ ex eis pro ſalute ſacrificanto. Sacerdos autem ſanguinem in aram Iouæ in ingreſſu oracularis tabernaculi effundito, adipemque Iouæ ad odoris ſuauitatem adoleto. Neue deinceps ſacra faciunto ſatiris, cum quibus meretricentur. Atque hoc perpetuum inſtitutum per eos poſteritati traditor: quicumque, inquam, tum de Israelis ſtirpe, tum de peregrinis apud eos degentibus, ſolidum ſacrificium aut ſacrificium fecerit, neque victimam ad ingreſſum oracularis tabernaculi ſtiterit, vt eam Iouæ faceret, is de ſuorum numero exſtirpator.

Quisquis item vel ſtirpis Israelitarum, vel inter eos degens peregrinus, vllum ſanguinem comederit, huic ego infenſus, qui ſanguinem comederit, eum de ſuorum numero tollam. Nam animantis anima in ſanguine eſt, quem ego vobis in aram do, ad ſupplicandum pro animabus veſtris: nam ſanguine ipſo pro anima ſupplicabitur. Hac de cauſſa Israelitis interdico, ne quis omnino vel eorum vel inter eos degentium peregrinorum ſanguine veſcatur. Quod ſi quis vel Israelitarum, vel cum eis verſantium peregrinorum, feram aliquam, aut volucrem, quæ ſit edendo, ceperit, eius ſanguinem humi ſpargito, et terra obruito. Nam animantium omnium anima ſanguis eſt, qui a) pro ipſius anima eſt: quam ob cauſſam Israelitas veto vllius ſanguine animalis veſci: quoniam ſua cuiusque animalium anima ſanguis eſt: quo quicumque veſcitur, ſit capite plectendus.

Quisquis item morticinum aut
feris

a) Animantis brutæ ſanguis pro hominis anima libatur, vt paullo ante.

feris ereptum guſtauerit, ſiue indi-
gena ſiue peregrinus ſit, veſtimenta
5 ſua perluito, et aqua lauator,
impuruſque ad veſperam eſto, et
7 aqua lauator. Quod ſi veſtimen-
ta non perluerit, neque corpus ab-
luerit, pœnas dabit.

CAPVT XVIII.

Vetiti concubitus, conſanguinei, parentum, ſororis, neptis, amitæ, materteræ, nurus, fratris, concubinæ, filiæ, ac priuigni, cognatæ, menſtruatæ, alienæ coniugis. Mœcho non dicanda proles. Maſcula Venus, et belluina.

1 TVm hæc, inquit, Iſraelitis meo
2 nomine exponito: ego ſum
3 Ioua Deus veſter. Neque
Aegypti facta, quam incoluiſtis, ne-
que Chananææ, quo vos introduco,
imitamini, neue eorum inſtituta
4 tenetote. Sed mea (Ioua ſum
Deus veſter) iura exſequimini, et
inſtituta ſeruatote, et ex eis viui-
5 tote, quæ quidem ſunt eiuſmo-
di, vt qui ea obiuerit, is per ea vi-
6 cturus ſit. Hæc ego Ioua. Ad
conſanguineum ſuum ne quis ve-
ſtrum accedito, vt eius naturam
7 detegat. Hæc ego Ioua. Patris
aut matris tuæ naturam ne detegi-
to: mater tua eſt, eius naturam ne
detegito. Nouercæ tuæ naturam
ne detegito: nam patris natura eſt.
Sororis tuæ ſiue ex patre, ſiue ex
matre ſiue domi, ſiue foris natæ,
naturam ne detegito. Neptis tuæ,
tum ex filio, tum ex filia, naturam
ne detegito: nam natura tua eſt.
Filiæ nouercæ tuæ, patre tuo natæ,
naturam ne detegito: ſoror tua eſt.
Amitæ tuæ naturam ne detegito,
nam paternæ conſanguinitatis eſt:
eius naturam ne detegito. Ma-
terteræ tuæ naturam ne detegito,
nam maternæ conſanguinitatis eſt.
Tui ex patre auunculi naturam ne
detegito, id eſt, ad eius vxorem ne
accedito, amita tua eſt. Nurus
tuæ naturam ne detegito: filii tui
vxor eſt, eius naturam ne detegito.
Vxoris fratris tui naturam ne dete- 16
gito: fratris tui natura eſt. Cum 17
muliere, et cum eiuſdem filia rem
ne habeto. Tui priuigni aut pri-
uignæ filiam ne ducito, vt cum ea
rem habeas: nam *L.* eius *H.* con-
ſanguineæ ſunt, inceſtus eſt. V- 18
xoris ſororem, ea viuente, ne duci-
to, vt cum ea rem habeas: quæ res
vxori dolorem faciat. Ad mulie- 19
rem menſtruis laborantem ne acce-
dito, vt cum ea rem habeas. Alte- 20
rius vxori ſtuprum et corruptelam
ne inferto. Progeniem tuam ne 21
dato *b* traiiciendam Molocho, neue
meum Iouæ Dei tui nomen profa-
nato. Marem ne femineo concu- 22
bitu comprimito: nefas eſt. Ne 23
te vllius beſtiæ concubitu contami-
nato, neue mulier beſtiæ proſtato
ad coeundum: flagitium eſt. Ne 24
vos vllo horum ſcelerum contami-
natote. Nam his omnibus ſeſe
contaminarunt gentes, quas ego vo-
bis abigo. Itaque ſic pollutæ ter- 25
ræ ſcelera huiuſmodi pœnis perſe-
quor, vt incolas terra ſuos euomat.
Vos mea inſtituta et iura tenetote, 26
neue vllum flagitiorum iſtorum fa-
citote, ſiue indigena quis ſit, ſiue
apud vos degens peregrinus. Nam 27
hæc omnia nefaria perpetrarunt in-
colæ, qui vos anteceſſerunt, quibus
conſpurcata terra eſt. Ita fiet, vt 28
non vos euomat terra a vobis coin-
quinata, quemadmodum euomue-
rit gentem, quæ vos anteceſſit.
Nam quicumque vllum horum fla- 29
gitiorum fecerint, hi de ſuorum
numero tollentur. Seruatote igi- 30
tur ſtatutum meum, ne vllam 31
illarum abominandarum conſuetu-
dinum, quæ ante vos viguerunt, ſe-
quamini, et ea vos polluatis. Hæc 32
ego Ioua Deus veſter.

CAPVT XIX.

Iniuncta ſanctitas. Leges de parentibus, ſabbato, deaſtris. Ritus in ſacrificiis. Spicilegium, racematio, furta, doli, mendacium, periurium, manupretium.

b) ſcil. per ignem.

Surdus, cæcus qui tractandi. Iudicium, calumnia, ſimultas, clementia, caritas. Pecus, farrago, veſtis, vitiata ſerua. Triennii fructus profanus, vetitus cruor, augurium. In funere damnata, filia proſtituta. Magi. Senectus veneranda, peregrini, menſurarum æquitas.

1 TVm hæc, inquit, ad omnem Iſ-
raelitarum multitudinem ver-
2 ba facito. Sancti eſtote:
nam ſanctus ego Ioua Deus veſter.
3 Suam quisque matrem et patrem
reueremini, et ſabbata ſeruatote.
4 Ego Ioua Deus veſter. Ad dea-
ſtros ne conuertimini, neue vobis
fuſos deos facitote. Ego Ioua Deus
5 veſter. Quod ſi Iouæ ſacrificium
pro ſalute veſtra facietis (id quod
ad fauorem vobis conciliandum fa-
6 cietis) quo die ſacrificabitis, com-
eſtor, et poſtridie. In tertium
diem reliquum quod erit, igni cre-
7 mator. Quod ſi die tertio come-
detur, tætrum erit, non litabitur:
8 quique comederit, is ſacri Iouæ
profanati pœnas dato, et ex ſuorum
9 numero tollitor. Quum autem
agri veſtri meſſem facietis, fundi
tui extremum ne permetito, neue
meſſis tuæ ſpicilegium facito,
10 neu vineam tuam racemato, neu
relictas vuas relegito: pauperi et
peregrino ea relinquito. Ego Ioua
11 Deus veſter. Ne furamini: ne
fallitote: ne mentimini alius alii:
12 ne falſo per nomen meum iuratote,
nomine Iouæ Dei veſtri polluendo.
13 Ego Ioua. Ne alteri fraudem
dolo malo aut vi facito. Mercena-
rii manupretium in diem poſterum
14 ne retineto. Surdo ne maledici-
to. Cæco impedimentum ne op-
ponito, meque Iouam Deum tuum
15 metuito. Iniquum in iudicio ne
facitote, neue tenui indulgeto,
neue potenti adſentator: ſeuere
16 alios iudicato. Ne inter tuos ca-
lumniator eſto. Ne alterius ſan-
17 guini c) immineto. Ego Ioua. Fra-
trem tuum animo ne oderis. Alios
caſtigato, ne hinc peccatum luas.
Populares tuos ne vlciſcitor, neue 18
acceptæ ab eis iniuriæ memor eſto,
aliosque vt teipſum diligito. Ego
Ioua. Inſtituta mea ſeruatote. 19
Pecus tuum disſimili generi ineun-
dum ne ſupponito. Agrum tuum
farragine ne conſerito; neue ex
diuerſis conſarcinata veſte vtitor.
Si quis mulierem compresſerit, 20
quæ ſit ſerua viro deſtinata, neque
redemta neque libertate donata,
verberibus, non morte in eos
animaduertitor, quoniam liberata
non erat. Tum ipſe ad oracula- 21
ris tabernaculi introitum noxalem
arietem adducito, quo ariete ſa- 22
cerdos pro commisſo ab eo peccato
apud Iouam ſupplicet, vt ei com-
misſi peccati venia detur. Quum 23
autem in terram illam perueneri-
tis, et cuiuscumque generis veſcas
arbores ſeueritis, earum fructum
profanum per triennium habetote,
eoque, vt profano, veſci nefas eſto.
Quarto anno eſto earum fructus 24
omnis Iouæ laudando conſecratus,
Quinto demum anno fructu veſce- 25
mini, vt vobis amplius ex eis pro-
ueniat. Ego Ioua Deus veſter.
Ne quid cum ſanguine comeditote. 26
Ne augurio neue diuinatione vti- 27
mini. Ne vobis in funere verti- 28
cem deraditote, neue barbam vel-
litote, neue corpora veſtra dilania-
tote, neu vobis notas inuritote.
Ego Ioua. Filiam tuam ad mere- 29
tricandum ne proſtituito, ne mere-
tricatu inquinata terra flagitio re-
pleatur. Sabbata mea ſeruatote, 30
et ſanctuarium meum reueremini.
Ioua ſum. Ad ventriloquos ne 31
conuertimini, neue magos conſuli-
tote, ab eis contaminandi. Ioua
ſum Deus veſter. Cano adſurgi- 32
to, ſeni honorem præſtato, Deum-
que tuum reueretor. Ioua ſum.
Quod ſi quis peregrinus vobiscum 33
in veſtris finibus commoretur, ne
ei moleſtiam faceſſitote, ſed eo- 34
dem loco peregrinos atque indige-
nas

c) malo et damno.

nas veſtros habetote, eosque vt vos-
metipſos diligitote: nam peregrini
fuiſtis in Aegypto. Ioua ſum Deus
5 veſter. In iudicio, in dimenſione,
in pondere, in menſura, nihil ini-
6 quum facitote: trutinam iuſtam,
pondo iuſta: ephi iuſtum, hinem
iuſtum habetote. Ioua ſum Deus
veſter, qui vos ex Aegypto eduxi.
7 Igitur omnia mea inſtituta iura-
que ſeruatote, et eis paretote.
Ioua ſum.

CAPVT XX.

Molochi cultorum pœna. In parentes caritas. Adulterium. Cum nouerca inceſtus, maſcula Venus, matris et filiæ vſus, beſtialis concubitus, ſororis, menſtruatæ, amitæ, materteræ, cognatæ. Immunda quæ bruta. Magi.

1 HAec quoque Ioua Moſi locutus
eſt: atque hæc Iſraelitis re-
2 ferto: quiſquis vel Iſraelita-
rum, vel inter Iſraelitas degentium
peregrinorum, de ſua progenie Mo-
locho dederit, capite plectitor, lapi-
3 dibus ab incolis obruitor. Eum
ego hominem, ei infenſus, de ſuo-
rum numero tollam, vt qui de ſua
ſobole Molocho dederit, et ita ſa-
crarium meum polluerit, ſacrum-
que nomen meum profanauerit.
4 Quod ſi incolæ in eo homine, qui
prolem ſuam Molocho dederit,
conniuentes, eum non intereme-
5 rint: ipſe ego tum ei, tum eius
cognationi infeſtum me præbebo,
et eum, et omnes, qui eius exemplo
Molocho proſtiterint, de ſuorum
6 numero exſtirpabo. Quique vel
ad ventriloquos, vel ad magos de-
fecerit, vt ſe eis proſtituat, eum ego,
infenſus ei, de ſuorum numero au-
7 feram. Quare ſanctitati operam
datote, ſanctique eſtote: nam Ioua
8 ſum Deus veſter. Igitur inſtituta
mea ſeruatote, eisque paretote. Io-
ua ſum, veſtræ ſanctitatis auctor.
9 Quiſquis parentum alterutri male-
dixerit, capitale eſto: parenti ma-
10 ledixit, pœnas luito. Qui cum
cuiuſcumque vxore mœchatus fue-
rit, qui cum alterius vxore mœcha-
tus fuerit, capite plectitor, tum
adulter, tum adultera. Si quis 11
cum nouerca ſua rem habuerit,
patris verenda aperuit, ambo ca-
pite plectuntor, pœnasque danto.
Si quis cum ſua nuru coierit, capi- 12
tale ambobus eſto: inceſtum com-
miſerunt, pœnas luunto. Qui 13
marem femineo concubitu com-
presſerit, nefarium amborum faci-
nus capitale eſto, pœnas danto.
Si quis in matrimonium et filiam 14
duxerit, et eiusdem matrem, in-
ceſtus eſt: et eum et eas igni cre-
manto, ne inceſtus in vobis hæreat.
Qui cum beſtia rem habuerit, mo- 15
riatur, beſtiamque interficitote.
Si quæ mulier vlli beſtiæ ſe pro- 16
ſtituerit, et mulierem et beſtiam
interficitote, moriuntor, et pœnas
danto. Si quis ſuam vel ex patre 17
vel ex matre ſororem duxerit, et
alter alterius verendis fuerit poti-
tus *, probrum eſt, e medio tollun-
tor in oculis ſuorum: ſororis ſuæ
verenda aperuit; pœnas dato. Si 18
quis cum menſtruali muliere con-
cubuerit, cumque ea rem habuerit,
eiusque fluxum aperuerit, quum
ipſa ei ſui ſanguinis fluxum indi-
cauisſet: ambo de ſuorum numero
tolluntor. Cum amita, aut cum 19
matertera tua rem ne habueris:
nam hoc eſt cum conſanguinitate
ſua coire, et ſupplicio coercendum
eſt. Si quis cum patrui ſui vxore 20
concubuerit; patrui ſui verenda
detexit: pœnas danto, orbi mori-
untor. Si quis fratris ſui vxorem 21
duxerit, obſcenitas eſt: fratris ſui
verenda detexit, orbi ſunto. Igi- 22
tur omnia inſtituta et iura mea ſer-
uatote, eisque paretote: ita fiet, vt
non vos euomat terra, in cuius
habitationem ego vos introduco.
Neue eorum inſtituta imitamini, 23
quos ego vobis abigo: nam quia
illa omnia fecerunt, eos ego ab-
horreo, vobisque promiſi eorum 24
terræ posſesſionem, eam vobis datu-

rus poſſidendam, terram lacte mel-
25 leque abundantem. Ioua ſum
Deus veſter, qui vos a ceteris po-
pulis diſcreui. Vos quoque et qua-
drupedum et volucrum munda ab
immundis diſcernitote, neu vos
aut quadrupedibus, aut volucribus
coinquinatote, aut vllo eorum ſer-
pentium, quæ terra procreat, quod
vobis vt impurum ſecreuerim.
26 Eſtote igitur mihi ſancti: nam ego
Ioua ſum ſanctus, qui vos a ceteris
nationibus ſecreui, vt mei esſetis.
27 Quod ſi quis in eis aut ventrilo-
quus, aut magus exſiſtet; ſiue vir,
ſiue mulier ſit, capite plectitor, la-
pidator, pœnas dato.

CAPVT XXI.

Sacerdos in funere quomodo. Vxor impudica. Filiæ ſacerdotis fornicatio, eiusdem vxor. Vitioſo corpore profani.

1 ITem ſic Ioua Moſem adlocutus
eſt. Sacerdotes autem Aharonis
natos admoneto, ne in ſuorum
2 funeribus contaminentur, niſi
conſanguinitate proximorum, vt
parentum, vt liberorum, vt fratrum,
3 vt ſororum. Si quæ virgo erit
proxima, quæ virum non habuerit,
in eius funere contaminari licebit.
4 Ne in principis quidem * populari-
um ſuorum funere contaminantor,
5 vt profanentur. Capita ſua ne
radunto. Barbam ſibi ne tondento.
Corpora ſua ne notis compungun-
6 to. Sacri Deo ſuo ſunto: neue
Dei ſui nomen profananto. Quum
enim Iouæ rem diuinam, quum
Deo ſuo dapem faciant, debent esſe
ſacri.
7 Vxorem meretricem et profa-
nam ne ducunto, neue a viro repu-
diatam: ſunt enim ſuo Deo conſe-
8 crati. Quare eos ſacros habere
debetis: quippe qui Deo veſtro da-
pem faciant. Sacri vobis ſunto:
nam ſacer ego Ioua ſum, qui vos
ſacros facio.
9 Si quæ hominis ſacerdotis filia
ſcortari auſa fuerit, patrem ſuum
profanauit: igni cremator. Ponti- 10
fex autem fratrum ſuorum maxi-
mus, cuius caput vnctorio oleo con-
ſperſum fuerit, et manus initiatæ ad
veſtimenta induenda, caput ne ton-
deto, neu veſtimenta diſſoluta habe-
to, neue vlli funeri intereſto, ne in 11
parentibus quidem funeſtator,
neue de ſacrario exito; ne Dei ſui 12
ſacrarium profanet: quippe qui
vnctorio Dei ſui oleo coronatus ſit.
Ioua ſum.
Idem vxorem, quæ virgo ſit, 13
ducito. Viduam, aut repudiatam, 14
aut impudicitia pollutam ne ducito:
ſed tantum virginem ſuam popula-
rem ducito; ne progeniem ſuam 15
in populo ſuo profanet. Nam Io-
ua ſum, qui eum ſacraui.
Tum hæc Aharoni, inquit, di- 16
cito: ſi quis erit de tua in po- 17
ſterum ſtirpe, in quo inſit vitium,
is ad dapem Deo ſuo faciendam ne
accedito. Nam vitioſus nemo li- 18
bare debet, vt cæcus, vt claudus, 19
vt mutilus, vt redundans, pedemue
aut manum fractam habens, aut 20
gibbus, aut luſcioſus, aut argemam
habens, aut ſcabioſus, aut impeti-
ginoſus, aut hernioſus, denique 21
quisquis erit ex Aharonis pontifi-
cis ſemine vitioſus, is Iouæ rem
diuinam ne adminiſtrato: vitioſus
eſt, ad dapem Deo ſuo libandam ne
accedito. Ac Dei quidem ſui da- 22
pibus tum de ſanctiore ſacrario,
tum de ſacrario veſcitor: ſed ad 23
ſiparium ne ito, neue ad aram pro-
pinquato; ne, quum ſit vitioſus,
ſacrarium meum profanet, qui
Ioua ſum, qui eos ſacros facio.
Tum Moſes cum Aharone eius- 24
que natis, et omnibus Israelitis
verba fecit.

CAPVT XXII.

Sacro veſci quis prohibitus. Leproſus, ac ſeminis ſubſtillo vexatus. Morticinum. Victimarum integritas, immolandi tempus.

Item

ITem Ioua cum Moſe collocutus
eſt ad hunc modum: dicito
Aharoni et eius natis, vt a rebus
ſacris, quæ mihi Iſraelitæ conſecra-
uerint, ſe contineant: ne meum
ſacrum nomen profanent, qui Ioua
ſum. Igitur his verbis dicito: in
poſterum quiſquis veſtri generis
ad ſacra pollutus acceſſerit, Iouæ ab
Iſraelitis conſecrata, is de meo con-
ſpectu tollitor. Ioua ſum. Quiſ-
quis de ſemine Aharonis aut lepro-
ſus erit, aut geniture ſubſtillo la-
borabit; is ſacris ne veſcitor, donec
purificatus fuerit. Quiue vllum
funebre inquinamentum attigerit,
aut ex quo genitura defluxerit, aut
qui cuiuſuis vel beſtiæ, vel hominis
tactu quocumque inquinamento
pollutus fuerit, is ad veſperum
pollutus eſto, neue prius ſacra gu-
ſtato, quam corpus ſuum aqua ab-
luerit. Poſt ſolis autem occaſum
purus eſto, et ita demum ſacris ve-
ſcitor: nam is ei victus eſt. Mor-
ticini aut feris erepti eſu ne ſe in-
quinanto.
9 Ioua ſum: ergo meis præceptis
parento, ne hinc peccatum luant,
et in eo ob profanationem mori-
antur. Ioua ſum, qui eos ſacros
facio.
10 *d* Alienus nemo ſacrum guſtato:
ſacerdotis inquilinus, aut mercena-
11 rius ſacrum ne guſtanto. Quem
autem ſacerdos pecunia emerit, aut
qui verna erit, eius victu vtetur.
12 Sacerdotis filia homini peregrino
nupta, ſacra donaria ne guſtato.
13 Sacerdotis filia vidua, aut repudia-
ta, et liberorum expers, quæ in
domum paternam remigrauerit,
ſicut ibi a teneris fuerat, hæc pa-
tris victu vtitor: alienus autem
nullus vtitor.
14 Qui ſacrum inſcienter guſtaue-
rit, is addita quinta, ſacrum ſacer-
15 doti reddito. Ita fiet, vt Iſraelita-
rum dedicata Iouæ ab illis excepta
16 non polluant: quibus dedicatis ſi
veſcerentur, in cauſſa eſſent, vt illi
noxæ pœnas luerent. Nam Ioua
ſum, qui eos conſecro.
Tum hæc, inquit, Aharoni, eiuſ- 17
que natis, et omnibus Iſraelitis his
verbis exponito: qui vel Iſraelita, 18
vel apud Iſraelitas peregrinus, rem
diuinam faciet, ſiue id votiuum
erit, ſiue voluntarium, quale- 19
cumque Iouæ ſolidum ſacrificium
fiet, ad fauorem vobis concilian-
dum, mas eſto, integer bouillus,
aut ouillus, aut caprinus. Vitio- 20
ſum nihil ad rem diuinam adhibe-
tote: alioquin non litabitis. Si 21
quis Iouæ ſacra faciet pro ſalute,
ſiue nuncupato voto, ſiue ſua ſpon-
te; ſeu boue, ſeu balante fiet, in-
tegrum eſto ad propitiationem,
ſine vllo vitio. Cæcum, aut fra- 22
ctum, aut mutilatum, aut verruco-
ſum, aut ſcabioſum aut mentigino-
ſum, hæc, inquam, Iouæ ne obmo-
uetote, neue ex his Iouæ rem di-
uinam in ara facitote.
Bouem, ouemue, aut capram, cui 23
aliquid vel ſupererit, vel deerit, vo-
luntarium faciatis licet: nam in vo-
to quidem non litabit. Suppreſſis, 24
aut contuſis, aut abruptis, aut effoſ-
ſis teſtibus pecus Iouæ ne obmo-
uetote, neue in finibus veſtris fa-
citote, neue ex vllo horum no- 25
mine alienigenarum Deo veſtro
dapem facitote: his enim, vtpote
corruptis et vitioſis, vobis non li-
tabitur.
Bos autem, inquit, et ouis, et 26
capra quum nata fuerit, ſeptem
diebus matri ſubrumetur: at o-
ctauo die deinceps ad Iouæ rem
diuinam adhibita litabit. Vaccam 27
autem, ouemue aut capram, et eius
pullum, eodem die ne immolatote.
Quod ſi Iouæ gratias agendi ergo 28
ſacrificabitis, (id quod ad fauorem
vobis conciliandum facietis) id 29
eo ipſo die comeditor, neu quid ex
eo in poſterum diem reliquum fa-
citote. Ioua ſum. Igitur præcepta 30

d) ſcil. a ſtirpe ſacerdotali.

mea ſeruatote, eaque obitote, (Ioua
31 ſum) vt vobis ſacrum nomen
meum non profanantibus ſanctus
32 habear inter Iſraelitas. Ioua ve-
33 ſtræ ſanctitatis auctor, qui vos
ex Aegypto eduxi, vt vobis esſem
Deus: Ioua ſum.

CAPVT XXIII.

Sabbatum, primi menſis feſta, primitiæ. Agnus integer. Septimanalia. Sacer conuentus. Spicilegium. Septimi menſis feſtum. Ieiunia, vmbracula.

1 TVm hæc, inquit, Iſraelitis di-
2 cito: Iouæ ſolemnitates,
hoc eſt meæ ſolemnitates, in
quibus ſacrum conuentum agetis,
3 hæ ſunto. Sex diebus fiet opus:
ſeptimo autem die, quæ ſabbati fe-
riæ erunt, ſacer conuentus fiet,
nullum opus facitote. Sabbatum
eſto Iouæ, vbicumque degetis.
4 Hæc ſunto Iouæ ſolemnia ſacro-
rum conuentuum, quos ſuo tempo-
5 re agetis. Menſis primi die quar-
todecimo ſub crepuſculum Iouæ
6 paſcha eſt. Eiusdem menſis de-
cimo quinto die Iouæ azymalia
ſunto: ſeptem dies azymis viuito-
7 te; quorum dierum primo die ſa-
crum conuentum habetote, nullum
8 operarium opus facitote. Iouæ
rem diuinam ſeptem dies facitote:
ſeptimo die, quo ſacer erit conuen-
tus, nullum operarium opus faci-
tote.
9 Atque hæc item Moſi Ioua di-
10 xit. Hæc ita Iſraelitis exponito.
Quum in terram, quam ego vobis
daturus ſum, introducti, eius meſ-
ſem feceritis: veſtræ mesſis primi-
tiarum manipulum ad ſacerdotem
11 adfertote, qui eum ante Iouam
ad fauorem vobis conciliandum
porriciat, idque ſabbati poſtridie
12 faciat. Quo die autem manipu-
lum porricietis, agnum integrum
hornum Iouæ ſolido ſacrificio fa-
13 citote, vna cum eius ferto, vide-
licet duabus ſiliginis in oleo ſub-
actæ decimis, Iouæ rem diuinam
ad odoris ſuauitatem; tum vini
libamine, videlicet quadrante hinis.
Neue panem neue toſtas fruges, 14
neue polentam guſtatote ad hunc
ipſum diem, hoc eſt, donec Deo
veſtro libaueritis: qui mos perpe-
tuus eſto vobis in poſterum, vbi-
cumque degetis.
Numeratote autem a poſtero 15
die illius ſabbati, quo porricien-
dum manipulum obtuleritis, ſe-
ptem tota ſabbata, ita vt ad 16
poſterum diem ſeptimi ſabbati
numeretis quinquaginta dies, et
ita nouum Iouæ fertum libatote.
De veſtris patriis adfertote duos 17
porriciendos panes ex duabus ſili-
ginis decimis in fermento coctos,
Iouæ primitias. Tum libatote 18
præter panem agnos ſeptem inte-
gros hornos, vnumque taurum, et
arietes duos, quibus Iouæ ſolide
ſacrificetur; eorumque fertum, et
vini libamina, quibus Iouæ ſuauis
odoris ſacrum fiat. Item facitote 19
caprum vnum ad expiationem, et
agnos duos hornos ad ſacrificium
pro ſalute; quæ ſacerdos cum 20
primitiarum panibus Iouæ porri-
ciat, cum duobus agnis, quæ Iouæ
ſacra ſacerdoti cedant. Eodem 21
die ſacrum conuentum indicitote:
nullum operarium opus facitote:
quod inſtitutum vobis, vbicumque
degetis, in poſteros æternum pro-
datur.
Quum autem terræ veſtræ meſ- 22
ſem facietis, fundi tui crepidinem
ne prorſus metito, neue ſpicile-
gium facito, ſed ea pauperi et
peregrino relinquito. Ioua ſum
Deus veſter.
Tum hæc Iſraelitis, inquit Ioua 23
Moſi, effator: die primo ſeptimi 24
menſis erit vobis ſabbatum mone-
tum * clangoris, quo ſacer habebi-
tur conuentus. Nullum operari- 25
um opus facitote, et Iouæ rem di-
uinam facitote.
Decimus autem dies menſis ſepti- 26
mi,

mi, inquit, dies erit propitiatorius:
27 conuentum ſacrum habetote, et ie-
iunatote, Iouæque rem diuinam
28 facitote. Eo die nullum opus fa-
citote: nam dies propitiatorius eſt,
ad Iouam Deum veſtrum vobis
29 propitiandum. Nam quisquis eo
die non ieiunabit, is de ſuorum nu-
30 mero tolletur: quique eo die vllum
opus fecerit, eum ego de ſuorum
31 numero delebo. Nullum opus fa-
citote, inſtituto perpetuo ad poſte-
ros veſtros, vbicumque degetis, pro-
32 dendo. Eum diem ſabbati feria-
33 tum habetote, et ieiunatote. Ve-
ſpere noni diei a veſpere ad ve-
ſperum ſabbati veſtri ferias agitote.
34 Item ſic Israelitas adloquere, inquit
Ioua Moſi: die decimo quinto e-
iusdem menſis ſeptimi inibit Iouæ
feſtum vmbraculorum ſeptemdiale.
35 Primo die, quo ſacer erit conuen-
tus, nullum operarium opus faci-
36 tote. Septem diebus Iouæ rem di-
uinam facitote, octauo die ſacrum
conuentum habetote, et Iouæ rem
diuinam facitote: feriæ erunt, et
nullum operarium opus facitote.
37 Hæ ſunt Iouæ ſolemnitates, quibus
ſacros conuentus cogetis ad ſacrum
Iouæ faciendum ſolido ſacrificio,
ferto ſacrificio, et prolibando vino
38 pro cuiusque diei ratione, præ-
ter Iouæ ſabbata, et præter donaria
veſtra, et præter omnia, quæ vel
ex voto, vel ſponte Iouæ dabitis.
39 Igitur decimo quinto die menſis
ſeptimi, terræ frugibus perceptis,
id feſtum Iouæ ſeptemdiale agitote:
primo die ſabbatum, itemque octa-
40 uo die ſabbatum. Primo autem
die ſumitote perſeæ fructum, pal-
marum ſpadices *, et myrti ramos,
ſalicumque fluuialium, et apud Io-
uam Deum veſtrum per ſeptem dies
41 lætitiam agitote, eique Iouanum
feſtum ſeptemdiale quotannis agi-
tote, æterno ritu poſteritati veſtræ
tradendum; idque agitote menſe
42 ſeptimo. In vmbraculis degitote,
ſeptem dies omnes Israelitæ indi-
genæ in vmbraculis degunto: vt 43
ſciant poſteri veſtri, me Israelitas
in vmbraculis collocaſſe, vbi eos
ex Aegypto eduxi. Ioua ſum Deus
veſter. Has igitur Iouæ ſolemni- 44
tates Moſes Israelitis elocutus eſt.

CAPVT XXIIII.

Lucernæ perpetuæ, panes adpoſititii. Blaſphemus lapidibus obrutus, homicidium. Lex talionis. Ius indigenæ aduenæque idem.

ITem Ioua cum Moſe locutus eſt 1
in hunc modum: præcipito 2
Israelitis, vt tibi adferant oliuum
puriſſimum, expreſſum ad illucen-
dum; quo perpetuo lucernæ arde-
ſcant, quas Aharon extra ſipari- 3
um oraculi in oraculari tabernacu-
lo ſtatuet a veſpero ad mane, ante
Iouam perpetuo, æterno ritu ve-
ſtræ poſteritati tradendo. Statuet, 4
inquam, in puro candelabro lucer-
nas ante Iouam perpetuo.

Tum ſumito ſiliginem, et ex 5
ea duodecim placentas, ſingulas ex
binis decimis coquito, easque 6
verſu duplici ſenas Iouæ in ara
pura adponito: et verſibus pu- 7
rum tus imponito, vt ea res a-
pud Iouam panis vicem habeat,
ad rei diuinæ monumentum. Hæc 8
ille per ſingula ſabbata perpetuo
ante Iouam ſtatuito nomine Is-
raelitarum, fœdere perenni, Aha- 9
ronisque et eius filiorum ſunto,
qui eis veſcantur in loco ſacro.
Quod enim ſacroſanctum eſt, ei ex
Iouæ re diuina ſempiterno ritu ce-
dit.

Interea accidit, vt, exorta in- 10
ter quemdam Israelitide matre,
et ægyptio patre natum, inter
Israelitas degentem, et Israelitam,
contentione in caſtris, is qui erat 11
Israelitide natus, in Iouæ nomen
conuicia iaceret, eique malediceret.
Hic quum eſſet ad Moſem perdu- 12
ctus, (erat autem eius mater nomi-
ne Solomitha, Dibris filia, ex tribu
Danis) in cuſtodiam datus eſt, ad

explorandum Iouæ ſuper eo nego-
13 tio reſponſum. Quod Moſi datum
eſt huiusmodi: educito conuiciato-
rem iſtum extra caſtra, eiusque capi-
ti manus imponunto omnes, qui au-
diuerunt, et eum vniuerſa multi-
tudo lapidato.
14 Tum hæc Iſraelitis edicito.
15 Qui Deo ſuo maledixerit, pœnas
16 dato; quique Iouæ nomini con-
tumeliam dixerit, capitale eſto;
eum vniuerſa multitudo lapidato,
tam peregrinum, quam indige-
nam; conuiciis proſciſſi nomi-
17 nis pœnas capite dato. Quique
vllum hominem vita priuauerit,
18 capitale eſto. Qui autem beſtiam
vita priuauerit, reddito animal pro
19 animali. Qui alterum vitiauerit,
20 talione cum eo agitor: fractura
pro fractura, oculus pro oculo,
dens pro dente: quo vitio alterum
adfecerit, eodem ipſe multator.
21 Qui beſtiam occiderit, multa eſto.
At qui hominem occiderit, capitale
22 eſto. Idem vobis peregrini et in-
digenæ ius eſto: nam Ioua ſum
23 Deus veſter. Hæc Moſe ad Iſrae-
litas elocuto; eduxerunt maledi-
24 cum illum ex caſtris, eumque la-
pidibus obruerunt, et Iouæ ad
Moſem præcepto paruerunt.

CAPVT XXV.

Terræ feriatio, ſeges, vindemia. Iubileus annus. Fundi venditio domusque. Leuitarum venditio. Caritas in egenum, fenus, ſeruitium, manumisſio, perpetui ſerui.

1 PRæterea Moſi mandauit Ioua
in monte Sina, vt hæc Iſraeli-
tis referret in hunc modum:
2 quum perueneritis in terram, quam
vobis do, terra ipſa Iouæ ſabbatum
3 feriator. Sex annis fundum tu-
um ſerito, et ſex annis vineam tu-
am putato, eiusque reditum perci-
4 pito. Septimo autem anno terra
ſabbati ferias Iouæ agito: fundum
tuum ne conſerito, neue vineam
putato.

Tuam reſtibilem ſegetem ne 5
metito. Vindemiæ tuæ vuas ne
colligito. Sabbatarium annum
terra agito, [e] et vobis terræ ſab- 6
batum victui eſto: vobis, ſeruo,
ancillæ, mercenario, aduenæ, pere-
grinisque apud vos degentibus,
tum pecori veſtro, et veſtrorum fi- 7
nium beſtiis, omnesque eius fru-
ges victui ſunto.

Porro vbi annorum ſabbata 8
ſeptem numero confeceritis, id eſt
annos ſepties ſeptem, qui anni
efficiuntur nouem et quadraginta:
tum menſis ſeptimi die decima, 9
quæ dies erit propitiatoria, an- 10
num quinquageſimum in omnibus
finibus veſtris, edito tubæ clan-
gore, conſecratote, libertatemque
per regionem omnibus incolis e-
dicitote. Hoc Iubile vobis eſto,
et ſuam quisque in poſſeſſionem
atque gentilitatem reuenitote.
Eo, inquam, anno, qui erit 11
quinquageſimus, Iubile habebi-
tis: ſementim ne facitote, neu ſua
ſponte reſtibilia demetitote, neu
vindemiam facitote; ſed ſacrum 12
hoc Iubile habentes, ruris [f] frugibus
viuitote, Huius, inquam, Iubilis 13
anno in ſuam cuique poſſeſſionem
poſtliminium eſto.

Quod ſi quid aut aliis vendetis, 14
aut ipſi ab aliis emetis: ne alius alii
damnum datote. Pro numero 15
annorum Iubile ſequentium emi-
to ab altero: pro numero anno-
rum prouentus alter tibi vendi-
to. Pretium pro annorum vel 16
multitudine augeto, vel paucitate
minuito: nam prouentuum nu-
merum tibi vendit. Igitur ne 17
inter vos damnum datote: ſed
Deum veſtrum timetote: nam Io-
ua ſum Deus veſter. Quod ſi 18
meis inſtitutis parebitis, meaque iu-
ra

e) eo anno terræ frugibus ſuperioris anni veſcimini, neu terram colitote.
f) ſcil. ſuperioris anni.

ra conſeruabitis et obibitis; terram tuti incoletis, eaque vobis fruges ſuas ſuggerente, ad ſatietatem comedetis, et in ea tuto habitabitis.

Quod ſi quæritis, quid ſitis eſuri anno ſeptimo, ſi neque ſementim facietis, neque fruges veſtras percipietis: ego vobis annum ſextum tantæ fertilitatis eſſe iubebo, vt prouentum in triennium edat. Ita anno octauo feretis, et interim veteribus frugibus vtemini ad annum nonum, donec terræ prouentus venerit.

Terra autem ne venditor in perpetuum: nam mea terra eſt, et vos mihi peregrini eſtis et conuenæ. Quare in omni poſſeſſionum veſtrarum ſolo redimendi ſoli ius conceditote.

Si conſanguineus tuus præ egeſtate de poſſeſſionibus ſuis vendiderit; ſi quis exſiſtet eius vindex propinquus, huic rem a conſanguineo ſuo venditam redimendi ius eſto. Quod ſi cui vindicem non habenti tantum facultatis ſuppetet, vt ſit redimendo; is, ſubducta annorum venditionis ratione, emtori reliquum reddito, et in poſſeſſionem ſuam redito. Sin autem ſoluendo non ſit; eſto vendita poſſeſſio in poteſtate emtoris ad annum iubileum, quo anno ille, transacto ſpatio, in ſuam poſſeſſionem redeat.

Si quis domum habitationis oppidi murati vendiderit: redimendæ ius eſto ad exitum anni venditionis, id eſt, ad annuam diem. Quod ſi non redimetur ante elapſum totum annum; ea domus, quæ in oppido murato erit, in perpetuum ius emtoris transito, ad eius poſteros duraturum, ita vt ne in Iubili quidem finem habeat. At pagorum domus muris non circumdatorum pro rure habentur: redimendarum ius eſto, eæque in Iubili redhibentor.

Sed quod ad Leuitica oppida atti-
net, Leuitæ oppidanarum ſuæ poſ-
ſeſſionis domorum redimendi ſem-
piternum ius habento: quique a 33
Leuita emerit, venditio domus et
oppidi eius poſſeſſionis finem habe-
to in Iubili. Nam oppidanæ Leuita-
rum domus eorum eſt poſſeſſio in-
ter Israelitas. Eorum autem ſub- 34
urbanus ager ne venditor: hanc e-
nim poſſeſſionem habent æternam.

Si quis veſtri generis, vrgente ege- 35
ſtate, ad vos ſe receperit; eum vos
peregrinum et inquilinum iuuato-
te, et ad conuiuendum admittitote;
ab eo fenus aut vſuram ne capito, 36
ſed Deum tuum metuito, et ſinito,
vt apud te viuat tuus conſangui-
neus: neue argentum ei aut vi- 37
ctum fenerato. Ioua ſum Deus ve- 38
ſter, qui vos ex Aegypto eduxi, vt
vobis dem chananæam terram, vo-
biſque ſim Deus.

Si quis tuorum conſanguine- 39
orum præ tenuitate tibi venierit;
ne ei ſeruilem in morem impe-
rato, ſed eum perinde ac mer- 40
cenarium aduenamque habeto.
Quumque apud te ſeruiuerit ad
annum iubileum; a te diſcedito
vna cum ſuis liberis, et in ſuam co-
gnationem patriamque poſſeſſio- 41
nem reuenito. Quum enim ſerui
mei ſint, vt quos ex Aegypto edu-
xerim: non licet eos ſeruili more 42
vendi. Quare ne eis durius im-
peratote, Deumque veſtrum time-
tote.

Ex ſeruis autem et ancillis, 43
quos ex finitimis gentibus habebi-
tis, ſeruos vobis et ancillas compa-
ratote, tum ex aduenis apud vos 44
peregrinantibus: ex his, inquam,
et ex conterraneorum veſtrorum
natione, qui in finibus veſtris pro-
genuerint, comparatote, eoſque 45
mancipi habetote, et poſſidetote,
quam poſſeſſionem veſtris natis 46
poſt vos futuris ſempiternam relin-
quatis. His, inquam, dominamini.
At in veſtri generis hominibus Is-
raeli-

raelitis ne alii aliis aſperius impe-
ratote.
47 Quod ſi, auctis facultatibus
alicuius peregrini et incolæ ve-
ſtratis, quiſpiam veſtri generis, præ
rerum inopia, illi aut omnino pere-
grinæ nationis ſtirpi venierit;
48 poſtquam venierit, redimendi ius
eſto: aliquis ex eius conſanguineis
49 eum redimito, patruus, patrue-
lis, aut aliquis eiuſdem cum eo pro-
pinquitatis et gentilitatis: aut ipſe
denique facultatem nactus ſeipſum
50 redimat, cumque ſuo emtore ra-
tionem ſubducat ab anno venditio-
nis ad iubileum, vt eius pretii pecu-
nia numero conueniat annorum;
perinde ac ſi mercenarius apud
51 eum per id tempus fuisſet. Si
multi ſupererunt anni, pro eorum
ratione pecuniam referet ex ſui
52 venditionis pretio. Sin pauci ad
iubileum anni ſuperabunt; habita
annorum ratione pretium reddet
53 ſuæ redemtionis. Mercenarii
conditione apud illum quotannis
eſto, neue committite, vt ille ei du-
54 rius imperet. Quod ſi his rebus
redemtus non fuerit; exito anno
55 iubileo, vna cum ſuis liberis. Nam
mihi ſerui ſunt Iſraelitæ, ſerui mei
56 ſunt, inquam; vtpote quos ex
Aegypto eduxerim. Ioua ſum Deus
veſter.

CAPVT XXVI.

Idola, piorum præmia, malorum calamitas. Emendatorum beatitas.

1 DEaſtros vobis ne facitote, neue
ſigna aut ſtatuas erigitote, neue
ſaxa figurata in finibus veſtris
ponitote ad venerationem: nam e-
2 go Ioua ſum Deus veſter. Sabba-
ta mea ſeruatote, meumque ſan-
ctuarium reueremini; Ioua ſum.
3 Si ex inſtitutis meis viuetis, meaque
præcepta conſeruabitis et exſeque-
4 mini: eam ego vobis imbrium
tempeſtiuitatem dabo, vt et terra
fruges, et terreſtres arbores fructus
ſuos edant, et vobis tritura vin- 5
demiam, et vindemia ſementem
conſequatur, et cibum ad ſatieta-
tem capietis, et veſtros fines quiete
incoletis; tantamque pacem in 6
regionem veſtram immittam, vt ni-
hil ſit, quod vos cubantes exterreat;
feras quoque ex finibus veſtris ex-
terminabo, neque ibi vllum bellum
verſabitur. Hoſtes veſtros fu- 7
gabitis, et ferro deiicietis, et 8
ita deiicietis, vt quini centenos,
et centeni decies millenos in fu-
gam vertatis; me vos reſpici- 9
ente et augente, atque multiplican-
te, et, quæ pactus ſum vobis, præ-
ſtante. Veteribus frugibus ve- 10
ſcemini, et veteres præ nouarum
copia efferetis. Ego meum taber- 11
naculum apud vos collocabo, ne-
que a vobis animo abalienabor;
interque vos verſatus vobis ero 12
Deus, et vos mihi populus. Ego 13
Ioua Deus veſter, qui vos eduxi ex
Aegyptiis, quibus ſerui eratis, ab-
ruptisque ceruicum veſtrarum ſub-
iugiis, erectos deduxi.
Quod ſi mihi non obtempe- 14
rantes non exſequemini omnia
hæc iusſa; ſi meis inſtitutis re- 15
pudiatis, ſi mea iura deſpicati,
violato fœdere, quod mihi vo-
biscum intercedit, præceptis meis
omnibus non parueritis: ego vi- 16
cisſim faciam, vt vos et tabis, et fe-
brium et oculos conſumentium,
et animos diſcruciantium pernicie
perſequar; fruſtraque ſementim
facietis, quam conſument hoſtes
veſtri, a quibus (me vobis in- 17
fenſo) vincemini, et oſorum veſtro-
rum imperio ſubiecti, nullo perſe-
quente fugietis. Quod ſi ne ſic 18
quidem mihi obtemperabitis, ego
veſtrorum ſcelerum pœnas in ſe-
ptuplum augebo, veſtræque per- 19
uicaciæ ſuperbiam frangam. Nam
vobis et cælum ferreum et terram
æream efficiam; ita vt, vobis ne- 20
quidquam vires conſumentibus, ne-
que terra fruges, neque terreſtres
arbo-

arbores fructus ferant. Quod ſi tum quoque mihi contrauenientes parere renuetis: ego ſeptupla clade veſtra ſcelera perſequar; immittamque in vos feras agreſtes, quæ vos depopulentur, veſtraque pecora disperdant, et vos ita diminuant, vt veſtræ viæ in ſolitudinem redigantur. Quod ſi ne ſic quidem a me ad ſanitatem reuocati, mihi aduerſari pergetis: ego quoque vobis aduerſans, ſcelera veſtra in vos ſeptupla clade vindicabo; conflatoque in vos bello, violatum fœdus vlciſcar. Quod ſi vos in oppida veſtra receperitis: ego, immiſſa in vos peſte, efficiam, vt in hoſtis poteſtatem veniatis, dum ita panis præſidium vobis frangam, vt decem mulieres in vno clibano panem vobis coquant, eumque vobis ad pondus referant, cuius eſu vos non ſatiabimini. Quod ſi neque tum mihi morigerantes, mihi contrauenietis: ego vobis viciſſim contra iracunde veniens, ſupplicium ob ſcelera veſtra ſeptuplum irrogabo, eo vſque, vt et filiorum et filiarum veſtrarum carnem comedatis; et veſtra ſacella deuaſtabo, et ſimulacra diruam, et cadauera veſtra veſtrorum iſtorum ſtercoreorum deorum cadaueribus ſuperingeram, vosque repudiabo; et oppida veſtra delebo, et ſacraria vaſtabo, neque veſtrorum ſacrificiorum odore delectabor; adeoque terram vaſtabo, vt ipſi hoſtes veſtri eius incolæ obſtupeſcant; vosque in exteras nationes diſpergam, et in vos gladium ſtringam, eritque et terra veſtra deſerta, et oppida vaſta. Tunc fruetur terra ſabbatis ſuis, quamdiu et ipſa inculta, et vos in hoſtium veſtrorum finibus eritis; tunc feriabitur terra, et ſabbatis ſuis fruetur: feriabitur, inquam, toto vaſtitatis tempore, pro eo quod, vobis incolis, in veſtris ſabbatis non fuerit feriata. Reliquis autem veſtrum tantam
animi mollitiem in hoſtili terra
iniiciam, vt folii volitantis ſtrepitu
fugentur, et tamquam hoſtile ferrum fugiant, cadantque, nullo per-
ſequente, ac ſe inter ſe præpe- 37
diant, quaſi vrgente gladio, nullo
tamen proſequente: neque poteritis aduerſus hoſtes veſtros conſiſte-
re, interque ceteras gentes per- 38
ibitis, et vos hoſtilis humus conſumet.

Reliqui ex vobis in hoſtili 39
terra non ſolum ob ſua, verum
etiam ob maiorum ſuorum crimina contabeſcent. Ita fiet, vt tum 40
ſuam, tum maiorum ſuorum, culpam confiteantur; quorum ſcelere,
dum mihi repugnant, factum fue-
rit, vt ego viciſſim eis aduerſans, 41
eos in hoſtilem terram deportauerim.

Tum demum, perdomitis eorum impuris animis, eisque cul-
pæ veniam petentibus, recorda- 42
bor fœdus, quod mihi cum Iacobo,
quod cum Iſaaco, quod cum Abrahamo intercedit. Recordabor et 43
terræ. Nam et terra ipſa ab eis derelicta et inculta ſabbatis ſuis erit
defuncta, et ipſi culpæ ſuæ veniam
petent, qui iura mea repudiauerint
et inſtituta reiecerint: ipſi ta- 44
men a me, in hoſtili terra agentes,
non ita repudiati aut reiecti, vt rupto fœdere, quod mihi cum eis intercedit, conſumti fuerint, vt qui
Ioua ſim Deus eorum. Recorda- 45
borque fœderis, quod mihi cum
eorum maioribus intercedit; vt 46
qui eos ex Aegyptiis in oculis gentium eduxerim, vt eis eſſem Deus:
ego Ioua. Hæc ſunt inſtituta, et 47
iura, et leges, quæ tradidit Ioua
inter ſe et Iſraelitas, in monte Sina
per Moſem.

CAPVT XXVII.

Vota maris, ætatum, pecorum, domus, fundi. Iouæ primogenita ex frugibus, ac pecore decimæ.

Præ-

1 PRæterea cum Moſe verba fecit
Ioua ad hunc modum: hæc
2 Iſraelitis ediſſere. Si qui
Iouæ vota nuncupabunt, ſi voue-
buntur homines, tantum ſoluetur,
3 quanti æſtimabuntur. Et maris
quidem a vicenario ad ſexagena-
rium pretium eſto quinquaginta
4 argenti ſicli ſacri, feminæ autem
5 triginta. Sin ætas erit a quinque
annis ad viginti: pretium eſto ma-
ris viginti ſiclorum, feminæ decem.
6 Ab ætate autem vnius menſis ad
quinque annorum, pretium eſto
maris quinque, feminæ trium ar-
7 genti ſiclorum. Supra ſexageſi-
mum annum pretium eſto maris
quindecim ſiclorum, feminæ de-
8 cem. Quod ſi tenuior erit, qui
vouerit, quam pro pretio: ſiſtitor
ad ſacerdotem, qui eum pro eius
facultate cenſeat.
9 Quod g ſi pecus erit, ex eo-
rum genere, ex quibus Iouæ mu-
nera libantur: quidquid eiuſmo-
di Iouæ dabitur, idipſum ſacrum
10 eſto, ne aliud ſubmittitor,
neue malum bono, neue bonum
malo commutator. Sin pecus pe-
core mutatum fuerit: et id, quod
mutatum erit, et id, cum quo per-
11 mutatum erit, ſacratum eſto. Sin
autem quodpiam immundum pe-
cus erit, ex quo Iouæ rem diuinam
fieri non liceat: id pecus ad ſacer-
12 dotem ſiſtito, qui id bona fide æ-
ſtimet; cuiuſque æſtimatione ſte-
13 tur. Quod ſi ille redimet: ad-
dito quintam partem ad æſtimatio-
nem.
14 Si quis domum ſuam Iouæ
conſecrauerit: eam ſacerdos bona
fide æſtimato: eiuſque æſtimatio-
15 ne ſtator. Quod ſi conſecrator
domum ſuam redimet: æſtimatio-
nis argenti quintam addito, et ita
domum habeto.
16 Sin de fundo ſuæ poſſeſſionis
conſecrauerit aliquis Iouæ: æſti-
matio pro ratione ſeminis fiat,
ita ut cori hordei ſemen efficiat
quinquaginta ſiclos argenti. Si 17
ſtatim ab anno iubileo fundum ſu-
um conſecrauerit: iſta æſtimatio-
ne ſtator. Sin aliquanto poſt Iu- 18
bile conſecrauerit, ſacerdos ar-
gentum ei putato ad rationem an-
norum, qui ſupererunt ad iubi-
leum annum, vt de iſta æſtima-
tione detrahatur. Et ſi quidem 19
fundum idem, qui conſecraue-
rit, redimet: adiecta ad iſtam æſti-
mationem parte quinta habeto.
Sin non redemerit, iſque fundus al- 20
teri venditus fuerit: ne iam redi-
mi liceto, eſtoque fundus finita 21
eius die in Iubili Iouæ ſacer; et in
ius ſacerdotis, vt deuotus ager, trans-
ito.
Sin autem non ſui patrimo- 22
nii, ſed emtum fundum Iouæ con-
ſecrauerit: putato ei ſacerdos 23
æſtimationis ſummam ad annum
iubileum: atque ille tum, quod e-
rit æſtimatum, ſacrum Iouæ dato.
Anno iubileo fundus ad vendito- 24
rem redito, cuius terræ poſſeſſio
eſt. Omnis autem iſta æſtimatio 25
eſto ſicli ſacri, videlicet viginti o-
bolos valentis.
Ceterum primogenita, quæ 26
Iouæ ex pecore nata erunt, ne
quis ſacrato, ſiue bouilla, ſiue
ouilla aut caprina: Iouæ ſunt.
Quæ ſi de pecore immundo erunt, 27
redimuntor ad æſtimationem, ad-
dita ad eam parte quinta. Sin au-
tem non redimentur: venduntor
pro rata æſtimatione.
Verum nihil deuotum, quod 28
quis Iouæ deuouerit ex omnibus
ſuis facultatibus, ſiue homo,
ſiue beſtia, ſiue prædatorius ager
ſit, venditor, redimitorue: omne
deuotum eſt Iouæ ſacroſanctum.
Quidquid deuotum ſacroſanctum 29
fuerit, ſi homo eſt, ne redimitor,
moritor. Omnes decumæ terræ, 30
ſiue frugum, ſiue baccarum, Iouæ
ſunto. Iouæ ſacræ ſunt.

Quod

g) ſi id quod voto promiſſum erit, pecus erit.

1 Quod ſi quis de decumis ſuis
redimet: earum quintam addito.
2 Omnes autem decumæ boum ba-
lantumue, quidquid *b* ſub pedum
mittitur, Iouæ ſacræ decumæ
3 ſunto. Bonum malumue ſit, ne
curetur, neue permutetur: ſi
permutatum fuerit, et id, quod erit
permutatum, et id, cum quo erit
permutatum, ſacrum eſto, non redi-
mendum. Hæc ſunt præcepta, 34
quæ Ioua Moſi ad Israelitas in mon-
te Sina tradidit.

NVMERI.

CAPVT I.

Copiarum cenſus. Adſiſtentes, ac duces. Armatorum numerus. Non cenſiti Leuitæ.

1 ANNO autem ſecundo ab
eorum exitu ex Aegypto,
die prima ſecundi menſis,
Ioua ad Moſem in ſolitudi-
ne Sinæ in oraculari tabernaculo
verba fecit ad hunc modum: ſub-
2 ducite ſummam totius Israelitarum
multitudinis, a familiis generatim
inito per ſingula capita omnium
marium numero, et cenſum per
3 claſſes habete, tu et Aharon, o-
mnium qui annum viceſimum ex-
4 cedentes arma ferre posſunt. Vo-
bis autem adſiſtant ſinguli viri de
ſingulis tribubus, iique ſuarum fa-
5 miliarum primarii, quorum qui-
6 dem nomina hæc ſunt. De Rube-
7 nina Eliſur, Sedeuris filius. De
8 Simeonia Saluniel, Suriſadæi. De
9 Iudæa Nahaſon, Aminadabi. De
Isſachariana Nathanael, Suaris.
0 De Zabulonia Eliabus, Helonis.
1 De Ioſephi natorum: de Ephrai-
menſi Eliſama, Ammiudi. De Ma-
nasſenſi Gamaliel, Phadasſuris.
2 De Beniaminenſi Abidam, Gedeo-
3 nis. De Dania Achiezer, Ammi-
4 ſaddæi. De Aſeriana Phegiel, O-
5 chranis. De Gadina Eliaſaphus,
6 Duelis. De Nepthaliana Ahira,
7 Enanis. Hi ſunt ex multitudine
delecti ſuarum tribuum principes,
copiarum israeliticarum duces.
Adhibuerunt igitur Moſes et Aha- 18
ron homines hos, qui ſunt ſuis no-
minibus adpellati: conuocata- 19
que omni multitudine prima die
menſis ſecundi, eos, qui viceſi- 20
mum annum excesſerant, genera-
tim per familias ſuo quemque no-
mine cenſuerunt: habuitque Mo-
ſes cenſum in ſolitudine Sina, ſicut
Ioua ei præceperat. Fuerunt ergo 21
a Rubene Israelis natu maximo or-
ti generatim, et per familias nomi-
natim et viritim recenſiti, omnes
mares viginti annis maiores, qui-
cumque arma ferre posſent: Ru- 22
benis, inquam, tribus ſumma fuit
quadraginta ſex millia quingenti.
Simeonis quinquaginta nouem mil- 23
lia trecenti. Gadi quadraginta 24
quinque millia ſexcenti quinqua-
ginta. Iudæ ſeptuaginta quatuor 25
millia ſexcenti. Isſacharis quin- 26
quaginta quatuor millia quadrin-
genti. Zabulonis quinquaginta 27
ſeptem millia quadringenti. Ioſe- 28
phi, Ephraimitarum quadragin- 29
ta millia quingenti. Manasſenſi- 30
um triginta duo millia ducenti.
Beniaminenſium triginta quinque 31
millia quadringenti. Danis ſex- 32
aginta duo millia ſeptingenti.
Aſeris vnum et quadraginta millia 33
quingenti. Nephthalis quinqua- 34
ginta tria millia quadringenti.
Horum omnium cenſu habito per 35
Moſem et Aharonem, perque Is-
raelitarum primarios duodecim,
ſingu-

b) in paſtorum cuſtodia eſt.

36 ſingularum familiarum ſingulos,
ſumma, inquam, Iſraelitarum per
familias recenſitorum, qui annum
viceſimum exceſſerant, hoc eſt,
37 omnium Iſraelitarum, qui arma
38 ferre poſſent, fuit ſexcenta tria
millia quingenti quinquaginta.
39 Leuiticæ tribus familiis inter eos
40 non cenſitis. Nam ita Moſi Ioua
41 dixerat: verum Leuiticam tri-
bum ne cenſeto, neue eorum ſum-
42 mam inter Iſraelitas facito: ſed
eos oraculari tabernaculo omni-
busque eius vtenſilibus et inſtru-
43 mento præficito, vt tabernacu-
lum et eius inſtrumentum omne
44 ferant. eique miniſtrent, et cir-
45 cum tabernaculum tendant. Ii-
dem profecturum tabernaculum
46 demittant: iidem conſiſtens eri-
47 gant. Alienus qui acceſſerit, ca-
48 pitale eſto. Ita fiet, vt dum et Iſ-
raelitæ in ſuis quique caſtris, et ad
49 ſuarum claſſium vexilla, et Le-
uitæ circum oraculi tabernaculum
50 tendent, in Iſraelitarum ciuita-
tem non ſæuiatur, Leuitis oracula-
ris tabernaculi curam gerentibus.
51 Igitur Iſraelitæ omnia, quemad-
modum Moſi Ioua præceperat, fe-
cerunt.

CAPVT II.

Iſraelitici ordines ſub vexillis. Copiarum iter, et caſtrametatio.

1 ITem cum Moſe et Aharone Ioua
locutus eſt ad hunc modum:
2 Iſraelitæ ad ſuum quiſque ve-
xillum ſub inſignibus patriis caſtra
faciunto, eaque vndique oraculari
3 tabernaculo obuerſa. Ab oriente
caſtra facito vexillum copiarum
Iudæ in agmina diſtinctarum, quo-
rum dux Nahaſon Aminadabi fi-
4 lius, militum autem numerus
5 recenſitorum 74600. Apud eam
caſtra facito tribus Iſſacharis, duce
Nathanaele Suaris filio, militum
6 numerus 54400. Et item tribus
Zabulonis, duce Eliabo Helonis fi-
lio, militum numerus 57400. Ita 7
vt omnium in Iudæ caſtris recen-
ſendorum militum numerus efficia-
tur 186400. Hi primi caſtra mo- 8
uento. Ad meridiem Rubenis 9
vexillum, duce Eliſure Sedeuris fi-
lio, milites 46500. Ad eam caſtra 10
facito tribus Simeonis, duce Salu-
miele Suriſadæi filio, militibus
59300. Itemque tribus Gadi, du- 11
ce Eliaſapho Duelis filio, militibus
45650. Omnium Rubenenſium 12
copiarum ſumma efficitur 151450.
Atque hi ſecundi caſtra mouento. 13
Tum oraculare tabernaculum 14
(quod agmen eſt Leuitarum) in me-
diis agminibus proficiſcatur eo- 15
dem in profectione ſeruato ordine,
quo in caſtrametatione, ſua quibus-
que vexilla ſequentibus. Ephra- 16
imitarum vexillum a mari tendito,
duce Eliſama Ammiudi filio, militi-
bus 40500. Apud eos Manaſſen- 17
ſis tribus, duce Gamaliele Phadaſ-
ſuris filio, militibus 32200. Item- 18
que Beniaminenſis, duce Abidane
Gedeonis filio, militibus 35400.
Summa omnium Ephraimiticarum 19
copiarum 108100. Atque hi ter- 20
tio loco proficiſcuntor. A ſe- 21
ptemtrione vexillum Daniarum co-
piarum in agmine diſtributarum
duce Achiezere, Ammiſadæi filio,
militibus 62700. Apud hos ten- 22
dito tribus Aſeriana, duce Phegiele
Ochranis filio, cuius milites ſunt
41500. Et item Nephthalienſis, 23
duce Achira Enanis filio, quæ mili-
tes habet 53400. Summa omni- 24
um Danis copiarum efficitur
157600. Atque horum quidem 25
vexilla poſtremo caſtra mouento.
Summa totius iſraelitici exercitus 26
per familias recenſiti eſt 603550.
Leuitis inter Iſraelitas non recen- 27
ſitis, quemadmodum Moſi Ioua
præceperat. Igitur Iſraelitæ, ſic- 28
ut Moſi præceperat Ioua, ita pla- 29
ne ad ſua quique vexilla caſtra et
ponebant et mouebant, generatim
per familias ordinati.

CAPVT

CAPVT III.

Aharonis et Moſis genus. Leuitarum officia et cenſus.

1 AHaronis autem et Moſis ge-
nus, quo tempore cum Moſe
locutus Ioua eſt in monte Si-
2 na, ſic ſe habet: Aharon filios
habuit Nadabum primogenitum et
Abium, Eleazarum et Ithamarum.
3 Hi fuerunt Aharonis filii ſacerdo-
tes vncti, quorum manus ille ſacer-
4 dotio ſacrauit. Sed Nadabus et
Abius mortui ſunt ante Iouam,
dum apud eum alienum ignem li-
bant in ſolitudine Sina, neque filios
5 habuerunt. itaque ſacerdotium
capesſerunt Eleazarus et Ithamarus,
6 coram Aharone patre ſuo. Et Io-
ua cum Moſe verba fecit in hunc
7 modum: adducito Leuiticam
tribum, eamque ſtatuito ante Aha-
ronem pontificem, vt ei miniſtrent,
8 et tum eius, tum totius reipublicæ
ante oraculare tabernaculum cu-
9 ram agentes, tabernaculi opus
exſequantur, eoque exſequendo o-
mnem oracularis tabernaculi ſu-
10 pellectilem curent: tum etiam
Israelitarum curam agant. Igitur
Leuitas ex Israelitis Aharoni eius-
11 que filiis addictos tradito. Aha-
ronem autem, eiusque filios tuen-
do eorum ſacerdotio præficito: ita
vt, qui alienus accesſerit, moriatur.
12 Scito enim, me deſumere Leuitas ex
Israelitis, inquit, pro omnibus Is-
raelitarum primogenitis, qui vul-
13 uam recluſerint. Itaque mei ſunt
Leuitæ, quatenus mea ſunt omnia
primogenita: ex quo interfeci omni-
a primogenita in Aegypto, conſecra-
ui mihi omnia in Israelitis primo-
genita, tum hominum, tum peco-
rum: mea erunt: Ioua ſum.

14 Tum iusſit Ioua Moſi in ſo-
15 litudine Sina, vt recenſeret Le-
uitas per familias generatim, et
recenſeret omnes mares, qui
16 menſem excesſisſent. Id quod
fecit Moſes ad Iouæ mandatum,
17 ſicuti iusſus eſt. Atque hi qui-
dem fuerunt nominatim recenſi-
ti Leuis filii: Gerſon, Cahathus
et Meraris. Gerſonis autem filii 18
totidem gentilitatum auctores, Leb-
nis et Semeis. Cahathi, Amra- 19
mus, Ieſaar, Hebron et Oziel. Me- 20
raris autem, Moolis et Muſis. Hæ
ſunt gentilitates in familias diſtri-
butæ. Gerſoniæ videlicet Leb- 21
niana et Semeiana: quorum o- 22
mnes mares, qui menſem excesſe-
rant, cenſu habito fuerunt ſeptem
millia quingenti. Atque hæ qui- 23
dem Gerſoniorum gentilitates poſt
tabernaculum ab occidente tende-
bant, quorum familiæ dux erat 24
Eliaſaphus Laelis filius.

Ad Gerſoniorum curam hæc 25
in oraculari tabernaculo pertine-
bant, tabernaculum et tentorium,
eiusque tegmen, et aulæum in-
troitus oracularis tabernaculi:
tum atrii lintea, et eiusdem in- 26
troitus aulæum, quod erat apud
tabernaculum, et apud aram vn-
dique, et totius eius miniſterii
funes. Cahathinæ autem genti- 27
litates fuerunt hæ: Amramina,
Ieſaariana, Hebronia et Ozieli-
na: quorum omnium marium 28
menſem excedentium numerus
fuit 8600, qui ſacri curam gere-
rent. Atque hi Cahathini ab æ- 29
dis latere meridionali tendebant,
duce familiæ gentilitatum Eliſa-
phane Ozielis filio. Horum pro- 30
curationis erat arca, menſa, cande-
labrum, altaria, et ſacri miniſteria-
lis ſupellex, aulæumque vna cum
toto eius adparatu. Ducum au- 31
tem Leuiticorum dux Eleazarus A-
haronis filius ſacerdos, eorum præ-
fectus, qui ſanctuarii curam gere-
rent. Merarianæ gentilitates fue- 32
runt Mooliana et Muſiana, nu- 33
mero omnium marium menſem ex-
cedentium ſex millium ducento-
rum, duce Suriele Abichailis fi- 34
lio. Atque hi ad latus tabernacu- 35
li ſeptemtrionale tendebant, cu- 36
ram gerentes asſerum tabernaculi,

et repagulorum, et columnarum, et
baſium, omniumque eius vtenſili-
37 um et inſtrumenti: tum colu-
mnarum circum atrium disponen-
darum, earumque baſium et paxil-
38 lorum, et funium. Ante taberna-
culum autem ab oriente ante ora-
culare tabernaculum tendebant Mo-
ſes et Aharon, eiusque filii, curam
habentes ſanctuarii [a] ad procuratio-
nem Israelitarum, ita vt [b] qui, alie-
39 nus accederet, moreretur. Omni-
um igitur Leuitarum cenſu per Mo-
ſem et Aharonem ad Iouæ præſcri-
ptum habito generatim, omnium
marium, qui menſem excesſerant,
40 numerus fuit viginti duo millia.
Mandauit etiam Ioua Moſi, vt cen-
ſeret omnes Israelitarum primoge-
nitos mares menſem excedentes, eo-
rumque numerum nominatim ſub-
41 duceret, ipſique Iouæ Leuitas pro
omnibus Israelitarum primogeni-
tis reciperet, et leuitica pecora pro
omnibus israeliticorum pecorum
42 primogenitis. Moſes igitur, ſic-
ut erat a Ioua iusſus, omnium Is-
raelitarum primogenitorum cen-
43 ſum habuit: quorum omnium,
qui menſem excederent, ſuo cuius-
que nomine relatorum, ſumma fuit
viginti duo millia ducenti ſeptua-
44 ginta tres. Tum mandauit Ioua
Moſi, vt Leuitas pro omnibus Israe-
litarum primogenitis, eorumque
pecus pro illorum pecore reciperet,
45 esſentque Leuitæ ipſius Iouæ. Pro
illis autem ducentis ſeptuaginta tri-
bus, qui ex Israelitarum primoge-
nitis ſupra Leuitarum numerum
46 excurrerent, ſumeret quinos ſi-
clos, videlicet ſacros, vicenis obolis
47 valentes; idque argentum Aha-
roni et eius filiis daret, pretium
redemtionis illorum, qui exſupera-
48 bant. Sumſit igitur Moſes argen-
tum redemtionis ab eis, qui extra
redemtos a Leuitis exſuperabant ex
49 primogenitis Israelitis, videlicet
mille trecentos ſexaginta quinque
ſiclos ſacros: idque Aharoni et 5
eius filiis dedit, ſicut Ioua ei præ-
ceperat.

CAPVT IIII.

Cahathinorum, Gerſoniorum, et aliorum ex Leuitis officia.

ET Ioua Moſi et Aharoni man- 1
dauit, vt Cahathinorum 2
ſummam de Leuitis generatim
per familias ſubducerent, a tri- 3
cenariis ad quinquagenarios, qui-
cumque ad militiam idonei esſent
ad munere fungendum in oraculi
tabernaculo. Atque hoc Cahathi- 4
norum, inquit, in oraculari taber-
naculo, hoc eſt, in ſanctiore ſanctu-
ario, munus eſto. Proficiſcenti- 5
bus caſtris, Aharon et eius filii in-
troeunto, et obtenſum ſiparium
deponunto: eo oraculi arcam te-
gunto: et ſuper eo tegimen de 6
pellibus melium ponunto, et id
inſuper ſtragula tota hyacinthina
ſternunto, vectesque admouento.
Menſam autem adpoſititiorum hya- 7
cinthina ſtragula ſternunto: ſcu-
tellas, capedines, phialas et pateras,
quibus libatur, imponunto: in-
ſuper panis perpetuus eſto. Hæc 8
ſtragulo coccineo iterato conſter-
nunto, idque tegimine ex pellibus
melium tegunto, vectesque admo-
uento. Tum ſtragulo hyacin- 9
thino tegunto candelabrum funale,
eiusque lucernas, forcipes, foculos,
omne denique olei miniſtratorium
inſtrumentum; idque tegimine 1
ex melium pellibus tectum palo
imponunto. Aram autem aura- 1
tam hyacinthina ſtragula ſternun-
to, et tegmine ex melium pellibus
tegunto, vectesque admouento.
Tum omne ſacrarii miniſtratori- 1
um inſtrumentum, hyacinthino
ſtragulo impoſitum, tegmine ex
melium pellibus tegunto, paloque
imponunto. Aram autem cinere 1
mundatam purpurea ſtragula ſter-
nunto,

a) vt Israelitarum omnium vice ſacra procurarent. b) non eius generis.

nunto, eique omne miniſtratorium
4 inſtrumentum imponunto: batil-
la, fuſcinas, ſcopas, pollubra, omne
aræ inſtrumentum, eaque tegumen-
to ex melium pellibus conſtrata,
vectes admouento.
5 Vbi plane texerit Aharon et
eius filii ſacrum, ſacrique inſtru-
mentum omne, inter caſtrorum
profectionem: tum demum ac-
cedunto Cahathini ad portan-
dum, neue ſacrarium attingun-
to, ne moriantur. Atque hoc eſto
Cahathinorum munus in oracu-
6 lari tabernaculo. Eleazari autem
Aharonis filii ſacerdotis procura-
tionis ſunto: oleum lucernarium,
ſuffimen odoratum, fertum perpe-
tuum, et vnctionis oleum, denique
procuratio totius tabernaculi, et
omnium, quæ in eo ſunt, tum ſacra-
7 rii, tum eius ſupellectilis. Igitur
ne Cahathinarum gentilitatum ſtir-
pem de Leuitis exſtirpetis, (inquit
Moſi et Aharoni) vt eorum vitæ
8 conſulatur. Facitote, vt, quum
ad ſanctius ſanctuarium accedent,
veniat Aharon et eius filii, qui
ſuum cuique illorum munus et
9 onus imponant: ne, ſi forte ad
adſpiciendum ſacrum temere acces-
ſerint, moriantur.
o Gerſoniorum quoque ſum-
mam generatim per familias ſub-
1 ducito, (inquit Ioua Moſi) eos-
que a tricenariis ad quinquage-
narios recenſeto, quicumque ad
2 militiam apti ſunt; vt munere
fungantur in oraculari tabernaculo.
3 Hoc autem eſto munus onusque
4 familiæ Gerſoniorum: portanto
lintea tabernaculi, et oraculare ta-
bernaculum, eius tegimen, et tegi-
men melium, quod inſuper ei im-
5 ponitur, et aulæum oſtii oracu-
laris tabernaculi, et atrii lintea, et
aulæum oſtii portæ atrii, quod eſt
circum tabernaculum et circum
6 aram, et eorum funes, et omne
eorum muneris inſtrumentum, at-
que omnia, quibus vtentur in fun-
ctione. Eorum autem officii mu- 27
nus omne ad præſcriptum Aharo-
nis eiusque natorum eſto, eisque
totius eorum muneris curam man-
datote. Hoc eſt munus familia- 28
rum Gerſoniorum in oraculari ta-
bernaculo, quorum procuratio erit
penes Ithamarum Aharonis filium
ſacerdotem. Merarenſes quoque 29
generatim per familias recenſeto,
a tricenariis ad quinquagenarios,
quicumque militiæ apti ſunt; vt 30
munia procurent oracularis taber-
naculi. Totius autem eorum 31
muneris et procurationis in ora-
culari tabernaculo hæc erunt: aſ-
ſeres tabernaculi, eiusque repa-
gula, et columnæ, et baſes, et 32
columnæ circum atrium, earum-
que baſes, paxilli, funes, cum omni
eorum muneris inſtrumento. Et
inſtrumentum quidem, quod erit
eorum procurationis et muneris,
recenſetote nominatim. Hoc o- 33
mnino munus eſt familiarum Me-
rarenſium, in oraculari tabernacu-
lo, curatore Ithamaro Aharonis
filio ſacerdote. Recenſuerunt i- 34
gitur Moſes et Aharon, primores-
que ciuitatis, Cahathinos generatim
per familias, omnes, qui triginta 35
annis maiores, infra quinquaginta,
esſent ad militiam idonei, vt mu-
nus obirent in oraculari taberna-
culo: quorum generatim recen- 36
ſitorum ſumma fuit duo millia ſe-
ptingenti quinquaginta. Hic eſt 37
numerus omnium ex familiis Ca-
hathinorum, qui munus facerent in
oraculari tabernaculo, quos recen-
ſuerunt Moſes et Aharon ex præ-
ſcripto Iouæ ad Moſem. Gerſo- 38
niorum eadem ratione recenſito-
rum ſumma fuit duo millia ſexcenti
triginta. Merarenſium item tria 39
millia ducenti. Hæc ſumma eſt
ſtirpis Merarenſium, a Moſe et 40
Aharone ex Iouæ præcepto Moſi
dato recenſitorum. Vniuerſorum 41
Leuitarum, a Moſe et Aharone et
Iſraelitis principibus generatim

per familias recenſitorum, qui an-
42 num triceſimum excedentes, vſ-
que ad quinquageſimum, apti esſent
muneri obeundo, et oneri in ta-
bernaculo oraculari ferendo, ſum-
ma fuit octo millia quingenti octo-
43 ginta: qui ex Iouæ mandato per
Moſem recenſiti, et ſuo quisque
muneri et oneri præpoſiti ſunt, vt
Ioua Moſi præceperat.

CAPVT V.

Pollutorum ſeparatio. Multæ ac zelotypiæ leges.

1 TVm autem Moſi mandauit Io-
2 ua, vt præciperet Israelitis,
vt exigerent e caſtris leproſos
omnes, et quibus genitura flueret,
et funere pollutos tum mares tum
3 feminas: eos, inquam, extra ca-
ſtra emitterent, ne caſtra ſua pol-
luerent: quum in eis habitaret ipſe
4 Ioua. Id quod fecerunt Israelitæ,
eosque ex caſtris emiſerunt, ſicuti
Moſi mandauerat Ioua.
5 Tum Ioua ad Moſem: hæc,
6 inquit, Israelitis exponito. Si
quis, ſi quaue humanum ali-
quod peccatum fecerit, et contra
Iouam committendo, multam
7 commiſerit; peccatum ſuum
confitetor, multæque ſummam
reddito, et inſuper quintam ad-
dito, eique dato, in quem multam
8 commiſit. Quod ſi homo propin-
quum non habet, cui multa ſolua-
tur: ea multa Iouæ ſoluatur ſitque
ſacerdotis; præter arietem propi-
tiatorium, quo pro eo ſupplicetur.
9 Atque omnia ex Israelitarum con-
ſecratis donaria, quæ ſacerdoti de-
10 derint, eius ſunto; et cuiusque
conſecrata eius ſunto; quod quis-
que ſacerdoti dederit, eius eſto.
11 Tum autem hæc Israelitis, inquit
12 Ioua Moſi, dicito: Si cuius vxor
deliquerit, et in virum ſuum com-
miſerit, cumque ea vir alius rem
13 habuerit; idque vir eius ignoret,
ea clam ſtuprata, quum neque teſtis
ſit contra eam, neque deprehenſa
fuerit; eiusque vir obtrectatione 14
contra eam adfletur, quæ ſtuprata
fuerit; aut ſi etiam obtrectatione
contra vxorem adfletur, quæ corru-
pta non fuerit: adducito vir ille 15
vxorem ſuam ad ſacerdotem, et
præter eam eiusdem libamen-
tum, decimam partem ephi fa-
rinæ [b] ordeaceæ, cui neque oleum
neque tus indat, quoniam obtrecta-
tionis fertum eſt, fertum indicati-
uum, ad crimen coarguendum.
Id ſacerdos libato, et ante Iouam 16
ponito, aquamque ſacram in vaſe
fictili ſumito. Tum de puluere, 17
quod erit in tabernaculi ſolo, ſumi-
to, et in aquam indito; mulie- 18
remque apud Iouam ſiſtito, eiusque
caput tondeto, et ei in manus tra-
dito fertum indicatiuum, quod eſt
fertum obtrectationis. Ipſe in 19
manu habens aquam amaram di-
ram, mulierem iureiurando adigi-
to, in hæc verba: ſi nemo tecum 20
concubuit, et ſi ſtupro non deli-
quiſti in virum tuum: illæſa eſto
ab hac aqua amara dira. Sin au- 21
tem in virum tuum commiſiſti,
ſtuprataque es, et tecum rem habuit
vir alius quam tuus: Ioua (inquiet
ſacerdos, mulierem diro iureiu-
rando obſtringens) exemplum in te
ſtatuat dirarum et periurii apud
tuos, femur tibi decutiendo, et ven-
trem diſtendendo: veniatque hæc 22
dira aqua in tua viſcera ad ventrem
diſtendendum, et femur decutien-
dum. Mulier autem reſpondeto:
amen, amen. Scribitoque ſacer- 23
dos has diras in ſcheda, et aqua
amara deleto; eamque aquam a- 24
maram diram mulieri bibendam
dato, vt veniat in eam aqua dira in
amaritudinem. Sumito autem ſa- 25
cerdos de manu mulieris fertum
obtrectationis, idque fertum porri-
cito apud Iouam, et ad aram libato,
comprehenditoque de ferto monu- 26
mentum mulieris, et aram ſuffito,
deinde aquam mulieri bibendam
dato,

7 dato. Qua aqua pota, ſiquidem
ſtuprata fuerit, inque virum ſuum
commiſerit, veniet in ea aqua dira
in amaritudinem, diſtendeturque
ei venter, et femur decidet, eritque
mulier periurii exemplum apud
8 ſuos. Quod ſi fuerit a ſtupro
munda; illæſa erit et prolem gi-
9 gnet. Hæc obtrectationis lex
eſto, ſi cui vxor fidem fregerit, ſtu-
0 prataque fuerit. Sin autem quis
obtrectatione adflatus in ſuam con-
iugem, eam ad Iouam ſtiterit, et ei
ſacerdos fecerit, vt habet hæc tota
lex; tum vir a culpa aberit, et
mulier pœnas dabit.

CAPVT VI.

Nazaræi ſobrietas, cæſaries, deraſio, ferta, ſacrificia, potio. Felix precatio per ſacerdotes pro populo.

TVm hæc Moſi Ioua effatus eſt: hæc Iſraelitis in hunc modum dicito, ſi quis, ſeu vir, ſeu femina, nuncupato Nazaræi voto ſeſe Iouæ deuouerit: a vino et temeto abſtineto; vini aut temeti acetum ne bibito; vuarum liquorem nullum bibito; vuas neque recentes, neque paſſas guſtato. Quamdiu ita deuotus erit, nihil quod ex vite vinaria fiat, ſiue acini ſint ſiue vinacea, guſtato. Quamdiu eius deuotionis votum durabit, nouacula eius capiti ne admouetor: vsque ad peractum ſpatium, quo Iouæ deuotus erit, ſacer eſto, capitis ſui capilli comam alendo. Quamdiu Iouæ deuotus erit, funeri ne intereſto; ne in parentum quidem, aut fratris, aut ſororis morte funeſtetur; quoniam eius capiti ineſt eius Deo deuota cæſaries, cuius deuotionis toto tempore Iouæ ſacer eſt. Quod ſi aliquo repente et ex improuiſo mortuo apud eum, eius deuotum caput pollutum fuerit: radito caput die purificationis ſuæ, id eſt, die ſeptimo. Octauo au-
tem adferto duos turtures, aut duos
columba natos, ad ſacerdotem, ad
portam oracularis tabernaculi,
quorum vnum ſacerdos piaculum, 11
alterum ſolido ſacrificio faciat,
eumque a commiſſo in funere deli-
cto expiet, et eius caput eodem die
luſtret; atque Iouæ ita deuo- 12
tionis ſuæ ſpatium deſtinato, et
agnum anniculum ob noxiam ad-
ducito: ſuperiores autem dies irri-
ti ſunto, quod polluta fuerit eius
deuotio. Completo autem deuo- 13
tionis tempore, hæc Nazaræi lex
eſt. Ad portam oracularis taberna-
culi adeſto, et munus ſuum Io- 14
uæ adferto, agnum anniculum vitii
expertem vnum ad ſolidum ſacrifi-
cium, et agnam vnam anniculam vi-
tii expertem ad piaculum, et arie-
tem vnum vitii expertem pro ſalu-
te. Tum azymorum ſimilagineo- 15
rum caniſtrum, placentas ex oleo
ſubactas, cruſtulaque azyma oleo
delibuta, eorumque fertum, et vi-
num libandum. Sacerdos autem 16
Iouæ libato, illiusque piaculum et
ſolidum ſacrificium facito. Arie- 17
tem autem Iouæ facito ſacrificio
pro ſalute, præter azymorum cani-
ſtrum, illiusque ferto et vino facito.
Tum Nazaræus deuotum caput ſu- 18
um in oſtio oracularis tabernaculi
radito, ſuique deuoti capitis cæſa-
riem capito, et igni victimæ pro ſa-
lute ſuppoſito iniicito. Tum ille 19
arietis armum anteriorem coctum
capito, et placentam azymum v-
nam de caniſtro, vnumque cruſtu-
lum azymum; eaque palmis Naza-
ræi, poſtquam deuotam cæſariem
ſuam raſerit, indito, et Iouæ por-
ricito. Hoc ſacerdoti ſacrum eſto, 20
præter porrectitium pectuſculum,
præterque armum exceptitium.
Poſtea Nazaræus vinum bibito.
Hæc Nazaræi lex eſt, qui Iouæ li- 21
bamen ſuper deuotione ſua vouerit, c) præter ea, quæ feret eius facul-

c) hæc omnino libare cogetur. Si quid præterea libare ſua ſponte pro ſua facultate volet, licebit.

tas, vt pro voti a ſe nuncupati ratio-
ne ſuper deuotionis ſuæ lege agat.
22 Hoc quoque dixit Ioua Moſi:
23 dicito Aharoni eiusque filiis in
24 hunc modum: Iſraelitis bene
25 precamini in hæc verba: felici-
tet vos Ioua, conſeruetque: illu-
ſtret vos Ioua ſuo vultu, veſtrique
26 miſereatur; coniiciat in vos Io-
ua vultum ſuum, vobisque pacem
27 conciliet. Ita fiet, vt quum no-
men meum ſuper Iſraelitis nuncu-
pauerint, ego eos fortunem.

CAPVT VII.

Tabernaculi explicatio. Munera ad aram. Vox Dei ex propitiatorio.

1 QVo autem die finem fecit Mo-
ſes tabernaculum erigendi,
idque et vniuerſum eius in-
ſtrumentum, et aram cum ſuoitem
omni inſtrumento vngendi, atque
2 conſecrandi; obtulerunt Iſraeli-
tarum principes, familiarum pri-
marii, id eſt, tribuum principes
cenſorii, ſua munera apud Iouam;
3 ſex vehicula tecta, et boues duode-
cim, videlicet bini ſingula vehicu-
la, et ſinguli boues ſingulos, eaque
ante tabernaculum adduxerunt.
4 Et Ioua Moſi præcepit,
5 vt ea ab illis acciperet, vt ad ora-
cularis tabernaculi munus adhibe-
rentur, eaque Leuitis pro ſui cui-
que muneris ratione diſtribueret.
6 Itaque cepit Moſes vehicula, atque
7 boues, eaque Leuitis tradidit: vi-
delicet Gerſoniis duo vehicula, et
quatuor boues, pro ratione mune-
8 ris eorum: Merarenſibus ve-
hicula quatuor, et boues octo, item
pro ratione muneris eorum, cui
præerat Ithamarus Aharonis filius
9 ſacerdos. Cahathinis nihil tradi-
dit; quoniam ſacra adminiſtrantes
10 humeris portabant. Obtulerunt
item principes ad aræ dedicatio-
nem, tum quum inuncta eſt, ſua
11 munera ante aram. Et Ioua Mo-
ſem admonuit, vt ſinguli principes
ſingulis diebus ſua munera ad aræ
dedicationem offerrent. Obtu- 12
lerunt autem ſinguli ſcutellam v-
nam argenteam centum triginta ſi-
clorum; phialam vnam argenteam 13
ſeptuaginta ſiclorum, videlicet ſa-
crorum, vtramque plenam ſimila in
oleo ſubacta ad fertum: lancem 14
vnam denariam auream, ſuffimenti
plenam; iuuencum vnum bouil- 15
lum; arietem vnum, agnum vnum
anniculum ad ſolidum ſacrificium;
caprum caprinum vnum ad piacu- 16
lum. Ad ſacrificium autem pro 17
ſalute boues duos, arietes quinque,
hircos quinque, agnos anniculos
quinque. Hæc, inquam, ſinguli 18
obtulerunt, quorum primo die 19
obtulit Nahaſon Amminadabi fi-
lius, de tribu Iudæ. Secundo au- 20
tem die Nathanael Suaris filius,
princeps Iſſacharianorum. Ter- 21
tio Zabuloniorum Eliabus, Helonis
filius. Quarto Rubenenſium Eli- 22
ſur, Sedeuris. Quinto Simeonio- 23
rum Salumiel, Suriſaddæi. Sexto 24
Gadinorum Eliſaphus, Duelis.
Septimo Ephraimitarum Eliſama, 25
Ammiudi. Octauo Manasſenſium 26
Gamaliel, Phadasſuris. Nono 27
Beniamitarum Abidan, Gedeonis.
Decimo Daniorum Achieſer, Am- 28
miſaddæi. Vndecimo Aſſeriano- 29
rum Phegiel, Ochranis. Duode- 30
cimo Nephthalienſium Achira, E-
nanis.

Hæc ſunt aræ dedicandæ, tum 31
quum vncta fuit, oblata ab Iſ-
raelitarum principibus munera,
ſcutellæ argenteæ duodecim, phia- 32
læ argenteæ totidem, lances aureæ
totidem, ſcutellæ quidem [d] centena-
riæ tricenariæ, phialæ autem ſe-
ptuagenariæ, quorum omnium 33
vaſorum argenteorum ſumma effi-
citur duo millia quadringenti ſicli
ponderis ſacri. Lances aureæ 34
duodecim ſuffimento plenæ, dena-
riæ, pondere ſacro, quarum ſum-
ma

d) centenos tricentenos ſiclos pendentes.

ma eſt ſicli centum et viginti,
Boues ad ſolidum ſacrificium fue-
runt omnino tauri duodecim,
arietes totidem, agni anniculi toti-
dem cum ſuo ferto: capri caprini
duodecim ad piaculum. Ad ſa-
crificium autem pro ſalute fuerunt
omnino tauri viginti quatuor, a-
rietes ſexaginta, capri ſexaginta,
agni anniculi ſexaginta.

Hæc fuit altaris iam inuncti
dedicatio. Quum autem intra-
bat Moſes in oraculi tabernacu-
lum, ad colloquendum cum il-
lo; audiebat vocem colloquen-
tis ſecum ex propitiatorio arcæ
oraculi impoſito inter duos
Cherubos, et ita cum eo collo-
quebatur.

CAPVT VIII.

Lucernarum accenſio. Leuitæ conſecratio.

1 MAndauit item Ioua Moſi, vt
2 Aharonem admoneret, vt
quum lucernas accenderet,
efficeret, vt [e] verſus candelabri con-
ſpectum lucerent ſeptem lucernæ.
3 Id quod fecit Aharon, et in frontem
candelabri eius lucernas accendit,
4 ſicuti Moſi Ioua præceperat. Erat
autem opus candelabri ex auro ſo-
lido, tum crus, tum lilia, ſolidum
a Moſe factum ad exemplar, quod
5 ei Ioua monſtrarat. Tum Ioua
5 Moſem ſic adlocutus eſt: ſecerne
Leuitas ex Israelitis, eosque purifi-
7 cato. Sic autem eis purificandis
facito. Aqua piaculari eos conſper-
gito, et nouacula totum corpus ra-
dunto, veſtimentaque lauanto, et
8 ita purificantor. Tum taurum
bouillum adhibento, eiusque fer-
tum, ſimilam in oleo ſubactam;
tum taurum alterum bouillum ad
9 piaculum adhibeto; adductisque
ante oraculi tabernaculum Leuitis,
vniuerſos Israelitas ad concionem
10 conuocato. Deinde Leuitas Iouæ
obmoueto, eosque, quum eis Israe-
litæ manus ſuas impoſuerint, A- 11
haron Iouæ porricito ab Israelitis,
vt ita Iouanæ operationi deſtinen-
tur. Deinde ipſi Leuitæ manus 12
ſuas taurorum capiti imponunto,
et tu vnum eorum ad piaculum,
alterum ſolido ſacrificio facito Io-
uæ ad ſupplicandum pro Leuitis;
ac Leuitas coram Aharone eiusque 13
filiis ſtatuito, et Iouæ porricito,
atque ab Israelitis, vt mei ſint Le- 14
uitæ, ſecernito. Poſtea veniunto 15
Leuitæ ad operandum in oraculi
tabernaculo, a te purificati ac por-
recti. Sunt enim mihi ex Israe- 16
litis addicti, a me mihi deſumti,
pro omnibus, qui locos aperuerint,
pro omnibus, inquam, Israelitarum
primogenitis. Etenim mea ſunt 17
omnia israelitica tum hominum
tum pecudum primogenita: ac quo
die omnia in Aegyptiorum finibus,
primogenita occidi, ea mihi conſe-
craui. Sed Leuitas pro omnibus 18
Israelitarum primogenitis deſumſi,
quos Aharoni, eiusque filiis ex Is- 19
raelitis attribui, qui Israelitarum
munere in oraculi tabernaculo fun-
gantur, proque eis ſupplicent, et
ab eis cladem auertant, quæ eſſet, ſi
Israelitæ ad ſacrarium accederent.
Fecit ergo Moſes et Aharon et vni- 20
uerſa Israelitarum multitudo Leui-
tis, quemadmodum plane Moſi Io-
ua ſuper eis præceperat; expiati-
que ſunt Leuitæ, et veſtimenta laue-
runt; eosque Iouæ porrexit A- 21
haron, et pro eis purificandis ſup-
plicauit. Tum demum ingreſſi 22
ſunt Leuitæ ſuo munere fungi in
oraculi tabernaculo, coram Aha-
rone et eius filiis: factumque eis
eſt, ſicuti Ioua Moſi ſuper eis præ-
ceperat.

Itemque Moſi Ioua dixit: 23
de Leuitis ſic habeto, qui an-
num viceſimum quintum exceſſe-
rint, ii in oraculi tabernaculum o-
perationis munere functuri in-
tranto: quinquagenarii autem 24

e) roſtra (in quibus ellychnia ſunt) haberent antrorſum ſpectantia.

ab operationis munere ceſſanto,
25 emeritique deinceps ſunto: ſed
agnatis ſuis ad curam in oraculi tabernaculo gerendam miniſtranto:
26 at operatione ne funguntor. Ad
hunc modum ſuas Leuitis prouincias adſignato.

CAPVT IX.

In deſerto Sinæ paſcha. Alienus ad illud. Nubes diurna. Nocturnus ignis.

1 ITem præcepit Moſi Ioua in ſolitudine Sinæ, anni ſecundi exitus eorum ex Aegypto, menſe
2 primo, vt agerent Iſraelitæ pa-
3 ſcha ſuo tempore, id eſt, quarto
decimo die menſis eius, ſub crepuſculum, idque ex omnibus eius
4 inſtitutis atque ritibus. Ergo
Moſes cum Iſraelitis egit de agendo
5 paſcha: itaque egerunt Iſraelitæ
paſcha die quarto decimo menſis
primi, ſub crepuſculum, in ſolitudine Sinæ, et omnia, quæ Moſi Ioua
6 præceperat, exſecuti ſunt. Fuerunt
autem quidam, qui, quum paſcha
eo die propterea agere non poſſent, quod erant ex funere polluti;
7 Moſem et Aharonem eodem die
conuenerunt, eique demonſtrauerunt, ſe funere pollutos, prohiberi
munus ſuo tempore Iouæ inter Iſ-
8 raelitas libare. Quibus Moſes
iusſit, vt exſpectarent, dum ipſe
Iouam ſuper eis conſuleret. Cui
9 ſic Ioua retulit. Hæc Iſraelitis di-
10 cito: ſi qui veſtrum aut veſtrorum poſterorum erunt ex funere
polluti, aut in itinere procul abe-
11 runt, ii quum Iouæ paſcha agent,
ſecundi menſis die decimo quarto
ſub crepuſculum agunto, idque
cum azymis et cichoreis comedun-
12 to. Nihil ex eo ad poſterum diem
reliqui faciunto, neque eius os
vllum frangunto, ac plane ex inſti-
13 tuto paſchæ id faciunto. Qui autem et mundus erit, neque in itinere erit, ſi paſchæ agendo ſuperſederit; is de ſuorum numero exſcinditor: qui Iouæ munus ſuo tempore non obtulerit, is pœnas dato.
Quod ſi quis peregrinus apud vos 14
degens paſcha aget Iouæ; ex paſchæ inſtituto atque ritu facito:
idem peregrinorum ac indigenarum ius habetote.

Ceterum quo die erectum eſt 15
tabernaculum, operuit nubes ædem oracularis tabernaculi. Veſpere autem exſtitit ſuper tabernaculo quædam ignis ſpecies, vſque
ad mane. Atque ita fiebat conti- 16
nenter, vt nubes interdiu, et ignis ſpecies eam noctu operiret.
Ac tum demum proficiſcebantur 17
Iſraelitæ, quum ſe nubes ex tabernaculo efferebat; et quo loco
nubes conſederat, ibi caſtra faciebant, atque ad Iouæ præſcriptum 18
caſtra vel mouebant, vel habebant. Quamdiu conſidebat nu- 19
bes ſuper tabernaculo, caſtra habebant. Quod ſi multos dies conſidebat; Iouæ mandato parebant,
neque proficiſcebantur. Quod ſi 20
quando accidebat, vt nubes aliquam
multos dies ſuper tabernaculo reſideret; ad Iouæ nutum caſtra vel
habebant, vel mouebant. Et ſi fie- 21
bat, vt a veſpera ad mane morata
nubes, mane attolleretur, proficiſcebantur: et ſiue interdiu, ſiue
noctu ſeſe efferebat, proficiſceban-
tur: ac ſiue vnum atque alterum 22
diem, ſiue menſem, ſiue annum
totum ſuper tabernaculo permanebat nubes; ſtatiua habebant, neque
proficiſcebantur: rurſum ea ſeſe
attollente, proficiſcebantur. Ad 23
Iouæ nutum caſtra vel ponebant,
vel mouebant, curabantque, vt
quod eis Ioua per Moſem præceperat, exſequerentur.

CAPVT X.

Binæ tubæ, harumque vſus. Agminum ordines in itinere. Ad Iouam Moſes in abitu, et manſione.

Tum

TVm Ioua cum Moſe locutus eſt
2 in hunc modum: facito duas
tubas argenteas, easque ſoli-
das: quibus ad cogendam concio-
nem, et ad caſtra mouenda vteris,
quarumque ad clangorem conue-
niet ad te omnis multitudo, ad por-
4 tam oracularis tabernaculi. Quod
ſi vna tuba clangetur: conueniunto
ad te principes, copiarum iſraeliti-
5 carum duces. Quum autem cum
ouatu clangetis; qui ad orientem
6 tetenderint, proficiſcuntor. Quum
item ſecundum cum ouatu clange-
tis; qui ad auſtrum tetenderint,
mouento, *G. L.* Quum tertium;
qui ad occidentem: quum quar-
tum; qui ad ſeptemtriones: *H.* eis-
que ſoluentibus cum ouatu clan-
7 gunto. In concione autem co-
genda clangitote, neque ouatote.
8 Clangunto autem tubis iſtis Aharo-
nis filii: isque mos ad poſteros
veſtros in æternum proditor.
9 Quumque in finibus veſtris prœli-
um cum hoſte vobis infeſto com-
mittetis; clangitote tubis iſtis: ita
fiet, vt, veſtro Deo Ioua veſtri me-
more, ab hoſtibus defendamini.
10 Tum in gaudiis veſtris, in ſole-
mnitatibus, in menſium initiis clan-
gitote tubis ſuper veſtris ſolidis
ſacrificiis, ſuperque ſacrificiis pro
ſalute, vt ea veſtri recordationem
apud Iouam Deum veſtrum, id eſt,
apud me commoueant.
11 Accidit autem anno ſecundo, die
ſecundi menſis viceſima, vt ex ora-
culi tabernaculo efferretur nubes.
12 Itaque profecti ſunt Iſraelitæ agmi-
nis ordine ſeruato, a deſerto Sina,
conſeditque nubes in deſerto Pha-
13 rane. Ac tum primum caſtra moue-
runt, ſicuti Ioua per Moſem præce-
14 perat. Primum autem profectum
eſt ſignum agminis copiarum Iudæ-
arum, quibus præerat Nahaſon Am-
15 minadabi filius. Iſsacharianæ au-
tem tribus copiis præerat Natha-
16 nael, Suaris filius: Zabuloniæ E-
17 liabus, Helonis. Interea detenſo
tabernaculo profecti ſunt Gerſonii
et Merarenſes tabernaculum ge-
ſtantes. Deinde profectum eſt 18
ſignum agminis Rubenenſis cum
ſuis copiis, quibus præerat Elizur,
Sedeuris filius. Copiis autem tri- 19
bus Simeoniæ præerat Salumiel,
Suriſaddæi filius: Gadinæ Eliaſa- 20
phus, Duelis.

Tum profecti ſunt ſanctuari- 21
um portantes Cahathini, in quo-
rum aduentum illi tabernaculum
erexerunt. Deinde profectum 22
eſt ſignum agminis Ephraimitarum
cum ſuis copiis, quibus Eliſama
præerat, Ammiudi filius. Copiis au- 23
tem tribus Manasſenſis præerat Ga-
maliel, Phadasſuris filius: Beniami- 24
nenſis Abidan, Gedeonis. Poſtremo 25
profectum eſt ſignum agminis Da-
niorum cum ſuis copiis, totum ex-
ercitus agmen claudens, quorum co-
piis præerat Achieſer, Ammiſaddæi
filius. Asſerianæ autem tribus co- 26
piis præerat Phegiel, Ochranis. Ne-
phthalienſis Achira, Enanis. Tali 27
ordine in itineribus pergebant Is- 28
raelitæ in agmina diſtributi. Mo- 29
ſes autem cum Hobabo Raguelis Ma-
dianitæ ſoceri ſui filio ſic locutus
eſt: nos in locum proficiſcimur,
quem ſe nobis daturum Ioua pro-
miſit. Veni nobiscum, et tibi bene-
faciemus. Nam ſtatuit Ioua benefi-
ciis Iſraelitas adficere. Quumque 30
ille iturum ſe negaret, ſed ſuam
terram patriam repetiturum; Mo-
ſes ſic eum adloquitur: noli quæ- 31
ſo deſerere nos. Scis enim manſio-
nes noſtras in deſertis, et nobis
oculorum vicem præbebis. Quod 32
ſi nos comitabere: quibus nos a
Ioua beneficiis adfici contigerit,
iisdem te adficiemus.

Igitur ex Iouæ monte profecti 33
triduum iter fecerunt, arca fœderis
Iouæ eo triduo eos ad explorandam
ſtationem præcedente: quum inte- 34
rim Iouæ nubes interdiu iter faci-
entibus incumberet. Proficiſcente 35
autem arca, præfabatur Moſes: ex-

ſurge Ioua,et disſipentur hoſtes tui,
36 fugiantque ante te oſores tui. Ea
autem conſiſtente, dicebat: conuer-
te te, Ioua, ad legiones exercitus
Iſraelitarum.

CAPVT XI.

Ignis vorax Moſe deprecatore exſtinctus. Populi querelæ. Manna. Ad Iouam querelæ Moſis. Coactus ſenatus. E mari coturnices. Cupidorum cædes. Cupiditatis buſta.

1 SEd accidit, populum improbe
in auribus Iouæ quiritari. Qui-
bus auditis irato Ioua, exarſit
2 eius ignis in illos: iamque extre-
ma caſtrorum conſumebat, quum
3 populus ad Moſem clamauit: quo
Iouam precato, conſedit ignis; eſt-
que locus Tabera vocatus, quod
illic Iouæ ignis in eos exarſisſet.
4 Tum autem promiſcuum vulgus,
quod erat inter eos, nec non Iſrae-
litæ cupiditate ducti, rurſum fleue-
5 runt, ita dicentes: quis nos carne
paſcet? Venit in mentem piſcium,
quibus in Aegypto placide veſceba-
mur, cucumerum, peponum, por-
6 rorum, ceparum, alliorum. Nunc
animis contabeſcimus; dum nihil
aliud niſi Manna iſta oculis noſtris
7 obuerſatur. Erat autem Manna
coriandri grano ſimilis, ſpecie
8 bdellii, quam illi pasſim collige-
bant, molaque contuſam, aut in
mortario distritam coquebant in
ollis, et hinc panes depſititios facie-
bant, ſapore libi oleo confecti.
9 Hæc Manna cum rore in caſtra de-
lato noctu deferebatur.
10 Audiebat autem Moſes populum
generatim ante ſua quosque taber-
nacula flentes: quæ res et Iouæ ma-
gnam iram, et Moſi dolorem fecit.
11 Ac Moſes Iouæ ita dixit: cur me tu-
um hoc malo adficis, et ita inuiſum
habes, vt mihi totius huius populi
12 onus imponas? Numquid ego hunc
tantum populum concepi? num-
quid peperi? vt tu mihi iubeas eum
in ſinu ferre, in terram, quam e-
ius maioribus iuraſti, quomodo ge-
ſtat nutritor alumnum? Vnde mihi 13
carnem, quam his tot hominibus
dem? qui apud me flentes poſtulant,
vt ſibi dem carnem, quam come-
dant? Non posſum ſolus ego to- 14
tum hunc populum ferre: eſt enim,
quam pro me, grauior. Quod ſi 15
ita mecum agis, interfice me,ſi quid
apud te auctoritatis habeo, ne mihi
ferendum ſit hoc malum. Cui Io- 16
ua: conuoca mihi ſeptuaginta vi-
ros de ſenatoribus Iſraelitarum,
quos ſenatores populi et magiſtra-
tus ſcis esſe, eosque ad oraculi ta-
bernaculum arcesſitos ibi tecum
habeto: Et ego ad colloquendum 17
tecum eo deſcendam, detrahamque
de ſpiritu, quo tu præditus es, quod
eis immittam: ita tecum populi
onus ſustinebunt, ne tu ſolus ſuſti-
neas. Populum autem admoneto, 18
vti luſtrentur in craſtinum, carnem
comesſuri: quoniam audiente Ioua
fleuerunt, carnem ſibi ad cibum
dari poſtulantes, præſtare ſibi esſe
in Aegypto. Igitur Iouam eis 19
daturum carnem quam comedant:
et quidem non vno die comedant, 20
non biduo, non quinque diebus,
non decem, non viginti; ad men-
ſtruam diem, ita vt eis per nares re-
ſpuatur, et nauſeam pariat: quoni-
am, repudiato inter eos verſante
Ioua, apud eum plorantes conqueſti
ſunt, ſeſe ex Aegypto emigrasſe.
Tum Moſes: ſexcentorum, inquit, 21
peditum millium eſt hic, in quo
ego verſor, populus: et tu dicis, te
tantum carnis daturum esſe, quan-
tum eis in menſtruam diem come-
dendo ſatis ſit? Ouesne, et capræ, 22
et boues eis qui ſufficiant, macta-
buntur? an omnes maris piſces, eis
qui ſint ſatis, congregabuntur? At 23
Ioua: Iouæne manus, inquit, con-
tracta eſt? Iam videbis, meane tibi
promisſa præſtentur,nec ne. Tum 24
Moſes egresſus, populo Iouæ di-
cta renuntiauit: conuocatosque
ſeptuaginta viros de populi ſenato-
ribus

ribus circum tabernaculum collo-
25 cauit. Et Ioua in nube deſcendit:
cumque eo locutus, detraxit de ſpi-
ritu, quo erat ipſe Moſes præditus,
et ſeptuaginta ſenatoribus viris im-
miſit: qui ſpiritus, vbi in illis inſe-
dit *f*) tum, ſine intermisſione vatici-
26 nabantur. Reſtabant autem duo
in caſtris, quorum alteri Eldadus,
alteri Medadus nomen erat: qui,
quum esſent in numero conſcripto-
rum, neque ad tabernaculum con-
cesſisſent; cœperunt et ipſi ſpiritu
27 adflati in caſtris vaticinari. Quod,
quum puer quidam Moſi nuntia-
tum cucurrisſet, oſtendisſetque El-
dadum et Medadum in caſtris vati-
28 cinari: reſpondit Ioſua Nunis
filius, Moſis de eius iuuenibus ad-
miniſter: domine Moſes, prohibe
29 eos. Cui Moſes: num tu pro me
inuides? inquit. Vtinam totus Io-
uæ populus, eius ſpiritu adflatus,
30 vates ſint. Deinde quum ſe Mo-
ſes cum Iſraelitarum ſenatu in ca-
31 ſtra recepisſet: profectus a Ioua
ventus, coturnices ex mari corre-
ptas in caſtra disperſit, quæ vndi-
que circum caſtra vnius fere diei
itinere circiter duos cubitos ſuper
32 terra esſent. Ergo populus toto
illo die et nocte, totoque die ſe-
quenti, tantum coturnicum con-
gerere inſtitit, vt, qui minimum
congesſit, decem modios congesſe-
rit: quas pasſim circum caſtra ex-
33 ponebant. Erat adhuc eis caro in-
ter dentes, nec dum conſcisſa, quum
incandeſcens in populum Ioua, per-
34 magna eum clade adfecit: eſtque
ille locus nominatus buſta cupidita-
tis, quod illic homines cupidi ſe-
35 pulti ſunt. Ex buſtis cupiditatis
profectus eſt populus Haſerotha.

CAPVT XII.

Aharon et Maria in Moſem. Is mitisſimus. Per Iouam fauor Moſis. Leproſa ſoror, pro iſta frater. Leproſæ ſanitas.

ATque interea dum ſunt Haſe- 1
rothis, oblocuti ſunt Maria et
Aharon contra Moſem, pro-
pter ductam ab eo vxorem Aethio-
pisſam (nam vxorem Aethiopisſam
duxerat) ſolumne Moſem adfatus 2
eſt Ioua? an non nos quoque adfa-
tus eſt? Erat autem Moſes, vir 3
omnium, quos terra ferebat, mitis-
ſimus. Eo audito Ioua ſubito Mo- 4
ſi, Aharoni, et Mariæ iusſit, vt ipſi
tres ad oraculi tabernaculum *g*) exi-
rent. Quod, quum fecisſent: 5
deſcendit Ioua in columna nubis, et
pro tabernaculo adſtans, Aharo-
nem et Mariam euocauit: eisque
ambobus egresſis ita fatur: agite, 6
audite verba mea. Si quis inter vos
eſt Iouæ vates; ego ei per viſa no-
tus fiam, et in ſomniis cum eo lo-
quar. At cum Moſe meo non i- 7
tem; cui totius meæ domus fides
habetur: quin eum præſens præ- 8
ſentem adfabor, coramque ac ſine
ænigmatis aut ſimulacro Iouam ad-
ſpiciet. Contra hunc meum Mo-
ſem loqui cur non metuitis? Sic 9
iratus in eos Ioua abiit, et nubes a
tabernaculo discesſit. Et ecce 10
Maria leproſa erat, et niui ſimilis.
Quam quum reſpiciens Aharon le-
proſam animaduertisſet: dixit Moſi;
quæſo te, domine, ne hoc tam in- 11
conſiderate commisſum a nobis
peccatum in nos animaduertas?
neue ſit hæc abortiuo ſimilis, qui 12
ex vtero matris dimidio corpore
conſumto exit.
Tum Moſes Iouam inuocans: o 13
Deus, inquit, ſana eam quæſo. Cui 14
Ioua inquit: ſi pater eius faciem ei
conſpuisſet, an non ſeptem diebus
verecundaretur? Excludatur ex ca-
ſtris in ſeptem dies, poſtea admit-
tetur. Ita excluſa eſt caſtris Maria 15
per ſeptem dies, neque populus ante
Mariam

f) ad verbum: ita vaticinabantur, vt nihil adderent: hoc eſt, vt id vnum continenter agerent. *g*) ſcil. ex caſtris; nam extra caſtra erat tabernaculum.

Mariam admiſſam caſtra mouit.
16 Poſtea ex Haſerothis profecti,caſtra
fecerunt in ſolitudine Pharane.

CAPVT XIII.

In Chananæam exploratores. Relati fructus. Populorum ditiones, Calebi virtus. Collegarum ignauia, vanitas.

1 TVm Ioua Moſi mandauit, vt
viros mitteret, qui Chananæ-
am, quam ipſe Iſraelitis daret,
2 explorarent, eoſque ex ſingulis
patriis tribubus ſingulos, et eos o-
3 mnes primores. Itaque eos ex
Pharane ſolitudine ex Iouæ man-
4 dato miſit, viros ſcilicet omnes
inter Iſraelitas primarios, quorum
5 nomina ſunt hæc: ex tribu Ru-
6 benina Samua Zaccuris filius; ex
7 Simeonia Saphatus Horis; ex
8 Iudæa Calebus Iephonis; ex
9 Iſſachariana Igal Ioſephi; ex
10 Ephraimina Hoſea Nunis; ex
11 Beniaminea Phaltis Raphuis; ex
12 Zabulonia Gadiel Sodis; ex Io-
ſephica, ex Manasſenſi Gaddis Su-
13 ſis; ex Dania Ammiel Camallis;
14 ex Aſſeriana Sathur Michaelis;
15 ex Nephthaliana Nahbis Vo-
16 pſis; ex Gadina Guel Machis.
17 Hæc ſunt hominum nomina,
quos miſit Moſes exploratum ter-
ram,quorum Hoſeam Nunis filium
18 Ioſuam vocauit. Hos igitur miſit
Moſes ad explorandam chananæ-
am terram, eiſque mandauit, vt
19 ad meridiem conſcenderent, ſu-
peratiſque montanis ſpecularentur,
qualis eſſet terra, quæ gens in ea
habitaret, potensne an debilis, pau-
20 ca an multa. Tum qualis eſſet
terra, quam gens illa incoleret,
bona an mala: tum cuiuſmodi vr-
bes incoleret, in caſtriſne, an in
21 munitis locis degeret: quale item
ſolum, pingue an macrum: arbores
haberet an contra: viros ſe præ-
ſtarent, et de terræ fructibus ad-
ferrent. Erat autem tempus, quo
22 matureſcunt vuæ. Igitur adſcen-
derunt, et terram explorarunt a
deſerto Sinæ ad Rohob, verſus
Hematham: et meridiem verſus 23
progreſſi, peruenerunt ad Hebro-
nem, vbi erant Achiman, Seſæus et
Thalmæus, Enaquo prognati (fuit
autem Hebron exſtructa ſeptem an-
nis ante Soanem Aegypti) pro- 24
greſſiſque ad fluuium Eſcolem,* ibi
termitem et vuarum palmitem v-
num abſciderunt, eumque duo palo
impoſitum tulerunt, nec non de
malogranatis et ficubus. Hinc 25
vocatus eſt is fluuius Eſcol, propter
palmitem, quem illinc abſciderunt
Iſraelitæ. Deinde ab exploranda 26
terra poſt quadraginta dies reuerſi,
Moſem adeunt Aharonemque, et 27
omnem Iſraelitarum multitudinem
in ſolitudinem Pharanem, in Ca-
dem; eiſque rem omnem retule-
runt, atque demonſtrarunt, et illius
terræ fructus oſtenderunt, atque
ita Moſi narrarunt: venimus in 28
terram, in quam tu nos miſiſti, quæ
terra abundat illa quidem lacte et
melle, atque ecce fructus eius.
Sed incolas habet fortes, et maxi- 29
mas atque munitisſimas vrbes:
quin etiam Enaquinos ibi vidimus.
Amalechita ad meridiem habitat: 30
Hettæus autem, et Iebuſæus, et A-
morræus, in montanis. Chananæus
maritima, et Iordani finitima inco-
lit. Calebus autem populum Moſi 31
compeſcebat, cohortans, vt profi-
ciſcerentur modo, eamque inuade-
rent: ſuperaturos enim. Sed qui 32
cum eo iuerant, negabant, ſe poſſe
illum populum adoriri, vtpote ipſis
fortiorem; deque ea terra, ad 33
quam explorandam iuerant, ſiniſtre
apud Iſraelitas loquebantur: ter-
ram eſſe ſuorum incolarum con-
ſumtricem, omneſque, quos ibi vi-
diſſent, homines eſſe immani ſta-
tura. Vidiſſe etiam ibidem gi- 34
gantes, hoc eſt, Enaquinos, qui eſ-
ſent de genere gigantum: cum qui-
bus collati ipſi, ſibi locuſtæ eſſe
viderentur.

CAPVT

CAPVT XIIII.

Populi ignauia. Pro iſto ad Iouam dux. Exploratorum improborum nex. Ab Amalechita populi clades.

1 TVm vniuerſa multitudo ſub-
lato clamore quiritari, et eam
noctem in ploratu ducere,
2 omnesque Iſraelitæ contra Moſem
et Aharonem fremere, et apud eos
expoſtulare vniuerſa multitudo:
vtinam ſe aut in Aegypto, aut in
3 ſolitudine illa mortuos esſe: cur
tandem a Ioua in terram illam ad-
ductos esſe, ferro trucidandos, ſuis
feminis et impuberibus prædæ fu-
turis? nonne ſatius ſibi esſe in
4 Aegyptum reuerti? Tum inter ſe
cohortabantur, vt ducem crearent,
5 in Aegyptumque remearent. Hic
Moſes et Aharon ante vniuerſum
Iſraelitarum multitudinis cœtum
6 procidere; et Ioſua Nunis, et
Calebus Iephonis filius, qui de ter-
ræ exploratoribus erant, veſtes ſuas
7 abrumpere, totique Iſraelitarum
multitudini demonſtrare, terram
ad quam explorandam iuisſent,
8 terram esſe perquam bonam, in
quam Ioua eos (ſi modo faueret)
esſet introducturus, eamque eis
daturus terram, quæ lacte melle-
9 que adflueret: tantum ne contra
Iouam rebelles esſent, neue illius
terræ incolas timerent. Illos enim
præſidio nudatos, ab ipſis facile
confectum iri, quibus adesſet Ioua:
10 proinde ne pertimeſcerent. Sed
quum illos omnis multitudo lapi-
dandos diceret: Ioua, eius ſplen-
dore in oraculi tabernaculo omni-
bus Iſraelitis adparente, dixit Moſi:
11 quouſque in me contumelioſus erit
iſte populus? quouſque mihi fidem
non habebunt, tot oſtentis a me
12 apud eos editis? Adficiam eos
peſte atque euertam, et te in gen-
tem iſtam maiorem et potentiorem
13 propagabo. Cui Moſes: ergo vbi
hoc audiuerint Aegyptii, inquit, e
medio quorum tu hunc populum
tua vi deportaſti; quumque hoc 14
illius terræ incolis renunciatum
fuerit, audiuerintque te, Ioua, qui
in medio hoc populo verſatus, qui
horum oculis coram viſus fueris;
te Ioua, cuius nubes eis incubuerit,
qui eos interdiu in columna nubis,
noctu in columna ignis antecesſe-
ris; quum, inquam, audiuerint 15
gentes, ad quas tua fama perueniet,
te populum hunc ad vnum deleuis-
ſe: dictitabunt, Iouam, quia hunc 16
populum nequiuerit in terram,
quam ei iurauisſet, introducere,
eum in deſertis mactauisſe. Qua- 17
re exhibeatur quæſo, magna illa
Domini potentia, qualem prædica-
bas his verbis: IOVA AD IRAM 18
TARDVS, AD CLEMENTIAM
PROPENSVS, CVLPAS ET PEC-
CATA CONDONANS: IN POE-
NA AVTEM IRROGANDA PA-
RENTVM CVLPAM IN NA-
TOS AD TERTIAM ET QVAR-
TAM STIRPEM PERSEQVENS.
Remitte quæſo culpam huic popu- 19
lo, pro tuæ clementiæ magnitudine,
et quemadmodum ei ab Aegypto
hucuſque ignouiſti. Cui Ioua: 20
remitto, vt poſtulas. Verumta- 21
men ita viuam, vt h) Iouæ gloria to-
tus terrarum orbis replebitur; nec 22
vllus hominum, qui i) gloriam me-
am, et oſtenta, quæ tum in Aegypto,
tum in ſolitudine feci, viderunt, et 23
tamen iam vel decies me tentaue-
runt, neque mihi morigerati ſunt,
terram videbit, quam eorum maio-
ribus iuraui; eam, inquam, nullus
in me contumelioſorum videbit.
At ſeruum meum Calebum, qui alio 24
animo præditus, ſuum mihi præſti-
tit officium, introducam in terram,
in quam iuit: eamque eius proge-
nies, nec non Amalechitas et 25
Chananæos vallis incolas, occupa-
bit. Cras reuertimini, et in ſoli- 26
tudinem verſus mare rubrum con-
tenditote. Deinde cum Moſe et 27
Aharone locutus eſt Ioua his ver-
bis:

h) officiam, vt vbique terrarum prædicer. i) glorioſa facta.

28 bis: quouſque iſtius ſceleratæ Iſ-
raelitarum multitudinis fremitus
contra me audiam? Dicito eis: ita
viuam (inquit Ioua) vt vobis, ſicuti
29 audiente me dixiſtis, faciam. In
ſolitudine iſta cadent corpora ve-
ſtra, neque quiſquam ex omni ve-
ſtrum numero, qui viginti annis
maiores cenſi eſtis, qui contra me
fremuiſtis, in terram perueniet, in
qua me vos collocaturum esſe pro-
30 miſi: exceptis Calebo Iepho-
31 nis, et Ioſua Nunis filio. At par-
uulos veſtros, quos dixiſtis prædæ
futuros, introducam, terramque a
vobis repudiatam videbunt ipſi:
32 quum interim corpora veſtra in iſta
33 ſolitudine cadent. Porro veſtri
nati per ſolitudinem quadraginta
annos ductabuntur, et tamdiu veſtri
meretricii pœnas luent, dum veſtra
corpora in deſertis conſumantur.
34 Quot diebus terram exploraſtis, per
totidem annos ad totidem dies rela-
tos, id eſt, per quadraginta annos
culpas veſtras luetis, diſcetiſque,
35 quid ſit in me esſe contumacem. E-
go Ioua et dico et faciam, vt hæc
vniuerſa ſcelerata in me conſpiran-
tium multitudo in iſta ſolitudine
confecta moriatur.
36 Homines autem, qui a Moſe ad
explorandam terram misſi fuerant,
reuerſique vniuerſæ multitudinis
ſeditionem in eum, de terra illa de-
trectando, concitauerant; qui, in-
quam, terram illam maligne vitupe-
rauerant, ii clade coram Ioua adfe-
37 cti interierunt. Ioſua autem Nunis
filius, et Calebus Iephonis, erant
ex illis, qui terram exploratum i-
uerant.
38 Hæc omnia quum Moſes vniuer-
ſis Iſraelitis renuntiasſet: magno-
39 pere luxit populus; et mane, vt ſur-
rexerunt, in montis cacumen ad-
ſcendunt, ſeſe paratos esſe locum a
Ioua promisſum inuadere dicentes,
ſuumque peccatum confitentes.
40 Quibus Moſes oſtendere, non esſe
iniusſu Iouæ faciendum; neque e-
nim ſuccesſurum. Ne proficiſce- 41
rentur abſente Ioua; ne ab hoſtibus
cæderentur. Illic enim in Amale- 42
chitam et Chananæum incurſuros
esſe, et ferro caſuros: vtpote 43
quibus Ioua, a quo defecisſent, ad-
futurus non esſet. Sed illi perti- 44
naciter montem ſuperare conten-
derunt: quum interim arca fœde-
ris Iouæ et Moſes a caſtris non mo-
ueret. Ergo montis illius incolæ 45
Amalechitæ et Chananæi deſcende-
runt, eoſque ſuperatos ad Hormam
vſque conciderunt.

CAPVT XV.

Poſt ingresſum terræ libamina, primitiæ. Imprudentum et ſcientum oblationes. In ſabbato legens ligna lapidibus obrutus. Sanctitas prima.

ITem cum Moſe egit Ioua, vt a- 1
pud Iſraelitas verba faceret in
hunc modum: vbi peruene- 2
ritis in terram veſtræ habitationis,
vobis a me datam, quum Iouæ 3
vel ſolido ſacrificio, vel ſacrificio
rem diuinam facietis, ſiue ob nun-
cupatum votum, ſiue voluntarie,
ſiue in ſolemnitatibus veſtris, vt
odoris ſuauitate Iouam deliniatis;
ſiue id bubus, ſiue balantibus facie-
tis. Qui munus offeret, is Iouæ 4
fertum obmoueto, ſimilæ decimam
partem ſubactæ in olei quarta parte
hinis; itemque vini ad liban- 5
dum quarta parte hinis facito in ſo-
lido ſacrificio, aut in ſacrificio, ex
agno vno. Aut ex ariete facito 6
fertum duarum decimarum ſimilæ
in olei triente hinis ſubactæ,
tum vini libandi hinis trientem 7
obmoueto Iouæ ad odoris ſuauita-
tem.

Quod ſi iuuencum aut ſolido 8
ſacrificio, aut ſacrificio Iouæ facie-
tis, ſiue ob nuncupatum votum,
ſiue pro ſalute: præter iuuen- 9
cum libato fertum, ſimilæ tres de-
cimas, in olei hinis dimidio ſub-
actæ, prolibandique vini hinis 10
dimi-

dimidium Iouæ ad odoris ſuauita-
11 tem. Idem fiat in ſingulis bubus,
aut arietibus, aut agnis, aut hœdis,
12 vt quot hoſtiis facietis, toties idem
13 faciatis. Omnis indigena hæc ita
facito; vt ſuaui rei diuinæ odore
14 libando Iouam deliniat. Quod ſi
quis apud vos peregrinans, aut in-
ter vos in poſterum verſans, rem
diuinam faciet, ad Iouam odore
ſuaui deliniendum: ſicuti vos fa-
15 cietis, ſic ille facito. Idem et vo-
bis ciuibus et commorantibus apud
vos peregrinis inſtitutum eſto;
16 eodem ritu ſemper et vos et pere-
grini in poſterum apud Iouam vti-
17 mini; eadem lex atque ius et
vobis et degentibus apud vos pere-
18 grinis eſto. Item mandauit Ioua
Moſi, vt apud Iſraelitas huiusmo-
19 di verba faceret: quum in terram,
in quam ego vos introduco, perue-
neritis, quum terræ illius victu ve-
20 ſcemini: Iouæ ſepoſita excipito-
te, videlicet ex primis frugibus ve-
ſtris placentam, quam ſic excipietis,
21 vt ſit in areæ exceptitiis. Ex pri-
mis frugibus veſtris Iouæ excepti-
22 tium datote in poſterum. Quod ſi
per imprudentiam non fueritis ex-
ſecuti hæc omnia præcepta, quæ
23 Moſi Ioua elocutus eſt, videlicet
omnia quæ vobis Ioua per Moſem
præcepit, ex quo primum præce-
pit, deinceps apud poſteros veſtros,
24 ſi quid, inquam, cæco multitudinis
errore per imprudentiam commiſ-
ſum fuerit: facito omnis multitu-
do iuuencum bouillum vnum ſo-
lido ſacrificio, ad Iouam ſuaui o-
dore deliniendum, vna cum eius
ferto, et libando vino de more, et
caprum caprinum vnum piacula-
25 rem. Sacerdos autem pro omni
Iſraelitarum multitudine ſupplica-
to, eisque veniam exorato; quo-
niam imprudentia eſt: et ipſi mu-
nus ſuum Iouæ cremandum, et
piaculum propter ſuam impruden-
tiam Iouæ obmouento. Vt ita tam 26
omni Iſraelitarum multitudini,
quam inter eos verſantibus pere-
grinis ignoſcatur; quum vniuer-
ſus populus in errore fuerit. Sin 27
autem vnus aliquis per impruden-
tiam peccauerit: capellam annicu-
lam piaculum ducito, et ſacerdos 28
pro homine illo, qui errore pecca-
uerit, apud Iouam ſupplicato, vt ea
ſupplicatione ei veniam exoret.
Atque Iſraelitarum indigenarum, 29
et degentium inter eos peregrino-
rum eamdem legem habetote, qui
per errorem fecerit. Qui vero 30
volens [k] fecerit, ſiue ſit is indigena,
ſiue peregrinus: Iouam deſpicatus
eſt, de ſuorum numero exſcindi-
tor; quoniam Iouæ dictum con- 31
temſit, eiusque præceptum viola-
uit: is de medio tollitor, et culpam
ſuam luito. Ceterum interea 32
dum ſunt Iſraelitæ in ſolitudine, de-
prehenſus eſt quidam die ſabbati
lignans. Quem qui deprehende- 33
runt, adduxerunt ad Moſem et A-
haronem, omnemque multitudi-
nem. Atque illi eum in cuſtodi- 34
am dederunt; propterea quod non
conſtabat, quid eſſet eo faciendum.
Et Ioua iuſſit Moſi, vt ille morere- 35
tur, et ab vniuerſa multitudine ex-
tra caſtra lapidaretur. Itaque e- 36
ductum extra caſtra, vniuerſa mul-
titudo lapidibus obruit necauitque;
ſicuti Moſi Ioua præceperat.
Tum Ioua cum Moſe ſic locutus eſt: 37
admone Iſraelitas, vt in poſterum 38
fimbrias in veſtimentorum ſuorum
limbis faciant, et limborum fimbriis
vittas hyacinthinas addant, quæ 39
in fimbriis veſtris hæreant: vt eis
videndis omnium Iouæ præcepto-
rum recordemini, iisque pareatis,
neque animis aut oculis veſtris
(quorum ad libidinem meretrica-
ri ſoletis) obſequamini; vt o- 40
mnibus meis præceptis memores
pareatis, Deoque veſtro ſacri ſitis.
Hæc

k) crimen alioquin capitale commiſerit.

41 Hæc ego Ioua Deus veſter, qui vos
ex Aegypto eduxi, vt ſim vobis De-
us: ego Iouá Deus veſter.

CAPVT XVI.

Rebelles tres. In eos Moſes. Seditioſorum lex. Pro populo Aharon.

1 COierunt autem Cora filius
Iſaaris, a Cahatho Leuis filio
prognati, et Dathan et Abira-
mus, Eliabi filii, et On Phelethi
filius, Rubenitæ, et contra Moſem
2 coniurarunt; nec non ducenti
quinquaginta Iſraelitæ, homines
ciuitatis primarii, concionales et
3 celebres. Hi ad Moſem et Aharo-
nem congregati dicebant, quod vni-
uerſa multitudo ex ſacris homini-
bus conſtaret, interque eos Ioua
verſaretur, id eis ſatis eſſe debere:
cur etiam ſeſe ſupra Iouæ rempu-
4 blicam efferrent? His auditis,
5 Moſes pronus procidit, Coram-
que et omnes eius gregales adlo-
quens, ſic loquitur: cras mane oſ-
tendet Ioua, quiſnam ſit ſuus, quis
ſacer, et cuius ſit ipſi libare, et
quemnam ad ſibi libandum elege-
6 rit. Sic agite: capitote acerras,
tu Cora, cum omni tua caterua,
7 ignemque eis et ſuffimenta cras
apud Iouam iniicitote: tum quem
Ioua elegerit, is ſacer eſto. Facite
8 modum, Leuitæ. Tum Coram
adloquens: audite Leuitæ, inquit.
9 Parumne habetis, quod vos Iſraeli-
tarum Deus a multitudine ſecreuit
Iſraelitarum, vt vos ſibi deſtinaret,
qui tabernaculi munus gereretis,
et multitudini adparentes mini-
10 ſtraretis; quodque te, omneſque
ſimul agnatos tuos Leuitas coopta-
uit: niſi etiam ſacerdotium adfe-
11 ctetis? Iccircone tu, et totus iſte
grex coiuiſtis contra Iouam? nam
Aharon quidem quis eſt, vt in e-
um ſeditionem facere videamini?
12 Miſit autem Moſes arceſſitum Da-
thanem et Abiramum, Eliabi filios.
Enimuero illi venturos ſe negarunt.
Parumne ei eſſe, quod eos ex terra 1
lacte melleque abundante eduxiſ-
ſet, in ſolitudine necandos, niſi et-
iam imperium in eos exerceret?
At quam præclare eos in terram 1
lacte melleque ſcatentem eduxiſſe?
inque agri et vinearum poſſeſſio-
nem immiſiſſe? oculoſne homini-
bus illis effoſſurus eſſet? ſe quidem
minime ituros. Hac re valde ira- 1
tus Moſes, Iouam precatus eſt, ne
illorum munus reſpiceret: ſe ne
aſinum quidem vllum ab eis abstu-
liſſe, neque eorum quemquam læ-
ſiſſe. Deinde Coram admonuit, 1
vt poſtridie ipſe cum omni ſuo gre-
ge apud Iouam adeſſent, Aharone
ſimul adfuturo, et ſuam quiſque 1
acerram haberent, iniectoque ſuffi-
mento, iis apud Iouam libarent, vi-
delicet ducentis quinquaginta acer-
ris, ipſo Cora et Aharone ſuam vtro-
que acerram habente. Ergo illi 1
ſuam quiſque acerram ceperunt,
iniectoque igne et ſuffimento pro
oraculari tabernaculo præſto adfu-
erunt: quum quidem eo Cora o-
mnem multitudinem ad Moſem et
Aharonem conuocaſſet. Tum 1
Ioua, eius ſplendore toti multitu-
dini adparente, dixit Moſi et Aha-
roni: faceſſite ab iſta multitudi- 2
ne, et ego eos repente conficiam.
At illi in faciem prolapſi dicere: 2
o Deus, Deus omnium animalium 2
animator, vnuſne peccauerit, et tu
in omnem multitudinem ſæuies?

Tum Ioua Moſi iuſſit, vt mone- 2
ret multitudinem, vt a tentorio Co-
ræ, Dathanis et Abirami vndique re-
cederent. Et Moſes ad Dathanem 2
et Abiramum ire contendit, ſe- 2
quente eum Iſraelitarum ſenatu,
multitudinemque admonuit, vt ab 2
impiorum illorum tabernaculis ab-
ſiſterent, neue quidquam eorum
attingerent; ne ad tantum illorum
ſcelus adgregarentur. Ergo illi a 2
Coræ, Dathanis et Abirami tentorio
vndique diſceſſerunt. Dathan au- 2
tem et Abiramus egreſſi ſtabant pro
taber-

tabernaculis ſuis: eorumque feminæ et filii atque paruuli. Tum Moſes: hinc, inquit, ſcietis me a Ioua ad edenda illa tot facinora miſſum fuiſſe, neque ea mea ſponte feciſſe: ſi vllo humano more morientur iſti, ſi vllo humano ſupplicio adficientur, tum me Ioua non miſerit. Sin nouum quiddam fecerit Deus, tellusque dehiſcens et eos, et quæ habent omnia abſorpſerit, viuique in tartara deſcenderint: ſcitote homines iſtos impie in Iouam locutos esſe. Hæc vbi fatus omnia finem fecit, tum illis ſubiecta tellus deſedit, hiatuque patefacta et ipſos, et ipſorum domos, et omnes Coræ homines cum ſuis rebus deuorauit; eisque cum omnibus, quæ habebant, viuis in orcum delatis, eos operuit, atque ita ex republica ſublati perierunt. Omnes autem Iſraelitæ, qui vndique circum illos erant, ad illorum vocem diffugerunt, veriti ne et ipſi a terra haurirentur, Et ignis a Ioua profectus, illos ducentos quinquaginta homines ſuffitum libantes abſumſit.

Et Ioua Moſi præcepit, vt Eleazaro Aharonis filio ſacerdoti mandaret, vt acerras e medio incendio auferret, igne diſiecto, quoniam esſent conſecratæ: vt illorum acerræ, qui ſuæ vitæ iactura ſcelerati fuisſent, in laminas diducerentur, quibus ara incruſtaretur, (eas enim, quoniam in eis apud Iouam esſet libatum, ſacratas esſe) quæque Iſraelitis esſent exemplo. Itaque cepit Eleazarus ſacerdos æreas illas acerras, in quibus libauerant illi vſtulati, easque ad altaris incruſtationem diducendas curauit, quemadmodum Ioua ei per Moſem mandauerat: vt ea res Iſraelitas admoneret, ne quis alienus et alterius ſeminis quam Aharonis, Iouæ ſuffitum facere auderet; ne ei accideret vt Coræ et eius gregalibus. Poſtridie autem conſpirauit omnis Iſraelitarum multi-
tudo in Moſem et Aharonem, obiicientes, ab eis occiſos esſe Iouæ ho-
mines. Iamque multitudine ad 41
eos confluente, reſpicientes oraculi
tabernaculum, animaduerterunt id
opertum nube, et Iouæ ſplendorem
adparentem. Quumque Moſes et 42
Aharon ante oraculi tabernaculum
venisſent: Ioua ſic Moſi dixit: 43
amouete vos ab iſta multitudine, vt 44
ego eos ſubito conficiam. Tum
illi prociderunt. Et Moſes Aha- 45
roni dixit: cape turibulum, igne-
que in id ex ara indito, et ſuffimine
iniecto, propera ad multitudinem,
et pro eis ſupplica: nam a Ioua e-
manauit ira, iamque clades incipit.
Tum Aharon, quod iubebat Mo- 46
ſes, capere, et in mediam populi
turbam, in quo iam clades ceperat,
procurrere, impoſitoque ſuffimen-
to pro populo ſupplicare, ſtans in-
ter mortuos et viuentes. Ita co- 47
hibita clades eſt: qua in clade mor-
tui ſunt quattuordecim millia ſe-
ptingenti, præter illos, qui in Co- 48
ræ cauſſa mortui erant. Deinde 49
rediit Aharon ad Moſem ad introi-
tum oracularis tabernaculi, ſedata
clade.

CAPVT XVII.

Germinans Aharonis virga. Per hanc ſacerdotii confirmatio.

TVm Ioua cum Moſe ita locu- 1
tus eſt; adloquere Iſraelitas, 2
et accipe a ſingulis eorum fa-
miliarum principibus ſingulas vir-
gas, id eſt, duodecim, et ſua cuius-
que in virga nomen eius ſcribito.
Aharonis autem nomen in leuiti- 3
ca; ſingulis virgis ad ſingula fami-
liarum capita relatis. Has in ora- 4
culari tabernaculo ante oraculum,
vnde ego vobis reddo oracula, repo-
nito. Fiet autem, vt quem ego 5
virum elegero, eius virga fruticet.
Ita me expediam iſtis ſeditionibus,
quibus in vos Iſraelitæ conſpirant.
Hæc quum Moſes expoſuisſet Iſrae- 6

litis: tradiderunt ei ſinguli ſuarum
familiarum principes ſingulas vir-
gas, videlicet duodecim, quas inter
7 erat et virga Aharonis; quas Mo-
ſes ante Iouam in oraculi taberna-
8 culo repoſuit. Poſtridie quum
veniſset Moſes in oraculi taberna-
culum: videt fruticauiſse aharo-
nicam leuiticæ familiæ virgam, et
germine pullulaſse, floresque edi-
9 diſse, et amygdala peperiſse. Tum
Moſes virgas omnes a Iouæ con-
ſpectu apud omnes Iſraelitas pro-
tulit: qua re illi viſa acceperunt
10 ſuam quisque virgam. Et Ioua
Moſi præcepit, vt Aharonis virgam
ante oraculum referret ſeruandam,
et rebellibus exemplo futuram, vt
compreſsis eorum contra ipſum Io-
uam ſeditionibus non morerentur:
11 id quod fecit Moſes. Apud Moſem
deinde Iſraelitæ conqueſti ſunt,
demonſtrantes ſe interire, ſe perire,
12 ſe vniuerſos perire: vt quisque
ad Iouæ tabernaculum accedat, e-
13 mori: ergone ſibi prorſus in-
tereundum eſse?

CAPVT XVIII.

Leuitarum officia. Pro Aharone primitiæ, decimæ. Leuitarum ex decimis decimæ ad Iouam.

1 TVm Ioua cum Aharone ſic eſt
locutus: tu vna cum tuis filiis
et domo tua patria ſacrarii
culpam ſuſtinebitis; tu autem vna
cum tuis filiis ſacerdotii veſtri cul-
2 pam ſuſtinebitis; tuos quoque
agnatos et tribules Leuitas, qui ſunt
ex eadem tecum ſtirpe paterna, tibi
adſciſcito, qui tibi cooptati admi-
niſtrent, teque et tuis filiis apud ora-
culi tabernaculum operantibus, tu-
am et totius tabernaculi curam ge-
3 rant; tantum ne ad vaſa ſacra,
aut ad altare accedant, ne et ipſi et
4 vos moriamini; ſed tibi cooptati
curam gerant oracularis taberna-
culi in toto tabernaculi munere,
neue alienus ad vos accedat. Ita 5
vobis ſacrarii et aræ curam geren-
tibus, in Iſraelitas deinceps non
ſæuietur. Iam vero ego veſtros 6
agnatos Leuitas de mediis Iſraelitis
ſumtos Iouæque addictos vobis at-
tribuo, oracularis tabernaculi mu-
nus obituros. Tu autem cum tuis 7
filiis veſtrum procurate ſacerdoti-
um, in omnibus, quæ ad aram per-
tinent, quæque ſunt intra ſiparium,
et operamini; nam vobis ſacerdo-
tii munus adſigno, ad quod qui alie-
nus acceſserit, moriatur. Tibi 8
autem, inquit Aharoni, curam tra-
do meorum exceptorum ex omni-
bus Iſraelitarum ſacris. Hæc tibi,
vt vncto, tuisque filiis in æternum
inſtitutum do. Hæc tu, quæ ex 9
[a] igne ſacroſancta erunt, habeto.
Quidquid adferent, ſiue ſertum,
ſiue piaculum, ſiue noxiam, mihi
adferent, id ſacroſanctum tu tuique
filii habetote, id in ſanctiore 10
ſanctuario epulamini, idque omnes
mares, ſacrumque habetote. Hoc 11
quoque habetote: exceptum omni-
um donariorum ab omnibus Iſrae-
litis porriciendorum tibi vna cum
tuis filiis et filiabus æterno inſti- 12
tuto do, omnibus tuis domeſticis,
dum mundi ſint, epulandum.
Omnem olei, omnem muſti fru-
mentique adipem, quas Iouæ pri-
mitias dabunt, tibi do. Omnes 13
primores eorum terræ fruges, ab
ipſis Iouæ adferendæ, tuæ ſunto;
eisque omnes tui domeſtici, dum-
modo mundi, veſcuntor. Omne 14
in Iſraelitis deuotum tuum eſto.
Omnia, quæ vuluam aperuerint, a- 15
nimalia, ab eis Iouæ obmota, ſiue
homo fuerit, ſiue beſtia, tua ſunto:
ſed et hominum et immundarum
beſtiarum primogenita redhibeto.
Hæc eſt autem redhibitionis ratio, 16
vt menſe maiorem ſtatuto vobis
pretio redhibeas, videlicet quinque
argenti ſiclis ſacri ponderis, id eſt,
vicenorum obolorum. Verum- 17
tamen

a) ſacrificio, quod igne fit.

tamen bouis, aut ouis, aut capri
primogenitum ne redhibeto: ſacra
ſunt. Horum et ſanguinem in aram
fundito, et adipem Iouæ ad odoris
8 ſuauitatem adoleto: carnem au-
tem tibi habeto, vt etiam porrecti-
tium pectuſculum et armum dex-
trum. Omnia ſacrorum excepta
Iouæ ab Iſraelitis excipienda, tibi
tuiſque ſimul filiis et filiabus æter-
no inſtituto do: atque hoc fœdus *b*
ſalitum ſemper apud Iouam tibi
tuæque ſoboli pariter eſto. Præ-
terea, inquit, in eorum terra here-
ditatem inter eos, aut fundum ne
habeto: ego tibi fundus et heredi-
tas inter Iſraelitas ero.
Leuitis autem omnes Iſraelita-
rum decumas in hereditatem do,
pro famulatu, quem in oraculi ta-
bernaculo exſequuntur, ne dein-
ceps Iſraelitæ ad oraculi tabernacu-
lum accedant, et morte pœnas luant;
ſed Leuitæ oracularis tabernaculi
munere fungantur, illorumque cul-
pam ſuſtineant (quod inſtitutum ad
poſteros veſtros perpetuum ſit) ne-
que vllam inter Iſraelitas heredita-
tem poſſideant. Nam quia Iſraeli-
tarum decumas, quas Iouæ excipi-
ent, Leuitis in hereditatem do; ideo
eos veto inter Iſraelitas habere
hereditatem.
Tum Moſem ita adfatus Ioua eſt.
Leuitis in hunc modum dicito:
quum ab Iſraelitis decumas, vobis a
me hereditatis veſtræ loco ex illis
adſignatas, accipietis: ex eis Iouæ
exceptitium excipitote, decumas ex
decumis. Quod exceptitium perin-
de vobis erit, ac ſi frumentum ex a-
rea, aut ex torculari latex eſſet. Ita
excipietis vos quoque Iouæ excepti-
tium, ex omnibus decumis veſtris
ab Iſraelitis acceptis, exque eo Io-
uæ exceptitium Aharoni pontifici
dabitis, atque ex omnibus donariis
veſtris omne exceptitium Iouæ ex-
cipietis, ex eorum maxime opi-
mis factum, quod maxime opima
(inquies) inde a vobis excepta, Le-
uitis erunt vice prouentus areæ,
aut torcularis, eaque quouis in loco
vos, veſtrique domeſtici epulamini.
Nam hæc vobis merces eſt pro ve- 31
ſtro in oraculi tabernaculo famu-
latu. Ita fiet, vt ob ea non plecta- 32
mini; quum inde maxime opima
exceperitis: neque Iſraelitarum ſa-
cra profanetis, itaque moriamini.

CAPVT XIX.

Ex vacca rubea cineres. In tabernaculo mortui, et fœdum attrectantis leges.

TVm Moſi et Aharoni locutus eſt 1
Ioua in hunc modum: hoc 2
legis inſtitutum Ioua præcepit
in hæc verba: admone Iſraelitas,
vt tibi adducant vaccam rufam, in-
tegram, vitii expertem, quæ iugum
non ſubierit; quam Eleazaro ſa- 3
cerdoti tradetis, qui eam extra ca-
ſtra ductam præſentem immolet,
digitumque ſuum eius ſanguine in-
tingat, et ex eo ſanguine contra
oraculi tabernaculum ſepties ad-
ſpergat; vaccam autem in oculis 4
ſuis cremet; eius corium, car- 5
nem, ſanguinem, vna cum excre-
mento cremet: lignumque cedri- 6
num, et hyſſopum, et coccum itera-
tum ſumat, et in medium vaccæ
rogum iniiciat; deinde veſtimen- 7
ta ſua lauet, corpuſque ſuum aqua
abluat; poſtea in caſtra intrabit,
quum ad veſperum pollutus fuerit.
Is quoque, qui eam cremauerit, ve- 8
ſtimenta ſua corpuſque aqua laua-
bit et perluet, et ad veſperum pollu-
tus erit. Tum aliquis purus vac- 9
cæ cinerem colligito, et extra caſtra
in loco puro ponito. *c* Hoc ſeruabit
Iſraelitarum ciuitas ad aquam lu-
ſtralem, quæ ſit expiatio. Deinde, 10
qui vaccæ cinerem collegerit, veſti-
menta ſua lauato, et ad veſperum
pollutus eſto: atque hoc et Iſraeli-

b) incorruptum inuiolatumque. *c*) huius vaccæ cinerem ad faciendum aquam luſtralem, vt paullo poſt docetur.

tæ et inter eos degentes peregrini
11 inſtitutum æternum habento. Qui
mortuum vllius animantis hominis
tetigerit, vnde ſeptem dies pollutus
12 erit; is tertio die hac aqua expia-
tor, et ſeptimo die mundus eſto.
Quod niſi tertio die expiatus fue-
rit; ſeptimo die purus non erit.
13 Quicumque hominis vita defuncti
mortuum tetigerit, neque expiatus
fuerit; Iouæ tabernaculum polluit.
Is ex Iſraelitis exſcinditor; quoni-
am aqua luſtrali adſperſus non eſt.
Pollutus erit, adhuc eius in eo hæ-
rente pollutione.
14 Sequitur lex hominis, qui in ta-
bernaculo mortuus fuerit. Quiſ-
quis in tabernaculum intrauerit, et
quiſquis in tabernaculo erit, eſto
15 pollutus ſeptem dies. Omne vas a-
pertum, nullo adnexo operculo, pol-
16 lutum eſto. Quiſquis ſub dio telo
occiſum, aut mortuum, aut oſsa hu-
mana, aut ſepulcrum tetigerit,
17 pollutus eſto ſeptem dies. Ac in
huiusmodi polluto ſumatur de pul-
uere cremati piaculi, cum quo aqua
18 viua ponatur in vaſe, in quam
aquam purus aliquis ſumtum hys-
ſopum immergat, et tabernaculum
omniaque vaſa, et omnes, qui illic
fuerint homines, et eum, qui oſſa,
aut occiſum, aut mortuum, aut
ſepulcrum tetigerit, conſpergat,
19 pollutumque tertio et ſeptimo die
purus adſpergat, et ſeptimo die ex-
piet. Isque veſtimenta ſua lauet,
corpusque aqua perluat, et veſpere
20 mundus ſit. Qui autem pollutus,
neque expiatus fuerit; is de nu-
mero ciuitatis exſcinditor: qui
quum non fuerit aqua luſtrali con-
ſperſus, Iouæ ſanctuarium polluit
21 pollutusque eſt. Atque hoc inſti-
tutum æternum habento. Quique
aquam luſtralem inſperſerit, veſti-
menta lauato. Quique aquam lu-
ſtralem tetigerit, pollutus eſto ad
22 veſperum. et quidquid immun-
dus tetigerit, immundum eſto: et
qui id tetigerit, eſto immundus ad
veſperum.

CAPVT XX.

Mariæ mors. Moſis peccatum. De petra fons. Fratres duces a terra prohibiti. Contradictionis aquæ. Aharonis finis, Eleazarus et ſucceſſor. Pro mortuo luctus.

VEnit autem omnis Iſraelita- 1
rum multitudo in ſolitudinem
Sinem menſe primo, et in Ca-
de conſederunt, ibique mortua ſe-
pultaque eſt Maria. Quum au- 2
tem careret aqua populi multitudo:
coierunt ad Moſem et Aharonem,
et cum Moſe in hæc verba iurgare
cœperunt: vtinam tum interiiſ- 3
ſemus, quum noſtri conſanguinei
ante Iouam interierunt. Curnam 4
Iouæ cœtum in hanc ſolitudinem
adduxiſtis, vbi et nos et pecora no-
ſtra moriamur? Cur nos ex Ae- 5
gypto eductos, in hæc tam triſtia
loca adduxiſtis, in quibus non fru-
ges, non ficus, non vineæ, non ma-
logranata, nulla denique ad biben-
dum aqua eſt? Tum Moſes et A- 6
haron a conſpectu cœtus digreſſi,
ad ingreſſum oracularis tabernacu-
li ſeſe ad terram abiecerunt, eisque
Iouæ ſplendor adparuit. Et Ioua 7
Moſi dixit: ſume virgam, conuo-
cataque multitudine, tu et Aharon
frater petræ in illorum oculis iu-
betote, vt ſuam profundat aquam,
atque ita aquam illis ex petra elici- 8
to, multitudinemque et eorum pe-
cora adaquato.

Igitur Moſes virgam de Iouæ 9
conſpectu ſumſit, vt iusſus eſt: con- 1
uentuque a ſe et ab Aharone ante pe-
tram coacto, ſic eis inquit: attendite
ſane rebelles, num nos vobis aquam
ex hac petra eliciamus. Tum ſub- 1
lata manu petram virga ſemel at-
que iterum percusſit, vnde magna a-
quæ copia emanauit, ex qua et mul-
titudo et eorum pecora biberunt.
At Ioua Moſi et Aharoni ita dixit: 1

quo-

d quoniam vos mihi non credidiſtis,
vt me in oculis Iſraelitarum ſancte
honoraretis; ideo cœtum iſtum in
terram ei a me datam non introdu-
3 cetis. Et hæc quidem eſt aqua iur-
gii, vbi Ioua in Iſraelitis ſecum iur-
gantibus auguſtum ſe præbuit.
4 Deinde miſit Moſes legatos ex
Cade ad Idumæorum regem, cum
huiuſmodi mandatis: ſic dicunt tui
5 fratres Iſraelitæ: tu noſti, quot no-
bis rerum difficultates acciderint, vt
maiores noſtri in Aegyptum de-
ſcenderint, ibique diu habitaueri-
mus: deinde, quum nos et maiores
noſtros Aegyptii male haberent, Io-
6 uam inuocauerimus; qui, exaudi-
ta voce noſtra, miſſo angelo nos ex
Aegypto eduxerit. Nunc ſcito, nos
ad Cadem, extremum tuorum fini-
7 um oppidum, eſſe. Petimus igi-
tur, vt nobis per terram tuam iter
des, neque per agros aut vineas itu-
ris, neque puteales aquas bibitu-
ris, ſed via regia ita perrecturis,
vt neque ad dextram, neque ad ſi-
niſtram ante deflectamus, quam tu-
8 os fines tranſiuerimus. Sed eis I-
dumæus iter per ſuos fines denega-
uit, alioqui ſe eos bello exceptu-
9 rum. Dicentibusque Iſraelitis,
ſe via trita iter habituros, et ſi de il-
lius aqua aut ipſi aut pecora bibe-
rent, pretium eſſe ſoluturos, ac ſi-
ne vllo plane negotio pedibus iter
0 facturos: denegauit tranſitum, eiſ-
que multis cum copiis et valida ma-
1 nu exiuit in occurſum. Ita Iſrae-
litæ, Idumæis iter eis per fines ſuos
dare recuſantibus, ab illis deflexe-
2 runt, et a Cade profecti, ad mon-
tem Horem cum omnibus copiis
peruenerunt.
3 Ad eum montem in confinio ter-
ræ Idumæorum poſitum, Ioua Moſi
4 et Aharoni ita locutus eſt: adgrega-
bitur Aharon ad ſuos populares: ne-
que enim in terram Iſraelitis a me
datam perueniet: quoniam in me
contumaces fuiſtis apud aquam iur-
gii. Adſume Aharonem, eiusque fi- 25
lium Eleazarum: iiſque in Horem
montem ſubductis, Aharonem ve- 26
ſtimentis ſuis exuito, et ea Eleazaro,
eius filio induito, Aharone illic
defuncturo atque morituro.
Hæc Moſes, ſicuti iuſſerat Ioua, 27
fecit: adſcenderuntque in Horem
montem in oculis totius multitudi-
nis. Quumque Moſes Aharone ſuis 28
veſtimentis ſpoliato, iis eius filium
Eleazarum veſtiuiſſet; mortuus eſt
illic Aharon in montis cacumine, et
Moſes Eleazarusque de monte de-
ſcenderunt. Atque vniuerſa ſtir- 29
pis iſraeliticæ multitudo, vbi vide-
runt e vita emigraſſe Aharonem,
eum per triginta dies deplorarunt.

CAPVT XXI.

Aradus ac Sehon victi. Chamos idolum.

QVum autem audiuiſſet cha- 1
nanæus rex Aradus, qui ad
meridiem incolebat, Iſraeli-
tas exploratorum via venire: eos
prœlio adortus, captiuos ex eis ab-
duxit. Tum Iſraelitæ Iouæ vo- 2
tum fecerunt, ſi illos homines ipſis
ſubiecisſet, ſeſe illorum vrbes eſſe
funditus euerſuros. Quibus a Io- 3
ua exauditis, Chananæisque eis per
ipſum ſubactis; et ipſos et ipſo-
rum vrbes funditus euerterunt, at-
que hinc locum Hormam nomina-
runt.
Sed quum ab Hore monte pro- 4
fecti, verſus mare rubrum vade-
rent, vt Idumæorum fines circum-
irent; cœpit populus, itineris
pertæſus, de Deo deque Moſe ex-
poſtulare, qui ſe ex Aegypto e- 5
duxiſſent, in deſertis morituros,
vt in quibus nec panis nec aqua eſ-
ſet: nam illum quidem panem tam
vilem faſtidire. Quapropter im- 6
miſit in populum Ioua preſteres ſer-
pentes, quibus homines mordenti-
bus,

d) in eo peccatum eſt, quod dixerunt, eliciamus, quod Dei erat; ſibi tri-
buentes. Vide Deut. I. 37.

bus, multi de Iſraelitis morieban-
7 tur. Itaque Moſem adeunt, ſeque
peccaſſe confitentur, qui quum
contra ipſum, tum contra Iouam
locuti ſint; Iouam precetur, vt i-
8 pſos illis ſerpentibus liberet. Igi-
tur Moſi pro populo precanti re-
ſpondit Ioua, vt preſterem faceret,
eumque perticæ imponeret; ita fo
re,vt omnes morſi,qui eum adſpice
9 rent, ſanarentur. Ergo Moſes ſer-
pentem æneum fecit,eumque in per-
ticam extulit. Ita ſi quem forte ſer-
pens momorderat, is in æneum ſer
pentem intuebatur, et ita ſanabatur.
10 Inde profecti Iſraelitæ,caſtra po
11 ſuerunt in Obothis. Ab Obothis
profecti, caſtra fecerunt in cumulis
Abarinum,in ſolitudine,quæ eſt e re-
gione Moabitarum, ab ortu ſolis.
12 Hinc profecti, caſtrametati ſunt ad
13 fluuium Zaredum. Hinc profecti,
caſtra poſuerunt cis Arnonem, qui
eſt in deſertis, oriens ex Amorræo-
14 rum finibus. Eſt enim Arnon Moa-
bitarum terminus, eos ab Amorræis
diuidens. Propterea in libro bello-
15 rum Iouæ dicitur: res geſtas in
mari rubro, et ad flumina Arnonis,
* et amnem fluminum, qui ad ſedem
Aris deflectit, et ad Moabitarum fi-
nes vergit. Inde venerunt ad pute-
16 um. Hic eſt puteus, apud quem
IouaMoſi præcepit,vt populum con-
gregaret: ſe enim ei aquam datu-
17 rum eſſe. Tunc cecinerunt Iſraeli-
tæ carmen hoc: adſcende putee, re-
18 cinite eum, quem puteum fodere
principes,cauauere populi duces, v-
na cum imperatore, ſuis ſceptris.
19 Ex deſertis autem in Mattanam; ex
Mattana in Nahaliel; ex Nahaliele
20 in Bamotha; ex Bamothis in val-
lem,quæ eſt in agro moabitico, ad
caput Phasgæ,ſpectatque ad Ieſimo-
21 nem. Tum miſerunt Iſraelitæ le-
22 gatos ad Sehonem Amorræorum re
gem, oratum, vt ſibi liceret per illi-
us fines iter facere: ſe neque in a-
gros aut vineas eſſe declinaturos,
neque puteorum aquas bibituros,
ſed via regia inceſſuros,donec illius
fines ſuperauiſſent. Sed Sehon 23
non modo Iſraelitis iter per fines
ſuos non dedit, verum etiam coa-
ctis ſuis omnibus copiis, occurrit
illis in deſerta: atque vbi ad Ia-
ſam peruenit, prœlium cum Iſrae-
litis commiſit. Sed eo in pugna 24
occiſo, Iſraelitæ eius terram occu-
parunt ab Arnone ad Iabbocum, id
eſt,vsque ad Ammonitas. Nam Ar
terminus eſt Ammonitarum.
* His omnibus oppidis captis, Iſ- 25
raelitæ in omnibus Amorræorum
oppidis conſederunt, ſcilicet Heſe-
bone, et in omnibus eius coloniis.
Nam Heſebon vrbs erat Sehonis A- 26
morræorum regis, qui olim bellum
cum rege Moabitarum geſſerat, ei-
que eius omnem terram ad Arno-
nem vsque eripuerat. Vnde illa 27
eſt trita ſermone ſententia: ite
Heſebonem, ædificetur et condatur
vrbs Sehonis. Nam ignis ab He- 28
ſebone, flamma a Sehonis vrbe pro-
fecta, Ar Moabitarum, et Arnonis
ſacellorum dominos conſumſit.
Hei tibi Moabita, periiſti Chamoſi 29
gens, cuius et mares fuſi, * et femi-
næ Sehoni Amorræorum regi in
captiuitatem traditæ ſunt. Atqui lux 30
eorum Heſebon periit vsque ad Di-
bonem, et vaſtauimus vsque ad
Nophan,quæ adMedebam pertingit.
Quum igitur Iſraelitæ in Amor- 31
ræorum terra conſediſſent: mi- 32
ſit Moſes, qui Iaſer explorarent,
eiusque colonias ceperunt, et A-
morræos incolas peſſumdederunt.
Hinc reuerſi Baſanam verſus con- 33
tenderunt, quibus Baſanæ rex O-
gus cum omnibus ſuis copiis prœ-
lio occurrit in Edrei. Hic Mo- 34
ſem Ioua hortatus eſt, ne illum
timeret: nam ego eum tibi, in-
quit, omnesque eius copias atque
terram in manum trado, vt eo
vtare, quomodo vſus es Sehone
Amorræorum rege,qui Heſebonem
incolebat. Igitur eum,eiusque fili- 35
os,et omnem populum nullo relicto
occi-

occiderunt, eiusque terram occupa-
runt.

CAPVT XXII.

Balaamus Dei iusſu pro populo. Ad illum Angelus. Aſina locuta.

1 HInc profecti Israelitæ, caſtra
habuerunt in campo moabiti-
co, cis Iordanem hierichun-
2 tium. Quum autem videret Ba-
lacus, Sephoris filius, quanta deſi-
gnasſent Israelitæ in Amorræos.
3 Moabitis israeliticarum copiarum
multitudine (quæ ſane ingentes e-
rant) ita expauefactis, vt præ terro-
re dicerent Madianitarum ſenatori-
4 bus, iamiam fore, vt illa multitu-
do omnia ipſis finitima non aliter
attonderet, quam boues ruris at-
tondent gramina: is inquam Bala-
cus, Sephoris filius, qui eo tempo-
5 re Moabitarum rex erat, legatos
ad Balaamum, Beoris filium, arceſ-
ſendum miſit Pethoram, quæ eſt a-
pud [e] flumen in terra eius conter-
raneorum. Qui legati ei de-
monſtrarent, tantam hominum
multitudinem ex Aegypto emigra-
uisſe, vt terræ ſolum operirent, qui
quidem nunc contra ipſum conſe-
6 disſent; orare, vt ad ſe veniret,
nationi illi ipſo potentiori diras im-
precatum, ſi qua eam posſet ſupe-
rare, et finibus illis expellere. Seſe
enim ſcire, cui ille bene precatus
esſet, eum esſe fortunatum: cui au-
tem imprecatus, eum esſe infortu-
natum.
7 Igitur Moabitarum [f] Madiani-
tarumque ſenatores, diuinationis
præmium ſecum ferentes, ad Ba-
laamum profecti, ei Balaci man-
8 data expoſuerunt. Quibus ille
reſpondit, vt illic ea nocte esſent, ſe
rem eis ita relaturum, vt ipſi Ioua
mandauisſet. Ita manſerunt Mo-
abitæ principes apud Balaamum;
9 ad quem Deus venit, et eum ſic ad-
loquitur; qui ſunt iſti homines?
Cui Balaamus ita reſpondet: Bala- 10
cus, Sephoris filius, Moabitarum
rex, ad me miſit, tantum ex Aegy-
pto emigrauisſe populum, vt terræ
ſolum operiat. Quare orare, vt 11
eum ſibi exſecratum vadam, ſi qua
eum debellare posſit, et expellere.
Et Deus: ne ieris cum iſtis, ne illi 12
populo imprecatus fueris; eſt enim
fortunatus. Igitur mane vbi ſur- 13
rexit Balaamus, Balaci proceres do-
mum remittit: Iouam enim nolle
ſibi permittere, vt cum illis iret.
Ita profecti Moabitarum proceres, 14
ad Balacum redeunt, renuntiantque,
Balaamum ſecum venire noluisſe.
At Balacus iterum mittit proceres, 15
illis et plures, et grauiores, qui ad
Balaamum profecti, ſic verba fece-
runt: Balacum Sephoris filium 16
ei ſignificare, ne ad ſe venire renue-
ret; ſe enim magnos ei honores 17
esſe tributurum, et, quæcumque
mandauisſet, facturum; veniret
modo, et ſibi populum illum diris
ageret. At Balaamus Balaci ſer- 18
uis reſpondit: etiamſi ſibi Balacus
ſuam domum argento auroque ple-
nam daret, non posſe tamen ſe con-
tra Iouæ Dei ſui mandatum vllam
rem tantam tantulamue facere.
Sed tamen illic ipſi quoque ea no- 19
cte manerent: ſe autem ſciſcitatu-
rum, ecquid ſibi iterum Ioua dice-
ret. Atque ea nocte Deus ad Ba- 20
laamum venit, eique ita dixit: ſi
homines iſti ad te arcesſendum ve-
nerunt, i ſane cum eis; ſed quod ti-
bi dixero, id demum facito. Ita- 21
que mane Balaamus vbi ſurrexit, in-
ſtrata aſina ſua, cum Moabitarum
proceribus ibat. Quo eius itinere 22
irato Deo, * conſtitit Iouæ angelus
in via, vt ei obſtaret. Equitabat
autem ipſe in aſina, duobus famulis
comitantibus. Hic aſina conſpi- 23
cata Iouæ angelum in via ſtantem,
et ſtrictum gladium manu tenen-

e) Euphratem. f) quos ſcilicet ipſi Madianitæ mittebant, ad Balaamo perſuadendum, vt Balaco gratificarentur.

tem, declinauit de via, et in agrum
24 digreſſa eſt. Quumque eam Ba-
laamus cæderet, vt in viam redige-
ret; et Iouæ angelus in vinearum
ſemita, maceria vtrimque ſepiente,
25 obſtaret: aſina viſo angelo, ſeſe
muro adpreſſit, et eodem Balaamo
26 pedem attriuit. Hic eam Balaa-
mo iterum feriente, Iouæ angelus
porro proceſſit, et in loco anguſto
reſtitit, vbi via nulla ad declinan-
dum in alterutram partem erat.
27 Quo viſo, aſina Balaamo ſuccubuit.
Tum vero Balaamus iraſci, et aſi-
28 nam baculo contundere. At aſina
(eius ore a Ioua aperto) ſic ad Ba-
laamum locuta eſt: quid tibi feci,
29 vt me iam tertium cædas? Cui
Balaamus: ludificaris me, inquit:
atque vtinam gladium haberem,
30 nam te nunc interficerem. Et aſina;
nonne aſina tua ſum, inquit, in qua
tu ſemper hactenus equitaſti? num
quid tale ſum tibi facere ſolita? *
31 Nihil, inquit. Tum Balaamus (a-
pertis ei a Ioua oculis) Iouæ ange-
lum animaduertit in via ſtantem,
ſtrictumque gladium manu tenen-
tem, et ei honorem ſubmiſſo vultu
32 præbuit. Et angelus: cur tandem,
inquit, aſinam tuam iam ter verbe-
raſti? en ipſe ad impediendum
veni, quoniam iſtud iter ſuſce-
ptum eſt contra meam ſententiam. *
33 Aſina vero me conſpicata, iam ter
declinauit: quod ſi non declinaſſet,
iam te profecto ea conſeruata pere-
34 miſſem. Tum Balaamus Iouæ
angelo dixit: peccaui, quamquam
te mihi obuium in via neſciebam.
Itaque ſi tibi hoc iter diſplicet, re-
35 uertar. Cui angelus: perge cum
iſtis, inquit: ſed quod tibi dixero, id
demum dicito. Ita Balaamus cum
Balaci proceribus perrexit.
36 Quem vbi aduenire audiuit Bala-
cus; obuiam ei proceſſit ad quod-
dam Moabitarum oppidum, Arnoni
in extremis finibus finitimum: cum-
que eo locutus eſt in hunc modum;
37 quum ego miſerim qui te arceſſe-
rent, cur tu ad me non veniſti? an
te videlicet honorare non potero?
Cui Balaamus: quaſi vero, inquit, 38
nunc etiam, quum ad te veni, poſſim
aliud dicere, quam quod Deus ori
meo ſuggeſſerit eloquendum.
Deinde digreſſi Balaamus cum Ba- 39
laco, venerunt ad oppidum vico-
rum. Vbi Balacus boues balan- 40
teſque mactauit, et hinc partem ad
Balaamum, et ad proceres eius co-
mites miſit.

CAPVT XXIII.

Aræ Balaami. Fauſta eiuſdem ad populum precatio.

POſtridie vero Balaamum de- 1
duxit Balacus in Baalis faſtigia,
vnde aliquam populi partem
videret. Tum Balaamus ei man- 2
dauit, vt ſibi ibidem ſeptem aras
exſtrueret, ſeptemque tauros et tot-
idem arietes præpararet. Quod 3
quum ille ad eius præſcriptum fe-
ciſſet: Balacus et Balaamus ſingu-
los tauros et arietes in ſingulis aris
immolarunt. Deinde Balaco man- 4
dat Balaamus, vt ſuo ſacrificio ad-
ſiſtat, dum ipſe ſecedit, ſi forte in
Iouam incurrat, vt quod ille ſibi
aperuerit, Balaco indicet. Deinde 5
ſeceſſit. Quumque in Deum inci-
diſſet; dicit, ei ſeſe aras ſeptem in-
ſtituiſſe, et in eis ſingulos tauros
et arietes immolaſſe. Tum Ioua 6
Balaamum dicendis inſtructum ad
Balacum remittit, et, quid ab eo dici
velit, oſtendit. Ad quem ille re- 7
uerſus (adſtabat autem Balacus ſuo
ſacrificio, vna cum omnibus Moa-
bitarum principibus) ſententiam
ſuam exorditur in hæc verba: ab 8
vſque Syria a montibus orientali-
bus euocauit me Moabitarum rex
Balacus: ades, diris age mihi Ia-
cobeos; ades, deteſtare Iſraelitas.
Quomodo exſecrabor, non exſe- 9
crante Deo? quomodo deteſtabor,
non deteſtante Ioua? Equidem 10
quum eos de rupium vertice de-
ſpecto,

ſpecto, quum de collibus contemplor: en populum ſeorſum habitaturum, *neque inter ceteras gentes habendum. Quis Iacobeorum [g] pulueris? *quis vel quartæ Iſraelitarum partis numerum ſubducat? vtinam ipſe eadem morte moriar, qua probi; ſitque meus idem, qui eorum exitus. Hic Balacus Balaamum ſic adloquitur: quid mihi facis? Ego te ad imprecandum meis hoſtibus aduocaui, et tu eos fauſtis ominibus proſequeris? Cui reſpondens ille: ſcilicet non curem, vt quod mihi Ioua ſuggeret, id eloquar? Et Balacus: veni, inquit, mecum in locum alium, vnde eorum partem, non omnes videas, vt inde eos mihi diris agas; eumque in agrum ſpeculatorum in Phasgæ iugum ſubducit, ſeptemque aras exſtruxit, et in ſingulis taurum arietemque immolauit.

Tum ei Balaamus mandauit, vt ibi apud ſuum ſacrificium maneret, dum ipſe ſecederet. Atque ei Ioua occurrit, eumque dicendis inſtructum iubet ad Balacum redire, et ita eloqui. Ad quem vt venit, offendit eum apud ſacrificium ſuum, vna cum Moabitarum principibus, ſtantem. Et Balacus: quid locutus eſt Ioua? inquit. Tum ille ſic orditur ſententiam: age Balace, audi; attende me, Sephoris fili. Deus non eſt homo, vt mentiatur; non homine natus, vt eum pœniteat. Illene vt dicat, neque faciat? vt promittat, neque præſtet? Scilicet fauſta omina acceperim, et fauſta omina non reddam? Nulla culpa viſitur in Iacobeis. Nullum facinus in Iſraelitis exſtat. Ioua eorum Deus adeſt eis, [h] clangore comitante regio: Deus, qui eos ex Aegypto eduxit, robore præditus monocerotio. [i] Neque vero
vlla eſt in Iacobeis diuinatio: non
eſt in Iſraelitis hariolatio: ſuo tempore
prædicabitur circa Iacobeos,
circa Iſraelitas quid fecerit Deus.
En populus leænæ ſimilis inſur- 24
genti, leoni ſimilis commoto, non
prius recubituro, quam prædam
vorauerit, quam occiſorum ſangui-
nem hauſerit. Tum Balacus *in- 25
quit Balaamo: ſaltem neque diris
eos, neque fauſtis ominibus proſe-
quare. Cui reſpondens Balaamus: 26
nonne tibi prædixi, inquit, quid-
quid Ioua mandauiſſet, id me eſſe
facturum. Et Balacus: age, in- 27
quit, deducam te in locum alium,
ſi forte Iouæ placebit, vt eos illinc
mihi exſecreris. Tum eum de- 28
duxit in verticem Phegoris, qui
ſpectat ad Ieſimonem. Et Balaa- 29
mus ei mandauit, vt ſibi ſeptem
illic aras exſtrueret, ſeptemque
tauros et totidem arietes pararet.
Id quod fecit Balacus, taurosque et 30
arietes in aris immolauit.

CAPVT XXIIII.

Balaami de populi imperio vaticinium. Regis dolor. Amalechitarum nex. Cenæorum internecio.

QVum autem videret Balaa- 1
mus, Iouæ placere, vt Iſrae-
litas fauſtis ominibus proſe-
queretur: non iam conceſſit, ſicut
ante ſemel atque iterum fecerat, ad
oraculum aucupandum; ſed com- 2
poſito verſus deſerta adſpectu, in-
tentis oculis Iſraelitas intuitus tri-
butim conſidentes, diuinitus ad-
flatus, ſententiam ſuam auſpicatus
eſt in hæc verba: Dicit Balaamus, 3
Beoris filius, dicit homo [k] clauſis
oculis, dicit diuinorum verborum
auditor, qui ab omnipotente præ- 4
ſignificata vidit, * [l] cui lapſo [m] pate-
facti ſunt oculi. Tam pulchra ſunt 5

K 5 taber-

g) innumerabilitatis. h) fortitudine militari. i) Non ſunt, quæ de Iſraelitis dico, vana, qualia ſunt hariolorum; ſed vera, et ſuo tempore comprobanda. k) ſcil. quum angelum ante aſinam non vidit. l) quum aſina ſuccubuit. m) quum vidit angelum.

tabernacula tua, o Iacobee, contu-
6 bernia tua, o Israelita, quam val-
les patentes, quam poſiti apud flu-
uium horti, quam tenſa a Ioua
tabernacula, quam ſitæ propter vn-
7 dam cedri: cuius de ſitula * ſtillabit
aqua, cuius ſemen erit in humore
abundanti, cuiusque rex ſupra Aga-
gum euehetur, eiusque regnum ex-
8 tolletur. Deus eum eduxit ex
Aegypto, robore præditus mono-
cerotio. Conficiet ſibi aduerſantes
gentes, earumque et membra ex-
osſabit; et misſilia perrumpet.
9 Quem leonis, aut leænæ modo ſi-
dentem cubantemque quis excitet?
Qui tibi fauſta optabit, felix: qui
infauſta, infelix.
10 Hic Balaamo iraſcens Balacus,
complosis manibus ſic inquit: ad im-
precandum hoſtibus meis te euoca-
ui, et tu eis iam tertium bene omina-
11 ris? Itaque fuge hinc, eo vnde veni-
ſti. Equidem ſtatueram te honorare:
ſed ſcito te a Ioua honore priuari.
12 Cui Balaamus: quaſi vero, inquit,
non etiam legatis, quos tu ad me mi-
13 ſiſti, dixerim, etiamſi mihi Bala-
cus domum ſuam argento auroque
plenam dedisſet; non posſe me ta-
men Iouæ iniusſu quidquam boni
maliue mea ſponte facere; ſed quæ
mihi mandasſet Ioua, ea me elocu-
14 turum esſe. Atque equidem iam
ad meos concedam: ſed volo ex-
planare tibi, quid ſit olim hic po-
15 pulus tuo populo facturus. Tum
ſententiam exordiens, ſic fatur:
dicit Balaamus, Beoris filius, dicit
16 homo clauſis oculis, dicit diui-
norum verborum auditor, et ſu-
premi conſcius ſcientiæ, qui omni-
potentis præſignificata vidit; * cui
17 lapſo patefacti ſunt oculi. Videbo
eum, ſed non iam: adſpiciam eum,
ſed non mox: proficiſcetur ſtella
ex Iacobo, exſiſtetque ſceptrum ex
Israele, quod et Moabitarum opti-
mates franget, et omnes a Setho
18 prognatos perdomabit, ſubactaque
Idumæa Seir ab hoſtibus ſuis occu-
pabitur, Israelitis fortia patranti-
bus: dominabiturque Iacobides, 1
qui perdat reliquias ciuium.
Deinde Amalechitas intuitus, ſic 2
orſus eſt ſententiam: gentium pri-
mus Amalechita, ad extremum per-
petuo peribit.
Deinde Cenæos intuitus, ſic or- 2
ſus eſt ſententiam: quamuis fortem
ſedem habeas, tibique nidum in
rupe poſueris: erit tamen popu- 2
lationi Cenæus, eo vsque, vt te
Asſyrius captiuum abducat. Tum 2
ſic effari ſententiam exorditur: heu
quis tum viuet, quum hoc efficiet
Deus, quum clasſis ex Cittimo- 2
rum finibus * Asſyrium ſubiget et
Hebrem, qui et ipſe perpetuo peri-
bit? Tum illinc digresſus Balaa- 2
mus, eo vnde venerat, redire con-
tendit: et Balacus quoque ſua via
discesſit.

CAPVT XXV.

Fornicator Israel. Occiſor Phinees. Cum iſto fœdus. In Madianitas Deus.

ISraelitis autem in Cittimo com- 1
morantibus, cœperunt vulgo cum
Moabitarum puellis ſcortari;
a quibus ad deorum ipſarum ſacri- 2
ficia inuitati, iisdem earum diis
epulabantur, et potabant. Atque 3
ita conſuetudinem habuerunt Isra-
elitæ cum Baalphegore. Quare ira-
tus in Israelitas Ioua, Moſi iusſit, 4
vt omnes reipublicæ primates com-
prehenderet, et Iouæ contra ſolem
ſuspenderet, eius in Israelitas iræ
placandæ gratia. Tum Moſes Is- 5
raelitarum iudicibus negotium de-
dit, vt eos ſuorum interficerent, qui
cum Baalphegore conſueti esſent.
Ecce autem quidam Israelitarum 6
ſuperuenit, qui Madianitidem ad
ſuos cognatos adduxit in oculis Mo-
ſis et vniuerſæ Israelitarum mul-
titudinis pro oraculi tabernaculo
flentium. Quod quum vidisſet 7
Phinees Eleazari filius, Aharonis
pontificis nepos: ſurrexit ex me-
dia

lia turba, correptoque iaculo, Iſraelitam illum in proſtibulum conſecutus, ambos transuerberauit, eam Iſraelitam, quam mulierem, per ventrem ipſius mulieris. Quo facto cohibita eſt clades Iſraelitarum: mortuis in ea clade 24000 hominum.

Tum Ioua Moſem ſic eſt adlocutus: Phinees Eleazari filius, Aharonis pontificis nepos, ſuo illo erga me ſtudio, quod in Iſraelitis præſtitit, meam ab eis incandeſcentiam auertit, in causſaque fuit, vt ego eos meo impetu non omnino conficerem. Quamobrem dic, me cum eo pacis inire fœdus, quod ſit et ipſi et eius poſteritati fœdus, perpetui ſacerdotii: quoniam ſui Dei ſtudioſus, numen Iſraelitis propitiauit. Fuit autem ille Iſraelita, qui cum Madianitide occiſus eſt, nomine Zambris, Salu filius, vnius ſimeoniæ familiæ primarius. Mulieris autem Madianitidis, quæ occiſa eſt, nomen erat Cozbis, Suris filiæ, qui apud Madianitas principem locum ſuæ gentis obtinebat. Tum Moſi Ioua præcepit, vt Madianitas hoſtiliter infeſtarent, atque occiderent; quoniam esſent ab eis hoſtili fraude circumuenti in re Phegoris, et in re Cozbis Madianitæ principis filiæ, eorum conſanguineæ, occiſæ, quo die clades fuit propter Phegorem concitata.

CAPVT XXVI.

Populi cenſus ingresſuri Chananæam.

POſt hanc cladem mandauit Ioua Moſi et Eleazaro Aharonis filio pontifici, vt ſummam ſubducerent omnis Iſraelitarum multitudinis, eorum qui viceſimum annum excederent, per familias, quicumque Iſraelitarum arma ferre posſent.

Itaque eos recenſuerunt Moſes et Eleazarus pontifex in campo moabitico ad Iordanem hierichuntium: qui quidem annum 4
viceſimum excesſerant, quemadmodum Moſi Ioua præceperat. Ac 5
Iſraelitarum quidem, qui ex Aegypto emigrarunt, Rubenis Iſraelis
primogeniti filii fuerunt, Henochus
auctor gentilitatis Henochiorum,
Phallus, Phalluiorum, Heſron 6
Heſroniorum, Carmis Carmiorum.
Hæ ſunt Rubenenſium gentilita- 7
tes, quorum recenſiti ſunt quadraginta tria millia ſeptingenti triginta.
Phallu autem filius fuit 8
Eliabus. Eliabi porro Namuel, 9
Dathan et Abiramus: qui Dathan
et Abiramus fuerunt ex concionalibus in ſeditione, qua grex illa
Coræ in Moſem et Aharonem, et
porro in Iouam conſpirauit, terraque hiatu patefacta hauſti ſunt:
quum quidem Cora in illorum 10
cœtu mortuus eſt, quos ducentos
quinquaginta ignis abſumſit, vt esſent exemplo, quum tamen Coræ 11
filii non ſunt mortui.

A Simeonis filiis gentilitates 12
ſunt, a Namuele Namuelina, a
Iamine Iaminia, a Iachine Iachinia, a Zara Zarana, a Saulo 13
Saulina: quarum Simeoniarum 14
gentilitatum fuerunt viginti duo
millia ducenti. A Gadi filiis gen- 15
tilitates ſunt, a Sephone Sephonia, ab Haggi Haggia, a Suni Sunia, ab Ozni Oznia, ab Eri 16
Eria, ab Arodo Arodonia, ab 17
Arieli Arielia. Harum ex Gado 18
gentilitatum in cenſum venerunt
quadraginta millia quingenti. Iu- 19
dæ filii fuerunt, Er et Onan: ſed hi
quidem in Chananæa mortui ſunt.
A quibus autem Iudæ filiis ortæ 20
ſunt gentilitates, hi ſunt. Sela, a
quo Selana: Phares, a quo Phareſia: Zara, a quo Zarana. Pharis 21
porro filii fuerunt: Heſron, a quo
Heſronia: Hamul, a quo Hamulia.
Harum Iudæ gentilitatum recenſiti 22
ſunt ſeptuaginta ſex millia quingenti.

Ab Isſacharis filiis gentilitates 23
ſunt,

ſunt, a Thola Tholana, a Phua
24 Phuana, a Iaſubo Iaſubina, a
25 Simbrone Simbronia: quarum
Isſacharis gentilitatum recenſiti
ſunt ſexaginta quatuor millia tre-
26 centi. A Zabulonis filiis gentili-
tates ſunt, a Saredo Saredina, ab
Elone Elonia, a Ialele Ialelina.
27 Harum ex Zabulone gentilitatum
recenſiti ſunt ſexaginta millia quin-
28 genti. Ioſephi filii, a quibus du-
ctæ ſunt gentilitates, fuerunt Manas-
ſes et Ephraimus.
29 Manasſis filii, Machir, a quo
Machiriana. Porro Machir genu-
it Galaadum, a quo Galaadina.
30 Galaadi filii fuerunt, Ieſer, a quo
Ieſerina: Helecus, a quo Hele-
31 cia: Aſriel, a quo Aſrielina: Se-
chemus, a quo Sechemia: Semi-
32 da, a quo Semidana: Hepher,
33 a quo Hepheriana. Salphaadus
autem Hephris filius non habuit fi-
lios, ſed filias, quarum nomina ſunt,
Maala, Noa, Hegla, Melca et Ther-
34 ſa. Harum Manasſis gentilitatum
recenſiti ſunt quinquaginta duo
millia ſeptingenti.
35 Ab Ephraimi filiis ſunt gentili-
tates, a Suthala Suthalana, a Be-
chre Becheriana, a Thaane Tha-
36 ania. Suthalæ porro filius fuit
37 Eran, a quo Erania. Harum ex
Ephraimi filiis gentilitatum re-
cenſiti ſunt triginta duo millia
quingenti. Et hi quidem fue-
runt Ioſephi filii, a quibus ductæ
ſunt gentilitates.
38 A Beniaminis filiis gentilitates
ſunt, a Bala Balana, ab Azbele
Azbelina, ab Achiramo Achira-
39 mina, a Suphamo Suphamina,
40 ab Huphamo Huphamina. Por-
ro Balæ filii fuerunt, Ardes et
Naaman: ab illo Ardiana, ab hoc
41 Naamania. Harum a Beniaminis
filiis gentilitatum recenſiti ſunt
quadraginta quinque millia ſex-
centi.
42 A Danis filiis gentilitates ſunt,
43 a Suhamo Suhamina. Hæ ſunt
Daniæ gentilitates in familias di-
ſtinctæ. Omnium a Suhamo gen- 44
tilitatum recenſiti ſunt ſexaginta
quatuor millia quadringenti. Ab 45
Aſeris filiis gentilitates ſunt, a Iem-
na Iemnana, a Iesſui Iesſuiana, a
Bria Briana. A Briæ filiis, ab He- 46
bre Heberiana, a Malciele Malcie-
lina. Habuit autem filiam Aſer no-
mine Saram. Harum ab Aſeris 47
filiis gentilitatum recenſiti ſunt
quinquaginta tria millia quadrin-
genti.
A Nephthalis filiis gentilitates 48
ſunt, a Iesſiele Iesſielina, a Gu-
ni Guniana, a Ieſere Ieſeriana, 49
a Sellemo Sellemina. Harum 50
Nephthalienſium gentilitatum re-
cenſiti ſunt quadraginta quinque
millia quadringenti. Summa re- 51
cenſitorum Iſraelitarum eſt ſexcen-
ta millia mille ſeptingenti triginta.
His præcepit Ioua Moſi, vt terræ 52
posſesſio pro capitum numero ita
diuideretur. vt quanto quique 53
vel plures esſent, vel pauciores,
tanto vel plus vel minus poſside-
rent, pro ratione recenſitorum dis-
tributis posſesſionibus: ita ta- 54
men, vt ſorte terra diuideretur, ex
qua ſorte tribules, prout vel ma-
gno vel paruo numero esſent, pos-
ſesſiones ſortirentur. Leuitarum 55
autem gentilitates recenſitæ ſunt,
a Gerſone Gerſonia, a Cahatho 56
Cahathina, a Merari Merarina.
Hæ ſunt Leuiticæ gentilitates, Lib- 57
nia, Hebronia, Moolia, Muſia, Co-
reia. Cahathus autem genuit Am-
ramum. Is Amramus vxorem 58
habuit nomine Iochabedam, Leuis
filiam, ei in Aegypto natam: a qua
Iochabeda Moſem, Aharonem et
eorum ſororem Mariam ſuſtulit.
Aharoni nati ſunt Nadabus, Abius, 59
Eleazarus et Ithamarus. Sed 60
mortui ſunt Nadabus et Abius,
quum Iouæ alieno igne libarent.
Horum cenſa ſunt viginti tria mil- 61
lia, omnium marium qui menſem
excesſisſent. Neque enim cenſi ſunt
inter

inter Israelitas: vtpote inter quos
2 poſſeſſiones non ſunt ſortiti. At-
que hic quidem eſt Israelitarum
cenſus a Moſe et Eleazaro pontifice
habitus in campo moabitico, apud
3 Iordanem hierichuntium, in
quibus nemo fuit eorum, qui a Mo-
ſe et Aharone ſacerdote cenſi fue-
rant, quum in deſertis Sinæ Israe-
4 litas cenſuerunt: quoniam decre-
uerat Ioua, illos eſſe in ſolitudine
morituros, neque eorum quem-
quam ſuperfuturum, exceptis Ca-
lebo Iephonis, et Ioſua Nunis
filio.

CAPVT XXVII.

De hereditatibus leges. Indicata Moſi terra. Ioſua produx.

1 TVm filiæ Salphaadi, filii He-
phris, filii Galaadi, filii Ma-
chiris, filii Manaſſis, de Ma-
naſſis Ioſephi filii gentilitate: qua-
rum filiarum nomina ſunt Maala,
Noa, Hegla, Melcha, et Therſa:
2 hæ, inquam, Moſem et Eleazarum
pontificem, principesque, et omnem
multitudinem pro oraculi taberna-
3 culo conuenerunt, oſtenderunt-
que, patrem ſuum mortuum eſſe in
ſolitudine, neque tamen in eorum
numero fuiſſe, qui in Coræ grege
contra Iouam coiuiſſent: *) ſed ob
ſuum peccatum mortuum eſſe, ne-
4 que filios habuiſſe. Quapropter
ne ſui illius patris nomen de ſua
gente tolleretur, quoniam filium
nullum haberet: petere, vt ſibi in-
ter conſanguineos ſui patris dare-
5 tur poſſeſſio. Harum cauſſam
quum ad Iouam retuliſſet Moſes:
6 ſic Ioua retulit: recte dicunt Sal-
7 phaadi filiæ. Dato eis heredita-
tis poſſeſſionem inter patris ſui
conſanguineos, et ad eas heredita-
8 tem paternam transferto. Tum
Israelitas admoneto, vt ſi quis ſine
filio moriatur, eius hereditatem ad
9 filiam traducant. Quod ſi filiam
non habeat; hereditatem dent eius
fratribus. Si neque fratres ha- 10
beat; eius patris fratribus dent he-
reditatem. Quod ſi ne patris qui- 11
dem fratres ſint; dent hereditatem
ei, qui de eius gente ad eum pro-
pinquitate proxime accedet, isque
eam adito. Atque hoc iuris inſti-
tutum Israelitæ tenento, ſicut Moſi
Ioua præcepit. Item Moſi Ioua 12
dixit: adſcende in montem iſtum
Abarim, terram adſpecturus, quam
Israelitis dono; eaque adſpecta 13
ad tuos tu quoque conceſſurus, vt
conceſſit Aharon frater tuus:
quatenus mihi non morigeri fui- 14
ſtis in ſolitudine Sinæ, in multitu-
dinis iurgio, quum quidem me non
ſatis auguſte in aqua decoraſtis
in eorum oculis: aquam dico iur-
gii in Cade, in deſerto Sinæ. Tum 15
Moſes ita Iouæ dixit: præfice, o 16
Ioua, omnium animalium anima-
tor, hominem aliquem reipublicæ,
qui et proficiſcentibus et redeun- 17
tibus præeat, qui et educat et redu-
cat: ne ſit Iouæ multitudo ſimilis
ouium paſtore carentium. Cui 18
Ioua: adhibe Ioſuam, inquit, Nu-
nis filium, hominem cordatum, ei-
que manum tuam imponito, et 19
eum coram Eleazaro pontifice, co-
ramque omni multitudine ſiſtito,
eique in eorum oculis præcipito, *
et de tua auctoritate impertito, vt 20
ei obediat omnis Israelitarum ci-
uitas. Atque ipſe apud Eleazarum 21
pontificem adeſto, qui pro eo ritu
CLARITATIS a Ioua oraculum
ſciſcitetur, ex cuius præſcripto i-
pſe vna cum omnibus Israelitis o-
mnique multitudine, et vadat et
redeat. Ergo Moſes fecit, ſicut 22
Ioua ei iusſit, Ioſuamque adhibuit,
et coram Eleazaro pontifice, omni-
que multitudine ſtitit; eique 23
manibus impoſitis, præcepta dedit,
quemadmodum Ioua per Moſem
præceperat.

CAPVT

*) ſcil, inter eos, qui illis XL annis perierunt.

CAPVT XXVIII.

Offerenda quæ, quo tempore, quotidie, ſabbato, calendis, primitiarum die.

1 ITem Moſem Ioua adfatus eſt in
2 hæc verba: præcipe Iſraelitis,
vt mihi rei diuinæ dapale munus
ſuo tempore curent offerendum,
ad me odore deliniendum:
3 atque apud eos ita disſere: huiuſmodi
rem diuinam Iouæ facietis:
agnos anniculos integros binos
quotidie iugi ſolido ſacrificio:
4 quorum alterum mane, alterum ve-
5 ſpere facitote, cum ſimilæ ephi
decima parte ad fertum, ſubactæ
in quarta parte hinis olei expreſſi,
6 perpetuo, inquam, ſolido ſacrificio,
quale factum eſt in monte Sina, cuius
rei diuinæ odore Ioua delecte-
7 tur: cumque libandi vini quarta
hinis in ſingulos agnos, vt in ſacro
8 temetum Ioua libetur. Alter autem
agnus fiat in veſpera, cum eodem
et ferto et libando vino, quo
mane, cuius rei diuinæ odore Ioua
deliniatur.

9 At die ſabbati duo agni anniculi
integri, cum ferto duarum
decimarum ſimilæ in oleo depſitæ,
cumque eius vino libando.
10 Quod quidem ſolidum ſacrificium
ſabbaticum ſingulis ſabbatis fiat,
præter ſolidum ſacrificium perpetuum,
eiuſque libandum vinum.

11 Principiis autem menſium veſtrorum
ſolidum ſacrificium Iouæ obmouetote,
tauros bouillos duos,
et arietem vnum, et agnos annicu-
12 los ſeptem integros, et fertum
trium ſimilæ decimarum in oleo
depſitæ in taurum vnum, et fertum
duarum decimarum ſimilæ in oleo
13 ſubactæ ad arietem vnum, et
fertum ſingularum decimarum ſimilæ
in oleo depſitæ ad ſingulos
agnos: cuius ſolidi ſacrificii rei di-
14 uinæ odore Ioua delectetur. Eorum
autem vini libatio eſto: in
tauros ſingulos vini hinis dimidium,
in arietem tertia pars hinis,
in agnos ſingulos hinis quarta pars.
Atque huiuſmodi eſto menſtruale 15
ſolidum ſacrificium, ſingulis anni
menſibus faciendum. Fiat item 16
Iouæ caper caprinus vnus piacularis,
cum ſua vini libatione, præter
ſolidum ſacrificium perpetuum.

Primi autem menſis die decimo 17
quarto Iouæ paſcha eſt. Eiuſdem 18
menſis die decimo quinto feſtum
eſt: ſeptem diebus azymis veſcuntor,
quorum dierum primo die
conuentus ſacer habetur; nullum
opus operarium facitote. Ac Io- 19
uæ ſolidi ſacrificii rem diuinam
obmouetote, ſcilicet tauros bouillos
duos, arietem vnum, agnos anniculos
integros ſeptem, vna cum
eorum ferto ſimilæ in oleo ſubactæ,
cuius tres decimas ad tau- 20
ros ſingulos, duas autem ad arietem
adhibebitis, et ad ſingulos ſeptem
agnorum ſingulas. Tum caprum 21
vnum piacularem ad ſupplicandum
pro vobis. Atque hæc præter ſo- 22
lidum ſacrificium matutinum, quod
eſt perpetuum, facitote, idque 23
ſingulis ſeptem dierum (cuius dapalis
rei diuinæ odore Ioua delectetur)
præter ſolidum ſacrificium
perpetuum fiat, cum ſua vini
libatione. Septimo autem die ſa- 24
crum conuentum habetote, nullum
laboris opus facitote.

Item die primitiuorum, quum 25
Iouæ fertum nouum libabitis,
ſeptimanis veſtris conuentum ſacrum
habetote, nullum laboris opus
facitote. Ad ſolidum ſacri- 26
ficium ad Iouam odore ſuaui delectandum
obmouetote tauros bouillos
duos, arietem vnum, agnos
ſeptem anniculos, tum eo- 27
rum fertum, ſimilam in oleo ſubactam,
tres decimas in vnum tau- 28
rum, duas in arietem, ſingulas in ſeptem
agnos; caprum vnum ca- 29
prinum, ad ſupplicandum pro vobis:
quæ quidem cum ſua vini 30
libatione integra facitote, præter
ſolidum ſacrificium perpetuum eiuſque
fertum.

CAPVT XXIX.

Offerenda ſeptimi menſis calendis, die II. III. IIII. V. VI. VII. VIII.

1 MEnſis autem ſeptimi die pri-
ma conuentum ſacrum habe-
tote; nullum laboris opus fa-
citote: diem clangoris habetote;
2 et ſolidum ſacrificium, ad Iouam
odore ſuaui delectandum, facitote,
taurum bouillum vnum, arietem
vnum, agnos anniculos ſeptem in-
3 tegros, cum eorum ferto ſimilæ
in oleo depſitæ, tribus decimis in
taurum, duabus in arietem, ſingulis
4 in ſingulos ſeptem agnos. Tum
caprum caprinum vnum piacula-
rem ad ſupplicandum pro vobis,
5 præter ſolidum ſacrificium men-
ſtrnale eiusque fertum, et ſolidum
ſacrificium perpetuum eiusque fer-
tum, et eorum vini libationem,
quæ ritu ſuo fiant: cuius rei diui-
næ odore Ioua deliniatur. Deci-
mo autem die iſtius menſis ſeptimi
conuentum ſacrum habetote, et ie-
iunatote, neque vllum opus facitote,
et Iouæ ſolidum ſacrificium ad odo-
ris ſuauitatem obmouetote, taurum
bouillum vnum, arietem vnum, a-
gnos anniculos ſeptem, eosque inte-
gros, cum eorum ferto ſimilæ
in oleo ſubactæ, tribus decimis in
taurum, duabus in arietem, ſingulis
in ſeptem agnos: caprum capri-
num vnum piacularem, præter pro-
pitiatorium piaculum, et ſoli-
dum ſacrificium perpetuum eius-
que fertum et eorum vini libatio-
nem.

Item decimo quinto die men-
ſis ſeptimi conuentum ſacrum a-
gitote; nullum opus operarium
facitote, feſtumque Iouæ ſeptem
dies agitote, et rei diuinæ ſoli-
dum ſacrificium Iouæ ad odoris ſua-
uitatem obmouetote, tauros bouil-
los tredecim, arietes duos, agnos
anniculos quatuordecim, quæ qui-
dem integra ſint, cum eorum
ferto ſimilæ in oleo ſubactæ, trinis
decimis in tredecim tauros, binis
in arietes, ſingulis in ſingulos agno-
rum quatuordecim. Tum ca- 15
prum caprinum vnum piacularem,
præter ſolidum ſacrificium perpe-
tuum cum ſuo ferto, et vini libatio-
ne. Secundo autem die tauros 16
bouillos duodecim, arietes duos, a-
gnos anniculos quatuordecim in-
tegros, cum eorum ferto, et vi- 17
ni libatione in tauros, in arietes, et
in agnos, pro eorum numero, vt fert
eorum ritus. Tum caprum ca- 18
prinum vnum piacularem, præter
ſolidum ſacrificium perpetuum
eiusque fertum, et eorum vini li-
bationem. Tertio die tauros vn- 19
decim, arietes duos, agnos annicu-
los quatuordecim integros cum eo-
rum ferto, et libando vino in tau-
ros, in arietes, et in agnos pro eo-
rum numero, vt ritus poſtulat.
Tum caprum piacularem vnum, 20
præter ſolidum ſacrificium perpe-
tuum, eiusque fertum, et vini liba-
tionem. Die quarto tauros de- 21
cem, arietes duos, agnos anniculos
quatuordecim integros, cum eo- 22
rum ferto, et vino libando in tau-
ros, in arietes, et in agnos, pro eo-
rum numero atque ritu. Tum 23
caprum caprinum vnum piacula-
rem, præter ſolidum ſacrificium
perpetuum, eiusque fertum, et li-
bandum vinum. Die quinto tau- 24
ros nouem, arietes duos, agnos an-
niculos quatuordecim integros,
cum eorum ferto, et libando vino
in tauros, in arietes, et in agnos, pro 25
eorum numero atque ritu. Tum 26
caprum piacularem vnum, præter
ſolidum ſacrificium perpetuum, e-
iusque fertum, et vini libationem.
Die ſexto tauros octo, arietes duos, 27
agnos anniculos quatuordecim in-
tegros, cum eorum ferto, et li- 28
bando vino ad tauros, ad arietes, et
agnos, pro eorum numero atque
ritu. Tum caprum piacularem 29
vnum, præter ſolidum ſacrificium
perpetuum, cum eius ferto, et vini
liba-

30 libatione. Septimo die tauros
ſeptem, arietes duos, agnos annicu-
31 los quatuordecim integros, cum
eorum ferto, et vini libamentis in
tauros, in arietes, et in agnos, pro
32 eorum numero atque ritu. Item
caprum piacularem vnum, præter
ſolidum ſacrificium perpetuum, e-
iusque fertum, et vini libamen.
33 Octauo autem die ferias habetote,
34 nullum opus laboris facitote, ac
rei diuinæ ſolidum ſacrificium Io-
uæ ad odoris ſuauitatem obmoue-
35 tote, taurum vnum, arietem v-
num, agnos anniculos ſeptem inte-
gros, cum eorum ferto, et vini liba-
mentis in taurum, in arietem, in
agnos, pro eorum numero atque
36 ritu. Tum caprum piacularem
vnum, præter ſolidum ſacrificium
perpetuum, eiusque fertum, et vini
37 libamentum. Hæc Iouæ facitote
38 in ſolemnitatibus veſtris, præter
vota veſtra et voluntaria munera in
veſtris ſolidis ſacrificiis, in fertis, in
vini libamentis, et in ſacrificiis pro
39 ſalute. Hæc omnia Moſes Israe-
litis expoſuit, ſicut ei Ioua ius-
ſerat.

CAPVT XXX.

Vota. Vouens puella, nupta, vidua.

ITem apud Israelitarum tribuum
1 primores locutus eſt Moſes in
hunc modum, hanc rem præ-
2 cipit Ioua: vir ſi votum Io-
3 uæ nuncupauerit, aut ſe iure-
iurando obſtrinxerit: fidem ne
frangito, ſed quidquid ore pro-
tulit, præſtato.

Mulier autem ſi votum Iouæ
4 nuncupaverit, ſeque religione ob-
ſtrinxerit in domo paterna, in pue-
ritia; ſi pater, audito eius voto et
5 religione, qua ſe ipſa obſtrinxit,
nihil ei obſtiterit: eius vota omnia
et religio, qua ipſa ſe obſtrinxit, rata
6 ſunto. Sin autem, eo audito
pater eam prohibuerit: omnia eius
vota et religio, qua ſe ipſa obſtrin-
xit, irrita ſunto *, Ioua ei ignoſcet;
vtpote a patre prohibitæ. Quod 7
ſi virum habens vota ſusceperit, aut
aliquo temere prolato ſeſe obſtrin-
xerit: ſi vir, eo audito, nihil ei 8
reſtiterit: eius vota et religio, qua
ipſa ſe obſtrinxit, rata ſunto. Sin 9
autem vir, re audita, prohibuerit:
exſoluet votum ab illa ſusceptum et
temere pronuntiatum, quo illa ſe
obſtrinxit, illique Ioua ignoſcet.
At viduæ aut repudiatæ votum, quo- 1
cumque ipſa ſe obſtrinxerit, ratum
eſto. Sin autem domi viri ſui vo- 1
uerit, aut ſe iurisiurandi religione
obſtrinxerit; ſi vir eius rem au- 1
ditam ſilentio tulerit, neque pro-
hibuerit: tum omnia illius vota,
omnisque, qua ſeſe obſtrinxit, reli-
gio, rata ſunto. Sin vir rem au- 1
ditam disſoluerit: tum quidquid
illa vouendo ſeque obſtringendo
pronuntiauerit, irritum eſto; vt-
pote a viro disſolutum, et illi a Io-
ua ignoſcendum. Omne votum, 1
omnemque iurati ieiunii religio-
nem, vir eius vel ratam vel irritam
faciet. Qui ſi indies nihil contra- 1
dixerit: omnia illius vota, omnem-
que, qua illa obſtricta eſt, religio-
nem confirmabit, ratamque faciet:
quoniam rem auditam ſilentio tu-
lerit. Sin ea a) poſtea disſoluerit, 1
quam audiuerit: illius culpam ſus-
tinebit.

Atquæ hæc quidem ſunt inſti- 1
tuta, quæ Moſi Ioua præcepit in-
ter virum et vxorem, interque
patrem et filiam adhuc puellam, et
contubernalem patris.

CAPVT XXXI.

Madianitarum clades. Incenſa oppida. Balaami nex et mulierum. Virginum vita. Prædæ distributio, magnitudo. Victorum gratitudo.

ITem Moſi Ioua mandauit, vt 1
Madianitas Israelitarum nomine 2
vlciſceretur, poſtea ad ſuos
popu-

a) non ſtatim ſed quum iam in ſilentio comprobasſet.

populares conceſſurus. Itaque
præcepit Moſes populo, vt delectum
haberent militum ſuorum, qui Ma-
dianitas inuaderent, et ab eis Iouæ
pœnas expeterent; vtque ex o-
mnibus Iſraelitarum tribubus mil-
lenos in eam expeditionem mitte-
rent. Ita delecti ſunt ex Iſrael ta-
rum copiis, ex ſingulis tribubus
mille, id eſt, duodecim millia ad
militiam inſtructi, quos Moſes
in expeditionem miſit vna cum
Phinee, Eleazari pontificis filio, ſa-
cra tela, tubaſque ad clangendum
ſecum ferente. Hi ergo Madia-
nitas, vt Moſi Ioua iuſſerat, adorti,
omnes mares interfecerunt. Ma-
dianitarum quoque reges in pro-
miſcua illorum cæde peremerunt,
videlicet Euim, Recemum, Surem,
Hurem et Rebam, quinque Madia-
nitarum reges. Balaamum etiam,
Beoris filium, ferro trucidarunt,
et Madianitarum mulieres atque
paruulos captiuos ceperunt, omni-
buſque eorum pecoribus, facultati-
bus, copiis direptis, omnibus, in
quibus illi habitabant, oppidis ca-
ſtelliſque incenſis, omnia ſpolia, o-
mnemque, qua hominum, qua pe-
coris prædam ceperunt; capti-
uoſque et prædam illam atque ſpo-
lia Moſi et Eleazaro pontifici et Iſ-
raelitarum multitudini ad caſtra
adduxerunt, in campum moabi-
ticum, qui eſt apud Iordanem hie-
richuntium. Quibus, quum Mo-
ſes et Eleazarus pontifex, omneſ-
que reipublicæ primores obuiam
extra caſtra proceſſiſſent: ſuccen-
ſuit Moſes militum præfectis, tri-
bunis et centurionibus ab expedi-
tione venientibus. Itane vero
(inquit) conſeruaſtis omnes femi-
nas? At iſtæ ipſæ Iſraelitas, aucto-
re Balaamo, induxerunt ad offen-
dendum Iouam in re Phegoris, vn-
de clades in Iouæ ciuitate nata eſt.
Quamobrem interficite omnes ma-
res impuberes, omneſque mu-
lieres, quæ viri notitiam concubitu
habuerunt. Omnes autem femi- 18
nas impuberes marium coniunctio-
nis ignaras vobis conſeruate. Vos 19
autem extra caſtra ſeptem dies ma-
nete: ac quicumque cædem feciſtis
aut occiſum tetigiſtis, expiamini
tertio die atque ſeptimo, nec non
captiuæ veſtræ. Omnem etiam 20
veſtem, omnem pelliceam ſupelle-
ctilem, omnia ex caprinis pellibus
facta, omneque ligneum inſtru-
mentum expiate.

Tum Eleazarus pontifex ad 21
milites, qui ad bellum iuerant,
ita locutus eſt: hoc eſt legis inſti-
tutum, Moſi a Ioua præceptæ:
aurum quidem, et argentum, et 22
æs, et ferrum, et ſtannum, et
plumbum, quidquid denique 23
fert ignem, igne adhibito purifica-
te, idque aqua luſtrali expietur.
Quidquid autem non fert ignem, 24
id in aquam immittite, lotiſque ve-
ſtris die ſeptimo veſtimentis, mundi
eſtote, et tum demum in caſtra ve-
nitote.

Deinde Moſi Ioua mandauit, 25
vt vna cum Eleazaro pontifice et
principibus familiarum ciuitatis
ſummam captiuorum ſubduceret,
tum hominum, tum pecorum,
prædamque inter eos, qui in mi- 26
litiam profecti, bellum geſſe-
rant, interque reliquam omnem
multitudinem diuideret, et Iouæ 27
manubias a militibus in bellum
profectis exciperet, videlicet a- 28
nimal vnum de quingentis, ſiue
homines eſſent, ſiue boues, ſiue
aſini, ſiue oues aut capræ; deque 29
eorum media parte deſumeret,
quod Eleazaro pontifici Iouæ rece-
ptitium daret. At mediæ partis 30
reliquorum Iſraelitarum partem
quinquageſimam ſumeret homi-
num, boum, aſinorum, ouium, ca-
prarum, omnium denique be- 31
ſtiarum, quam Leuitis tabernaculi
Iouæ curam gerentibus daret.

Idque fecit Moſes et Eleazarus 32
pontifex, ſicut Moſi Ioua præceperat.

33 Fuerunt autem capta, præter ea,
quæ diripuere milites, balantum
ſexcenta ſeptuaginta quinque mil-
lia, boum ſeptuaginta duo millia,
aſinorum vnum et ſexaginta millia.
34 Hominum autem, mulieres virilis
concubitus neſciæ, fuerunt omnino
35 triginta duo millia. Atque ho-
rum dimidium, id eſt, eorum pars,
qui in expeditionem exierant, fuit
balantum trecenta triginta ſeptem
36 millia quingentæ: ex quibus Io-
uæ manubiarum nomine ceſſerunt
ſexcentæ ſeptuaginta quinque.
37 Boum autem fuere ſex et triginta
millia, quorum Iouæ ceſſerunt ſe-
38 ptuaginta duo. Aſinorum fue-
runt triginta millia quingenti, quo-
rum Iouæ ceſſerunt vnus et ſexa-
39 ginta. Hominum autem millia
ſexdecim, quorum Iouæ ceſſerunt
40 triginta duo. Ac partem quidem
Iouæ exceptam Moſes Iouæ iuſſu
41 dedit Eleazaro pontifici. Item-
que alterius dimidiæ partis, id eſt
partis multitudinis reliquorum Iſ-
42 raelitarum, quam Moſes a militi-
bus diuiſerat, fuerunt balantum tre-
centa triginta ſeptem millia quin-
43 gentæ: boum triginta ſex millia:
aſinorum triginta millia quingen-
44 ti: hominum ſexdecim millia.
45 Atque huius dimidiæ partis Iſrae-
litarum deſumſit Moſes quinqua-
geſimum quemque tum hominum
46 tum pecorum, quos Leuitis de-
dit, tabernaculi Iouæ curam geren-
tibus, ſicut ipſi Ioua præceperat.
47 Tum copiarum exercitus præfe-
cti, tribuni et centuriones Moſem
48 conuenerunt, eique demonſtra-
runt, ſeſe commiſſos ſibi milites re-
cenſuiſſe, nullumque omnino deſi-
49 deratum eſſe: quamobrem vel-
le ſe Iouæ munera ex his, quæ cui-
50 que ſuppeterent, libare, orna-
menta aurea, periſcelides, armil-
las, annulos, inaures et torques,
51 vt ita Iouam ſibi propitiarent. Ita-
que accepit Moſes et Eleazarus
pontifex ab illis aurum, (quæ omnia
erant ornamenta auro facta) cu- 5
ius exceptitii auri ab illis tribu-
nis et centurionibus Iouæ excepti
ſumma fuit ſiclorum ſexdecim
millium ſeptingentorum quin-
quaginta, quæ milites ſibi diri-
puerant; quod aurum Moſes 5
et Eleazarus pontifex a tribunis et
centurionibus acceptum in oraculi
tabernaculum intulerunt, Iſrae- 5
litarum monumentum apud Iouam
futurum.

CAPVT XXXII.

Rubenitarum et Gaditarum poſtulata, per Moſem incuſatio, eorumdem promiſſa. Illorum ditiones. Amorrhæi per Manaſſem cædes.

HAbebant autem Rubenitæ et 1
Gadini permagnum nume-
rum pecorum; quumque a-
nimaduerterent Iazeris et galaadi-
ticæ terræ ſolum eſſe pecori ac-
commodum: ad Moſem et Elea- 2
zarum pontificem et ciuitatis prin-
cipes veniunt, et apud eos ita lo-
quuntur: Atarotha, Dibonem, Ia- 3
zer, Nemram, Heſebonem, Eleale,
Sabamam, Nabonem et Beonem,
quas Ioua terras Iſraelitarum ciui- 4
tati ſubegiſſet, terras eſſe pecori
aptas: ſe autem habere pecus. Ita- 5
que petere ſe, vt ſi qua eſſet ipſorum
apud eum gratia, illa terra ſibi con-
cederetur poſſidenda, ne ab eo Ior-
danem traducerentur. Quibus 6
Moſes reſpondit in hunc modum:
ſcilicet conſanguinei veſtri milita-
bunt, et vos hic deſidebitis? Cur- 7
nam Iſraelitarum animos ab adeun-
da terra eis a Ioua data deterretis?
Sic fecerunt patres veſtri, quum ego 8
eos a Gadesbarnea ad ſpeculandam
terram dimiſi: qui, quum ad flu- 9
uium Eſcolem adſcendiſſent, ex-
ploratis illis finibus, deinde animos
Iſraelitarum ab adeunda terra, eis
a Ioua data, deterruerunt. Qua 10
re tum iratus Ioua, iurauit homines
illos ex Aegypto egreſſos, qui mo-
do viceſimum annum exceſſiſſent,
non

non viſuros esſe terram, quam
Abrahamo, Iſaaco et Iacobo iura-
uisſet; quoniam ſuum ei officium
non præſtitisſent: exceptis Ca-
lebo, Iephonis filio, Cenezeo, et
Ioſua Nunis filio, qui ſuo erga Io-
uam functi esſent officio. Itaque
iratus Ioua in Israelitas, eos per
ſolitudinem vltro citroque ducta-
uit annis quadraginta, donec tan-
dem conſumtum eſt totum illud
eorum genus, a quibus erat offen-
ſus. Et ecce vos exſtitiſtis pro
patribus veſtris, additamentum ho-
minum improborum, vt Iouæ ira
in Israelitas incremento augeatur.
Nam ſi ab eo deficietis, remorabi-
tur eos in ſolitudine diutius, atque
ita vos totum hunc populum per-
dideritis. Tum illi ad eum acce-
dunt, et ſic loquuntur: nos hic et
caulas pecoribus, et oppida paruu-
lis noſtris ædificabimus: ipſi au-
tem in armis erimus ante Israelitas
expediti, donec ſuum eos in locum
perduxerimus, (paruulis noſtris
interea manentibus in oppidis mu-
nitis, vt tuti ſint ab incolis) non
prius domum redituri, quam Israe-
litæ in ſuam quisque hereditatem
venerint. Neque enim posſesſio-
nem cum eis trans Iordanem adi-
bimus: quum ea nobis obuenerit
cis Iordanem ad orientem. Qui-
bus Moſes: ſi iſtud facietis, inquit,
ſi ad bellum parati eritis in Iouæ
conſpectu, Iordanemque armati
omnes in eiusdem Iouæ conſpectu
traiicietis, tum demum redituri,
quum ille hoſtibus ſuis a ſe euerſis
terram illam perdomuerit? eritis
et apud Iouam et apud Israelitas
innocentes, atque huius terræ pos-
ſesſionem in Iouæ conſpectu habe-
bitis. Sin autem non ita feceritis:
ſcitote, vos in Iouam peccare, ve-
ſtrique peccati pœnas daturos esſe.
Aedificate ſane paruulis veſtris op-
pida, et pecudibus caulas, et ſtate
promisſis. Cui illi: nos tuis
iusſis obtemperabimus, domine.

Paruuli noſtri, mulieres, pecora 26
et iumenta omnia hic erunt in op-
pidis galaaditicis: nos autem o- 27
mnes ad militiam parati, ad bellum
coram Ioua proficiſcemur, quem-
admodum tu dicis, domine. Tum 28
Moſes Eleazaro pontifici, et Ioſuæ
Nunis filio, et familiarum principi-
bus israeliticarum tribuum, præ-
cepit ſuper illis in hunc modum:
ſi vobiſcum traiecerint Gadini et 29
Rubenitæ Iordanem, armati omnes
ad bellum in Iouæ conſpectu, et
vobis ſubacta fuerit terra illa: tum
eis galaaditicum agrum datote pos-
ſidendum. Sin autem vobiscum 30
armati non traiecerint: posſesſio-
nem inter vos ſortiantur in Chana-
næa. Cui Gadini et Rubenitæ ita 31
reſponderunt; vt nobis Ioua præ-
cipit, ita faciemus. Nos armati 32
coram Ioua in Chananæam traii-
ciemus, et patrimonii noſtri posſes-
ſionem cis Iordanem retinebimus.

Ita dedit eis Moſes, videlicet Ga- 33
dinis, Rubenitis, et dimidiæ tribui
Manasſis, Ioſephi filii, regna Seho-
nis Amorræorum, et Ogi Baſanæ
regum, ſcilicet terram cum ſuis
oppidis, quam longe lateque eorum
fines patebant. Igitur inſtaura- 34
runt Gadini Dibonem, Atarotha,
Aroer, Atrotha, Sophanem, Iazer, 35
Iogbaam, Bethnemram, et Betha- 36
ranem, oppida munita, et pecudum
caulas. Rubenitæ autem, Heſebo- 37
nem, Eleale, Cariathaim, Nabo- 38
nem, Baalmeonem mutato nomine,
et Sabamam, quibus a ſe inſtauratis
oppidis impoſuere nomina. At 39
Machiris filii a Manasſe progeniti,
Galaadum adorti ceperunt, Amor-
ræosque incolas expulerunt. Itaque 40
Machiri Manasſe prognato, Galaa-
ditidem Moſes dedit habitandam.
Iair item Manasſe natus, eorum 41
vicos adgresſus expugnauit, et Iairi
vicos nominauit. Noba etiam 42
Canathani eiusque municipia ex-
pugnauit, eamque Nobam a ſe de-
nominauit.

CAPVT XXXIII.

Populi manſiones. In Chananæos Ioua.

1 SEquitur iam de itineribus, quæ
Iſraelitæ ex Aegypto cum ſuis
copiis egresſi ductu Moſis et
2 Aharonis fecerunt: quæ quidem
itinera et profectiones Moſes ex
Iouæ mandato ſcripſit. Sunt autem
3 hæc: profecti ſunt Iſraelitæ ex
Rameſe decimo quinto die menſis
primi, poſtridie paſchæ, a ingenti
manu, in oculis omnium Aegyptio-
4 rum, qui tum ſepeliebant primo-
genitos: quos omnes in eis Ioua,
deos eorum vlciſcens, occiderat.
5 Igitur a Rameſe profecti Iſraelitæ,
6 caſtra fecerunt in Sochothis. A
Sochothis in Ethamo, qui locus eſt
7 in ſolitudinis extremo. Ab Etha-
mo reuerterunt ad fauces Ahiro-
tha, quæ ſunt e regione Baalſepho-
nis, et caſtra fecerunt ante Magdal.
8 Ab Ahirothis per medium mare
tranſierunt in ſolitudinem Etha-
mum: per quam ſolitudinem tridui
iter progresſi, caſtra habuerunt in
9 Mara. Ex Mara profecti venerunt
in Elimum, vbi erant duodecim
aquæ fontes, et palmæ ſeptua-
ginta, ibique caſtra poſuerunt.
10 Ex Elimo profecti, caſtra fece-
11 runt ad mare rubrum: inde
12 in ſolitudine Sinæ, inde in
13 Dophea, inde in Aluſo,
14 inde in Raphidimo, vbi populus
aquam ad bibendum non habebat.
15 Inde profecti, caſtra fecerunt in
16 ſolitudine Sina, inde ad Buſta
17 cupiditatis, inde in Hazerothis,
18 inde in Rethma,
19 inde in Remmonphare,
20 inde in Lebna,
21 inde in Riſſa,
22 inde in Ceelatha,
23 inde in monte Saphare,
24 inde in Harada,
25 inde in Macelothis,
26 inde in Thahatha,
27 inde in Thara,
inde in Methcha, 28
inde in Haſmona, 29
inde in Moſerothis. 30
inde in Beneiaacane, 31
inde in Horgadgado, 32
inde in Iothabatha, 33
inde in Abrona, 34
inde in Aſiongabre, 35
inde in ſolitudine Sinæ, quæ et Ca- 36
des: inde in Hore, qui mons eſt 37
in extremo Idumææ, quem in 38
montem Aharon pontifex ex Iouæ
mandato adſcendit, ibique mortuus
eſt, anno quadrageſimo poſt egres-
ſos ex Aegypto Iſraelitas, primo die
menſis quinti, annos tum natus 39
viginti tres ſupra centum: quum 40
quidem chananæus rex Aradus, qui
Chananæam ad auſtrum incolebat,
aduentum audiuit Iſraelitarum.
Ex Hore monte profecti, caſtra po- 41
ſuerunt in Salmona, inde in 42
Phunone, inde in Obothis, 43
inde in Ieabarimo, in Moabitarum 44
finibus. A Ieabarimo profecti, 45
caſtra fecerunt in Dibongado, in- 46
de in Almondeblathaima, inde 47
in montibus Abarium contra Nabo-
nem, inde in campo moabitico 48
apud Iordanem hierichuntium:
atque apud Iordanem caſtra habue- 49
runt a Bethieſimothis ad planitiem
Sittimorum in campo moabitico,
quo in campo Ioua cum Moſe apud 50
Iordanem hierichuntium locutus
eſt in hunc modum: colloquere 51
cum Iſraelitis, eisque manda, vt, 52
quum traiecto Iordane in chana-
næam terram venerint, omnes inco-
las exterminent, omnia ſimulacra,
omnia conflata ſigna diſperdant, o-
mnia ſacella deuaſtent, terramque
populati incolant, (nam ego eam 53
ipſis occupandam dedi) et ſorte ge-
neratim ducta ita posſesſionem ad-
eant, vt quo quique vel plures 54
vel pauciores erunt, eo vel plus vel
minus teneant posſidendo: vtque, 55
quem cuique ſors locum adſignaue-
rit, eum habeat, posſesſionibus diui-
ſis

a) cum magnis copiis.

56 ſis in tribuum familias. Quod ſi
incolas non exterminauerint, quos
eorum reliquos fecerint, eos fore
ipſorum et oculis quaſi aculeos et
lateribus ſpinas,ipſiſque futuros in-
feſtos in terra, in qua conſederint:
futurumque,vt quod illis ego facere
decreui, id ipſiſmet faciam.

CAPVT XXXIIII.

Terræ felicis termini. Diſtribuentium nomina.

1 TVm eis,inquit,in hunc modum
2 præcipe: quum in Chana-
næam veneritis,terram, quam
poſſidendam ſortiemini, erit terra
chananæa, quacumque patet:
3 cuius latus meridianum vobis erit
a Sinæ ſolitudine ad fines Idumææ,
idque latus meridianum ab extremo
ſalſi lacus in orientem patebit,
4 veſterque terminus a meridie ad
adſcenſum ſcorpiorum circumdu-
ctus, ad Sinem porrigetur, et a
meridie ad Gadesbarneam pertin-
gens, exibit ad Hazaradar, et ad
5 Aſmonem extendetur. Ab Aſmo-
ne circumagetur ad ægyptium
fluuium, atque in mare deſinet.
6 Occidentalem terminum habebitis
mare,* et ipſum terminum, hic erit
7 terminus occidentalis. In ſeptem-
trionalis autem termino a mari ad
8 montem Horem pergetis, inde,
qua itur Hematham, progrediemi-
ni, ita vt terminus in Sedadam
9 exeat: et ad Zephronam perdu-
ctus in Hazarenanem deſinat. Hunc
ſeptemtrionalem terminum habe-
10 bitis. In orientali termino com-
prehendetis ab Hazarenane ad Se-
11 phamam. A Sephama deſcendet
terminus ad Reblam, ab oriente
Ainis: hinc delatus ad latus Cene-
rethi lacus, ſpectabit ad orientem:
12 et in Iordanem deuexus, ſalſo lacu
terminabitur. His finibus terram
vndique circumſcriptam habebitis.
13 Tum Moſes Iſraelitis præcepit,
vt terram illam ſorte occuparent,
quam Ioua nouem tribubus et di-
midiæ tribui dari iuſſiſſet. Nam 14
duæ quidem tribus et dimidia,
videlicet Rubenina et Gadina
tribus, et Manaſſeæ dimidia,
poſſeſſionem per familias ceperant 15
cis Iordanem, qua eſt Hiericho ver-
ſus orientem ſolem.
Tum Ioua cum Moſe locutus,no- 16
mina monſtrauit eorum, qui eſſent
illis terræ poſſeſſionem diuiſuri.
Sunt autem hi: Eleazarus pontifex, 17
et Ioſua, Nunis filius: tum vt ſin- 18
gulos tribuum principes ad eam ter-
ræ diſtributionem deligerent, quo-
rum hæc ſunt nomina. Ex Iudæa 19
tribu Chalebus,Iephonis filius: ex 20
Simeonia Samuel, Ammiudi: ex 21
Beniaminea Eliaddus, Caſelonis:
ex Dania princeps Boccis, Ioglis 22
filius: ex Ioſepho genitis: ex 23
Manaſſenſi princeps Haniel, Epho-
di: ex Ephraimina princeps Ca- 24
muel, Sephthanis: ex Zabulonia 25
princeps Eliſaphan, Pharnaci: ex 26
Iſſachariana princeps Phaltiel, A-
zanis: ex Aſeriana princeps 27
Ahiudus, Salomis: ex Nephtha- 28
lienſi princeps Phadael, Ammiudi.
Hi ſunt, quibus Ioua præcepit, vt 29
diuiderent Iſraelitis in Chananæa
poſſeſſiones.

CAPVT XXXV.

Leuitarum, perfugii oppida. Homicidii leges, ac teſtimonii.

ITem cum Moſe locutus eſt Ioua 1
in campo moabitico, apud Ior-
danem hierichuntium in hunc
modum: præcipe Iſraelitis, vt de 2
ſuorum patrimoniorum poſſeſſio-
ne Leuitis oppida dent ad habitan-
dum, eaque cum ſuis vndique 3
pomœriis, vt et oppida ipſorum ha-
bitationi, et pomœria eorum iu-
mentis, rebus et omnibus animali-
bus ſeruiant. Ac quæ Leuitis 4
pomœria dabitis, ea foras extra
murum oppidi quoquo verſus mil-
le pateant cubitos, vt quum ex- 5

tra murum orientali latere duo cu-
bitorum millia menſi fueritis, i-
temque meridiano totidem, occi-
dentalique, et ſeptemtrionali, op-
pidum ſit in medio, atque hæc op-
6 pidorum pomœria habento. Ac
quæ Leuitis oppida tribuetis, ea
ſunto ſex oppida perfugii; quo
confugiant percusſores: et præter-
ea quadraginta duo eis datote,
7 vt quæ Leuitis dabitis oppida, ea
ſint omnino quadraginta octo, vna
8 cum ſuis pomœriis. Et quæ op-
pida de Israelitarum posſesſione
dabitis, quanto quique vel plus vel
minus habebunt, tanto ex eis vel
plura vel pauciora datote, vt qui-
que pro modo occupatæ a ſe posſes-
ſionis, Leuitis de ſuis oppidis im-
pertiant.
9 Tum hæc Israelitis exponito, in-
10 quit Ioua Moſi. Quum in Chananæ-
am traiecto Iordane perueneritis, et
11 oppida conſtruxeritis: habetote op-
pida perfugii, quo percusſores, qui
hominem per imprudentiam occi-
12 derint, confugiant: quibus oppidis
vtamini ad effugiendos vindices, ne
homicida indicta causſa moriatur.
13 Atque iſta quidem oppida, quæ
in aſyla tribuetis, ſex ſunto:
14 quarum tria cis Iordanem, altera
15 in Chananæa attribuetis, quibus
ſex oppidis tum Israelitæ, tum per-
egrini, tum qui aderunt aduenæ,
ad perfugium vtantur, vt eo confu-
giat, quisquis hominem impruden-
ter occiderit.
16 Qui ſi ferreo telo percusſerit, at-
que ille mortuus fuerit: homicida
17 eſt, moriatur percusſor. Item ſi ſaxo
manuali letifero percusſerit, atque
ille mortuus fuerit: homicida eſt,
18 moriatur percusſor. Item ſi ligneo
telo manuali letali percusſerit, atque
ille mortuus fuerit: homicida eſt,
19 moriatur percusſor. Homicidam
ſanguinis vindex interficito, et
quidem, vbi ei occurrerit, interfi-
20 cito. Quod ſi eum per odium
pulſauerit, aut ex inſidiis petiuerit,
atque ille mortuus fuerit; aut eum
hoſtiliter manu percusſerit, atque
ille mortuus fuerit: morte plecta-
tur percusſor: homicida eſt, ho- 21
micidam ſanguinis vindex, vbi eum
nactus fuerit, perimito. Sin au- 22
tem eum forte fortuna ſine inimi-
citiis pulſauerit, aut aliquod telum
in eum imprudens, aut quoduis ſa-
xum letale ex improuiſo iecerit,
quod in illum inciderit, vnde ille 23
mortuus fuerit; quum hic illi ne-
que hoſtis esſet, neque malum ma-
chinaretur: tum concilium in- 24
ter percusſorem et ſanguinis vin-
dicem ex hisce regulis iudicato,
et ab hoc illum vindicato, et in op- 25
pidum perfugii, quo confugerat,
reducito, in eo ad mortem pontifi-
cis ſacro oleo vncti manſurum.
Quod ſi percusſor egresſus fuerit 26
extra fines oppidi ſui aſyli, quo per-
fugerit, eumque extra illos fines 27
ſanguinis vindex inuentum occi-
derit: impune eſto. Nam debet in 28
oppido ſui perfugii manere ad mor-
tem pontificis, et poſt eam in ter-
ram ſuæ posſesſionis reuerti. Atque 29
hæc iudicialia inſtituta in poſte-
rum, vbicumque degetis, habetote.
Quisquis hominem occiderit, ex 30
ore teſtium occiditor homicida.
Vnus quidem teſtis contra homi-
nem in re capitali ne auditor: ne- 31
ue ab homicida pretium ob vitam
accipitote, qui crimen capitale com-
miſerit, ſed morte plectitor. Ne- 32
ue ab eo, qui in aſyli ſui oppidum
confugerit, pretium accipitote, ob
domum reditionem ante mortuum
pontificem; ne terram, in qua eri-
tis, impietis. Nam ſanguine im- 33
piatur terra: neque a ſanguine 34
in ea fuſo expiatur, niſi eius ſangui-
ne, qui fudit. Ne ergo terram, 35
quam incoletis, polluitote, in qua
ego habitabo. Nam ego Ioua inter
Israelitas habito.

CAPVT XXXVI.

Salphaadi natarum connubia. Iubileus annus. Tribuum coniugia.

TVm præcipui patres familias
cognationis prognatorum Ga-
laadi, Machire Manaſſis filio
progeniti, gentiles natorum Ioſe-
phi, Moſem et iſraeliticarum fami-
liarum principes conuenerunt, at-
que ita verba fecerunt: tibi, do-
mine, præcepit Ioua, vt Israelitis
terræ poſſeſſionem ſorte dares:
præterea ab eodem Ioua tibi præ-
ceptum eſt, vt Salphaadi agnati no-
ſtri hereditatem eius filiabus dares.
Nunc ſi hæ aliis Israelitis, quam
ſuis tribulibus, nupſerint, aufere-
tur earum hereditas a noſtra pater-
na hereditate, eique tribui accedet,
in quam nupſerint, atque ita de no-
ſtra hereditatis ſorte detrahetur:
quumque Iubile erit Israelitis, ea-
rum hereditas, de noſtro detracta
patrimonio accedet ad eius tribus
hereditatem, in quam tribum con-
ceſſerint.
Tum Moſes Israelitis ex Io-
uæ mandato præcepit, in hunc
modum: recte dicunt Ioſephi na-
torum tribules. Atque hoc eſt, 6
quod Ioua circa Salphaadi filias
præcipit: ſuo arbitratu nubunto,
dum in tribus paternæ gentem nu-
bant. Ita non transferetur Israe- 7
litarum hereditas de tribu in tri-
bum, dum quiſque in ſuæ patriæ
tribus hereditate hærebit. Atque 8
omnis filia heres inſtituta, ex qua-
cumque Israelitarum tribuum, a-
licui tribuli ſuo nuptum locetur,
vt Israelitarum quique paternas
hereditates poſſideant, ne here- 9
ditates ex aliis in alias tribus trans-
eant, dum Israelitarum quisque in
ſuæ tribus hereditate hærebit.
Atque hoc, quemadmodum Moſi 10
Ioua præcepit, ita fecerunt Sal-
phaadi filiæ: nupſeruntque Ma- 11
ala, Therſa, Hegla, Melcha et Noa,
Salphaadi filiæ, patruelibus ſuis,
in gentilitates filiorum Manaſſis, 12
Ioſephi filii, manſitque earum
hereditas in tribu earum paternæ
gentis.
Hæc ſunt præcepta et iura, quæ 13
per Moſem Ioua præcepit Israeli-
tis, in campo moabitico, apud Ior-
danem hierichuntium.

DEVTERONOMIVM.

CAPVT I.

Moſis ad populum concio. Præterita itinera, magiſtratus, exploratores, facinora, clades.

1 ORATIO, quam habuit
Moſes ad vniuerſos Is-
raelitas cis Iordanem, in
quadam ſolitudinis pla-
nitie, e regione maris rubri, inter
Pharanem et Thophel, ac Laba-
nem, Haſerothaque et Dizahabum.
2 Eſt autem vndecim dierum iter ab
Horebo per Seirem montem ad
Cadesbarneam.
3 Igitur anno quadrageſimo, die
primo menſis vndecimi, elocutus eſt
Moſes Israelitis omnia, quæ ei Ioua
ad eos mandauerat, poſt cæſum ab 4
eo Sehonem, Amorræorum regem,
qui Heſebonem incolebat, et Ogum,
Baſanæ regem, qui Aſtarothis in
Edrei habitabat. Cis Iordanem, 5
inquam, in finibus Moabitarum
ingreſſus eſt Moſes legem hanc ex-
planare huiusmodi verbis: Ioua 6
Deus noſter admonuit nos in Ho-
rebo, iam ſatis nos in eo monte
manſiſſe: iuſſitque, vt reuertere- 7
mur, et contenderemus in montem
Amorræorum, et omnia finitima lo-

ca

ca tum campeſtria, tum montana,
tum conuallium, tum meridiana,
tum maritima, videlicet in Chana-
næam, et Libanum, vsque ad Eu-
8 phratem magnum fluuium. Seſe
enim nobis illos fines concedere:
itaque inuaderemus poſſeſſionem
terræ, quam ipſe maioribus noſtris
Abrahamo, Iſaaco et Iacobo iuraſ-
ſet, ſe et ipſis, et ipſorum eſſe poſte-
9 ris daturum. Per id tempus au-
tem propoſui vobis, me ſolum non
10 poſſe regere vos, qui ita eſſetis a
Ioua Deo veſtro aucti, vt iam cæ-
leſtium ſtellarum multitudinem æ-
11 quaretis: optare quidem, vt Ioua
Deus veſter patrius vos etiam mil-
lecuplo augeret, et ſuo fauore pro-
ſequeretur, quemadmodum pro-
12 miſiſſet: Me certe ſolum negotia,
onera, lites veſtras ferre qui poſſe?
13 Itaque petere, vt viros veſtrarum
tribuum ſapientiſſimos, prudentiſ-
ſimos, peritiſſimosque daretis, quos
ego vobis præfectos conſtituerem.
14 Quumque vos reſpondiſſetis, ita
15 vobis fieri placere: delegi ve-
ſtrarum tribuum principes, viros ſa-
pientes et peritos, quos vobis præfe-
ctos ſtatui millenarios, centena-
rios, quinquagenarios et denarios,
tum etiam tribuum veſtrarum tri-
16 bunos: præcepique eo tempore
iudicibus veſtris, vt cognatorum
ſuorum controuerſias audirent, et
iuſte de cauſſis vel ciuium inter i-
pſos, vel cum peregrinis iudicarent;
17 neue in iudiciis vllam perſonarum
rationem haberent, ſed tenues iuxta
ac potentes audirent, neque quem-
quam formidarent; nam iudicium
Dei eſſe: Cauſſas autem difficilio-
res, quam pro ſe, ad me referrent
18 audiendas. Tum quoque vobis
omnia præcepi, quæ eſſent vobis fa-
19 cienda. Ab Horebo autem pro-
fecti, peragrauimus omnem vaſtam
illam et horribilem, quam vidiſtis,
ſolitudinem, verſus Amorræum
montem, ſicut nobis Ioua Deus no-
ſter præceperat: et in Cadesbarne-
am peruenimus. Tum ego vobis 20
demonſtraui, perueniſſe vos ad
montem Amorræum, quem nobis
Ioua Deus noſter daret, oſtendi- 21
que, Iouam Deum veſtrum vobis
addicere terram illam: proinde
ne dubitaretis, neue formidaretis
eius poſſeſſionem inuadere, vobis
a Ioua Deo veſtro patrio promiſ-
ſam. At vos vniuerſi me conue- 22
niſtis, mecumque egiſtis de præmit-
tendis, qui regionem vobis explo-
rarent, vosque certiores facerent de
via, quam eſſetis ingreſſuri, et de
oppidis, quæ eſſetis adgreſſuri.
Quæ res quum mihi placuiſſet; 23
delegi duodecim ex vobis, ſingu-
los ex ſingulis tribubus, qui in 24
montana adſcendere contenderunt:
qui vsque ad fluuium Eſcolem pro-
fecti, regione explorata, ſecum 25
ſumſerunt de fructibus illius terræ:
et ad nos reuerſi, nobis retulerunt,
bonam eſſe terram illam, quam no-
bis daret Ioua Deus noſter. Sed 26
vos nolentes adſcendere, Iouam
Deum veſtrum irritaſtis: et in ta- 27
bernaculis vulgo obloquentes di-
ctitabatis, Iouam veſtri odio vos
eduxiſſe ex Aegypto, vt Amorræis
euertendos addiceret: nunc ne- 28
ſcire, quo vos verteretis: ipſos
conſanguineos veſtros vobis ani-
mos fregiſſe, qui retuliſſent, gen-
tem illam vobis eſſe et maiorem
et potentiorem: vrbes maximas, et
ad cælum munitas: ſeſe etiam illic
vidiſſe Enaquinos. Ego vos co- 29
hortabar, ne terreremini, aut eos
pertimeſceretis: Iouam Deum 30
veſtrum, qui vos antecederet, pro
vobis pugnaturum, quemadmodum
vobis in Aegypto feciſſet in oculis
veſtris, tum etiam in ſolitudine, 31
vbi videritis vos ab eo ſic portatos
eſſe, vt a patre filium, toto eo iti-
nere, quod feciſſetis: donec ad lo-
cum illum ventum fuiſſet. Sed 32
vos ea in re fidem Iouæ Deo veſtro
non habuiſtis, qui vobis viam (vt 33
locum ſtationibus veſtris explora-

ret) præibat, noctu in igne, vt viam, per quam graderemini, videretis: interdiu autem in nube. Itaque Ioua, audita verborum iſtorum voce, iratus iurauit, neminem ex tam prauo hominum genere viſurum eſſe bonam illam terram, quam maioribus veſtris daturum ſe iurauiſſet, excepto Calebo, Iephonis filio. Eum enim viſurum: ſeque tum ei, tum eius natis eam terram conceſſurum, quam peragrauerat; quoniam Iouæ ſuum officium præſtitiſſet. Quin etiam contra me propter vos iratus Ioua, negauit me eo eſſe venturum: Ioſua, inquit, Nunis filius, qui tibi miniſtrat, illo veniet: hunc tu confirma, hic in illius terræ poſſeſſionem immittet Iſraelitas. Veſtri quoque paruuli, quos vos dixiſtis prædæ futuros, et liberi, qui neſciunt hodie quid bonum ſit aut malum, ii, eo peruenient: iis ego terram illam poſſidendam tradam. Vos autem reuertimini in ſolitudinem, mare rubrum verſus. Tum vos veſtrum contra Iouam peccatum confeſſi, mihi reſpondiſtis: adſcenſuros eſſe vos, et bellum geſturos, ſicut vobis Ioua Deus veſter præcepiſſet. Itaque armis accincti, contendiſtis in montem adſcendere. Monuerat autem me Ioua, vt vos ab ea expeditione dehortarer: ne, quum ipſe vobis præſens non adeſſet, ab hoſtibus vinceremini. Quod quum ego vobis retuliſſem, non obtemperaſtis, contemtiſque Iouæ monitis, montem inſolenter conſcendiſtis. Ergo occurrit vobis illius montis incola Amorræus, voſque, vt ſolent apes, perſecutus concidit, vsque a Seire ad Hormam. Itaque reuerſi fleuiſtis apud Iouam: ſed ille vos non exaudiuit, neque vobis aures præbuit.

CAPVT II.

Pro Eſao prognatis et Moabitis. Primorum exſtinctio in ſolitudine. Pro Ammonitis Deus, apud hos Gigantes. Ad Sehonem legatio, de eodem victoria.

QVumque multo maximam 1
veſtræ moræ partem fuiſſetis
apud Cadem: reuerſi conten-
dimus in ſolitudinem mare rubrum
verſus, ſicut mihi Ioua mandauerat,
montemque Seirem multis diebus
circumiuimus. Tum Ioua me 2
monuit, vt quoniam ſatis iam mon-
tem illum circumiuiſſemus, conuer-
teremus nos ad aquilonem: mi- 3
hique mandauit, vobis præciperem,
vt, quum iter haberetis per fines
fratrum veſtrorum Eſao natorum,
Seiris incolarum, et illi vos me- 4
tuerent: diligenter caueretis, ne
eos infeſtaretis. Seſe enim vo- 5
bis de illorum terra ne veſtigium
quidem eſſe pedis daturum: quip-
pe quum Seirem montem poſſiden-
dum Eſao dediſſet. Proinde ciba- 6
ria ab eis argento emeretis ad vi-
ctum, etiamque aquam ad potum,
Etenim Iouam Deum veſtrum vo- 7
bis in omnibus veſtris factis faue-
re, qui veſtrum iter curauiſſet * in
vaſta illa ſolitudine per illos qua-
draginta annos: vobiſque ita ad-
fuiſſet, vt nulla re indigueritis.
Itaque deflexımus a fratribus no- 8
ſtris Eſao prognatis, Seiris incolis,
a via campeſtri, ab Elatho, et ab A-
ſiongabre, et iter conuertimus ad
ſolitudinem Moabitarum. Tum 9
mihi Ioua vetuit, ne Moabitas infe-
ſtaremus, aut oppugnaremus: ſeſe
enim nobis de eorum terra poſſeſ-
ſionem non eſſe daturum; vt qui
Loti poſteris Ar poſſidendum con-
ceſſiſſet. Emes antea illic habi- 10
taſſe, populum tum magnitudine,
tum multitudine, tum potentia E-
naquinis parem. Ipſos quoque 11
haberi ſolitos inter gigantes, ſicut
Enaquinos, atque a Moabitis Emes
vocari. In Seire autem habitaſſe 12
olim Horios: ſed Eſainos, illis ex-
actis atque deletis, eorum fines oc-
cupaſſe, ſicut facturi eſſent Iſraeli-
tæ

tæ in terram ſuæ poſſeſſionis ſibi a
13 Ioua conceſſam. Quapropter flu-
uium Zaredum traiiceremus. Ergo
14 traiecimus. Tempus autem, quo
in itinere fuimus a Cadesbarnea,
donec Zaredum traiecimus, fuit an-
norum octo et triginta, donec ab-
ſumtum eſt totum genus eorum,
qui in caſtris erant ad bellum ido-
15 nei, ſicut eis iurauerat Ioua: cuius
etiam manu in caſtris ad interne-
cionem oppreſſi fuerunt.
16 Igitur confectis et mortuis omni-
bus, qui in populo erant ad bellum a-
17 pti, adlocutus eſt me Ioua. Transi-
turus es, inquit, hodie Moabitarum
terminum, videlicet Ar, et propius
18 ad Ammonitas acceſſurus: ne eos
19 infeſtato, aut laceſſito. Neque e-
nim ſum vobis daturus de terra
Ammonitarum poſſeſſionem, quam
Loti poſteris dederim poſſidendam.
20 Ea quidem etiam gigantum terra
habetur, in eaque habitarunt olim
gigantes, ab Ammonitis Zamzumes
21 adpellati, populus magnitudine,
multitudine, potentiaque cum E-
22 naquinis conferendus. Sed eis Io-
uæ præſidio deletis atque exactis,
Ammonitæ in eorum ſedibus con-
ſederunt: quemadmodum item Io-
ua fecit Eſainis, Seiris incolis, pro-
pter quos Horios euertit, quorum
illi fines occupatos tenent ad hunc
23 diem. Auios quoque in Hazeris
vsque ad Gazam habitantes, Cappa-
doces ex Cappadocia profecti euer-
terunt, et in eorum finibus conſe-
24 derunt. Agite proficiſcimini, et
Arnonem fluuium transite. En ego
vobis in manum trado Sehonem
regem Heſebonium Amorræum,
25 eiusque terram. Incipe iam eius
inuadere poſſeſſionem, et illi bel-
lum inferre. Ego hodie incipiam
tantum tui terrorem et metum o-
mnibus, quæ ſub omni cælo ſunt,
gentibus incutere, vt ad tui nomi-
nis auditum perhorreſcant, atque
percellantur.
26 Miſi igitur legatos ex Cedemothis
ſolitudine ad Sehonem regem Heſe-
bonium, de pace, qui peterent, nobis 2
vt liceret recta per illius fines iter
facere, nusquam deflexuris: tan- 2
tum nobis pro pecunia et cibaria ad
victum, et aquam ad potionem da-
ret, vt ita pedibus iter faceremus,
ſicut feciſſent nobis et Seiris Eſaini, 2
et Aris Moabitæ incolæ: donec trans-
miſſo Iordane perueniſſemus in ter-
ram nobis a Deo noſtro Ioua deſti-
natam. Sed noluit Sehon rex He- 3
ſebonius nobis per ſuos fines iter
dare: Ioua ſcilicet Deo veſtro il-
lius animum atque cor durante,
atque obſtinante, vt eum vo-
bis in manum daret: quemad-
modum evenit. Tum mihi Io- 3
ua ostendit, ſe mihi iamiam
ſuperandum dare Sehonem regem,
vna cum ſuis finibus: quocirca au-
derem iam illius terræ poſſeſſio-
nem inuadere. Igitur quum Se- 3
hon vna cum ſuis omnibus copiis
egreſſus eſſet ad prœlium nobiscum
in Iaſa committendum: eum no- 3
bis Ioua Deus noſter ita debellauit,
vt et ipſum et eius filios omnemque
populum occiderimus, et eius 3
oppida omnia eodem tempore ce-
perimus, omnesque oppidanos et
mulieres et impuberes ad vnum
interfecerimus. Tantum pecora 3
nobis et captorum oppidorum præ-
dam diripuimus. Ab Aroere qui- 3
dem, quod ſitum erat ad ripam flu-
uii Arnonis, et oppido, quod erat
in fluuio, ad Galaadum vsque nul-
lum fuit oppidum, quod nobis reſti-
terit, omnia nobis ſuperante Ioua
Deo noſtro. Tantum ad Ammo- 3
nitarum fines non acceſſiſtis, quan-
tum eſt fluuii Iabboqui, et monta-
norum oppidorum, omniumque,
quibus nobis Ioua Deus noſter in-
terdixerat.

CAPVT III.

Ogus victus. Iairi victoria. Deus in ducem ob exercitus culpam. Ioſuæ dignitas et inſtitutio.

Inde

INde quum iter in Baſanam conuertiſſemus: egreſſus ad prœlium nobis occurrit Baſanæ rex Ogus, cum ſuis omnibus copiis, in Edrei. Tum me Ioua admonuit, ne illum timeremus: nam ſe nobis et eum et omnes eius homines atque terram dedere; nosque eo vſuros eſſe, quomodo amorræo rege Sehone Heſebonis incola vſi eſſemus. Itaque ſubegit nobis Ioua Deus noſter etiam Baſanæ regem Ogum, omnesque eius homines, quos nos ad vnum occidimus. Eodemque tempore omnia eius oppida cepimus, neque vllum fuit ex ſexaginta (tot enim erant oppida totius Argobiæ tractus, quod regnum erat Ogi in Baſana) quod non expugnauerimus. Et erant omnia illa oppida mœnibus altiſſimis portisque et repagulis munita, præter ingentem numerum pagorum non muratorum. Eos nos, ſicut Sehonem regem heſebonium, euertimus, et oppida omnia, viros, mulieres, impuberes a ſtirpe excidimus. Pecora autem omnia, prædamque oppidorum nobis diripuimus, et ita eo tempore a duobus Amorræorum regibus terram abſtulimus cisiordaninam, a fluuio Arnone ad montem Hermonem, quem Sidonii Sarionem, Amorræi Sanir adpellant. Atque omnia quidem campeſtria oppida, totaque Galaaditis et Baſana, ad Salcham et Edreim, oppida erant in Baſana regnantis Ogi. Solus enim ſupererat ex gigantum reliquiis: cuius etiam cubile, idque ferreum, adhuc eſt Rabbathæ Ammonitarum, longitudine nouem cubitorum, latitudine quatuor, et quidem virilium. Illam nos terram eo tempore occupauimus vsque ab Aroere, quod apud fluuium Arnonem ſitum eſt, dimidiumque montis Galaadi, et eius oppida Rubenitis Gadinisque conceſſi. Reliquam autem Galaaditis
partem, totumque Baſanenſe Ogi
regnum, dimidiæ tribui Manasſenſi dedi, totam ſcilicet Argobiam, 14
cum omni Baſana, quæ gigantum
terra dicta eſt, Iair quidem Ma- 15
nasſenſis cepit omnem Argobiæ
tractum, vsque ad confinium Geſ-
ſuris, et Maachatis, quæ a ſuo no-
mine [b] Baſanhauotha Iairi vocauit,
quod nomen etiamnum manet.
Machiri autem dedi Galaadum. 16
Rubenitis vero et Gadinis, a Galaa- 17
do ad fluuium Arnonem, quod eſt
inter fluuium et confinium, et ad
Iabboquum fluuium, poſitum in Am-
monitarum confinio: planitiem 18
etiam Iordanemque, et confinium
a Cenneretho ad planum lacum,
id eſt, lacum ſalſum, ſubter qua
ſe Phasga porrigit ad orientem.

Tum ego vobis demonſtraui, Io- 19
uam Deum veſtrum vobis terræ
eius poſſeſſionem dediſſe, præcepi-
que, vt armati, quicumque ad arma
eſſetis idonei, fratres veſtros Iſrae-
litas præcederetis; tantum femi- 20
nis veſtris paruulisque, et pecore
(quod multum vos habere ſciebam)
remanentibus in oppidis veſtris,
quæ ego vobis conceſſeram, do- 21
nec veſtri quoque fratres requietem
a Ioua, vt et vos, conſecuti, peruenis-
ſent ad illius terræ poſſeſſionem,
quam eis Ioua Deus veſter trans
Iordanem daturus eſſet; tum 22
demum vos ſuam quemque ad poſ-
ſeſſionem a me tributam eſſe reuer-
ſuros. Ioſuæ quoque eo tempore 23
præcipiens oſtendi, quæ ipſe ſuis o-
culis vidisſet Iouam Deum veſtrum
feciſſe in duos illos reges, eadem
omnino facturum eſſe in omnia
regna, ad quæ tranſituri eſſetis:
proinde ne illos timeretis. Ipſum 24
enim Deum veſtrum Iouam pro
vobis eſſe pugnaturum.

Tunc etiam Iouam Dominum o- 25
raui, vt (poſtquam mihi tantæ ſuæ
maieſtatis, tamque valentis manus
ſpecimen edidiſſet, vt nullus eſſet
neque

b) Baſananos vicos.

neque in cælo, neque in terra Deus,
qui tantæ fortitudinis ederet faci-
26 nora) hanc mihi ſuo veniam daret,
vt traiicerem, videremque felicem
illam terram transiordaninam, feli-
27 cem illum montem Libanum. Sed
ſuccenſens mihi Ioua propter vos,
non modo me non exaudiuit, ſed et-
iam vetuit, me ſibi amplius de ea re
verbum facere: ſatis enim mihi eſ-
28 ſe. Verum adſcenderem in iugum
Phasgæ, conuerſisque oculis ad occi-
dentem, ad ſeptemtriones, ad meri-
diem et ad orientem, meis ſpecula-
rer oculis: neque enim tranſiturum
29 eſſe Iordanem illum. Ceterum Io-
ſuam inſtruerem, ſtabilirem atque
confirmarem: hunc enim ducem
futurum eſſe huic populo, eique
diuiſurum terram illam, quam ego
30 ſpectaturus eſſem. Sumus autem
commorati in valle e regione do-
mus Phegoris.

CAPVT IIII.

Ad populum leges. Mandatorum obſeruantia. Populi legiſque præſtantia. Natorum inſtitutio. Beneficia. Idololatria. Prædictus ducis finis. Aſyla.

1 ET nunc Iſraelitæ audite inſti-
tuta et iura, quæ ego vos ad
ea obeunda doceo, vt viuatis,
et in poſſeſſionem veniatis illius
terræ, quam maiorum veſtrorum
2 Deus Ioua vobis largitur. Ne
quid additote ad id, quod ego vobis
præcipio, neue quidquam de eo
detrahitote, vt præcepta conſerue-
tis Iouæ Dei veſtri, de quibus ego
3 vobis præcipio. Vident oculi ve-
ſtri, quid fecerit Ioua in Baalphe-
gorem: nam quicumque Baalphe-
gorem ſecuti ſunt, eos de medio
veſtrum ſuſtulit Ioua Deus veſter:
quum vos, qui Iouæ Deo veſtro
adhæſiſtis, omnes hodie viuatis.
4 Scitote, me docere vos inſtituta et
iura, quomodo mihi Ioua Deus
meus præcepit; vt his pareatis in
terra, in quam itis ad eam poſſiden-
5 dam. Date operam, vt hæc faciatis.
Nam in hoc ſita eſt veſtræ apud ce- 6
teras nationes ſapientiæ et pruden-
tiæ exiſtimatio, vt, auditis omnibus
hiſce inſtitutis, fateantur, hanc tan-
tam gentem ſapientem profecto et
prudentem eſſe. Nam quæ tanta 7
gens eſt, ad quam dii accedant, vt
Ioua Deus noſter, quoties eum in-
uocamus? Aut quæ tanta gens eſt, 8
quæ tam iuſta inſtituta et iura ha-
beat, quam eſt hæc tota lex, quam
ego vobis hodie propono? Ve- 9
rumtamen cauete, et animum etiam
atque etiam aduertite, ne ea obliui-
ſcamini, quæ veſtris ipſis oculis
vidiſtis: neue ea de animis veſtris
per omnem vitam deponatis, ſed
de eis et filios et nepotes veſtros
doceatis. Videlicet quo die ante 10
Iouam Deum veſtrum ſtetiſtis in
Horebo, quum mihi mandaſſet
Ioua, vt ad ſe populum conuoca-
rem, quo ſua dicta apud eos pro-
nuntiaret, quæ diſcerent, vt et ipſi
eum, quamdiu in terris viuerent,
metuerent, et ſuos natos docerent.
Acceſſiſtis igitur, et ſub monte ſte- 11
tiſtis, quum quidem mons tenebris,
nube, caligine obductus, ad medi-
um vsque cælum igni arderet:
vosque Ioua de medio igne adlo- 12
cutus eſt, vobis verborum quidem
vocem audientibus, ſed nullius rei
ſpeciem videntibus, præter vocem.
Ibi vobis declarauit fœdus ſuum, 13
idque vt ſeruaretis, præcepit, videli-
cet decem dicta, quæ duabus lapi-
deis tabulis inſcripſit. Et mihi 14
præcepit Ioua eo tempore, vt vos
inſtituta iuraque docerem, quæ
obiretis in terra, cuius in poſſeſſi-
nem eſſetis migraturi.

Cauendum autem vobis eſt dili- 15
genter, ſi veſtram ſalutem amatis,
ne, quum nullius rei ſpeciem vide-
ritis, quo die vos Ioua Deus veſter in
Horebo adlocutus eſt de medio i-
gne, in tantam peruerſitatem venia- 16
tis, vt vllius omnino figuratæ rei ſi-
mulacrum faciatis, ſiue maris ſi- 17
militudine, ſiue feminæ, ſiue vllius
terre-

terreſtris animantis, ſiue vllius alatæ volucris, quæ per aerem volet, ſiue vllius, quod in terra ſerpat, ſiue vllius piſcis, qui ſit in aqua ſub terra. Neue, quum ſublatis in cælum oculis videbitis ſolem, lunam, ſtellas, omnes denique cæli copias, impellamini ad ea adoranda, atque colenda, quæ Ioua Deus veſter omnibus, qui ſub omni cælo ſunt, populis impertiuit: qui idem vos ex ferrea Aegypti fornace eripuit, vt ei esſetis peculiaris populus, ſicuti res indicat. Quin etiam mihi veſtra cauſſa iratus, iurauit me non esſe traiecturum Iordanem, neque in bonam illam terram venturum, quam ipſe vobis in patrimonium tribuit. Ita ego in his finibus moriar, neque Iordanem transibo: at vos transibitis, et tam bonum ſolum posſidebitis.

Cauetote,ne fœderis obliti a Ioua Deo veſtro vobiscum percusſi, vllius earum rerum, quæ ab eo vetitæ ſunt, ſimulacrum faciatis. Eſt enim Ioua Deus tuus ignis edax, eſt Deus æmulus. Si finibus illis occupatis, filiisque et nepotibus progenitis, a bona fruge abducti, alicuius rei ſimulacro facto, Deum veſtrum Iouam veſtro crimine irritaueritis: cælos ego vobis hodie terrasque teſtor, vos breui ſublatum iri de terra, ad quam occupandam Iordanem traiecturi eſtis, vitaque non diu illic producta perditum iri. Disſipabit vos Ioua per externas nationes, et pauci numero ſupereritis in gentibus, quo vos abiget Ioua, atque illic diis ſeruietis humanis manibus factis, ligneis et lapideis, qui neque videbunt, neque audient, neque comedent, neque odorabuntur. Quamquam et illic Iouam Deum veſtrum quærentes inuenietis: ſi modo eum toto pectore, totoque animo quæretis, ſique olim in harum tot rerum aduerſis deprehenſi ad eum redibitis, eique dicto audientes eri-

tis. Etenim Deus eſt miſericors, 31
Ioua Deus veſter: non vos deſeret,
non abolebit, non obliuiſcetur fœderis, quod cum maioribus veſtris
iurando ſanxit. Quærite enim de 32
ſuperioribus temporibus, quæ fuerunt ante vos, ex quo creauit Deus
hominem in terris: quærite a cæli
extremo ad eiusdem extremum, an
tanta res vmquam fuerit, aut fando
audita ſit talis. An audiuit vllus 33
populus Dei vocem de medio igni
loquentis,vt vos audiuiſtis, et tamen
vixit? Aut tentauit vllus Deus 34
venire ad deſumendam ſibi gentem
aliquam de medio gentis alterius,
per illata pericula, per oſtenta, per
miracula, bello, valente manu, porrecto brachio, ingentibus viſis,
quæ omnia in oculis veſtris Ioua
Deus veſter cauſſa veſtra in Aegypto fecit. Vos ipſi vidiſtis, vt in- 35
telligatis, Iouam esſe Deum, nec
vllum esſe præter eum. Is fecit, 36
vt vos ſuam de cælo vocem audiueritis, veſtri erudiendi gratia: et
vobis in terra magnum illum ſuum
ignem oſtendit, eiusque de medio
igne verba audiuiſtis. Qui quo- 37
niam maiores veſtros ita dilexit,
vt eorum quoque futuram progeniem elegerit: eduxit vos ante ſe
ſuis præſtantisſimis viribus ex Aegypto, vt gentes et maiores et 38
potentiores, quam vos eſtis, vobis
exigeret; vosque in illarum terram
introductos,eam in hereditatem donaret, vt res ipſa perſpicue oſtendit. Quare attendite hodie, et in 39
memoriam reuocate, Iouam Deum esſe, et ſupra in cælo, et infra
in terris, nec esſe alterum. Con- 40
ſeruatote igitur eius inſtituta et
præcepta, de quibus ego vobis hodie præcipio, vt et vobis et veſtris
in poſterum natis bene ſit, vtque
perennem vitam degatis in terra,
quam vobis Ioua Deus veſter donat. Tunc ſeparauit Moſes tria 41
oppida cis Iordanem ad ortum ſolis, in quæ confugeret, ſi quis alte-

rum

rum per imprudentiam occidiſſet,
42 quem antea non odiſſet: is, in-
quam, in aliquod illorum oppido-
rum confugeret, atque ita vitæ ſuæ
43 conſuleret: videlicet Beſer in ſo-
litudine, in campeſtri regione Ru-
benitarum, et Ramotha in Galaa-
do Gadinorum, et Gaulanitidem in
Baſana Manasſenſium.
44 Hæc ergo lex eſt, quam propoſuit
45 Moſes Iſraelitis: hæc ſunt oracula
inſtitutaque et iura, quæ Moſes Iſ-
raelitis ex Aegypto egreſſis elo-
cutus eſt cis Iordanem, in valle, e
46 regione domus Phegoris, in fini-
bus Sehonis regis amorræi, qui He-
47 ſebonem incoluerat. Cuius ter-
ram Moſes et Iſraelitæ ex Aegypto
egreſſi, eo occiſo, occuparunt, vna
48 cum terra Ogi Baſanæ regis, qui
duo reges fuerunt amorræi cisior-
danini ad ortum ſolis, ab Aroere,
quod fuit ad ripam fluuii Arnonis,
49 ad montem Seonem, qui idem Her-
mon dicitur, omnemque campum
cisiordaninum orientalem, vſque
ad planum lacum, ſubter qua Phaſ-
ga protenditur.

CAPVT V.

Ad exercitum Moſes. Per ſequeſtrum ducem fœdus. Præcepta de Iouæ cultu, imagine, Deo adpellando, ſabbato, parentibus, cæde, adulterio, furto, teſtimonio, cupiditate.

1 MOſes ergo conuocatis omni-
bus Iſraelitis, ad eos verba
fecit ad hunc modum: audi-
te Iſraelitæ inſtituta et iura, quæ
ego hodie in veſtris auribus elo-
quor, diſcenda vobis, et diligenter
2 exſequenda. Ioua Deus noſter
percusſit nobiscum fœdus in Hore-
3 bo: non cum maioribus noſtris
percusſit Ioua fœdus hoc: ſed cum
ipſis nobis, qui hic omnes hodie vi-
4 ui adſumus. Vobiscum Ioua co-
ram in monte de medio igne locu-
5 tus eſt, quum quidem ego tunc
inter Iouam et vos enuntiandorum
illius dictorum ſequeſter esſem,
quod vos igne perterriti, in mon-
tem non adſcendisſetis. Locutus 6
eſt autem in hunc modum: ego 7
ſum Ioua Deus tuus, qui te eduxi ex
Aegypto domo ſeruitutis. Deos 8
alios apud me ne habeto. Ne fa- 9
cito ſimulacrum vllius rei, quæ ex-
ſtet aut ſupra in cælo, aut infra in
terra, aut in aqua ſub terra. Ea 10
ne adorato aut colito. Nam ego
Ioua Deus tuus, Deus æmulus, pa-
rentum culpam perſequor in libe-
ros vſque ad tres aut quatuor ſtir-
pes oſorum mei: benigne autem 11
facio ad mille vſque ſtirpes mei a-
mantibus, meaque præcepta con-
ſeruantibus. Iouæ Dei tui nomen 12
inaniter ne adhibeto neque enim
ſinet impunitum Ioua, qui nomen
eius inaniter adhibuerit. Diem 13
ſabbati ſancte agere memento:
quemadmodum tibi præcipit Ioua
Deus tuus. Sex diebus agito, o- 14
pusque omne tuum patrato. Nam 15
ſeptimus quidem dies ſabbatum
eſt Iouæ Dei tui, in eo nullum o-
pus facito, neque tu, neque filius
tuus aut filia: neque ſeruus aut an-
cilla, neque bos aut aſinus, aut vl-
lum tuum iumentum: neque apud
te degens peregrinus: vt requie-
ſcat ſeruus tuus et ancilla, ſicut et
tu: et memineris, te ſeruum fuisſe 16
in Aegypto, atque illinc a Ioua Deo
tuo valida manu porrectoque bra-
chio eductum esſe: ideoque Io-
uam Deum tuum tibi præcepisſe, vt
ſabbati diem agas. Patrem tuum 17
matremque honorato, vt tibi præ-
cipit Ioua Deus tuus: vt, et diu vi-
uas, et feliciter in terra, quam
tibi Deus tuus Ioua dat. Ne 18
occidito. Neue adulterato. 19
Neue furator. 20
Neue falſum teſtimonium contra 21
alterum dicito. Neue alterius vxo- 22
rem concupiſcito. Neue alterius
domum expetito, agrumue aut ſer-
uum, ancillamue aut bouem, aſi-
numue aut quidlibet alterius.
Hæc verba effatus Ioua ad vniuer- 23
ſam

ſam concionem veſtrum in monte,
de medio igne, nube, caligine, ma-
gna voce, nihil addidit, eaque in
duabus lapideis tabulis inſcripta
14 mihi tradidit. At vos, audita vo-
ce de mediis tenebris, monte ar-
dente igni, conueniſtis me, ſcilicet
omnes tribuum principes et ſenio-
res, et mecum egiſtis huiusmodi
15 verbis: en oſtendit nobis Ioua
Deus noſter ſuum ſplendorem et
magnitudinem, eiusque de medio
igne vocem audiuimus: hodie vi-
demus Deum cum hominibus col-
16 loqui, et tamen eos viuere. Qua-
re ne tanto illo igne conſumti mo-
riamur: ne, inquam, ſi amplius Io-
uæ Dei noſtri vocem audiuerimus,
17 moriamur, (nam quis vmquam
mortalium Deum immortalem de
medio igne loquentem, vt nos, ſal-
18 ua vita audiuit?) accede tu, et
audi omnia, quæ Deus noſter Ioua
dicet, nobisque referto, quæcum-
que tibi dixerit, et nos audita facie-
19 mus. Hac veſtra ad me oratione
audita, Ioua mecum ita locutus eſt:
audiui omnem iſtius ad te populi
orationem: recte omnia dixerunt.
20 Atque vtinam ita ſemper ſint ani-
mati, vt me timeant, meaque omnia
præcepta conſeruent, vt et ipſis et
ipſorum natis bene ſit in æternum.
21 I renuntiatum eis, vt in ſua taberna-
22 cula reuertantur. Tu vero me-
cum hic adſtato, et eloquar tibi o-
mnia præcepta, inſtituta, iura, quæ
eos doceas exſequenda in terra, cu-
ius ego posſesſionem ſum eis datu-
23 rus. Curate igitur, vt ita Iouæ Dei
veſtri iusſis obtemperetis, vt nec ad
dextram, nec ad ſiniſtram deflecta-
24 tis. Vtque per omnem vobis ab
illo præceptam viam ingrediamini,
vt non ſolum viuatis, ſed et felici-
ter et diu viuatis in terra, quam
eſtis posſesſuri.

CAPVT VI.

Erga Deum pietas. In lege ſtudium. Filiorum diſciplina.

HAec ſunt autem præcepta, in- 1
ſtituta et iura, quæ præcepit
Ioua Deus veſter vos doceri,
obeunda in terra, ad quam occu-
pandam tranſituri eſtis. Vt Io- 2
uam Deum veſtrum verentes, eius
omnia inſtituta atque præcepta,
quæ ego vobis trado, conſeruetis
tum vos tum veſtri nati atque ne-
potes per omnem vitam veſtram,
atque ita diutinam vitam conſe-
quamini. Audite igitur Iſraelitæ, 3
et curate, vt audita faciatis, vt vo-
biscum bene agatur, vtque pluri-
mum augeamini, quemadmodum
vobis maiorum veſtrorum Deus
Ioua promiſit lacte melleque ſca-
tentem terram.

Audite Iſraelitæ, Ioua Deus noſter 4
Ioua vnus eſt. Igitur Iouam Deum 5
veſtrum toto corde, toto animo,
ſummaque ope amatote. Atque hæc 6
verba, quæ ego vobis hodie præci-
pio, in corde habetote, et veſtris 7
natis inculcatote: de his domi mi-
litiæque, de his cubantes ſur-
genteſque loquimini: hæc ma- 8
nibus veſtris inſignia adligatote:
hæc inter oculos frontalia habe-
tote: hæc domorum veſtrarum 9
poſtibus, et portis veſtris inſcribi-
tote. Quumque vos introduxerit 10
Ioua Deus veſter in terram, quam
maioribus veſtris Abrahamo, Iſaa-
co, Iacobo daturum ſe vobis iura-
uit, ingentia bonaque oppida, quæ
vos non ædificaſtis: domos bono- 11
rum omnium plenas, quas vos non
repleuiſtis; exciſas ciſternas, quas
non excidiſtis: vineas et oliueta,
quæ non conſeuiſtis: quumque ad
ſatietatem comederitis: cauetote, 12
ne Iouæ obliuiſcamini, qui vos ex
domo ſeruitutis eduxit ægyptiæ.
Iouam Deum veſtrum timetote, 13
ei ſeruitote, perque eius nomen
iuratote. * Deos alienos ne ſequi- 14
mini ex diis finitimarum natio-
num: ne Ioua Deus veſter inter 15
vos verſans, Deus æmulus, vobis i-
raſcatur, vosque de terra tollat.
Io-

16 Iouam Deum veſtrum ne tentatote;
quemadmodum tentaſtis apud Maſ-
17 ſam. Iouæ Dei veſtri præcepta
ſeruatote, oraculaque et inſtituta,
18 quæ vobis præcipit; quodque ei
probatur et placet facitote, vt bene
vobiſcum agatur, et in bonæ il-
lius terræ posſeſſionem veniatis,
19 quam maioribus veſtris Ioua iura-
uit, ad expellendos vobis omnes
hoſtes veſtros, vt promiſit Ioua.
20 Interrogantibus poſthac filiis ve-
ſtris, quid ſibi velint oracula il-
la inſtitutaque et iura, quæ vobis
Ioua Deus veſter præceperit, ſic
21 reſpondetote: quum ſerui esſetis
Pharaonis in Aegypto, vos illinc
a Ioua eductos esſe valida manu:
22 qui Ioua ingentibus dirisque por-
tentis atque monſtris Aegyptios
Pharaonemque cum tota eius domo
23 in oculis veſtris perſecutus, vos
illinc eduxerit in eam terram, quam
maioribus veſtris iurauisſet, intro-
ducturus, eamque vobis daturus.
24 Eum igitur Iouam hæc omnia in-
ſtituta vobis obeunda præcepisſe,
ad metuendum Iouam Deum ve-
ſtrum, vt vobis ſemper bene ſit, vt-
25 que viuatis. Idque re ipſa indica-
ri: ac vos iuſtitiam habituros, ſi
curaueritis eam omnem diſcipli-
nam coram Ioua Deo veſtro ſic ob-
eundam, vt ipſe vobis præceperit.

CAPVT VII.

Fœdus cum victis, et connubia negata. Idolorum corruptio. Ioua qualis. Piorum felicitas.

1 QVum vos introduxerit Ioua
Deus veſter in terram, ad
quam occupandam profici-
ſcimini, vobisque tot gentes pes-
ſumdederit, Hettæos, Gergeſæos,
Amorræos, Chananæos, Phereſæos,
Heuæos et Iebuſæos, ſeptem gen-
tes vobis et maiores et potentiores,
2 easque vobis concidendas dederit:
3 eas funditus euertitote; nec cum
eis fœdus initote; neue earum mi-
ſerti fueritis; neue affinitatem

cum eis contrahitote, aut filias veſtras illorum filiis locando, aut illorum filias veſtris filiis coniungendo. Alioqui filios veſtros a Ioua ad peregrinorum deorum cultum abducent: ita fiet, vt iratus Ioua vos breui perdat. Sed ſic eis facitote: eorum altaria diruitote: ſtatuas perfringitote: lucos ſucciditote: ſimulacra igni crematote. Eſtis enim ſacer Iouæ Deo veſtro populus, qui vos elegit, vt ſitis ei peculiaris populus, præ omnibus cęteris orbis terrarum populis. Nec vero, quia omnium populorum numeroſisſimi ſitis, complexus eſt vos, atque elegit Ioua: quum ſitis omnium populorum minimus. Sed tum, quia vos amauit, tum, vt iusiurandum maioribus veſtris iuratum ſeruaret, eduxit vos manu valida, et ex domo ſeruitutis, id eſt, ex Pharaonis Aegypti regis manu liberauit. Atque hoc ſcitote, Iouam Deum veſtrum Deum esſe, Deum fidelem, fœderis et clementiæ ſeruantem erga ſui amantes ſuaque præcepta ſeruantes, ad mille vsque ſtirpes: rurſumque ſui oſores aperta pernicie vlciſcentem, eisque ſine dubio coram digna factis præmia rependentem. * Quamobrem ſeruatote hanc diſciplinam, inſtituta, iura, quæ ego vobis hodie tenenda præcipio. Quod ſi hæc iura audiueritis, eaque ſeruaueritis atque tenueritis: fiet, vt vobis Ioua vicisſim pacta præſtet, et clementiam, quam maioribus veſtris iurauit, vosque amet, fortunet, augeat: veſtrarum aluorum et terræ fructus, frumentumque et vinum, et oleum, et armentorum, et gregum balantum fetus fecundet in terra, quam ſe vobis daturum esſe maioribus veſtris iurauit. Eritis omnium gentium fortunatisſimi, neque vllus aut vlla vel in vobis vel in veſtro pecore ſterilis erit. Præterea tot malos illos (vt ſcitis) Aegypti morbos, et languores auferet

feret a vobis Ioua, neque iis vos adficiet, ſed eos omnibus hoſtibus veſtris immittet. Igitur conficitote gentes omnes, quas vobis Deus veſter tradet. Ne eis parcitote, neue earum deos colitote: nam id vobis detrimento foret. Si vobis in mentem venerit, populoſiores eſſe gentes illas, quam vos ſitis, nec a vobis poſſe debellari: ne timueritis eas: memineritis, quæ fecerit Ioua Deus veſter in Pharaonem, atque in vniuerſos Aegyptios, tanta illa pericula, quæ vidiſtis oculis veſtris: miracula et monſtra, et manum validam, et brachium extentum, quibus vos eduxit: hæc eadem facturum eſſe in omnes nationes, quas timetis. Quin etiam crabrones mittet in illos Ioua Deus veſter, adusque perniciem reliquorum, et eorum, qui vos latuerint: ne illos formidaueritis. Nam inter vos verſatur Ioua Deus veſter, Deus magnus, et terribilis. Tollet autem vobis gentes iſtas paullatim, nec eas poteritis celeriter conficere; ne frequentes exſiſtant veſtro periculo agreſtes feræ. Eas ille vobis debellabit, et magno cum tumultu ad internecionem perdet. Tum earum reges vobis in manum tradet, quorum vos nomen e rerum natura tolletis; nec quiſquam vobis reſiſtet, quo minus eos perdatis. Simulacra deorum illorum igni crematote, neue eorum ſimulacrorum argentum aut aurum præ cupiditate vobis ſumitote, ne in eo offendatis: nam ab eo Ioua Deus veſter abhorret. Igitur ne in domos veſtras nefas illud infertote, ne deuotioni ſitis, vt illud eſt: ſed id vt deuotum deteſtamini atque exſecramini.

CAPVT VIII.

Boni cauſa Deus. Populi contumacia. Fœderis tabulæ. Vitulus idolum. Confractæ tabulæ. Pro populo Moſes. Manna. Terræ promiſſio felicis. Ad Iouam gratiarum actio. Ingratorum calamitates.

OMnem doctrinam, quam ego 1
vobis hodie trado, curatore
exſequendam; vt viuatis, vt
creſcatis; vt in terræ poſſeſſionem
inuadatis, quam Ioua maioribus
veſtris iurauit. Mementote au- 2
tem totius itineris, quo vos Ioua
Deus veſter his quadraginta annis
per ſolitudinem duxit; vt vos 3
adfligeret, vt tentaret, vt diſceret,
quid in animo haberitis, an eius
præcepta ſeruaturi eſſetis necne.
Igitur vos adflixit, et fame adfectos 4
manna pauit, tum vobis tum ma-
ioribus veſtris ignota: vt vobis oſ-
tenderet, non ſolum pane viuere
hominem, ſed etiam eo omni, quod
ex ore Iouæ proficiſcitur. Non 5
veſtimenta vobis obſoleuerunt, non
pedes detriti ſunt per hos quadra-
ginta annos. Hoc autem ſic vobis 6
perſuadetote, quemadmodum caſti-
gat quiſpiam ſuum filium, ſic vos
a Ioua Deo veſtro caſtigari. Quare
eius præcepta ſeruatote, eumque, ad
eius præſcriptum viuentes, time-
tote. Vos quidem Ioua Deus ve- 7
ſter introducet in terram bonam,
terram aquarum fluminibus, fonti-
bus, lacubus tum per valles, tum
per montes manantibus ſcatentem;*
terram tritico, hordeo, vineis, fi- 8
cubus, malis punicis: terram olea-
riis oliuis et melle abundantem:
terram, in qua ſine victus penuria 9
viuetis, neque vlla re indigebitis:
terram, cuius lapides ferrum eſt,
et ex cuius montibus metalla effo-
dietis. Quum autem ſumto cibo 10
ſatiati fueritis: gratias agitote Io-
uæ Deo veſtro, ob bonam illam ter-
ram vobis ab eo datam. Cauetote, 11
ne Iouæ Dei veſtri obliti, non eius
præcepta, iura, inſtituta ſeruetis, de
quibus ego vobis hodie præcipio:
ne victum ad ſatietatem nacti, et 12
elegantes a vobis ædificatas domos
habitantes, et maioribus minori- 13
buſque pecudibus, argentoque et
auro, omnibus denique rebus aucti,
animo inſoleſcatis, Iouamque 14

Deum veſtrum obliuioni tradatis,
qui vos ex domo ſeruitutis ægy-
15 ptiæ eduxit, qui vos per vaſtam
illam, et preſteribus ſerpentibus,
ſcorpionibusque et ſiccitate horri-
bilem æſtuoſamque ſolitudinem
perduxit: qui vobis aquam de rupe
16 marmorea elicuit: qui vos man-
na maioribus veſtris ignota in ſoli-
tudine pauit, vt vos adfligeret ten-
taretque, vobis poſtremo benefa-
17 cturus. Neue cum animis veſtris
cogitetis, vos veſtro robore et ma-
nuum vi vobis iſtas copias peperiſ-
18 ſe. Sed memineritis, Iouam Deum
veſtrum eſſe, qui vobis vires ſug-
geſſerit, ad parandas opes, vt, quod
maioribus veſtris cum iureiurando
pactus erat, præſtaret, quemadmo-
19 dum res indicat. Quod ſi Iouæ
Dei veſtri obliti, deos alios ſeque-
mini, eosque coletis atque adorabi-
20 tis: hoc apud vos hodie teſtor, vos
eſſe perituros, non minus quam
gentes, quas vobis Ioua perdet: quo-
niam Deo veſtro Iouæ dicto audi-
entes non fueritis.

CAPVT IX.

A Deo bona nobis. Peccata populi.

1 AVdite Iſraelitæ: vos iam tra-
iecturi eſtis Iordanem, ad in-
uadendas gentes vobis et ma-
iores, et potentiores: oppida ma-
2 xima, et ad cælum munita: maxi-
mum et ampliſſimum Enaquino-
rum populum, de quibus ſcitis ita
ſolere prædicari: quis Enaquinis
3 reſiſtat? Atqui hoc hodie ſic ha-
betote, fore, vt Ioua Deo veſtro, eo
qui vos anteit, igni vorace illos e-
uertente, vobisque ſubiiciente, vos
eos celeriter deiectos perdatis:
quemadmodum vobis ipſe Ioua
4 promiſit. Nolitote cum animis
veſtris cogitare, quum vobis eos
Ioua Deus veſter disſipauerit, vos
ob iuſtitiam veſtram introductos
eſſe a Ioua, ad occupandam illam
terram: illas autem gentes propter
ſua vitia ab eodem vobis eſſe euer-
ſas. Non propter iuſtitiam ve- 5
ſtram animique probitatem vos il-
lorum terræ posſeſſionem inuadi-
tis: ſed gentes illas Ioua Deus ve-
ſter quum propter ipſarum vitia
vobis euertit, tum vt id præſtet,
quod maioribus veſtris Abrahamo,
Iſaaco et Iacobo iurauit. Scitote 6
igitur, non propter iuſtititiam ve-
ſtram vobis bonæ illius terræ poſ-
ſeſſionem a Ioua Deo veſtro dari:
eſtis enim ceruicoſus populus.
Recordamini et memoria repetite, 7
quoties Iouam Deum veſtrum in
ſolitudine offenderitis: vos ex quo
die ex Aegypto emigraſtis, donec in
hunc locum veniſtis, in Iouam re-
belles fuiſtis. In Horebo vero 8
eum vsque adeo offendiſtis, vt præ
iracundia pene vos deleuerit.
Quum ego adſcendisſem in mon- 9
tem, vt acciperem tabulas lapideas,
tabulas fœderis, quod percutiebat
Ioua vobiscum, et in eo monte
manſisſem quadraginta dies et qua-
draginta noctes, neque cibum ne-
que potionem ſumſisſem; quum- 10
que mihi dedisſet Ioua duas tabulas
lapideas, diuino inſcriptas digito,
in quibus erant eadem plane, quæ
apud vos Ioua ipſe in monte de me-
dio igne concionis die effatus erat:
finitis, inquam, quadraginta diebus 11
et noctibus, Ioua, quum mihi lapi-
deas illas duas fœderis tabulas tra-
didisſet: fic mecum loqui inſtitit: 12
age, deſcende hinc celeriter: nam
deprauatus eſt tuus iſte populus,
quem ex Aegypto eduxiſti: defle-
xerunt cito de via, quam ego eis
præceperam, ſibique ſimulacrum
conflauerunt. Video ſane, inquit, 13
populum eſſe ceruicoſum. Sine, 14
vt eos euertam, eorumque nomen
de rerum natura deleam, et ex te
gentem, quam ea eſt, potentiorem
et copioſiorem deducam.

Tum ego reuerti, et de monte, 15
qui tum igni flagrabat, deſcendere,
duas fœderis tabulas ambabus ma-
nibus

6 nibus ferens. Ecce autem animad-
uerto veſtrum in Iouam Deum ve-
ſtrum ſcelus: conflaueratis vobis
vitulum: tam cito de via, quam vo-
bis Ioua præſcripſerat, declinauera-
7 tis. Tum ego tabulas ambas, com-
prehenſas ambabus manibus, abieci,
easque in oculis veſtris confregi.
8 Deinde ante Iouam, vt prius, quadra-
ginta dies totidemque noctes iacui,
neque cibo interim neque potione
vſus, propter veſtrum tam ingens
ſcelus, quo commiſſo offenſum Io-
9 uam ad iram prouocaueratis. Et-
enim pertimeſcebam iram illam, et
ardorem, quo Ioua in veſtram per-
niciem incitabatur. Ergo tum et-
iam me exaudiuit Ioua.
0 Pro Aharone quoque, [a] cui etiam
Ioua capitaliter erat infenſus, eo-
1 dem tempore oraui. Scelus autem
veſtrum a vobis factum vitulum
corripui, ac igni cremaui: eoque in
tenuisſimum puluerem commolito
atque contuſo, eum puluerem in flu-
uium, qui de monte defluebat, pro-
2 ieci. Neque non apud Taberam, a-
pud Masſam, apud Buſta cupiditatis
3 Iouam offendiſtis. Itemque quum
miſit vos Ioua a Cadesbarnea, vt pro-
ficiſceremini ad occupandam ter-
ram vobis ab eo datam: vos Iouæ
Dei veſtri mandato repugnaſtis, ne-
que ei credidiſtis, neque eius dicto
obtemperaſtis. Breuiter, ex quo e-
go vos cognoui, ſemper in Iouam
rebelles fuiſtis. Eam ob cauſſam
ante Iouam per quadraginta dies
et totidem noctes abiectus iacui
(ſtatuerat enim delere vos) eum-
que his verbis ſupplicaui: domine
Ioua, noli corrumpere tuum po-
pulum atque hereditatem, quam
pro tua magnitudine redemiſti,
quam ex Aegypto valida manu edu-
xiſti. Memento tuorum, Abra-
hami, Iſaaci et Iacobi. Noli ſpe-
ctare huius populi duritatem, im-
pietatem, atque ſcelus: ne dicti-
tent illi, ex quorum finibus tu nos
eduxiſti, Iouam, quoniam non poſ-
ſet eos introducere in terram, quam
promisſisſet, quoniamque eos odiſ-
ſet, ideo eos eduxiſſe, vt in deſer-
tis perimeret. Atqui tuus ſunt 29
populus et patrimonium, quod tu
tua magna vi et extento brachio
eduxiſti.

CAPVT X.

Alteræ tabulæ. Munera Leuitarum. Cordis circumciſio. Deus qualis.

TVm Ioua mihi mandauit, vt 1
duas tabulas lapideas priori-
bus ſimiles ſecarem: deinde
facta arca lignea, ad ſe in montem
adſcenderem. Se enim ſcriptu- 2
rum in tabulis eadem verba, quæ
fuerant in prioribus a me fractis,
vt eas in arca reponerem. Itaque 3
arcam cedrinam feci, duasque ta-
bulas lapideas ſuperioribus ſimiles
incidi, et eas mecum ferens in mon-
tem adſcendi. Atque ille in tabu- 4
lis eadem inſcripſit, quæ in priori-
bus: ſcilicet decem dicta, quæ vo-
bis elocutus erat in monte de me-
dio igne, die concionis, eaque mi-
hi tradidit. Tum ego digresſus, 5
vbi de monte deſcendi, tabulas il-
las repoſui in arca, quam feceram:
atque ibi ſunt, ſicut mihi præce-
pit Ioua.
Tum Israelitæ profecti ſunt ex 6
Berothis Iaquanenſium in Moſeram:
vbi mortuo Aharone et ſepulto, ſa-
cerdotium iniuit pro eo Eleazarus
eius filius. Illinc profecti ſunt in 7
Gadgadam, inde in Iothabatham,
terram fluuiis abundantem. Eo 8
tempore ſecreuit Ioua tribum leui-
ticam ad portandam fœderis Iouæ
arcam, ad adparendum Iouæ, eique
adminiſtrandum, et eius nomen ce-
lebrandum,* quemadmodum hodie
fit. Atque eam ob rem non habent 9
Leuitæ partem aut patrimonium
cum ſuis cognatis; quod Ioua Deus
veſter ſit eis patrimonium, quemad-
modum eis promiſit.

a) quod vitulum fecisſet. Exod. 32, 4.

10 Ego igitur moratus ſum in monte
quamdiu antea, videlicet quadra-
ginta dies et totidem noctes: me-
que tum quoque in eo audiuit Ioua,
11 vt vos euertere velle deſineret. Et
mihi mandauit, vt vobis in hac pro-
fectione anteirem, inuadentibus in
poſseſsionem terræ, quam ipſe ma-
ioribus veſtris iuraſset ſeſe vobis
daturum eſſe.
12 Nunc Iſraelitæ, quid a vobis
exigit Ioua Deus veſter, niſi vt
Iouam Deum veſtrum vereamini,
vt omnino eius viis gradiamini,
vt eum ametis, eique toto corde at-
13 que animo ſeruiatis: vt eius præ-
cepta et inſtituta, quæ ego vobis
hodie trado, conſeruetis, quo bene
14 vobis ſit? Quum Iouæ Dei veſtri
cæli ſint, et cælorum cæli, terraque,
15 et quidquid eſt in ea: tamen ma-
iores veſtros amore complexus, eo-
rum poſteritatem, hoc eſt vos, ce-
teris omnibus antepoſuit natio-
16 nibus, vt adparet. Quamob-
rem circumcidite veſtri cordis
præputium, et nolite deinceps
ceruicem veſtram indurare.
17 Nam Ioua Deus veſter deorum
Deus eſt, et dominorum dominus:
Deus magnus, fortis, terribilis, qui
neque perſonarum rationem ha-
18 bet, neque dona accipit, et ius pu-
pillis viduisque reddit: et peregri-
nos amans, victu veſtituque donat.
19 Peregrinos igitur amatote, vt qui
peregrini fueritis in Aegypto.
20 Iouam Deum veſtrum metuitote:
hunc colitote: huic hæretote: per
21 huius nomen iuratote. Hic veſtra
laus, hic veſter Deus eſt, qui veſtra
cauſſa magna illa et ſtupenda fecit,
quæ vos veſtris ipſis oculis ſpecta-
22 uiſtis. Septuaginta numero ma-
iores veſtri deſcenderunt in Aegy-
ptum: at nunc ille vos ad ſtellarum
cæleſtium numerum adauxit.

CAPVT XI.

In Aegyptum Deus pro populo. Chananææ copia et natura. Piorum beatitudo. Idololatria. Rerum diuinarum cultus. Contumacium infelicitas.

QVamobrem Iouam Deum ve- 1
ſtrum amatote, eiusque man-
data, decreta, iura, præcepta
ſemper ſeruatote. Atque hoc ho- 2
die cognoſcite, non hæc *b* apud natos
veſtros, qui neque nouerunt, neque
viderunt Iouæ Dei veſtri diſcipli-
nam, aut eius magnitudinem, vali-
dam manum, extentum brachi- 3
um et portentoſa facinora, quæ in
media Aegypto, tum in Pharaonem
Aegypti regem, tum in vniuerſam
eius terram edidit: tum autem 4
quæ in ægyptium equitum quadri-
gariorumque exercitum fecit, quos
vobis a tergo imminentes, profuſis
in eos aquis rubri maris, perdidit,
vt perſpicuum eſt. Tum quæ vo- 5
bis fecit in ſolitudine, donec in
hunc locum veniſtis: tum quæ in 6
Dathanem et Abiramum Eliabi
Rubenitæ filios fecit, quos terra
hiatu aperta, vna cum ipſorum
domibus et tabernaculis, cumque
omnibus, quæ penes eos erant, facul-
tatibus, in medio Iſraelitarum de-
uorauit. Sed vos veſtris ipſis 7
oculis tot tantaque a Deo edita fa-
cinora ſpectauiſtis.
Quocirca ſeruatote omnem præ- 8
ceptionem, quam ego vobis hodie
trado; vt confirmati perueniatis in
poſseſsionem terræ, ad quam occu-
pandam pergitis; vtque diu viuatis, 9
in terra, quam Ioua maioribus ve-
ſtris iurauit, ſe tum ipſis tum eo-
rum ſemini daturum, terram lacte
melleque abundantem. Neque e-
nim terra, cuius vos in poſseſsio-
nem inuaditis, ſimilis eſt ægyptiæ
terræ, ex qua emigraſtis, quam et ſe-
minibus veſtris conſerebatis, et pe-
dibus veſtris, perinde ac ſi olerum
hortus eſſet, irrigabatis. Sed hæc
montes habet et valles, et cæleſtem
pluuiæ aquam potat: cui terræ
Deus veſter Ioua ſemper ſtudet, in
eam-

b) ſcilicet geſta eſſe.

eamque ab initio ad exitum anni o-
3 culos habet intentos. Quod ſi meis
præceptis obtemperabitis,quibus e-
go vos hodie inſtruo:id eſt,ſi Iouam
Deum veſtrum amabitis, totoque
4 pectore atque animo coletis: ego
(inquit)vicisſim pluuia tum primo-
re, tum ſerotina terram vobis ſuo
tempore irrigabo, atque ita fru-
mentum, muſtum,oleum percipie-
5 tis, veſtrumque agrum gramine
donabo ad pecus veſtrum, vt ita
vobis abunde victus ſuppetat.
5 Cauete, ne animo decepti ad ali-
os deos deficiatis,eosque colatis,at-
7 que adoretis: nam iratus in vos
Ioua,pluuiam clauſo cælo auertet:
ita fiet,vt,terra non dante fructum
ſuum, breui de terra illa bona,
quam vobis Ioua dederit,tollamini.
8 Ergo hæc mea dicta animo ac
memoriæ mandate,eaque manibus
veſtris ſignificationis gratia adliga-
tote,et inter oculos pro frontalibus
9 habetote. Hæc natos veſtros do-
cetote, de his domi manendo, iter
faciendo,cubando ſurgendoque lo-
0 quentes. Hæc domorum veſtra-
rum poſtibus portisque inſcribito-
te; vt tum vos, tum veſtri mino-
res tamdiu ætatem producatis in
terra, quam ſe eis daturum Ioua
maioribus veſtris iurauit,quamdiu
cæli terris imminebunt.
Si enim hanc omnem diſcipli-
nam conſeruabitis,quam ego vobis
tenendam præcipio, vt Deum ve-
ſtrum Iouam amantes,eius viuendi
vias omnes ſequamini,eique hære-
atis: fiet, vt euerſis per Iouam o-
mnibus illis gentibus, quam vos e-
ſtis,amplioribus atque fortioribus,
vos illarum fines occupetis; erit-
que veſter omnis locus, in quo pe-
dum veſtigia ponetis; et a deſertis
etLibano et fluuio Euphrate vsque
ad vltimum mare veſtri fines pate-
bunt; neque vobis reſiſtet quis-
quam: tantum veſtri terrorem at-
que metum incutiet Ioua Deus ve-
ſter omni terræ,per quam iter faci-
etis,quemadmodum vobis promiſit.
En ego vobis hodie felicitatem 26
infelicitatemque propono. Felici- 27
tatem, ſi Iouæ Dei veſtri præceptis,
quæ ego vobis hodie trado, obtem-
perabitis: infelicitatem autem, ſi 28
non obtemperabitis, ſed deflecten-
tes de via, quam ego vobis hodie
præcipio, deos alienos vobisque i-
gnotos ſequemini.
Quum autem vos Ioua Deus 29
veſter intromiſerit in terram, ad
quam occupandam vaditis: po-
nitote felicitatem in monte Gari-
zimo, infelicitatem in monte Ebale.
Sunt autem trans Iordanem poſt 30
viam occidentalem,in finibus Cha-
nanæorum,qui planitiem incolunt,
contra Galgala apud quercetum
More. Eſtis enim Iordanem tra- 31
iecturi, et in eius terræ, quam
Deus veſter Ioua vobis daturus eſt,
posſesſionem inuaſuri, in eaque
conſesſuri. Quare date operam, 32
vt omnia inſtituta atque iura, quæ
ego vobis hodie propono,obeatis.

CAPVT XII.

Idololatria. Verus cultus Iouæ. Libandorum puritas. Carnis vſus. Abſtinentia ſanguinis. Concremati ad idolum filii.

HAec ſunt decreta et iura, quæ 1
vt exſequamini, vobis curan-
dum eſt in terra, quam Ioua
Deus veſter patrius dat vobis posſi-
dendam, et exſequamini, quamdiu
viuetis in terris. Omnia loca de- 2
letote, in quibus gentes, quas vos
expulſuri eſtis,ſuos deos coluerint,
ſiue in editis montibus,ſiue in colli-
bus, ſiue ſub quacumque arbore o-
paca. Eorum aras eruitote,ſtatuas 3
perfringitote,lucos igni crematote,
ſimulacra deorum exſcinditote, de-
nique illorum nomen de loco illo
tollitote. Aduerſus Iouam Deum 4
veſtrum ne ita feceritis, ſed lo- 5
cum,quem ipſe ex omnibus veſtris
tribubus elegerit, et in eo ſui no-
minis domicilium ſtatuerit, peti-
tote. Et eo profecti veſtras ho- 6
ſtias, ſacrificia, decumas, quæ ſe-

creueritis honoraria, vota, volun-
taria munera, et boum, ouium, ca-
prarum primogenita adfertote,
7 et illic apud Iouam Deum veſtrum
epulamini, læti omnibus veſtris o-
peribus, vna cum familiis veſtris,
quod vos Ioua Deus veſter felicita-
8 uerit. Ne facitote, quemadmo-
dum nos hic hodie facimus, quod
9 cuique libet. Etenim non-
dum perueniſtis in requietem
atque hereditatem, quam vobis
Deus veſter Ioua daturus eſt.
10 Quum autem traiecto Iordane con-
ſederitis in terra, cuius in heredita-
tem Ioua Deus veſter vos immittet,
eiusque beneficio ab omnibus ve-
ſtris finitimis hoſtibus quieti in
11 tuto agetis: quem locum conti-
gerit a Ioua Deo veſtro electum eſ-
ſe, vt ibi ſuum nomen conſtituat, eo
fertote omnia, quæ ego vobis præ-
cipio, videlicet veſtras hoſtias, ſa-
crificia, decumas, quæ donaria ſe-
creueritis, et votorum veſtrorum
lecta omnia, quæ Iouæ voueritis;
12 et gaudetote apud Iouam Deum ve-
ſtrum vna cum veſtris filiis, filiabus,
ſeruis, ancillis, et Leuitis veſtrati-
bus, vtpote qui vobiscum partem
13 aut hereditatem non habeant. Ca-
uetote, ne victimas veſtras vbiuis
14 immoletis; ſed in eo dumtaxat
loco, quem Ioua in aliqua veſtra-
rum tribuum elegerit, victimas im-
molatote, et illic omnia, quæ ego
15 vobis præcipio, facitote. c Et
animalia quidem veſtro arbitratu
mactatote, et carne veſcimini,
pro copia, quam cuique veſtrum Io-
ua Deus veſter, vbicumque degetis,
largitus fuerit: ſeu quis immundus
erit, ſeu mundus, veſcitor, perinde
16 ac caprea atque ceruo. Verum ſan-
guine ne veſcemini, ſed eum hu-
mi funditote vt aquam.
17 Decumas veſtri frumenti, vini, o-
lei, aut maioris minorisue pecoris
primogenita, aut quodcumque a vo-
bis votum, aut voluntarium munus,
aut ſepoſitum honorarium, vobis
domi comedere non licebit, ſed ea 18
apud Iouam Deum veſtrum pollu-
cetote, in loco ab eo delecto, vna
cum veſtris filiis et filiabus, ſeruis-
que et ancillis, et Leuitis apud vos
degentibus, et apud eum de omni-
bus manuum veſtrarum operibus
gaudetote. Cauetote, quamdiu in 19
finibus veſtris degetis, ne Leuitas
deſeratis.

Quum vobis fines Ioua Deus 20
veſter, quemadmodum promiſit,
amplificauerit, ſi vobis carne ve-
ſci libuerit, arbitrio veſtro ve-
ſcamini licebit. Quod ſi longius 21
aberit locus, quem Ioua Deus ve-
ſter ad collocandum ſuum nomen
elegerit: mactatote de veſtris ma-
ioribus minoribusue pecoribus,
vobis a Ioua datis, quemadmodum
ego vobis præcepi, et domi veſtro
arbitratu comeditote, et quidem 22
quomodo caprea aut ceruus eſtur:
idque immundo iuxta ac mundo fas
eſto.

Tantum a ſanguine veſcendo 23
vos abſtinetote, ne quum ſan-
guis ſit anima, animam cum carne
comedatis. Ne eo veſcimini, 24
ſed eum ad terram, quaſi aquam,
effunditote. Ne veſcimini, in- 25
quam, vt et vobiscum et cum ve-
ſtra poſteritate bene agatur, ſi Iouæ
fueritis obſecuti. Ceterum quæ 26
per vos conſecrata et vota habebi-
tis, ea in locum a Ioua electum ad-
fertote, veſtrarumque et carne et
ſanguine victimarum in ara Iouæ
Dei veſtri facitote; et ſanguine 27
veſtrorum ſacrificiorum in aram
Iouæ Dei veſtri effuſo, carnem com-
editote. Curatote, vt omnibus his 28
verbis, quibus ego vobis præcipio,
obtemperetis; vt et vobis et veſtris
bene ſit poſteris in ſempiternum,
ſi id, quod Iouæ Deo veſtro proba-
tur et placet, feceritis.

Quum vobis exciderit Ioua Deus
veſter gentes, ad quas exigendas pro-
fici-

c) neque de ſacrificio, neque de immundis animalibus loquitur.

ficiſcimini, eisque exactis in earum
0 terra conſederitis: cauetote, ne il-
lis aduentu veſtro deletis, in eam-
dem offenſam incurratis; et ne ea-
rum diis ſtudentes, ſtatuatis, quo-
modo illæ ſuos deos coluerint, ſic
1 vos quoque facere. Ne ſic in Io-
uam Deum veſtrum facitote. Nam
quodcumque nefas Ioua peroſus
eſt, illi diis ſuis fecerunt, eousque,
vt etiam ſuos liberos diis ſuis igni
2 cremauerint. Quidquid ego vo-
bis præcipio, curatote, vt id facia-
tis: neque quidquam huic vel ad-
datis, vel detrahatis.

CAPVT XIII.

Vatum probatio. Pſeudouatis mors. Idololatrarum cædes.

1 SI quis apud vos aut vates, aut
ſomniator exſtiterit, qui vobis
ſignum aliquod aut prodigium
2 edat, idque ſignum aut prodigi-
um vobis ab illo prædictum, eue-
nerit; et tamen idem vos cohorte-
tur ad deos alienos vobisque igno-
3 tos ſequendos colendosque: no-
litote illius aut vatis orationi, aut
ſomniatoris obtemperare ſomnio.
Tentat enim vos Ioua Deus veſter,
vt diſcat, an ſe toto corde atque a-
4 nimo ametis. Iouam Deum ve-
ſtrum ſequimini: hunc veremini:
huius præcepta ſeruatote: huius
vocem auditote: huic ſeruitote
5 atque adhæretote. Vates autem
aut ſomnii auctor ille moriatur,
qui a Ioua Deo veſtro, a quo ex Ae-
gypto educti et ex ſeruitutis domi-
cilio adſerti eſtis, defectionem ſua-
ſerit, quo vos a via abduceret, per
quam ingredi Ioua Deus veſter vo-
bis præcepit. Aufertote igitur ma-
5 lum de medio veſtri. Si te etiam
frater tuus eadem tecum matre na-
tus, aut filius, aut filia, aut tui ſinus
vxor, aut amicus tibi æque carus,
atque tua anima, te arcane cohor-
tatus fuerit, ad cultum deorum a-
lienorum tibique et tuis maioribus
ignotorum, cuiusmodi ſunt dii 7
nationum, quæ vndique circum
vos ſunt, ſiue finitimarum, ſiue quo-
cumque terrarum ſine remotarum:
ne ei obſecundato, ne auſcultato, ne 8
parcito, ne eius mifereſcito, ne eum
celato: ſed interficitote, ita vt tua 9
manus prima ſit in eo necando, ce-
terorum autem omnium ſecunda;
eumque ad necem lapidibus obrui- 10
tote, qui vos abducere conatus fue-
rit a Ioua Deo veſtro, a quo eſtis ex
domo ſeruitutis ægyptiæ educti.
Quod vbi audiuerint Israelitæ o- 11
mnes, metuant deinceps tale flagi-
tium apud vos committere. Si 12
audiueritis in aliquo veſtrorum op-
pidorum, quæ vobis Ioua Deus ve-
ſter ad habitandum dederit, exſta-
re aliquos ex vobis perditos homi-
nes, qui ſuos incitent ciues ad 13
colendum deos alienos et vobis i-
gnotos: inquiritote, perſcrutamini,
ſciſcitamini diligenter. Quod ſi 14
rem veram atque certam, et ſcelus
apud vos commiſſum deprehende-
ritis: illius oppidi habitatores
ferro trucidatote: et oppidum, et 15
oppidana omnia, ipſaque adeo pe-
cora ferro corrumpitote, omni- 16
que præda in medium eius forum
congeſta, oppidum vna cum vni-
uerſa eius præda Iouæ Deo veſtro
prorſum comburitote; idque ſem-
piternum, nec vmquam inſtauran-
dum rudus eſto. Neque quid- 17
quam de illa deuotione manibus
veſtris inhæreto; vt Ioua, iræ ſuæ
feruore cohibito, miſericordiam
vobis tribuat, et vos, quemadmo-
dum maioribus veſtris iurauit, au-
geat, ſi Iouæ Dei veſtri vocem 18
audietis, omnia eius præcepta, qui-
bus ego vos hodie inſtruo, conſer-
uantes, et Iouæ Dei veſtri arbitrio
obedientes.

CAPVT XIIII.

In funere damnata. Animantia vetita, conceſſa. Morticinum. Decumæ.

1 Filii eſtis Iouæ Dei veſtri. No-
litote in funere aut corpora
veſtra lacerare, aut ſinciput de-
2 caluare. Nam ſacer Iouæ Deo
veſtro populus eſtis, et ab eo electi,
vt ei eſſetis peculiaris populus, præ
ceteris omnibus totius orbis terra-
3 rum nationibus. Nulla re abhor-
4 renda veſcimini. His animalibus
vobis veſci fas erit: boue, pecore
5 ouium caprinoque, ceruo, caprea,
rupicapra, dama, pygargo, oryge,
6 camelopardali. Denique quod-
cunque animalium vngulam diui-
ſam habet, et biſulcum eſt, rumi-
7 natque, eo veſcimini. Veruntamen
tamen ex ruminalium aut biſulco-
rum genere his ne veſcimini: ca-
melo, lepore et cuniculo: nam
quum ruminent, biſulca non ſunt:
8 hæc vobis immunda ſunto. Sus
quoque, quoniam quum biſulcus ſit,
non ruminat, vobis immundus eſto.
Horum neque carne veſcimini, ne-
9 que cadauer attingitote. Aquati-
lium autem pinnatis et ſquamatis
10 omnibus veſcimini. At quæ pin-
nas aut ſquamas non habent, ab eo-
rum eſu abſtinetote, eaque in im-
11 mundis habetote. Auibus omni-
12 bus mundis veſcimini. At his ne
veſcimini, aquila, anataria, haliæ-
13 eto, miluo, pica, et vulturum ge-
14 neribus, omnibusque coruorum
15 generibus, ſtruthione, harpa, laro,
16 et accipitrum generibus, cuculo,
bubone, noctua, ibi, pelicano,
17 mergo, ciconia, ardeolarum gene-
ribus, pico, et veſpertilione.
18 Tum autem omne humi ſerpens
volucre immundum habetote: ne
19 veſcimini. Omni volucri munda
20 veſcemini. Morticino nullo ve-
ſcimini: ſed aut peregrinis veſtra-
tibus comedendum datote, aut ex-
traneis venditote: eſtis enim ſacer
21 Iouæ Deo veſtro populus. Hædum
in lacte matris ſuæ ne coquito.
22 Omnem tuæ ſementis prouen-
tum, quem ager reddet, quotannis
23 decumato; et apud IouamDeum tu-
um in loco, quem elegerit ad con-
ſtituendum in eo ſui nominis do-
micilium, comedito tui frumenti,
vini oleique decumas, et primoge-
nita boum, ouium, caprarum tua-
rum: vt diſcas Iouam Deum tuum
ſemper vereri. Quod ſi longior 24
erit via, quam vt eam ferre poſſis,
nempe loco illo, quem Ioua Deus
tuus ad ſui nominis conſtitutionem
elegerit, a te remotiore: quum te 25
Ioua Deus tuus ditauerit, decumas
pecunia addicito, eamque tecum in
loculis ferens, locum a Ioua ele-
ctum petito; tum pecunia tuo 26
arbitratu inſumta ſiue in boues, ſi-
ue in oues aut capras, ſiue in vi-
num aut temetum, denique quid-
quid tuus animus adpetet, illic
epulator apud Iouam Deum tuum,
et lætator vna cum familia tua.
Leuitas quoque veſtrates, qui par- 27
tem tecum et hereditatem ſortiti
non ſunt, ne omittito.
Finitis tribus annis, depromito o- 28
mnes totius tui prouentus eius anni 29
decumas, eaſque domi reponito;
tum Leuitæ, qui nullam tecum par-
tem et hereditatem habent, peregri-
nique et pupilli et viduæ veſtrates
veniunto, et ad ſatietatem epulan-
tor: vt tibi Ioua Deus tuus omnia
tua negotia bene fortunet.

CAPVT XV.

*Debitorum remiſſio. In pauperes benigni-
tas. Septennii manumiſſio. Primogenita
Dei. Sanguis malus.*

1 Septimo quoque anno remiſſio- 1
nem facitote, cuius remiſſionis
hæc erit ratio. Omnibus debi- 2
toribus nomina remittuntor, neque
creditori fas eſto interpellare ſuum
proximum aut conſanguineum, in-
dicta Iouana remiſſione. Ab alie- 3
nis exigere vobis licebit: ſed, quod
vobis debebunt veſtri conſangui-
nei, id remittitote. Ceterum in- 4
ter vos nulli ſunto pauperes: ſiqui-
dem vos ditabit Ioua Deus veſter
in

in terra, cuius vobis occupandam
5 poſſeſſionem dat: ſi modo ei
dicto audientes, huic omni diſci-
plinæ, quam ego vobis hodie trado,
6 parere curabitis. Ditabit, inquam,
vos Ioua Deus veſter, quemadmo-
dum vobis promiſit, vt et multis
nationibus mutuetis, neque ipſi
mutuemini; et multis imperetis,
neque vobis imperetur.
7 Sicubi apud vos veſtræ conſan-
guinitatis erit pauper in terra ve-
ſtra, vobis a Ioua Deo veſtro data, no-
lito in pauperem, cognatum tuum,
aut animo durior, aut manu esſe
8 contractior; quin aperta manu lar-
gitor, et tantum ei mutuato, quan-
tum ſatis erit ad penuriam, qua
9 laborabit. Caueto, ne ea ſit animi
tui malignitas, vt ſeptimo, id eſt
remisſionis anno propinquante,
pauperi conſanguineo tuo dare re-
nuas; ne eo ad Iouam conquerente
10 des pœnas: ſed ei dato, idque non
inuito animo. Nam eam ipſam ob
cauſſam omnia tibi opera et nego-
tia Ioua Deus tuus bene fortunabit.
11 Neque vero deerunt in veſtris fi-
nibus pauperes: hanc ob rem ego
vobis præcipio, vt conſanguineis
egenis et pauperibus in veſtris fini-
bus liberales vos præbeatis.
12 Si quis tibi conſanguinitatis tuæ
Ebræus aut Ebræa venierit, ſex an-
nos tibi ſeruito, ſeptimo autem an-
13 no eum manumittito. Quumque
manumittes, ne vacuum mittito,
14 ſed ex tuis pecoribus, exque horreo
et torculari honeſte muneratum, et
eis, quibus te Ioua Deus tuus dita-
15 uerit, donatum: ac memento, te
ſeruum fuisſe in Aegypto, et inde
a Ioua Deo tuo redemtum: qua de
cauſſa hæc ego vobis hodie præci-
16 pio. Quod ſi negabit, ſe a te esſe
discesſurum, quod te tuamque do-
mum amabit; quoniam apud te
17 bona conditione ſit: tum tu ſu-
bula eius aurem oſtio adfigito, is-
que tibi in perpetuum ſeruus eſto;
18 idemque ancillæ facito. Ne illum
grauate manumittito, qui tibi bis
tamdiu ſeruierit, quamdiu mercede
conductus mercenarius, videlicet
ſex annis: et Ioua Deus tuus o-
mnia tibi, quæ facies, fortunabit.
Omnia primogenita, quæ tibi tum 19
ex maiori tum ex minori pecore
maria naſcentur, Iouæ Deo tuo
conſecrato: neu bouis primogeni-
to ad laborem vtitor, neu pecoris
primogenitum tondeto. Apud 20
Iouam Deum tuum ea quotannis
polluceto, in loco a Ioua electo,
vna cum tua familia. Quod ſi vi- 21
tioſum erit, vt claudum, vt cæcum,
aut quouis vitio præditum; id Io-
uæ Deo tuo ne immolato, ſed 22
domi comedito, ſiue immundus
quis ſiue mundus ſit: perinde ac ſi
caprea ſit aut ceruus. Tantum 23
eius ſanguine ne veſcitor, ſed eum
humi quaſi aquam effundito.

CAPVT XVI.

Paſcha vernum, Septimanalia. Vmbra-cula. Tribuum iudices. Lucus, ſtatua negata.

OBſeruato, vt menſe verno pa- 1
ſcha Iouæ Deo tuo celebres.
Nam menſe verno eduxit te
Ioua Deus tuus ex Aegypto noctu.
Quamobrem immolato paſcha Io- 2
uæ Deo tuo oues aut capras et bo-
ues, in loco, quem Ioua ſuo nomini
collocando deſtinarit. In eo fer- 3
mentato ne veſcitor: ſeptem die-
bus, quum agetur paſcha, non fer-
mentatis anguſtiæ panibus veſcitor:
quoniam trepidanter ex Aegypto
emigraſti, vt illius diei tuæ ex
Aegypto emigrationis recordere,
quamdiu viues. Neue tibi exſtet 4
fermentum in totis tuis finibus per
ſeptem dies, neue quid ex carne
hoſtiæ, quam veſpere primi diei
immolaueritis, in poſterum diem
ſuperſit. Non licebit tibi immo- 5
lare paſcha in vnoquouis locorum
tibi a Ioua Deo tuo habitationis er-
go conceſſorum. At in loco, 6

 quem

quem Ioua Deus tuus delegerit ad
collocandum in eo nomen ſuum,pa-
ſcha immolato veſperi,in occaſu ſo-
lis,quo tempore exAegypto emigra-
7 ſti. Id coquito et comedito in loco a
Deo tuo Ioua electo, ac poſtridie
8 reuertitor, et domum redito. Sex
diebus non fermentatis veſcitor:
ſeptimo die feriæ ſunt Iouæ Dei
9 tui: opus ne facito. Septem ſepti-
manas numerato; et eas incipito
numerare, poſtquam primum im-
10 miſeris falcem in ſegetem: dein-
de ſeptimanalia agito IouæDeo tuo,
voluntario tuæ manus donario,
quod donabis, prout te locupleta-
11 uerit Ioua Deus tuus; et apud Io-
uam Deum tuum vna cum tuo filio
et filia, et ſeruo et ancilla, et Leuita
veſtrate, et peregrino, et pupillo et
vidua, qui apud vos degent, læta-
tor, in loco, quem Ioua Deus tuus
ſuo nomini collocando deſtinaue-
12 rit. Et memento, te fuiſſe ſeruum
in Aegypto, et curato, vt his pareas
13 inſtitutis. Feſtum vmbraculorum
agito ſeptem dies, quum areæ et
torcularis tui fructum perceperis;
14 et in iſto feſto lætator vna cum tuo
filio, filia, ſeruo,ancilla,Leuita,per-
egrino, pupillo et vidua, veſtrati-
15 bus. Septem dies feſtum agito
Iouæ Deo tuo in loco ab eo electo:
nam tibi fortunabit Ioua Deus tu-
us omnes tuos prouentus et opera,
16 vt nihil niſi lætitiam agas. Ter
quotannis adpareat omnis mas tuus
apud Iouam Deum tuum, in loco
ab eo electo, feſto azymorum, et
ſeptimanarum, et vmbraculorum.
17 Neque apud Iouam vacui compa-
rento, pro ſuæ quiſque facultatis
munere, pro ratione copiarum,
quas cuique largitus Ioua Deus ve-
18 ſter fuerit. Iudices et magiſtra-
tus tributim creatote in omnibus
oppidis, quæ vobis Ioua Deus ve-
ſter dederit, qui populo iuſte ius
19 dicant. Iudicium ne corrumpito:
perſonarum rationem ne habeto,
neue donum accipito: nam donum
et ſapientum oculos cæcat, et iu-
ſtorum orationem peruertit. Iu- 20
ſtitiam, iuſtitiam perſequitor, vt vi-
uas, et terram posſideas tibi a Ioua
Deo tuo datam. Lucum vllarum 21
arborum ne conſerito apud aram
Iouæ Dei tui a te factam: neue
ſtatuam erigito; nam ea Ioua Deus
tuus odit.

CAPVT XVII.

Mactandorum integritas. Deaſtricolarum ſupplicium. Lites, contumacia. Regis creatio.

NE mactato Iouæ Deo tuo bo- 1
uem, aut ouem, capramue,vl-
lo malo vitio præditam: nam
ab eo abhorret Ioua Deus tuus.
Si quis inuentus fuerit apud vos 2
in aliquo oppidorum vobis a Ioua
Deo veſtro datorum aut vir aut mu-
lier, qui tantum contra Iouam De-
um veſtrum ſcelus ſuſceperit, vt 3
contra eius fœdus eo venerit, vt a-
lienos deos coluerit atque adorarit,
aut ſolem, aut lunam, aut omnino
aliquid ex cæleſtibus copiis inius-
ſu meo; idque vos auditione ac- 4
ceptum, diligenter inquirentes, ve-
rum certumque eſſe, et id ſcelus in
Israelitis commiſſum compereritis:
educitote virum illum aut mulie- 5
rem, qui vir aut quæ mulier flagi-
tium illud fecerit, ad portam, eum-
que lapidibus obrutum necatote,
ita vt ex duorum triumue teſtium 6
ore moriatur reus; ex vnius au-
tem ore ne moriatur. Et teſtium 7
quidem manus in eo interficiendo
prior eſto; reliquorum autem o-
mnium poſterior: ita malum de
medio veſtrum tolletis. Si quæ 8
cauſſa difficilior erit, quam vt pos-
ſitis de ea iudicare, vt de homici-
dio, de lite, de vulnere, cuiusmodi
erunt, veſtrates controuerſiæ: pe-
titote locum a Deo veſtro Ioua de-
lectum; et ſacerdotes Leuitas 9
præſidemque, qui tum erit,aditote,
et ab eis poſtulatote, vobis vt cauſ-
ſam

0 ſam explicent. Vos autem iis, quæ
illi in loco a Ioua Deo veſtro electo
decreuerint,paretote; et curatote,vt
omnia, quibus vos inſtruxerint,ex-
1 ſequamini, vtque ex præſcripto le-
gis, qua vos inſtituerint, exque ſen-
tentia, quam dixerint, ita faciatis,
vt ab eo, quod vobis ſtatuerint, ne-
que ad dextram neque ad ſiniſtram
2 deflectatis. Quod ſi quis contumaci-
us egerit,vt pontifici, qui illic ad Io-
uæ Deo veſtro adminiſtrandum ad-
eſt, aut præſidi non pareat: mo-
riatur; aufertote malum illud ex
3 Israelitis. Quod quum omnis po-
pulus audiuerit, metuat, neque de-
inceps inſoleſcat.
4 Quum in terram veneritis, quam
vobis Ioua Deus veſter dat, eamque
occupaueritis, et in ea conſederitis;
ſi ſtatueritis vobis creare regem,
more omnium vobis finitimarum
5 gentium: eum creatote,quem Ioua
Deus veſter elegerit, videlicet de
veſtra conſanguinitate: neque vo-
bis licebit, hominem vobis præfi-
cere extraneum et alienigenam.
6 Porro is ne multos equos habeto,
ne propter equorum multitudinem
populum reducat in Aegyptum,
quum vos Ioua via illa amplius red-
7 ire vetuerit: neue multas vxo-
res habeto, ne animo deflectat:
neue argenti auriue multum ha-
8 beto. Quumque acciderit, eum in
regni ſui ſolio ſedere: hanc ſibi le-
gem a ſacerdotibus Leuitis in libro
9 exſcribito, eamque apud ſe ha-
beto, et legito per omnem vitam
ſuam; vt diſcat Iouam Deum ſu-
um vereri, curetque, vt omnibus
verbis huius legis atque his inſtitu-
0 tis pareat: ne contra ſuos con-
ſanguineos animo inſoleſcat, neue
de diſciplina ad dextram aut ſini-
ſtram deflectat, vt diu viuat in re-
gno ſuo tum ipſe tum eius nati in-
ter Israelitas.

CAPVT XVIII.

De Leuitis leges ac emolumenta. Artes vetitæ. Falſorum ſupplicium.

SAcerdotes Leuitæ, atque adeo 1
vniuerſa tribus Leuis, partem
et patrimonium inter Israelitas
ne habento. Sacrificiis et patrimo-
nio Iouæ viuunto: patrimoni- 2
um quidem in ſuis conſanguineis
ne habento: Ioua eis patrimonium
erit,vt promiſit.
Hoc autem ſacerdotum ius eſto in 3
populum. Qui ſacrificium faciet, ſi-
ue boue,ſiue ouino caprinoue peco-
re,ſacerdoti armum,maxillas, oma-
ſum dato. Primitias veſtri frumen- 4
ti,muſti, olei,nec non primitias vel-
leris ouium veſtrarum illis datote.
Nam eos elegit Ioua Deus veſter ex 5
omnibus veſtris tribubus; vt ad-
esſent ad adminiſtrandum Iouæ no-
mine tum ipſi, tum eorum nati
perpetuo.
Si quis Leuita ex quouis ve- 6
ſtrorum, id eſt, israeliticorum
oppidorum, in quo fuerit peregri-
natus, venerit, quocumque animi
impulſu, in locum a Ioua electum:
is Iouæ Dei ſui nomine miniſtrato, 7
quomodo omnes eius conſangui-
nei Leuitæ ibi Iouæ adparentes.
Aequalibus portionibus veſcuntor, 8
præter ſi quid ille * hereditarium
vendiderit. Quum in terram per- 9
ueneritis vobis a Ioua Deo veſtro
datam: ne diſcitote illarum genti-
um ſcelera imitari. Ne quis in- 10
uenitor in vobis, qui ſuum filium
filiamue per ignem traiiciat; neue
haruſpex, hariolus, augur, præſti-
giator, aſtrologus, Pythii con- 11
ſultor, magus aut necromantis:
nam inuiſus Iouæ eſt quisquis iſta 12
facit, et iſtorum ſcelerum cauſſa
Ioua Deus veſter vobis illos expel-
lit. Integri eſtote erga Iouam 13
Deum veſtrum. Nam illæ quidem 14
gentes,in quarum vos posſesſionem
venitis, hariolis et haruſpicibus
obtemperant: at vobis non ita per-
mittit Ioua Deus veſter. Vatem 15
de medio veſtrum, de veſtra con-
ſanguinitate, mei ſimilem, vobis
ſuſcitabit Ioua Deus veſter, cui ob-
tem-

16 temperetis: quemadmodum ab
eo poſtulaſtis in Horebo, die con-
cionis, quum peteretis, ne amplius
Iouæ Dei veſtri vocem audiretis,
aut ingentem illum ignem videre-
17 tis, ne moreremini. Quum qui-
dem Ioua ita mihi reſpondit: bene
18 dicunt. Vatem ſuſcitabo eis de
media eorum conſanguinitate, tui
ſimilem, cuius ori mea verba ſug-
geram, itaque eis eloquetur, quæ-
19 cumque ei præcepero. Quod ſi
contigerit, aliquem meis verbis,
quæ ille meo nomine effatus fuerit,
non obtemperare: ego in eum
20 animaduertam. Ceterum ſi quis
vates hoc ſibi arrogauerit, meo vt
nomine aliquid dicat, quod ego ei
dicendum non mandauerim, aut vt
alienorum deorum nomine loqua-
21 tur: moritor vates ille. Quod ſi
ſic cum animis veſtris cogitabitis,
quo pacto intelligemus, quænam
res ſit, quam Ioua non dixerit?
22 Si quam rem dixerit vates Iouæ
nomine, et ea non fuerit, neque
euenerit: ea res erit, quam non
Ioua, ſed vates dixerit arroganter:
ab illo ne pauetote.

CAPVT XIX.

Aſyla tria. Percuſſorum leges. Homicida ſciens. Termini, teſtes. Talionis lex.

1 QVum profligatas a Ioua Deo
veſtro gentes, quarum ipſe
vobis terram dat, exegeritis,
earumque in oppidis et domibus
2 conſederitis: tria oppida ſecerni-
tote in media terra veſtra, quam
vobis occupandam Ioua Deus veſter
3 dederit; viamque ita componi-
tote, vt veſtros fines, quorum vobis
fuerit a Ioua Deo veſtro conceſſa
poſſeſſio, in tres partes partiamini,
vt eo confugiant omnes percuſſo-
res.
4 Hæc autem erit ratio percuſ-
ſorum, qui illo perfugio vitæ ſuæ
conſulent. Qui alterum per im-
prudentiam occiderit, quem antea
non oderit; vt ſi quis in ſiluam li- 5
gnandi gratia cum altero profectus,
manu ſecurim ad ſecandam arbo-
rem moliatur, et ferrum de capulo
elapſum in alterum inciderit, eum-
que necauerit: is in aliquod oppido-
rum illorum confugito, et ſaluti ſuæ
proſpicito; ne ſanguinis vindex ho- 6
micidam calente animo perſecutus,
ſi via longior ſit, adſequatur, eum-
que vita priuet: quum eius crimen
capitale non ſit, quippe qui illum
antea non odiſſet. Hac de cauſſa 7
ego vobis præcipio, vt tria vobis
oppida ſecernatis.
Quod ſi fines veſtros amplifi- 8
cauerit Ioua Deus veſter, vt ve-
ſtris maioribus iurauit, vobiſque
dederit omnem terram, quam ma-
ioribus veſtris daturum ſe promi-
ſit, (ſi modo huic omni diſci- 9
plinæ parere curabitis, quam ego
vobis hodie trado, vt Iouam Deum
veſtrum ſemper ametis, eiuſque via
gradiamini) additote inſuper toti-
dem oppida ad iſta tria: ne ſi ſanguis 10
innocens fundatur in terra iſta,
cuius vobis poſſeſſionem Ioua De-
us veſter dederit, ſanguinis pœnam
committatis. At, ſi quis odio alte- 11
rum proſequens, eum per inſidias
adgreſſus letaliter vulnerauerit,
iſque mortuus fuerit, deinde ille
in aliquod illorum oppidorum con-
fugerit: tum ſenatores illius ho- 12
micidæ ciues eum illinc arceſſen-
dum curanto, et ſanguinis vindici
interficiendum dedunto. Eius ne 13
miſereſcitote, et a ſanguinis inno-
centis culpa Iſraelitas vindicatote,
et vobiſcum bene agetur.
Ne moueto alterius terminum a 14
maioribus definitum in poſſeſſione
tua, quam poſſidebis in terra, quam
vobis Ioua Deus veſter occupan-
dam concedit. Ne quis vnus teſtis 15
in quemquam audiatur, quacumque
de culpa aut crimine, cuiuſcumque
modi committi ſolent. Ex ore duo-
rum, aut ex ore trium teſtium res
confirmetur. Si quis in quem- 16
quam

quam iniquus teſtis exſtiterit, et
falſum contra eum protulerit:
7 ambo homines, quos inter contro-
uerſia eſt, apud Iouam ſtanto coram
ſacerdotibus et iudicibus, qui tum
temporis erunt. Iudices autem ſe-
8 dulo inquirunto. Quod ſi falſum
illum teſtem eſſe deprehenderint,
et falſum contra alterum dixiſſe:
9 facitote ei, quod ipſe in alterum
commentus erat, malumque de
20 medio veſtrum tollitote. Quod
quum reliqui audiuerint: timeant
deinceps eiusmodi facinus apud
vos ſuſcipere, neue miſereſcitote.
21 Vitam pro vita, oculum pro oculo,
dentem pro dente, manum pro
manu, pedem pro pede.

CAPVT XX.

Belli leges, committendi prælii, victoriæ, prædæ.

QVum ad pugnandum cum
hoſtibus egreſſi, videritis
vos ab illis equorum, curru-
um, hominum multitudine ſupera-
ri, nolitote illos timere: nam Ioua
Deus veſter vobis aderit, qui vos
ex Aegypto eduxit. Quumque
iam prœlium commiſſuri eritis,
tum pontifex accedito, et in hunc
modum verba ad exercitum facito.
Audite Iſraelitæ: vos hodie prœlio
congreſſuri eſtis cum hoſtibus ve-
ſtris; nolite animis remolleſcere,
aut illos præ metu et terrore ex-
paueſcere. Nam ipſe Ioua Deus
veſter vobiſcum graditur, pro vo-
bis cum veſtris hoſtibus pugnatu-
rus, vosque defenſurus. Tum
magiſtratus ad populum ita lo-
quuntor: ſi quis nouam domum
ædificauit, neque dedicauit; is do-
mum repedato: ne ſi in prœlio oc-
cubuerit, alius eam dedicet. Item
ſi quis vineam conſeuit, neque pro-
fanauit; domum repedato: ne ſi
occubuerit in prœlio, alius eam
profanet. Item ſi quis vxorem
deſponſauit, neque duxit; domum
repedato; ne ſi in prœlio occubue-
rit, alius eam ducat. Tum hoc 8
addunto: ſi quis timidus eſt, et
molli animo; domum repedato:
ne animi ſui mollitie aliorum ani-
mos effeminet. Deinde quum ma- 9
giſtratus ad populum loqui deſti-
terint, tum copiis duces præfici-
unto. Quum oppidum aliquod 10
bello adoriemini: ei pacem offer-
tote. Quod ſi pacem acceperit, 11
vobisque portas aperuerit: omnis
in eo repertus populus vobis tri-
butarius eſto, atque ſeruito. Sin 12
pace repudiata, armis vobiſcum
decertabit: obſidetote. Quumque 13
id vobis Ioua Deus veſter tradide-
rit, mares omnes ferro trucidatote.
Mulieres autem, et paruulos, et 14
pecus, et quidquid erit in oppido,
prædæ habetote, hoſtiumque ve-
ſtrorum ſpoliis, vobis a Deo veſtro
Ioua conceſſis, viuitote. Atque 15
hæc quidem facitote omnibus op-
pidis, quæ a vobis longius aberunt,
neque iſtarum gentium erunt.
Nam de oppidis quidem iſtarum 16
nationum, quarum poſſeſſionem
vobis Deus veſter Ioua dat, nemi-
nem conſeruatote, ſed illos peruer-
titote, Hettæos, Amorræos, Cha- 17
nanæos, Pherezæos, Heuæos et
Iebuſæos, ſicut vobis Ioua Deus
veſter præcipit. Ne ſi vos docue- 18
rint, quæ erga deos ſuos commit-
tunt nefanda imitari, culpam in
Iouam Deum veſtrum committatis.
Si quod oppidum diutina obſidione 19
oppugnabitis: nolitote arbores ad-
mota ſecuri corrumpere, ſed earum
fructibus veſcimini, neque eas ſuc-
ciditote, quaſi homines ſint ruris
arbores, * vt vos in obſidione deui-
tent. Arbores autem, quarum 20
fructus ſcitis non eſſe edules, cor-
rumpitote atque ſucciditote, et ex
eis machinas conſtruitote aduerſus
oppidum, quod vobiſcum armis
decernet, donec id ſubegeritis.

CAPVT XXI.

Occiſi cadauer. Captiua in coniugem ducenda, eius luctus, manumiſsio Coniuges vna duæ. Primogenituræ iura. Filii nequam ſupplicium. Cruci adfixum exſecrabile.

1 SI quis occiſus in terra, cuius
vobis poſſeſsionem Deus veſter
Ioua dat, inuentus fuerit ruri
iacens,et neſciatur,a quo ſit occiſus:
2 veſtri ſenatores et iudices prode-
unto, et oppidorum, quæ circum
occiſum erunt, diſtantiam metiun-
3 tor; ac, quod oppidum occiſo
4 proximum eſſe contigerit, eius
oppidi ſenatores iuuencam ſumun-
to,quæ numquam agricolationi ad-
hibita fuerit, neque iugum vexerit,
eamque agunto in vallem vaſtam
incultam atque inconſitam, et in
5 ea valle eam decollanto. Tum
ſacerdotes Leuitæ accedunto, quos
quidem elegit Ioua Deus veſter,qui
ſibi miniſtrent, et Iouæ nomen
concelebrent, quorumque arbitrii
omnes controuerſiæ ſint, et vulne-
6 rum cauſſæ. Deinde omnes illius
oppidi ſenatores occiſo proximi
manus ſuas ſuper iuuencam in valle
decollatam lauanto, et hæc verba
7 pronuntianto: neque manus no-
ſtræ hunc ſanguinem fuderunt, ne-
8 que oculi viderunt. Propitiare
tuis Israelitis, quos redemiſti, Ioua,
noli iniuſtam cædem in tuos Israe-
litas vindicare, ſed a cæde expien-
9 tur. Vos igitur ab iniuſta cæde
vos purgabitis, ſi, quod Iouæ acce-
10 ptum eſt, facietis. Si in expediti-
onem profecti, hoſtes veſtros, Deo
veſtro Ioua tradente, captiuos abe-
11 geritis; et inter captiuos anim-
aduerteris mulierem formoſam,
quam amore captus in matrimoni-
12 um ducas; eam in domum tuam
introducito: ipſa caput ſuum ton-
13 deto, vngues ſecato, veſtem ca-
ptiuam exuito,et domi tuæ manens,
parentes ſuos menſtrua die plorato.
Ita demum cum ea congreſſus, eam
tibi maritato, et coniugem habeto.
Quod ſi acciderit, eam tibi non 14
placere: eam ſui iuris dimittito,
neue argento vendito, aut in rem
tuam vertito; quoniam eam ſub-
egiſti. Si quis duas vxores habebit, 15
alteram amatam, alteram inuiſam;
et vtraque ei liberos pepererit,
quorum inuiſæ filius ſit primoge-
nitus: quum bona ſua filiis ſuis 16
teſtamento relinquet,ne ei ius eſto
amatæ filium primogenitum face-
re, ſubmoto inuiſæ filio; ſed 17
primogenitum inuiſæ filium agno-
ſcito, ei duplicem facultatum ſua-
rum partem dando. Quum ſit 18
enim eius virium principium, ius
habet primogeniti. Si quis filium 19
contumacem et rebellem, parenti-
busque immorigerum habebit, qui
ab eis caſtigatus non obtemperet:
eum parentes ambo prehenſum 20
educunto ad illius ciuitatis ſenato-
res in eius loci curiam, * et cum 21
ſenatoribus ſic loquuntor: hunc
filium ſuum contumacem eſſe et
rebellem, ſibique dicto non audi-
entem, heluonem et luxurioſum.
Tum ciues vniuerſi illum lapida- 22
tione necanto, malumque de medio
veſtrum tollitote: quod quum vni-
uerſi Israelitæ audiuerint, metuant.
Si quem ob capitale crimen ſuppli- 23
cio adfeceritis, et in crucem egeri-
tis: eius cadauer in cruce ne per-
noctato, ſed id eodem die ſepelito-
te: nam crucifixum exſecratur 24
Deus. Neue terram polluitote,cu-
ius vobis poſſeſsionem Deus veſter
Ioua dedit.

CAPVT XXII.

Erga pecus ac belluam benignitas. Vxoris calumniatores. Adulterium. Raptus. Stuprum.

TVi fratris bouem, aut pecus 1
errans ſi videris: ne diſsimu-
lato, ſed ad illum reducito.
Quod ſi ille tibi vel non vicinus, 2
vel non notus eſt: id in domum
tuam agito,et apud te habeto, donec
quæ-

3 quærenti fratri tuo reddas. Idem
in aſino, idem in veſte, idem in
omni a fratre tuo amiſsa, et a te
reperta re facito, neue occultare
4 audeto. Tui fratris aſinum bouem-
ue in via lapſum ſi videris: ne
diſsimulanter præterito, ſed vna
5 cum eo adleuato. Viri ornatum
mulier ne ferto, neue muliebrem
veſtem vir induito. Nam Iouæ Deo
veſtro inuiſus eſt, quisquis iſtud
6 facit. Si in via incideris in auis
nidum in quapiam arbore aut humi
poſitum, in quo aut pulli ſint aut
oua, quibus pullis aut ouis mater
incubet: matrem cum pullis ne
7 capito, ſed dimiſsa matre pullos
capito, vt bene ſit tibi, diuque viuas.
8 Si domum nouam ædificabis: tu-
um tectum lorica munito: ne ſan-
guine domum tuam impies, ſi quis
9 ex eo deciderit. Vineam tuam
miſcellaneis ne conſerito; ne ſimul
et frugum, * quas ſeueris, reditum,
et vineæ prouentum conſecres.
10 Boue ſimul et aſino ne arato.
11 Veſtem lana ſimul et lino textam
12 ne induito. Fimbrias facito in
quatuor angulis tui indumenti, quo
13 te teges. Si quis ducta vxore et
cum ea re habita, eam exoſus calu-
mniatus fuerit, eiusque famam læ-
14 ſerit, dixeritque, ſe cum ea vxore
ducta congreſsum, virginalia in ea
non inuenisſe: tum puellæ pa-
rentes eius virginalia ad ciuium
ſenatores in curiam deferunto, eis-
que puellæ pater demonſtrato,
ſeſe filiam ſuam homini illi in ma-
trimonium dedisſe, quam ille exo-
ſus calumnietur, negans, ſe in ea
virginalia inuenisſe: ſimulque veſte
apud ſenatores expanſa, filiæ ſuæ
virginalia ostendunto. Tum ſe-
natores hominem caſtiganto, et
centum argenteis multanto, eosque
patri puellæ danto, quoniam israe-
liticæ virginis nomini detraxerit:
eamque ille ita vxorem habeto, vt
numquam repudiare poſſit. Sin
autem vera res fuerit, neque virgi-
nalia in puella exſtiterint: puel- 21
lam ad paternæ domus fores ducun-
to, eamque eius ciues lapidibus
obrutam necanto: quoniam eo in
Israelitis commiſso flagitio patris
ſui domum conſtuprarit: et ita
nefas de medio veſtrum tollitote.
Si quis deprehenſus fuerit concu- 22
buisſe cum femina maritum ha-
bente: ambo iuxta moriuntor, tum
vir, qui feminam conſtuprarit, tum
femina; idque nefas ex Iſraelitis
tollitote. Si quis puellam virgi- 23
nem viro pactam nactus in oppido
compresſerit: ambos ad illius op- 24
pidi portam eductos lapidatote et
necatote: puellam, quia in oppido
non clamauerit: virum, quia al-
terius vxorem ſubegerit; idque
nefas de medio veſtrum tollitote.
Sin autem ruri puellam deſponſa- 25
tam nactus vir, ei vim intulerit,
eamque compresſerit; moritor vir
ille tantum, qui eam compresſerit;
puellæ autem nihil nocetote. Ne- 26
que enim in capitali crimine eſt:
hoc enim perinde eſt, ac ſi quis al-
terum adgreſsus vita priuet. Nam 27
ruri eam reperit, neque clamanti
puellæ deſponſæ adfuit, qui ſuccur-
reret. Si quis puellam virginem 28
non deſponſam nactus, ei ſtuprum
intulerit, et deprehenſi fuerint:
vir ille patri puellæ quinquaginta 29
argenteos dato, eamque vxorem
habeto, quod eam ſubegerit, neque
vmquam repudiare liceto. Nemo 30
ſuam nouercam ducito, neue patris
ſui gremium aperito.

CAPVT XXIII.

Caſtratus. Spurius. Ammonita et Moabita repellendi. Idumaeus et Aegyptius non fugiendi. Munditiei. Perfuga ſeruus. Meretrix. Scortator. Votum. Alienarum frugum vſus.

TEſtes comminutus aut exſectus 1
Iouæ ciuitatem ne adipiſcatur.
Spurius in Iouæ ciuitatem ne 2
admittitor: ſed nec decima eius
progenies. Ammonita aut Moabita
in

in Iouæ ciuitatem ne admittitor:
ſed nec decima eorum proles vm-
3 quam Iouæ ciuitate donator: quia
non vobis cibum et potionem ſup-
peditarunt in itinere, Aegypto e-
4 greſſis: et quia pretio conduxe-
runt contra vos Balaamum Phego-
ris filium ex Pethore Meſopotamiæ,
5 qui vobis imprecaretur. Quam-
quam noluit Ioua Deus veſter ob-
ſequi Balaamo, ac vobis impreca-
tionem in fauſtam conuertit preca-
tionem: tanto vos amore proſe-
6 quebatur. Eorum ſaluti aut bono
numquam per omnem vitam ſtude-
7 tote. Ab Idumæo ne abhorrerote;
quia frater veſter eſt. Ab Aegyptio
ne abhorretote; quia fuiſtis in eo-
8 rum terra peregrini. Eorum ter-
tiæ propaginis nati in Iouæ ciuita-
9 tem ſuſcipiantur. Quum expeditio-
nem in hoſtes facietis: omnem rem
10 malam vitatote. Si quis erit in
vobis non mundus propter noctur-
num caſum: exito extra caſtra, ne
11 in caſtra introito. Deinde ſub ve-
ſperam aqua lauato, et poſt occa-
12 ſum ſolis in caſtra introito. Lo-
cum autem ſeorſum extra caſtra
habetote, quo ad requiſita naturæ
13 exeatis: ac quum excernendum
erit, palo, quem inter inſtrumenta
circumferetis, foditote, et ibi e-
geſtum excrementum obruitote.
14 Nam Ioua Deus veſter in caſtris
veſtris verſatur, vt vos defendat,
vobisque hoſtes ſubiiciat. Quare
caſtra veſtra pura ſunto, ne ſi quid
apud vos fœdum videat, auertatur
15 vos. Seruum, qui ad te a domino
ſuo euaſerit, domino ne dedideris,
16 apud te in medio veſtrum habitet,
quo in loco maluerit, in quacum-
que veſtrarum habitationum ei vi-
ſum fuerit. Ei moleſti ne eſtote.
17 Neque Iſraelitidum meretrix quæ-
quam, neque Iſraelitarum ſcortator
18 eſto. Meretricis mercedem, aut
admiſſuræ canis pretium in * Io-
uæ Dei tui templum vllum ob votum
ne inferto: nam vtrumque iuxta
abominatur Ioua. Fratri tuo ne 1
fenerato pecuniam: ne victum, ne
rem vllam, quæ feneretur. Extra- 2
neo fenerato: at fratri tuo ne fe-
nerato; vt tibi Ioua omnia tua neg-
otia bene fortunet in terra, quam
vadis occupatum. Si votum Io- 2
uæ Deo tuo nuncupaueris: nolito
committere, vt non reddas. Id e-
nim exiget a te Ioua Deus tuus, ita-
que culpam commiſeris: quum ſi 2
a vouendo abſtinuiſſes, non fueris
futurus in vitio, promiſſum vt 2
præſtes, curato, ſicuti Iouæ Deo tuo
ſponte tua voueris, atque ore pro-
nuntiaueris. Si in alterius vine- 2
am intraueris: vuas tuo arbitratu
ad ſatietatem comedito, ſed ne con-
uaſato. Si in alterius ſegetem in- 2
troieris: ſpicas manu carpas lice-
bit: at falcem in alterius ſegetem
ne immittito.

CAPVT XXIIII.

Diuortium. Nouus maritus. Plagii pœna. Lepra. Pignus. Manuſpretium. Propria pœna. Iudicii æquitas. Agricultoris largitus.

SI quis vxorem duxerit, femi- 1
namque fecerit: ſi contigerit,
eam illi non placere, quod ali-
quid in ea offenderit inhoneſtum:
ſcribito ei libellum diuortii, eum-
que illi in manum dato, et eam e
domo ſua dimittito. Quod ſi ex 2
illius domo egreſſam alteri nubere
contigerit; ſi ille alter eam inui- 3
ſam habebit: ſcribito ei libellum
diuortii, eumque illi in manum
dato, atque eam ex domo ſua di-
mittito. Aut ſi deceſſerit vir ille, 4
qui ſecundus eam duxerit: ne eſto
poteſtas marito priori, qui eam re-
pudiauerit, eam iterato in matri-
monium ducere, poſtquam illa
polluta eſt (nam id quidem Iouæ
habetur nefarium) ne terram, quam
vobis poſſidendam veſter Deus Io-
ua dat, polluatis. Quum quis vxo- 5
rem nouam duxerit, ne militato,
nullique muneri obnoxius, immu-
nis

nis domi eſto vnum annum, et cum
6 ducta vxore lætator. Molam in-
feriorem ſuperioremue ne pigno-
rantor; ita enim animam pignora-
7 rentur. Si quis compertus fuerit
furatus hominem de ſuis conſan-
guineis, id eſt, de Iſraelitis, eum-
que in rem ſuam verſum vendidiſ-
ſe; moritor fur ille, et nefas illud
8 de medio veſtrum tollitote. Cura-
tote in morbo lepra, et diligentem
operam datote, vt eis, quibus vos
Leuitæ ſacerdotes ex meo præce-
pto inſtruent, pareatis, vtque id ex-
ſequamini, videtote.
9 Memento, quomodo tractauer-
rit Ioua Deus veſter Mariam in
itinere, quum ex Aegypto emi-
10 grasſetis. Si quid alteri mutua-
bis, eius domum ad pignus aufe-
11 rendum ne intrato; ſed foris ma-
neto, eo, cui tu mutuabis, pi-
12 gnus tibi foras efferente. Quod
ſi pauper eſt: ne cum eius pignore
13 cubato; ſed ei pignus ſub ſolis
occaſum reddito, vt is in ſua veſte
cubans tibi bene precetur; eaque
res tibi iuſtitiæ ducatur apud Io-
14 uam Deum tuum. Ne mercede
fraudato mercenarium egenum aut
pauperem, ſiue tuus ſit popularis,
ſiue tibi conterraneus, et veſtras
peregrinus. Suo quamque die
mercedem ei dato, antequam ſol
interea occidat: ne ſi (quum ſit
egenus, et eo vitam ſuſtentet) Io-
uam imploret, tu culpam contrahas.
Ne parentes pro liberis, neue libe-
ri pro parentibus moriuntor, ſed
ſuam quiſque ob culpam moritor.
Peregrini, aut pupillare iudicium ne
corrumpito, neue viduæ veſtem
pignerato; ac memento, vos fuiſ-
ſe in Aegypto peregrinos, atque
inde a Ioua Deo veſtro vindicatos,
quam ob cauſſam ego vobis hoc
faciendum præcipio. Si in fundo
tuo meſſem faciens, mergitem o-
miſeris in agro; ne eum repetito:
ſed is peregrini, pupilli, viduæ
eſto, vt tibi Ioua Deus tuus omnia
tua opera bene fortunet. Oleam 20
quum ſtringes, ne relegito: pere-
grinus, pupillus, vidua habento.
Vineam quum vindemiabis, ne ra- 21
cemato: peregrini, pupilli, viduæ
eſto. Ac memineris, vos fuiſſe 22
ſeruos in Aegypto: quamobrem
ego vobis hoc faciendum præcipio.

CAPVT. XXV.

Fuſtuarium. Vxor a ſuperſtite ducenda. Impudens femina. Menſuræ. In Amalechitas.

SI quos inter fuerit contentio: in 1
iudicium eunto, et iudices iu-
dicanto, et innocentem abſol-
uunto, et nocentem condemnanto.
Quod ſi nocens fuſtuarium merue- 2
rit: eum iudex proſtratum, in ſuo
conſpectu pro criminis ratione ad
numerum cædito. Quadrageſies 3
non amplius ferito; ne ſi multum
ad hanc verberationem addiderit,
contumelia adficiatur frater veſter
in veſtra præſentia. Boui tritu- 4
ranti os ne obturato. Si fratrum 5
contubernalium alter mortuus fue-
rit ſine liberis: defuncti vxor a-
lieno ne nubito. Leuir cum ea
conuenito, eamque in matrimoni-
um leuiri iure ducito: quumque 6
illa primogenitum ediderit, is in
defuncti fratris nomen concedito,
ne illius nomen ex Iſraelitis delea-
tur. Quod ſi nolit homo ſuam 7
gloſſem ducere: glos in curiam ad
ſenatores ſe recipito, et demonſtra-
to, leuirum ſuum nolle ſuo ipſius
fratri nomen in Iſraelitis ſuſcitare,
id eſt, nolle ſe leuiri iure ducere.
Tum ciues illius ſenatores eum e- 8
uocanto, atque adloquuntor; qui 9
ſi præſens negauerit, ſe velle eam
ducere: tum glos ad eum accedito
in præſentia ſenatorum, eique cal-
ceum de pede detrahito: et eius
faciem conſpuito, ita dicens: ſic
fit homini, qui fratris ſui domum
ſobole non inſtruit. Atque illius 10
apud Iſraelitas eiuſmodi nomen

eſto, vt eius domus dicatur diſcal-
11 ceati. Si orto inter aliquos cer-
tamine, alterius vxor acceſſerit, ſui
viri ab eo, a quo pulſatur, defen-
dendi ergo, et iniecta manu illius
12 virilia prehenderit: ei manum
ſine vlla miſericordia abſcinditote.
13 Diuerſa pondera, alia maiora, alia
minora in fiſco tuo ne habeto.
14 Diuerſas menſuras, alias maiores,
alias minores, domi ne habeto:
15 et pondera et menſuras æquas iu-
ſtasque habeto, vt diu viuas in ter-
ra, quam vobis Ioua Deus veſter
16 dederit. Etenim nefarius habetur
Iouæ Deo veſtro, quisquis iſta facit,
17 quisquis inique facit. Memento-
te, quid vobis fecerit Amalechita
in itinere egresſis ex Aegypto, vt
vobis in itinere occurrerit, nihil-
que Deum veritus, extremos ve-
ſtrum et infirmisſimos quosque
carpſerit, vobis lasſis atque defa-
18 tigatis. Igitur, quum iam vos
quietos reddiderit Ioua Deus ve-
ſter ab omnibus veſtris vndique
hoſtibus, in terra, cuius vobis oc-
cupandam posſesſionem daturus
19 eſt: Amalechitarum memoriam
de rerum natura aboletote, neue
hoc obliuioni mandatote.

CAPVT XXVI.

Primitiæ. Populi cum Deo fœdus.

1 QVum autem in terram per-
ueneritis, cuius vobis posſeſ-
ſionem Deus veſter Ioua dat,
eamque occupaueritis, et in ea
2 conſederitis: ſumito de primitiis
omnium terræ frugum, quas per-
ceperis a terra vobis a Ioua Deo ve-
ſtro data; iisque in ſportam indi-
tis, petito locum, quem Ioua Deus
veſter nomini ſuo collocando de-
3 ſtinauerit: et pontificem, qui illis
temporibus erit, adito, eique ita
4 dicito: profiteor hodie Iouæ Deo
tuo, me peruenisſe in terram, quam
iurauit Ioua maioribus noſtris, da-
turum ſe nobis. Tum pontifex 5
ſportam de tua manu acceptam an-
te aram Iouæ Dei veſtri reponet, et
tu coram Ioua Deo veſtro ſic præ-
faberis: maiores noſtri, Syris eos 6
opprimentibus, deſcenderunt in
Aegyptum, quo quum pauci nu-
mero peregrini aduenisſent, ibi
excreuerunt in gentem magnam,
potentem atque numeroſam. De- 7
inde, quum nos malis modis pre-
merent Aegyptii, nobisque duram
ſeruitutem imponerent: Iouam
Deum maiorum noſtrorum inuo-
cauimus, qui audita voce noſtra,
animaduerſaque noſtra miſeria, la- 8
bore et anguſtiis, eduxit nos ex
Aegypto manu valida, brachio ex-
tento, magno cum terrore, mon-
ſtris atque portentis; nobisque in 9
hunc locum perductis, terram hanc
dedit, terram lacte melleque ſcaten-
tem. Quamobrem hic ego adfero 10
primitias frugum terræ, quam mihi
Ioua dedit. Tum illas apud Iouam 11
Deum veſtrum reponito, et eum
coram adorato, ac lætator ex o-
mnibus bonis, quæ tibi tuæque
familiæ dederit, vna cum veſtrate
Leuita atque peregrino.
Quum omnes tui prouentus de- 12
cumas prorſus dederis, anno tertio,
qui annus eſt decumanus, Leuitæ,
peregrino, pupillo, viduæ dato, ii-
que apud te ad ſatietatem epulantor.
Tum tu apud Iouam Deum ve- 13
ſtrum ſic dicito: ſacrum domo
abstuli, idque Leuitæ, peregrino,
pupillo, viduæ dedi, prorſus ex
præcepto, quo tu me inſtruxiſti:
non feci contra præcepta tua, ne- 14
que ea ſum oblitus: [a] nihil inde in
mœſtitia comedi, nihil per immun-
ditiam detraxi, nihil in funus im-
pendi, Iouæ Deo meo dicto audi-
ens fui, feci prorſus, vt tu mihi
præcepiſti: adſpice de ſacra tua 15
ſede, id eſt, de cælis, et faue tuo
Israelitarum populo, et terræ, quam
nobis dediſti, ſicuti maioribus no-
ſtris

a) iubebat Deus decumas et cum lætitia, et non niſi a puris comedi.

ſtris iuraſti, terræ lacte melleque abundanti. Hodierno die Ioua Deus veſter vobis præcipit, vt hæc inſtituta atque iura exſequamini: curatote, vt toto corde atque animo exſequamini. Vos hodie Iouam pronuntiatis vobis esſe Deum, vosque eius esſe viis gresſuros, decreta, præcepta, iura conſeruaturos, et dicto obtemperaturos. Ioua quoque hodie pronuntiat, vos ſibi peculiarem esſe populum, (vt vobis promiſit) qui omnia eius præcepta conſeruetis, ſeque vobis maieſtatem ſupra omnes a ſe conditas nationes conciliaturum, laudis, famæ, decoris ergo, vt ſitis ſacer Iouæ Deo veſtro populus, quemadmodum promiſit.

CAPVT XXVII.

Lapidibus lex incidenda. In Dei verba populi ſacramentum de idolo, parentum odio, inceſtu, percusſore, ſicario, legis violatore.

TVm Moſes vna cum iſraelitico ſenatu populo præcipit in hunc modum: conſeruatote omnem doctrinam, qua ego vos hodie inſtituo. Ac quo die continget vos, traiecto Iordane, in terram venire vobis a Ioua Deo veſtro datam: erigitote ſaxa ingentia, eisque gypſo incruſtatis inſcribitote in ipſo veſtro tranſitu omnia verba legis huius, vt perueniatis in terram vobis a Ioua Deo veſtro datam, terram lacte melleque abundantem, quemadmodum vobis Ioua Deus veſter patrius promiſit. Quum igitur contigerit vos traiecisſe Iordanem: erigitote ſaxa hæc, de quibus ego vobis hodie præcipio, in monte Ebale, eaque gypſo obducitote. Atque ibi aram Iouæ Deo veſtro exſtruitote ſaxeam, nullo adhibito ferro. Ex impolitis lapidibus, inquam, aram Deo veſtro Iouæ exſtruitote, in eaque illi ſolida ſacrificia et pro ſalute facitote: et ibi epulantes apud
Iouam Deum veſtrum lætitiam agitote, atque in ſaxis illis omnia legis huius verba expresſe et bene
ſcribitote. Tum Moſes vna cum 8
ſacerdotibus Leuitis ad vniuerſos Israelitas verba fecit in hunc modum: attende et audi Israelita.
Tu hodierno die populus ſis Iouæ 9
Dei tui. Audi ergo Iouæ Dei tui vocem, eiusque præcepta decretaque, quibus ego te hodie inſtituo,
exſequitor. Tum Moſes illo die 10
populo præcepit in hunc modum:
hi ad bene precandum populo in 11
monte Garizimo ſtanto, vbi Iordanem traieceritis, Simeonii, Leuitæ, Iudæi, Isſachariani, Ioſephei et
Beniamitæ. Hi autem ad impre- 12
cationem in monte Ebale ſtanto, Rubenitæ, Gadini, Aſeriani, Zabulonii, Danii et Nephthalenſes.
Tum Leuitæ clara voce ad vniuer- 13
ſos Israelitas hæc verba pronun-
tianto: exſecrabilis eſt homo, qui 14
ſimulacrum vel ſculptile, vel fuſile, quod Iouæ nefarium eſt, fabrili manu fecerit, et in occulto poſue-
rit. Et vniuerſus populus reſpon- 15
dens dicito, amen. Exſecrabilis, 16
qui patri matriue maledixerit: et
vniuerſus populus, amen. Exſe- 17
crabilis, qui alterius terminum ſubmouerit; et vniuerſus populus, a-
men. Exſecrabilis, qui cæcum 18
a via auerterit: et vniuerſus popu-
pulus, amen. Exſecrabilis, qui 19
peregrini, pupilli, viduæ causſam peruerterit: et vniuerſus populus,
amen. Exſecrabilis, qui ſuæ no- 20
uercæ concubuerit; qui pater- 21
num gremium detexerit: et vniuerſus populus, amen. Exſecra- 22
bilis, qui cum vlla beſtia rem habuerit: et vniuerſus populus, a-
men. Exſecrabilis, qui cum ſua 23
ſiue ex patre ſiue ex matre ſorore rem habuerit; et vniuerſus popu-
lus, amen. Exſecrabilis, qui cum 24
ſocru ſua rem habuerit: et vniuerſus populus, amen. Exſecra- 25
bilis, qui alterum occulte cecide-

rit: et vniuerſus populus, amen.
26 Exſecrabilis, qui donum acceperit,
vt homini per iniuriam vitam e-
ripiat: et vniuerſus populus, a-
27 men. Exſecrabilis, qui legis hu-
ius dicta non præſtiterit atque
fecerit: et vniuerſus populus, a-
men.

CAPVT XXVIII.

Obedientium felicitas, et contumacium pœnæ.

1 QVod ſi Iouæ Deo veſtro dicto
audientes fueritis, eiusque
præceptis omnibus, quæ ego
vobis hodie trado, parere curaue-
ritis: ipſe vos vicisſim ſupra omnes
orbis terrarum nationes euehet.
2 Vobisque accident et contingent o-
mnes hæ felicitates: modo Iouæ
Deo veſtro dicto audientes ſitis.
3 Felices eritis in vrbe, felices ruri:
felices erunt veſtrorum vterorum,
ſoli, pecoris fructus, tum armen-
torum, tum gregum balantum fe-
4 tura: felicia caniſtra et mactræ:
felices eritis aduenientes, felices
5 proficiſcentes. Atque ita ante vos
disſipabit Ioua hoſtes veſtros, qui
vos adorientur, vt vna via vos ad-
gresſi, ſeptem viis ante vos fugiant.
6 Fauore proſequetur Ioua penum
veſtrum, atque omnia negotia, vos-
que fortunabit in terra vobis a ſe
7 donata. Vos ſacrum ſibi populum
conſtituet, quemadmodum vobis
iurauit: ſi modo eius præcepta
8 conſeruabitis, eiusque viis gra-
diemini, vt, videntes omnes orbis
terrarum nationes, vos [b] Iouæ no-
9 mine cenſeri, a vobis metuant. Vos
bonis cumulabit in vterorum, in
pecoris, in ſoli veſtri fetu, in terra,
quam ſe vobis daturum esſe maio-
10 ribus veſtris iurauit. Aperiet vo-
bis ſuum bonorum theſaurum cæ-
lum, in veſtramque terram pluui-
11 am ſuo tempore immittet; et o-
mnia veſtra opera proſperabit, et
multis gentibus mutuabitis, neque
ipſi mutuabimini: efficietque vos
caput, non caudam: ſuperiores-
que, non inferiores eritis, ſi mo-
do obtemperabitis Dei veſtri Iouæ
præceptioni; quam vt exſequi cu-
retis, ego vobis hodie præcipio.
Neue ab vlla harum rerum, de qui-
bus præcipio, ad dextram ſiniſtram-
ue declinantes, deos alienos colen-
di ergo ſequamini. Quod niſi Io-
uæ Deo veſtro dicto audientes eri-
tis, eiusque omnibus præceptis et
inſtitutis, quibus ego vos hodie in-
ſtituo, parere curabitis: hæc vo-
bis omnia dira contingent, atque
euenient. Infelices eritis in vr-
be, infelices ruri: infelicia veſtra
caniſtra et mactræ: infelices vte-
rorum veſtrorum, ſoli, pecoris fru-
ctus: tum armentorum, tum gre-
gum balantum fetura. Infelices
eritis aduenientes, infelices profi-
ciſcentes. Incesſet vos Ioua ango-
re, tumultu, profligatione, in o-
mnibus, quæcumque facietis, operi-
bus, eousque vt vos celeriter fun-
ditus euertat, propter veſtrorum
morum prauitatem, qui eum re-
liqueritis. Infeſtabit vos Ioua tan-
ta peſte, vt vos funditus de terra
tollat, ad quam occupandam vadi-
tis. Incesſet vos Ioua tabe, febre,
ardore, æſtu, armis, vredine, rubi-
gine, vosque ad perniciem vsque
perſequetur. Cælo, quod ſupra
verticem habebitis, æreo: terra,
quam ſubter, ferrea vtemini. Ef-
ficiet Ioua, vt terræ veſtræ pluuia
arena ſit et puluis, qui de cælo ad
veſtrum vsque exitium deferetur.
Efficiet, vt ab hoſte vertamini, et in
quem via vna exieritis, eumdem ſe-
ptem viis fugiatis; atque in omnia
orbis terrarum regna diſpergami-
ni; veſtraque cadauera omnibus
alitibus aereis terreſtribusque feris
ita prædæ ſint, vt non ſit, qui eas ab-
igat. Adficiet vos Ioua vlceribus
ægyptiis, fico, ſcabie, prurigine
inſanabili. Adficiet amentia,
cæci-

b) in Iouæ tutela esſe, et eius populum vocari.

cæcitate, ſtupore cordis. Vt
in meridie palpantes, veluti cæ-
cus in tenebris, improſperas vias
habeatis, ſemperque, nullo defen-
ſore, opprimamini, diripiaminique.
Vxores ſponſabitis, et alii eis po-
tientur: domos ædificabitis, et in
eis non habitabitis: vineas con-
ſeretis, et eas non [c] profanabitis.
Veſtri boues in oculis veſtris ma-
ctabuntur, neque eis veſcemini:
aſini veſtri vobis coram abripien-
tur, neque ad vos redibunt; oues
et capræ veſtræ tradentur hoſti-
bus, nec habebitis, qui defendant.
Veſtri filii et filiæ populo alteri
addicentur, idque ſpectantibus o-
culis veſtris, et hinc tabeſcentibus
quotidie, nec vobis erit ſubuenien-
di poteſtas. Fructibus agri veſtri
omnique veſtro labore veſcetur
vobis incognita natio, et nihil ali-
ud, quam perpetuo opprimemini
et lacerabimini. Atque in his o-
culorum veſtrorum ſpectaculis de-
mentietis. Adficiet vos Ioua di-
ris, et vobis inſanabilibus vlceri-
bus in genibus, in tibiis, a planta
ad verticem. Abducet vos Ioua,
nec non regem, quem vobis crea-
ueritis, in gentem et vobis et ma-
ioribus veſtris ignotam, vbi deos
alienos ligneos lapideosque colatis,
admirationique et dicteriis et fa-
bulis locum detis apud omnes, in
quas vos Ioua abegerit nationes.
Seminis multum in agrum effere-
tis, et parum percipietis ob locuſta-
rum calamitatem. Vineas conſe-
retis, coletisque: ſed vinum neque
bibetis, neque condetis, vtpote a ver-
mibus conſumtum. Oleam omni-
bus in veſtris finibus habebitis, ne-
que oleo vngemini; quoniam ex-
tirpabitur olea. Liberos gignetis,
neque eis fruemini; quoniam ca-
ptiui abibunt. Omnes veſtras
arbores terræque fruges corrumpet
ærugo. Veſtrates peregrini ma-
iore indies faſtigio adſcendent; vos
maiore indies decremento deſcen-
detis: illi vos fenerabunt, vos 43
illos non item: illi caput, vos eritis
cauda. Atque hæc quidem tot di- 44
ra vobis euenient, vosque inſecta-
buntur, et ad internecionem infe-
ſtabunt: quoniam Iouæ Deo veſtro
dicto audientes non fueritis, in eius
præceptorum decretorumque vobis
ab eo traditorum conſeruatione.
Eruntque hæc tum in vobis tum in 45
veſtra progenie ſigno et exemplo in
æternum: quoniam Iouæ Deo ve- 46
ſtro in rerum omnium copia læto et
hilari animo non ſeruiueritis.
Ergo hoſtibus, quos vobis Ioua im- 47
mittet, in fame, in ſiti, in nuditate, in
rerum omnium penuria ſeruietis,
imponentque veſtris ceruicibus iu-
gum ferreum, vsque ad veſtrum
exitium. Excitabit in vos Ioua 48
remotam gentem, vsque ab extre-
mis orbis terrarum finibus, aquila
volucriorem, gentem ignotæ vobis
linguæ, gentem ita crudelem, vt ne-
que ſenes reuereatur, neque puero-
rum miſereſcat; quæ veſtri pe- 49
coris fructus et terræ fruges conſu-
mens, vos ita peruertat, vt neque
frumentum, neque vinum, neque o-
leum, neque armentorum feturam,
neque ouium caprarumque greges
vobis reliquos faciat: vsque adeo 50
vos diſperdet, vos, vbicumque dege-
tis, eousque obſidebit, donec veſtra
altisſima munitisſimaque mœnia et
arces, quibus confidetis, in omnibus
veſtris finibus deiecerit. Vos, in- 51
quam, vbicumque terrarum vobis
a Ioua Deo veſtro datarum degetis,
ita premet, vt ipſum veſtri fetum 52
ventris, ipſam liberorum veſtro-
rum, vobis a Ioua Deo veſtro dato-
rum, carnem comedatis: tanta vos
obſidionis anguſtia premet hoſtis.
Qui inter vos mollisſimus et delica- 53
tisſimus erit, is ſuo ipſius fratri, et
ſui complexus vxori, reliquisque

 nato-

c) fructum percipietis, quod tum fit, quum profanantur: id eſt, quum primum vindemiantur.

natorum ſuorum, quos reliquos fe-
54 cerit, horum, inquam, vlli recuſabit
impertiri de filii ſui carne, quam
comedet: quod nihil ſibi reliquum
fecerit in tam arcta obſidione, qua
vos hoſtis in omnibus veſtris ſedi-
55 bus vrgebit. Quæ apud vos ita mol
lis erit et delicata, vt præ mollitie
et deliciis pedis veſtigium humi fi-
gere non ſuſtineat: ea et ſui comple-
xus viro, et filio, et filiæ, ſecundas ex
56 interfemineo ſuo egreſſas, et, quos
pepererit, filios inuidebit, eosque
clam in ſumma indigentia comedet,
præ obſidione et anguſtia, qua vos
hoſtis in veſtris mœnibus premet.
57 Niſi curabitis, vt pareatis omnibus
verbis huius legis, in hoc libro
ſcriptis, vt glorioſum illud et ter-
ribile nomen, Iouam Deum ve-
58 ſtrum metuatis: præcipuis et vos
et veſtram prolem adficiet cladibus
Ioua, cladibus ingentibus et cer-
59 tis, morbisque diris et fixis; vo-
bisque referet omnes ægyptias
ægritudines, vt quas exhorretis,
60 hæ in vobis inhæreant. Tum ſi
quis morbus, ſi quæ clades eſt in
huius legis libro non ſcripta; ea
vos ad veſtrum vsque exitium infe-
61 ſtabit, ita vt qui cæli ſtellas nu-
mero æquaueritis, pauci numero
ſuperetis: quoniam Iouæ Deo
veſtro dicto audientes non fueritis.
62 Ac quemadmodum lætatus fuerit
Ioua vobis et beneficiis et numero
augendis: ita e diuerſo lætabitur
63 perdendis atque euertendis. Ita-
que exterminabimini ex terra,
quam occupatum itis; vosque di-
ſperget Ioua in omnes nationes,
quotquot vtroque fine terrarum
continentur; ibique diis alienis, et
vobis et maioribus veſtris ignotis,
64 ligneis ſaxeisque ſeruietis. Atque
apud illas gentes neque conquie-
ſcetis, neque, vbi pedis veſtigium
65 requieſcatis, habebitis. Tanta-
que vos illic et cordis trepidatione,
et oculorum tabe, et animi æſtu
adficiet, vt vitam ante oculos quaſi
ſuſpenſam habeatis: et noctem 66
diemque pauentes, de vita veſtra
deſperetis, et mane veſperam et ve-
ſpere mane optetis: tanto animi
pauore, talique oculorum ſpectacu-
lo conſternabimini, vosque in 67
Aegyptum (quam viam ne deinceps
repeteretis, ego vobis mandaui) Io-
ua claſſe reportabit, in ſeruos et 68
ſeruas inimicis veſtris ſine vllo ad-
ſertore vendendos.

CAPVT XXIX.

*Fœdus alterum in Moabitis poſt Horebi pri-
mum. In populum præterita beneficia.*

HAec ſunt verba fœderis, quod 1
præcepit Ioua Moſi ferien-
dum cum Israelitis, in fi-
nibus Moabitarum, præter fœdus,
quod cum eis in Horebo percuſſe-
rat. Igitur Moſes, conuocatis o- 2
mnibus Israelitis, ad eos verba fe-
cit hoc modo: vos vidiſtis, quam
multa Ioua ſpectantibus vobis in
Aegypto fecerit in Pharaonem Pha-
raoniosque omnes, atque eius ter-
ram; ingentes illas, monſtroſas 3
et portentoſas infeſtationes dico,
quas ipſi veſtris oculis ſpectauiſtis:
et tamen hactenus vobis Ioua ne- 4
que cor ad intelligendum, neque o-
culos ad videndum, neque aures ad
audiendum dedit. Ego vos qua- 5
draginta annos per ſolitudinem du-
xi, quum neque veſtimenta vobis
obſoleuerunt, neque pedum calce-
amenta inueterata ſunt: neque 6
panem comediſtis, neque vinum aut
temetum bibiſtis; vt intelligatis,
eum eſſe Iouam Deum veſtrum.
Atque vbi in hunc locum veniſtis: 7
Sehonem Heſebonis, et Ogum Ba-
ſanæ regem, qui nobis bello occur-
rerant, fudimus, captumque eo- 8
rum agrum Rubenitis, Gadinis et
dimidiæ Manaſſenſium tribui poſ-
ſidendum dedimus. Quapropter 9
curatote, vt omnibus huius fœderis
verbis ſtetis: vt, quæcumque agetis,
proſpere agatis. Vos hodie in Io- 10
uæ

uæ Dei veſtri conſpectu ſtatis, vni-
uerſi, duces,tribus, ſenatores, magi-
ſtratus, denique omnes Iſraelitæ,
1 paruuli, mulieres, peregrini, qui in
caſtris verſantur, ipſique adeo li-
2 gnatores et aquatores, vt in fœ-
dus veniatis, quod Ioua Deus ve-
ſter vobiſcum hodie adhibito ſa-
3 cramento ſancit; vt et vos ſibi
hodie populum ſtatuat, et ipſe vo-
bis ſit Deus, quemadmodum vobis
promiſit, et maioribus veſtris Ab-
rahamo, Iſaaco et Iacobo iurauit.
4 Neque vero vobiſcum tantum ego
fœdus hoc et ſacramentum ineo;
5 ſed tum cum eis, qui hic hodie præ-
ſentes nobiſcum coram Ioua Deo
noſtro adſunt, tum cum eis, qui
hic hodie nobiſcum non adſunt.
6 Scitis enim vos, vt in Aegypto de-
gerimus, vtque per gentes, per quas
7 iter feciſtis, tranſiuerimus: ea-
rumque nefanda vidiſtis, et ſigna
lignea, lapidea, argentea atque au-
rea,cuiuſmodi apud illas habentur:
8 ne quis forte ſit in vobis aut vir aut
femina, aut familia, aut tribus, cu-
ius mens hodie a Ioua Deo noſtro
auerſa, ad deorum gentium illa-
rum cultum impellatur: ne quæ
ſit in vobis ſtirps, quæ fel *d* pariat et
abſynthium, qui huiuſce ſacra-
menti verbis auditis, ſibi cum ani-
mo ſuo blandiatur, et impune fore
putet, ſi ex animi ſui peruerſitate
vixerit,atque ita ebrietate ſitim *e* ex-
ſuperet. Ei tantum aberit, vt i-
gnoſcat Ioua, vt in huiuſmodi ho-
minem ira atque impetu ſuo exar-
deat, omniaque dira in hoc deſcri-
pta libro ei incumbant, et eius no-
men Ioua de rerum natura deleat,
eumque malis modis ab omnibus
Iſraelitarum tribubus, vt ferunt o-
mnia fœderis dira in huius legis
libro ſcripta, ſecernat: dicetque
poſterorum genus, id eſt, veſtri
nati, qui poſt vos exſiſtent, et extra-
nei, qui ex finibus longinquis ve-
nerint, quum videbunt eius ter-
ræ clades, et quibus eam detri-
mentis adfecerit Ioua, ſulphu- 23
re et ſale ita peruſtam, vt neque
conſeratur, neque germinet, ne-
que vllæ in ea creſcant herbæ,
qualis eſt ruina Sodomæ, Gomor-
ræ, Admæ et Seboium, quas ira per-
citus Ioua euertit: quærent, in- 24
quam, omnes gentes, cur hæc fece-
rit Ioua in hanc terram? quiſnam
ſit iſte tantæ iræ æſtus? Tum 25
reſpondebitur: quoniam relicto
Iouæ Dei maiorum ſuorum fœde-
re, quod cum illis percuſiſſet,
quum eos ex Aegypto eduxiſſet,
defecerint ad deos alienos, eiſque 26
ſeruierint, et eos adorarint, deos,
quos neque nouiſſent, neque cum
eis vllam rem habuiſſent, pro- 27
pterea Iouam huic terræ iratum,
ei omnes ſcriptas in hoc libro di-
ras importaſſe, eoſque ex ipſo- 28
rum terra magno cum iræ et in-
dignationis feruore auulſos, aliam
in terram (vt tum adparebit) pro-
ieciſſe. Occulta Iouæ Dei noſtri 29
ſunt: * aperta autem et noſtra et no-
ſtrorum in perpetuum natorum,
ad omnia legis huius dicta exſe-
quenda.

CAPVT XXX.

Emendatorum gratia apud Iouam. Diuinæ legis facilitas.

QVum autem hæc omnia tum 1
fauſta tum infauſta a me pro-
poſita vobis euenerint, et vos
vbicumque gentium a Ioua Deo ve-
ſtro diſperſi ad ſanitatem redibitis;
ad eumque reuerſi, eius dictis, 2
quemadmodum ego vobis hodie
præcipio, vna cum veſtris natis toto
corde atque animo parebitis: tum 3
Ioua Deus veſter viciſſim vos ex ca-
ptiuitate reuocabit; veſtrique miſer-
tus, ac vobis reconciliatus, vos ex
omnibus, in quas vos diſperſerit,

 natio-

d) rebellionem et contumaciam.

e) peccandi ſitim non ſolum expleat, ſed etiam ſuperet.

4 nationibus colliget; et ita colli-
get, vt ſi ad extremos cæli fines fue-
ritis disſipati, inde vos colligat at-
5 que arcesſat; et in terræ a ma-
ioribus veſtris posſesſæ posſesſio-
nem immittet, pluribusque bene-
ficiis et maiore incremento quam
6 maiores veſtros adficiet; et tum
veſtra tum veſtræ ſobolis corda
circumcidet, ad Iouam Deum ve-
ſtrum toto corde totoque animo
7 amandum, vt viuatis. Hæc au-
tem dira omnia immittet in perdu-
elles et oſores, qui vos infeſtaue-
8 rint. Tum vobis mutatis, et Io-
uæ obedientibus, omniaque eius
præcepta, quæ ego vobis hodie tra-
9 do, exſequentibus, abundantiam
benefice conferet in omnibus ve-
ſtris, quæ tractabitis, negotiis, in
ventris, in pecoris, in terræ veſtræ
10 fetibus. Reconciliatus enim Ioua
tam veſtro bono delectabitur, quam
maiorum veſtrorum delectatus fue-
rit: ſi ei obtemperantes, eius præ-
cepta et inſtituta in hoc legis libro
ſcripta conſeruabitis; ſi ad Iouam
Deum veſtrum toto corde totoque
11 animo reuertemini. Nam hæc,
quam ego vobis hodie trado, do-
ctrina neque difficilior eſt, quam
pro vobis, neque longe poſita,
12 non eſt in cælo, vt dicatis, quis no-
bis in cælum adſcendet, eamque
inde nobis petet, vt eam audiamus,
13 eique pareamus? Neque eſt
trans mare, vt dicatis, quis nobis
traiecto mari eam petet, vt eam
14 audiamus, eique pareamus? Sed
eſt proxime vos oratio, in ore ve
ſtro atque corde, vt ei pareatis.
15 En propono vobis hodie tum vi-
tam et bonum, tum mortem et ma-
16 lum. Me hodie præceptore Io-
uam Deum veſtrum amando, eius-
que viis gradiendo, et præcepta,
decreta, iura conſeruando viuetis,
creſcetis, Deoque veſtro Ioua fe-
cundo vtemini in terra, quam itis
17 occupatum. Sin autem mutato
animo non obtemperabitis, pro-
fligatique deos alienos adorabitis
et coletis: hoc vobis hodie confir-
mo, vos perituros, neque diu æta-
tem producturos in terra, ad quam
occupandam Iordanem eſtis traie-
cturi. Cælos hodie vobis terras- 1
que teſtor, me vobis vitam mor-
temque proponere, felicitatem et
infelicitatem. Eligite ergo vitam, 1
vt et vos et veſtra progenies Iouam
Deum veſtrum amando, eique ob-
temperando atque adhærendo vi-
uatis, (eſt enim is vita veſtra, et 2
æui longitudo) vt terram incolatis,
quam ſe maioribus veſtris Abraha- 2
mo, Iſaaco et Iacobo daturum pol-
licitus eſt.

CAPVT XXXI.

Moſes Iordanem haud traiecturus. Ioua populi dux. Ad Ioſuam et ſacerdotes Moſes. Ad hunc et producem Deus, de populi defectione ad deaſtros.

TVm Moſes vniuerſos Israelitas 1
adgresſus, in hæc verba adfa-
tus eſt: ego hodie natus an- 2
nos centum et viginti, non potero
deinceps in negotiis gerendis verſa-
ri; et Ioua mihi prædixit, me non
esſe iſtum Iordanem traiecturum.
Ioua ipſe Deus veſter vobis præ- 3
ibit, ipſe vobis gentes illas euertet,
earumque posſesſionem, Ioſua du-
ce, occupabitis, quemadmodum
promiſit Ioua: qui quidem illis 4
faciet, vt fecit Amorræorum regi-
bus, Sehoni et Ogo, eorumque ter-
ræ, quos quidem euertit; easque 5
vobis ſuperabit, quibus vtemini o-
mnino, vt poſtulat mea ad vos præ-
ceptio. Eſtote fortes et infracti, 6
nolite eos pertimeſcere aut formi-
dare: nam Ioua Deus veſter vobis-
cum ibit, vos non relicturus aut de-
ſerturus.

Deinde euocato Ioſua, eum 7
in omnium Israelitarum præſen-
tia ſic adfatus eſt: eſto fortis et
conſtans: tu enim cum hoc popu-
lo vades in terram, quam Ioua ma-
ioribus eorum ſeſe ei daturum pro-
miſit,

miſit, eiusque hereditatem eis ad-
8 ſignabis. Ioua autem ipſe tibi
præibit, tibique aderit, numquam
te deſtituet aut deſeret: noli timere
9 aut paueſcere. Scripſit autem Mo-
ſes hanc legem, eamque ſacerdoti-
bus Leui prognatis, arcæ fœderis
Iouæ geſtoribus, et omni Israelita-
rum ſenatui tradidit, eisque ita
10 præcepit: ſeptimo quoque anno
in ſolemnitate anni remisſionis, fe-
ſto vmbraculorum; quum vni-
uerſi conuenient Israelitæ ad com-
parendum in Iouæ Dei veſtri con-
ſpectu, in electo ab eo loco: reci-
tatote hanc legem coram in auri-
12 bus omnium Israelitarum; con-
gregato populo, viris, feminis, par-
uulis, et veſtratibus peregrinis; vt
audiant, vt diſcant, vt Iouam De-
um veſtrum vereantur, omniaque
legis huius dicta curent exſequen-
13 da; vtque imperiti eorum nati
audiendo diſcant Iouam Deum ve-
ſtrum metuere, quamdiu viuetis
in terra, cuius occupandæ gratia
14 Iordanem traiecturi eſtis. Tum
Ioua Moſi dixit: prope adeſt,
quum tibi eſt moriendum: voca
Ioſuam, et adeſte in oraculari ta-
bernaculo, vt ego ei præcipiam.
15 Ergo Moſes et Ioſua iuerunt, et in
oraculari tabernaculo adfuerunt,
et Ioua in tabernaculo adparuit in
nubis columna ſupra tabernaculi
16 oſtium ſtante. Moſemque ita ad-
fatus eſt: te quidem mox cum ma-
ioribus tuis iacente, hic populus
eo veniet, vt cum diis alienis eius
terræ, in quam intraturus eſt, me-
retricetur, me relicto, et fœdere,
quod cum eo pepigi, violato.
17 Tunc ego iratus eos deſeram, ab
eisque vultum meum abdam: quo
fiet, vt conſumantur, et in multa
mala et anguſtias incurrant, tan-
demque fateantur, quoniam eorum
Deus inter eos non ſit, ea omnia
mala ſibi eueniſſe: quum ego
interea ab eis vultum meum ab-
dam, propter tantum ab eis com-
misſum ſcelus, qui ad deos defece-
rint alienos. Quamobrem ſcri- 19
bite carmen hoc, quod tu Israeli-
tas doceas, et eis in os inferas, vt
mihi ſit hoc carmen teſtis aduer-
ſum Israelitas, quum in terram 20
(quam eorum maioribus iuraui)
lacte melleque ſcatentem a me in-
troducti, victusque ſatietate far-
cti, ad deos alienos ſe conuerte-
rint, eosque (me deſpectui habito,
meoque fœdere temerato) colue-
rint; quumque eis mala multa 21
et anguſtiæ euenerint: vt hoc, in-
quam, carmen contra eos teſtimo-
nium dicat, ſi ex eorum ſobolis o-
re non exciderit, obliuioni man-
datum. Noui enim eorum mores,
quibus hodie præditi ſunt, non-
dum a me introducti in terram,
quam eis iuraui. Scripſit ergo 22
Moſes carmen hoc eo die, idque
docuit Israelitas; et Ioſuam Nu- 23
nis filium hortatus eſt, vt fortem
ſe et conſtantem præberet: ductu-
rum enim Israelitas in terram,
quam Deus illis iureiurando pro-
miſiſſet, ipſumque Deum ei adfu-
turum.

Ac poſtquam perſcripſit Mo- 24
ſes verba legis huius in libro, at-
que abſoluit: Leuitas arcæ fœ- 25
deris Iouæ geſtores ſic adloquitur:
accipite hunc legis librum, et ad 26
latus arcæ fœderis Iouæ Dei veſtri
reponite, ibi teſtimonio contra vos
futurum. Ego enim noui contu- 27
maciam veſtram et ceruicis duri-
tiem: qui quum hodie, me adhuc
vobiscum viuente, rebelles fueritis
in Iouam: quid poſt meum interi-
tum futurum eſt? Congregate ad 28
me omnes veſtrarum tribuum ſena-
tores, veſtrosque magiſtratus, qui-
bus audientibus hæc verba elo-
quar, cælumque et terram teſter in
eos. Scio enim, vos poſt meam 29
mortem corruptum iri, et a via,
quam vobis præcipio, receſſuros,
vobisque malum longo poſt tempo-
re euenturum: quoniam ſcelere

veſtro Iouam offenderitis, eum ve-
ſtrarum manuum opere irritando.
30 Ergo effatus eſt Moſes in auribus
totius Iſraelitarum conuentus, car-
minis huius verba ad finem vsque.

CAPVT XXXII.

Moſis carmen ad creaturas, de ſacro verbo, in populum ingratum, deuſtricolam, diuina ira, ſedatione, populi gratia. Indicata Moſi terra.

1 ATtendite cæli, dum loquor:
audi terra verba oris mei.
2 Deſtillabit in modum pluuiæ
mea doctrina, fluet vt ros oratio
mea; vt imber in ſtirpes; vt mi-
3 nuta pluuia in herbas. Etenim Io-
uæ nomen adpellabo: tribuite Deo
4 noſtro magnitudinem; cuius nu-
minis et integra opera, et omnes
rectæ ſunt rationes: qui fidelis, ini-
quitatis expers, iuſtus rectusque
5 Deus eſt. Ab hoc, ſuo vitio dege-
nerant non dicam eius filii, ſed per-
6 dita profligataque natio. Hæcci-
ne Iouæ rependis, o populus ſtulte
atque inſipiens? nonne is tuus pa-
ter eſt, qui te comparauit? nonne
7 tuus conditor atque auctor? Re-
cordare priſca tempora, conſidera
perpetuorum ſæculorum annos:
percontare patrem tuum, qui tibi
referet; ſenes tuos, qui tibi narra-
8 bunt. Supremum, quum genti-
bus posſesſiones partiretur, homi-
numque genus diuideret, ceteris
nationibus fines pro numero Iſrae-
9 litarum adſignasſe. Nam Iouæ
pars eſt eius populus, eius posſeſ-
10 ſionis ſors Iacobei ſunt, quos in
deſerta, inaccesſa, ferali vaſtaque
terra nactus circumduxit, edocuit,
tamquam ſui pupillam oculi cuſto-
11 diuit: vt aquila nidum ſuum
excitans, ſeſe ſupra pullos ſuos vi-
brat, aliſque pasſis exceptos pen-
12 nis ſuis tollit; Ioua ſolus, nullo
cum peregrino deo, illos deduxit,
13 et in *f* faſtigia terrarum ſubuexit, v-
bi agrorum prouentibus veſceren-
tur; et melle de rupe, et oleo de ri-
gida caute lactauit: Butyro bubu- 14
lo, lacte balantum, nec non adipe a-
gnorum, opimorumque arietum,
et hircorum, vna cum pingui flore
tritici, et meri vuarum ſanguinis
potione. At probe pinguefacti, 15
recalcitrarunt; pinguefacti, obeſi,
farcti Deum conditorem ſuum re-
liquerunt, numen ſalutis ſuæ de-
ſpicati ſunt: Eum per alienos 16
irritarunt, per ſcelera incenderunt,
dæmonibus, non Deo, ſacrificantes, 17
diis ſibi ignotis, qui noui recens
venerunt, maioribus veſtris non
formidati: Numinis genitoris 18
veſtri immemores, Dei veſtri crea-
toris obliti. Hæc videns Ioua, 19
hanc liberorum ſuorum improbita-
tem indigne fert, et ita fatur: abs- 20
condam ab eis vultum meum,
videbo quem habituri ſint exitum.
Sunt enim peruerſa natio, filii per- 21
fidi, qui me per non deum irri-
tarunt, per ſua illa inania incende-
runt: quos ego vicisſim per non
populum irritabo, per gentem de-
mentem incendam. Nam in- 22
cenſus iracundia mea ignis, ad
ima vsque tartara exardeſcet, cum-
que ſuis terram frugibus conſu-
met, et montes ad vsque fundamen-
ta inflammabit. In illos mala con- 23
geram, in illos misſilia mea conſu-
mam. Nec ſolum fame adeden- 24
tur, lueque et acerbisſimo abſu-
mentur exitio: verum etiam in
eos et quadrupedum dentes, et hu-
mi ſerpentium virus immittam.
Foris grasſabuntur arma, intra pe- 25
netralia conſternatio, in iuuenes
iuxta ac virgines, in lactentes atque
canos. Et quidem ſtatueram eos 26
ita profligare, *eorum vt memori-
am ex hominibus tollerem: niſi ve- 27
rerer, ne hoſtes eorum aduerſarii
(qua ſunt improbitate) ſeipſos i-
gnorantes, hoc totum factum ſuis
præclaris viribus, non Iouæ tribue-
rent:

f) excellentisſimam terrarum.

rent: quippe natio rationis ex-
pers atque prudentiæ. Qui vti-
nam tantum ſaperent, vt hoc in-
telligerent, et eorum exitum ſic
conſiderarent: fieri ne posſet, vt
perſequeretur vnus mille, et duo
fugarent decem millia, niſi illos i-
pſorum numen dederet, niſi Ioua
addiceret? Neque enim numini
noſtro par eſt illorum numen, vel
hoſtium noſtrorum iudicio. Nam
de vitibus ſodomitanis illorum vi-
tes ſunt, deque gomorranis agris:
quibus vuæ felleæ, quibus acerbi
ſunt racemi, quarum vinum virus
eſt draconum, dirumque fel aſpi-
dum. Hoc eſt ſane apud me con-
ditum, meis in capſis obſignatum.
Mea eſt vltio et remuneratio, tum
quum titubabit eorum pes: nam
propinquat eorum dies interitus,
properant eorum fata. Patro-
cinabitur enim Ioua ſuo populo:
ſuper ſuis flectet animum, quum
videbit eos languente manu plane
oppresſos atque deſtitutos: Et v-
binam ſunt eorum dii (inquiet)
quorum numine freti fuerunt?
Quorum et adipe ſacrifico veſce-
bantur, et libatorium vinum bibe-
bant? ſurgant, et vobis opitulen-
tur, præſidioque ſint. Cognoſcite
iam me, me, neque quemquam De-
um esſe præter me, qui interficiam,
et in vitam reuocem, qui vulnerem
et ſanem, nullo mihi de manu eri-
piente: qui elata in cælum manu
ſic loquor: ita ſemper viuam, vt
ſi mei enſis aciem acuero, caus-
ſamque in manum ſumſero, ita ab
infeſtis meis pœnas repetam, ita in
oſores meos animaduertam, vt
et tela mea ſanguine inebriem, et
gladium carne paſcam: illa occiſo-
rum captiuorumque ſanguine, hunc
hoſtis capitali ſupplicio. Decan-
tate, o gentes, eius populum, quo-
niam et ſuorum ſanguinem vlci-
ſcetur: et ſumto de ſuis aduerſa-
riis ſupplicio, ſuorum terræ pla-
cabitur.

Igitur Moſes vna cum Ioſua 44
Nunis filio populum adiit, et o-
mnibus Iſraelitis audientibus, o-
mnia carminis huius verba elo-
cutus eſt. Quibus finitis, eos ita 45
cohortatur: attendite animis ve- 46
ſtris omnia verba, quibus ego vos
hodie commonefacio, quæ veſtris
liberis præcipiatis: vt omnia legis
huius verba curent exſequenda.
Neque enim hæc res nihil ad vos 47
pertinet: nam in ea ſita vobis vita
eſt, et per hanc rem diu ætatem pro-
ducetis in terra, ad quam occupan-
dam Iordanem tranſituri eſtis.
Eodem Die Ioua Moſem adfatus eſt 48
in hunc modum: adſcende in i- 49
ſtum montem Abarium, montem
Nabonem, qui eſt in Moabitarum
finibus e regione Hierichuntis, et
adſpicito Chananæam (quam ego
terram Iſraelitis posſidendam tra-
do) in eo monte, in quem ad- 50
ſcenderis, moriturus, et ad popula-
res tuos adgregandus: vt mortuus
eſt Aharon frater tuus in monte
Hore, et ad populares ſuos adle-
ctus: quoniam culpam in me 51
commiſiſtis in medio Iſraelitarum,
ad aquam iurgii, in Cade Sinis ſo-
litudine; quatenus non me ſan-
ctum habuiſtis apud Iſraelitas.
Nam terram quidem, quam ego 52
ſum daturus Iſraelitis, ex aduerſo
videbis, ſed in eam non peruenies.

CAPVT XXXIII.

Moſis ad populum verba nouisſima de ſin-gulis tribubus.

HAec eſt autem fauſta precatio, 1
qua Moſes, diuinus homo, Iſ-
raelitis ante ſuam mortem be-
ne precatus eſt. Ioua de Sina ve- 2
nit, * inquit, ex Seire exortus eſt eis,
patuit ex monte Pharane, venitque
ob ſacras legiones, ignem diſcipli-
næ eis habens ad dextram ſuam,
hominum ſane amator, cuius 3
ſancti omnes ſunt in manu tua, et
quidem ad pedes tuos proſternun-
tur,

tur, eo de tuis dictis ſumente.
4 Legem tulit nobis Moſes, reipu-
blicæ Iacobeorum poſſidendam:
5 et fuit inter probos rex, coeun-
tibus populi capitibus, vna cum
6 tribubus Iſraelitarum. Viuat
Ruben, non moriatur, ſed ſit
7 numero paucus. Hoc autem de
Iuda inquit: exaudi Ioua vocem
Iudæ, eumque ad ſuos deduc: ſuæ
ei manus ſatis ſunt, te ei contra eius
8 perduelles auxiliante. Ad Leuim
autem inquit: tua integritas et cla-
ritas eſt tui viri clementis, quem
laceſſiuiſti apud Maſſam, cum quo
9 iurgaſti ad aquam iurgii, qui ne-
gat ſe patrem aut matrem ſcire, ne-
que fratres agnoſcit, neque filios
nouit: ſed qui tua dicta conſer-
uant, tuumque fœdus tuentur.
10 Sententias tuas Iacobeos, legem
tuam Iſraelitas docebunt: ſuffitum
naribus tuis admouebunt, et totas
11 victimas aræ tuæ imponent. Pro-
ſpera, Ioua, vires eius, et eius ma-
nuum operi faue: ſic elumba eius
infeſtos atque oſores, vt reſurgere
12 nequeant. Super Beniamine dixit:
Iouæ dilectus tuto apud eum habi-
tabit, ipſo ſemper eum protegente,
et inter eius humeros habitante.
13 Super Ioſepho vero dixit: felix Io-
uæ dono terra eius, a prouentu
cæleſti, a rore, et a z profundo ſub-
14 iacente, a prouentu redituum
ſolarium, a prouentu maturitatis
15 lunaris, a capite montium per-
ennium, a prouentu collium æ-
16 ternorum, a prouentu et co-
pia terræ, et fauore habitatoris
rubi, quæ capiti Ioſephi, quæ
vertici præſtantiſſimi fratrum ven-
17 tura ſunt. Primogenitus bos eius
maieſtate præditus eſt, et cornibus
monocerotiis, quibus populos pro-
tinus ad extremum terrarum arie-
tabit. Atque huiuſmodi ſunt E-
phraimi legiones, huiuſmodi Ma-
18 naſſis cohortes. Tum ſuper Za-
bulone dixit: lætare Zabulon in
egreſſu tuo, et Iſſachar in taber-
naculis tuis. Populos in montem 19
inuitabunt, tibi iuſtitiæ ſacrificia
facturos; nam adfluentiam mari-
nam ſugent, et obrutos arenæ the-
ſauros. Idem ſuper Gado: gra- 20
tes Gadum explicanti, leonis ritu
conſiſtentem, et brachium cum
vertice rapientem. Hic, vt ſibi 21
primum animaduertit tractum o-
perti rectoris, populi principes ad-
iuit, iuſtitiæ et iuris Iouæ mune-
re functus eſt erga Iſraelitas. Item 22
ſuper Dane: Dan catulus leonis, ex
Baſana exſiliens. Item ſuper 23
Nephthali: Nephthalis fauore ſa-
tur, et plenus munificentia Iouæ,
occidentalia et meridiana occupa-
bit. Item ſuper Aſere: fortuna- 24
tus filiis Aſer, erit fratribus ſuis fa-
uorabilis, et pedem ſuum oleo in-
tinget: ferrea æreaque clauſtra 25
tua, et robur ætati tuæ conſentane-
um. Nullus eſt Deo proborum 26
par, qui cælis inequitat in tuum
auxilium, et eſt in ſuo æthereo fa-
ſtigio. Dei domicilium perenne eſt, 27
et ſubter ſunt brachia ſempiterna,
expelletque ante te hoſtem, et eum
iubebit euertere. Itaque habita- 28
bit Iſrael tuto ſeparatim, adiiciet
oculum Iacobus ad terram frumen-
ti viniqueferacem, illius cælis rore
deſtillantibus. Beatus es, o Iſrael, 29
quis tibi par eſt, o popule conſer-
uate per Iouam, auxilii tui clipe-
um? quique eſt tui faſtigii gladius?
Tibi ſubiicientur hoſtes tui, eo-
rumque cacumina proculcabis.

CAPVT XXXIIII.

Terram felicem adſpiciens Moſes. Eiuſdem finis, per Deum ſepultura, nulli nota mortali, ætas, viridiſque ſenectus, luctus pro ipſo, et encomia.

TVm Moſes ex campis moabi- 1
ticis adſcendit in Nabonem
montem, in iugum Phasge, e
regione Hierichuntis poſiti, eique
oſten-

z) terræ ſolo.


Delineatio
PALÆSTINÆ
ſive
TERRÆ SANCTÆ
maxime ad
Hadr. Relandi
mentem compoſita
MARE
MAGNVM
ſive
MEDI-
TER
RANEVM
TRACHONITIS
REGIO
ITVREA
AVRANITIS
BATANAEA
MENASSE
DIMIDIA
GAD
RVBEN
PERAEA
GALILAEA
ZEBVLON
NEPHTALI
ASER
DIMIDIA
MENASSE
SAMARIA
EPHRAIM
DAN
BENIAMIN
IVDAEA
SIMEON
LACUS ASPHALTITES
PRISCAE
SEDES
MOABITARVM
ARABIA
MONTANA IDVMAEORVM
AEGYPTI
PARS
VALLIS
BAARAS
Tyrus
Ptolemais
Caesarea Palaeſtina
Ioppe
Ascalon
Gaza
Raphia
Gerar
Arad
Berſabe
Chebron
Bethlehem
Hieruſalem
Iericho
Bethel
Gadara
Bostra
Cedeſh
Magdala
Capitolias
Abela
Chesbon
Medaba
Zoar
Gomorrha
Agla
Aſdod

g) terræ ſolo.

ostendit Ioua totam Galaaditidem
vsque ad Danem, omnemque
nephthalenſem et ephraiminam et
manasſenſem regionem, Iudæam-
que,vsque ad vltimum mare: tum
auſtralem, et campum Hierichun-
tis, vrbis palmiferæ, vsque ad Si-
gorim. Et hæc, inquit, terra eſt,
quam Abrahamo, Iſaaco, et Iacobo
iuraui, me eorum ſemini daturum
eſſe; eam tibi tuis oculis videndam
ſubiicio,ſed eo non transibis. Atque
hic mortuus eſt Moſes, Iouæ ſer-
uus, in terra Moabitarum ante os
Iouæ, qui eum ſepeliuit in valle
quadam in terra moabitica, ſecun-
dum Bethphegor; neque quis-
quam hominum hactenus eius ſe-
pulcrum ſciuit. Mortuus eſt an-
nos natus centum et viginti, quum
neque oculis caligaret, neque viri-
ditatem amiſisſet. Eum luxerunt 8
Israelitæ in campo moabitico tri-
ginta dies: quo lugendi Moſis ſpa-
tio finito, Ioſuæ Nunis filio ple- 9
na adflato ſapientia (nam Moſes ei
manus impoſuerat) paruerunt Is-
raelitæ, feceruntque, vt Moſi Ioua
præceperat. Neque exſtitit adhuc 10
vllus in Israelitis par Moſi vates,
Iouæ tam familiariter noto. Tot 11
oſtentis et miraculis,quæ in Phara-
onem Pharaoniosque et eius terram
deſignaturus misſus eſt a Ioua in
Aegyptum: tum tanta illa poteſta- 12
te, tot tantisque prodigiis, quæ cun-
ctis ſpectantibus edidit Israelitis.

IOSVA.

CAPVT I.

Ad Ioſuam præcepta. Promisſæ victoriæ. Dux ad exercitum, is ad illum.

POSTQVAM Iouæ ſeruus
Moſes mortuus eſt: Ioua
Moſis adminiſtrum Ioſuam,
Nunis filium, adlocutus eſt
in hunc modum: quandoquidem
meus ſeruus Moſes mortuus eſt:
age tu, traiice Iordanem iſtum,
vna cum omni iſto populo israeli-
tico, in terram, quam ego eis dono.
Quocumque vos in loco pedum ve-
ſtigia vrgebitis, eum vobis ego do:
ſicut Moſi ſum pollicitus. A ſoli-
tudine et Libano illo ad fluuium
magnum Euphratem, quæ omnis
Hettæorum terra eſt, et ad mare,
qui ſolis eſt occaſus, veſtri fines
patebunt. Nemo ante te conſiſtet,
quamdiu viues: ac quemadmodum
Moſi adfui, ita tibi adero, nec
vmquam te deſtitutum relinquam.
Collige te et confirma: nam tu iſti
populo terræ, quam ego, me eis
daturum eſſe, maioribus eorum
iuraui, hereditatem herciſceris.
Tantum fortis infractusque eſto, 7
et da operam, vt omni legi, quam
tibi Moſes, meus, tulit, ita obedias,
vt neque ad dexteram, neque ad
ſiniſtram deflectas: quo prudenter,
quocumque ibis, te geras, legis 8
eius librum numquam non in ore
habendo, deque eo dies noctesque
cogitando, vt omnia in eo ſcripta
cures exſequenda. Nam ita tibi
res et proſpere cadent, et prudenter
gerentur. Ego te iubeo firmo et 9
conſtanti eſſe animo, ab omnique
terrore et formidine vacuo: quo-
niam tibi Ioua Deus tuus vbique eſt
adfuturus.

Tum Ioſua populi magiſtratibus 10
mandauit,vt caſtra obirent, populo-
que præciperent, vt ſibi commea-
tum præpararent. Nam poſt tridu- 11
um traiecturos eſſe Iordanem il-
lum,

lum, et terræ posſesſionem inuaſu-
12 ros; eis a Ioua Deo ſuo datam. De-
inde cum Rubenitis et Gadinis et di-
midia tribu Manasſis ita locutus eſt.
13 Recordamini, quid vobis Iouæ ſer-
uus Moſes præceperit, ſcilicet, vt,
quoniam vobis Ioua quietem,et ter-
14 ram iſtam dedisſet, ipſi (depoſitis in
terra, vobis ab ipſo Moſe cis Iorda-
nem data, veſtris mulieribus et par-
uulis) expediti ante veſtros conſan-
guineos traiiceretis, eisque auxili-
um ferretis, quicumque ad militiam
15 esſetis idonei, donec ipſi quoque,vt
et vos, a Ioua quietem esſent adepti,
et terræ ſibi a Ioua Deo veſtro datæ
posſesſionem conſecuti, vt deinde
in veſtræ posſesſionis terram redi-
retis, eamque posſideretis vobis a
Iouæ ſeruoMoſe tributam cisIorda-
16 nem ad orientem. Tum illi Ioſuæ
reſpondent, quidquid ipſe iusſisſet,
esſe facturos: et quocumque mi-
17 ſisſet, ituros; eique plane,vt Moſi
obtemperasſent, esſe obtemperatu-
ros: adesſet modo ei Ioua Deus
18 eius, ſicut adfuerat Moſi. Quis-
quis eius imperium detrectasſet, et
præcepta omnia non exſecutus es-
ſet, moriturum: tantum fortis esſet
atque ſtrenuus.

CAPVT II.

In Chananæam exploratores. Rachabæ in eos benignitas, ad hos petitio. Illorum iuramentum, ad copias reditus.

1 DEinde miſit Ioſua, Nunis fi-
lius,ex Setimo homines duos,
exploratores occultos, quibus
mandauit, vt exploratum irent,
quum ceteram regionem, tum Hie-
richuntem. Qui, quum eo venis-
ſent: diuerterunt in domum me-
retricis cuiusdam mulieris, Ra-
chabæ nomine, vt ibi cubarent.
2 Quum autem esſet Hierichuntis
regi nuntiatum, homines illo in
eam noctem ex Israelitis venisſe
3 ad explorandam regionem: miſit,
qui Rachabæ iuberent, vt homines,
qui domum ad eam venisſent, pro-
duceret, qui quidem ad explora-
tionem totius regionis venisſent.
Mulier, quum ambos occuluisſet: 4
reſpondet, ad ſe quidem venisſe
homines, qui cuiates esſent, neſci-
ret; ſed eos,quum contenebraret, 5
et esſet claudenda porta, egresſos
esſe; quo iuerint, ſe neſcire; ſi
celeriter perſequantur, adſecuturos
esſe. Subduxerat autem eos in 6
tectum, et lini faſciculis occultarat,
quos in tecto repoſitos habebat.
Igitur illi eos verſum vada Iordanis 7
inſecuti ſunt; eisque ad perſequen-
dum egresſis clauſa porta eſt. At 8
ipſa ad eos nondum cubantes in
tectum adſcendit, et cum eis loqui-
tur in hunc modum: ſcio ego, 9
Iouam hanc vobis dedisſe terram,
nosque tanto veſtri terrore percul-
ſos esſe, vt omnes incolæ animos
abiecerint. Audiuimus enim, vt 10
vobis ex Aegypto migrantibus,
Ioua rubri maris aquas ſiccauerit,
vtque vos duos Amorræorum reges
transiordaninos,Sehonem et Ogum
tractaueritis, quos quidem funditus
deleuiſtis. Quæ res audita tanto 11
noſtros animos terrore labefacta-
uit, vt nemo iam contra vos animo
conſiſtat, quorum Deus Ioua et ſu-
pra in cælo, et infra in terris Deus
ſit. Quocirca iurate mihi per Io- 12
uam, ſi ego vos beneficio meo de-
merita fuero, vos quoque meæ
domui paternæ parem esſe gratiam
relaturos; et mihi certum ſignum 13
date, quo meos parentes, fra-
tres, ſorores, quæque habent
omnia conſeruetis, animasque no-
ſtras a morte defendatis. Cui illi 14
ſic reſpondent: vitam noſtram pro
vobis ad mortem offerimus (ſi
modo vos hoc noſtrum negotium
non indicabitis) ni tibi iſtam gra-
tiam, quum nobis terram Ioua de-
derit, fideliter referemus. Tum 15
illa eos per funem demiſit per fe-
neſtram, (erat enim domus eius
coniuncta mœnibus, vtpote quæ
esſet ſubmœnia) monuitque, vt 16
in

in montem contenderent, ne qui
eos perſequebantur, in eos incurre-
rent; ibique triduum laterent, do-
nec reuerſis, qui perſequebantur,
7 poſtea pergerent. Illi autem cum
ea ita locuti ſunt: nos iſtius, quo
tu nos obſtrinxiſti, iuriſiurandi
religione liberabimur hac ratione.
8 Quum nos terram hanc inuaſeri-
mus, tu laqueum iſtum coccineum
feneſtræ, per quam nos demiſiſti,
adligabis, tuis parentibus fratribus-
que, et vniuerſa paterna familia
9 domum ad te congregata. Quis-
quis autem extra domus tuæ fores
exierit, ſuo periculo fecerit, et nos
aberimus a culpa. Quidquid vero
domi apud te erit, id ſi quis atti-
10 gerit, nos luemus. Quod ſi hanc
rem palam feceris: nos erimus ab
hoc, quo tu nos obſtrinxiſti, ſacra-
11 mento liberi. Tum illa conditio-
nem accepit, illoſque dimiſit: et, eis
digresſis, laqueum coccineum fe-
12 neſtræ adligauit. Illi in montem
ire contenderunt, illicque triduum
13 commorati, quum iam qui per-
ſecuti fuerant, tota via perueſtigata,
iiſque non inuentis, reuertisſent:
ambo conuerſo itinere de monte
deſcendunt, et flumine traiecto, ad
Ioſuam, Nunis filium, perueniunt,
14 eique omnia, quæ ſibi accidisſent,
exponunt, et totam regionem oſ-
tendunt a Ioua ipſorum ſubiici
poteſtati, omnibus incolis eorum
metu labefactatis.

CAPVT III.

Copiæ Iordanem traiecturæ, luſtratæ, ſicco pede transeuntes.

IGitur poſtridie Ioſua, vbi ſur-
rexit, a Setimo caſtra mouit, et
ad Iordanem cum omnibus Iſ-
raelitis peruenit, ibique, antequam
traiicerent, pernoctarunt. Præteri-
tis tribus diebus magiſtratus per ca-
ſtra eunt, populoque præcipiunt, vt,
quum arcam fœderis Iouæ Dei ſui
a ſacerdotibus Leuitis portari vi-
derint, loco ſe moueant, eamque
ſequantur: ſed interpoſito inter 4
ipſos et arcam tanto ſpatio, vt ad
eam non accedant propius, quam
ad circiter bis mille cubitos, quo
viam, per quam ſint ituri, videant.
Neque enim ea via ingredi ſolitos
esſe antea. Tum Ioſua populo, 5
vt luſtraretur, indixit: quoniam
poſtridie apud eos mira facturus
esſet Ioua. Deinde ſacerdotibus 6
mandauit, vt fœderis arcam tolle-
rent, populoque anteirent. Itaque
illi arcam portantes populum an-
tecesſerunt. Ioſuæ autem ſic Ioua 7
dixerat: ego te hodierno die in
oculis Iſraelitarum magnum facere
incipiam, vt intelligant, me, quem-
admodum Moſi adfui, ſic tibi ad-
futurum esſe. Tu præcipe ſacer- 8
dotibus fœderis arcam geſtantibus,
vt, quum ad aquæ Iordanis extre-
mum venerint, in ipſo Iordane con-
ſiſtant. Et Ioſua Iſraelitis ita lo- 9
cutus eſt: Adeſte, et Dei veſtri
Iouæ dicta audite. Hinc ſcietis, 10
Deum immortalem inter vos ver-
ſari, et vobis Chananæos, Hettæos,
Heuæos, Pherezæos, Gergeſæos,
Amorræos et Iebuſæos exacturum
esſe. Iam arca fœderis domini 11
totius orbis ante vos per Iordanem
transitura eſt. Quare adhibete 12
viros duodecim ex tribubus Iſrae-
litarum, ſingulos ex ſingulis. Nam 13
ſimul atque ſacerdotes arcam fœde-
ris Iouæ totius orbis domini por-
tantes pedum veſtigia in Iordanis
aqua poſuerint: fiet, vt diuiſo Ior-
danis amne, aqua ſuperne defluens
reſtet in vnum cumulum. Igitur 14
populo de ſuis tabernaculis ad Ior-
danem traiiciendum proficiſcente,
ſacerdotibus fœderis arcam populo
præferentibus, ſimul ac fœderis 15
arcam geſtantes ſacerdotes ad Ior-
danem peruenerunt, et eorum pe-
des extrema aqua tincti ſunt: (ſo-
let autem Iordanis toto mesſis tem-
pore ad ſummas abundare ripas)
reſtitit ſuperne defluens aqua, et 16
in

in cumulum adſurrexit longisſime,
ab Adama oppido ad latus Sarthanis
poſito, et ab ea diuulſa inferior in
ſalſum planitiei lacum dilapſa ex-
17 hauſtaque eſt. Populus autem
contra Hierichuntem traiecit, ſa-
cerdotibus, qui Iouæ fœderis arcam
portabant, in ſicco, medio in Ior-
dane fixis adſtantibus, omnibus Iſ-
raelitis per ſiccum transeuntibus,
donec gens tota Iordanem per-
transiit.

CAPVT IIII.

Ex flumine lapides. Ioſuæ grauitas a Deo.

1 TRaductis omnibus, Ioua Ioſuæ
mandauit, vt homines duo-
decim de ſingulis tribubus ſin-
2 gulos deligerent, quibus præci-
perent, vt inde ex medio Iordanis
ex eo ipſo veſtigio, in quo ſacer-
3 dotum fixi pedes ſteterant, lapi-
des duodecim caperent, quos ſecum
ferrent, et in proximæ noctis ſta-
4 tione ponerent. Et Ioſua conuo-
catis illis duodecim viris, quos ex
ſingulis Iſraelitarum tribubus de-
5 ſtinarat, negotium dedit, vt ante
Iouæ Dei ſui arcam in medium
Iordanem procederent, et ſingulos
lapides in humeros ſuos tollerent,
pro numero tribuum Iſraelitarum.
6 vt hoc apud vos manente, inquit,
indicio, ſi quando veſtri nati ex ſuis
patribus quæſiuerint, quorſum vo-
7 bis pertineant iſti lapides: reſpon-
deatis, arca Iouæ fœderis Iordanem
transeunte, dispertitas fuisſe Ior-
danis aquas eius aduentu, cuius rei
monumentum lapides iſtos Iſraeli-
8 tis esſe ſempiternum. Igitur Iſ-
raelitæ Ioſuæ mandato paruerunt,
lapidesque duodecim ex medio Ior-
dane ſuſtulerunt, vt Ioua Ioſuæ
mandauerat, ad iſraeliticarum tri-
buum numerum, quos ſecum in
ſtationem deportarunt, et illic po-
9 ſuerunt. Ioſua quoque duodecim
lapides erexit in medio Iordane,
quo loco ſteterant pedes ſacerdo-
tum fœderis arcam portantium, qui
lapides illic adhuc manent. Sacer-
dotes autem arcam portantes in
medio Iordane ſteterunt, donec o-
mnia, quæ Ioua Ioſuæ populo di-
cenda, et eidem Ioſuæ Moſes præ-
ceperat, ad illius præſcriptum per-
acta ſunt. Deinde traducto cele-
riter omni populo, anteceſſit arca
Iouæ et ſacerdotes populum. Ru-
benitæ quoque Gadinique et dimi-
dia tribus Manasſis, expediti ante
Iſraelitas, ſicut eos Moſes fuerat
hortatus, in hierichuntium cam-
pum transmiſerunt coram Ioua,
hominum circiter quadraginta mil-
lia, ad bellum procincti. Illo die
Ioua Ioſuam ita magnum apud o-
mnes Iſraelitas reddidit, vt eum
quamdiu vixit timuerint, ſicut antea
Moſem timuerant. Igitur Ioſua ex
Iouæ mandato ſacerdotibus oracu-
li arcam ferentibus iusſit, vt ex
Iordane exirent: qui ſimul ac
Iouæ fœderis arcam portantes e-
gresſi, pedum veſtigia in ſicco pres-
ſerunt: rediit aqua Iordanis in
ſuum ſtatum, et omnibus ripis ab-
undans, ſicut antea ſolebat, defluxit.
Diſceſſit autem populus a Iordane
decimo die menſis primi, et in Gal-
galis in extremo orientis Hieri-
chuntis caſtra poſuerunt. Illos
vero duodecim lapides, quos ex
Iordane ſuſtulerunt, erexit Ioſua
in Galgalis, et Iſraelitas admo-
nuit, vt, ſi quando parentes a natis
interrogarentur, quid ſibi vellent
illi lapides? demonſtrarent eis,
Iſraelitas, Iordanem illum per ſic-
cum traiecisſe, quum quidem
Ioua Deus ipſorum Iordanis aquas
exſiccauisſet, ad eorum traiectio-
nem, quemadmodum idem mari
rubro fecerat, quod ad eos tradu-
cendos ſiccauerat: vt et omnes
terrarum nationes, quam esſet Io-
uæ manus potens, intelligerent,
et illi Iouam Deum ſuum ſemper
metuerent.

CAPVT

CAPVT V:

Altera circumciſio. Oberrationis diuturnitas. Paſcha. Mannæ finis.

POſtquam intellexerunt reges omnes amorræi ciſiordanini occidentales, et omnes chananæi reges maritimi, vt Ioua Iordanis aquam ad Iſraelitarum transmisſionem ſiccauisſet: incredibili Iſraelitarum terrore exanimati ſunt. Eo tempore Ioſua, ex Iouæ mandato, factis cultris lapideis, Iſraelitas iterato circumcidit in colle præputiorum. Cuius circumciſionis ratio fuit, quod omnibus maribus, qui ex Aegypto exierant, qui modo arma ferre posſent, (qui quidem fuerant omnes circumciſi,) mortuis in itinere per deſerta, quotquot in eo itinere per deſerta poſt emigrationem ex Aegypto nati fuerant, non erant circumciſi. Nam quadraginta annis iter fecerunt Iſraelitæ per deſerta, vsque ad internecionem vniuerſi generis eorum, qui ad militiam idonei ex Aegypto migrauerant. Quos Ioua, quoniam ſibi dicto audientes non fuisſent, iurauerat, non eſſe terra potituros, quam, lacte melleque ſcatentem, maioribus noſtris ſeſe nobis daturum esſe, iurauerat, quorum in locum ſubſtitutos ab eo filios eorum Ioſua circumcidit. Erant enim præputiati: vtpote in itinere non circumciſi. Igitur peracta totius gentis circumciſione, commorati ſunt ibidem in caſtris, donec reualeſcerent. Dixit autem Ioua Ioſuæ, ſeſe eos eo die exuisſe probro ægyptio: vnde locus ille Galgala ad hunc diem vocatur. Igitur in Galgalis caſtra habentes Iſraelitæ paſcha egerunt decimo quarto die menſis, veſpere, in campo hierichuntio, deque illius terræ frugibus poſtridie paſchæ, hoc, inquam, die comederunt ſine fermento panes, et toſtas fruges. Ac poſtridie eius diei, quo terræ fruges guſtauerunt, deſiit Manna,
neque eam deinceps habuerunt Iſ-
raelitæ: eoque anno Chananææ
prouentu vſi ſunt. Interea, quum 13
esſet apud Hierichuntem Ioſua:
animaduertit hominem ſibi ex aduerſo
ſtantem, ſtrictumque enſem
manu tenentem, ad quem accesſit,
et ei ita dixit: noſterne es, an hoſtium?
Cui ille: immo ego dux ex- 14
ercitus Iouæ nunc venio, inquit.
Tum Ioſua ad terram pronus accidere,
honoremque ei præbere, et
ita dicere: quid tu mecum, domine,
loqueris? Cui ille dux exercitus 15
Iouæ ita dicit: detrahe tibi calceos
de pedibus, inquit: nam locus iſte
ſacer eſt. Et Ioſua ita fecit.

CAPVT VI.

Hierichuntis expugnatio promisſa, ad hoc ratio, expugnatio. Scorti conſeruatio. Diræ in inſtauratorem oppidi exciſi.

ERat autem Hiericho propter 1
Iſraelitas ita clauſa et præſidiis
munita, vt nemo, vel exiret, vel
intraret. Ergo Ioua cum Ioſua lo- 2
cutus eſt ita: ſcito, me Hierichuntem,
et eius regem, et milites in
tuam manum tradere. Ceterum 3
vos omnes milites vrbem ſemel in
ambitum circuite, idemque ſex diebus
facite. Septem ſacerdotibus 4
ſeptem tubas buccinas * arcæ præferentibus.
At die ſeptimo vrbem
ſepties circuite, ſacerdotibus tubis
ſonantibus. Quumque cornu buc- 5
cino prolixe clangente, tubæ ſonitum
audietis: vniuerſus populus
ingenti clamore ouet, et concident
vrbis mœnia eodem veſtigio: inuadetque
populus, qua quisque erit.
Tum Ioſua, Nunis filius, euocatis 6
ſacerdotibus, mandat, vt arcam tollant,
et eorum ſeptem totidem buccinas
tubas Iouæ arcæ præferant.
Deinde populo præcipit, vt ad cir- 7
cumeundam vrbem procedant, armatis
Iouæ arcam præcedentibus.
Igitur, Ioſua populum adlocuto, 8
ſeptem ſacerdotes, totidem tubas

buccinas ferentes, arcam Iouæ fœderis antecedebant, tubisque clangebant, arca eos canentes ſubſe-
9 quente: armatis autem præcedentibus, et promiſcuo vulgo arcam ſequente, quum inter eundum tubis
10 ſonaretur. Præceperat autem Ioſua populo, ne ouarent, aut vocem emitterent, aut verbum vllum ore proferrent, vsque ad diem, quo ipſe eis ouare imperaret: tunc enim
11 ouarent. Poſtquam Iouæ arca vrbem vno ambitu circumiuit: in caſtra reditum eſt, et in eis perno-
12 ctatum. Poſtridie quoque vbi Ioſua ſurrexit: ſuſtulerunt ſacerdo-
13 tes arcam Iouæ, et ſeptem ſacerdotes, totidem tubas ante arcam ferentes, arcam præcedebant, et clangendo tubis incedebant, armatis eos antecedentibus, vulgo autem arcam ſubſequente, clangentibus
14 inter eundum tubis. Ad hunc modum ſemel die ſecundo circuita vrbe caſtra repetiuerunt, idemque
15 ſex diebus fecerunt. Septimo die ad ortum auroræ ſurrexerunt, vrbemque eodem modo ſepties circumiuerunt, id quod ſolo ſeptimo die
16 fecerunt. Septimo autem circuitu ſonuere tubis ſacerdotes, et Ioſua populo dixit: ouate, nam vrbem
17 vobis addicit Ioua, ita, vt et ipſa, et quæcumque ſunt in ea, Iouæ deuota ſint, Rachaba dumtaxat meretrice, et omnibus, quæ domi apud eam ſunt, conſeruatis: quoniam miſſos
18 a nobis nuntios occultauit. Vos vero a deuotis abſtinete: ne, ſi quid inde ceperitis, magnas iſto ſacrilegio turbas et exitium caſtris Iſra-
19 elitarum conſletis. Omne argentum, aurum, ænea, ferreaque vaſa Iouæ ſacra ſunt, in eius ſiſcum re-
20 ferenda. Tum illi, quum ſacerdotes tubis clangerent, audito tubæ ſonitu, ingenti cum clamore ouare, collapſiſque eodem veſtigio mœnibus, in vrbem, qua quisque in parte erat, adſcendere, eamque capere,
21 et omnia, quæ in vrbe erant, viros, mulieres, iuuenes, ſenes, boues, oues, aſinos, ferro perimere. Mandauerat autem Ioſua duobus illis, qui regionem explorauerant, vt meretricis illius domum adirent, eamque illinc cum ſuis omnibus educerent, ſicut ei iurauerant. Itaque adiuerunt illi iuuenes exploratores Rachabam, eamque cum ſuis parentibus, fratribus, et omnibus ſuis, cumque omni ſua propinquitate foras in caſtra Iſraelitarum eduxerunt, et ibi reliquerunt. Vrbem autem, et, quæ in ea erant, omnia igni cremauerunt, dumtaxat argento et auro æreisque et ferreis vaſis in Iouanæ ædis fiſcum relatis. Rachabam autem meretricem, eiusque paternam familiam, et facultates omnes Ioſua conſeruauit, eaque inter Iſraelitas ad hunc vsque diem manſit, ob occultatos ab ea nuntios, quos Ioſua Hierichuntem exploratum miſerat. Eo tempore Ioſua diram deprecationem pronuntiauit his verbis: infelix ſit apud Iouam homo, qui hanc vrbem Hierichuntem inſtaurare adgreſſus fuerit: is eius fundamenta in ſui primogeniti interitum iaciat, et portas in ſuorum filiorum natu minimi perniciem collocet. Et Ioſuæ quidem aderat Ioua, eiusque fama toto orbe ferebatur.

CAPVT VII.

Sacrilegus Achan. Iſraelitarum cædes. Quæſtus imperatoris ac ſenatus ad Iouam. Sacrilegus lapidatus.

SEd contraxerunt Iſraelitæ cul- 1
pam ſacrilegio. Cepit enim Achan Charmis filius, Zabdis nepos, Zaræ pronepos, ex tribu Iudæ, de rebus deuotis: vnde ſuccenſuit Iſraelitis Ioua, ſicuti iam narrabo. Miſit Ioſua homines ab 2
Hierichunte ad Haim, ſitam apud Bethauen, ab oriente Bethelis; eisque mandauit, vt regionem illam irent exploratum. Illi profecti ſunt, explo-

exploratаque Hai, ad Ioſuam red-
eunt, eique referunt, nihil opus
eſſe, vt omnes illo proficiſcantur:
ſed circiter tantum duo aut tria
hominum millia, qui Haim expu-
gnent, neue omnes eo ductos fati-
get: eſſe enim paucos Haienſes.
Ita eo profecti ſunt ex populo cir-
citer tria hominum millia, iique
fuſi ſunt ab Haienſibus, cæſis
ſuorum ad triginta ſex in deſcenſu,
Haienſibus eos a porta ad Sabarim
vſque perſecutis. Hæc res homi-
num animos non mediocri terrore
labefactauit. Tum Ioſua, ſciſſis
veſtimentis, humi pronus iacuit
ante arcam Iouæ ad veſperum, vna
cum Iſraelitarum ſenatoribus, pul-
uere conſperſis eorum capitibus,
atque ita queſtus eſt: eheu domi-
ne Ioua, cur hunc populum Iorda-
nem traduxiſti, vt nos Amorræis
perdendos addiceres? qui vtinam
potius trans Iordanem remanſiſſe-
mus. O domine, quid dicam,
poſtquam Iſraelitæ terga verterunt
hoſtibus: quod, quum audiuerint
Chananæi et omnes incolæ, cir-
cumſidebunt nos: noſtrumque no-
men de orbe terrarum auferent;
ecquid tu iſto magno nomine fa-
cies? Cui ita Ioua reſpondit: ſur-
ge, cur tu ita pronus iaces? Pecca-
uerunt Iſraelitæ, contraque fœdus,
eis a me præceptum, fecerunt et ex
deuotis ceperunt: furati ſunt, men-
titi ſunt, conuaſarunt: ideoque
hoſtium ſuorum vim non ſuſtinen-
tes terga vertunt, vtpote ſacrati:
neque ego deinceps vobis adfuturus
ſum; niſi de medio veſtri ſacrile-
gium ſuſtuleritis. Surge, luſtra
populum, et iube, vt in craſtinum
luſtrati ſint. Sic enim Iouam Iſrae-
litarum Deum dicere, ſacrilegium
eſſe inter Iſraelitas, ante quem
e ſuorum numero ſublatum
non poterunt hoſtium impetum
14 ſuſtinere. Quamobrem craſ-
tino mane ſortimini in tribus:
ac quam tribum a Ioua deſignari
contigerit, ſortimini in eius cogna-
tiones, et porro de cognatione in
domum, indeque in viros. Qui- 15
que ſacrilegii compertus fuerit: is
cum ſuis omnibus igni cremetur,
qui Iouanum fœdus violauerit, et
in Iſraelitis ſcelus commiſerit.
Igitur mane Ioſua vbi ſurrexit, in 16
Iſraelitarum tribus ſortes iecit:
captaque Iudæ tribu, ſortitus eſt in 17
eius cognationes: et comperta za-
rana cognatione, ſortitus eſt in vi-
ros. Deſignatoque Zabdi ſortitus 18
in eius domum viritim: comper-
tusque eſt Achan, Charmis filius,
Zabdis nepos, Zaræ pronepos, tri-
bus Iudæ. Et Ioſua Achanem ſic 19
adloquitur: fili, tribue hanc Iouæ
Iſraelitarum Deo gloriam, vt apud
eum confiteare verum: et mihi
quid feceris ſine vlla ſimulatione
declares. Achan vero apud Ioſu- 20
am, ſeſe in Iſraelitarum Deum Io-
uam peccaſſe, confitetur, et quemad-
modum fecerit, demonſtrat. Seſe 21
enim, quum in præda animaduer-
tiſſet egregiam chlamydem baby-
lonicam, et ducentos argenti ſiclos,
aureamque linguam quinquaginta
ſiclos pendentem, inductum cupi- 22
ditate, ea cepiſſe, et nunc obruta
eſſe terra in medio ſuo taberna-
culo, argentumque ſubter eſſe.
Tum miſſi a Ioſua nuntii in taber- 23
naculum currunt, illisque inuentis
in tabernaculo abditis, argento ſub-
ter poſito: ea inde capiunt, et ad
Ioſuam atque omnes Iſraelitas re-
lata coram Ioua effundunt. Et 24
Ioſua Achanem Zaræ filium, argen-
tumque et chlamydem, et auream
linguam et eius filios, et filias, et
boues, et aſinos, et pecus, et taber-
naculum, et quidquid habebat ille,
comitantibus omnibus Iſraelitis in
vallem Achoris *) ſubducit. Quum- 25
que hæc verba pronuntiaſſet: quo-
niam tu nos perturbaſti, Ioua te ho-
dierno die perturbabit: illum o-

*) idem Achor et Achan eſt.

mnes Iſraelitæ lapidarunt, eaque i-
gni combuſta lapidibus obruerunt,
26 et ſuper eum magnum tumulum la-
pidum adgesſerunt, qui etiamnum
manet. Ita ſedata Iouæ ira eſt, in-
deque locus ille vallis Achoris ad
hunc vsque diem nominatur.

CAPVT VIII.

Hais arte capta. Captiuus rex ad imperatorem. Dirutum oppidum. In crucem ſublatus rex. Legis per Ioſuam expoſitio.

1 DEinde Ioua Ioſuæ mandat, vt,
omisſo timore atque formidi-
ne, Haim omnibus copiis ad-
oriatur: ſeſe enim ei in manum
traditurum esſe Hais regem, eius-
que homines et oppidum atque
2 terram, ita, vt Hai eiusque rege
vtatur, quomodo Hierichunte et
eius rege vſus esſet, ſic tamen, vt
eius prædam et pecudes ipſi ſibi di-
riperent: iubetque, vt aduerſus
Haim inſidias poſt eam collocet.
3 Igitur Ioſua cum omnibus militi-
bus Haim parat adgredi: delectis-
que triginta hominum fortisſimo-
rum millibus, eos noctu dimittit,
4 eisque ita imperat: attendite,
vos poſt oppidum in inſidiis eritis
omnes parati, neque ab oppido
5 longius discedetis. Ego cum o-
mnibus copiis ad oppidum acce-
dam: illisque in nos, vt ante fece-
runt, erumpentibus, fugiemus.
6 Tum illis in nos egresſis, et extra
oppidum pellectis (nobis enim fu-
gam ſimulantibus, arbitrabuntur
7 nos fugere, ſicut ante) vos ex
inſidiis inſurgetis, et oppidum oc-
cupabitis, Ioua id vobis in poteſta-
8 tem tradente. Eo autem potiti, id
incendite, Iouæque mandato ob-
temperate. Hoc ego vobis mando.
9 Illi a Ioſua dimisſi, ad inſidias per-
gunt, et inter Bethel et Haim ab
occidente Hais ſeſe collocant.
10 Ioſua autem, illa nocte traducta
in exercitu, mane ſurgit, recenſi-
tisque militibus, ſub oppidum v-
na cum ſenatoribus Iſraelitis ac-
cedit ante exercitum: qui vni-
uerſus eum ſubſecutus, procesſit
in oppidi conſpectum, et a ſeptem-
trione caſtra fecit, valle inter eum
et Haim ſita. Igitur Ioſua, quum
circiter quinque hominum millia
inter Bethel et Haim ab occidente
oppidi in inſidiis dispoſuisſet; et
milites ita vniuerſum agmen po-
ſuisſent, vt a ſeptemtrionibus es-
ſent, inſidiis ad occaſum oppidi
collocatis: ea nocte in mediam
vallem procesſit. Quod quum
esſet ab Hais rege animaduerſum,
continuo in Iſraelitas vno tempore
cum omnibus oppidanis mane ex-
citatis eruptionem facit in apertum
campum; neſcius inſidias contra
ſe poſt vrbem esſe poſitas. Ita,
quum Ioſua et omnes Iſraelitæ ab
eis fuſi in ſiluam fugerent: euo-
cati ſunt omnes oppidani, et ex
oppido ad eos perſequendos pelle-
cti, ita, vt nemine Hai aut Bethele
relicto, omnes ad Iſraelitas per-
ſequendos egrederentur, oppidum-
que apertum relinquerent. Et
Ioſua, mandante Ioua, et oppidum
ei in poteſtatem tradente, haſtam,
quam manu gerebat, extulit verſus
Haim. Et inſidiæ eo manum ex-
tendente, relicta protinus ſtatione,
in oppidum curſu contendunt, ca-
ptumque confeſtim incendunt. At
Haienſes, quum reſpexisſent, anim-
aduerſo oppidi fumo in altum
euecto: omnem huc aut illuc fu-
giendi poteſtatem amiſerunt.
Tum qui in ſiluam refugerant,
conuerſi ſunt in perſequentes: et
Ioſua omnesque Iſraelitæ ex fumo
excitato intelligentes, captum esſe
ab inſidiis oppidum, conuerſi in
Haienſes impetum faciunt, quibus
illi rurſum ex oppido egresſi oc-
currunt. Ita deprehenſos hinc
inde Iſraelitæ ſic concidunt, vt il-
lorum nullus ſuperfuerit aut eua-
ſerit: regem autem Hais viuum
captum ad Ioſuam adducunt.
Poſt-

Poſtquam Israelitæ Haienſes omnes in agris et ſiluis, quo illi eos perſecuti fuerant, funditus interemerunt, omnibus ad internecionem ferro trucidatis: vniuerſi, in Haim conuerſi eam ferro excidunt. Fuit autem omnium Haienſium numerus, qui eo die ceciderunt, duodecim millia tum virorum tum feminarum: nec ante Ioſua de manu haſtam depoſuit, quam omnes Haienſes funditus euertit. Ceterum pecudes et illius oppidi prædam ſibi diripuerunt Israelitæ; quemadmodum Ioſuæ in mandatis dederat Ioua. Ita Ioſua Haim cremauit, et in rudus ſempiternæ ſolitudinis redegit, quod ad hunc diem manet: regem autem haienſem in crucem egit, vsque ad tempus veſpertinum: deinde ſub occaſum ſolis, eius corpus de cruce dimitti iusſit, eoque ad oppidi portam abiecto, ingentem lapidum cumulum ſuper id excitari, qui etiamnum exſtat. Deinde Iouæ Israelitarum Deo aram conſtruxit in Ebale monte, quemadmodum Iouæ ſeruus Moſes Israelitis præceperat, vt ſcriptum eſt in libro legis moſaicæ, aram ex rudibus ſaxis, nullo adhibito ferramento, in qua Iouæ ſolida ſacrificia et pro ſalute fecerunt. Illic in his ſaxis inſcripſit exemplar legis a Moſe conſcriptæ, præſentibus Israelitis. Deinde vniuerſis Israelitis, et ſenatoribus, et magiſtratibus, et iudicibus arcam hinc atque hinc circumſtantibus apud ſacerdotes Iouæ fœderis arcam geſtantes, tum peregrinis, tum indigenis, ita, vt eorum dimidia pars esſet obuerſa monti Garizimo, altera autem monti Ebali: ſicut Iouæ ſeruus Moſes antea præceperat ad bene precandum israelitico populo, omnia legis verba, fauſtam precationem diraſque peregit, prorſus vt erat in libro legis deſcriptum; nec omisſum eſt vllum verbum ex omnibus a Moſe præceptis, quod non Ioſua apud vniuerſam Israelitarum ciuitatem perlegerit, præſentibus feminis, paruulis, et, qui inter eos verſabantur, peregrinis.

CAPVT IX.

Gabaonitarum fraus, digna calamitas.

His auditis, omnes cis Iorda- 1
nem reges montani et campeſtres, et qui totam maris
oram Libano obiacentem tenebant, Hettæi, Amorræi, Chananæi,
Pherezæi, Heuæi et Iebuſæi, ſo- 2
cietatem coiuerunt, et conſpirarunt ad bellum gerendum cum Ioſua et Israelitis. At Gabaonitæ, 3
poſtquam audiuerunt, quid Ioſua Hierichunti fecisſet et Hai, fecerunt callide ſane. Simulata enim 4
legatione, exoletos ſaccos aſinis imponunt, vtresque vinarios obſoletos, laceros et reſartos, tum 5
calceamenta vetera et maculata pedibus induunt, penulis vetuſtis ſe tegunt, omnique in commeatum
pane ſicco et mucido ſumto, ita 6
ad Ioſuam in caſtra galgalenſia ſe conferunt: eique et Israelitis nuntiant, ſeſe ex longinqua terra profectos, velle cum eis fœdus percutere.
Quumque Israelitæ Heuæis illis di- 7
cerent, eos fortasſis in ſuis finibus habitare; quod ſi ita ſit, ſeſe cum eis non posſe fœdus percutere:
dixerunt Ioſuæ, ſeſe in eius fore 8
poteſtate: ab eoque interrogati, cuiates et vnde adesſent, reſponderunt in hunc modum: nos ex 9
finibus hinc remotisſimis ad Iouæ Dei tui nomen venimus: nam eius famam audiuimus, et quanta in Ae-
gypto fecerit, vtque duos Amor- 10
ræorum reges transiordaninos tractauerit, Sehonem Heſebonis et Ogum Baſanæ regem apud Aſtarotha.
Hanc ob rem mandauere 11
nobis ſenatores noſtri et omnes noſtrates, vt, ſumto viatico, vobis

obuiam procederemus, noſtrum-
que ſeruitium vobis offerentes,
rogaremus, vt nobiſcum fœdus ini-
12 retis. Hunc panem, domi adhuc
calentem, ſumſimus in commea-
tum, quo die ad vos profecti ſu-
mus, quem nunc aruisſe videtis, at-
13 que mucuisſe. Hi quoque vini v-
tres, quos nouos impleuimus, iam
laceri ſunt: et hæ noſtræ penulæ
calceique obſoleuerunt: tanta eſt
14 itineris longitudo. Tum homi-
nes de eorum commeatu accipiunt,
15 Ioua non conſulto, eisque Ioſua,
pace cum eis facta et icto fœdere,
vitam concedit, iisdemque reipu-
16 blicæ principes iurant. Deinde
triduo poſt initum cum illis fœdus,
intellectum eſt vicinos esſe, et
17 easdem ſedes incolere. Quumque
profecti Iſraelitæ ad eorum oppida
tertio die peruenisſent, (erant au-
tem hæc: Gabaon, Caphira, Bero-
18 tha et Cariathiarimum) illos non
occiderunt; quod eis ciuitatis pri-
mores per Iouam Deum Iſraelita-
19 rum iurasſent. Qua ex re, quum v-
niuerſa multitudo contra primores
murmuraret: reſponderunt omnes
primores, ſeſe, quum Iouam Deum
Iſraelitarum illis iurauisſent, non
20 posſe eos violare. Sed ita cum eis
agemus, inquiunt, vt eis, quemad-
modum promiſimus, conſeruatis,
in nos non ſæuiatur propter datum
21 eis a nobis iusiurandum. Viuant:
ſed ſint lignatores et lixæ publici.
Igitur hoc ciuitas primoribus con-
22 cesſit. Et Ioſua vocatis illis ita lo-
cutus eſt: cur nos decepiſtis, dicen-
do, vos a nobis abesſe longisſime,
23 quum apud nos habitetis? Itaque
infelices eritis, nec vnquam dee-
runt ex vobis qui ſeruiant, et ligna-
24 tores ac lixas agant fani. Illi vero
Ioſuæ in hunc modum reſpondent:
quum relatum nobis esſet, quid
Ioua Deus tuus Moſi ſuo in præce-
ptis tradidisſet, ſeſe vobis hanc esſe
terram daturum, et incolas omnes
aduentu veſtro perditurum, nos
vitæ noſtræ a vobis præmetuentes,
hanc rem fecimus. Et nunc ecce 2
nos in tua poteſtate: vtere nobis
tuo arbitratu. Tum Ioſua ita eis 2
fecit, eosque ab Iſraelitarum in-
iuria et nece defenſos, eo die 2
lignatores et lixas publicos et alta-
ris Iouæ deſtinauit in locum, quem
ille delegisſet: quæ res manet ad
hunc diem.

CAPVT X.

*Hieroſolymorum regis cum regulis conſpi-
ratio. Solis ac lunæ quies. Regulorum
cruces. Oppidorum excidia.*

POſtquam intellexit Hieroſoly- 1
mæ rex Adoniſedecus, Ioſuam
cepisſe Haim, et funditus euer-
tisſe, eaque et eius rege vſum esſe,
quomodo Hierichunte et eius rege
fuerat vſus; tum autem Gabaoni-
tas, cum Iſraelitis pace facta, inter
eos agere: magno metu perculſus
eſt. Erat enim Gabaon oppidum 2
magnitudine regalibus par, Hai ma-
ius, hominum omnium bellicoſo-
rum. Ergo ad Hoanum Hebro- 3
nis, Pharamum Ierimothi, Iaphiam
Lachis, et Dabirem Eglonis reges
mittit, qui petant, vt ſibi auxilia- 4
tum veniant, vt Gabaonem exci-
dant, quæ cum Ioſua et Iſraelitis
pacem fecerit. Igitur hi quinque 5
amorræi reges, videlicet Hieroſo-
lymæ, Hebronis, Ierimothi, Lachis
et Eglonis, collatis copiis omnibus,
expeditionem faciunt: et Gabao-
nem, poſitis apud eam caſtris, op-
pugnant. Tum Gabaonitæ ad 6
Ioſuam in caſtra ad Galgala
mittunt, oratum, ne in ſuorum
Gabaonitarum cauſſa manum
remisſam habeat: quin celeri-
ter accedat, ſeque auxilio ſuo de-
fendat, aduerſum quos omnes a-
morræi reges montani conuene-
rint. Ita Ioſua a Galgalis cum 7
omnibus militum copiis proficiſci-
tur, et a Ioua admonitus, ne illos
metueret, (neminem enim eorum
ante

ante eum ſtaturum eſſe, ipſo Ioua
illos ei in poteſtatem tradente)
8 illos de improuiſo adoritur, et a
Galgalis tota nocte itinere conti-
nuato, illis a Ioua in aduentum
Iſraelitarum conturbatis, magnam
eis cladem apud Gabaonem infert;
9 eoſque verſus cliuum Bethoronis
perſecutus, vſque ad Azecam et
10 Macedam concidit. Quumque il-
li Iſraelitas fugiendo, in deſcenſu
Bethoronis eſſent: Ioua in eos in-
gentes de cælo lapides ad Azecam
11 deiecit, quibus grandinis lapidi-
bus plures perierunt, quam ab Iſ-
12 raelitis ferro interfecti ſunt. Et
Ioſua Iouam adlocutus, quo die
Ioua Amorræos Iſraelitis ſubdidit,
præſentibus Iſraelitis ita pronun-
tiauit: ſol apud Gabaonem reſta,
13 et luna ad vallem Aialonem. Tum
ſol reſtitit, lunaque ſtetit, dum illi
ſuos hoſtes vlciſcuntur. Atque ita
ſcriptum extat in libro recti: ſte-
titque ſol in medio cælo, nec ma-
turauit occumbere, ſpatio circiter
14 vnius integræ diei, qualis ſane
dies, neque ante, neque poſtea fuit,
vt ita hominis vocem exaudiret
Ioua: nimirum Ioua pro Iſraelitis
15 pugnabat. Ceterum Ioſuæ cum
omnibus Iſraelitis in caſtra ad Gal-
16 gala reuerſo, quum quinque re-
ges illi fuga dilapſi, in ſpeluncam
apud Macedam ſeſe abdidiſſent,
17 nuntiatur, inuentos eſſe quinque
reges in ſpelunca apud Macedam
18 latentes. Et Ioſua iubet ingentia
ſaxa ad ſpelunca os aduolui, homi-
neſque ad eam ſtatui, qui eos cu-
19 ſtodiant. Ipſis autem imperat, vt
hoſtes perſequi, et extremos car-
pere non deſinant, neque eis rece-
ptum in oppida permittant, Ioua
ipſorum Deo illos eorum poteſtati
20 ſubiiciente. Deinde poſt hoſtes
a Ioſua et Iſraelitis tanta ſtrage ad
internecionem conciſos, eis, qui
euaſerant, in oppida munita dila-
21 pſis: omnes ad Ioſuam in caſtra
ad Macedam incolumes reuertun-
tur, nemine prorſus contra Iſraeli-
tas vel mutiente. Tum Ioſua iu- 22
bet, patefacto ſpeluncæ oſtio, quin-
que reges illos ad ſe ex ſpelunca
extrahi. Quod quum factum eſ- 23
ſet, protractis ad eum quinque regi-
bus illis, ſcilicet Hieroſolymæ,
Hebronis, Ierimothi, Lachis et
Eglonis regibus, conuocat omnes
Iſraelitas: et belli proceribus, 24
qui ſe fuerant comitati, iubet, vt
accedant, et pedes ſuos regum illo-
rum ceruicibus imponant. Quod 25
quum illi feciſſent: nolite, inquit
Ioſua, metu perterrefieri: eſte for-
tes et infracti: nam ſic faciet Ioua
omnibus hoſtibus veſtris, cum qui-
bus vos bellum geritis. Deinde 26
illos neci dedit Ioſua, et in cruces
quinque ſuſtulit. Quumque ſuſ- 27
penſi ad veſperum fuiſſent: occi-
dente ſole iuſſit eos de patibulis de-
miſſos, in ſpeluncam, in qua latue-
rant, abiici, et ſpeluncæ fauces in-
gentibus ſaxis oppilari, quæ etiam-
num manent. Macedam quoque 28
cepit eo die Ioſua, eamque et eius
regem et omnes in ea homines fer-
ro corrupit, et ſtirpitus euertit,
ne vno quidem relicto: regique
fecit, quemadmodum hierichuntio
regi fecerat. A Maceda comitan- 29
tibus omnibus Iſraelitis digreſſus
Lebnæ bellum intulit: eaque a 30
Ioua quoque Iſraelitis cum ſuo
rege tradita, omnes in ea mortales
ferro trucidauit, ne vno quidem
relicto: eiuſque regem eodem, quo
hierichuntium, modo tractauit.
A Lebna cum omnibus Iſraelitis ad 31
Lachim progreſſus eam poſitis ca-
ſtris oppugnauit: et Ioua eam 32
Iſraelitis tradente, altero die ca-
ptam, vna cum omnibus oppidanis
ferro concidit, quomodo Lebnæ
fecerat. Tum Horamum Gazeris 33
regem (qui Lachi ſuppetias vene-
rat) eiuſque copias occidione occi-
dit. Deinde a Lachi ad Eglonem 34
profecti, eam caſtris poſitis oppu-
gnant: eodemque die expugnata,

omnes oppidanos ferro a ſtirpe
35 delent, vt Lachi fecerant. Ab
Eglone ad Hebronem profecti, eam
oppugnant, captamque ferro per-
36 uertunt: eiusque regem, et mu-
nicipia omnia, et omnes oppidanos,
nullo omisſo, quemadmodum Eglo-
37 ni fecerant, eamque et omnes,
qui in ea erant, funditus euertunt.
38 Inde ad Dabir reuerſi, eam ex op-
pugnatione captam, eiusque regem,
et omnia municipia ferro delent,
39 et omnes oppidanos prorſus interi-
40 munt ad internecionem. Idem-
que Dabiri et eius regi faciunt,
quod Hebroni et Lebnæ, earumque
41 regibus fecerant. Ita depopulatus
eſt Ioſua omnem montanum et me-
ridianum tractum, planaque et cli-
uoſa: eorumque reges omnes ad
internecionem, omnesque mortales
ibi deleuit, ſicut Israelitarum Deus
42 imperauerat. Superatisque, qui
erant a Cadesbarnea ad Gazam,
omnique terra Goſene, et vsque ad
Gabaonem, captis eodem impetu
omnibus illis regibus, eorumque
43 terris; quippe Ioua Israelita-
rum Deo pro Israelitis propu-
gnante: comitantibus omnibus Is-
raelitis ad caſtra in Galgala reuer-
ſus eſt.

CAPVT XI.

Regulorum in Ioſuanos fœdus, eorum clades. Haſoris incendium. Enaquinorum a Ioſuanis calamitas.

1 HIs auditis, Iabin Haſoris rex
arcesſit Iobabum Madonis re-
gem, et regem Someronis, et
2 regem Axaphi, regesque ſeptem-
trionales, tum montanos, tum, qui
erant in planis ab auſtro Cenerethi,
et qui in depresſioribus locis, inque
3 dorio tractu ab occidente. Cha-
nanæos ab oriente et occidente, et
Amorræos, et Hettæos, et Pherezæ-
os, et Iebuſæos montanos, et Heuæ-
os ſub Hermone in regione Ma-
4 ſphæ. Hi, cum omnibus ſuis co-
piis arena litorea numeroſiori-
bus, cumque equorum curruumque
multitudine non mediocri, domo
egresſi ſunt: collatisque viribus
omnes illi reges, caſtra ſimul fece-
runt apud aquas meromias, vt
cum Israelitis prœlio decertarent.
Tum Ioſuam Ioua monuit, ne illos
formidaret: ſeſe enim poſtridie ea
hora effecturum esſe, vt omnes
ab Israelitis interficerentur, vtque
Ioſua, confosſis equis illorum, cur-
rus igni cremaret. Itaque Ioſua
illos cum omnibus copiis ad aquas
meromias imparatos adgreditur,
et, Ioua eos Israelitis vincendos tra-
dente, fundit: et ad Sidonem ma-
iorem, et ad aquarum incendia, et ad
conuallem Maſphæ ad orientem
perſecutus, ad internecionem con-
cidit, eisque fecit, ſicut ei Ioua præ-
dixerat: nam eorum et equos con- 9
fodit, et currus igni cremauit. Eo- 10
demque tempore reuerſus, Haſor
cepit, eiusque regem ferro intere-
mit: quod quidem Haſor fuerat
antea omnium regnorum illorum
caput. Hoc, omnibus incolis fer- 11
ro trucidatis, et ad internecionem
peruerſis, igni cremauit: omnia- 12
que regum illorum oppida, ipſos-
que reges omnes cepit et ferro a
ſtirpe deleuit, ſicuti Iouæ ſeruus
Moſes præceperat. Ceterum oppi- 13
dorum, quæ in integro manſerunt,
nullum combusſerunt Israelitæ,
præter vnum Haſor a Ioſua combu-
ſtum. Omnem autem oppido- 14
rum illorum prædam et pecudes di-
ripuerunt, omnibus tamen homi-
nibus ferro ſtirpitus et ad interne-
cionem peremtis. Atque ita, quæ 15
et Ioua Moſi ſuo, et porro Moſes Io-
ſuæ præceperat: ea omnia Ioſua,
nulla omnino re omisſa, exſecutus
eſt. Cepitque totam illam regio- 16
nem montanam, et meridianam, et
Goſenem, et campeſtria, et plana, Is-
raelisque montem, et eius campe-
ſtria, a monte glabro, qua in 17
Seir adſcenditur, ad Baalgadum in
Li-

Libani valle ſub Hermone monte poſitum: et eorum reges omnes captos, bello cum eis diu geſto necauit. Neque fuit vlla ciuitas, quæ pacem cum Israelitis faceret, præter Heuæos Gabaonitas. Itaque omnia armis expugnarunt: ita nimirum volente Ioua, vt obſtinatis animis bello Israelitis occurrerent; quo euerterentur, et citra vllam miſericordiam perderentur, quemadmodum Moſi Ioua præceperat.

Per ea tempora adgreſſus Ioſua Enaquinos, eos ex montanis, ex Hebrone, ex Dabire, ex Anabo, et ex omnibus Iudæorum et Israelitarum montanis excidit, et cum ſuis oppidis ita euertit, vt in Israelitarum terra nulli ſupereſſent Enaquini, præterquam Gazæ, Gethæ et Azoti: captamque omnem terram (quemadmodum Moſi Ioua præceperat) Israelitis in claſſes tribuum diuiſis, terra a bello quieta, diſtribuit poſſidendam.

CAPVT XII.

A Ioſua ſuperati reguli triginta vnus.

REges autem, quorum fines Israelitæ, eis ſuperatis, trans Iordanem occuparunt ad ortum ſolis, ab Arnone fluuio, ad montem Hermonem, omnemque orientalem planitiem, fuerunt hi: Sehon Amorræorum rex, Heſebonis incola, qui imperio tenebat ab Aroere ad ripam Arnonis fluuii poſito, ea, quæ medio fluuio continebantur, dimidiamque Galaaditidem, vsque ad Iabbocum fluuium, Ammonitarum terminum: tum planitiem ad lacum Cenerethum ad orientem et ad planum lacum, hoc eſt, lacum ſalſum, ad orientem verſus Bethieſimotha, et a meridie, qua ſe Phasga protendit: tum fines Ogi Baſanæ regis de gigantum reliquiis, qui Aſtarotha et Edreim
incolebat, imperium habens in 5
montem Hermonem, in Salecham,
in totam Baſanam, ad fines geſſu-
ræos et maachathæos, inque dimi-
diam Galaaditidem, qua terminus
erat Sehonis heſebonii regis.
Illos Dei ſeruus Moſes et Israelitæ 6
debellarant: eamque terram,
Rubenitis, Gadinis et dimidiæ tri-
bui Manaſſis, poſſidendam, Moſes
tribuerat. Sequuntur reges, quo- 7
rum terram Ioſua cum Israelitis
debellauit, cis Iordanem ad occi-
dentem, a Baalgado per Libani val-
lem ad montem glabrum, qua Seir
adſcenditur, eiusque poſſeſſionem
Israelitarum tribubus in claſſes di-
uiſis dedit, quæ terra eſt partim 8
montana, partim demiſſa, partim
plana, partim cliuoſa, partim ſilue-
ſtris, partim meridiana, Hettæo-
rum, Amorræorum, Chananæo-
rum, Pherezæorum, Heuæorum
et Iebuſæorum. Sunt igitur hi 9
reges: rex Hierichuntis, rex Hais,
quæ eſt ad latus Bethelis, rex Hi- 10
eroſolymæ, rex Hebronis, rex 11
ierimothius, rex Lachis, rex 12
Eglonis, rex Gazeris, rex Da- 13
biris, rex Gaderis, rex Hormæ, 14
rex Aradi, rex Lebnæ, rex A- 15
dullami, rex Macedæ, rex Be- 16
thelis, rex Thaphuæ, rex He- 17
phris, rex Apheci, rex Laſa- 18
ronis, rex Madonis, rex Haſo- 19
ris, rex Semeromeronis, rex A- 20
xaphi, rex Thenaci, rex Ma- 21
geddonis, rex Cadis, rex Iacha- 22
nanæ in Carmelo, rex Doris in 23
tractu dorio, rex Goiorum in
Galgalis, et rex Therſæ, quo- 24
rum regum ſumma eſt vnus et tri-
ginta.

CAPVT XIII.

Agrorum inter victores diuiſio. Rubenitarum, Gaditanorum, Manaſſenſium fines.

QVum autem Ioſua iam ætate 1
prouecta conſenuiſſet, Ioua
cum eo ita locutus eſt: tu

quidem iam ætate progreſſa et ſe-
nex es, et tamen permulta terra
2 ſupereſt adhuc occupanda, nem-
pe omnes Palæſtinorum prouin-
ciæ, omniſque Geſſuræa a Sihore
3 contra Aegyptum poſito, vſque
ad fines Acharonis in ſeptemtrio-
nes, quæ in Chananæa habentur,
quinque Palæſtinorum præfe-
cturæ, gazea, azotenſis, aſcalo-
nenſis, gethenſis, accaronenſis et
4 heuæenſis: a meridie omnis ter-
ra chananæa. et ſidonius receſſus
ab Aphece ad fines Amorræorum:
5 tum terra giblæa, totuſque Liba-
nus ad orientem, a Baalgado, ſub
monte Hermone, ad vſque Hema-
6 tham, omnes montani a Libano
ad aquarum incendia, omnes Sido-
nii, quos ego Iſraelitis extermina-
7 bo. Tu modo eius terræ heredi-
tatem ſortire Iſraelitis, vt ego tibi
præcepi, eamque diuide nouem
tribubus, et dimidiæ tribui Manaſ-
8 ſis, cum cuius altera dimidia Ru-
benitæ et Gadini hereditatem cre-
uerunt, vt eſt eis a Iouæ ſeruo Mo-
ſe tributa, trans Iordanem ad ori-
9 entem, videlicet ab Aroere ad
Arnonis fluuii ripam poſito, op-
pidum ipſum in medio fluuio ſi-
tum, totumque campum Medabæ
10 ad Dibonem, et omnia oppida
Sehonis Amorræorum regis, qui
Heſebone regnauerat, ad confinia
11 Ammonitarum. Tum Galaadi-
tidem et geſſuræos maachathæoſ-
que fines, totumque montem Her-
monem, et vniuerſam Baſanam, vſ-
12 que ad Salecham, vniuerſum
regnum Ogi in Baſana, qui Aſtaro-
this et Edrei regnauerat, ex gigan-
13 tum reliquiis ſuperſtes. Has na-
tiones deuictas Moſes extermina-
uit, Geſſuræis Maachathæiſque ab
Iſraelitis non exterminatis: quip-
pe quos inter adhuc incolunt.
14 Ceterum leuiticæ tribui heredita-
tem non dedit; quod ei Iouæ Dei
Iſraelitarum res diuina hereditas
eſt, quemadmodum ei promiſit.

At Rubenitarum tribui dedit pro ſua cuique gentilitate, quorum fines ſunt ab Aroere ad ripam Arnonis fluuii poſito, oppidum ipſum in medio ſitum fluuio, totuſque campus medabanus, Heſebon, eiuſque municipia omnia in campo ſita, Dibon et Bamothbaal, Bethbaal, Meon, Iaſſa, Cedemothia, Mephaatha, Cariathaimum, Sabama, Sarathaſar in monte vallis, Bethphogor, Phasgæ cliuus, et Bethieſimotha, omniaque oppida campeſtria, et totum regnum Sehonis amorræi regis, qui Heſebone regnauit, quem Moſes occidit: principeſque Madianitarum Euim, Recemum, Surem, Hurem et Rebam, Sehonis ſatrapas incolas. Balaamum quoque, Beoris filium, diuinum, Iſraelitæ in ceterorum ſtrage ferro trucidarunt. Igitur Rubenitarum terminus fuit Iordanis. Atque hi quidem fines ſunt Rubenitarum hereditas, pro ratione gentilitatum diuiſis oppidis eorumque pagis. Gadinorum quoque tribui distribuit Moſes hereditatem in gentilitates, eorumque fines ſunt Iazer, omniaque oppida galaaditica, et dimidia terra Ammonitarum, ad Aroer poſitum contra Rabbam: tum ab Heſebone ad Ramotha, Maſpham et Betonim, tum a Mahanaimo ad fines Dabiris, tum in valle Betharama, et Bethnemra, Sochotha, et Saphon, reliquum regni Sehonis regis heſebonii, et Iordanis finitima ad extremum Cenerethi lacus trans Iordanem ad orientem. Hæc eſt Gadinorum hereditas, pro ratione gentilitatum oppidis, eorumque municipiis distributis. Dimidiæ autem tribui Manaſſis hereditatem ita dedit Moſes, vt eorum fines ſint in gentilitates distributi, a Mahanaimo quidquid regni Ogi Baſanæ regis eſt, Baſana, omneſque vici Iairis in Baſana ſiti, oppida ſexaginta. Dimidium autem

em Galaaditidis, et Aſtarotha, et
Edreim, oppida regni Ogi in Baſa-
na, tribuit dimidiæ parti poſtero-
um Machiris Manasſis filii, pro
atione cognationum eorum.
Hæc ſunt, quæ Moſes in heredita-
em diuiſit in campo moabitico,
rans Iordanem hierichuntium
ad orientem. Nam leuiticæ
quidem tribui non dedit heredi-
atem; quum ſit eis Israelitarum
Deus hereditas, ſicut eis promiſit.

CAPVT. XIIII.

Agri chananæi diuiſio. Calebi petitio, exoratio.

SEquitur de eis, quæ Israelitæ
hereditate ſorte tenuerunt in
Chananæa, diuiſoribus Eleaza-
ro pontifice, et Ioſua, Nunis filio,
et principibus familiarum israeli-
2 ticarum tribuum, quemadmodum
Ioua per Moſem dari præceperat,
nouem tribubus et dimidiæ tribui.
3 Reliquis enim duabus tribubus et
dimidiæ hereditatem dederat Moſes
trans Iordanem, Leuitis nulla inter
4 illos hereditate data. Nam Ioſephei,
quæ duæ tribus erant, manasſen-
is et ephraimina, nullam partem
Leuitis in ſua regione dederunt,
præterquam oppida ad habitan-
dum cum ſuis pomœriis, ad eorum
5 pecora atque facultates. Igitur
quemadmodum Moſi Ioua præce-
perat: ita Israelitæ fecerunt in di-
6 uidenda terra. Et Iuda quidem
prognati Ioſuam in Galgalis con-
uenerunt, cumque eo Calebus Ie-
phonis filius Cenezæus ita locutus
eſt: tu ſcis, quid Ioua Moſi diuino
de me et de te mandauerit in Cades-
7 barnea. Ego natus annos qua-
draginta, a Iouæ ſeruo Moſe misſus
um a Cadesbarnea exploratum re-
gionem, eique negotium retuli, vt
8 ſentiebam, meisque agnatis, qui
mecum profecti fuerant, populi
animos mollientibus, meum tamen
officium Iouæ Deo meo præſtiti.
Eamque ob rem Moſes eo die iu- 9
rauit, eam terram, per quam ego
meis pedibus ingresſus fueram,
meam fore hereditatem, meorum-
que natorum in perpetuum, quod
officio meo erga Iouam Deum ſu-
um functus esſem. Itaque Ioua 10
me, ſicuti promiſerat, conſeruauit,
vt vides, per hosce quadraginta
quinque annos, ex quo Ioua Moſi
hanc rem demonſtrauit, quibus
annis in deſertis verſati ſunt Israe-
litæ. Et nunc ſcito, me hodie an- 11
nos natum octoginta quinque, tam
fortem esſe tamen, quam tum eram,
quum me miſit Moſes: nec alias
tum fuisſe meas vires, quam nunc
ſunt, ſeu pugnandum, ſeu quo e-
undum ſit. Quamobrem da mihi 12
montem illum, de quo tum Ioua lo-
cutus eſt, in quo tu ipſe tum Ena-
quinos esſe audiuiſti, magnaque et
munita oppida, ſi forte eos ſecun-
do Ioua posſim exterminare, vt i-
pſe Ioua pollicitus eſt. Tum Io- 13
ſua Calebum Iephonis filium fau-
ſtis ominibus proſecutus, Hebro-
nem ei dedit in hereditatem.
Ita cesſit Hebron Calebo Iephonis 14
filio Cenezæo in hereditatem, ad
hunc vsque diem: quoniam ſuum
Iouæ Israelitarum Deo præſtiterat
officium. Fuerat autem antea 15
nomen Hebronis Cariatharba, ab
Arba homine Enaquinorum ma-
ximo ſic dicta. Ita a bello requie-
uit ea regio.

CAPVT XV.

Iudæorum fines. Iebuſæi cum Iudæis Hieroſolymæ.

TRibus autem iudaicæ ſors, du- 1
cta per gentilitates, pertinet
ad confinia Idumæorum in Si-
nem ſolitudinem, in meridiem, ab
extremo auſtrali, patetque ter- 2
minus eius meridianus ab extremo
ſalſi lacus, a ſinu in meridiem ver-
ſo, porrigiturque in meridiem ad
cliuum ſcorpionum, et pertingit ad
Sinem,

3 Sinem. A meridie autem adſcen-
dit ad Cadesbarneam: hinc ad Hes-
ronem progresſus, et euectus in
4 Adar, Carcaam circuit: et ad A-
ſemonem perductus, exit in flumen
ægyptium, atque ita in mare de-
ſinit. Et hic quidem eſt eorum
5 terminus meridianus. Orientalis
autem terminus eſt, ſalſus lacus ad
6 extremum Iordanem. Septemtri-
onalis vero a ſinu, ab extremo Ior-
dane euehitur in Bethaglam: in-
de a ſeptemtrione productus ad
Betharabam, adſcendit ad ſaxum
7 Bohenis, Rubenis filii. Inde in
Dabir elatus a valle Achoris, in ſe-
ptemtriones ſpectat ad Galgala, po-
ſita contra cliuum Adumim a
meridie fluuii: inde ad aquam En-
ſemis protentus, deſinit in Enrogel.
8 Deinde per vallem filii Hennomi
euectus a meridie ad latus Iebuſis
(quæ eadem Hieroſolyma eſt) ef-
fertur in iugum montis poſiti e
regione vallis Hennomi, ad occi-
dentem, qui eſt ad extremum val-
lis gigantum ad ſeptemtriones.
9 Ab illius montis vertice circum-
flectitur ad fontem aquæ Neph-
toæ, exitque in oppida montis E-
phronis: inde flectitur ad Baalam,
quæ eadem eſt Cariathiarimum.
10 A Baala curuatur in occidentem ad
montem Seir, porrectusque ad la-
tus montis Iarimi a ſeptemtrione,
qui idem Ceſalon, et inde delatus
in Bethſemem, protenditur ad
11 Thamnam. Inde progresſus ad
latus Accaronis in ſeptemtriones,
flectitur ad Sechronem: produ-
ctusque ad montem Baalæ, exit in
Iabneel, atque ita deſinit in mare.
12 Ab occidente terminatur ipſo mari.
Atque his vndique finibus conti-
nentur Iudæ poſteri, in gentilitates
13 diuiſi. Calebo autem Iephonis fi-
lio pars adſignata eſt inter Iudæos
ex Iouæ ad Ioſuam mandato, ſcili-
cet Cariatharba, quæ ab Arba, Ena-
qui patre, ſic eſt adpellata: eadem-
14 que eſt Hebron. Inde expulit
Calebus tres Enaqui filios, Seſaim,
Achimanem et Tholmaim, Enaquo
prognatos. Hinc adortus inco-
las Dabiris, cuius antea nomen fue-
rat Cariathſepher, Axam, filiam
ſuam, promiſit in matrimonium ei,
qui Cariathſepher ſuperasſet ce-
pisſetque. Id cepit Othoniel, Ce-
nezi, fratris Calebi, filius, atque ita
illius filiam Axam in matrimonium
duxit. Hæc inter eundum (quum
a marito impetrasſet, vt a patre ſuo
agrum peteret) gemebat ex aſino,
et a Calebo interrogata, quid habe-
ret? ita reſpondit: hoc mihi
concede beneficium, vt, qui mihi
æſtuoſam terram dediſti, etiam a-
quationem des. Itaque ille ei et
ſuperiorem et inferiorem aquatio-
nem dedit. Et hæc quidem eſt
hereditas tribus Iudæorum in gen-
tilitates diſtributa, quorum ex-
trema oppida ſunt meridiana, Idu-
mæis finitima, Cabſeel, Eder, Ia-
gur, Cina, Dimona, Adada,
Cedes, Haſor, Iethnan,
Ziph, Telem, Baloth,
Haſorhadatta, Cariothesron, quæ
alias Haſor, Aman, Sama, Molada,
Haſergadda, Hasſemon, Bethphelet,
Hazerſual, Berſaba, Baziothia,
Baala, Iiim, Ezem,
Eltolad, Cheſil, Harma,
Siceleg, Medemena, Scſenna,
Lebaoth, Selin, Aen et Remmon:
quorum omnium oppidorum ſum-
ma eſt vndetriginta, cum eorum pa-
gis. In depresſis autem locis Eſ-
taol, Sarea, Aſena, Zanoa, En-
gannin, Taphna, Ename, Ieri-
moth, Adullam, Socho, Azeca,
Saraim, Adithaim, Gedera et Gede-
rothaim, oppida quatuordecim cum
ſuis pagis. Sanan, Hadasſa, Mag-
dalgad, Delean, Maſpha, Iecthel,
Lachis, Baſchat, Eglon,
Chabbon, Leheman, Cethlis,
Gederoth, Bethdagon, Naama et
Macceda, oppida ſexdecim cum
ſuis pagis. Lebna, Ether, Aſan,
Iephtha, Esna, Nezib,

Cei-

4 Ceila, Axib et Mareſa, quæ ſunt
oppida nouem cum ſuis pagis.
5 Accaron cum ſuis municipiis et
6 pagis. Ab Accarone in mare o-
mnia, quæ vergunt ad Azotum, et
7 eorum pagi. Azotus cum ſuis
municipiis atque pagis, Gaza cum
ſuis vicis atque pagis, ad fluuium
Aegypti et mare, qua patent fines.
8 In montanis autem Samir, Iatthir,
9 Socho, Danna, Cariathſenna, ſiue
0 Dabir, Anab, Eſtemo, Anim,
1 Goſen, Holon et Gilo, quæ ſunt
oppida vndecim, præter eorum
2 pagos. Arab, Duma, Eſaan,
3 Ianum, Bethtaphua, Apheca,
4 Humta, Cariatharba, quæ eſt He-
bron et Sior, oppida nouem cum
5 ſuis pagis. Maon, Carmel, Ziph,
6 Iota. Iezrael, Iucadam, Zanoa,
7 Cain, Gabaa et Thamna, oppida de-
8 cem et eorum pagi. Halhul, Beth-
9 ſur, Gedor, Mareth, Bethanoth et
Eltecon, oppida ſex cum ſuis pagis.
0 Cariathbaal, quæ eadem eſt Cariath-
iarim, et Rabba, oppida duo cum
1 ſuis pagis. In ſiluis Betharaba,
2 Meddin, Sachacha, Nebſan, op-
pidum ſalis, et Engaddi, oppida
3 ſex cum ſuis pagis. Sed Iebuſæos
Hieroſolymæ incolas non potue-
runt Iudæi expellere, itaque habi-
tant Iebuſæi Hieroſolymis inter
Iudæos ad hunc vſque diem.

CAPVT XVI.

Ioſephidarum fines, ac Ephraimitarum.

IOſephidis autem ſors obtigit a
Iordane hierichuntio, apud a-
quas hierichuntias, ab oriente
ſolitudo, quæ ab Hierichunte per
montem effertur ad Bethel: inde
ad Luzam euadit ſors, progreſſa-
que ad confinia Arciatarothorum,
deuergit in occidentem ad confinia
Iephleti, vſque ad confinia Betho-
ronis inferioris, et ad Gazer, atque
ita mari terminatur. Creuerunt
autem hereditatem Ioſepho pro-
gnati Manasſenſes et Ephraimitæ.
Ac Ephraimitarum quidem here- 5
ditatis per gentilitates ductæ fines
ſunt ab oriente, Atarothaddar, ad
Bethoronem ſuperiorem, patent- 6
que in occidentem ad Machmetam
a ſeptemtrione: circumductique
orientem verſus ad Tanathſilun-
tem: inde ab oriente, protendun-
tur ad Ianoam. A Ianoa ad Atha- 7
rotha et Naaratham deuexi, per-
tinent ad Hierichuntem, et in Ior-
danem deſinunt. A Taphua in 8
occidentem perueniunt ad flumen
Canam, deſinunt in mare. Atque
hæc quidem eſt hereditas tribus
Ephraimitarum, ducta per gentili-
tates. Habent præterea Ephrai- 9
mitæ oppida ſeparatim inter Ma-
nasſenſium patrimonium, eaque
omnia cum ſuis pagis. Quam- 10
quam Gazerenſes Chananæos non
eiecerunt, habitantque adhuc Cha-
nanæi inter Ephraimitas, ſed tri-
butarii. *G.* donec Pharao Aegypti
rex expeditionem fecit, vrbemque
cepit ac igni cremauit, et Chana-
næos et Pherezæos Gazerenſeſque
confodit, vrbemque filiæ ſuæ dotis
nomine dedit. *H.*

CAPVT XVII.

Manasſenſium fines. Salphadi filiæ.

POrro ex ſorte tribus Manasſis, 1
qui primogenitus fuit Ioſephi,
Machiris poſteri Manasſis pri-
mogeniti, Galaadi patris, qui Ma-
chir vir fuit bellicoſus, Galaaditi-
dem Baſanamque tenuerunt. Ce- 2
teri Manaſſe prognati generatim
tenuerunt, Abiezere, Heleco, Es-
riele, Sechemo, Hephre, Semida
nati, qui fuerunt filii Manasſis Io-
ſephi filii, mares, totidem gentili-
tatum conditores. Nam Salpha- 3
dus quidem Hephris filius, Galaa-
di nepos, Machiris pronepos, Ma-
nasſis trinepos, filios non habuit,
ſed filias, quarum nomina ſunt:
Maala, Noa, Hegla, Melcha et
Therſa. Hæ Eleazarum pontifi- 4
cem

ficem Ioſuamque Nunis filium, et
magiſtratus conuenerunt, eisque
demonſtrarunt, Iouam Moſi man-
daſſe, vt ſibi hereditas inter ſuos
agnatos daretur. Itaque eis here-
ditas inter agnatos paternos ex Io-
5 uæ mandato data eſt: acciditque
Manaſſenſium partes eſſe decem
præter Galaaditidem et Baſanam,
6 trans Iordanem ſitas. Nam Ma-
naſſis natæ hereditatem inter eius
natos creuerunt, reliquis Manaſſe
prognatis Galaaditidem ſortitis.
7 Igitur Manaſſenſium fines ab Aſere
ad Machmatam poſitam ante Siche-
mam, patent ad dexteram ad En-
8 taphuæ incolas, cuius Taphuæ
terra eſt Manaſſenſium, Ephraimi-
9 tis finitima. Hinc ad Canam flu-
uium decliues in auſtrum patent
ad fluuium illorum oppidorum E-
phraimitarum, manaſſenſibus op-
pidis interiectorum: patentque
Manaſſenſium fines a ſeptemtrio-
nibus ad fluuium, et deſinunt in
10 mare, ſuntque Ephraimitæ me-
ridiani, Manaſſenſes autem ſe-
ptemtrionales, et mari finiuntur,
Aſerianis a ſeptemtrione, Iſſacha-
11 rianis ab oriente coniuncti: et
habent Manaſſenſes in Iſſacharia-
nis et Aſerianis Bethſanem et Ie-
blaamam cum earum municipiis,
nec non Dorios, Endorios, Tana-
cenſes, et Magedonenſes: tres tra-
ctus cum ſuis quemque municipiis.
12 Quamquam hæc oppida depopula-
ri non potuere Manaſſenſes, auſi-
que ſunt Chananæi eam terram in-
13 colere; tametſi victores Iſrae-
litæ Chananæos tributarios rede-
gerunt, ſed eos non extermi-
narunt.
14 Ioſephidæ autem cum Ioſua
expoſtularunt, quod eis vnius
ſortis hereditatem et partem de-
diſſet, quum tam multi eſſent,
et a Ioua tantopere fecundati.
15 Quibus Ioſua reſpondit, vt ſi tam
multi eſſent, adſcenderent in ſil-
uam, et illic ſedem ſibi quærerent
in terra Pherezæorum et Gigan-
tum; ſiquidem anguſtior eis eſſet
mons ephraimiticus. Tum illi: 1
non ſatis erit nobis mons, inqui-
unt, et omnes Chananæi, qui val-
lem incolunt, quique ſunt Bethſa-
ne et in eius municipiis, inque
valle Iezraelis currus habent fer-
reos. Et Ioſua: ſi tot tantaque 1
potentia eſtis (inquit Ioſephi poſte-
ros, id eſt Ephraimitas et Manaſ-
ſenſes adloquens) non vnam ſor-
tem habebitis: quin montem 1
adepti, ſucciſaque ſilua, quæ in eo
eſt, fines veſtros propagabitis eo
adquiſito, ſi modo Chananæos iſtos
exterminaueritis, qui et currus fer-
reos et tantum robur habent.

CAPVT XVIII.

Terræ inoccupatæ deſcriptio. Coram Ioua ſortes.

QVum autem vniuerſa Iſraeli- 1
tarum multitudo Siluntem
conueniſſet, et ibi ſubacta
ab eis terrra, oraculi tabernaculum
conſtituiſſet, quum ſupereſſent 2
Iſraelitarum tribus ſeptem, quæ
hereditatem ſortitæ non erant:
Ioſua cum Iſraelitis ita locutus eſt:
quo vsque negligetis inuadere in 3
poſſeſſionem terræ, vobis a Ioua
maiorum veſtrorum Deo datæ?
Deligite tres homines ex ſingulis 4
tribubus, quos ego mittam ad ob-
eundam terram: qui, quum eam
ad rationem hereditatum deſcripſe-
rint, ad me redeant, ea in ſeptem 5
partes diuiſa, Iudæis interea ſuos
ad meridiem fines tenentibus, item-
que Ioſephi poſteris ad ſeptemtri-
ones. Vos igitur deſcribite terram 6
in ſeptem partes, et mihi huc re-
ferte: ego vobis hic coram Ioua
Deo noſtro ſortes ducam. Nam 7
Leuitæ quidem inter vos partem
non habent: quoniam Iouæ ſacer-
dotium eorum eſt patrimonium.
Gadini autem et Rubenenſes, dimi-
diaque tribus Manaſſis, heredita-
tem

tem creuerunt trans Iordanem ad
orientem, eis a Iouæ ſeruo Moſe
datam. Tum homines profecti
ſunt: quum quidem Ioſua eis in
mandatis dedisſet, vt perluſtrata ter-
ra, deſcriptaque, ad ſe reuerteren-
tur: ſeſe eis ibi ſortes coram Ioua a-
pud Siluntem iacturum. Igitur
profecti homines terram peragra-
uerunt: eaque oppidatim in ſcheda
in ſeptem partes deſcripta, ad Io-
ſuam in caſtra ad Siluntem reuerſi
ſunt. Ibi Ioſua iactis apud Io-
uam ſortibus, terram Israelitis
pro ſua cuique claſſe diui-
ſit. Et Beniamitarum quidem
tribui, ducta per gentilitates ſorte,
fines obtigerunt inter Iudæos et
Ioſepheos, qui fines a latere ſe-
ptemtrionali a Iordane euehuntur
ad Hierichuntis latus ſeptemtrio-
nale, et inde in montem ad occi-
dentem euecti, in deſerta Bethaue-
nis deſinunt. Illinc profecti ad
Luſæ ſiue Bethelis latus meridia-
num, deferuntur in Atarothadar,
ad montem qui inferiori Bethoroni
eſt a meridie. Hinc curuati et
circumflexi ad maris latus meri-
dianum, a monte qui Bethoroni a
meridie obiacet, deſinunt in Cari-
thbaal, id eſt Cariathiarimum,
quod oppidum eſt iudaicum: atque
5 hoc eſt latus occidentale. Meri-
dianum autem ab extremo Cariath-
iarimi, patet ad mare, et ad fon-
tem aquarum, Nephtoæ pertinet.
6 Hinc delatum ad montis extremum,
qui obiacet valli filii Hennomi,
in valle gigantium poſitus ad
ſeptemtriones, deuergit in val-
lem Hennomi ad meridianum la-
tus Iebuſis, declinatque ad En-
7 rogel. A ſeptemtrione porri-
gitur ad Enſemen, exitque ad Ge-
lotha ſecundum cliuum Adom-
mim poſita, et ad ſaxum Bohenis
8 Rubenis filii defertur. Hinc pro-
greſſum ad latus poſitum in fronte
ſeptemtrionalis campi, deuehitur
in campum: progresſumque ad
ſeptemtrionale Bethaglæ latus,
terminatur ſinu lacus ſalſi ad ſe- 19
ptemtriones, ad meridianum Ior-
danis caput. Atque hic eſt terminus
meridianus. Ab oriente autem 20
Iordane continentur. Hæc eſt Ben-
iamitarum ducta per gentilitates
hereditas, ſuis vndique terminis
circumſcripta. Sunt autem ben- 21
iamiticæ tribus in gentilitates dis-
tributæ oppida, Hiericho, Bethagla,
vallis Caſis, Betharaba, Sama- 22
raim, Bethel, Auim, Para, Ophra, 23
Cepharammonai, Ophni et Gaba, 24
quæ ſunt oppida duodecim, præ-
ter eorum pagos. Gabaon, Ra- 25
ma, Beerota, Maſpha, Caphara, 26
Moſa, Recem, Iarephel, Tharela, 27
Sela, Eleph, Iebuſi, alias Hieroſo- 28
lyma, Gabaatha et Cariathaim, quæ
ſunt oppida quatuordecim cum
ſuis pagis. Hæc eſt Beniamitarum
ducta per gentilitates hereditas.

CAPVT XIX.

Simeoniorum ſors. Zabuloniorum, Iſſacharianorum, Aſerianorum, Nephthalenſium et Daniorum fines.

SEcunda ſors obtigit Simeonio- 1
rum tribui, ducta per cognatio-
nes, quibus hereditas accidit
inter Iudæorum hereditatem, in
qua hæc inſunt: Berſaba, Sa- 2
ba, Molada, Haſerſual, Bala, 3
Aſem, Eltolad, Bethul, Horma, 4
Siceleg, Bethmarcaboth, Haſerſuſa, 5
Bethlebaoth et Sarohen, oppida 6
tredecim cum ſuis pagis. Ain, 7
Remmon, Athar et Aſan, oppida
quatuor cum ſuis pagis: omnes- 8
que pagi his oppidis vndique fini-
timi, vsque ad Baalath Beerra-
math in meridiem. Atque hæc 9
eſt tribus Simeoniorum ducta per
gentilitates hereditas, eaque in fi-
nibus Iudæorum comprehenſa.
Nam Simeonii inter Iudæorum 10
posſesſionem (quam illi ampliorem
quam pro ſuo captu ſortiti erant)
posſesſionem tenuerunt. Tertia 11
ſors obtigit Zabuloniis in cogna-
tio-

tiones, quorum poſseſſionis fines
patent ad Sarid. Inde ad mare et
ad Marealam eueċti pertinent ad
Debaſeth, et ad fluuium, qui Ieco-
12 nam præterfluit. A Saride in
ortum ſolis reflexi, in confinia
Cheſelethaboris, exeunt ad Dabe-
13 reth, et in Iaphiam elati: inde-
que orientem verſus ad Gethe-
pher, Ittam et Caſin producti, per-
tingunt ad Remmonem, Methoar et
14 Neam: atque a ſeptemtrionibus
ad Nathonem circumducti, Ieph-
15 thahelis valle finiuntur, in qui-
bus ſunt et Cateth, Nahalol, Seme-
ron, Idala et Bethlehema, oppida
16 duodecim cum ſuis pagis. Hæc
eſt Zabuloniorum generatim dis-
tributa poſseſsio: hæc oppida eo-
17 rumque pagi. Iſsacharianis quar-
ta ſors accidit, ducta per cognatio-
18 nes, quorum fines ſunt Iezrael,
19 Caſaloth, Sunem, Hapharaim,
20 Seon, Anaharath, Rabbith, Ce-
21 ſion, Abes, Rameth, Engannim,
22 Enhadda et Bethpheſes. Pertin-
gunt autem ad Tabor, Seheſimam
et Bethſemem, et in Iordanem de-
ſinunt, oppida ſexdecim cum ſuis
23 pagis. Hæc eſt tribus Iſsacharia-
norum per cognationes distributa
hereditas, oppida eorumque pagi.
24 Quinta ſors obuenit tribui Aſeria-
norum in cognationes diuiſæ,
25 quorum fines ſunt Halcath, Chali,
26 Beten, Axaph, Elmelech, Amaad,
Meſsal: pertingunt ad Carmelum
in occidentem, et ad Sihor Laba-
27 nath. Inde verſus ortum ſolis
ad Bethdagonem reuerſi, pertinent
ad Zabulonios, et ad vallem Ieph-
thaelis in ſeptemtriones, in Bethe-
mec, et Nehiel, et in Cabul exeunt
28 ad ſiniſtram, et Ebron, Rohob,
Hammon et Cana, ad Sidonem ma-
29 iorem: reductique in Ramam
vsque ad Tyrum munitam vrbem,
reflectuntur in Hoſam, deſinunt-
que fines in mare a ſorte Axibæ,
30 Ammam, Aphec et Rohob com-
plexi: oppida ſunt viginti duo,

præter eorum pagos. Hæc eſt 31
Aſerianorum tribus generatim du-
cta hereditas, oppida cum ſuis pa-
gis. Nephthalenſibus ſexta ſors 32
euenit, ducta per cognationes,
quorum fines patent ab Heleph, ab 33
Allone per Saanannim, Adami, Ne-
ceb et Iabnel ad Lecum: deſinunt-
que in Iordanem. Tum in occi- 34
dentem reuerſi ad Azanothabor,
et inde perducti ad Hucuca, con-
iunguntur cum Zabuloniis a meri-
die, et Aſerianis ab occidente, et
Iudæis Iordane orientali. Oppi- 35
da ſunt munita Sedim, Ser, He-
math, Reccath,Cenereth, Adama, 36
Harama, Haſor, Cedes, Hedrei, 37
Enhaſor, Iereon, Magdael, Ho- 38
rem, Bethanath et Bethſemes, op-
pida vndeuiginti cum ſuis pagis.
Hæc eſt tribus Nephthalenſium ge- 39
neratim ducta poſseſsio, oppida
eorumque pagi. Daniæ tribui 40
ſeptima ſors contigit per cognatio-
nes, quorum poſseſsionis fines 41
ſunt Saraa, Eſtaol, Irſemes, Sele- 42
bim, Aialon, Iethalo, Elon, 43
Thamnatha, Accaron, Eltece, 44
Gebbethon, Balaath, Iehud, 45
Banebarac, Gethremmon, Me- 46
iercon, Raccon cum tractu in Iop-
pæ fronte poſito. Egreſsi autem 47
ſuis finibus Danii, Leſemam bel-
lo adorti ſunt, captamque et ferro
vaſtatam occupauerunt, atque in-
coluerunt, et Leſemam, Danem,
a Danis ſui conditoris nomine vo-
carunt. Hæc eſt tribus Danio- 48
rum in cognationes distributa he-
reditas, oppida illa eorumque pa-
gi. Quum autem iam terram in 49
ſuos fines partiti eſsent Iſraelitæ,
Ioſuæ Nunis filio poſseſsionem in
medio ſuarum ex Iouæ præcepto
dederunt, ſcilicet Thamnathſa- 50
ram, quod oppidum in monte e-
phraimitico poſitum popoſcit, id-
que ædificauit ac incoluit.

Hæ ſunt poſseſsiones, quas Elea- 51
zarus pontifex et Ioſua Nunis filius
et familiarum principes Iſraelita-
rum

rum tribubus ſorte diuiſerunt apud Siluntem, coram Ioua, pro oraculi tabernaculo.

CAPVT XX.

Refugii oppida. Fugiens percusſor. Mortis vindex.

POſt diuiſam terram Ioua cum Ioſua ita locutus eſt: admone Iſraelitas,vt deligant oppida perfugii, de quibus vobiſcum per Moſem locutus ſum; vt eo perfugiant percusſores, ſi quis hominem errore et imprudenter occiderit, quibus oppidis ad ſanguinis vindices effugiendos vtamini. Fugiet percusſor in aliquod iſtorum oppidorum, et ad oppidi portam adſtans, apud eius oppidi ſenatores causſam ſuam dicet, et illi ei ad ſe in oppidum recepto locum dabunt, vbi apud ipſos habitet. Quod ſi ſanguinis vindex eum perſequetur; ne dedant ei: quoniam inſcienter alterum occiderit, quem nullo antea proſequebatur odio. Maneat autem in eo oppido, donec causſam in concilio dixerit, * vsque ad mortem pontificis, qui erit temporibus illis. Tunc reueniat domum in oppidum ſuum, ex quo aufugerat. Igitur ad eam rem conſecrarunt Cedeſam in Galilæa, in monte nephthalenſi, et Sichemam in monte ephraimitico, et Cariatharbam, id eſt Hebronem in monte Iudææ. Trans Iordanem autem Hierichuntium ad orientem adſignarunt Boſor in ſolitudine in plano ex tribu rubenenſi, et Ramotha in Galaaditide ex tribu gadina, et Gaulonem in Baſana ex tribu manasſenſi. Hæc ſunt oppida omnibus et Iſraelitis et apud eos peregrinantibus deſtinata ad perfugium, ſi quis hominem per errorem occiderit, ne a vindice ſanguinis indicta causſa perimatur.

CAPVT XXI.

Leuitarum oppida. Hebræorum imperium, et requies.

PRincipes autem leuiticarum fa- 1
miliarum Eleazarum ſacerdotem et Ioſuam, Nunis filium,et
principes familiarum iſraeliticarum tribuum conuenerunt, eisque 2
apud Siluntem inChananæa demonſtrarunt, Iouam per Moſem præcepisſe, vt ſibi darentur oppida ad habitandum cum ſuis pomœriis, propter pecudes. Itaque Leuitis dede- 3
runt Iſraelitæ de ſuo patrimonio, ex Iouæ mandato oppida, quæ iam dicentur, cum ſuis pomœriis.
Quumque ſors Cahathinorum co- 4
gnationibus contigisſet: ſortiti ſunt Aharonis pontificis filii Leuitæ ex Iudæ, Simeonis et Beniaminis tribubus oppida tredecim. Reli- 5
qui Cahathini ex cognationibus tribuum Ephraimi, Danis et dimidiæ
Manasſis oppida decem. Gerſonii 6
ex cognationibus tribuum Isſacharis, Aſeris, Nephthalis et dimidiæ
Manasſis in Baſana tredecim. Me- 7
rarenſium cognationes ex Rubenis, Gadi et Zabulonis tribubus duodecim. Hæc igitur oppida cum ſuis 8
pomœriis ſorte dederunt Iſraelitæ Leuitis, ſicuti Ioua per Moſem præceperat. Et ex Iudæ quidem et 9
Simeonis tribubus dederunt hæc oppida, quæ iam ſuis nominibus
adpellabuntur: Aharonis filiis, 10
Cahathinorum gentilibus Leuitis
(his enim primo ſors accidit) de- 11
derunt Cariatharbam, ab Arba Enaqui patre denominatam, id eſt Hebronem, in monte Iudææ, et eius
circumquaque pomœria. Agrum 12
autem oppidanum et pagos, Chalebo Iephonis filio dederunt in posſesſionem. Igitur Aharonis ſacer- 13
dotis filiis oppidum dederunt ad percusſorum perfugium, Hebro-
nem cum ſuis pomœriis, Lebnam, 14
Iattir, Eſtemoam, Holonem, Da- 15
bir, Ain, Iotam et Bethſemem, 16

cum ſuis quodque pomœriis,oppida
nouem, ex his duabus tribubus.
17 Ex Beniaminis autem tribu Gabao-
18 nem, Gabam, Anathotha et Al-
monem, oppida quatuor cum ſuis
19 quodque pomœriis. Summa op-
pidorum Aharonis filiorum ſacer-
dotum efficitur tredecim vna cum
20 eorum pomœriis. Reliquis Ca-
hathinorum Leuitarum cognatio-
nibus, qui ex Ephraimi tribu ſunt
21 oppida ſortiti, dederunt oppi-
dum percusſorum aſylum, Siche-
22 mam in monte ephraimitico, Ga-
zer, Cibſaim et Bethoronem,oppida
quatuor cum ſuis quodque pomœ-
23 riis. Ex Danis autem tribu Eltece,
Gabathonem, Aialonem et Geth-
remmonem, oppida quatuor cum
24 ſuis quodque pomœriis. Ex di-
25 midia tribu Manasſis, duo: Tha-
nach et Gethremmonem cum ſuis
26 pomœriis. Summa oppidorum,
quæ reliquorum Cahathinorum
cognationibus data ſunt, eſt decem.
27 Gerſoniis autem Leuitarum gen-
tilibus ex dimidia tribu Manasſis
datum eſt oppidum perfugii Gaulon
in Baſana et Beeſtera, oppida duo
28 cum ſuis pomœriis. Ex isſacha-
riana tribu Ceſion, Dabereth, Ieri-
moth et Engannim: oppida qua-
tuor cum ſuis quodque pomœriis.
29 Ex tribu Aſeris, Mesſal,Abdon,Hel-
cath et Rohob, oppida quatuor cum
30 ſuis pomœriis. Ex tribu Neph-
thalis oppidum perfugii Cedes in
31 Galilæa, Hammothor et Car-
than, oppida tria cum ſuis pomœ-
32 riis. Oppidorum gerſoniis co-
gnationibus datorum ſumma eſt
tredecim cum eorum pomœriis.
33 Reliquorum Leuitarum, ſcilicet
Merarenſium cognationibus ex tri-
34 bu Zabulonis, Iecanam, Cartha,
Damna et Nahalol, oppida quatuor
35 cum ſuis pomœriis. Ex tribu Ru-
benis Boſor, Iaſa,Cedemotha et Me-
phaath,oppida quatuor cum ſuis po-
36 mœriis. Ex tribu Gadi oppidum
perfugii Ramotha in Galaaditide,
Mahanaim, Heſebon et Iaſer, oppi-
da omnino quatuor cum ſuis po-
mœriis. Oppidorum, quæ Mera-
renſium cognationibus (quæ reli-
quæ erant ex Leuitarum familiis)
ſorte obtigerunt, ſumma eſt
duodecim. Leuitarum oppida in-
ter Israelitarum posſesſiones ſita,
ſunt omnino duodequinquaginta,
eaque omnia ſuis vndique circum-
data pomœriis. Atque ita Ioua
Israelitis omnem terram, quam ſe
daturum esſe maioribus eorum iu-
rauerat, occupandam dedit, atque
incolendam, eosque ita quietos
vndique reddidit,ſicut eorum maio-
ribus iurauerat; vt hoſtium ne-
mo eos ſuſtinuerit, quin omnes ei
dederet, nulla prorſus omisſa re eo-
rum bonorum, quæ Israelis do-
mui promiſerat, quin euenirent
omnia.

CAPVT XXII.

Transiordaninorum dimisſio. Ad Iordanem ara. De hac legatio, reſponſio. Expeditionis conſilium in Rubenitas et Gadinos.

TVm Ioſua vocatis Rubenitis Gadinis et dimidia tribu Manasſis, cum eis ita locutus eſt vos quidem omnia vobis a Ioua ſeruo Moſe præcepta exſecuti, mihi per omnia dicto audientes fuiſtis; neque ad hunc diem fratres veſtros hoc tanto tempore deſeruiſtis, Iouæque Dei veſtri mandadatum curaſtis exſequendum. Nunc poſtquam Ioua Deus veſte fratres veſtros, quemadmodum ei promiſerat, in requietem vindicauit: redite iam domum in terram veſtræ posſesſionis, vobis a Ioua ſeruo Moſe trans Iordanem tributam. Ceterum etiam atque etiam curate, vt diſciplinæ legique vobi a Moſe Iouæ ſeruo traditæ pareatis, vt Iouam Deum veſtrum amantes, huius viis omnibus gradiamini, huius præcepta conſeruetis, huic hæreatis, hunc toto corde to

toqu

que animo colatis. Tum eos
uſtis omnibus proſecutus dimi-
t. Illi domum diſceſſerunt. Di-
idiam quoque tribum Manasſis,
ui Moſes poſſeſſionem in Baſana
ederat, (nam alteri dimidiæ Ioſuä
s Iordanem ad occidentem cum
orum fratribus dedit) domum di-
iſit Ioſua, eiſque bene preca-
s monuit, vt domum cum multis
pibus, cum maximo pecorum, ar-
enti, auri, æris, ferri, veſtis nume-
reuerſi, hoſtium ſpolia cum ſuis
atribus partirentur. Igitur
ubenitæ, Gadini, et dimidia tri-
us Manasſis ab Iſraelitis Silunte,
uæ in Chananæa ſita eſt, digreſſi,
Galaaditidem ſuæ poſſeſſionis
rram, quam a Moſe poſſidendam
Iouæ mandato acceperant, re-
erti contenderunt. Atque vbi
l ripam Iordanis, quæ eſt in Cha-
anæa, peruenerunt: illic ingenti
ole aram ad Iordanem conſtru-
runt. Quod vt intellexerunt
raelitæ, Rubenitas, Gadinos et
anasſis tribum dimidiam con-
ruxiſſe aram in fronte Chana-
eæ, in ripa Iordanis exaduerſum
raelitis: omni multitudine ad
luntem conuenerunt, vt aduer-
s illos expeditionem facerent;
ad eos in Galaaditidem Phineem
eazari filium ſacerdotem miſe-
int, et cum eo decem princi-
s ſuæ quemque familiæ: ex ſin-
lis iſraeliticarum copiarum tri-
ibus primarios; qui ad eos in
laaditidem profecti, cum eis lo-
ti ſunt in hunc modum: hæc
bis dicit vniuerſa Iouana reſ-
blica. Quid tantum ſcelus con-
Iſraelitarum Deum Iouam ſuſ-
piſtis, vt hodie ab eo deficien-
, aram ad rebellionem contra
m excitaueritis? Parumne no-
erat phegorium illud crimen,
quo nondum purificati ſumus,
ntum Iouana reſpublica vulnus
epit) niſi vos hodie a Ioua
icientes, cum veſtra rebellione

irritaretis ad ſæuiendum paullo
poſt in vniuerſam Iſraelitarum
rempublicam? Quod ſi veſtræ 19
poſſeſſionis immunda terra eſt:
migrate in terram poſſeſſionis Io-
uæ, in qua Iouæ tabernaculum
habetur, eamque inter nos poſſi-
dete: neue Iouam, neue nos irri-
tate, dum vobis aram præter aram
Iouæ Dei noſtri exſtruitis. An- 20
non, quum Zaræ filius Achan ſa-
crilegio deliquiſſet, ſæuitum eſt in
vniuerſam Iſraelitarum ciuitatem:
neque ſolus ille ſua culpa periit.
At Rubenitæ et Gadini et manas- 21
ſis tribus dimidia copiarum iſrae-
liticarum principibus reſponde-
runt in hæc verba: Deum deo- 22
rum Iouam, Deum deorum Iouam
conteſtamur (et hoc ſciant Iſraeli-
tæ) vt ſi per rebellionem et per
ſcelus contra Iouam fecimus, vt
aram nobis exſtrueremus ad defi-
ciendum a Ioua, et ad ſolida ſacri-
ficia, aut ad fertum, aut ad rem
diuinam in ea pro ſalute facien-
dam: tum Ioua ipſe nobis non 23
modo non ſubueniat, verum et-
iam pœnas irroget. Quin hoc 24
eo conſilio atque ratione fecimus,
ne quando poſteri veſtri negent,
poſteris noſtris quidquam eſſe rei
cum Ioua Iſraelitarum Deo, qui 25
quidem Rubenitas et Gadinos ab
Iſraelitis interpoſito Iordane diſ-
terminauerit: itaque nihil eos ha-
bere iuris cum Ioua: atque ita eos
a Iouæ metu abſtrahant. Hanc 26
ob rem ſtatuimus, aram nobis æ-
dificandam eſſe, non ad ſolidum
ſacrificium, non ad ſacrificium,
ſed vt teſtis ſit inter nos et vos, 27
interque poſteros noſtros, ad Iouæ
cultum coram ipſo procurandum,
ſiue ſolida ſacrificia, ſiue ſacrifi-
cia ſiue pro ſalute faciemus; ne
quando nati veſtri noſtris obiici-
ant, nihil eos habere commercii
cum Ioua. Id ſi nobis, aut ali- 28
quando poſteris noſtris obiecerint:
vt opponamus eis exemplar alta-

ris Iouæ a maioribus noſtris non
ad ſolidum ſacrificium facti, non
ad ſacrificium, ſed quo inter nos
29 et vos teſtis esſet. Abſit a nobis,
vt hodie rebelles, a Ioua deficien-
tes, aram conſtruamus ad ſolidum
ſacrificium, aut ad fertum, aut ad
ſacrificium, præter aram Iouæ Dei
noſtri, quæ ante eius tabernacu-
30 lum ſita eſt. His Rubenitarum,
Gadinorum et Manasſenſium ver-
bis auditis, delectati ſunt Phinees
ſacerdos, et reipublicæ primores,
copiarumque iſraeliticarum prin-
31 cipes, qui vna erant; eisque
Phinees ita reſpondit: hodie vi-
demus, Iouam inter nos verſari:
poſtquam vos iſtud ſcelus in eum
non commiſiſtis, in quo Israelitas
32 ab eius manu liberaſtis. Tum
redierunt Phinees Eleazari filius
ſacerdos et primates illi a Rube-
nitis et Gadinis, ex Galaaditide in
Chananæam ad Israelitas, eisque
33 negotium renuntiarunt. Qua re
delectati Israelitæ, Deo gratias e-
gerunt, neque ſtatuerunt expedi-
tionem in illos facere ad vaſtan-
dam terram, quam Rubenitæ et
34 Gadini incolebant. Vocarunt
autem Rubenitæ et Gadini aram [a]
Ed, quod ea teſtis esſet inter eos,
Iouam esſe Deum.

CAPVT XXIII.

Ad populum Ioſuæ concio de Iouæ munificentia cultuque, deque peruicacium periculis.

1 LOngo tempore poſt, quam Ioua
Israelitas ab omnibus vndique
hoſtibus quietos reddidit, Ioſua
iam ætate ad ſenectutem prouecta,
2 omnes Israelitas ſenatores, et prin-
cipes, et iudices, et magiſtratus con-
uocauit, et apud eos ita verba fecit:
ego quidem conſenui, et ætate pro-
3 ceſsi; et vos videtis, quæ facino-
ra Ioua Deus veſter aduerſus has
nationes veſtra cauſſa fecerit. Nam
Ioua Deus veſter is eſt, qui pro vo-
bis pugnauit. Attendite: ego
vobis per tribus ſortitus ſum here-
ditatem tam reliquarum adhuc ha-
rum nationum, quam omnium a me
euerſarum, a Iordane ad mare occi-
duum. Ceterum ipſe Ioua Deus
veſter eas vobis fugauit extermina-
uitque, et vos earum terram occu-
paſtis, ſicut ipſe vobis promiſerat
Igitur pro viribus etiam atque
etiam curate, vt omnia in legis
moſaicæ libro deſcripta ſic ex-
ſequamini, vt ab eis nec ad dex-
tram nec ad ſiniſtram deflecta-
tis: nec cum iſtis reliquis apuc
vos nationibus verſantes, deorum
earum nomen vſurpetis, eosue iu
retis, colatis, adoretis; ſed Iouæ
Deo veſtro adhæreatis. Quoc
quum hactenus feceritis: ipſe vo
bis magnas potentesque nationes ſi
expulit, vt hactenus nemo contra
vos ſtare potuerit, ſingulis ve
ſtrum millenos perſequentibus
vtpote Ioua Deo veſtro pro vobis
vt promiſerat, pugnante. Quam
obrem curate diligenter, ſi ſalu
esſe vultis, vt Iouam Deum veſtrum
ametis. Nam ſi mutati cum reli
quis his nationibus apud vos reli
ctis cohæſeritis, cumque eis connu
bia miſcueritis, et mutuam necesſi
tudinem habueritis: ſcitote, Io
uam Deum veſtrum non iam vobi
iſtas omnes nationes expulſurum
esſe, ſed eas vobis fore tamquam
decipulam quamdam, et obicem, e
laterum ſtimulum, et ad oculos ſpi
nas, eousque, vt auferamini ex ha
tam bona terra, vobis a Ioua De
veſtro data. Equidem iamian
eo diſcedo, quo ſolet omne genu
humanum: vos hæc toto anim
attendite, et memoriæ penitus in
figite; videlicet quemadmodum
omnia bona, quæ Ioua Deus veſte
ſeſe in vos collaturum esſe promiſe
rat, ita vobis euenerunt, vt nullum
prorſus omisſum ſit; ſic futurum
esſe, vt idem vobis tot res aduerſa
im

a) hoc eſt, teſtis.

nportet, vt vos ex hac tam bona
rra, vobis a ſe data, perditos auſe-
t; ſi, violato Iouæ Dei veſtri vo-
s mandato fœdere, deos alienos
cuti adoraueritis: vtque, vobis
aſcente Ioua, celeriter ex tam bo-
terra, vobis ab eo data, pereatis.

CAPVT XXIIII.

populum rurſus Ioſua de Iouæ meritis n populum. Huius ad Ioſuam pia pro- niſſio. Auctore Ioſua fœdus. Huius mors. Ioſephi oſſa ſepulta. Eleazari finis.

Gitur omnibus Iſraelitarum tri-
bubus Sichemam congregatis, e-
uocauit Ioſua Iſraelitas ſenato-
, et principes, et iudices, et ma-
ſtratus, iiſque coram Deo adſtan-
us, ad vniuerſum populum
nc orationem habuit: ſic di-
Ioua Deus Iſraelitarum: trans
men olim incoluerunt maiores
tri, Thara, Abrahami Nacho-
que pater, colueruntque deos ali-
os. Sed ego illinc patrem ve-
um Abrahamum flumen tradu-
et per omnem Chananæorum
ram duxi, eumque numeroſa
genie donaui, et ei Iſaacum de-
Iſaaco autem Iacobum et E-
m. Eſao Seir montem occu-
dum adſignaui. Iacobus eius-
filii deſcenderunt in Aegy-
m. Inde ego vos poſtea, miſ-
Moſe et Aharone, quum inſignes
s Aegyptiis clades intuliſſem,
xi. Quumque a me educti ex
ypto, ad mare veniſſent ma-
es veſtri, et, Aegyptiorum qua-
gariis equitibusque eos ad ma-
ubrum perſequentibus, Iouam
ocarent: ego, inter vos et
yptios interiecta caligine, illos
niſſo mari obrui, ſpectanti-
oculis veſtris mea in Aegy-
s facinora. Deinde, quum
in ſolitudine fuiſſetis: adduxi
in terram Amorræorum trans-
laninorum, eosque vobiscum
is dimicantes, vobis dedidi:
ue veſtra cauſſa deletis, eo-
rum terram vobis tenendam dedi.
Exſtitit etiam Balacus, Sephoris fi- 9
lius, Moabitarum rex, qui Iſraeli-
tas bello laceſſeret: qui, quum Ba-
laamum, Beoris filium, ad vos de-
uouendos arceſſiuiſſet: ego non 10
ſolum Balaamum audire nolui, ſed
vos ab eo ita liberaui, vt etiam vos
fauſtis ominibus proſequeretur.
Deinde, quum traiecto Iordane 11
perueniſſetis ad Hierichuntem: e-
go vobis bello repugnantes Hieri-
chuntios, Amorræos, Pherezæos,
Chananæos, Hettæos, Gergeſæos
et Iebuſæos dedidi, præmiſſiſ- 12
que crabronibus, duos amorræos
reges vobis, nullo veſtro nec enſe
nec arcu, fugaui: vobisque et ter- 13
ram non veſtro labore cultam, et
oppida, non a vobis exſtructa, habi-
tanda dedi, effecique, vt vineis et
oliuetis, quæ non conſeuiſtis, ve-
ſcamini. Quamobrem Iouam me- 14
tuite, eique ſincere et vere ſerui-
entes, cultos a maioribus veſtris
trans flumen et in Aegypto deos
tollite, Iouamque colite. Quod 15
ſi vobis Iouam colere non placet,
deligite vobis hodie, quos ſitis
culturi deos: eosne, quos maiores
veſtri trans flumen coluerunt, an
deos Amorræorum, quorum vos
terram incolitis. Nam ego quidem
domusque mea Iouæ ſeruiemus.

Tum populus in hanc ſententi- 16
am reſpondit: abſit, vt nos, Ioua re-
licto, diis ſeruiamus alienis. Nam 17
Ioua Deus noſter is eſt, qui nos
maioresque noſtros ex domicilio
ſeruitutis ægyptiæ eripuit: idem
fecit in oculis noſtris ingentia illa
miracula, nosque in omni noſtro
itinere, et inter omnes, per quas
iter fecimus, nationes conſeruauit.
Ioua nobis omnes populos, Amor- 18
ræosque montanos exterminauit:
et nos Iouam, quippe Deum no-
ſtrum, colemus.

At Ioſua: non poteritis ſeruire 19
Iouæ. Etenim eſt Deus ſanctus, Deus
obtrectator: non feret veſtra pecca-

20 ta et delicta. Quod ſi, Ioua relicto,
deos peregrinos coletis: alienabitur
a vobis: et quibus benefecit, eoſdem
21 vos malis conficiet. At populus:
immo Iouæ ſeruiemus, inquiunt.
22 Et Ioſua: ergo hodie teſtamini, vos
Iouam vobis deligere ad colendum?
23 et illi: teſtamur. Ergo ſublatis
iſtis, qui ſunt apud vos, diis exter-
nis, animos veſtros ad Iſraelita-
24 rum Deum Iouam adpellite. At-
que illi: Iouæ Deo noſtro ſeruie-
mus, et dicto audientes erimus.
25 Igitur Ioſua fœdus eo die cum po-
pulo feriit, eisque inſtituta atque
26 iura Sichemæ impoſuit. Quum-
que ea verba libro diuinæ legis in-
ſcripſisſet: ſaxum ingens ibidem
ſub quercu, apud Iouæ ſacrarium
27 ſita, erexit: et ecce ſaxum hoc
(inquit ad vniuerſum populum)
nobis teſtis erit, (etenim audiuit o-
mnia, quæ Ioua nobiſcum locutus
eſt) teſtis erit, inquam, aduerſum
vos, ne datam Deo veſtro fidem
fallatis. Deinde eos ad ſuum 2
quemque patrimonium dimiſit.
His ita geſtis mortuus eſt Ioſua, 2
Nunis filius, Iouæ ſeruus, annos
natus decem ſupra centum, et
ſepultus in finibus ſui patrimonii,
Thannathſeræ, in monte ephrai-
mitico ſitæ ad ſeptemtrionem Gaas-
ſi montis. Coluerunt autem Io-
uam Iſraelitæ toto tempore Io-
ſuæ, et ſenum, qui poſt Ioſuam
produxere vitam, quique tot il-
la Iouæ erga Iſraelitas facino-
ra viderant. Ioſephi autem
oſſa, ab Iſraelitis ex Aegypto de-
portata, ſepelierunt Sichemæ, in
agri fundo, quem Iacobus a filiis
Hemoris patris Sichemi centum
quesſitis emerat, quique Ioſephæis
hereditate cesſerat. Eleazarus
quoque Aharonis filius mortuus
eſt, et ſepultus in colle Phineis filii
ſui, qui fuerat ei datus in monte
ephraimitico.

IVDICES.

CAPVT I.

Iſraelitæ ad Iouam. Hoſtes ab illis cæſi, Hieroſolymæ et Bethel expugnatio.

1 POST mortem Ioſuæ conſu-
luerunt Iſraelitæ Iouam,
quinam ſuorum primi bel-
lum Chananæis inferrent.
2 Quibus, quum Ioua, Iudæos, re-
ſpondisſet; his enim ſe terram il-
3 lam dedere: adſciuerunt Iudæi
in ſortem ſuam Simeonios, fratres
ſuos, ad bellum Chananæis infe-
rendum, ſeſe illorum ſorti vicisſim
4 adfuturos, polliciti; cumque
eis profecti, Ioua Chananæos et
Phereſæos in eorum manum tra-
dente, decem hominum millia apud
Bezec occiderunt. Nactique Ado-
nibezecum apud Bezec, commisſa
cum eo pugna, Chananæos et Phe-
rezæos fuderunt, fugientemque
Adonibezecum perſecuti, compre-
henderunt, et ei manuum pedum-
que pollices amputarunt: quum
quidem ille dixit, ſeptuaginta ſe
regulos habuisſe, qui manuum pe-
dumque pollicibus mutilati, micas
ſub ſua menſa colligerent: ergo, vt
fecerat ipſe, ita ſibi diuinitus fieri:
deductusque ab eis Hieroſolymam,
ibi mortuus eſt.
Iudæi autem, illato Hieroſolymis
bello,

bello, ea ceperunt, ferroq; vaſtarunt,
et *b* vrbem igni incenderunt. Dein-
de deſcenderunt ad oppugnandum
Chananæos montanos, et inferioris
tractus incolas: adgresſique Cha-
nanæos Hebronis incolas, (quæ He-
bron olim Cariatharba dicta eſt)
Seſaim, Ahimanem et Tholmaim
occiderunt. Inde adorti ſunt in-
colas Dabiris, quod olim Cariath-
ſepher adpellatum eſt, vbi Chale-
bus Axam filiam ſuam in matri-
monium ſpoſpondit ei, qui Cari-
athſepher ſuperasſet atque cepisſet.
Idque cepit Othoniel Cenezi, fra-
tris Chalebi natu minoris, filius,
itaque illius filiam Axam duxit vxo-
rem. Hæc in itinere quum viro
perſuaſisſet, vt a patre ſuo agrum
peteret, gemebat ex aſino: et
Chalebo quærenti, quid haberet?
ab eo in beneficii loco petiuit, vt,
quum ſibi ſiticuloſam terram de-
disſet, etiam aquationem daret.
Itaque Chalebus ei et ſuperiorem
et inferiorem aquationem dedit.
Cenis autem ſoceri Moſis filii, ab
oppido palmarum cum Iudæis in
Iudææ ſolitudinem ab Aradi meri-
die poſitam profecti ſunt, ibique
cum illis habitarunt. Igitur Iu-
dæi cum Simeoniis fratribus ſuis
Chananæos, Sephati incolas, inuaſe-
runt, eisque ſuperatis, oppidum
funditus euerterunt, Hormamque
nominarunt. Ceperuntque Iu-
dæi Gazam, Aſcalonem et Accaro-
nem, earumque fines: et, adiu-
uante Ioua, montana occuparunt.
Nam vallis quidem incolas, qui
ferreis vtebantur curribus, extur-
bare nequiuerunt. Chalebo autem
ex Moſis mandato Hebronem de-
derunt, qui illinc tres Enaquinos
expulit. At hieroſolymitanos Ie-
buſæos non eiecerunt Beniamitæ.
Itaque manent Iebuſæi cum Benia-
mitis Hieroſolymæ vsque in hunc
diem.
Ioſephi quoque poſteri Bethel, fa-
uente Ioua, adorti ſunt, cuius olim
nomen fuerat Luza: in qua explo- 24
randa cuſtodes hominem quemdam
conſpicati ex oppido egredientem,
iusſerunt, vt ſibi oppidi ingresſum 25
oſtenderet, ſeſe eius miſerturos: os-
tenſoque ab illo introitu, oppidum
ferro vaſtarunt, illo cum ſua cuncta
cognatione dimisſo: qui in terram 26
Hettæorum profectus, oppidum ex-
ſtruxit, Luzamque nuncupauit,
quod nomen adhuc manet. Sed 27
Bethſanem, Thanachum, Dorios,
Ieblamenſes et Maggedonenſes, eo-
rumque municipia non occupaue-
runt Manasſenſes, auſique ſunt Cha-
nanæi fines illos incolere. Quam- 28
quam ſuperiores facti Iſraelitæ illos
tributarios fecerunt, ſed non expu-
lerunt.
Ephraimitæ quoque gazeren- 29
ſes Chananæos non eiecerunt:
manentque inter eos Chananæi
Gazeræ, ſed tributum pendentes.
Neque Zabulonii Cetronenſes et 30
Nahalolenſes: manentque apud eos
Chananæi, quamquam ſub tributo.
Neque Aſeriani Acconenſes, ne- 31
que Sidonios, neque Ahalabenſes,
neque Axibenſes, neque Helbanos,
neque Aphecenſes, neque Roho-
benſes: habitantque Aſeriani in- 32
ter Chananæos incolas; quippe
quos non expulerint.
Nephthalenſes non exegerunt 33
Bethſemenſes neque Bethanathen-
ſes: habitantque inter Chananæ-
os incolas; tametſi Bethſemenſes
Bethanathenſesque tributarios ha-
bent.
Danios autem Amorræi compul- 34
ſos in montana, non ſiuerunt in val-
les deſcendere, auſique ſunt tene- 35
re montem Harem, Aialonem et
Salebim: quamquam, Ioſephæis
præualentibus, facti ſunt tributa-
rii. Comprehenduntur autem 36
Amorræorum fines, qua regio
patet a cliuo ſcorpionum ſupra ru-
pem.

b ſcilicet arce ab hoſtibus retenta, nam paullo poſt negantur inde exacti Iebuſæi.

CAPVT II.

Contra Iſraelitas Ioua nuntius. Illorum idololatria.

1 ADſcendit autem Iouæ nuntius
a Galgalis ad Bochos, atque ita
locutus eſt: ego vos ex Ae-
gypto eductos in terram introdu-
xi, quam maioribus veſtris iura-
2 ueram; et quidem ſtatueram, ini-
tum vobiscum fœdus numquam
rumpere: ſi modo vos quoque,
nullo cum incolis icto fœdere, eo-
3 rum aras dirueretis. Sed vos mi-
hi non obtemperaſtis. Itaque quo-
niam iſtud feciſtis; ego vicisſim
decreui, eos vobis non expellere,
vt et ipſi vos exſtimulent, et eo-
rum dii vobis detrimento ſint.
4 Hæc ad omnes Iſraelitas eloquen-
te Iouæ nuntio: illi ſublata voce
5 in ploratum eruperunt, atque in-
de locum illum Bochos nomine
vocarunt, et illic Iouæ ſacrifica-
runt.
6 Igitur dimisſi a Ioſua Iſrae-
litæ, quum in ſui quisque patri-
monii posſesſionem venisſent:
7 Iouam coluerunt toto tempore
Ioſuæ, ſeniorumque, qui Ioſuæ ſu-
perſtites tanta illa Iouæ erga Iſ-
raelitas facinora viderant.
8 Sed mortuo Ioſua, Nunis filio,
Iouæ ſeruo, annos nato decem ſupra
centum, et in ſuæ posſesſionis fini-
9 bus ſepulto, c) Themnathare in mon-
te ephraimitico, ad ſeptemtrionem
10 montis Gaaſi, nec non toto il-
lo genere vita defuncto: exſtitit
poſt illos aliud hominum ſæculum,
quod et Iouam et Iouæ erga Iſrae-
11 litas facta ignoraret. Itaque of-
fenderunt Iſraelitæ Iouam, Baales-
que coluerunt, et, omisſo Ioua ma-
iorum ſuorum Deo, a quo fuerant
12 educti ex Aegypto, deos alienos,
videlicet finitimarum gentium, ſe-
cuti, adorarunt: atque ita, offenſo
relictoque Ioua, Baalem et Aſtaro-
thum coluerunt.

Quare iratus in Iſraelitas Ioua, tyrannis eos diripiendos tradidit, et finitimis hoſtibus ita addixit, vt eis iam reſiſtere non posſent; ac, quocumque exirent, Iouæ manum infeſtam haberent: vt ipſe Ioua prædixerat, futurumque iurauerat.

Quumque eis ita presſis Ioua præſides ſuſcitaret, qui eos a tyrannorum iniuria defenderent: ne præſidibus quidem obtemperabant; quin ſeſe diis alienis proſtituerent, eosque adorarent, ſtatim a maiorum moribus, atque ab exſequendis Iouæ præceptis degenerantes.

Quod ſi quo præſide ſuſcitato, Ioua eos, præſidem adiuuans, ab hoſtium iniuria toto præſidis tempore vindicauerat; flexus videlicet eorum gemitu, quem tyrannorum crudelitas exprimeret: tamen, præſide mortuo, patres ſuos iterum peruerſitate ſuperabant; deorum alienorum ſeruitium cultumque ſequentes, neque a pertinacibus ſuis ſtudiis moribusque deſciſcentes.

Quamobrem iratus Iſraelitis Ioua, decreuit, quoniam homines illi, violato fœdere, quod ſibi cum illorum maioribus intercedebat, ſibi dicto audientes non fuisſent; ſe quoque neminem eis expellere gentium illarum, quas moriens Ioſua reliquisſet; vt ita Iſraelitarum periculum faceret, an more maiorum ex Dei præſcripto viuerent, an contra. Hanc ob cauſſam gentes illas exturbare diſtulerat, neque eas Ioſuæ ſubdiderat.

CAPVT III.

Nationes ab Iſraelitis non victæ. Hi deaſtrorum cultores. Eglonis per Aodum nex.

SVnt autem hæ gentes, quas omiſerat Ioua, Iſraelitarum per eas tentandorum gratia, quicumque illa tot chananaica prœlia neſcirent: videlicet vt diſcere Iſrae

c) Hæc in Ioſua vocatur Thamnathaſara.

Israelitarum ſoboles ignotum ſibi
antea bellum gerere. Quinque
Palæſtinorum præfecturæ, omnesque Chananæi et Sidonii et Heuæi,
Libani montis incolæ, a monte Baalhermone ad Hematham vsque.
Hi ad explorandos Israelitas relicti
fuerunt: vt ſciretur, an Iouæ præceptis, quæ eorum maioribus per
Moſem tradiderat, obtemperarent.
At Israelitæ inter Chananæos,
Hettæos, Amorræos, Pherezæos,
Heuæos et Iebuſæos agentes, illorum filias ſibi vxores ducere, ſuas illorum filiis vicisſim nuptum
dare, illorumque deos colere, et,
Ioua Deo ſuo ſuis flagitiis offenſo,
et obliuioni tradito, Baalibus et Aſtarotho ſeruire.

Quibus rebus indignatus in Israelitas Ioua, eos Chuſanraſathaimo
Meſopotamiæ regi addixit.

Huic quum octo annos ſeruiuisſent, Iouam inuocarunt, qui eis, defenſore ſuſcitato, ſubuenit, Othoniele, Cenezi fratris Chalebi minoris filio. Is Iouæ ſpiritu præditus, Israelitis præfuit, et ad bellum egresſus, Chuſanraſathaimum Meſopotamiæ regem, ſibi
a Ioua in poteſtatem datum, ſuperauit, atque ita otium fuit annos quadraginta.

Sed, mortuo Othoniele Cenezi filio, Israelitæ denuo Iouam offenderunt; qui eorum ſceleribus motus,
Eglonem Moabitarum regem aduerſus eos confirmauit: qui, adſcitis Ammonitis et Amalechitis, Israelitas adortus vicit, vrbemque
palmiferam occupauit. Huic Egloni quum annos octodecim ſeruiuisſent: Iouam implorarunt, qui eis
defenſorem ſuſcitauit Aodum Geræ
filium, Ieminis nepotem, hominem [d] ſcæuam.

Hic, quum per eum munus ab Israelitis Egloni Moabitarum regi mitteretur, ſicam ſibi fecit ancipitem
breuem, qua ſub veſte accinctus ad
femur dextrum, munus Egloni, ho- 17
mini perquam obeſo, obtulit. Eo 18
oblato, deducit eos, qui munus attulerant. Ipſe a ſimulacris, quæ erant
apud Galgala, reuerſus, ſic Egloni
dicit: habeo ad te quiddam arca- 19
num, rex. Quumque ille ſolitudi- 20
nem imperasſet, et omnes, qui aderant, ab eo exiisſent, Aodus ad eum
ſolum in æſtiuo cœnaculo ſedentem
accedit, ſeque ad eum diuinum habere mandatum denuntiat. Quum- 21
que ille de ſolio ſurrexisſet, Aodus
capit ſiniſtra manu ſicam, ex dextro femore, et ventrem illius tanta vi transuerberat, vt adacto 22
poſt mucronem capulo, et ferro adipe obſtructo, quum Aodus ſicam
de ventre non extraxisſet, ſtercus
erumperet. Deinde, clauſo atque 23
obſerato cœnaculi oſtio, per ambulacrum egreditur. Eo egresſo, 24
accedunt regis adſeclæ, et, animaduerſo cœnaculi oſtio obſerato, arbitrabantur, regem in cœnaculi
conclaui purgare aluum. Sed, 25
quum iam eos moræ tæderet, neque ille oſtium aperiret, clauem
ſumunt, et aperta ianua dominum
ſuum humi iacentem exanimum
adſpiciunt.

At Aodus, cunctantibus illis, 26
euadit: præteritisque ſimulacris,
vt ad Seiratham peruaſit, tubam in monte ephraimitico ſonat: deuocatisque de monte Is- 27
raelitis, ipſe dux eorum cohortatur, vt ſe ſequantur: hoſtes e- 28
nim Moabitas eis a Ioua in manum
tradi. Ita eum ſecuti vada Ior- 29
danis occupant, qua traiectus eſt
in Moabitas, neque quemquam
transire ſinunt, eoque tempore occiderunt Moabitarum circiter decem millia, præcipuos omnes et
potentes, neque quisquam effugit.
Ita ſubactis eo die ſub Israelitarum 30
poteſtatem Moabitis, fuit otium
annos octoginta.

Poſt hunc fuit Samgar, Anathi fi- 31

d) læua manu pro dextra vtentem.

liis, qui et ipſe Iſraelitas defendit,
cæſis baculo, quo boues ſtimulan-
tur, ſexcentis Palæſtinis.

CAPVT IIII.

Vates Debora ius dicens. Iael Siſaram necans.

1 Sed Aodo mortuo, Ioua iterum
Iſraelitarum facinoribus offen-
2 ſus, eos addixit Iabini cha-
nanæo regi Haſore regnanti, cu-
ius dux exercitus Siſara Haroſe-
thi Goiorum habitabat, ſub quo
3 Iſraelitæ Iouam inuocarunt. Is
enim nongentos habens cur-
rus ferreos, Iſraelitas viginti iam
annorum tyrannide opprimebat.
4 Ea tempeſtate Debora, mulier va-
tes, Lapidothi coniux, Iſraelitis præ-
5 ſidebat, habitans ſub palma De-
boræ, inter Hormam et Bethel,
in ephraimitico monte, ab eaque
6 ius petebant Iſraelitæ. Hæc, Ba-
raco, Abinoami filio, a Cedeſa
Nephthalenſium arceſſito, cum
eo ſic egit: imperat tibi Ioua Deus
Iſraelitarum, vt eas ad habendum
delectum in Thabore monte, de-
que Nephthalenſibus et Zabulo-
niis decem hominum millia com-
7 pares: ſeſe enim tibi Siſaram
iabinii exercitus ducem, vna cum
ſuis curribus et copiis, ad fluuium
Ciſonem pertracturum, et in pote-
8 ſtatem eſſe traditurum. Cui Ba-
racus: ſi tu me comitaberis, in-
quit, ibo: ſin non comitaberis, non
9 ibo. Et illa: equidem te comi-
tabor, inquit, verumtamen non
tuum erit iſtius expeditionis de-
cus: nam in feminæ manum addi-
cet Ioua Siſaram. Tum profe-
cta eſt Debora cum Baraco Cede-
10 ſam. Et Baracus, conuocatis ad
Cedeſam Zabuloniis et Nephtha-
lenſibus, profectus eſt, decem ho-
minum millia ipſe dux agens, co-
11 mitante Debora. Heber autem
Cenæus a Cenæis Hobabi ſoceri
Moſis poſteris *L*, cognatis ſuis *H*.
diuiſus tabernaculum tetenderat
ad quercum in Sennimo apud Ce-
deſam.
Igitur vbi Siſaræ nuntiatum eſt, 12
Baracum, Abinoami filium, in Tha-
borem montem adſcendiſſe, o- 13
mnes ſuos currus, videlicet nongen-
tos ferreos, omneſque ſuas copias,
ab Haroſetho Goiorum ad fluuium
Ciſonem cepit. Et Debora Bara- 14
cum monuit, vt proficiſceretur:
eum enim diem eſſe, quo Ioua Siſa-
ram in eius poteſtatem redigeret, et
ei ſine dubio præiret. Tum Bara- 15
cus de Thabore monte deſcendit,
decem hominum millibus eum
ſubſequentibus. Et Ioua Siſaram,
omneſque eius currus et aciem
armis ante Baracum ita conturba-
uit, vt ipſe Siſara de curru deſcen-
deret, pedibuſque fugeret. Ba- 16
racus autem currus et agmen ad
Haroſethum Goiorum perſecutus
eſt, ferroque cæſæ ſunt ad vnum
omnes Siſaræ copiæ. Ipſe Siſara 17
pedibus fugit ad tabernaculum
Iaelis, vxoris Hebris Cenæi. Erat
enim pax inter Iabinem Haſoris
regem, et Hebris Cenæi domum.
Et Iael, ei obuiam egreſſa, ita di- 18
xit: deflecte, domine, deflecte ad
me, ne metue. Quumque ille ad eam
in tabernaculum deflexiſſet, illa
eum lodice operuit: poſcenti- 19
que aquam ad bibendum, quod ſe
ſitire diceret; illa aperto lactis ſi-
nu, potum dedit, eumque operuit.
Atque ille ei præcepit, vt pro ta- 20
bernaculo adſtaret: ac ſi quis ve-
niret, qui ab ea quæreret, num
quis illic eſſet, negaret. At Iael 21
Hebris vxor tabernaculi clauum
ſumit, ſumtoque manu malleo, ad
eum tacite accedit, eique tempus
clauo transadigit, et eum terræ ad-
figit, oppreſſumque ſomno et laſ-
ſitudine interficit. Deinde ſuper- 22
uenit Baracus, qui Siſaram perſe-
quebatur, cui Iael, in occurſum e-
greſſa, ita loquitur: ades huc, oſ-
tendam tibi, quem tu quæris, ho-
minem.

23 minem. Atque ille, ad eam in-
greſſus, animaduertit Siſaram pro-
ſtratum exanimem, clauo in eius
24 tempore defixo. Atque ita de-
preſſo diuinitus eo die Iabine cha-
nanæo rege, ſuperiores facti Iſrae-
litæ, deinceps eum magis magiſ-
que vrgebant, donec eum tandem
euerterunt.

CAPVT V.

De victoria Deboræ carmen.

1 ATque eo die Debora et Bara-
cus Abinoami filius in hunc
2 modum cecinerunt. Ob vin-
dicatas Iſraelitarum iniurias, ob vo-
luntarium exercitum gratias agite
3 Iouæ. Audite reges, attendite
principes: ego Iouam, ego canam,
cantabo Iouam Deum Iſraelitarum.
4 Te, o Ioua, prodeunte de Seire, te ex
agro procedente idumæo, terra con-
cutiebatur: cæli deſtillabant: nu-
5 bes aquam effundebant: montes
liqueſcebant in aduentum Iouæ,
Sina ille in aduentum Iouæ, Dei Iſ-
6 raelitarum. Tempore Samgaris
Anathi filii, tempore Iaelis deſolatæ
erant viæ, viatoribus per deuia fa-
7 cientibus iter: deſolati erant
apud Iſraelitas pagi: deſolati erant,
donec exſtiti Debora, exſtiti mater
8 in Iſraelitis: qui ſimul atque
deos alienos elegerant, ita ſe portis
continebant, vt in quadraginta mil-
libus Iſraelitarum neque clipeus ex-
9 ſtaret, neque iaculum. Mihi cor-
di ſunt antiſtites Iſraelitarum: o
voluntarii milites, agite Iouæ gra-
10 tias. Qui nitidas equitatis aſinas,
qui in iudiciis præſidetis, qui iter
facitis, diſſerite de ſagittariorum
11 inter aquaria ſtrepitu: ibi prædi-
centur virtutes Iouæ, virtutes *e* pa-
ganæ apud Iſraelitas præſtitæ. Iam
tandem ad portas populi Iouæ de-
12 ſcendatur. Eia, eia, Debora, eia,
eia, dic carmen: age Barace, abige
captiuos tuos, Abinoami fili: iam 13
tandem imperent reliqui nobiles
homines: Ioua nobis imperet per
fortisſimos, quorum radix eſt ex
Ephraimitis. In valle poſterior 14
fuiſti, o Beniamita, * tuis populari-
bus: ex Machire deſcenderunt im-
peratores, et ex Zabulone, qui litte-
raturæ ſceptrum teneant. Et qui- 15
dem dux noſter apud Iſſacharianos
cum Debora, itemque cum Iſſacha-
rianis, Baracus in vallem pedes miſ-
ſus eſt. Apud riuos, o Rubenitæ
magni, imperioſæ mentis, quid 16
ſediſtis *f* inter ſarcinas ad audien-
dum gregum balatum: apud riuos,
o Rubenitæ magni, mente ſagaces? 17
Cur Galaaditæ trans Iordanem ſe te-
nuerunt? et Danii cur in nauibus
morati ſunt? cur Aſeriani, ad litus
maris ſedentes, apud ſuas ſe ruinas
continuerunt? Zabulonii homines 18
vitam ſuam morti obiecerunt, et
Nephthalenſes in editis camporum
locis. Ergo, quum veniſſent re- 19
ges pugnaturi, commiſſo a regibus
chananæis prœlio apud Thana-
cum, ad aquas Mageddonias: de 20
cælis, nullo accepto pecuniæ ſti-
pendio, pugnatum eſt: ipſa ſidera
ſuis ex curriculis cum Siſara dimi-
carunt. Illos Ciſon fluuius abri- 21
puit: fluuium antiquum, fluuium
Ciſonem peruade anime mi fortiter:
ibi equorum obtuſæ ſunt vngulæ: 22
tanta, tanta erat *g* rectorum eorum
incitatio.

Exſecramini Merozam, (iubet 23
Iouæ nuntius) exſecratione proſe-
quimini Merozenſes, qui non vene-
rint in auxilium Iouæ, in auxilium
Iouæ inter fortes.

Tu laudabilisſima mulierum es, 24
Iael Hebris vxor Cenæi, mulierum
in tabernaculis degentium laudabi-
lisſima.

Aquam petenti lac dedit in phiala 25
nobili: butyrum præbuit. Alte- 26
ram

e) quas in liberandis pagis exſeruit. *f*) ſeruitutem tolerantes, vt aſini ſarcinas.
g) ſcilicet fugientium.

ram manum clauo, dextram autem
malleo admouit fabrili: tundens-
que caput Siſaræ perculit, et vulne-
re tempora perfodit.
27 Ille inter eius pedes labefactus
eſt, cecidit, iacuit. Inter eius pedes
labefactus cecidit: vbi labefactus
28 eſt, ibidem perditus cecidit. Per fe-
neſtram proſpiciens vociferatur
mater Siſaræ per transennam; cur
aduentum differt currus illius?
quid morantur progresſus quadri-
29 garum? Nimirum prædam nacti
diuidunt (reſpondent eius ſapientes
mulieres primariæ, aut etiam ſuos
ipſa ſermones alternans) puellam
30 puellarem in ſingula capita: præ-
dam verſicolorem Siſaræ; prædam
verſicolorem intertextam: verſi-
colorem intertextam, quæ collo ſit
31 exuuium. Sic pereant omnes ho-
ſtes tui, Ioua: tui autem amantes
ſimiles ſint exorientis cum ſua vir-
tute ſolis.

CAPVT VI.

Sub Madianitarum imperio Israelitæ. Ad Gedeonem angelus. Inter hos colloquium. Gedeon in deaſtros. Ad eundem ostentum.

1 ITa otium fuit annis quadraginta.
Deinde offenſus ab Israelitis Io-
ua, eos Madianitarum poteſtati
2 ſeptennio ſubiunxit: qui eis ita
ſuperiores fuerunt, vt Israelitæ
Madianitarum metu ſpeluncis ſeſe
montanis, antrisque, et munitis lo-
3 cis continerent. Atque vbi ſemen-
tem fecerant Israelitæ, inuadebant
eos Madianitæ, et Amalechitæ, at-
4 que *b* orientales: factisque aduer-
ſus eos caſtris, eius terræ fruges ad
Gazam vsque ſic depopulabantur,
vt neque victum in Israelitarum
finibus, neque pecus, neque boues,
5 neque aſinos relinquerent. Et-
enim cum ſuis pecudibus et taber-
naculis (quorum tantus erat, quan-
tus eſt locuſtarum, numerus) venie-
bant, et innumerabili hominum
camelorumque multitudine terram
vaſtando peruadebant. Ita vehe- 6
menter attenuati a Madianitis Is-
raelitæ, Iouam inuocarunt: qui- 7
bus propter Madianitas inuocan-
tibus, ille hominem vatem miſit,
qui eis demonſtraret, vt Ioua Isra- 8
elitarum Deus eos ex Aegypto e-
duxisſet, et ex domo ſeruitutis eri-
puisſet, ab iniuria Aegyptiorum,
omniumque, qui in eos tyrannidem
exercebant, liberatos, illisque 9
ipſorum cauſſa exturbatis, eorum
terram dedisſet, ſeque Iouam 10
Deum esſe ipſorum, confirmauisſet:
modo ne deos Amorræorum reue-
rerentur, quorum in terra habita-
rent: ſed eos ſibi dicto audientes
numquam fuisſe.
Deinde Iouæ angelus venit, ſedit- 11
que ſub quercu Ioæ Abiezeriani a-
pud Ephram poſita: et Gedeoni illi-
us filio, triticum in torculari ad ef-
fugiendos Madianitas trituranti, ad-
paruit, et eum ſic eſt adlocutus: ad- 12
eſt tibi Ioua, miles fortisſime Cui 13
Gedeon: quæſo te, domine, inquit,
ſi nobis adeſt Ioua, cur hæc omnia
nobis accidunt? aut vbi ſunt tot
eius miracula, nobis a maioribus
noſtris enarrata, dicentibus, nos
esſe a Ioua eductos ex Aegypto:
quum nos nunc Ioua deſeruerit,
et Madianitis in poteſtatem tradi-
derit? Tum Ioua ad eum con- 14
uerſus: vade, inquit, cum tuo iſto
robore, et Israelitas a Madianita-
rum iniuria defende: ego te mitto.
Et ille: quæſo, domine, inquit, quo- 15
nam pacto Israelitas defendam, ho-
mo non tantum tenuisſimæ Manas-
ſenſium præfecturæ, ſed etiam do-
mi paternæ minimus? Cui Ioua: 16
meo, inquit, præſidio Madianitas ad
vnum occides. At ille, quæſo, in- 17
quit, ſi quid apud te valeo, vt mihi
ſigno aliquo ostendas, quisnam ſis,
qui mecum loquare. Noli hinc 18
diſcedere, donec ego ad te redeam,
munusque meum adferam, et tibi
adpo-

b) Arabes, interprete Ioſepho.

adponam. Et ille: præſtolabor,
inquit, reditum tuum. Tum Ge-
deon ingresſus, hædum parat, et
ephi farinæ non fermentatæ: poſi-
taque in caniſtro carne, et in olla
iure, egreditur ad illum ſub quer-
cum, eique offert. Et Dei ange-
lus: pone, inquit, carnem et panes
infermentatos in hoc ſaxo, et ius
effunde. Quod quum ille fecisſet,
Iouæ angelus protenta, quam manu
gerebat, virga, eius capite carnem
tetigit et panes, et ignis de rupe
exortus carnem panesque conſum-
ſit, et angelus ab illius oculis eua-
nuit. At Gedeon, animaduertens
esſe Iouæ angelum,dixit: hei mihi,
Domine Ioua, qui Iouæ angelum
præſens præſentem viderim! At
Ioua: ſaluus es, inquit: depone
metum, non moriere. Tum Ge-
deon ibi aram Iouæ exſtruxit, eam-
que Paciiouium denominauit, quæ
ad hunc diem exſtat apud Ephram
Abiezerianorum.

Ea autem nocte Ioua ei iusſit, vt,
ſumto tauro de armento paterno, et
item altero tauro ſeptenni, aram
baaliam patris ſui dirueret, et ad
eam poſitum lucum ſucciderent, a-
ramque Iouæ Deo ſuo in eiusdem
arcis iugo rite conſtrueret, et alte-
rum taurum, ſuccisi a ſe luci lignis,
ſolido ſacrificio concremaret. Ge-
deon, adſumtis decem hominibus
de ſeruis ſuis, Iouæ monitis obtem-
perat: ac paternæ familiæ oppida-
norumque metu facere interdiu ve-
ritus, noctu facit. Mane oppidani
vbi ſurrexerunt, animaduertunt, e-
uerſam Baalis aram, ſuccisumque e-
ius lucum, et taurum alterum in ex-
ſtructa ara immolatum. Tum in-
ter ſeſe ſciſcitantes, et quis eam rem
fecisſet, veſtigantes, deprehendunt
Gedeonem, Ioæ filium, auctorem
esſe: et a Ioa poſtulant, vt filium
ſuum dedat ad necem, quoniam
Baalis aram euerterit, eiusque lu-
cum ſucciderit. At Ioas omnibus,
qui aderant, ita reſpondit: vosne
Baalis iniuriam perſequimini, aut
eum defenditis? qui eum lacesſi-
uit, moriatur ſane ante craſtinum
mane, ſi Deus eſt, vlciſcatur eum,
qui eius aram diruerit. Atque 32
ille tum Ierobaal vocatus eſt ex illis
verbis: vlciſcatur eum Baal, qui
eius aram diruerit.

Quum autem Madianitæ et Ama- 33
lechitæ, orientalesque vniuerſi,col-
latis copiis, traiecto flumine, caſtra
in valle Iezraelis fecisſent, Gede- 34
on Iouæ ſpiritu circumfuſus, tuba
clangit; et, euocatis Abiezerianis,
nuntios dimittit ad omnes Manas-
ſenſes; illisque etiam euocatis, mit- 35
tit et ad Aſerianos, et Zabulonios,
et Nephthalenſes, quibus obuiam
progresſis, Deum ita adloquitur:
Si tibi per me Iſraelitas ſeruare 36
videtur,vt promisiſti, en ego vellus
in area ponam: quod ſi in ſolo 37
vellere ros erit, et tota terra ſicca:
tum ego intelligam, te per me con-
ſeruaturum esſe Iſraelitas, ſicuti
pollicitus es. Atque ita euenit: 38
poſtridieque vbi ſurrexit, presſo
vellere, roris inde plenam aquæ
lancem expresſit. Deinde ſic De- 39
um adloquitur: noli ſuccenſere, ſi
ſemel adhuc loquor. Experiar
iterato in vellere. Sit igitur in ſo-
lo vellere ſiccitas, et in toto ſolo ros.
Atque ita fecit ea nocte Deus, ſolo- 40
que ſicco vellere, terra tota made-
bat rore.

CAPVT VII.

Copiarum delectus. Ignauorum reditus in patriam. Fortisſimorum paucitas. Madianitarum clades.

IGitur mane Ierobaal, qui idem 1
Gedeon, cum omnibus ſuis co-
piis caſtra ponit ad Enharod,
Madianitarum caſtra habens a ſe-
ptemtrione, poſita in valle citra
collem More. Tum Ioua Ge- 2
deonem monuit, plures eum co-
pias habere, quam vt ipſe eis Ma-
dianitas dedere vellet: ne contra
Iouam

Iouam glorianteſ Iſraelitæ, iacta-
rent, ſe ſuo marte victoriam ade-
3 ptos. Proinde proclamaret in ex-
ercitu, vt, timidi qui esſent et meti-
culoſi, reuerterentur, et ex monte
Galaado diſcederent. Itaque re-
uerſi ſunt viginti et duo millia,
4 relictis decem millibus. Et Io-
ua Gedeonem monuit, vt, quo-
niam nimis multi tum quoque es-
ſent homines, deduceret eos ad a-
quas, ſeſe ibi eos illi probaturum,
ac, quos eum comitari aut non
comitari iusſisſet, eos cum eo
aut ituros aut non ituros esſe.
5 Atque vbi ille homines ad aquas
deduxit, Ioua ei mandat, vt qui-
cumque aquam lingua more ca-
num lambisſent, hos ab eis ſecer-
neret, qui ad bibendum procubuis-
6 ſent in genua. Fuit autem ducta
ad os manu lambentium numerus
trecenti: reliqui omnes in genua
ad aquam bibendam procubuerunt.
7 Per illos trecentos, qui lamberant,
promittit Ioua Gedeoni, ſeſe eis es-
ſe victoriam daturum, eique Ma-
dianitas dediturum: proinde re-
uertantur omnes reliqui eo, vnde
venerint.
8 Itaque ille, reliquis omnibus Iſ-
raelitis domum remisſis, retento eo-
rum commeatu et tubis, trecentos
9 illos retinet. Atque ea nocte Ioua
ei iusſit, vt ad caſtra Madianitarum,
poſita infra eum in valle, deſcende-
10 ret, ſeſe illa ei tradere. Quod ſi ſo-
lus deſcendere vereretur, deſcende-
ret vna cum Phara famulo ſuo, vt
auditis, quæ dicerentur, confirma-
11 tus, caſtra inuaderet. Igitur, quum
ille ad extremos armatorum, comi-
tante Phara famulo ſuo, peruenisſet,
12 (iacebant autem Madianitæ, Amale-
chitæque, et orientales omnes in
valle, locuſtis crebriores, tam innu-
merabili camelorum numero,
quam eſt arenarum litorearum)
13 offendit quemdam alteri ſomnium
narrantem, huiusmodi verbis: vi-
ſus ſum mihi in ſomnis videre
ſtrepentem panem hordeaceum,
qui ſeſe per caſtra Madianitarum
prouoluens, peruaſit ad taberna-
culum, quod impulſum et labefa-
ctatum a culmine deiecit. Tum 14
alter: nihil aliud iſtud eſt (inquit
reſpondens) niſi Gedeonis Iſraeli-
tæ, Ioæ filii, gladius, cui Deus vi-
ctoriam tradit in Madianitas, atque
caſtra.

Hac ſomnii relatione atque in- 15
terpretatione audita, Gedeon ve-
neratus Deum, et in iſraelitica
caſtra reuerſus, hortatur vt ſur-
gant: nam Iouam eis victoriam de
Madianitarum exercitu concedere.
Tum trecentos illos partitus in claſ- 16
ſes tres, omnibus ſingulas in manum
tubas dat, amphorasque vacuas, et
in amphoris faces, eisque ſic præ-
cipit. Obſeruate me, atque ita 17
facite: quumque ad extrema caſtra
venero, imitamini, quod faciam
ego, meque et omnibus meis comi- 18
tibus tubis ſonantibus, clangitote
vos quoque tubis, vndique circum
caſtra, et dicitote, Iouæ et Gedeonis.
Deinde vbi ille et eius centum 19
comites ad extremum caſtrorum,
ineunte media vigilia, peruenerunt,
excitatis cuſtodibus, clangunt tubis,
et, quas manibus ferebant, ampho-
ras colliduut. Tum ſonantes 20
tubis claſſes tres, amphoras con-
fringere, et ſumtis manu ſiniſtra fa-
cibus, dextra tubis ad clangendum,
ſic exclamare: Iouæ et Gedeonis
gladius: ſuo quisque loco caſtra cir-
cumſtantes. At in caſtris o- 21
mnes diſcurſare, perſtrepere, diſ-
fugere: denique, clangentibus tre-
centis illis, hoſtes (id efficiente Io-
ua) alii in alios totis caſtris enſe
grasſari. Atque ita fugit reliquus 22
exercitus ad Bethſetam, et ad Sere-
ratham, ad confinium Abelmeho-
læ, quod eſt apud Tabbathum.
Tum, exciti ex Nephthalenſibus, 23
Aſerianisque, et omnibus Manas-
ſenſibus, Iſraelitæ Madianitas per-
ſecuti ſunt: misſisque nuntiis 24
Gedeon

Gedeon in totum Ephraimitarum
montem, eos ad occurrendum Ma-
dianitis, et ad occupandas contra
illos aquas ad Bethbaram Iorda-
5 nemque incitauit. Itaque exciti
omnes Ephraimitæ, aquas ad Beth-
baram atque Iordanem occuparunt,
6 captosque duos Madianitas princi-
pes, Orebum et Zebum occiderunt,
illum in rupe Orebi, hunc in tor-
7 culari Zebi: eorumque capita,
Madianitas perſecuti, ad Gedeo-
nem trans Iordanem retulerunt.

CAPVT VIII.

Ephraimitarum iurgium. Inhumanitas Socothenſium, et cædes. Gedeonis familia, mors. Iſraelitarum impietas.

1 SEd Ephraimitæ de eius facto
expoſtulant, quod bello Madi-
anitas adorturus, ſe non vocaſ-
ſet: et cum eo vehementer rixan-
2 tur. Quibus ille ita reſpondit:
quid vero ego tale feci, quale vos? *
Quaſi vero non ſit Ephraimitarum
racematio, quam Abiezerianorum
vindemia, præſtantior. Vobis in
manum tradidit Deus Madianita-
rum principes, Orebum et Zebum:
ecquid feci ego, quod poſſit cum
iſto facto conferri? Hac eius ora-
tione cohibitus eſt illorum contra
eum impetus.

Deinde, quum veniſſet ad Iorda-
nem Gedeon, traiecturus vna cum
trecentis comitibus, in perſequendo
fatigatis: petit a Socothenſibus, vt
panes dent ſuis militibus, vtpote de-
fatigatis, dum ipſe Madianitarum
reges Zebam et Salmanam perſequi-
tur. At ſocothenſes principes ſic ei
reſpondent: ſcilicet tu iam Zebam
et Salmanam manu tenes, vt nos pa-
nes tuo præbeamus exercitui.
Et Gedeon: ergo, quum mihi Ze-
bam et Salmanam in manum Ioua
tradiderit, ego corpora veſtra ſil-
ueſtribus ſpinis tribuliſque teram.
Inde Phanuel profectus, eadem ab
eis poſtulat. Quumque eadem re-
ſponderent Phanuelenſes, quæ re-
ſponderant Socothenſes: mina- 9
tur etiam Phanuelenſibus, ſeſe,
quum ſaluus redierit, turrim illam
diruturum eſſe. Zeba autem et 10
Salmana erant Carcore, ſuas copias
ſecum habentes circiter hominum
quindecim millia, qui omnino ex
omni orientalium exercitu ſuper-
fuerant, quum centum viginti mil-
lia hominum arma ferentium ceci-
diſſent. Igitur Gedeon illos ſcenita- 11
rum via, ab oriente Nobæ et Iegbaæ
perſecutus, caſtra ſecura inuadit:
fugienteſque duos madianiticos 12
reges, Zebam Salmanamque ſecu-
tus comprehendit, et vniuerſa caſtra
perterret.

Deinde a pugna ſub ortum ſolis 13
reuerſus, iuuenem quemdam ſoco-
thenſem comprehendit: et ex eo per-
contatus, ſocothenſes principes ſe- 14
natoreſque numero ſeptem, et ſe-
ptuaginta ſibi deſcribendos curat:
et Socothenſes adgreſſus, ſic adlo- 15
quitur: en Zebam et Salmanam, de
quibus vos a me per probrum quæ-
rebatis, numquid mihi Zeba et Sal-
mana in manu eſſent, vt vos feſſis
meis militibus panem præberetis.
Tum ſumtis ſilueſtribus ſpinis at- 16
que tribulis, ſocothenſes ſenatores
eis contriuit, * et phanuelenſem 17
turrim diruit, oppidanoſque inter-
emit.

Deinde Zebam et Salmanam ſic 18
adloquitur: quales erant homines,
quos vos in Thabore peremiſtis?
Cui illi, tui ſimillimi, inquiunt, ſed
alter forma plane regali. Et ille, 19
mei fratres erant, inquit, eadem me-
cum matre nati. Per Iouam im-
mortalem, ſi eos conſeruaſſetis, ego
vos non interficerem. Age, (inquit 20
Iethri primogenito ſuo) neca eos.
Quumque puer præ timore gladi-
um non ſtringeret, quod erat ad-
huc puer: Zeba et Salmana Ge- 21
deoni

*) maior eſt veſtra, qui belli reliquias confeciſtis, gloria, quam noſtra, qui belli principes fuimus.

deoni ita dicunt: age tu ipſe, in-
uade nos, nam *k* dignæ homine vi-
res. Tum Gedeon Zebam Salma-
namque adgresſus interfecit, et
monilia camelorum illorum collis
adnexa cepit.
22 Iſraelitæ vero a Gedeone poſtu-
larunt, vt ſibi imperaret tum ipſe,
tum eius filius atque nepos, quoni-
am ſe à Madianitis tutatus esſet.
23 Quibus ille reſpondit, neque ſe ne-
que ſuum filium imperium in eos
24 esſe habiturum, ſed Iouam. Ve-
rumtamen ſe ab eis poſtulare, vt ſibi
de ſpoliis inaurem ſinguli darent.
Habuerant enim hoſtes inaures au-
25 reas, quod erant Iſmaelitæ. Id
quod illi concesſerunt: expanſa-
que veſte, eo ſinguli inaurem de
26 ſuis ſpoliis coniecerunt, quarum
inaurium pondus fuit mille ſeptin-
gentorum aureorum, præter mo-
nilia et bullas, veſtemque purpu-
ream, quæ fuerant regum Madia-
nitarum, præterque torques, qui-
bus ornata colla habuerant eorum
27 cameli. Ex his fecit Gedeon e-
phodum, quem Ephræ in patria
ſua collocauit, propter quem poſt-
ea omnes Iſraelitæ impudicos illic
exercuere cultus: quæ res ſane Ge-
deoni eiusque poſteris detrimen-
28 tum attulit. Interea ſubacti ab
Iſraelitis Madianitæ, caput dein-
ceps non extulerunt, fuitque otium
annos quadraginta Gedeonis ætate.
29 Is Gedeon, qui et Ierobaal, Ioæ
filius, illinc digresſus, domi ſuæ
30 habitauit, habuitque filios ſe-
ptuaginta ſuo ſemine procreatos;
31 nam multæ ei vxores erant. Ex
concubina quoque, quæ Sichemæ
degebat, filium ſuſtulit, cui Abi-
32 melecho nomen impoſuit. Mor-
tuus eſt Gedeon Ioæ filius iuſta ſe-
nectute, et in Ioæ patris ſui ſepul-
cro Ephræ, quæ erat Abiezeriano-
33 rum, ſepultus. Mortuo Gedeone
Iſraelitæ rurſum Baales impudice
ſecuti, Baalberithum ſibi deum ſan-
xerunt, et Iouæ Dei ſui (per 3
quem fuerant ab omnium vndique
hoſtium iniuria defenſi) immemo-
res, nullam Ierobaalis Gedeo- 3
nis poſteris, pro tot illius exhibi-
tis Iſraelitis beneficiis, gratiam re-
penderunt.

CAPVT IX.

Abimelechus in fratres. Iothami fabula. Ducis et populi disſidium. Abimelechi victoria; nex a femina.

NAm Abimelechus, Ierobaalis 1
filius, Sichemam ad fratres
ſuæ matris venit, et cum eis,
cumque omni paternæ matris ſuæ
domus cognatione egit, vt omnes 2
Sichemitas interrogarent, vtrum
eis esſet melius, ſeptuagintáne ho-
minum (quot erant Ierobaalis filii)
an vnius hominis imperio ſubesſe,
et ſimul meminisſent, ſe eorum
conſanguineum atque cognatum
esſe. Hæc omnia quum matris 3
eius fratres apud omnes Sichemitas
eius nomine retulisſent, illi ad
Abimelechum animis inclinarunt,
propterea quod esſet eorum con- 4
ſanguineus, eique ſeptuaginta ar-
genteos ex æde Baalberithi dede-
runt, quibus ille conductos homi-
nes nequam et leues, Ephram in
domum patriam inducit: ſuos- 5
que fratres, Ierobaalis filios, homi-
nes ſeptuaginta, vno in ſaxo peri-
mit, excepto Iothamo, Ierobaalis
filiorum natu minimo, qui latuit.
Deinde omnes Sichemitæ, omnis- 6
que mellonia ſtirps conueniunt, et
Abimelechum adgresſi, regem faci-
unt apud quercum aggeris ſitam ad
Sichemam.
Quod quum esſet Iothamo nun- 7
tiatum, petit montem Garizim, et
in eius vertice ſtans, clara voce ad il-
los clamat in hunc modum: audite 8
me, Sichemitæ, et Deus vos audiet.
Quum coiuisſent aliquando arbores
ad vngendum ſibi regem, petebant
ab

k) vt iuuenis eſt Iether, ſic parum viribus pollet.

b olea, vt regnum in arbores capeſ-
ſeret. Quibus illa reſpondit, non
e relicturam ſuam pinguedinem,
quum per ipſam et dii [a] honoraren-
tur et homines, vt arborum negotia
capesſeret. Tum illæ ficum cohor-
tari, vt regnum in arbores caperet:
ficus enimuero negare, commisſu-
ram esſe, vt relicta tanta ſua dulce-
dine, tamque ſuaui fructu, arborum
negotia capesſeret. Tum arbores
a vite contendere, vt regnum in
arbores ſusciperet: ſed vitis ne-
gauit, ſe relicturam muſtum ſuum,
quo et [b] deos exhilararet et homi-
nes, vt arborum negotia capesſeret.
Tum vniuerſæ arbores a rhamno
poſtularunt, vt in ſe regnaret:
quibus rhamnus reſpondit, vt, ſi
e bona fide regem ipſis præfictu-
rum vngere vellent, accederent,
et ſua vmbra confiderent: ſin mi-
nus, exiret ignis a rhamno, qui Li-
bani cedros combureret. Nunc
igitur ſi vos bona fide et recte faci-
tis, qui Abimelechum regem cree-
tis; ſi ex bono cum Ierobaale
meo patre et eius poſteris egiſtis,
eis digna factis rependiſtis; qui
vobis bellum gesſerit, vosque cum
ſummo vitæ ſuæ periculo a Madia-
nitis liberauerit, cuius vos hodie
domum adorti, eius filios, homines
ſeptuaginta, vno in ſaxo necauiſtis,
eius ancillæ filium Abimele-
chum, quia conſanguineus veſter
eſt, Sichemitis regem præfeciſtis;
inquam, bona fide et recte egiſtis
hodierno die cum Ierobaale, eius-
que domo, fruimini ſane Abime-
lecho, et ipſe vobis inuicem frua-
tur: ſin autem ſecus, emanet
ignis ab Abimelecho, qui Sichemi-
tas, melloniamque domum combu-
rat: rurſumque emanet ignis a
Sichemitis, melloniaque domo, qui
Abimelechum comburat. Hæc
locutus Iothamus, Beram fuga pe-
tiit, et ibi propter Abimelechum
fratrem ſuum habitauit.

Abimelechus Israelitis triennio 22
imperauit. Sed Deus iniecto inter 23
Abimelechum et Sichemitas malo
ſpiritu, effecit, vt hi ab illo defice-
rent: videlicet vt exercitæ in ſeptua- 24
ginta Ierobaalis filios crudelitatis,
eorumque ſanguinis pœnas expe-
teret tum ab ipſo Abimelecho, qui
illos frater occiderat, tum a Siche-
mitis, qui ei ad fratrum cædem
vires ſuas præbuerant. Igitur 25
Sichemitæ, diſpoſitis contra eum
per montium iuga inſidiis, omnia
illac prætereuntia diripere: id
quod Abimelecho nuntiatum eſt.

Præterea confiſi Gaale Obedi fi- 26
lio, qui Sichemam cum ſuis fratri-
bus immigrauerat, rus exire, vi- 27
neas ſuas vindemiare, vuisque cal-
catis lætitiam agitare, et Dei ſui æ-
dem ingresſi, epulari et Abimelecho
maledicere. Ipſe Gaal Obedi fi- 28
lius talia dictitare: quis eſt Abi-
melechus? aut quis iſte Sichemita,
vt ei ſeruiamus? annon Ierobaalis
filius eſt, præfectumque habet Ze-
bulem? Seruite vos hominibus
Hemoris, patris Sichemi. Nos qui-
dem cur ei ſeruiamus? O ſi ego 29
his hominibus præficerer, vt vobis
Abimelechum de medio tollerem!
Adhibe ſane, quam voles, copioſum
exercitum (inquit, ad Abimele-
chum ſermonem dirigens) et prodi.

His Gaalis verbis auditis, indi- 30
gnatus Zebul, vrbis præfectus, nun- 31
tios callide mittit ad Abimelechum,
qui doceant, Gaalem Obedi filium,
eiusque fratres, qui Sichemam ve-
nerint, ciuitatem contra eum inci-
tare. Quocirca veniat noctu cum 32
ſuis copiis, et ruri ſit in inſidiis, ac
mane ſub ortum ſolis ſurgat, oppi-
dumque inuadat; et ſi Gaal cum 33
ſuis copiis egresſus aduerſus eum
fuerit, vtatur occaſione

Q Igi-

a) ſcilicet oleo, quod ad ſacrificia et lucernas adhibetur, et ad vngendos vates, et ſacerdotes, et reges. b) ſcilicet in libaminibus.

34 Igitur Abimelechus cum omni
militum manu nocte profectus ad
Sichemam, quadripartito inſidias
35 collocat; egresſoque Gaale, et an-
te oppidi portam ſtatione agente,
36 ſurgit ex inſidiis cum ſuis. Eos
Gaal conſpicatus, dicit Zebuli: ecce
homines de montium cacuminibus
deſcendentes. Et Zebul: monti-
um vmbram vides, inquit, et homi-
37 nes opinaris. Immo enimuero
(ſubiicit Gaal) homines ſunt, qui ex
illo terræ vmbilico deſcendunt, et
altera caterua a via quercus diuino-
38 rum venit. At Zebul: vbi nunc
eſt tua iſta, inquit, iactantia, qui di-
cebas: quis eſt Abimelechus, vt
ei ſeruiamus? Hi ſunt nimirum,
quos tu deſpicabare: prodi nunc,
39 et cum eis manus conſere. Tum
Gaal Sichemitas educit, et cum
Abimelecho prœlium committit,
ab illoque victus fugit, et multi ad
portam ceciderunt. Abime-
40 lechus vero Rumæ conſedit; Ze-
41 bul Gaalem eiusque fratres de
Sichemæ habitatione deturbauit.

42 Poſtero die Abimelechus, quum ei
nuntiatum esſet, homines rus egre-
di, copias parat, et in clasſes tres
43 diuiſas, per agros disponit in inſi-
diis: atque vbi animaduertit homi-
nes ex oppido exire, inuadit eos at-
que cædit: et dum reliqua duo
44 agmina diſperſos pasſim per agros
inuadunt atque cædunt; ipſe cum
ſuorum agmine in oppidum impe-
tum facit ad portam. Idque toto
45 illo die oppugnatum capit, et inter-
fectis oppidanis euertit, et ſale con-
ſpergit.

Hoc audito, omnes qui in turri
46 Sichimorum erant, conſerunt ſe in
ædis dei Berithi caſtellum. Quod,
47 quum esſet Abimelecho nuntiatum,
omnes, qui Sichimorum turrim te-
nuerant, coiuisſe: adſcendit cum
48 ſuis omnibus copiis in montem Sel-
monem, adreptisque ſecuribus, ar-
boris ramum ſuccidit, et eo ſuis hu-
meris impoſito, ceteris mandat, vt
ſe confeſtim imitentur. Ita ceteri 49
omnes ſuum quisque ramum ſe-
cant, et Abimelechum ſecuti, ramos
caſtello admouent, eisque incenſis,
caſtellum igni comburunt, atque ita
etiam omnes turris Sichimorum
homines interierunt, circiter mille,
qua viri, qua feminæ.

Inde Theben adoritur Abimele- 50
chus, eamque poſitis caſtris ex-
pugnat. Erat in medio oppido 51
egregie munita turris: eo omnes
oppidani, viri feminæque confu-
giunt, et, clauſis a ſe portis, in te-
ctum turris adſcendunt. Abime- 52
lechus turrim oppugnare adgredi-
tur, et ad eam incendendam portæ
ſuccedit. Tum mulier quædam, 53
deiecto in eum molæ fragmine,
caluam ei perrumpit. Ille proti- 54
nus armigero ſuo imperat, vt ſe
diſtricto enſe perimat, ne a muliere
dicatur interfectus. Armiger eum
transuerberat ac interficit. Israe- 55
litæ videntes, mortuum esſe Abi-
melechum, eo quisque diſcedunt,
vnde erant profecti. Ita vltus eſt 56
Deus Abimelechi facinus, quod ille
contra patrem ſuum in ſeptuaginta
fratribus ſuis occidendis fecerat;
et tanta Sichemitarum ſcelera in 57
ipſorum caput conuertit, illatis,
quæ eis Iothamus Ierobaalis filius
fuerat imprecatus.

CAPVT X.

Poſt Abimelechum Thola. Israelis ſeruitus.

POſt Abimelechum exſtitit Is- 1
raelitarum defenſor, Thola
Phuæ filius, Dodonis nepos,
Isſacharianus, Samirianus, ephrai-
mitici montis incola, qui Israeli- 2
tas rexit annos tres et viginti. Mor-
tuus Samire ſepultus eſt.

Huic ſuccesſit Iair Galaadita, qui 3
Israelitas rexit annos viginti duos.
Is triginta filios habuit, in totidem 4
equis equitantes, totidemque op-
pida tenentes, qui Iairis vici vo-
can-

cantur ad hunc diem, in Galaaditi-
de ſiti.
5 Mortuo Iaire,et Camone ſepulto,
Iſraelitæ iterum contra Iouam com-
6 miſerunt, eoque et eius cultu o-
miſſo, Baales et Aſtarothum, et Sy-
rorum, Sidoniorum, Moabitarum,
Ammonitarum, Palæſtinorum deos
7 coluerunt. Qua re iratus Iſraelitis
Ioua, eos Palæſtinis et Ammonitis
addixit, qui eos anno illo atrociter
8 vexarunt. Nam per annos octode-
cim in omnes Iſraelitas, qui Galaa-
ditidem trans Iordanem in Amor-
ræorum finibus incolebant,graſſati,
9 traiecerant Ammonitæ Iordanem ad
bellum Iudæis etiam, Beniamitiſ-
que et Ephraimi poſteris inferen-
10 dum. In hac tanta rerum anguſtia
Iſraelitæ Iouam inuocarunt, ſeſe in
eum peccasſe confitentes, qui Deo
11 ſuo omiſſo Baales coluisſent. At
Ioua illis obiicere, ſeſe eos ab Ae-
gyptiis, ab Amorræis, ab Ammoni-
12 tis, a Palæſtinis, a Sidoniis, ab
Amalechitis, a [c] Maoniis oppresſos,
quum ſe implorasſent, ab eis de-
fendisſe: ipſos vero, ſe relicto,
diis aliis ſeruiuisſe: itaque ſe
non amplius eis ſubuenturum esſe:
irent, et, quos elegisſent, deos in-
uocarent, et ab illis, in ſuis difficil-
limis temporibus, defenderentur.
Sed Iſraelitæ peccatum confesſi,
Iouamque precati, vt ipſis ſuo ar-
bitrio vteretur, dummodo ſe tum
ſaltem liberaret, deos alienos de
medio ſui ſuſtulerunt, Iouamque
coluerunt. Ita Ioua eorum cala-
mitate flexit animum. Itaque,
quum congregatis Ammonitis, et
in Galaaditide caſtrametatis, coi-
isſent Iſraelitæ, et apud Maſpham
caſtra haberent: cœperunt galaa-
ditici populi principes inter ſe col-
loqui, vt ſi quis pugnam contra
Ammonitas incipere auderet, is in
omnium Galaaditarum principa-
tum adſumeretur.

CAPVT XI.

Iephthæ legati, ad hos reſponſio. Illius votum, victoria, nata immolata. Facti monumentum.

ERat quidam Iephtha, vir for- 1
tisſimus, meretrice natus, a
Galaado genitus, qui Iephtha
a ceteris Galaadi filiis, iuſta vxore
natis, quum iam adoleuisſent, ex-
pulſus, quod eum paterna here- 2
ditate vt ſpurium prohibebant, au-
fugerat a fratribus, et in terra Toba
conſederat: ad eumque confluxe- 3
rant perditi homines, et cum eo
excurſiones faciebant.
Accidit aliquanto tempore poſt, 4
vt Ammonitæ bellum Iſraelitis in-
ferrent. Quo illato, profecti Gala- 5
ditarum ſenatores ad Iephtham ex
terra Toba arcesſendum, poſtu- 6
lant ab eo, vt ſe eis ducem præbeat
ad bellum contra Ammonitas ge-
rendum. Quibus ille reſpondet,ſe- 7
ſe ab ipſis per odium domo paterna
exactum fuisſe: cur nunc ad ſe re-
bus aduerſis veniant? Tum illi: 8
ergo nunc ad te redimus, inquiunt,
vt nobiſcum profectus Ammonitas
debelles, et in nos omnes Galaadi-
tidis incolas principatum teneas.
Et Iephtha: ergo ſi me ad debel- 9
landos Ammonitas, inquit, reuo-
catis, et eos mihi Ioua ſubegerit,
principatum in vos obtinebo?
Cui illi: Iouam conteſtamur, in- 10
quiunt,nos iſto modo facturos esſe.
Tum Iephtha cum Galaaditarum 11
ſenatoribus profectus, a populo
dux atque imperator creatur, et de
ſua tota re coram Ioua apud Maſ-
pham locutus, legatos mittit ad 12
regem Ammonitarum, qui quærant
ex eo, quid ei ſit rei cum Iſraelitis,
vt eis in ipſorum fines bellum in-
tulerit. Quibus Iephthæ legatis 13
reſpondit Ammonitarum rex: Iſ-
raelitas, ex Aegypto egresſos, ter-
ram ſuam cepisſe ab Arnone ad
Iaboc atque Iordanem. Nunc pe-
tere ſe, eam ſibi cum bona pace
reddi.

c) Græcus et Latinus legerunt Chananæis.

14 reddi. Iephtha iterum ad illum
legatos mittit, qui ei Iephthæ no-
15 mine ita referrent: non ceperunt
Iſraelitæ Moabitarum et Ammoni-
16 tarum fines. Quum enim ex Ae-
gypto digreſsi, ad mare rubrum
per deſerta, et inde ad Cadem per-
17 uenisſent: miſerunt ad Idumææ
regem legatos, qui tranſitum per
illius fines orarent: Quo renuente,
vt etiam Moabitarum rege, (nam
ad eum quoque miſerunt) manſe-
18 runt in Cade, et Idumæorum
Moabitarumque circuitis per de-
ſerta finibus, vbi ab ortu ſolis ad
Moabitarum terram ventum eſt,
caſtra cis Arnonem fecerunt,neque
in Moabitarum fines venerunt:
nam Moabitidis terminus eſt Ar-
19 non. Deinde, misſis ad Sehonem
Amorræorum regem heſebonium
legatis, petierunt, vt ſibi liceret per
illius fines in ſuas tranſire ſedes:
20 quumque Sehon Iſraelitis non mo-
do iter per ſuos fines negasſet;
verum etiam, coactis omnibus co-
piis, caſtris apud Iazam poſitis, eos
21 prœlio peteret: tradidit Ioua
Iſraelitarum Deus et Sehonem et
omnes eius copias Iſraelitis in po-
teſtatem, qui, cæſis illis, omnem in-
colarum Amorræorum agrum v-
22 ſurparunt, omnesque eorum
fines ab Arnone ad Iaboc, et a ſoli-
tudine ad Iordanem occuparunt.
23 Ergo Ioua Iſraelitarum Deus A-
morræos ſuis Iſraelitis expulerit,
24 et tu eorum fines occupabis? An
non, ſi quos Chamoſus, deus tuus,
exterminauerit, eorum tu ſis a-
grum occupaturus? Et nos quo-
que, quoſcumque nobis fines Ioua
Deus noſter vacantes fecerit, eos
25 posſidebimus. Iam vero num tu
præſtantior es Balaco, Sephoris
filio, Moabitarum rege, qui tamen
numquid cum Iſraelitis contendit,
26 aut bello decertauit? Quum Heſe-
bonem, et Aroer, et eorum muni-
cipia, omniaque Arnoni contermi-
na oppida, trecentos iam annos in-
coluerint Iſraelitæ: cur vos ea in-
terea non vindicaſtis, et nos, 27
nulla in re a nobis læſi, adficitis
iniuria, belloque infeſtatis? Diiu-
dicet hodie Ioua iudex inter Iſrae-
litas et Ammonitas.

Huiusmodi Iephthæ verbis ad 28
Ammonitarum regem misſis, quum
regi non perſuaderetur: Iephtha 29
a Ioua adflatus, Galaaditas Manaſ-
ſenſesque petit, et ad Maſpham Ga-
laaditarum progreditur. A Maſpha 30
ad Ammonitas tranſit, votumque
Iouæ in hæc verba nuncupat: ſi tu 31
mihi victoriam in Ammonitas de-
deris, quod mihi extra fores domus
meæ, incolumi ab Ammonitis red-
eunti, obuiam prodierit, id Iouæ
erit, idque immolabo. Deinde 32
prœlio Ammonitas adgresſus, Ioua
ei victoriam dante, ab Aroere ad 33
Minnith vsque, oppida viginti, et
ad vineta, ingenti ſtrage ſuperauit,
qua ſtrage Ammonitæ Iſraelitis
ſubiecti ſunt. Deinde ei, Maſ- 34
pham domum redeunti, ecce ob-
uiam procedit cum tympanis et
choris vnica filia, præter quam ne-
que filium vllum, neque filiam ha-
bebat. Qua viſa, ille, ſcisſis veſti- 35
mentis, dixit: heu mea filia, tu me
deprimis, et ea es, quæ me pertur-
bes, * qui verbis Iouæ promiſi, quod
reuocare nefas. Et filia: mi pater, 36
inquit, ſi Iouæ promiſiſti, mihi
quidem facito, vt tua fert promis-
ſio; poſtquam tibi Ioua tuos hoſtes
Ammonitas vltus eſt. Sed hoc 37
mihi concedatur, inquit, vt tu
mihi duos menſes remittas, quibus
deſcendam in montes, et meam vir-
ginitatem vna cum meis æqualibus
deplorem. Tum ille eam in duos 38
menſes dimittit: quibus illa cum
ſuis æqualibus profecta, ſuam vir-
ginitatem in montibus defleuit:
finitisque duobus menſibus ad pa- 39
trem reuerſa eſt, qui ei fecit, vt
votum ferebat, quum quidem ea
viri notitiam non habuisſet.

Ea res in conſuetudinem abiit a- 40
pud

pud Iſraelitas, vt quotannis eant iſ-
raeliticæ puellæ ad lamentandam
Iephthæ Galaaditæ filiam quatuor
dies.

CAPVT XII.

Ephraimitarum clades. Poſt Iephtham Abeſan, poſt Elon, poſt Abdon.

1 DEinde congregati Ephraimi-
tæ, traiecerunt ad ſeptemtrio-
nes: et Iephtham accuſantes,
quod ad bellum cum Ammonitis
gerendum, ſe in ſocietatem non
adſcitis, traiecisſet, minabantur,
ſe eius domum cum ipſo crema-
2 turos. Quibus Iephtha reſpondit,
ſe, quum ſibi ſuisque ingens cer-
tamen esſet cum Ammonitis, ipſos
vocauisſe: a quibus quum videret
nullum ſibi aduerſus illos auxilium
3 ferri: vitæ ſuæ periculum ſub-
iisſe, traiectoque flumine, ex Am-
monitis, Iouæ munere, victoriam
reportasſe: eos ſibi nunc bellum
4 inferre non debere. Deinde, con-
gregatis omnibus Galaaditis, prœ-
lium cum Ephraimitis commiſit,
victisque Ephraimitis, qui Galaa-
ditis obiiciebant, Galaaditas esſe
ab Ephraimitis fugitiuos, Ephrai-
mitis et Manasſenſibus interpoſi-
5 tos, occuparunt Galaaditæ vada
Iordanis, qua in Ephraimitas tra-
iectus eſt: petentibusque Ephrai-
mitis, ſi qui euaſerant, vt tranſire
liceret, quærebant ex eis, num
6 Ephratæi forent. Negantibus,
iubebant, vt pronuntiarent Schib-
bolet: quumque pronuntiarent
Sibbolet, quod eis illo modo loqui
in promtu non erat: comprehen-
ſos iugulabant ad vada Iordanis,
cecideruntque eo tempore ex E-
phraimitis quadraginta duo millia.
7 Iephtha autem Galaadita, quum
ſex annos Iſraelitis imperasſet,
mortuus eſt, et ſepultus in oppidis
8 galaaditicis.* Poſt eum guberna-
uit Iſraelitas Abeſan ex Bethlehe-
ma, qui triginta filios habuit, toti-
demque filias foras collocauit, et
totidem puellas filiis ſuis foris ad-
ſciuit. Is, quum Iſraelitas ſeptem 9
rexisſet annos, mortuus eſt, et ſe-
pultus Bethlehemæ. Poſt hunc 10
præfuit Iſraelitis Elon, Zabulonius,
annos decem, mortuus eſt et ſepul-
tus Aialone in terra zabulonia.
Huic ſucceſsit Abdon Hellelis fili- 11
us, Pharathonita, qui filios qua- 12
draginta, nepotes triginta habuit in
ſeptuaginta equis equitantes. Hic, 13
poſtquam in Iſraelitas principatum
annos octo tenuit, mortuus eſt, 14
et ſepultus Pharathone in terra
ephraimitica, in monte Amalechi-
tarum.

CAPVT XIII.

Iſraelitarum a Ioua defectio, hinc ærumnæ. Ad ſterilem angelus. Samſonis natiuitas.

DEinde offenſus denuo ab Iſ- 1
raelitis Ioua, eos Palæſtinis
quadraginta annis dedidit.
Fuit autem vir quidam ex Saraa 2
gentis daniæ, nomine Manoa,
cuius vxori (quæ propter ſterilita- 3
tem erat ſobolis expers) adparuit
Iouæ angelus, eamque ſic adlocutus
eſt: ſcito te, quæ ſterilitatis vi- 4
tio non paris, concepturam esſe pa-
rituramque natum. Ceterum ca-
ue, ne vel vinum aut temetum bi-
bas, vel vllo veſcare polluto.
Nam ſcito, te conceptum editu- 5
ram filium, cuius capiti nouacula
non ſit admouenda: erit enim ab
vtero deuotus Deo puer, incipiet-
que Iſraelitas ab iniuria Palæſtino-
rum defendere. Tum mulier 6
ſuum virum adit, nuntiat, diuinum
quemdam hominem ad ſe venisſe,
forma diuino angelo ſimilem, val-
de terribilem: ſe quidem ex illo
non quæſiuisſe, vndenam esſet,
neque illum ſibi nomen ſuum pa-
tefecisſe; ſed dixisſe, conceptu- 7
ram pariturumque filium, ac ve-
tuisſe, ne vinum temetumue bibe-

ret, aut vlla re immunda veſcere-
tur: puerum enim Deo deuotum
fore ab vtero ad diem mortis ſuæ.
8 Et Manoa Iouam his verbis preca-
tus eſt: quæſo te, Domine, vt diui-
nus homo, quem miſiſti, iterum
ad nos veniat, doceatque, quid no-
bis de puero, qui naſcetur, facien-
9 dum ſit. Hac Manoæ voce a Deo
exaudita, venit iterum diuinus an-
gelus ad mulierem ruri agentem,
10 abſente Manoa eius viro; ad
quem mulier protinus currit, nun-
tiatque, ſibi viſum esſe eundem
hominem, qui ad eam ſuperiori-
11 bus diebus venisſet. Igitur Ma-
noa coniugem ſubſecutus, ho-
minem adit, et ex eo quærit, num
is homo ſit, qui cum muliere fuiſ-
12 ſet collocutus. Atque illo faten-
te: quid (inquit Manoa) quum iſta
euenerint, quod erit pueri inſtitu-
13 tum atque opus? Cui angelus:
ab omnibus, quæ dixi, abſtineat
14 mulier: nihil a vite vinaria
profectum guſtet; vinum teme-
tumue ne bibat; nihil pollutum
comedat; omnia ſibi a me præce-
15 pta ſeruet. Tum Manoa: vo-
lumus te retinere, et tibi caprum
16 facere. At angelus: ſi me, inquit,
retines, dapem tuam non guſtabo:
et ſi ſolidum ſacrificium facis, Io-
uæ facito. Neſciebat enim Ma-
17 noa, Iouæ angelum esſe. Itaque
ex eo quærit, quod ſit eius nomen:
vt, quum ea, quæ tu dicis, euene-
rint, inquit, nos te honoremus.
18 At angelus: cur meum, inquit,
nomen percontaris, quod mirabi-
19 le eſt? Tum Manoa ſumtum ca-
prum et fertum Iouæ in petra cre-
mat: et Iouæ angelus, ſpectanti-
bus Manoa eiusque coniuge, mira
20 fecit. Nam per flammam, quæ
ex ara in cælum ferebatur, adſcen-
dit: quo viſo, ambo ad terram pro-
21 ciderunt, neque eis deinceps ad-
paruit Iouæ angelus: et tum intel-
ligens Manoa, angelum esſe Iouæ,
22 dicit vxori: moriemur; nam
Deum vidimus. At vxor: ſi nos 23
vellet interficere Ioua, non acce-
piſſet a nobis ſolidum ſacrificium
atque fertum; neque hæc tam mi-
ra nobis oſtendisſet; neque nos
vmquam ſic exaudiuisſet. Pepe- 24
rit igitur mulier filium, quem
Samſonem nomine vocauit; qui 25
puer, quum, Ioua fauente, adoleuiſ-
ſet, Iouæ adflatu primum inſtin-
ctus eſt in caſtris daniis, inter Sa-
raam et Eſtaol.

CAPVT XIIII.

Samſonis amor, in leonem vis. Ex leone mel. In conuiuio ænigma. Nouæ nuptæ lacrimæ. Ira mariti, facta cædes. Mulieris repudium, eiusdem alteræ nuptiæ.

QVum autem deſcendisſet ali- 1
quando Samſon Thamna-
tham, ibique vidisſet mu-
lierem quamdam palæſtinam; pa-
rentes ſuos adit, narrat, ſe vidiſ- 2
ſe Thamnathæ mulierem quam-
dam palæſtinam; petere, vt eam
ſibi concilient in matrimonium.
At parentes eum deterrere: quaſi 3
vero in tanta conſanguineorum et
popularium multitudine deesſent
mulieres, vt vxorem a præputiatis
illis Palæſtinis arcesſeret. Sed
Samſon a patre flagitat, vt illam
ſibi adſciſcat, eam enim ſibi place-
re. Neſciebant autem eius pa- 4
rentes, id a Ioua proficiſci, occaſi-
onem quærente aduerſus Palæſti-
nos, qui ea tempeſtate Iſraelitis
imperabant.

Profectus eſt igitur Samſon 5
cum parentibus Thamnatham.
Quumque in Thamnathæ vine-
ta venisſent, occurrit leoni * ex
aduerſo rugienti, quem Iouæ 6
adflatu inſtigatus, diſcerpſit, per-
inde ac ſi hædum diſcerperet,
quum tamen nihil in manu habe-
ret; neque id factum parentibus
indicauit. Deinde cum muliere 7
in colloquium venit, quæ ſane ei
placuit.

Ad eam ducendam aliquanto 8
poſt

poſt reuertens, quum ad viſen-
dum leonis cadauer deflexiſſet,
animaduertit in eius corpore exa-
9 men apum cum melle, quod
mel, vola ſua exceptum, cœpit in-
ter eundum comedere: atque, vbi
ad parentes venit, eis impertiuit,
comederuntque; nec tamen eis
indicauit, ſe mel illud de leonis
ſumſiſſe corpore.
10 Vbi pater eius ad mulierem venit,
Samſon ibi conuiuium habuit, vt
11 mos erat adoleſcentum: qui eo vi-
ſo, ad eum conuenere triginta ſoda-
12 les, vt cum eo eſſent. Quibus Sam-
ſon: proponam vobis ænigma, quod
ſi mihi d) intra ſeptem conuiuii dies
perueſtigatum explicaueritis, dabo
vobis triginta lintea, totidemque
13 veſtes elegantes. Sin autem ex-
plicare nequiueritis, dabitis vos
mihi triginta lintea, totidemque
veſtes elegantes. Quumque illi
conditionem accepiſſent, et, æni-
gma proponi, poſtularent; ſic pro-
14 poſuit: ex edace cibus, ex fero-
ci exiit dulcedo. Hoc ænigma
quum illi per triduum aperire non
15 potuiſſent, e) die ſeptimo petie-
runt a Samſonis vxore, vt a viro
ſuo ænigmatis ſententiam eblan-
diretur, quam eis indicaret: alio-
quin ſeſe et eam et eius domum
paternam igni crematuros: an e-
nim ſe illuc ab ipſis vocatos eſſe
16 ad ſuum detrimentum? Ergo
Samſonis vxor apud eum flere, et
ſeſe ei odio eſſe, non amari, dice-
re, qui quod ænigma popularibus
ipſius propoſuiſſet, ſibi non pate-
17 faceret. Cui ille demonſtrabat,
id ſe ne parentibus quidem expla-
naſſe, ne dum vt vxori explanaret.
Sed illa, quum apud eum f) per ſe-
ptem dies, quibus habitum eſt con-
uiuium, fleret, peruicit die tandem
ſeptima, vt ænigma declararet; id-
que ipſa ſuis popularibus expoſuit.
Itaque die ſeptima oppidani ante 18
ſolis occaſum ſic illi dicunt: quid
melle dulcius? et quid leone fero-
cius? Et ille: niſi vitula mea ara-
uiſſetis, meum ænigma non perue-
ſtigaſſetis.
Deinde Iouæ adflatu percitus, 19
deſcendit Aſcalonem, cæſiſque in-
de triginta hominibus, eorum et
arma abſtulit, et elegantes veſtes
ænigmatis interpretibus dedit, at-
que ira accenſus domum patris re-
petiit. Atque eius vxor ipſius 20
Samſonis familiari nupſit, qui ei
illius ipſius adfinitatis conciliator
fuerat.*

CAPVT XV.

Vulpes in ſegetes. Proditus Samſon, liberatus. Facta cædes. Locus Maxillæ. Ex dente fons.

ALiquanto poſt, meſſis tritici 1
tempore Samſon viſit vxorem
ſuam, caprum ferens, et ad
eam admitti ſe in cubiculum poſtu-
lat. Sed mulieris pater eum pro- 2
hibuit, dicens, ſeſe, quum eam illi
inuiſam eſſe putaret, eam eius fa-
miliari locaſſe: eſſe tamen ei ſo-
rorem, vt natu minorem, ſic for-
ma venuſtiorem, eam pro illa du-
ceret. Tum Samſon apud illos 3
præfatus, ſeſe tum non eſſe Palæ-
ſtinis iniuriam facturum, ſi eis ma-
lum inferret, diſcedit: captiſque 4
trecentis vulpibus, et earum cau-
dis inter ſe obuerſis, ſingulas faces
binis caudis interponit, iiſque 5
incenſis, vulpes in Palæſtinorum
ſegetes laxat, atque ita et metas, et
ſegetes, et vineas, et oliueta comb-
uſſit.
Huius facinoris auctorem Palæ- 6
ſtini quum Samſonem eſſe, Tha-
mnathenſis illius generum, inqui-
rendo comperiſſent; quoniam il-
le ereptam ei vxorem eius fami-

 lia-

d) ante finitos hos ſeptem dies, in quibus ſumus. *e*) qui quartus erat a propoſita quæſtione, ſeptimus autem conuiuii. *f*) per eos dies, qui ex ſeptem reſtabant.

liari dedisſet: inuadunt illos, et
mulierem eiusque patrem igni
7 comburunt. At Samſon: ſi ita
facitis, inquit, non ante deſiſtam,
8 quam vos vltus fuero: atque, il-
lis graui ingentique clade in quo-
dam tractu * adfectis, deſcendit in
quamdam præruptam rupem, no-
mine Etamum, ibique conſedit.
9 At Palæſtini expeditionem in Iu-
dæos faciunt, poſitisque caſtris ex-
ercitum in Iudæa apud Maxillam
10 explicant. Et quærentibus Iudæis
expeditionis cauſſam, reſpondent,
ſe ad Samſonem conſtringendum
venire, vt ei par pari referant.
11 Tum hominum tria millia de Iu-
dæis in rupem Etamum deſcen-
dunt, et ex eo quærunt, cur, quum
ſciret, Palæſtinos imperium in ipſos
habere, tamen id facinus ad Iudæ-
orum periculum auſus esſet?
12 Quumque reſpondisſet, ſeſe illis
parem gratiam retulisſe: demon-
ſtrant, ſe ad eum colligandum, Pa-
læſtinisque dedendum deſcendisſe.
13 Petentique Samſoni, vt iurarent,
ſeſe ei non esſe manus adlaturos:
promittunt, ſe dumtaxat vinctum
illis tradituros, neque ei mortem
illaturos. Ita duobus recentibus
vinctum loris ex rupe educunt.
14 Qui, ſimul ac ad Maxillam venit, vo-
ciferantibus in occurſum eius Palæ-
ſtinis, Iouæ adflatus inſtinctu, lo-
ris, quibus conſtricta brachia ha-
bebat, abruptis, perinde ac ſi vſtu-
latum igne linum foret, manibus-
15 que ſolutis a vinculis, tabidam
nactus aſini maxillam corripit, et
ea mille viros occidit, atque ita
16 loquitur: maxilla aſini, aſini aſi-
narii,* maxilla aſini proſtraui mille
17 viros. Hæc locutus, maxillam de
manu abiecit, locumque maxillæ
iactum denominauit.
18 Deinde vehementi adfectus ſiti,
Iouam his verbis inuocauit: tu
mihi tuo hanc tantam concesſiſti
victoriam, et nunc ſiti moriar? et
in manus præputiatorum cadam?
Tum Deus, fisſo maxillæ dente 19
molari, aquam inde elicuit, vnde
ille bibit, et recreatus euaſit: ex
quo fons inuocantis nominatus eſt,
qui fons in Maxilla eſt ad hunc di-
em. Rexit autem Iſraelitas Palæ- 20
ſtinorum temporibus, annos vi-
ginti.

CAPVT XVI.

Ad ſcortum Samſon, circumuentus. Ablatæ fores. Dalila doloſa. Samſonis falſitas, mox euiratio, vincula, cæcitas, mors, humatio, imperium.

VEnit autem aliquando Gazam, 1
et ibi viſa quadam meretrice,
ad eam introgresſus eſt.
Quod vbi Gazenſes intellexerunt, 2
illuc venisſe Samſonem, vrbem in-
ſidiis cinxerunt, eumque tota nocte
taciti ad vrbis portam præſtolati
ſunt, in animo habentes, eum an-
te lucem matutinam interficere.
Sed Samſon, poſtquam ad mediam 3
noctem quieuit, ſurgit de media
nocte, et portæ vrbis fores vna
cum ambobus poſtibus prehendit,
cumque repagulis auulſas, et ſuis
impoſitas humeris, exportat in
montis cacumen, in Hebronis ad-
ſpectu poſiti.
Poſtea mulierem quamdam ama- 4
uit apud fluuium Sorec, nomine
Dalilam; ad quam Palæſtinorum 5
proceres veniunt, perſuadentque,
vt a Samſone per blanditias diſcat,
in quo poſita ſit tanta eius fortitu-
do, et qua ratione posſint eum vin-
cere, et ad ſubigendum conſtrin-
gere; eique mille centum argen-
teos ſinguli paciſcuntur. Igitur 6
Dalila a Samſone petit, vt ſibi in-
dicet, in quo ſuum illud tam in-
gens robur ſitum ſit, et qua ratio-
ne conſtringi ſubigique valeat.
Cui Samſon reſpondet, ſi ſeptem 7
recentibus, nec ſiccatis viminibus
conſtringatur, fore ſe debilem,
et ſicut vnum de vulgo. Igitur 8
illi Palæſtinæ proceres ad eam ſe-
ptem

ptem adferunt vimina recentia,
nec arefacta , quibus illa Samſo-
9 nem colligat; et inſidiis in con-
claui collocatis, ſic ei dicit: immi-
10 nent tibi Palæſtini Samſon. Tum
ille vitilia tam facile abrupit, quam
facile ſtupea et igne adflata vitta
rumpatur, nec eſt illius cognita vis.
11 At Dalila, ſe ab illo fallaciter de-
ceptam, querens, poſtulabat, vt tum
ſaltem ſibi indicaret, quo pacto
12 vinciri poſſet. Cui ille reſpon-
dit : ſi nouis colligaretur funibus,
et ad nullum opus adhibitis, fore,
vt eneruaretur, neque quidquam
13 a vulgo hominum differret. Igi-
tur Dalila eum nouis funibus col-
ligat, et, ei inſtare Palaſtinos, dicit,
inſidiis in conclaui collocatis. At
ille funes a brachiis, perinde ac fi-
14 lum, abrupit. Et Dalila conque-
ſta, ſibi hactenus ab illo mendaciis
imponi, petit, vt ſibi indicet, quo
pacto conſtringi valeret. Cui ille
15 reſpondit : ſi ſeptem mei capitis
cincinnos tapeti intexueris, *G.* et
clauo parieti adfixeris, ero debilis,
16 vt vulgus hominum. Igitur Da-
lila eum inter ſua genua conſopi-
uit : et eo dormiente, cepit ſe-
ptem eius capitis cincinnos, eoſ-
que tapeti intexuit, et clauo fixit
in pariete *H.* Deinde ei dixit:
ingruunt tibi Palæſtini, Samſon.
17 At ille, experrectus ex ſomno, et
clauum et textum, et tapetem reuul-
ſit *G.* ex pariete, nec eius vires co-
gnitæ ſunt. *H.* Tum illa: Tune
audes me a te amari dicere, quum
alienum a me animum habeas?
qui mihi iam ter verba dederis,
nec indicaris, in quo tua iſta tanta
18 vis poſita ſit ? Huiuſmodi quotidi-
anis flagitationibus et improbitate
mulieris ille tædio enectus, omnem
ſuum animum ei aperit: ſuo capiti
nouaculam non admoueri oſtendit,
quoniam Deo a ventre matris ſit de-
uotus, quod ſi tondeatur, abitu-
ras a ſe vires, ſeque infirmum, et
ceterorum omnium ſimilem fore.

Tum Dalila videns, illum ſibi o- 19
mnem animum ſuum patefeciſſe,
mittit euocatum Palæſtinorum o-
ptimates : nunc veniant, nam il-
lum ſibi plane animum ſuum de-
texiſſe. Atque illi ad eam veniunt,
pecuniam ſecum adferentes. Illa 20
Samſonem in genibus ſuis conſo-
pit, vocatoque homine quodam,
et detonſis de Samſonis capite ſe-
ptem cincinnis, cœpit eum iam vi-
ribus deſtitutum vrgere, et ei Pa-
læſtinos inſtare dicere. Ille ſo- 21
mno experrectus, putabat ſe, vt
ſolitus erat, euaſurum ac eruptu-
rum, neſciens, a ſe Iouam diſceſ-
ſiſſe. At Palæſtini eum compre- 22
hendunt, et, effoſſis oculis, Gazam
perducunt, et, duabus vinctum ca-
tenis, in ergaſtulum ad molendum
detrudunt.

Deinde iam ei renaſcente poſt 23
tonſuram cæſarie, conuenere pa-
læſtini proceres ad ingens ſacrifi-
cium Dagoni deo ſuo faciendum,
et ad lætandum, quod dicerent,
ſibi a deo ſuo in manum traditum
eſſe Samſonem hoſtem ſuum.
Et vulgus eo viſo, deum ſuum lau- 24
dare, qui ſibi in poteſtatem dediſ-
ſet hoſtem, et terræ ſuæ depopula-
torem, et tam multorum ex ſuis
interfectorem. Atque in hac 25
animorum hilaritate iubent euoca-
ri Samſonem, qui eis ludibrio eſ-
ſet. Itaque euocatus Samſon
ex ergaſtulo, vt illis ludos præ-
beret, ſtatuitur inter columnas.
Tum puerum, a quo manu duce- 26
batur, monet, vt ſe ad columnas ad-
plicet, quibus domus incumbebat,
vt eis innitatur. Erat viris femi- 27
niſque referta domus, aderantque
omnes Palæſtinæ optimates, ex te-
cto inſuper circiter tribus viro-
rum mulierumque millibus, Sam-
ſonis ludibria ſpectantibus.

Igitur Samſon Iouam ſic inuocat: 28
Domine Ioua, memento quæſo mei,
meque hoc ſaltem poſtremum con-
firma, Deus, dum pro ambobus o-

culis meis Palæſtinos ſemel vlci-
ſcor.
29 Deinde columnas duas media-
nas, quibus fulta domus ſuſtine-
batur, alteram dextra, alteram
ſiniſtra manu complexus, et ita pro-
30 locutus: volo ex vita cum Pa-
læſtinis diſcedere: eas tanta vi im-
pulit, vt collapſæ ſint ædes in pri-
mates, et in omnes qui aderant,
pluresque moriens occidit, quam
31 viuens occiderat. Illo deinde ve-
nerunt eius fratres, omneſque pa-
32 tris domeſtici, ſublatumque ſe-
pelierunt inter Saraam et Eſtaol,
in ſepulcro Manoæ patris eius.
Imperauit autem Israelitis annos
viginti.

CAPVT XVII.

Ad matrem de argento Micha. Eiusdem idolum. Israelitarum ſceleroſa licentia.

1 FVit vir quidam * ex Ephraimi-
tarum monte, nomine Micha,
2 qui matri ſuæ confeſſus eſt, ſe
ſurripuiſſe et habere mille centum
argenteos nummos, quos illa quum
perdidiſſet, ipſo audiente, deuoue-
3 rat. Quumque illa ei a Ioua be-
ne precaretur, reddidit matri illos
mille centum argenteos, quæ di-
xit, id ſe argentum Iouæ conſecraſ-
ſe, et filio ſuo ſua manu dare de-
creuiſſe, ad faciendum ſignum ſcul-
ptum, et fuſile ſimulacrum. Ita-
4 que ſeſe illud ei redditurам. Ita
ille argentum matri reddidit, quæ
inde ducentos fuſori nummos de-
dit, ex quibus ille ſignum ſculpſit,
et ſimulacrum conflauit, quod in
5 Michæ domo foret. Habebat Mi-
cha ille ædiculam: itaque epho-
dum fecit et lares, et vnum filio-
rum ſuorum ſacris initiauit, vt eo
ſacerdote vteretur.
6 Per ea tempora, nullo in Israe-
litis regnante, ſuo quisque viue-
bat arbitratu.
7 Fuit autem iuuenis quidam ex
Bethlehema Iudææ, quæ eſt gene-
ris iudaici, Leuita, Bethlehemæ
peregrinus: is ab oppido Beth- 8
lehema profectus, vt, ſicubi liceret,
peregrinaretur, peruenit in mon-
tem Ephraimitarum, domum Mi-
chæ, vt iter ſuum faceret. Et a 9
Micha interrogatus, vnde veniret,
reſpondit, ſe Leuitam eſſe ex Beth-
lehema Iudææ, qui proficiſcatur
ad peregrinandum, ſicubi dabitur.
Tum Micha hominem hortatur, 10
vt ſecum degat, ſibique pater ſit et
ſacerdos, eique denos argenteos in
ſingulos annos, veſtemque, qua ſit
opus, et victum promittit. Ille 11
vero conditionem accipit, et ad
habitandum cum homine conſen-
tit, eique filii loco habitus eſt.
Et Micha Leuitam ſacris inaugu- 12
rat, et iuuenem domi ſuæ ſacer-
dotem retinet, ſibi a Ioua ſine 13
dubio benefactum iri ſperans, qui
Leuitam ſacerdotem habeat.

CAPVT XVIII.

Danii poſſeſſionem quærentes. Daniarum præda. Lais oppidi euerſio.

PEr ea tempora, quibus nullus 1
in Israelitis erat rex, quærebat
ſibi dania tribus poſſeſſionem
ad habitandum; quippe quæ non-
dum ad id tempus inter israeliti-
cas tribus hereditatem creuerat.
Miſerunt igitur Danii ſuæ gentis 2
homines quinque, ſuorum militum
abiectisſimos, * a Saraa et Eſtaole,
eisque præceperunt, vt regionem
exploratum et ſpeculatum irent.
Ii, quum in Ephraimitarum mon-
tem ad domum Michæ veniſſent,
ibi pernoctarunt. Quum enim 3
apud eius Michæ domum, iuuenis
illius Leuitæ vocem agnouiſſent,
eo diuerterunt: et ab illo percon-
tati ſunt, a quo illuc eſſet adductus,
quid ibi ageret aut haberet.
Quumque ille eis narraſſet, quo- 4
modo ſecum Micha egiſſet, ſeque
ad fungendum ſacerdotio condu-
xiſſet: petunt ab eo, vt diuinum 5
per-

percontetur oraculum, vt ſciant,an
id iter proſperum ſint habituri.
Quibus ſacerdos reſpondit, vt bo-
na ſalute pergerent: Iouam eis iter
illud proſperare. Ita illinc digreſ-
ſi quinque illi homines, vbi ad
Laim peruenerunt,animaduertunt,
Laienſes ſecure,et Sidoniorum mo-
re quiete tutoque agere, nemine
illi terræ negotium faceſſente, aut
potentatum adſectante, procul a
Sidoniis remotos, * et nihil negotii
cum quoquam habentes. Tum
ad ſuos conſanguineos ad Saraam
Eſtaolque redeunt, et ab illis inter-
rogati, quid egiſſent, hortantur,
vt illos inuadant; ſeſe enim
terram comperiſſe perquam bo-
nam: proinde ne ſegnes ſint, aut
eam inuadere atque occupare dubi-
tent. Quod ſi adgrediantur, of-
fenſuros eſſe populum ſecurum,
terram ſpatioſam, eis diuinitus in
poteſtatem tradendam, locum nul-
la earum rerum, quæ ſint in toto
orbe terrarum, carentem.

Igitur illinc ex gente dania, Saraa
et Eſtaole profecti homines ſexcen-
ti, armis inſtructi, caſtra fecerunt
apud Cariathiarimum in Iudæa:
vnde locus vocatur adhuc Caſtra
Dania,poſt Cariathiarimum poſitus.
Inde, vbi ad montem Ephraimita-
rum progreſſi, peruenerunt ad Mi-
chæ domum; admonentibus illis
quinque, qui laienſem agrum iue-
rant exploratum, eſſe in illis æ-
dibus ephodum et penetrales deos,
ſculptumque et conflatum ſimula-
crum, proinde viderent, quid age-
rent, eo deflexerunt; et ad do-
mum Michæ, in qua iuuenis ille
Leuita degebat, venerunt, eumque
ſalutarunt. Ac ſexcentis illis Da-
niis armatis ante fores ſtantibus,
quinque illi, qui terram iuerant
exploratum, Michæ domum intro-
eunt, ſculptumque ſignum, et
ephodum, et penetrales, et confla-
tum ſimulacrum capiunt: et
quærenti ſacerdoti,* qui tum pro
foribus cum ſexcentis illis arma-
tis ſtabat, quidnam agerent? iu- 19
bent, vt taceat, et os ſuum manu
compeſcat, ac cum ipſis proficiſca-
tur, pater eis futurus et ſacerdos.
Vtrum enim ei ſatius eſſe, vnius
viri domo ſacerdotem eſſe, an tri-
bui et nationi israeliticæ? His 20
delectatus ſacerdos, ephodum, pe-
netrales, ſimulacrumque ſumit, et
cum illis proficiſcitur.

Illi inde digreſſi, paruulos pecuſ- 21
que et impedimenta ante ſe collo-
cant. Atque his Daniis iam longe a 22
Michæ domo abſentibus, homines
ex Michæ vicinia conciti, illos per-
ſequuntur, et adſecuti reuocant;
conuerſiſque, et Micham, quid ha- 23
beret, vt ita clamaret, interrogan-
tibus: reſpondit Micha: vos ab- 24
latis, quos ipſe feci, diis et ſacer-
dote, diſceditis: quid mihi iam
ſupereſt? et adhuc quæritis, quid
habeam? At Danii: noli nos iſta 25
voce laceſſere; ne, ſi vos homines
irritabiles inuaſerint, tu et tuam
et tuorum domeſticorum vitam
perdas. Hæc illi locuti perge- 26
bant. Micha videns, ſeſe illis eſ-
ſe viribus imparem, domum re-
uerſus eſt.

Illi ea,quæ fecerat Micha,et quem 27
habuerat ſacerdotem, abducentes,
Laim adgrediuntur: et homines
quietos ſecurosque nacti ferro tru-
cidant, oppidumque incendunt,nul-
lo defenſore: propterea quod 28
procul a Sidoniis aberant Laienſes,
nulla cum quoquam hominum con-
trouerſia diſſidentes. Erat autem 29
ſitum oppidum in valle, quæ erat
Bethrohobenſium, quod oppidum
inſtaurarunt atque incoluerunt, Da-
nemque a nomine Danis condito-
ris ſui ab Israele geniti, denomi-
narunt, quum id oppidum antea
Lais vocaretur: et ſibi ſimula- 30
crum erexerunt, fueruntque Iona-
than,Gerſomi filius, g Moſis nepos,
h eius-

g) in Hebræo eſt Manaſſis: ſed in Latino Moſis, quod puto rectius.

31 *h* eiusque filii, tribus danitæ ſacer-
dotes, vsque ad tempus captiuita-
32 tis eius gentis: factumque a Mi-
cha ſimulacrum habuerunt ere-
ctum, quamdiu templum Silunte
fuit.

CAPVT XIX.

A Gabaenſibus mulier ſtupro corrupta.

1 PEr eadem tempora, quibus nul-
lus in Israelitis rex erat, Leuita
quidam in latere montis Ephra-
imitarum peregrinans, vxorem du-
xerat concubinam a Bethlehema
2 Iudææ: quæ concubina, quum
parum pudica erga illum fuisſet,
disceſſit ab eo domum patris ſui,
3 Bethlehemam Iudææ. Ibi quum
per quatuor menſes fuisſet, ſecutus
eſt eam maritus, vt eam blandis
illectam verbis reduceret, famulum
ſecum et par aſinorum ducens.
4 Atque illa eum domum ſui patris
introduxit, qui puellæ pater, homi-
nis aduentu delectatus, generum
retinuit, ſecumque triduo per con-
5 uiuia et noctes habuit. Quarto die
mane, quum gener discesſum pa-
raret; perſuaſit ſocer, vt vires cibo
6 recrearet ante discesſum. Deinde,
quum ambo accubuisſent, cibum-
que vna ſumſisſent, ſuadebat homi-
ni ſocer, vt ibi pernoctare, animum-
7 que recreare vellet. Denique
abire parantem coegit, ſecumque in
8 eam noctem retinuit. Itemque
die quinto, quum ille mane profe-
cturus ſurrexisſet, hortabatur ſo-
9 cer, vt animum recrearet. Atque
vbi ita moram fecerunt ad inclina-
tionem diei, cibumque ambo ſumſe-
runt, ſurrexit homo ad proficiſcen-
dum vna cum ſua concubina et
10 famulo: et ſuadente ſocero, vt
quoniam dies iam ad veſperum
deuectus inclinaret, ibi noctem a-
gerent, animosque recrearent, ma-
ne profecturi, domumque disces-
ſuri, recuſauit homo, profectus- 11
que peruenit ad Iebuſam, ſiue Hie-
roſolymam, vna cum pari aſinorum
clitellatorum, cumque ſua concu-
bina.

Quum apud Iebuſam esſent, 12
et dies multum inclinasſet, ſua-
debat domino famulus, vt in
illud oppidum Iebuſæorum diuer-
terent in noctem. Sed negauit 13
dominus, diuerſuros esſe in oppi-
dum externorum, ac non Israeli-
tarum, potiusque perrecturos esſe
Gabaam, iusſitque, vt ad alium 14
quempiam locum pergerent, et
Gabaæ aut Ramæ diuerſatum irent.
Ita progresſi, quum ſol eis apud 15
Gabaam Beniamitarum occubuis-
ſet, eo diuerterunt: et Gabaam 16
diuerſandi causſa ingresſi, conſede-
runt in oppidi foro, nemine eos do-
mum in noctem inuitante.

Ecce autem ſenex quidam rure ab 17
opere ſero redibat, a monte Ephrai-
mitarum oriundus, et Gabaæ pere-
grinus, cuius loci homines erant Ie-
mine prognati. Is ſenex viatorem 18
in foro conſpicatus, quærit ex eo,
quo et vnde proficiſcatur. Cui 19
ille, pergimus, inquit, a Bethlehema
Iudææ, quo ego iueram, ad latus
montis Ephraimitarum, vnde ego
ſum, et me ad Iouæ ædem confero,
nec eſt quisquam, qui me domum
inuitet. Habemus quidem et ſtra- 20
men et pabulum aſinis noſtris, pa-
nemque et vinum mihi et huic
feminæ, meoque famulo, neque
quidquam nobis deeſt. Tum ſe- 21
nex: bene eſt, inquit: ſi quid tibi
opus eſt, ego præſtabo: ſed in foro
non cubabis. Ita illum domum 22
ſuam abducit: præbitaque aſinis
farragine, et lotis hominum pedi-
bus, cibum capiunt.

His ita animos ſuos exhilaranti- 23
bus, ecce oppidani, homines perditi,
obſesſa domo oſtium pulſabant, ad
ſenem illum domus dominum cla-
mantes, vt hominem apud ſe diuer-
ſan-

h) hinc adparet, librum hunc ſcriptum esſe poſt captiuitatem.

ſantem produceret, quo eum co-
4 gnoſcerent. Sed paterfámilias ad
illos egresſus, ſic eſt eos adlocutus:
nolite quæſo,fratres,nolite ſcelus fa-
cere, poſtquam venit hic homo do-
mum meam: nolite flagitium iſtud
5 committere. Eſt mihi filia virgo,
eſt et homini concubina: has ego
vobis ſtuprandas, et ad veſtram libi-
dinem habendas producam: tan-
tum ne in hunc hominem tantæ
atrocitatis flagitium committatis.
6 Huic quum illi obtemperare nol-
lent, prehendit homo concubinam
ſuam, et illis foras educit: illi eam
tota nocte conſtupratam, et ludi-
brio habitam, mane ſub ortum au-
roræ dimiſerunt.
7 Mulier ſub lucem venit,et pro fo-
ribus ædium hominis, in quibus e-
ius dominus erat, iacuit, donec di-
luxit.
8 Mane eius dominus vbi ſurrexit,
apertis ædium foribus, egrediens ad
iter faciendum, adſpicit concubi-
nam ſuam pro foribus iacentem,
9 manibus limini impoſitis, et, ſur-
ge,inquit,pergamus. Sed *i* quum illa
non reſponderet, eam aſino impo-
10 ſuit, domumque ad ſe reuerſus,
gladium ſumſit, et concubinam ſu-
am membratim in duodecim partes
disſecuit, atque in omnes Israelita-
11 rum fines dimiſit. Quam rem
omnes qui videbant, negabant tale
facinus exſtitisſe, aut viſum fuisſe,
ex quo migrauerant ex Aegypto
Israelitæ,ad illum diem: proinde ei
rei intendendum, conſiliumque ſu-
per ea capiendum esſe.

CAPVT XX.

In Gabaenſes Iſraelitæ. Miſeræ corruptæ maritus ad populares. In Iſraelitas Beniamitarum victoria. Iſtorum mox clades et ruina.

1 TVm omnium israeliticarum
tribuum homines vniuerſi, ex
omnibus vndique partibus,
ſummo conſenſu,qua regio a Daniis
ad Berſabanos et Galaaditas patet,
exciti, Maspham ad Iouam di- 2
uinorum conuentuum peragendo-
rum gratia conuenerunt, quadrin-
genta peditum millia, qui arma
ferre posſent: id quod audiue- 3
runtBeniamitæ,IsraelitasMaspham
adſcendisſe. Igitur quærentibus Is-
raelitis, quo pacto ſcelus illud pa-
tratum fuisſet: reſpondit Leuita 4
ille, necatæ feminæ maritus, in
hunc modum: Gabaam Beniami-
tarum veneram, vna cum mea con-
cubina, pernoctandi gratia, quum 5
me Gabaenſes adorti, domum, in
qua eram, noctu obſederunt, me-
que necare conati, meam concubi-
nam et ſtupro et morte adfecerunt.
Eam ego disſecui, et per omnem 6
israelitici patrimonii agrum dimi-
ſi, propter tam deteſtabile in Israe-
litis commisſum flagitium. Vos 7
vniuerſi Israelitæ adeſtis: delibe-
rate, et ſuper hoc negotio conſul-
tate.
Tum vniuerſi conſurgunt, ſe- 8
que in ſua tabernacula ituros, aut
domum petituros esſe, negant.
Sed ita agendum esſe aduerſus Ga- 9
baam: ſortiendos esſe denos ex 10
centenis, et centenos ex millenis, et
millenos ex denis millenis omnium
israeliticarum tribuum, qui exerci-
tui commeatum ſubminiſtrarent ad
res gerendas, et Gabaam Beniami-
tarum inuadendam, quæ tantum in
Israelitis facinus admiſisſet.
Igitur conſpirantes, et conſenti- 11
entes omnesIsraelitarum tribus ad-
uerſus illud oppidum, homines in
omnem Beniamitarum tribum mi-
ſerunt, qui de illo apud illos com- 12
misſo facinore expoſtularent, pe- 13
terentque, ſibi tradi ſceleratos illos
Gabaenſes, vt eos necarent, et nefas
ab Israelitis auferrent. Sed Benia- 14
mitæ non ſolum conſanguineis ſuis
Israelitis non obtemperauerunt,
verum etiam Gabaam ex ceteris
oppidis conuenerunt, vt ad pugnam
con-

i) erat enim mortua.

15 contra Iſraelitas exirent: recen-
ſitique ſunt eo tempore Beniamitæ
ex ceteris oppidis viginti ſex millia
arma ferentium, præter Gabaenſes,
quorum recenſiti ſunt ſeptingenti
16 lectisſimi. Horum omnium fue-
runt ſeptingenti lectisſimi, [k] ſcæuæ,
iique omnes ita periti funditores,
vt ne pilum quidem aberrarent.
17 Iſraelitarum autem, præter Ben-
iamitas, recenſita ſunt omnino qua-
dringenta millia arma ferentium
militum, qui Bethel profecti, Deum
conſuluerunt, quinam ipſorum Ben-
iamitis principes bellum inferrent.
18 Quumque Ioua Iudæos principes
dixisſet, mane caſtra fecerunt Iſrae-
litæ apud Gabaam: et aduerſus Ben-
iamitas egresſi, aciem contra Ga-
19 baam inſtruxerunt. In eos egres-
ſi Gabaa Beniamitæ, viginti duo
millia Iſraelitarum eo die proſtra-
20 uerunt. Sed iſraeliticæ copiæ
reſumtis viribus, aciem iterum
eodem loco, quo primo die inſtru-
21 xerunt. Quum enim Iouam
audiuisſent, et continuato apud
eum ad veſperum vsque fletu, quæ-
ſiuisſent, an prœlium cum Benia-
mitis conſanguineis ſuis denuo
conferere deberent: reſpondit Io-
22 ua, vt illos adgrederentur. Ita-
que adorti ſunt Iſraelitæ Beniami-
tas die ſecundo: aduerſum quos
illi Gabaa egresſi, ſecundo die
octodecim hominum millia, qui
omnes arma ferrent, proſtrauerunt.
23 Tum omnes Iſraelitarum copiæ
Bethel petiuerunt, et illic plorantes
ante Iouam manſerunt, et eo die ad
24 veſperum ieiunarunt, eique ſo-
lida ſacrificia et pro ſalute fece-
runt, et ex eo quæſiuerunt, (erat
autem illic ea tempeſtate arca fœ-
deris Iouæ, cui tum miniſtrabat
Phinees Eleazari filius, Aharonis
porro filii) rurſumne in prœlium
exire deberent aduerſus Beniami-
tas conſanguineos ſuos, an contra?
25 Quibus Ioua reſpondit, vt irent:
nam poſtridie ſeſe eis in illos esſe
victoriam daturum.
Tum Iſraelitæ inſidiis circa Ga- 26
baam collocatis, aciem die tertio
contra Beniamitas ante oppidum,
ſicut antea fecerant, ordinarunt: ad- 27
uerſum quos egresſi Beniamitæ, ex-
tra oppidum pellecti ſunt. Quum 28
enim in ſemitis, quarum altera fert
Bethel, altera Gabaam, principio cir-
citer triginta Iſraelitas, ſicut ſupe-
rioribus prœliis, illi victores oc-
cidisſent, putabant eos victos ce-
dere, ſicut antea. At Iſraelitæ, 29
qui ex compoſito, vt illos ex oppi-
do in ſemitas pertraherent, fugie-
bant, omnes ex loco ſuo conſurre-
xerunt, et aciem apud Baaltha- 30
mar inſtaurarunt: ſimulque Iſ- 31
raelitarum inſidiæ in gabaanis
pratis poſitæ ingruere cœperunt,
et a parte Gabaæ venerunt decem 32
hominum millia ex omnibus Iſ-
raelitis delecta: atque ita com- 33
misſo atroci prœlio Ioua Beniami-
tas ingruentis ſibi mali ignaros Iſ-
raelitis fudit, qui ex illis eo die 34
viginti quinque millia, et centum
arma ferentium hominum corru-
perunt. Beniamitis enim, quum 35
ab eis ſuperari viderentur, locum
dederant; freti inſidiis, quas con- 36
tra Gabaam collocauerant: quæ 37
inſidiæ repente Gabaam contende-
rant atque inuaſerant, et totum op-
pidum ferro peruerterant. Fue- 38
rat autem Iſraelitis ſtatutum cum
inſidiis tempus, vt tum gladiis rem
gererent, quum illi fumum ex op-
pido euectum oſtendisſent. Igi- 39
tur quum ab oppido cœpisſet fu-
mus columnæ in modum efferri,
et Iſraelitæ prœlium inſtaurarent,
Beniamitæ (qui initio circiter tri-
ginta Iſraelitarum occiderant, rati
eos cedere, ſicuti ſuperioribus
prœliis fecerant) vbi ſimul et a 40
tergo totius oppidi incendium in
cælum ferri, et a fronte Iſraelitas
in ſe conuerti viderunt, vrgente
malo

k) qui ſiniſtris manibus pro dextris vterentur.

nalo perturbati, terga verterunt
ſraelitis, ſiluamque petierunt: in
jua prœlio excepti [l] ab illis perde-
bantur, qui ex oppidis aderant.
ta circumuenti Beniamitæ, et in
uga facile protriti ſunt, donec
ventum eſt contra Gabaam ab ortu
ſolis, cecideruntque ex eis octode-
im militum millia.
Inde in ſiluam verſi, fugerunt ad
upem Remmonis, cæſis pasſim per
emitas quinque eorum millibus,
t præterea inſtante a tergo hoſte vs-
que ad Gedeomum, duobus milli-
bus. Summa Beniamitarum ar-
na ferentium militum, qui eo die
eciderunt, fuit viginti quinque
millia. Reliqui in ſiluam con-
uerſi, fugerunt in rupem Remmo-
nis, homines ſexcenti: in qua ru-
e manſerunt quatuor menſes.
ſraelitæ autem in ceteros Benia-
nitas conuerſi, oppidum, mortales,
pecudes, breuiter omnia, quæ re-
perta ſunt, ferro deleuerunt: o-
nniaque inſuper, quæ exſtabant,
ppida, igni mandarunt.

CAPVT XXI.

*ſraelitarum iuramentum. Iabenſium exci-
dium. Puellarum per Beniamitas ra-
ptus.*

1 IVrauerant autem Iſraelitæ apud
Maspham, nullum ſuorum fili-
am ſuam vlli Beniamitæ datu-
2 um eſſe in matrimonium. Igi-
ur Bethel profecti, ibi apud Deum
d veſperum manſerunt, et multo
um fletu apud Iſraelitarum De-
3 m Iouam queſti ſunt, Iſraeli-
s accidisſe, vt tunc vna de tribu-
us iſraeliticis deſideraretur.
4 Poſtero die mane, conſtructo illic
tari, ſolida Iouæ ſacrificia, pro-
5 ue ſalute fecerunt: ac ſi qui ex
lla iſraeliticarum tribuum ad
onuentus ad Iouam non adfuis-
6 nt, quæſiuerunt. Intercesſerat
nim grauisſimum ſacramentum,
quo in eos capitis pœna ſancieba-
tur, qui ad Iouam apud Maspham
non adfuisſent.
Quum igitur eos Beniamitarum 7
conſanguineorum ſuorum pœnite-
ret, et dolerent, vnam tunc ex Iſrae-
litis abſciſſam eſſe tribum; ſolliciti,
quo pacto reliquis illorum de vxo-
ribus proſpicerent, quod per Iouam
iurasſent, ſeſe illis ſuas filias non eſ-
ſe nuptum locaturos: quærebant, 8
ecqui de Iſraelitarum tribubus apud
Maspham Iouæ non adfuisſent?
Nemo autem in caſtris ex Iabis 9
Galaaditarum incolis in conuentu
aderat. Quod quum luſtrato ex- 10
ercitu compertum esſet, mittit eò
ciuitas duodecim militum millia,
cum præcepto, vt Iabenſes Galaa-
ditas adorti, etiam mulieres et par-
uulos ferro trucident, omnes- 11
que mares et feminas, ſed eas
dumtaxat, quæ cum viro rem ha-
buisſent, funditus euertant. In- 12
uentæ ſunt autem ex Iabenſibus
quadringentæ puellæ virgines, et
a virorum concubitu intactæ, quas
illi in caſtra apud Siluntem in
Chananæa ſita adduxerunt.
Tum ciuitas omnis miſit ad Ben- 13
iamitas, qui in rupe Remmonis
erant, qui cum illis colloquerentur,
eisque pacem offerrent: reuoca- 14
tisque tum Beniamitis, nuptum de-
derunt conſeruatas ex Iabenſibus
mulieres. Sed quum hæ pauciores 15
illis esſent, et populus Beniamita-
rum vicem doleret, mutilatis a Io-
ua tribubus Iſraelitarum, quæ- 16
rebant ciuitatis ſenatores, quanam
ratione reliquis prouidere de v-
xoribus posſent; quum et benia-
miticæ feminæ periisſent, et eo-
rum Beniamitarum, qui euaſerant,
futura esſet hereditas; ne tribus 17
iſraelitica deleretur, neque ipſi
posſent illis filias ſuas vxores dare,
propterea quod iureiurando eos
deuouisſent Iſraelitæ, qui vxores
Beniamitis dedisſent.

Igi-

[l] decem millibus electis, ſupra memoratis.

18 Igitur quum comperirent feſtum
Iouæ quotannis agi Silunte a ſeptem-
trione Bethelis, ab oriente ſemi-
tæ, quæ a Bethele fert Sichemam, et
a meridie Lebnæ, Beniamitis in
19 hunc modum præceperunt: ite, et
vos per vineas in inſidiis collocate.
20 Quumque animaduerteritis Silun-
tias puellas ad ſaltandum exire:
proditote de vineis, et ſua quisque
rapta de illis in matrimonium, dis-
ceditote in agrum beniamiticum.
21 Quod ſi illarum parentes aut fra-
tres ad nos expoſtulatum venerint,
rogabimus, vt nobis factum con-
22 donent veſtrum, qui non tot
mulieres in bello ceperimus, vt ſua
cuique daretur: illos quidem eas
vobis non dediſſe, vt culpam com-
miſiſſe videantur. Atque ita fe- 23
cerunt Beniamitæ: raptasque de
ſaltantibus totidem, quot erant ipſi,
mulieres abegerunt, et in ſuum pa-
trimonium regreſſi, oppida inſtau-
rarunt atque incoluerunt. Tum 24
inde digreſſi Israelitæ, ſuas quique
tribus, gentilitates patrimoniaque
repetiuerunt. Per ea tempora, 25
quum nullus Israelitarum rex es-
ſet, ſuo quisque viuebat arbi-
tratu.

RVTHA.

CAPVT I.

Ex annonæ anguſtia peregre profectus Elimelechus. In patriam vidua. Ruthæ lenitas.

1 QVA tempeſtate præſides
procurabant, vir quidam
a Bethlehema Iudææ, or-
ta in finibus illis fame,
profectus eſt ad peregrinandum in
agrum moabiticum, vna cum ſua
2 coniuge, duobusque filiis. Viri
nomen erat Elimelechus, mulieris
Noemis: duorum filiorum Maha-
lon et Chelion, Ephrattæi, ex Beth-
3 lehema Iudææ. His in agrum mo-
abiticum profectis, ibique degenti-
bus, moritur Elimelechus, vxore
Noemi et duobus filiis ſuperſtiti-
4 bus. Filii vxores Moabitidas du-
xerunt, quarum vni Orpha, alteri
5 Rutha nomen fuit: atque illic
circiter decem annos commorati,
moriuntur et ipſi ambo, Mahalon
6 et Chelion. Mulier autem duo-
bus natis et viro ſuperſtes, quum
apud Moabitas agens audiuiſſet,
Iouam ſuis ſubueniſſe, eisque an-
nonam leuaſſe; illinc digreſſa, 7
comitibus duabus nuribus, in Iu-
dæam reuerti contendit, easque in
itinere ſic admonuit: reuertimi- 8
ni vtraque in ſuæ matris domum:
rependat vobis Ioua pietatem, qua
tum erga *m* mortuos tum erga me v-
ſæ eſtis. Faxit Ioua, vt quietem 9
ſuum vtraque apud maritum nan-
ciſcamini. Hæc quum locuta, eas 10
deoscularetur, illæ in lacrimas e-
rumpentes, adfirmabant, ſeſe cum
ipſa ad eius populares eſſe *n* reuer-
ſuras. Sed Noemis eas ita horta- 11
ta eſt: reuertimini meæ filiolæ,
cur me comitemini? Numquid e-
go adhuc in vtero geſto filios, qui
vobis futuri ſint viri? Reuerti- 12
mini meæ filiolæ, diſcedite: nam
ego quidem grandior ſum, quam
vt ſim apta viro. Quod ſi maxi- 13
me ſpem eſſe putarem, viroque
vel in proximam noctem tradita,
filios gignerem: an eſtis exſpecta-
turæ, donec adoleuerint, et tam-
diu ſine viris duraturæ? Non 14
ita,

m) me, propter veſtros maritos. *n*) hoc eſt, ituras cum ea reuertente. Nec enim reuertebantur ipſæ in Iudæam, quum in Iudæa numquam fuiſſent.

ita, meæ filiæ. Equidem [a] valde ve-
ſtra causſa doleo; ſed me Iouæ ma-
15 nus vrget. Tum illæ ploratum
integrant, et Orpha ſocrum ſuam
oſculata, ei valedicit.
16 At Rutha cum ea hærebat, et Noe-
mis ſic eam adlocuta eſt: vides, vt
tua fratria repetat patrios penates:
17 reuertere vna cum fratria. At Ru-
tha: ne me vrge, inquit, vt te relin-
quam, atque a te diſcedam: nam quo
tu cumque ibis, ego ibo: vbi tu di-
uerſaberis, ego diuerſabor: com-
munis mihi tecum erit populus,
18 communis Deus. Vbi tu morie-
ris, ego moriar, ibique ſepeliar:
atque ita mihi ſit Ioua propitius,
vt vna me mors a te diuellet.
19 Tum illa videns, eam ſecum ob-
ſtinauisſe proficiſci: disſuadere de-
ſiit. Ita ambæ Bethlehemam per-
20 uenerunt: ad quarum aduen-
tum toto oppido permoto, quæ-
rentibus mulieribus, num ea Noe-
21 mis esſet, dicebat: nolite me
[b] Noemim vocare, vocate me Ma-
ram: nam ingenti mœrore me ad-
22 fecit omnipotens. Quum plena
discesſerim, inanem Ioua reduxit:
cur me Noemim adpellatis, quam
rerum præpotens Ioua malo adfli-
23 xerit? Igitur reuerſæ Noemis
et Rutha Moabitis, nurus eius, ex
agro moabitico, Bethlehemam ini-
tio mesſis hordeorum venerunt.

CAPVT II.

Ad ſpicas Rutha. In eam Boozi benignitas.

1 HAbebat autem Noemis neceſ-
ſarium quemdam viri ſui ho-
minem militarem, Elimele-
chi gentilem, nomine Boozum.
2 Et Rutha Moabitis a Noemi copi-
am petiuit eundi rus, et ſpicas col-
ligendi poſt quemuis, ſi quem nan-
ciſceretur, qui id ei beneficii con-
3 cederet. Atque illa ei ita dixit:
i ſane, mea filia.

Ita rus profecta Rutha, cœpit poſt
mesſores ſpicilegium facere: acci- 4
ditque, vt fundus ille esſet Boozi,
gentilis Elimelechi.
Atque is Boozus tum Bethlehema 5
adueniens, ſic mesſores ſalutauit:
adſit vobis Ioua. Cui illi: et tibi 6
faueat Ioua. Et Boozus famulum
ſuum curatorem mesſis adloquens:
cuia eſt iſta puella? inquit. Cui ille: 7
puella eſt Moabitis, quæ remigran-
tem ex agro moabitico Noemim co-
mitata eſt. Rogauit autem, vt ſibi 8
liceret apud manipulos ſpicilegium
facere poſt mesſores, manſitque hic
hactenus, ex quo mane venit: tam
paullum manet domi.
Tum Boozus ad Rutham: audin' 9
filia? ne iueris in alium agrum ad
legendum ſpicas, neque hinc disces-
ſeris; ſed hic hæreto apud meas o-
perarias, et videto, vt eas ſequaris,
quo in agro metent. Ego operariis 10
vetabo, ne ſint tibi moleſti. Quod ſi
ſities, petes potum ex iisdem vaſis,
quibus hauriunt ipſi. Tum illa 11
in faciem procumbens, et honorem
illi ſubmisſe præbens, ita dixit:
quid eſt, vt tu me peregrinam ad-
ficias eo beneficio, vt mei rationem
habeas? Cui Boozus reſpondens: 12
narratum eſt mihi, inquit, qualem
tu te præſtiteris erga ſocrum tuam,
poſt obitum viri tui: vtque relicto
vtroque parente terraque patria,
te ad populum tibi antea ignotum
contuleris: quod factum Ioua tibi
Deus Iſraelitarum cumulatisſimo
præmio rependet, ſub cuius alarum
præſidium tu te receperis. Et 13
illa: agnoſco tuam erga me beni-
gnitatem, domine, qui tam humana
oratione confirmes animum meum
conſolando; quum tamen indigna
ſim, quæ vel in ancillarum tuarum
numerum veniam. Deinde ſub 14
horam capiendi cibi, iusſit eam
Boozus accedere, et pane veſci, buc-
cellasque ſuas in aceto intingere:
R quum-

a) Inuita a vobis diuellor, ſed cogit Ioua, qui me veſtris maritis priuauerit.
b) Noemis ab amœnitate et iucunditate: Mara ab acerbitate et mœrore dicitur.

quumque illa meſſorum lateri ad-
ſedisſet, porrexit ei polentam.
15 Illa vbi cibum ad ſatietatem ce-
pit, quum ex eo ſuperfuisſet, ſurre-
16 xit ad legendum ſpicas. Et Boozus
operariis ſuis præcepit, non modo
ne eam vel inter mergites legere
prohiberent, verum etiam vt ei
manipulos de induſtria relinque-
rent, neue eam a legendo absterre-
rent.
17 Ita illa ſpicas in agro legit ad
veſperum, trituratumque, quod
legerat, (fuit autem circiter ephi
18 hordei) in oppidum intulit: et
ſocru ſpicilegium intuente, reli-
quias ſui cibatus promſit, illique
19 dedit. Et ſocrus: vbi hodie
collegiſti? inquit: aut vbi operata
es? Bene precor illi, qui tui ratio-
nem habuit. Tum illa ſocrui ex-
ponit, quo pacto apud illum ope-
rata fuisſet: docetque, viro illi,
apud quem eo die operata ſit, no-
20 men esſe Boozus. Et Noemis:
precor illi Iouam propitium, qui
ſuam beneficentiam neque a viuis
auertit, neque a mortuis. Is qui-
dem propinquus eſt nobis, inquit,
21 et noſtræ conſanguinitatis. Et
Rutha: quin etiam me monuit, in-
quit, vt apud ſuos operarios hære-
rem, vsque ad peractam omnem
22 ſuam mesſem. Cui ſocrus: et
ſane præſtat, inquit, filia, vt eius
operarias ſequare, ne in alio fundo
23 prohibearis. Itaque illa apud
Boozi famulas hæſit colligendo
ſpicas, donec hordei triticique facta
mesſis eſt.

CAPVT III.

Rutha Boozi nuptias cupiens. Is in iuuenem officioſus.

1 INterea dum apud ſocrum manet,
Noemis cum ea ſic locuta eſt:
requiem tibi, mea filia, volo quæ-
2 rere, vt bene ſit tibi. Eſt Boozus
cognatus noſter, cum cuius tu pu-
llis fuiſti, qui quidem hordeum in
area ſub noctem ventilaturus eſt.
Tu laua et vnge te, ornatuque ad- 3
hibito, ad aream deſcende: ſed noli
te homini aperire, donec ci-
bum iam potionemque ſumſerit.
Quumque diſcedet cubitum: ob- 4
ſeruato locum, in quo cubabit, eum-
que adito, et, detectis eius pedibus,
cubato. Ipſe tibi, quid facto ſit
opus, oſtendet. Et illa: quidquid 5
tu mihi mandas, exſequar.
Hæc locuta deſcendit ad aream, et 6
omne ſocrus mandatum exſecuta
eſt. QuumqueBoozus cibo et poti- 7
one exhilaratus, ad finem metæ cu-
bitum iuisſet, illa pedetentim acces-
ſit, illiusque detectis pedibus accu-
buit. Media nocte exterritus ho- 8
mo, tactu explorat, et mulierem a-
nimaduertens ſibi ad pedes adiacen-
tem, inquit: quæ tu es? Cui illa: ego 9
ſum Rutha, inquit, ancilla tua, quæ
peto, vt tu in me gremium tuum ex-
porrigas: nam propinquus es. Et 10
Boozus: Iouam tibi, filia, opto
propitium, inquit: tu priorem
pietatem hac poſteriore ſuperaſti,
quæ iuuenes ſiue pauperes ſiue di-
uites ſecuta non ſis. Quamobrem 11
bono es animo filia: quidquid po-
ſtulas, tibi faciam: ſcit enim cuncta
meorum popularium ciuitas, te
mulierem esſe virtute præditam.
Veruntamen quamquam ego pro- 12
pinquus ſum; eſt tamen alius me
propinquior. Quieſce hac nocte.
Mane ſi te ille propinquitatis iure 13
ducere voluerit; bene eſt, ducat
ſane: ſin autem noluerit; ego per
Iouam immortalem ducam: quie-
ſce in matutinum.
Igitur illa ad eius pedes in matuti- 14
num quieuit, ſurrexitque, antequam
posſet quis alterum agnoſcere: et
ille ei præcepit, vt caueret, ne, in a-
ream veniſſe mulierem, reſciſcere-
tur: iusſitque, vt amictum, quo ve- 15
ſtita erat, exhiberet teneretque:
quod quum illa fecisſet, menſus eſt
ei ſex hordei menſuras, easque illi
impoſuit.

Illa

16 Illa in oppidum ad ſocrum ve-
nit: * quærentique, quid egisſet, ex-
poſuit omnia, quæ ſibi fecisſet ho-
17 mo, vtque ſibi ſex illas hordeì
menſuras dedisſet, negans, vacuæ
18 veniendum eſſe ad ſocrum. Tum
ſocrus, exſpecta, inquit, filia, donec
videas, quo cadat res. Nam homo
numquam hodie, niſi re perfecta,
conquieſcet.

CAPVT IIII.

De ducenda Rutha Boozus. Mos ex detracto calceo. Senatorum fauſta precatio. Boozi coniux Rutha. Pharis ſoboles.

1 AT Boozus in curiam venit,
ibique ſedens, prætereuntem
propinquum illum, de quo
locutus erat, conſpicatus, eum no-
mine adpellans, iusſit accedere, et
2 ibi ſedere. Quod poſtquam ille
fecit, adhibuit decem de ciuitatis
ſenatoribus, eosque hortatus, vt ibi
ſederent, quum illi conſedisſent,
propinquum ſic adloquitur:
3 Fundum agri, Elimelechi conſan-
guinei noſtri venumdat Noemis, ex
4 agro moabitico reuerſa. Hac de
re mihi viſum eſt, vt te admone-
rem, vt ſi eum iure propinquitatis
redemturus es, merceris in inco-
larum ſenatorumque noſtrorum
præſentia: ſin minus redemturus
es, mihi indices, vt diſpiciam: ne-
que enim cuiusquam magis eſt re-
dimere quam tuum, ſecundum
5 quem ego ſum. Tum ille: ego
6 redimam, inquit. Et Boozus:
quum agrum a Noemi emes, ha-
benda tibi eſt etiam Rutha Moa-
bitis, vxor defuncti, vt defuncti
nomen in eius hereditate ſuſcites.
7 At propinquus: non posſum mihi
redimere, inquit, ne hereditatem
meam corrumpam: redimito tu,
quod mei iuris eſt: nam ipſe qui-
dem redimere non posſum.
8 Erat autem mos olim apud Iſrae-
litas, vt qui alteri in iure propinqui-
tatis cedebat, quo res tota confirma-
retur, detractum ſibi calceum alteri
traderet: eratque hæc apud Iſrae-
litas teſtificatio. Igitur propin- 9
quus ille Boozo in iure cedens,
calceo ſe exuit. Et Boozus quum
ad omnes, tum ad ſenatores ita lo-
quitur: vos teſtes eſtis hodie, 10
me omnes Elimelechi, omnesque
Chelionis et Mahalonis facultates
emere a Noemi: nec non Rutham
Moabitidem, Mahalonis vxorem,
mihi in matrimonium conciliare,
vt defuncto nomen in ſua heredi-
tate ſuſcitem, ne defuncti nomen
ex ſua conſanguinitate patriaque
deleatur. Vos hodie teſtes eſtis. 11
Et omnes, qui in curia aderant, et
ſenatores, ſic ei reſponderunt:
teſtes ſumus, faxit Ioua mulierem,
quæ domum tuam venit, Rache-
lis et Liæ ſimilem, quæ duæ Iſrae-
lis domum ſobole inſtruxerunt:
vtque tu Ephratæ præclara facias 12
et nomen Bethlehemæ pares, ſit-
que domus tua ſimilis domui Pha-
ris, quem ex Thamare Iudas ſuſ-
tulit, per progeniem, quam tibi
Ioua dederit ex hac puella.
Igitur Rutham duxit Boozus in 13
matrimonium, et ex eius coniuncti-
one (Ioua conceptum dante) filium
ſuſtulit. Tum mulieres Noemi di- 14
cebant; gratias agimus Iouæ, qui te
hodie propinquo vindice non de-
ſtituit, cuius apud Iſraelitas no-
men exſtet, qui tibi animum re-
creet, ſenectamque ſuſtentet, cui 15
amantisſima tui nurus peperit,
quæ quidem tibi vel ſepties filiis
potior eſt. Noemis ergo puerum 16
excepit, et in ſinu ſuo poſitum e-
ducauit. Vicinæ autem dictitan- 17
tes, Noemi natum eſſe filium, ei
nomen impoſuerunt Obed, qui
fuit pater Iſæi, patris Dauidis.
Hæc eſt igitur Pharis ſoboles. 18
Phares genuit Hezronem, Hezron 19
Ramum, Ramus Amminada- 20
bum, Amminadabus Nahasſonem,
Nahasſon Salmonem, Salmon Boo- 21
zum, Boozus Obedem, Obed 22
Iſæum, Iſæus Dauidem.

REGVM LIBER I.

CAPVT I.

Annæ ſterilitas, fletus in fano, votum, contumelia, purgatio, partus. Nati Samuelis dicatio.

1 FVIT vir quidam a Ramatha
Sophorum, quæ eſt in monte Ephraimitarum, nomine
Elcana, filius Ierohami, filii Elii, filii Thohi, filii Suphi, E-
2 phrathæus. Is duas habebat vxores, alteram nomine Annam, alteram nomine Phenennam. Phenenna liberos habebat, Anna non ha-
3 bebat. Is homo quotannis Siluntem ex patria ſua ventitabat, ad Iouam bellipotentem * venerandum, eique ſacrificandum, quum quidem illic duo Elis filii, Hophnis et Phinees, Iouæ ſacerdotes esſent.
4 Igitur quodam die Elcana facto ſacrificio, quum Phenennæ coniugi ſuæ, eiusque filiis omnibus, filiabusque, portiones distribuisſet,
5 Annæ portionem vnam triſti vultu dedit. Amabat enim Annam, cuius vterum Ioua clauſerat,
6 quamque præterea pellex eam ipſam ob clauſi a Ioua vteri cauſſam inſectabatur, atque irritabat.
7 Ac, quum Elcana idem quotannis faceret, illa, quandocumque in Iouæ templum proficiſcebatur, idem
8 faciebat. Eam ob rem flebat An-
9 na, et a cibo abſtinebat. Et maritus eius Elcana eam ſic adlocutus eſt: Anna, quid fles? cur non comedis? cur mœſto es animo? annon ego tibi ſum vel decies filiis
10 potior? At Anna, poſtquam cibum potionemque Silunte ſumſit, ſurrexit: et, Eli pontifice in ſede apud cellæ Iouæ poſtes ſedente, Iouam magno cum animi dolore flens precata eſt, votumque fecit
11 his verbis: Ioua armipotens, ſi meam ancillæ tuæ miſeriam reſpexeris, meique non oblitus, ſed memor, mihi virilem ſobolem dederis, eam ego Iouæ in omnem eius vitam dedam, nec eius capiti
admouebitur nouacula. Hæc 12
quum illa Iouam prolixe obſecraret, cumque ſuo animo loquens, labra moueret, neque vocem ede-
ret: Elis, eius os obſeruans, temu- 13
lentam ratus eſt: et, quouſque, inquit, ebria eris? exhala vinum.
At illa, pace tua, domine, inquit, 14
mulier ſum ægro animo, non vino pota, aut temeto, ſed animi mei adfectionem apud Iouam effundo.
Noli me improbarum habere nu- 15
mero: nam hactenus ex animi mei ſenſu atque dolore locuta ſum.
Tum Elis: abi, inquit, cum bona 16
pace: Deus Iſraelitarum tibi det, quæ ab eo flagitaſti. Et illa: da- 17
bis mihi veniam, inquit. Hæc 18
locuta mulier, diſcesſit, cibumque ſumſit, neque amplius mœſtitiam
retinuit. Mane vbi ſurrexerunt, 19
Iouam venerati, Ramatham domum redierunt. Et Elcana An- 20
næ coniugis ſuæ notitiam habuit, quæ, Ioua eius memore, vertentibus temporibus conceptum edidit filium, Samuelemque ex eo nominauit, quod eum a Ioua exorasſet.

Deinde, proficiſcente Elcana vna 21
cum tota ſua familia ad anniuerſarium ſacrificium Iouæ faciendum,
votumque ſuum reddendum, An- 22
na profecta non eſt: donec puerum ablactatum (inquit viro ſuo) eo deducam, vt Iouæ c adpareat, il-
licque ſit perpetuo. Cui Elcana 23
concesſit, vt faceret, quod ei viſum esſet, maneretque, donec puerum ablactasſet: Iouamque precatus eſt, vt promisſa confirmaret.

Man-

c) miniſtret.

4 Manſit ergo mulier, puerumque
lactauit, donec eum a lacte depelle-
ret. Poſtea deliculum duxit ſecum
tribus cum tauris, et vno ephi fari-
næ, atque vtre vini, Siluntem, in
ædem Iouæ admodum puerum:
5 mactaruntque taurum, et puerum
6 ad Elim adduxerunt. Deinde illa
ſic locuta eſt: plurimum te ſalue-
re iubeo, domine. Ego ſum mu-
lier illa, domine, quæ hic apud te,
7 Iouam orans, adſtabam: hunc
puerum orabam, et mihi Ioua po-
ſtulata dedit. Itaque ego hunc
vicisſim Iouæ acceptum fero, atque
8 in perpetuum addico. Tum il-
le ibi Iouam adorauit. Et Anna
his verbis ſupplicauit:

CAPVT II.

Annæ carmen ad Iouam. In fano Samuel. Sacerdotis natorum nequitia. Pater in filios. In eum vates iratus.

1 EXſultat per Iouam mea mens:
attollitur per Iouam meum
cornu: panditur in meos ini-
micos os meum, adeo lætor tuo
2 præſidio. Non modo non eſt
alius æque ſanctus, vt Ioua: ſed ne
eſt quidem vllus præter te, nec vl-
lum numen eſt cum Deo noſtro
3 comparandum. Nolite, nolite
tam ſuperbe loqui: faceſſat ex ore
veſtro ferocia: nam, quum omni-
ſcius Deus Ioua ſit, irriti ſunt [d] co-
4 natus. Fortium arcus frangun-
tur, et abiecti robore accinguntur.
5 Saturi ob victum operam ſuam lo-
cant, et famelici deſinunt, eousque
vt ſterilis ſeptem pariat, et quæ fe-
6 cunda eſt, reddatur effeta. Ioua
occidit, et in vitam reuocat: demit-
7 tit in orcum, et extrahit. Ioua
depauperat, et ditat: deprimit, et
euehit, tenuesque ab humo ſuſcitat:
8 pauperes a pædore attollit, vt col-
locatos cum illuſtribus in glorioſi
9 posſeſſionem ſolii mittat. *G.* Qui
et precantibus vota concedit, et
iuſtorum annos fecundat. Neque
enim homo viribus valet. Domi- 10
nus infirmos reddit aduerſarios
ſuos, Dominus ſanctus. Ne glori- 11
etur prudens in ſua prudentia, ne-
que potens in ſua potentia: neue
glorietur diues in ſuis diuitiis: ſed
in eo glorietur, qui gloriatur, quod
Dominum intelligit cognoſcitque,
et ius æquumque facit in terris. *H.*
Nam Iouæ ſunt terræ cardines, 12
quibus mundum impoſuit, qui pio-
rum ſuorum pedes cuſtodiet, impiis
ſilentibus in tenebris: quandoqui-
dem homo viribus non valet.
Iouæ frangentur aduerſarii, eo de 13
cælis in eos detonante. Ioua ter- 14
rarum fines iudicabit, regique ſuo
fortitudinem dabit, et ſui vncti
cornu attollet. Deinde, Elcana 15
Ramatham domum profecto, puer
remanſit adminiſter Iouæ apud
Elim pontificem. Huic Eli filii 16
erant nequisſimi, et Iouæ [e] ignari.
Habebant autem pontifices hoc ius 17
in populum, vt, quocumque ſacri-
ficium faciente, dum caro coqueba-
tur, veniret puer pontificis, fuſci-
nam tridentem ferens, qua in lebe-
tem, aut ahenum, aut cacabum, aut
ollam immisſa, quidquid extrahe-
bat fuſcina, id ſibi pontifex vindi-
cabat. Atque ita faciebant omni- 18
bus Iſraelitis, illuc Siluntem veni-
entibus. Etiam ante incenſum 19
ſuffitu adipem, veniebat pontificis
puer, et immolatori iubebat, vt
carnem daret asſandam pontifici:
pontificem enim ab eo non esſe
coctam, ſed crudam carnem ſum-
turum. Quod ſi ille monebat, 20
vt adipem interim adoleri ſineret,
deinde ſuo arbitrio ſumeret, vrge-
bat in præſentia dari; alioquin ſe
per vim erepturum esſe. Hæc 21
puerorum improbitas viſa eſt Iouæ
maxima, propterea, quod hinc Iouæ
fertum male apud homines audie-
bat.
Samuel autem puer apud Io- 22
uam

d) ſcilicet hominum. e) contemtores.

uam miniſtrabat, lineo indutus
ephodo: eique mater factam a ſe
breuem prætextam quotannis ad-
ferebat, quum ad anniuerſarium
ſacrificium cum viro ſuo profici-
23 ſcebatur. Et Elis Elcanæ eiusque
coniugi precatus eſt, vt ei Ioua ex
ea femina prolem daret, prout ipſa
24 a Ioua poſtulauerat. Igitur iis
in patriam reuerſis, Anna, Ioua
dante, concepit, ediditque tres filios,
et duas filias, puero Samuele apud
25 Iouam creſcente. Elis autem iam
admodum ſenex, auditis tot ſuorum
filiorum in omnes Israelitas faci-
noribus, vtque cum mulieribus
(quæ pro oraculi tabernaculo excu-
babant) conſuetudinem haberent;
26 eos ita commonefecit: quamob-
rem facinora iſta committitis? quæ
ego vulgo de vobis tam ſcelerata
27 audio? Definite, mei filii: non
enim bene apud me auditis, qui
Iouæ populum ad nequitiam ab-
28 ducatis. Si quis in hominem
homo peccat, disceptant arbitri:
at ſi quis in Iouam peccabit, quis
29 pro eo disceptabit? Sed illi patri
dicto audientes non fuerunt, quod
30 eos Ioua volebat occidere. Inter-
ea puer Samuel tum apud Iouam,
tum apud homines, et maior in
dies fiebat, et melior.
31 Et diuinus quidam ad Elim venit,
et cum eo ſic locutus eſt: ſic dicit Io-
ua: quum ego me tui *f* parentis po-
ſteritati in Aegypto apud Pharao-
nem degenti patefecerim, eamque
mihi præter omnes israeliticas tri-
bus ad ſacerdotium delegerim, quæ
ad altare meum immolaret, quæ ſuf-
fitum faceret, et ephodum coram
32 me geſtaret; denique quum tuæ
paternæ familiæ omnem Israelita-
rum rem diuinam dederim: cur
vos mea ſacrificia atque ferta a me
in fano fieri iuſſa deſpicamini; plu-
risque tu tuos filios quam me facis,
quum primitiis omnium mei israe-
litici populi munerum ſaginemini?
Itaque ſtatueram (inquit Ioua Deus 33
Israelitarum) tuam patrisque tui
poſteritatem in meo conſpectu ver-
ſaturam esſe in perpetuum: ſed 34
nunc abſit hoc a me, inquit Ioua,
vt, qui me in pretio habent, eos ego
non in pretio habeam; et, qui me
contemnunt, non deſpectui ſint.

Scito, futurum esſe, vt ego tuum 35
tuæque patriæ domus lacertum ſic
frangam, vt nullus ſit domi tuæ
ſenex: *g* ſpectabisque in fano æmu-
lum in omnibus bonis in Israelitas
collatis; nec erit vllus vnquam in
tua familia ſenex. Neque tuam 36
ſtirpem ab ara mea diuellam, *h* quo
tibi et oculi conſumantur, et ani-
mus contabeſcat: efficiamque, vt
omnes, qui tuæ poſteritati accreue-
rint, ætate virili moriantur. Cu- 37
ius rei ſignum hoc habeto, in tuis
duobus filiis Hophni et Phinee
euenturum, vt ambo eodem die
moriantur. Creabo autem mihi 38
fidelem pontificem, qui ex animi
mei ſententia agat, et ei durabilem
poſteritatem conciliabo, efficiam-
que, vt apud vnctum meum ſemper
verſetur: quem pontificem, quis- 39
quis erit in familia tua reliquus,
veneratum veniet ob nummum ar-
genteum, obque panem; et ab eo
petet, vt ſe in aliquod ſacerdotium
cooptet, quo buccellam panis edat.

CAPVT III.

Ad Samuelem Ioua. Somnium Eli ſignificatum.

CEterum iuuenis Samuel Iouæ 1
apud Elim miniſtrabat, quo
quidem tempore rara Iouæ
oracula aut prædictiones exſtabant.
Accidit autem quodam die, Eli 2
apud ſe cubante, oculis iam cæcu-
tientibus, parumque cernentibus,
quum

f) ſcilicet Leuis. *g*) Videbunt poſteri tui, non ſine ſuo dolore, pontificem non ex te natum, qui ſacrificiis fruatur: quæ Israelitæ de collatis ſibi diuinitus bonis facient. *h*) dum tui poſteri ſeruient alii pontifici.

quum diuina lucerna nondum ex-
3 ſtincta foret, vt Ioua Samuelem
in Iouæ cella, vbi erat arca diuina,
4 cubantem vocaret. Et ille, adſum,
inquit, ſimulque ad Elim cucurrit:
5 et, adſum, inquit, vocatus a te.
6 At ille, non vocaui, inquit, redi cu-
7 bitum. Itaque cubitum iuit. De-
inde iterum vocatus a Ioua Samuel
ſurrexit: ad Elimque cucurrit, et,
adſum, inquit: nam tu me vocaſti.
8 At ille: non vocaui, fili, redi cubi-
tum. Nondum autem Iouam didi-
cerat Samuel, nec dum vllum ei
Iouæ patefactum fuerat oraculum.
9 Igitur a Ioua tertium vocatus ſur-
git: Elimque adit, et ſe vocatu
10 illius adesſe dicit. Tum Elis in-
telligens, a Ioua puerum vocari,
Samuelem ſic adloquitur: i cubi-
tum. Quod ſi te vocauerit, dicito:
loquere Ioua, nam ego tuus audio.
11 Igitur in eumdem locum reuerſus
12 Samuel recubuit. Et Ioua ad-
uenit, adſtititque, et Samuelem,
vt aliquoties ante fecerat, vocauit:
Samuel, Samuel. Cui Samuel: lo-
quere, inquit: nam ego tuus audio.
13 Et Ioua: ſcito, me, inquit, eius-
modi rem in Iſraelitis facturum
esſe, vt eam quicumque audient,
reddantur ambabus auribus atto-
14 niti. Sum enim aliquando Eli
importaturus omnia, quæcumque
in eius poſteritatem prædixi: et
quidem ita, vt nihil omnino abſit.
15 Significaui autem ei, me in perpe-
tuum perſecuturum esſe in eius
poſteritatem eius culpam: qui,
quum filios ſuos nequiter ſe gere-
re non ignoraret, eos tamen non
16 coercuerit. Itaque contra Elis
poſteritatem iuraui, culpam elia-
næ poſteritatis nullis vmquam ſa-
crificiis aut fertis expiatum iri.
17 Samuel igitur, poſtquam ad ma-
tutinum cubuit, fores ædis Iouæ a-
peruit: quumque oraculum illud
Eli patefacere reformidaret, Elis,
eo euocato, ſic inquit: Samuel fili.
18 Quid vis? inquit ille. Quidnam
eſt, quod ille tibi dixit? inquit,
noli me celare: ſic Deum habeas
propitium, vt nihil prorſus eorum,
quæ tibi ab illo dicta ſunt, me ce-
labis. Tum Samuel ei rem o- 19
mnem ſine vlla disſimulatione pa-
tefacit. Et ille: Ioua eſt, inquit:
quod ei videbitur, faciet. Creſce- 20
bat ergo Samuel, fauente Ioua, ne-
que vllum eius dictum irritum e-
rat, innotuitque omnibus Iſraeli-
tis abusque Dane ad Berſabam, Sa-
muelem certo esſe Iouæ vatem.
Iterumque ei adparuit Ioua Silun- 21
te: nam Silunte Ioua ſe Samueli
patefecit oraculo ſuo.

CAPVT IIII.

Ad Iſraelitas Samuel. A Palæſtino populi clades. Arca in caſtra, ab hoſte ablata. Mors Elis, nurus partus, mœror.

IGitur Samuele omnes Iſraelitas 1
adlocuto, eduxerunt Iſraelitæ
ſuas copias in expeditionem ad-
uerſus Palæſtinos, et apud ſaxum
auxilii caſtra poſuerunt, Palæſtini
autem apud Aphec: inſtructisque 2
in aciem Palæſtinis, et commisſo
prœlio, victi ſunt Iſraelitæ, cæſis
in acie per agros circiter quatuor
millibus eorum. Tum populus 3
in caſtra ſe recepit, et ſenatores
Iſraelitæ conqueſti, ſe eo die Iouæ
opera a Palæſtinis esſe victos, ſta-
tuerunt, arcam fœderis Iouæ a
Silunte arcesſere, quæ inter eos
verſans, eos ab hoſtium defende-
ret iniuria. Itaque miſit populus 4
Siluntem, qui illinc arcam fœderis
Iouæ bellipotentis, Cherubis inſi-
dentis, attulerunt: cum qua diui-
ni fœderis arca aderant duo Elis
filii, Hophnis et Phinees. Ad 5
huius arcæ fœderis Iouæ aduen-
tum in caſtris tantus vniuerſorum
Iſraelitarum clamor exſtitit, vt
terra ipſa perſonaret. Quo cla- 6
more audito, Palæſtini quum quæ-
rerent, quid ſibi vellet tantus ille
in caſtris Hebræorum clamoris
ſonitus? vbi intellexerunt, ar- 7

cam esſe Iouæ, quæ in caſtra ve-
nisſet, territi ſunt, quod dicerent,
in caſtra venisſe Deum, actum esſe
de ſe: non enim ſic antea fieri ſo-
8 litum esſe, actum esſe. A quo e-
nim ſe contra illorum tam excel-
lentum deorum vim defenſum iri?
Illos enim esſe deos, qui tot cladi-
bus Aegyptios in deſertis adfecis-
9 ſent. Proinde confirmarent ſe, vi-
rosque præberent Palæſtini, ne He-
bræis ſeruirent, quemadmodum
ipſis Hebræi ſeruiuisſent: præſta-
rent ergo ſe viros, ac pugnarent.
10 Igitur commisſa per Palæſtinos
pugna, victi Israelitæ, pasſim in ſua
tabernacula diffugerunt, maxima
clade accepta, deſideratis Israelita-
rum triginta millibus peditum,
11 capta arca diuina, mortuisque duo-
bus Elis filiis, Hophni et Phinee.
12 Ex ea acie Beniamita quidam cur-
ſu Siluntem eodem die ire conten-
dit, ſcisſa veſte, conſperſoque ter-
13 ra capite. Ad cuius nuntium
quum esſet vniuerſæ ciuitatis cla-
mor excitatus, Elis, qui tum in ſel-
la propter viam ſedens ſpeculaba-
tur, animo propter arcam diui-
nam trepido, audito clamoris
ſtrepitu, quærebat, quis esſet ille
14 tumultus? Et homo ille propera-
uit, Elique rem nuntiatum venit,
annos tum nato octo et nonaginta,
oculis caliganti, nec cernere va-
15 lenti, eique ita retulit: ego ad-
ſum ex acie, ex qua hodie effugi.
16 Et ille: quid factum eſt, inquit, mi
17 fili? Cui nuntius: fugati ſunt a
Palæſtinis Israelitæ; magna acce-
pta clades eſt; duo filii tui Hophnis
et Phinees occubuerunt; et arca
18 diuina capta eſt. Hic Elis, facta ab
illo arcæ diuinæ mentione, de ſella
in deorſum delapſus, apud portam
fracta ceruice mortuus eſt: quippe
homo et ſenex et grauis, quum
quidem Israelitis annos quadragin-
ta ius dixisſet.
19 Eius quoque nurus, Phineis
vxor, grauida, et iam vicina par-
tui, poſtquam captæ arcæ Dei mor-
tuique ſoceri ſui atque viri famam
accepit, doloribus correpta ſub-
ſedit atque peperit. Quam mori- 20
bundam quum hortarentur, quæ
adſtabant, vt bono esſet animo,
filium enim peperisſe: illa nihil
reſpondit, neque animum aduer-
tit, ſed puerum [i] Ichabodum ad- 21
pellauit, ex eo, quod priuati es-
ſent Israelitæ gloria, capta arca di-
uina, eiusque ſocero atque viro
mortuis: recesſit ab Israelitis glo- 22
ria, inquit, poſtquam capta diuina
arca eſt.

CAPVT V.

Arca Iouæ in deaſtri fanum. Azotiorum ægrotatio, mures. De remittenda arca conſilium.

AT Palæſtini captam arcam 1
diuinam Azotum a ſaxo au-
xilii portarunt, et in ædem
ſui dei Dagonis illatam, apud i-
pſum Dagonem collocarunt. Sed 2
quum poſtridie ſurrexisſent Azo-
tii, Dagonem offenderunt humi
ante arcam Iouæ prolapſum:
quem quum ſublatum in ſuum lo- 3
cum repoſuisſent, poſtero item die
prolapſum humi ante eamdem ar-
cam Iouæ reperiunt, eius capite 4
ambabusque manibus auulſis, et
in limine poſitis, tantum Dagonis
trunco ei relicto: eamque ob 5
rem Dagonis ſacerdotes, aut qui-
cumque in ædem Dagonis intrant,
limen Dagonis azotii ad hunc di-
em non calcant, ſed transſcendunt.
Tum Ioua Azotios grauiter inſe- 6
ctatus eſt atque vexauit, et ipſos [k]
podicis morbo, et ipſorum fines
G. L. enatis muribus *H.* infeſtan-
do, *G. L.* ex quo ingenti clade per-
turbata ciuitas eſt. *H.* Quod 7
quum fieri viderent Azotii, nega-
runt, velle ſe arcam Dei Israelita-
rum apud ſe manere, qui et ipſos
et ipſorum deum Dagonem tam
dure

i) periit gloria. k) condylomatis, quum procidit ſedes.

8 dure tractaret. Itaque arcesſitis
et conuocatis omnibus Palæſti-
norum optimatibus, quæſiuerunt,
quid ſibi arca Dei Israelitarum fa-
ciendum esſet? Quibus illi reſpon-
derunt: transferendam esſe Ge-
9 tham. Quod quum fecisſent, Io-
ua oppidum illud ingentibus tur-
bis vexabat, oppidanis a maximo
ad minimum ita adfectis, vt eis
podices prociderent.
10 Itaque diuinam arcam Accaronem
miſerunt. Quo quum illa perue-
nisſet, cœperunt Accaronitæ clama-
re, iccirco ad ſe adlatam esſe Dei Is-
raelitarum arcam, vt ſe ſuosque
11 populares interficeret. Ergo, con-
uocatis omnibus Palæſtinorum
primoribus, poſtularunt ab eis, vt
arcam Dei Israelitarum in ſuum
locum remittendam curarent, ne
per eam Accaronitæ eorumque
12 populares necarentur. Nam v-
niuerſa ciuitas perniciali malo
premebatur, adeo grauiter Dei
manus vrgebat: et qui non mo-
riebantur, iis ſedes infeſtabantur,
ingentesque ciuitatis excitabantur
querelæ.

CAPVT VI.

Arca remittenda. Multæ ſolutio per Palæſtinos. Nouus currus, vaccæ, arca ad ſuos. Bethſamidarum clades, legatio.

1 IGitur, quum fuisſet arca Iouæ
in agro Palæſtinorum ſeptem
2 menſes, Palæſtini, conuocatis
ſacerdotibus et diuinis, ex eis quæ-
ſiuerunt, quid ſibi arca Iouæ faci-
endum, aut quo pacto in ſuum
3 locum remittenda foret? Quibus
illi ita reſponderunt: ſi arcam Dei
Israelitarum remittitis, ne inanem
remittite, ſed illi multam ſoluite.
Ita enim ſanabimini, et intellige-
tis, quamobrem Ioua vos infeſtare
4 non deſinat. Quærentibus, quæ-
nam illi multa pendenda foret?
reſponderunt, quinque podices au-
reos, et totidem mures aureos,
pro numero optimatum Palæſti-
norum: nam eadem clade et cete-
ri omnes, inquiunt, et veſtri pri-
mates infeſtantur. Quamobrem 5
facite ſimulacra veſtrorum podi-
cum, et murium terram vaſtanti-
um, et ea Israelitarum Deo hono-
ris ergo date, ſi forte vos veſtros-
que deos et terram infeſtare deſi-
net. Cur enim animos veſtros 6
obfirmetis, ſicut obfirmarunt Ae-
gyptii et Pharao? qui tamen ab il-
lo ſic tractati ſunt, vt coacti ſint,
illis dare misſionem. Quapro- 7
pter curate faciendum currum no-
uum vnum, et ei duas vaccas fe-
tas, quæ iugum numquam tulerint,
adligate: earumque vitulis do-
mum reductis, ſumite arcam Io- 8
uæ, et eam in currum imponite,
aureaque ſimulacra, * quæ illi mul-
tæ nomine pendetis, in capſa ad
arcæ latus ponite, eamque abire
ſinite, atque obſeruate. Si Beth- 9
ſamem in ſuos fines iter habebit;
ille nos hoc tanto malo adfecit:
ſin minus; ſciamus, nos non eius
manu premi, ſed hæc nobis caſu
accidere.
Atque ita fecerunt homines, 10
duasque boues fetas ad currum
adligarunt, domi concluſis ea-
rum vitulis, impoſita in cur-
rum arca Iouæ capſaque, et muri-
bus aureis, et podicum ſuorum
ſimulacris. Vaccæ vero recta 11
Bethſamem verſus vna via mugi-
entes ire contenderunt, neque ad
dextram aut ſiniſtram deflexerunt,
palæſtinis illas primatibus vsque
ad Bethſamis confinia ſubſecutis.
Bethſamitæ, qui tum mesſem tri- 12
ticeam in valle faciebant, vbi ar-
cam animaduerterunt, eius con-
ſpectu lætati ſunt. Quumque ve-
nisſet currus in agrum Ioſuæ
Bethſamitæ, ibique ſtetisſet, con-
ciderunt ligna currus, vaccasque
illas Iouæ ſolido ſacrificio immo-
larunt: et Leuitæ arcam Iouæ, 13
capſamque vna poſitam, in qua e-
rant aurea illa ſimulacra, depo-

ſuerunt, et ingenti ſaxo, quod il-
lic erat, impoſuerunt, eodemque
die Bethſamitæ Iouæ ſolida ſacri-
ficia et rem diuinam fecerunt.
14 Qua re animaduerſa, quinque Pa-
læſtinorum optimates Accaronem
15 eo die redierunt, Podices autem
aurei, quos Palæſtini multæ nomine
Iouæ penderunt, fuere pro Azoto v-
nus, pro Gaza vnus, pro Aſcalone v-
nus, pro Getha vnus, et pro Ac-
16 carone vnus. Mures quoque au-
rei fuerunt pro numero omnium
vrbium palæſtinarum, id eſt, quin-
17 que præfecturarum, quæ con-
tinentur ab vrbe munita, ad vi-
cum non muratum, et ad ingens
ſaxum, * in quo repoſita eſt arca Io-
uæ, quod ſaxum eſt adhuc in agro
Ioſuæ Bethſamitæ.
18 Sed Ioua in bethſamiticum popu-
lum, quod Iouæ arcam viderant, a-
nimaduertit, cæſis eorum ſeptua-
ginta hominibus ſupra quinquagin-
19 ta millia: qua tanta clade a Ioua il-
lata lugens Bethſamitarum populus,
quærebat, ecquis poſſet ante Io-
uam tam [l] auguſtum Deum conſi-
ſtere: aut ad quosnam a ſe trans-
20 ferenda foret arca? Itaque mi-
ſerunt legatos ad Cariathiarimen-
ſes, qui dicerent, redditam esſe a
Palæſtinis arcam Iouæ: deſcende-
rent, eamque ad ſe exportarent.

CAPVT VII.

*Iſraelitæ ad meliorem frugem. Ad popu-
lum Samuel. Contra Hebræos Palæſtini,
horum a Deo calamitas.*

1 ERgo venerunt Cariathiarimen-
ſes, ſublatamque arcam Iouæ
Gabaam in domum Abinada-
bi intulerunt, eiusque filium Elea-
zarum ad Iouæ arcam cuſtodien-
2 dam conſecrarunt. Ac ex quo
arca Iouæ Cariathiarimi collocata
eſt, longo ſpatio, viginti circiter
annis præteritis, totum Iſraelita-
rum genus ad Iouam lamentatum
eſt.

Tum Samuel omnes Iſraelitas 3
commonuit, vt, ſi ſe toto animo
ad Iouam conuertant, deos alie-
nos et Aſtarothum de medio ſui tol-
lerent, et bene erga Iouam animati,
vni Iouæ ſeruirent: ſic enim fore,
vt eos ille a Palæſtinis tueretur.
Itaque ſuſtulerunt Iſraelitæ Baales 4
et Aſtarothum, vnique Iouæ ſeruie-
runt. Et quum Samuel omnibus 5
Iſraelitis ad Maſpham conuentum
indixisſet, vt pro eis Iouam obſe-
craret, conuenerunt apud Maſ- 6
pham, hauſtamque aquam apud Io-
uam effuderunt, et eo die ieiuna-
runt, ſeque contra Iouam peccauiſ-
ſe confesſi ſunt: atque ita Iſraelitis
ius dixit Samuel apud Maſpham.

At vbi Palæſtinis, Iſraelitas 7
apud Maſpham conuenisſe, audi-
tum eſt, Palæſtinorum principes
in eos expeditionem fecerunt: quo
audito, Iſraelitæ ſibi metuentes a
Palæſtinis, Samuelem orant, ne 8
Iouam Deum ipſorum pro ipſis in-
uocare intermitteret, vt eos ab
iniuria Palæſtinorum defenderet.
Et Samuel agnum ſubrumum cepit, 9
eoque ſolidum Iouæ ſacrificium
fecit, Iouamque pro Iſraelitis inuo-
cauit, et exauditus eſt. Eo enim 10
adhuc ſacra faciente, Palæſtini con-
ſerto cum Iſraelitis prœlio, ingenti
Iouæ tonitru eo die perturbati, ab
Iſraelitis victi ſunt; eosque Iſ- 11
raelitæ Maſpha egresſi, vsque ſub
Bethcar occidendo perſecuti ſunt.
Et Samuel ſaxum inter Maſpham et 12
Sen collocauit, idque ſaxum auxilii
nominauit: quod nobis hucusque,
inquit, auxiliatus eſt Ioua. Ita 13
domiti Palæſtini, deinceps Iſraeli-
tarum fines non incurſarunt, toto-
que tempore Samuelis a Ioua cohi-
biti ſunt; oppida quoque ſibi a Pa- 14
læſtinis erepta Iſraelitæ per vim
recuperarunt, ab Accarone ad
Getham cum ſuis finibus, quum
pax esſet inter Iſraelitas et Amor-
ræos. Dixit autem ius Iſraelitis 15
Samuel,

l) ſeuerum.

6 Samuel, quamdiu vixit: quum
quidem quotannis Bethel, Galgala
et Maſpham obiens, Iſraelitis in
his omnibus locis ius redderet,
7 deinde Ramatham reuerteretur.
Nam ibi domum habebat, ibi ius
dicebat, ibi Iouæ aram conſtruxe-
rat.

CAPVT VIII.

Vatis filii populi duces, ii degeneres. Populus regem cupiens. Regii mores. Regis a Deo imperata creatio.

1 QVum autem conſenuiſſet Sa-
muel, filios ſuos, quorum
grandiori Ioel, alteri Abias
nomen erat, rectores Iſraelitis
2 Berſabæ impoſuit. Qui eius filii,
quum eius mores non imitarentur,
ſed ad auaritiam declinantes, mu-
nera ob ius peruertendum accipe-
3 rent, conuenerunt Ramatham ad
Samuelem omnes Iſraelitæ ſena-
4 tores, et ab eo petierunt: vt, poſt-
quam et ipſe iam ſenex erat, neque
eius filii paternos mores ſequeban-
5 tur, regem ſibi ad ſe gubernan-
dos ceterarum gentium omnium
6 more imponeret. Hac illorum de
rege ad ſe gubernandos poſtulatio-
ne offenſus Samuel, Iouam adpel-
7 lauit. Cui Ioua reſpondit in hunc
modum: obtempera populo in
omnibus, quæ a te poſtulauerint.
Non enim te, ſed me, a ſui rectione
8 depellunt: ac quales hactenus
ſemper erga me fuerunt, ex quo
illos ex Aegypto eduxi, dum, re-
licto me, diis ſeruierunt alienis;
tales erga te quoque ſe præbent.
9 Quamobrem obſequere ſane illis:
ſi prius tamen eos admonueris, eiſ-
que ius regis, in eos regnaturi, de-
10 monſtraueris. Hæc omnia Iouæ
mandata Samuel hominibus a ſe
regem petentibus expoſuit, atque
11 ita locutus eſt: hoc ius erit regis
in vos regnaturi. Ex filiis veſtris
aurigas ſibi et equites, et antecur-
12 ſores curules deliget: hos tribu-
nos, hos centuriones * creabit: his
aratoribus, his meſſoribus, his
bellici et ſuorum curruum inſtru-
menti fabricatoribus vtetur. Fi- 13
lias veſtras vnguentarias, coquas,
piſtrices ſuas faciet: agrorum, 14
vinearum, oliuetorum veſtrorum
optima quæque deliget, ſuiſque ſti-
patoribus diſtribuet. Fruges et 15
vineas veſtras decimabit, et ſuis
ſpadonibus adſeclisque dabit. Ser- 16
uorum, ancillarum, iuuenum ve-
ſtrorum lectiſſimos, aſinoſque ſu-
met, quibus ad ſua negotia vtatur:
pecora veſtra decumabit: breuiter, 17
ei ſerui eritis, ac aliquando de 18
rege, quem ipſi vobis delegeritis,
queremini, nec interim vos exau-
diet Ioua. Huic Samuelis voci 19
obtemperare nolentes Iſraelitæ,
inſtabant, vt ſibi rex crearetur;
quo ceterarum gentium omnium 20
ſimiles eſſent, rege eos gubernante,
educente, bella eorum gerente.
Quæ omnia populi verba audita 21
Samuel quum ad Iouam retuliſſet,
Ioua ei præcepit, vt illis morem
gereret, et regem crearet. Tum 22
Samuel Iſraelitis præcepit, vt in
ſua quique oppida diſcederent.

CAPVT IX.

Sauli pulcritudo, iter ad aſinas. Videns vocabulum. Saulus et puellæ. Ad Samuelem Saulus, is conuiua princeps, mox deductus a vidente.

FVit autem Beniamita quidam, 1
nomine Cis, filius Abielis, filii
Seroris, filii Bechorati, *L.* filii
Sarethi, *H.* filii Aphiæ, Ieminien-
ſis cuiuſdam filii, miles: qui fi- 2
lium habebat nomine Saulum, iu-
uenem, et ita formoſum, vt nulli
Iſraelitarum pulcritudine cederet,
et ceteros omnes humeris ſupere-
mineret. Huic Saulo filio ſuo Cis 3
pater aliquando mandauit, vt, ad-
ſumto vno de famulis, proficiſce-
retur ad veſtigandum aſinas ipſius
Cis, quæ tum perditæ erant.
Igitur Saulus, quum, peragrato 4
monte

monte Ephraimitarum, terraque
Saliſa, et Salimorum Ieminienſi-
umque, nusquam illas inuenisſet,
5 vbi in fines ſuphios ventum eſt,
famulum, quem comitem habebat,
ſic adloquitur: age reuertamur, ne
pater meus, omisſis aſinis, ſit de
6 nobis ſollicitus. Cui ille: eſt in
hoc oppido, inquit, quidam [m] diui-
nus, vir grauis, qui quidquid futu-
rum dicit, euenit: eamus illuc
modo, ſi forte nobis id ostendet,
cuius causſa ſuscepimus hoc iter.
7 At Saulus: ſi imus, inquit, quid
adferemus homini? nam et pane
exhauſtæ ſunt peræ noſtræ, nec
quidquam habemus in præſentia,
8 quo diuinum remuneremur. Eſt
mihi in præſentia (ſubiicit ille re-
ſpondens) quadrans ſicli argentei,
quem diuino dabo, nobis vt iter
9 noſtrum expediat. Fuit quidem,
quum apud Israelitas, qui [n] Deum
conſultum ibant, ſic dicerent: age
adeamus videntem: nam qui ho-
die vates, is olim videns adpellaba-
10 tur. Tum Saulus: recte mones,
eamus. Ita in oppidum perrexe-
runt, vbi ille diuinus erat.
11 Atque in adſcenſu oppidi, nacti
puellas, quæ aquatum exibant,
quærunt ex eis, numnam ſit illic
12 videns? Quibus illæ: eſt, inqui-
unt, et quidem vobis obuiam fu-
turus, modo properetis: nam hodie
venit in oppidum; quoniam per-
aguntur hodie popularia ſacra in
13 ſacello. Ingresſi oppidum, eum
protinus offendetis, antequam in
ſacellum ad epulas adſcendat. Si-
quidem ante eius aduentum popu-
lus non inibit epulas; propterea,
quod eius eſt, ſuper ſacrificio pre-
cari: tum demum epulabuntur in-
14 uitati. Quare adſcendite: non
enim dubium eſt, quin eum ſitis
inuenturi. Ita illi in oppidum ad-
ſcendunt: quumque intra oppidum
venisſent, occurrerunt Samueli,
qui exierat ad adſcendendum in
ſacellum. Præmonuerat autem 15
Ioua Samuelem, pridie quam
Saulus venit, in hunc modum:
cras ego tibi de Beniamitarum 16
finibus mittam hominem, quem tu
mei israelitici populi ducem vn-
ctione crees, qui populum meum
ab iniuria Palæſtinorum defendat.
Nam ego populum meum reſpicio, 17
eius ad me perlata querela. Igitur
Samuelem, viſo Saulo, monuit Ioua,
illum esſe, quem ipſe ei prædixisſet,
rectorem fore ſui populi. Et 18
Saulus ad Samuelem in media por-
ta accedit, et eum ſic adloquitur:
ostende quæſo mihi, vbinam ſit
domus videntis. Cui Samuel: 19
ego ſum videns, inquit reſpondens,
conſcende ante me in ſacellum.
Vos hodie apud me epulabimini,
deinde mane ego te dimittam: ti-
bique, quidquid in animo habes,
indicabo. Nam quod ad aſinas 20
pertinet, tibi tertio abhinc die per-
ditas, depone earum curam: re-
pertæ ſunt. Sed hoc ſciendum tibi
eſt, eum esſe te, in quem vnum,
et in tuam vniuerſam patriam fa-
miliam, ſpectent res Israelitarum.
Et Saulus: quum ego genus ad 21
Ieminim, inquit, referam, ortus ex
minima gentilitatum tribus benia-
minenſis, quæ tribus omnium eſt
Israelitarum minima, qui fit, vt tu
iſtud mihi dicas?

At Samuel Saulum eiusque famu- 22
lum in cœnationem introduxit, eis-
que ſummum inter inuitatos, qui
erant circiter triginta, locum dedit.
Tum a coquo popoſcit eam portio- 23
nem, quam ei tradiderat, et ipſum
penes ſe reponere iusſerat, (exce- 24
perat autem coquus armum, et quod
armo adhæret) Sauloque adpoſuit:
et, ecce, reliquias, inquit, adpone
ipſe tibi, veſcere: nam hoc tibi ex
compoſito reſeruatum eſt, [o] quod
dicerem, me inuitasſe homines. Ita
epula-

m) vates. n) ſciſcitatum oraculum. o) Sciebam, te adfuturum. Ideoque coquo, vt hoc reſeruarer, mandaui: me enim habiturum conuiuas alios.

epulatus eſt eo die Saulus cum Sa-
25 muele. Deinde ex ſacello deſcen-
derunt in oppidum, et ille cum
Saulo ſuper tecto collocutus eſt.
26 Poſtridie, vbi ſurrectum eſt, ſub
ortum auroræ vocauit Saulum Sa-
muel in tectum: et, ſurge, inquit,
volo te dimittere.
27 Quumque ſurrexiſſet Saulus,
egreſſi ſunt ambo foras, ipſe et
Samuel. Atque inter deſcenden-
dum, ad extremum oppidi, monuit
Saulum Samuel, vt famulum iube-
ret ipſos præuertere, atque antece-
dere: ipſe autem paullisper reſta-
ret, vt ei diuinum mandatum expo-
neret.

CAPVT X.

Sauli vnctio, de Saule vaticinium. Hic vna cum vatibus vates. Rex creatus diſſimulator.

1 DEinde, ſumta olei ampulla,
caput Sauli perfudit, eumque
deoſculatus, inquit: te qui-
dem vngit Ioua [p] ſuæ poſſeſſionis
2 ducem. Quum hodie digreſſus a
me fueris, reperies homines duos
apud ſepulcrum Rachelis in finibus
Beniamitarum, apud Selſam, qui
tibi nuntiabunt, repertas eſſe aſi-
nas, ad quas veſtigandas profectus
es: patremque tuum, omiſſa cura
aſinarum, de vobis ſollicitum, et
3 filii ſui cauſſa anxium eſſe. Illinc
progreſſus vlterius, vbi perueneris
ad quercum Thaboris, incides illic
in homines tres, Bethel ad [q] Deum
adſcendentes: quorum vnus tres
hædos, alter tres panes, tertius v-
4 trem vini portabit, qui te ſaluta-
bunt, tibique duos panes dabunt,
5 quos tu ab illis accipies. Deinde
venies in collem diuinum, vbi ſunt
Palæſtinorum præſidia: vbi oppi-
dum ingrediens, occurres cœtui
vatum de ſacello deſcendentium,
et præcedente nablo, tympano,
tibia et cythara, vaticinantium:
cum quibus tu quoque, Iouæ ſpi- 6
ritu correptus, vaticinabere, et in
alium hominem mutabere. Quæ 7
poſtquam tibi ſigna eueniſſe conti-
gerit, tum facias licet, tibi quod in
manum venerit: nam tibi Deus ad-
erit. Deſcendes autem ante me 8
in Galgala, quo ego ſum ad te de-
ſcenſurus, ad ſolida ſacrificia, et ad
ſacra pro ſalute facienda. Tu ſe-
ptem dies exſpectato, dum ego ad
te veniam, tibique, quid facien-
dum ſit, oſtendam, Igitur ſi- 9
mulatque digrediens a Samuele
Saulus, humeros conuertit, Deus
ei mentem in aliam immutauit,
eodemque die omnia ſigna illa
contigerunt. Atque vbi illo, vi- 10
delicet Gabaam, venerunt, occur-
rit ei cœtus vatum, quos inter i-
pſe diuinitus adflatus, vaticinari
cœpit. Eum quum inter vates 11
vaticinantem adſpicerent, quicum-
que eum antea cognouerant, vul-
go inter ſe dictitabant: quidnam
filio Cis accidit? An et Saulus in-
ter vates? Et quidam, qui ade- 12
rat: Immo [r] quis eorum pater eſt?
inquit. Itaque abiit in prouerbi-
um: an et Saulus inter vates?
Deinde vbi vaticinari deſiit, venit 13
ad ſacellum, et quærenti patruo 14
ex ipſo et ex famulo, quonam
profecti fuiſſent? reſpondit, ad
quærendas aſinas: quas quum non
exſtare viderent, adiuiſſe Samue-
lem: petentique patruo, vt ſibi 15
exponeret, quid eis Samuel dixiſ-
ſet? reſpondit Saulus, illum in- 16
dicaſſe, repertas eſſe aſinas: ſed de
regno quod dixerat Samuel, non
indicauit.

Deinde Samuel, conuocato ad Io- 17
uam populo apud Maſpham, cum Iſ-
raelitis ſic locutus eſt: ſic dicit Io- 18
ua Deus Iſraelitarum: ego Iſraeli-
tas eduxi ex Aegypto, et vos tum ex
Aegyptiis, tum ex omnibus, quæ vos
opprimebant, regnis eripui, et 19
vos

p) ſuorum Iſraelitarum. q) Dei fanum. r) non ſolum vates eſt Saulus, ſed etiam vatum pater, hoc eſt ſummus.

vos hodie Deum veſtrum (per
quem eſtis ab omnibus malis atque
hoſtibus defenſi) repudiatis, regem-
que vobis imponi flagitatis. Qua-
re adeſte coram Ioua, in tribus
20 copiasque distributi. Ita ſortito
Samuele tribus omnes iſraeliticas,
21 beniaminenſi ſors obuenit: qua
porro ducta per cognationes, et
matriana cognatione deſignata, de-
22 claratur Saulus, Cis filius. Is
quum quæſitus non inueniretur,
interrogatus inſuper Ioua, an ad-
huc eo veniſſet homo? eum apud
impedimenta latere, reſpondit.
23 Itaque eo concurſum eſt, arceſſi-
tusque illinc, et in medio populi
collocatus eſt, quum quidem cete-
ros omnes humeris ſupereminer et.
24 Hic Samuel ad vniuerſos ita loqui-
tur: videtisne, quem elegit Ioua?
vt ei nemo omnium ſit par? Et
vniuerſi ouantes regem ſalutarunt.
25 Tum Samuel regni iura populo
expoſuit, deſcriptaque in libro, a-
pud Iouam depoſuit, et omnem
26 populum domum dimiſit. Saulus
quoque domum ſuam Gabaam pro-
fectus eſt, ſecutis eum militibus, ſi
quorum animi diuinitus incita-
27 bantur. Quumque improbi qui-
dam dictitarent: quid? nosne iſte
vt tueatur? eumque contemne-
rent, neque ei munera adferrent,
diſſimulabat.

CAPVT XI.

In Galaaditas Ammonita. Regis crudelitas contra populum. A Saulo cæſus Ammonita. Victorum lætitia.

1 DEinde *G. L.* poſt vnum fere
menſem *H.* fecit Nahas Am-
monita expeditionem, ca-
ſtraque poſuit apud Iabem Galaa-
ditarum. A quo quum Iabenſes
vniuerſi peterent, vt ſecum pacem
facerent, ea lege, vt ipſi ei ſerui-
2 rent: reſpondit, ea ſe conditio-
ne cum eis pacem eſſe facturum,
ſi eis omnibus dextros oculos ef-
foderet, eoque dedecore omnes
Iſraelitas adficeret. Tum Iaben- 3
ſes ſenatores ab eo petierunt, ſibi
dies ſeptem concedi, quibus lega-
tos in omnes Iſraelitarum partes
dimitterent. Quod ſi defenſores
adepti non fuiſſent, ſeſe illi dedi-
turos eſſe. Profecti igitur legati 4
Gabatham Sauli, negotium, audien-
te populo, expoſuerunt: vnde,
quum eſſet totius populi fletus ex-
citatus, Saulus, qui tum rure 5
boues agens veniebat, perconta-
tus, quid populo accidiſſet, vt plo-
raret: vbi ei Iabenſium narrata 6
res eſt, audito eo nuntio, diuini-
tus adflatus, iraque graui motus,
par boum cepit, diſſectumque 7
in omnes Iſraelitarum fines per
nuntios dimiſit, cum edicto, vt qui
Saulum et Samuelem ſecuti non
eſſent, eorum bubus ita fieret.
Ita Iouano pauore correpti homi- 8
nes ad vnum adfuerunt, quos ille
apud Bezec recenſuit, fueruntque
Iſraelitarum trecenta millia, Iudæ-
orum autem triginta millia.
Tum legatis, qui venerant, man- 9
datum eſt, vt Iabenſibus Galaaditis
renuntiarent, poſtridie, quum ſol
incaluiſſet, auxilium habituros.
Quod quum digreſſi legati Iabenſi- 10
bus retuliſſent, lætati Iabenſes re-
ſponderunt Ammonitis, ſeſe po-
ſtero die deditionem facturos, in-
que eorum poteſtate atque arbi-
trio futuros. Poſtridie Saulus 11
exercitum tripartito intulit, me-
diaque caſtra de matutina vigilia
adorti Saulini, Ammonitas vsque
ad æſtum ſolis occiderunt: reliqui
ita diſſipati ſunt, vt nusquam ibi
duo ſimul reſtarent. Tum po- 12
pulus a Samuele petiit, homines
illos, qui Saulum regem repudiaue-
rant, ſibi dedi, atque interfici: ſed
negauit Saulus, quemquam eo die
moriturum, quo Ioua victoriam
dediſſet Iſraelitis. Deinde po- 13
pulo ſic præcepit Samuel: agite, 14
proficiſcamur ad Galgala, regnum-
que illic renouemus. Ita profe- 15
cti

ſti omnes ad Galgala, Saulum illic
coram Ioua regem crearunt, ſa-
craque pro ſalute apud Iouam fe-
cerunt, atque ibi Saulus et omnes
Iſraelitæ multum lætati ſunt.

CAPVT XII.

Samuelis concio, huius a populo laudes. Portenta. Trepida multitudo.

1 TVm Samuel cum vniuerſis Iſ-
raelitis ita locutus eſt: equi-
dem vobis in omnibus veſtris
poſtulatis morem geſſi, creauique
2 regem: et nunc ecce regem, qui
vobis præſit. Equidem iam ſenex
et canus ſum, et ecce filii mei, qui
3 apud vos degunt. Quum igitur
vobis ab ineunte ætate ad hunc vſ-
que diem præfuerim, reſpondete
mihi præſenti, coram Ioua, co-
ramque eius vncto, eccui bouem
aut aſinum eripuerim? ecquem
fraudauerim, aut oppreſſerim? a
quo præmium acceperim, vt in e-
ius crimine conniuerem? et vobis
4 ſatisfaciam. Cui illi: tu neque
nos fraudaſti, aut oppreſſiſti, in-
quiunt, neque quidquam a quo-
5 quam abstuliſti. Et ille: ergo
vos Iouam eiusque vnctum hodi-
erno die teſtamini, nihil vos ha-
bere, quod de me expoſtuletis.
Teſtamur, inquiunt.
6 Et Samuel: adeſte igitur, vt apud
Iouam (qui Moſem Aharonemque
fecit, quique maiores veſtros eduxit
ex Aegypto) vobiscum diſputem de
tot Iouæ erga vos, ergaque maiores
7 veſtros, meritis. Poſtquam venerat
Iacobus in Aegyptum, inuocatus a
maioribus veſtris Ioua, Moſem A-
haronemque miſit, qui illos ex Ae-
gypto eductos, in hoc loco colloca-
8 runt. Deinde, quum Iouæ Dei
ſui obliti, et propterea ab ipſo Io-
ua dediti eſſent Siſaræ duci exer-
citus Haſoris, aut Palæſtinis, aut
regi Moabitarum, atque ab illis
debellati, Iouam implorarunt, 9
et ſe peccauiſſe confeſſi ſunt, qui, 10
relicto Ioua, Baales Aſtarothum-
que coluiſſent: petieruntque, vt
ſe ab hoſtibus liberaret, ſeque ei
ſeruituros, ſpoponderunt. Itaque 11
miſit Ioua Ierobaalem, et Beda-
nem, et Iephtham, et Samuelem,
et vos ab hoſtibus vndique libe-
ratos in tuto collocauit. At vos, 12
quum videretis, vos ab Ammoni-
tarum rege Naha inuadi, poſtula-
ſtis a me, regem vobis præponi,
quum Ioua Deus veſter idem rex
veſter eſſet. Et nunc ecce regem, 13
quem vos delegiſtis, quem poſtu-
laſtis: en vobis præfecit Ioua re-
gem. Si Iouam reuerebimini, ſi 14
coletis, ſi ei dicto audientes eritis,
ſi Iouæ mandatum non violabitis,
ſed Iouam Deum veſtrum tum vos,
tum rex, vobis ab eo præfectus,
ſequemini, *G.* non infeſtabit vos 15
Ioua. *H.* Sin autem Iouæ non ob-
temperantes, eius mandato con-
trauenietis, et vos et ſ *G.* veſtrum 16
regem *H.* Ioua infeſtabit. Iam 17
vero adeſte, et videte, quantam
rem Ioua ob oculos veſtros faciet.
Hodie tritici meſſis eſt: ego Io-
uam inuocabo, et tonabit, * atque
pluet: vt intelligatis videatisque,
quanto Iouam peccato offenderi-
tis, regem vobis poſtulando. De- 18
inde Iouam inuocauit Samuel: et
Ioua tonitrua pluuiamque eo die
dedit, vnde vniuerſi magno et
Iouæ et Samuelis metu perculſi,
a Samuele contenderunt, vt pro 19
ipſis Iouam Deum ſuum oraret, ne
morerentur: quoniam tot ſua pec-
cata hoc ſcelere poſtulandi regis
cumulaſſent. Quibus Samuel: 20
omittite timorem, inquit. Ve-
ſtrum quidem factum hoc per-
quam nefarium eſt: verumta- 21
men nolite a Ioua deficere: quin
ei toto pectore ſeruite, neue ad t
iſta nihili deſciſcite, quæ neque
pro-

s) in Hebræo eſt, patres veſtros: ſed in Græco melius, vt mihi videtur.
t) diuos et inanes deos.

proſunt, neque opitulantur: ad-
22 eo nihili ſunt. Neque enim de-
ſtituet Ioua populum ſuum, pro-
pter ſuum tam celebre nomen, poſt-
quam vos ſibi populum facere vo-
23 luit. Ego quoque, abſit, vt hoc in
Iouam ſcelus committam, vt pro
vobis orare intermittam, et vos
honeſtis rectisque moribus inſtru-
24 ere. Tantum Iouam reueremi-
ni, eique vere toto pectore ſeruite.
25 Videte enim, quantam vobis rem
fecerit: quod ſi male feceritis, et vos
et rex veſter peribitis.

CAPVT XIII.

In Palæſtinos Ionathan. Iſraelitarum fuga. Sauli temeritas. In eum Samuel. Inermes Hebræi.

1 INiuit autem Saulus regnum, * an-
num agens, et regnauit in Iſrae-
2 litas annos duos. Delegit au-
tem Saulus tria Iſraelitarum millia:
quorum duo millia ſecum apud
Machmas, montemque bethelen-
ſem retinuit: mille cum Ionatha-
ne reliquit apud Gabaam Benia-
mitarum: reliquos domum remi-
3 ſit. Deinde quum occidisſet Io-
nathan Palæſtinorum præſidium,
quod erat Gabaæ collocatum, id-
que audiuisſent Palæſtini, Saulus
vbique tuba ſonandum curauit, eo
conſilio, vt id audirent Hebræi.
4 Quod quum audiuisſent omnes
Iſraelitæ, a Saulo occiſum eſſe Pa-
læſtinorum præſidium, Palæſtinos-
que Iſraelitis infenſos eſſe, con-
uenerunt ad Saulum apud Galga-
la.
5 Sed quum Palæſtini ad Iſrae-
litas bello perſequendos conuenis-
ſent, triginta millia curruum et
ſex millia equitum ſecum haben-
tes, præter milites arenæ litoris
marini numerum adæquantes, pro-
fectique caſtra fecisſent apud
Machmas, ab oriente Bethauenis:
6 Iſraelitæ, videntes rem ſuam eſſe
in anguſto, propinquantibus illis,
abdere ſe in mandras, in latebras,
in rupes, in tesqua atque ſpelun-
cas: pars Hebræorum Iordanem 7
traiicere, ſeque in fines Gadino-
rum Galaaditarumque recipere.
Saulus ergo, qui adhuc apud Gal- 8
gala erat, omnibus, qui circa eum
erant, perterritis, quum ſeptem
dies exſpectasſet, quod ſpatium fue-
rat a Samuele definitum, neque
Samuel in Galgala venisſet, et ex-
ercitus ab eo dilaberetur: iusſit, 9
hoſtias adduci ſibi, ad ſolidum ſa-
crificium et pro ſalute faciendum,
fecitque ſolidum ſacrificium.
Quod ſimulac abſoluit, ecce aderat 10
Samuel, cui progresſus obuiam
Saulus, vt eum ſalutaret, et inter-
rogatus ab eo, quid fecisſet, ſic re-
ſpondit: quum viderem, mili- 11
tes a me dilabi, neque te ad diem
venire, et Palæſtinos apud Mach-
mas conuenisſe: veritus, ne mox 12
ad me in Galgala deſcenderent Pa-
læſtini, quum nondum Iouæ pre-
ces tulisſem, coactus ſum ſolidum
facere ſacrificium. At Samuel: 13
ſtulte feciſti, qui, quod tibi a Ioua
Deo tuo præceptum erat, non fe-
ceris. Iam vero Ioua regnum ti-
bi in Iſraelitas æternum ſanxisſet.
At nunc non erit firmum regnum 14
tuum: quæſiuit Ioua ſibi homi-
nem ex animi ſui ſententia, cui
populum ſuum regendum mandet:
quoniam tu eius præcepto non
paruiſti. Hæc locutus Samuel, 15
Galgalis digresſus eſt, et Gabaam
Beniamitarum venit. Saulus, quos
habebat in præſentia, milites re-
cenſuit, homines circiter ſexcen-
tos: cumque eis, et cum Iona- 16
thane, Gabaæ Beniamitarum man-
ſit. Exierant autem ex Palæſtino-
rum caſtris, apud Machmas poſi-
tis, populatores, tripartito diuiſi:
quorum vna pars Ophram verſus 17
contenderat, in fines Saulis: al- 18
tera Bethoronem verſus: tertia
eum tractum petiuerat, qui Sebo-
iorum vallem ſpectat, in ſiluam.
Nec vllus faber ferrarius exſtabat 19
in

in omnibus Iſraelitarum finibus:
quod ideo curauerant Palæſtini,
ne facerent Hebræi gladios aut lan-
20 ceas. Itaque deſcendebant omnes
Iſraelitæ ad Palæſtinos, ad vome-
res, ligones, ſecures, et cetera fer-
21 ramenta inſpicanda; erantque
tum obtuſi vomeres, ligones, tri-
dentes et ſecures, reficiendique ſti-
22 muli: acciditque, vt belli tempo-
re nullus in vniuerſis Sauli aut Io-
nathanis copiis esſet, qui gladium
aut lanceam haberet, Saulo et Io-
nathane eius filio exceptis.

CAPVT XIIII.

In Palæſtinos Ionathan. Regium dirum edictum. Ionathan mel comedens. In filium rex. Pro illo milites. Sauli victoriæ, ſoboles, in fortes munificentia.

1 IGitur quodam die Ionathan,
Sauli filius, armigerum ſuum
hortatus eſt, vt adorirentur Pa-
læſtinorum quoddam præſidium,
quod vltra Machmas procesſerat,
et paullo vltra ipſos conſederat:
2 neque id Saulo patri ſuo indicauit,
qui tum ſub malo punica apud
Magronem ad extremum Gabaæ
ſedebat, comitibus circiter ſexcen-
3 tis: quum quidam Achias, Achi-
tobi filius, fratris Ichabodi, Phineis
filii, nepotis Elis, Iouæ apud Silun-
tem pontifex, ephodum geſtaret,
et illi Ionathanem profectum esſe
4 neſcirent. Erant inter aditus, qua
Ionathan ad Palæſtinorum ſtatio-
nem penetrare conabatur, duo præ-
rupti ſcopuli, alter altera ex parte
aditum tenentes, quorum alter Bo-
5 ſes, alter Sene adpellabatur: ille
ab aquilone a fronte Machmantis,
hic ab auſtro a fronte Gabaæ fixus.
5 Ionathan ergo armigerum ſuum
ſic adhortatus eſt: agedum, adgre-
diamur præputiatorum iſtorum
præſidium, ſi forte Ioua ſtabit a
nobis. Neque enim Iouæ difficilius
eſt, exiguis copiis vincere, quam
magnis. Cui armiger: facito, vt 7
libet, inquit, perge, ego te comita-
bor, vt voles. Et Ionathan: quum 8
adoriemur eos, inquit, ſi ipſi, nobis
conſpectis, iusſerint, nos exſpecta-
re, dum ipſi ad nos veniant, reſtabi-
mus ibidem, neque ad eos adſcen-
demus. Sin autem iusſerint, vt 9
ad ſe adſcendamus, adſcendemus:
nam hoc ſignum erit, victoriam 10
nobis a Ioua de illis dari.
Igitur ambo ſeſe Palæſtinorum 11
præſidio oſtendunt. Tum Palæ-
ſtini dicere: prodeunt Hebræi ex
cauernis, in quas ſeſe abdiderant.
Deinde Ionathanem et eius armi- 12
gerum adloquuntur præſidiarii
milites: adſcendite ſane ad nos,
et *a* vos quidpiam docebimus.
Tum Ionathan: adſcende pone
me, inquit armigero: nam eos Io-
ua addicit Iſraelitis. His dictis, 13
manibus pedibusque erepit, ſe-
quente armigero, cæſique ſunt illi
a Ionathane, armigero poſt eum
interficiente: Atque in hac pri- 14
ma cæde, a Ionathane eiusque ar-
migero facta, ceciderunt homi-
nes circiter viginti, in agri ſpatio
dimidii fere iugeri: ex quo tan- 15
tus terror non ſolum caſtra, agros,
milites omnes præſidii, ſed ipſos
etiam populatores peruaſit, vt terra
ipſa, terrore diuinitus incusſo, con-
tremiſceret. Quod quum esſet a 16
Sauli ſpeculatoribus apud Gabaam
Beniamitarum animaduerſum, tu-
multum exſtitisſe, qui ſerperet,
et magis magisque increbeſceret,
iusſit Saulus eis, qui apud ſe ade- 17
rant, vt conquirerent et diſpicerent,
ecquis ab ipſis diſcesſisſet. Facta- 18
que ab illis conquiſitione, et inuen-
to, Ionathanem eiusque armigerum
abesſe, iusſit Achiæ, vt diuinam ar-
cam adferret: erat enim tum arca
diuina apud Iſraelitas. Atque in- 19
terea Saulo pontificem adloquente,
quum ille in caſtris Palæſtinorum
tumultus etiam atque etiam cre-

a) docebimus vos, quid ſit nos lacesſere, hoc eſt, vos interficiemus.

ſceret, iuſſit pontifici, vt deſiſteret:
20 coactisque eis omnibus, qui ade-
rant, prœlium adit. Ecce autem illi
maximo tumultu ferrum in ſeipſos
21 inuicem conuerterant, nec non
Hebræi (qui antea cum Palæſtinis
fuerant, cumque illis profecti ag-
men clauſerant) ii ad Saulinorum
Ionathanenſiumque partes transie-
22 rant. Præterea quicumque Israe-
litarum in Ephraimitarum mon-
tanis latitabant, ii, audita Palæſti-
norum fuga, eos et ipſi bello per-
23 ſequebantur. Atque ita victori-
am tradidit eo die Ioua Israelitis,
translatumque eſt bellum ad Beth-
24 auen. Eo autem die, quum coi-
uisſent Israelitæ, Saulus eos iure-
iurando obſtrinxerat, deuouens, ſi
quis cibum caperet ante veſperum,
dum ipſe ſuos hoſtes vlciſceretur.
Itaque illorum nemo cibum guſta-
25 uerat. Quumque omnes in ſil-
uam venisſent, et ibi fluens in agri
ſolo mel adſpicerent, nemo tamen
ori ſuo manum admouit, quod ius-
iurandum metuebant.
26 At Ionathan, qui, quum pater
ſuus illos obteſtaretur, non audi-
uerat, baculi, quem manu fere-
27 bat, extremum protendit, fauo-
que mellis intinctum, manu ad os
ſuum admouit: ex quo [b] illuſtra-
28 ti ſunt eius oculi. Tum quidam
militum ei ita dixit: obſtrinxit
pater tuus ſacramento milites, cum
deuotione, ſi quis hodie cibum
guſtasſet, quum tamen eſſent de-
29 feſſi. Cui Ionathan: perturba-
uit pater meus omnia, inquit: vi-
dete enim, vt mihi colluſtrati ſint
oculi, quoniam paullulum quid hu-
30 ius mellis guſtaui: quid ſi come-
disſent hodie milites [c] de præda
hoſtium ſuorum, [d] quantum ſatis
eſſet: quum nunc [e] non ſatis magna
illata Palæſtinis clades eſt.
31 Igitur cæſis eo die Palæſtinis a
Machmante ad Aialonem, multum
defeſſi milites, ad prædam ſe con-
uertunt, captasque oues et ca- 32
pras, et boues atque vitulos humi
mactant, et cum ipſo ſanguine
comedunt. Quod poſtquam eſt 33
Saulo nuntiatum, milites in Iouam
peccare, cibum vna cum ſanguine
capiendo, præfatus, illos contra fas
facere, iubet, ad ſe e veſtigio 34
ſaxum ingens aduolui, et pasſim
militibus edici, vt ſuos boues et
pecora ad ſe adducant, ibique ma-
ctent atque comedant: neue con-
tra Iouam carne cum ſanguine ve-
ſcendo peccent. Itaque accedunt
omnes, boues ſuos ſecum ſub no-
ctem ducentes, eosque illic ma-
ctant. Et Saulus aram Iouæ con- 35
ſtruxit, quæ quidem prima Iouæ
ab eo conſtructa eſt. Deinde ſuos 36
cohortatus eſt, vt noctu ſecum Pa-
læſtinos inſequerentur, et vsque ad
lucem matutinam deprædarentur,*
neque eorum quemquam reliquum
facerent. Quumque omnes iube- 37
rent, vt faceret, quidquid liberet,
ſuaſit pontifex, vt illic accederent
ad Deum. Sed Deus a Saulo con-
ſultus de perſequendis Palæſtinis,
et an eſſet eos Israelitis dediturus,
nihil eo die reſpondit. Tum 38
Saulus: adeſte huc, inquit, vniuer-
ſi ordines exercitus, et cognoſcite
atque diſpicite, quisnam ſit huius
hodierni peccati auctor. Nam per 39
Iouam immortalem, Israelitarum
conſeruatorem, ſi is eſt vel Iona-
than filius meus, morte plectetur.
Quumque nemo omnium ei re- 40
ſpondisſet: vos (inquit ad omnes
Israelitas) eritis in altera parte,
ego et Ionathan filius meus in al-
tera. Cui illi: vt libet, inquiunt.
Et Saulus Iouam ſic adloquitur: 41
Deus Israelitarum age ſeuere. Ac
ceteris elapſis, Ionathan et Saulus
deprehenſi ſunt. Et Saulus ita 42
dicit:

b) qui ſcilicet peruigilatione aut fame caligabant. c) quæ videlicet melle dulcior eſt, quanta victoriæ lux eſſet exorta nobis? d) ad ſatietatem. e) quia fame languent milites.

dicit: ſortem iacite inter me et Io-
nathanem filium meum. Et quum
deprehenſus Ionathan esſet: ille ſic
43 eum adloquitur: indica mihi,
quid feceris. Tum Ionathan indi-
cat: guſtaui, inquit, ab extremo
baculi, quem manu ferebam, pau-
44 xillulum mellis, et moriar? Cui
Saulus: ita mihi ſit Deus, inquit,
propitius, vt tu morte plecteris,
45 Ionathan. Sed milites Saulum ſic
interpellant: ergone morietur Io-
nathan, qui hanc tam inſignem
victoriam peperit Israelitis? mini-
me vero: per Iouam immortalem,
ne pilum quidem amittet: nam
Deum adiutorem habuit hodierno
die. Atque ita Ionathanem a morte
46 vindicauere milites. Et Palæſtini,
Saulo ab eis perſequendis digresſo,
47 domum concesſerunt. Saulus au-
tem Israelitarum regno potitus,
omnes vndique ſuos hoſtes debella-
uit, Moabitas, Ammonitas, Idumæ-
os, Sophenæ reges, et Palæſtinos:
ac quocumque ſe verterat, ſuperior
48 erat: coactisque copiis Amalechi-
tas ſuperauit, et Israelitas ab op-
49 presſorum iniuria liberauit. Ha-
buit autem Saulus filios, Ionatha-
nem, Iesſuim et Malchiſuam, duas-
que filias, quarum grandiori Me-
roba, minori Michol nomen erat.
50 Eius vxor Achinoama vocabatur,
Achimaæ filia: dux exercitus Ab-
ner, Neris filius, patrui Sauli, cuius
51 Sauli pater erat Cis. Abneris pa-
ter erat Ner, Abielis filius. Fuit
autem acre bellum aduerſus Pa-
læſtinos, quamdiu vixit Saulus.
52 Itaque, quoscumque viros fortes ac
bellicoſos animaduerterat, eos ſibi
adſciſcebat.

CAPVT XV.

In Amalechitas Saulus. Horum clades. Regis contumacia. Agagi nex a Samuele.

1 SAmuel autem Saulum ſic admo-
nuit: miſit me Ioua ad vngen-
dum te, ſuorum Israelitarum
regem. Quamobrem obtempe-
ra Iouæ dictis. Sic autem dicit 2
Ioua bellipotens. Recolo, quid
Amalechitæ fecerint Israelitis, vt-
que eorum iter ex Aegypto pro-
fectorum infeſtauerint. Quapro- 3
pter i occiſum Amalechitas: et e-
orum omnia, nihil parcentes, cor-
rumpitote, atque interficitote, vi-
ros, mulieres, infantes, lactentes,
boues, oues, camelos et aſinos.

Igitur Saulus conuocatos milites 4
recenſuit apud Telaim, peditum
ducenta millia, et Iudæorum decem
millia: et Amalechitarum vrbem 5
adgresſus, atque apud fluuium con-
flicturus, *f* Cenæos præmonuit, 6
vt ab Amalechitis abirent, recede-
rent, deſciſcerent, ne ipſe eos vna
cum illis perderet, qui tamen Cenæi
humanos ſe erga omnes Israelitas
ab Aegypto profectos præbuisſent.
Quumque recesſisſent ab Amalechi- 7
tis Cenæi, fudit Saulus Amalechitas
ab Heuila, vsque dum veniatur ad
Sur, quod contra Aegyptum ſitum
eſt: viuoque capto Agago Ama- 8
lechitarum rege, ceteros omnes
ferro trucidauit. Sed Agago pe- 9
percit ipſe et exercitus, et ouium,
caprarum, boumque optimis qui-
busque, et maxime opimis, agnis-
que et optimis quibusque; neque
ea voluerunt corrumpere: vilis-
ſima autem et abiectisſima quæque
peruerterunt.

Itaque cum Samuele locutus Io- 10
ua dixit: ſe pœnitere creati regis 11
Sauli; quoniam a ſe defecisſet, ne-
que ſua mandata exſecutus esſet.
Eam rem ægre ferens Samuel, Io-
uamque tota nocte comprecatus,
mane ſurgit ad occurrendum Sau-
lo. Quem quum audiret in Car- 12
melum veniſſe, erectoque tropæo
reuerſum perrexisſe, et in Galga-
la deſcendisſe, venit ad eum. Et 13
Saulus Samuelem ita ſalutauit: ſal-
ue a Ioua, exſecutus ſum manda-
tum Iouæ. At Samuel: quis ergo 14

S 2 bala-

f) erant ii Iethrone Moſis ſocero prognati.

balatus pecorum venit ad aures
meas ? aut quem ego boum mugi-
15 tum audio ? Et Saulus : ex Ama-
lechitis abacta ſunt, inquit. Nam
abſtinuere milites optimis quibuſ-
que balantum atque boum, ad ſa-
crificandum Iouæ Deo tuo : cete-
ra quidem funditus euertimus.
16 Tum Samuel : licetne tibi expo-
nam, quid mihi Ioua dixerit hac
17 nocte ? Licet, inquit ille. Et Sa-
muel : quum ex tam tenui condi-
tione (g vt tu tibi videbare) iſrae-
liticarum tribuum caput euaſeris,
et a Ioua Iſraelitarum rex vnctus
18 ſis : cur ab eo in hanc expeditio-
nem miſſus, et ſceleratos Amale-
chitas exſcindere, ac bello ad in-
ternecionem perſequi iuſſus, non
obediuiſti, ſed ad prædam conuer-
19 ſus, Iouam offendiſti ? Cui Sau-
lus : immo vero Iouæ obediui, in-
quit, expeditionemque, ad quam
ab eo miſſus ſum, confeci, et exci-
ſis Amalechitis, eorum regem Aga-
20 gum adduxi. Tantum milites de
manubiis pecora, bouesque, deuo-
torum primitias deſumſerunt, qui-
bus Iouæ Deo tuo apud Galgala ſa-
21 crificaretur. At Samuel : quaſi
vero tam Iouæ placeant hoſtiæ et
ſacrificia, inquit, quam ei dicto
audientem eſſe ? obedientia (vt tu
ſcias) melior eſt ſacrificio : et ob-
22 temperatio, adipe arietino. Nam
non parere,peccatum eſt magicum:
et contumacem eſſe, in eadem cul-
pa ponitur, ac ſimulacra colere. Et
quoniam tu Iouæ mandatum repu-
diaſti, ipſe te viciſſim regno pri-
23 uabit. Tum Saulus : peccaui, in-
quit, qui contra Iouæ iuſſa, contra-
que tua mandata, populum veritus,
24 eique obſecutus, fecerim. Sed tu
mihi veniam da, et mecum reuer-
25 tere, vt Iouam adorem. Et Sa-
muel : non reuertar tecum, qui
Iouæ mandatum adſpernatus ſis,
ideoque per eum iſraelitico regno
26 abdicatus. His dictis Samuel con-
uerſus diſcedebat : quem ille gre-
mio penulæ prehendit, et penula
abrupta eſt. Tum Samuel ita lo- 27
quitur : abrumpit hodie a te Ioua
Iſraelitarum regnum, idque alteri
te meliori tradit. Neque vero 28
fallet Iſraelitarum triumphator,
neque animum mutabit : non enim
homo eſt, animum vt mutet. Et 29
ille : peccaui, inquit : ſed tu hunc
mihi apud ſenatores meorum po-
pularium, apudque Iſraelitas ho-
norem concede, vt mecum redeas,
quo Iouam Deum tuum adorem.
Ita redeuntem Saulum comitatus 30
eſt Samuel, adorauitque Iouam
Saulus. Tum Samuel Amalechi- 31
tarum regem Agagum ad ſe iuſſit
adduci. Quumque Agagus ad eum
delicate acceſſiſſet, mortis acerbi-
tatem abfore ſperans, Samuel ita
dixit : quemadmodum orbauit 32
enſis tuus mulieres, ſic orbabitur
præ ceteris mulieribus tua mater.
Hæc locutus Samuel, Agagum apud 33
Iouam Galgalis diſſecuit. Deinde 34
Ramatham diſceſſit, et Saulus do-
mum ſuam Gabaam Sauli petiit,
nec vmquam poſtea per omnem
vitam Saulum vidit Samuel, quod
eius vicem dolebat.

CAPVT XVI.

Samuel a Ioua incuſatus, idem ad vngendum Dauidem. Sauli vexatio, per Dauidem mitigatio.

AT Ioua, quem Sauli Iſraeli- 1
tarum regis creati pœnitebat,
Samuelem ſic adlocutus eſt:
quouſque Saulum lugebis, quem
ego regno Iſraelitarum abdicaui ?
Reple tuum cornu oleo, et profici-
ſcere iuſſu meo ad Iſæum Bethle-
hemitam : nam de eius filiis ego
mihi regem proſpexi. Cui Samu- 2
el : quo pacto, inquit, proficiſcar ?
nam ſi hoc audiuerit Saulus, inter-
ficiet me. Et Ioua : vitulam tecum
duces, inquit, dicesque, te ad Iouæ
ſacrificandum veniſſe, et Iſæum 3
ad

g) Dixerat enim Saulus, ſe tenuiſſimæ conditionis eſſe, cap. 9, 21.

ad ſacrificium vocabis: ego tibi,
quid agendum ſit, oſtendam, et tu
mihi vnges, quem tibi ſignificaue-
4 ro. His Iouæ mandatis paruit
Samuel, Bethlehemamque profe-
ctus eſt, et mirantibus aduentum
ſuum ſenatoribus ciuitatis, quæ-
rentibusque, an ſalua re veniret?
5 ſalua, inquit, ad Iouæ ſacrifican-
dum venio. Luſtramini, et mecum
ad ſacrificium adeſte: luſtratum-
que Iſæum et eius filios ad ſacrifi-
6 cium vocauit. Qui poſtquam ad-
uenerunt, intuitus Eliabum, ſic
cogitabat: adeſt nimirum apud
7 Iouam eius vnctus. Sed Ioua:
noli, inquit, iſtius ſpectare faciem,
aut ſtaturæ proceritatem: nam ego
eum improbo. Non enim eadem
ſpecto, quæ ſolent homines. Spe-
ctant enim homines faciem; at
8 Ioua animum intuetur. Deinde
vocatum Iſæus Abinadabum in
Samuelis conſpectum adduxit. At
ille: ne hunc quidem elegit Ioua.
9 Deinde adduxit Iſæus Sammam;
atque illo dicente, ne eum quidem
10 a Ioua delectum eſſe: adduxit
Iſæus in conſpectum Samuelis ſe-
ptem filios ſuos. Quumque negaret
Samuel, illos a Ioua deligi, et ex
Iſæo quæreret, an omnes adeſſent
11 pueri: reſpondit Iſæus, reſtare
natu minimum, qui pecus paſce-
ret. Et Samuel: iube iſtum euo-
cari, inquit: neque enim reuertar,
12 quin ille huc venerit. Tum ille
miſit, qui eum adducerent: erat
autem rufus, decora facie, elegan-
tique forma. Et Ioua: age, inquit,
13 iſtum vnge, nam is eſt. Tum
Samuel, ſumto olei cornu, illum
inter fratres ſuos vnxit, atque ex
illo die deinceps Iouæ ſpiritu fuit
14 inſtinctus Dauid. Deinde digreſ-
ſus Samuel, Ramatham venit. Sau-
lus autem Iouæ ſpiritu deſtitutus,
a malo ſpiritu, auctore Ioua, vexa-
15 batur. Itaque ſuaſerunt ei eius
adſectatores, vt, quoniam malo
16 Dei ſpiritu ageretur, ſuis, quos
apud ſe habebat, famulis nego-
tium daret, vt aliquem tangendæ
citharæ peritum conquirerent, qui
eum malo Dei ſpiritu correptum
pulſandis fidibus mitigaret. Man- 17
dauit ergo Saulus ſuis, vt ſibi pro-
uiderent de aliquo fidibus perito,
quem ad ſe adducerent. Et vnus 18
de famulis ei reſpondit, vidiſſe ſe
Iſæi Bethlehemitæ filium, homi-
nem non ſolum fidibus doctum,
ſed etiam virum fortem atque mi-
litarem, rerumque prudentem, et
formoſum, ac Ioua ſecundo vten-
tem. Tum Saulus, miſſis ad Iſæ- 19
um nuntiis, iuſſit, vt ad ſe mitte-
ret Dauidem filium ſuum, paſto-
rem.

Igitur Iſæus aſinum, qui pa- 20
nem adferret, vinique vtrem, et
caprum vnum, Saulo per Daui-
dem filium ſuum miſit. Dauid 21
ad Saulum profectus, apud eum
remanſit, eiusque ſingulari captus
amore Saulus, eo armigero vſus
eſt, et ab Iſæo per nuntios pe- 22
tiit, vt apud ſe maneret Dauid:
eum enim ſibi eſſe gratum. Ac 23
quandocumque accidebat, Saulum
diuino illo ſpiritu corripi, Dauid
correptam citharam manu pulſa-
bat, atque ita reſpirabat Saulus:
et, faceſſente ab eo malo illo ſpiri-
tu, mitigabatur.

CAPVT XVII.

Goliathi ſtatura, intemperantia. Dauidis virtus, robur, in immanem victoria.

PAlæſtini autem aliquando, co- 1
actis ad bellum ſuis copiis,
conuenerant apud Sochonem
Iudææ, caſtraque fecerant inter
Sochonem et Azecam, in finibus
Daniorum. At Saulus et Iſraeli- 2
tæ congregati, caſtra poſuerant in
valle quercus, aciemque aduerſus
Palæſtinos inſtruxerant.

Atque illinc Palæſtinis in monte, 3
hinc Iſraelitis etiam in monte con-
ſiſtentibus, interiecta valle, prod- 4

iit vir quidam immanis * ex caſtris
Palæſtinorum, nomine Goliathus,
ex Getha, ſex cubitos et dodrantem
5 longus, æream galeam capite fe-
rens, æream loricam indutus, ſqua-
meam, quinque millia ſiclorum
pendentem, ære caligatus, æream-
que humeris ſustinens haſtam.
6 Lanceæ haſtile inſtar erat textorii
iugi, mucrone ferreo ſexcentos
7 ſiclos pendente. Eum præcede-
8 bat, qui ſcutum ferret. Hic Go-
liathus, vbi conſtitit, clamabat ad
Israelitarum aciem in hunc mo-
dum: quid opus eſt, vos prodire
ad conferendum prœlium? Ego
ſum Palæſtinus, vos Sauli clientes.
Deligite ex vobis aliquem, qui me-
9 cum deſcendat in certamen: qui
ſi me prœlio ſuperatum occiderit,
nos vobis ſerui erimus; ſin ego
illum victum interfecero, vos in
ſeruitutem redacti, nobis ſeruietis.
10 Ego, inquit, hodierno die dedecore
adficio Israelitarum acies. Date mi-
hi virum, qui mecum manus confe-
11 rat. His Palæſtini verbis auditis, Sau-
lus et vniuerſi Israelitæ non medio-
cri terrore perculſi ſunt.
12 Dauid autem filius erat illius E-
phratæi, ex Bethlehema Iudææ, no-
mine Iſæi, qui Iſæus octo filios ha-
bebat, homo Sauli temporibus iam
13 ſenex, et ætate prouecta.* Eius filio-
rum tres natu maximi ſub Saulo
militabant, quorum trium nomi-
na erant: maximi natu, Eliabus;
proximi, Abinadabus; tertii, Sam-
14 ma. His tribus natu maximis
15 ſub Saulo merentibus, Dauid, qui
natu minimus erat, a Saulo idem-
tidem, ad paſcendum patris ſui
pecus, Bethlehemam commeabat.
16 Procedebat autem Palæſtinus ille
mane et veſpere, idque per quadra-
ginta dies facere perſeuerauit.
17 Iſæus autem Dauidi filio ſuo ſic
mandauit: accipe fratribus tuis
hoc ephi polentæ, atque hos de-
cem panes, et in caſtra ad eos cur-
18 re: præterea decem hos recen-
tes caſeos fer tribuno, et vide, quo-
modo tui fratres valeant, eorum-
que teſſeram accipito. Igitur Da- 19
uid, Saulo, illisque et omnibus Is-
raelitis bellum gerentibus cum Pa-
læſtinis in valle quercus, mane 20
ſurgit, et, pecore cuſtodi mandato,
ſublatis illis rebus, proficiſcitur, ſic-
ut ei fuerat ab Iſæo præceptum.
Vbi intra vallum peruenit, militi- 21
bus in aciem egreſsis, iamque clas-
ſico ſonante, et hinc Israelitarum,
illinc Palæſtinorum acie ex aduer-
ſo inſtructa, depoſitis apud im- 22
pedimentorum cuſtodem eis, quæ
ferebat, accurrit in aciem, fratres-
que ſuos adgreſſus ſalutat. Eo 23
cum illis colloquente, ecce adſcen-
dit ex acie Palæſtinorum prodi-
gioſus ille Palæſtinus, nomine Go-
liathus, Gethanus, et eadem il-
la verba profert, audiente Dauide.
Atque ad illius viri conſpectum 24
graui metu perterriti omnes Israe-
litæ, refugiebant, et ita dictitabant:
videtisne virum illum, qui adſcen- 25
dit? ad dedecorandum Israelitas ad-
ſcendit. Quod ſi quis eum occide-
rit, rex et ipſum et ipſius domum
magnis adficiet diuitiis, eique ſu-
am filiam nuptum dabit, et eius
domum immunitate inter Israelitas
donabit. Quærentique Dauidi ex 26
eis, qui aderant, ecquid conſecutu-
rus eſſet, qui, Palæſtino illo deiici-
endo, Israelitarum dedecus abole-
uiſſet: (nam quis eſt, inquit, præ- 27
putiatus ille Palæſtinus, qui Dei
viuentis aciem probro adficiat?)
vulgo reſpondebant, quænam con-
ſecuturus eſſet, qui illum ſuperaſ-
ſet. His Dauidis ad illos verbis 28
auditis offenſus Eliabus, qui erat
eius fratrum natu maximus, eum
huiusmodi verbis obiurgauit: cur-
nam huc deſcendiſti? aut cur paucu-
las illas ouiculas in ſaltu deſeruiſti?
Nam ſi bene noui tuam audaciam, 29
et animi improbitatem, ad ſpectan-
dum prœlium veniſti. Cui Dauid:
quid autem commiſi? num inius-
ſus

30 ſus feci? Hoc dicto ab illo di-
greſſus eſt: et alium adgresſus, ea-
dem percontabatur, eique eadem
31 vulgo dabantur reſponſa. His
Dauidis ſermonibus Saulo per
quoſdam, qui audiuerant, nuntia-
tis, iusſit ad ſe Dauidem arcesſi, et
Dauid cum eo in hunc modum lo-
32 cutus eſt: nemo animum propter-
ea deſpondeat: ego tuus cum Pa-
33 læſtino iſto congrediar. At Sau-
lus: non potes, inquit, cum Palæ-
ſtino hoc conferre manus, puer
cum viro, in armis iam a pueris
34 exercitato. Et Dauid: quum pa-
tris mei pecus paſcerem, inquit, leo
vna cum vrſo gregem adortus,
35 ouem ſuſtulit. At ego hunc per-
ſecutus, occidi, eique de faucibus
prædam extorſi. Tum illum in
me inſurgentem, roſtro prehenſum
36 cecidi ac necaui. Quod ſi et leo-
nem et vrſum occidi: profecto
idem præputiato iſti Palæſtino acci-
det, qui Dei viuentis agmina de-
37 decorat. Idem me Ioua, qui a
leone et vrſo defendit, inquit, ab
iſto quoque Palæſtino defenſurus
eſt. Tum Saulus: i ſane ſecundo
38 Ioua, inquit. Deinde ei ſua arma
accommodauit, eiusque capiti ære-
am impoſuit galeam, et eum lorica
induit, ſuperque armaturam gladio
39 ſuo accinxit. Sed Dauid ingredi
conatus (neque enim adſueuerat)
negauit, ſe cum illis posſe incedere,
40 quoniam non adſueuisſet: Depo-
ſitisque illis armis, pedum ſuum
manu corripit, lectisque quinque
læuibus ex flumine ſilicibus, et in
pera paſtorali, quam habebat, at-
que in ſacco poſitis, fundam ſecum
41 ferens, Palæſtinum adgreditur. At
Palæſtinus ad Dauidem accedens,
homine ei ſcutum præferente,
42 vbi Dauidem puerum esſe animad-
uertit, rufum et forma eleganti,
43 eum contemſit. Num ego ſum
canis (inquit) vt tu me baculo, *G.*
et lapidibus *H.* adgrediare? *G*
44 Non, inquit Dauid, ſed cane dete-
rior. *H.* Tum ille eum per deos
ſuos deteſtatus eſt, et: accede ad me,
inquit, vt tuum corpus volucribus
aereis, terreſtribusque beſtiis tra-
dam. At Dauid: tu me gladio, 45
haſta, lancea fretus, adgrederis: at
ego te adgredior fretus nomine
Iouæ bellipotentis, Dei israelitico-
rum agminum, quæ tu probris ad-
feciſti. Hodierno die compingit 46
te Ioua in manum meam, qui tibi
ſuperato caput auferam, et palæſti-
norum militum cadauera hodierno
die volucribus aereis, terreſtribus-
que feris tradam, vt ſciat totus
orbis, qualem habeant Iſraelitæ
Deum, intelligatque hæc vni- 47
uerſa multitudo, Iouam nullo enſe
aut haſta vincere, cuius ſit bella
gerere, quique vos nobis in manum
tradiderit. Tum Palæſtinus ir- 48
ruit, Dauidemque cominus adgredi
tendit. At Dauid propere Palæſtino
in certamen concurrit, immis- 49
ſaque in peram manu, depromtum
inde lapidem funda iacit, et Palæ-
ſtini frontem ita ferit, vt ille *G.*
transadacta galea, et *H.* adfixo fron-
ti ſaxo, pronus humi conciderit.
Atque ita Palæſtinum Dauid, funda 50
et ſaxo victum, ſuperat atque necat.
Quumque enſem non haberet, ac- 51
currit, atque, vbi ad Palæſtinum con-
ſtitit, correpto ſtrictoque illius enſe,
eum amputato capite perimit.
Palæſtini, heroem ſuum occubuisſe 52
videntes, fugam capesſunt: quos
Iſraelitæ Iudæique, ſublato clamo-
re, perſecuti ſunt vsque ad vallem
et portas Accaronis: ceciderunt- 53
que trucidati Palæſtini per viam ſaa-
ræam, vsque ad Getham et Accaro-
nem. Deinde a perſequendis Pa- 54
læſtinis reuerſi Iſraelitæ, eorum
caſtra diripuerunt.

At Dauid captum Palæſtini caput 55
Hieroſolymam intulit, illiusque ar-
ma in tabernaculo ſuo repoſuit.
Quum vidisſet autem Saulus Daui- 56
dem contra Palæſtinum prodeun-
tem, ſic Abnerem exercitus ducem

interrogauerat: cuiusnam filius eſt
57 adoleſcens ille, Abner? Profecto
neſcio, rex, inquit Abner. Et rex:
percontare, quis ſit ille iuuenis. Igi-
tur redeuntem a cæde Palæſtini Da-
uidem prehendit Abner, et Saulo ad-
duxit, Palæſtini caput ferentem:
58 quærentique ita Saulo: cuius filius
es, adoleſcens? reſpondit Dauid: fi-
lius ſum tui Iſæi Bethlehemitæ.

CAPVT XVIII.

Ionathanis in Dauidem ſtudium. Huius bellica virtus. Pro Dauide mulierum carmen. Regis dolor, et in victorem diritas. Dauidi nupta regia nata.

1 POſtquam is cum Saulo collo-
quendi finem fecit, accidit, Io-
nathanem tanto Dauidis amo-
re deuinciri, vt eum perinde ac
2 ſemetipſum diligeret. Dauidem
autem retinuit Saulus eo die, ne-
que ei domum patriam repetere
3 permiſit. Et Ionathan cum Da-
uide, præ amore, quo eum iuxta
ac ſeipſum proſequebatur, ſocieta-
4 tem coiit, detractamque ſibi, qua
indutus erat, penulam ei dedit, nec
non arma ſua, enſem, arcum atque
balteum.
5 Exſequebatur autem Dauid
omnia ſibi a Saulo mandata pru-
denter: et ab eo militibus præ-
fectus, quum reliquorum omni-
um, tum Saulinorum iudicio pro-
6 babatur. Accidit autem aduenien-
tibus illis, Dauide a cæde Palæſtini
reuertente, vt ex omnibus iſraeli-
ticis oppidis mulieres cum cantu
et choris, admixta tympanorum
barbitorumque lætitia, Saulo regi
7 obuiam prodirent, ludentesque
recinerent: *Saulus mille, decem*
8 *ſuperauit millia Dauid.* Quam
rem ſane Saulus ægerrime mole-
ſtisſimeque tulit, quod Dauidi dena
millia, ſibi millia tribuerentur:
nihil iam illi deeſſe, niſi regnum.
Itaque eum deinceps maligne in-
tuebatur.

Quumque poſtridie malo Dei ſpi- 9
ritu correptus, per ædes bacchare-
tur, Dauide fides more ſuo pulſan- 10
te, haſtam, quam in manu habebat,
iaculatus eſt, Dauidem ſtudens adfi-
gere parieti. Sed eum Dauid ſemel 11
atque iterum declinauit. Quare ve- 12
ritus eum Saulus, quod illi Ioua ad-
esſet, et ab ipſo Saulo discesſisſet,
eum a ſe remouit, tribunumque fe-
cit. Et Dauid in populo verſans, 13
prudenter ſe in omnibus ſuis factis,
fauente Ioua, gerebat. Quod quum 14
animaduerteret Saulus, illum tam
prudenter agere, omnibusque 15
et Iſraelitis et Iudæis, apud quos
obuerſabatur, carum eſſe, perti-
muit, cumque eo ſic locutus eſt:
Ego tibi filiam meam grandiorem, 16
Merobam, in matrimonium dabo,
ea conditione, vt tu te mihi for-
tem præbeas, Iouanaque bella ge-
ras: idque eo conſilio dicebat, 17
ne ipſe Saulus illi manum adferret,
ſed Palæſtini. Et Dauid: quis 18
ego ſum, inquit, aut quæ vita mea,
patriaque familia eſt inter Iſraeli-
tas, gener vt regis fiam? Sed quo 19
tempore Meroba Sauli filia Dauidi
tradenda erat, accidit, vt ea Adri-
eli Molathitæ in matrimonium
data esſet. Amabat autem Mi- 20
chol Sauli filia Dauidem: quod
poſtquam Saulo indicatum eſt, pla-
cuit ei res, ſtatuitque, eam illi col-
locare, vt illa ei exitio foret, 21
dum propter eam in Palæſtinorum
manus caderet. Itaque Dauidem
monuit, eum ſibi fore in diem cer-
tum ex altera filia generum: ſu- 22
isque imperauit, vt Dauidi clam
demonſtrarent, eum et regi carum
eſſe, et ab omnibus regiis amari:
quocirca regius gener fieret.

Huiusmodi ſermones quum Sau- 23
lini apud Dauidem habuisſent, re-
ſpondit Dauid, paruine ducerent,
regium fieri generum? præſertim
ſe, hominem tenuem atque abie-
ctum. Quæ Dauidis verba poſt- 24
quam illi Saulo retulerunt, iusſit
refer-

referri Saulus Dauidi, regem nul-
lam aliam dotem cupere, quam
centum Palæſtinorum præputia,
5 ob vlciſcendos regis hoſtes. Co-
gitabat autem Saulus, Dauidem
Palæſtinorum manibus obiicere.
6 Quæ poſtquam verba Dauidi ſunt
a Saulinis nuntiata, delectatus ea
re Dauid, quo regis gener fieret,
7 nondum peracto ſpatio, Palæſtinos
cum ſuis militibus inuadit, cæſiſ-
que illorum ducentis, eorum præ-
8 putia reportat. His præputiis
Saulus rex ad illum regis generum
faciendum contentus, ei filiam ſu-
am Micholem nuptum locauit:
9 quæ Michol quum illum deama-
ret; Saulus, videns Iouam adeſſe
Dauidi, magisque ſibi ab eo metu-
ens, æternas in eum ſuſcepit inimi-
10 citias. At Dauid, ex quo Palæſtini
principes prodierant, tanto ſe pru-
dentius, quam ceteri omnes Sau-
lini, gerebat, vt eius nomen eſſet
celeberrimum.

CAPVT XIX.

Dauidi fidus Ionathan. Rex in illum crudelis. Huius fuga. Regis vexatio.

1 IGitur Saulus cum Ionathane fi-
lio ſuo, cumque ſuis omnibus,
de occidendo Dauide verba fe-
cit. Sed Ionathan, qui eſſet erga
Dauidem beneuolentiſſimus, ei
rem indicauit huiusmodi verbis:
2 conatur Saulus pater meus occi-
dere te: quocirca cura, vt mane
3 in occulto abditus maneas. Ego
exibo, et patri meo latus claudens
in agro, in quo tu eris, cum eo de
te loquar, et videbo, quid ſit, tibi-
que indicabo.
4 Locutus eſt ergo Ionathan cum
Saule patre ſuo de Dauide in bonam
5 partem. Noli rex (inquit) quid-
quam committere in tuum Daui-
dem, qui tantum abeſt, vt in te quid-
quam commiſerit, vt etiam tibi ſuis
factis magnopere profuerit, vtpote
qui cum ſummo vitæ ſuæ periculo
Palæſtinum vicerit, et tam inſignem
victoriam omnibus Israelitis Iouæ
beneficio pepererit. Quod quum 6
tu ipſe videris, et gauiſus fueris: cur
te iſto ſcelere in innocentis ſan-
guine obſtringes, Dauide per in-
iuriam interficiendo? Tum Sau- 7
lus Ionathani obtemperans, Io-
uam immortalem iurauit, illum
non eſſe moriturum: et Ionathan
euocato Dauidi rem omnem nar-
rauit, eumque ad Saulum adduxit:
apud quem ille remanſit ad mini-
ſtrandum, ſicut antea. Ortoque 8
iterum bello, congreſſus cum Pa-
læſtinis Dauid, magna eos clade ad-
fectos in fugam vertit. At Sau- 9
lus quum malo Iouæ ſpiritu corre-
ptus domi ſederet, haſta, quam in
manu habebat, Dauidem fidibus
ludentem, conatus eſt adfigere pa-
rieti. Sed Dauid, euitato illo, 10
haſtaque ad parietem delata, effu-
git, atque illa nocte euaſit.
Saulus autem nuntios in ædes 11
Dauidis miſit, qui eum obſeruarent,
et mane perimerent. Sed eius vxor
Michol ei demonſtrauit, niſi ſuæ
vitæ ea nocte conſuleret, occiſum
iri poſtridie, eumque per fene- 12
ſtram demiſit, atque, eo fuga ela-
pſo, laris ſimulacrum in lecto po-
ſuit, et, admoto ad eius caput 13
ceruicali caprino, veſte operuit,
miſſisque a Saulo ad Dauidem ca- 14
piendum nuntiis reſpondit, eum
ægrotare. Saulus vero nuntios 15
miſit ad viſendum Dauidem, cum
mandato, vt eum in ipſo lecto ſi-
bi adferrent ad necem. Nuntii, 16
vbi eo venerunt, vident in lecto
ſimulacrum, et ad eius caput cer-
uical caprinum. Quærentique 17
Saulo ex Michole, cur ita ſe fefel-
liſſet, hoſtemque ſuum liberum di-
miſiſſet? reſpondit Michol, illum
ſibi minatum eſſe mortem, niſi i-
pſa eum dimiſiſſet.
Dauid autem fuga elapſus, Samu- 18
elem Ramatham adit, eique Sauli
aduerſum ſe facta omnia exponit,

digreſſique ipſe et Samuel, Naiothi
19 manſerunt. Qua re Saulo nuntiata,
Dauidem Naiothi apud *h* Ramam
eſſe, nuntios miſit ad capiendum
20 Dauidem: qui nuntii viſo vatum
cœtu bacchantium, Samuele apud il-
los adſtante, correpti diuino ſpiritu,
21 cœperunt et ipſi bacchari. Quod
vbi Saulo nuntiatum eſt, miſit a-
lios, qui et ipſi bacchati ſunt: item-
que tertios, qui etiam bacchati ſunt.
22 Quin ipſemet etiam Ramatham
profectus, vbi ad magnum puteum
apud Sechu peruenit, et percunta-
tus, vbi Samuel et Dauid eſſent, ac-
cepit, Naiothi apud Ramatham
23 eſſe, eoque profectus eſt, etiam
ipſe diuino correptus ſpiritu inter
eundum bacchabatur, donec Na-
iothum, quod eſt apud Ramatham,
24 peruenit, exutisque veſtimentis
ſuis, apud Samuelem bacchatus eſt,
25 totoque illo die et nocte nudus ia-
cuit: vnde manauit dictum illud:
an et Saulus inter vates?

CAPVT XX.

Dauidis et Ionathanis conſilium, fœdus perpetuum. In filium rex. Ad ſocium filius regius.

1 AT Dauid a Naiotho apud Ra-
mathain ſito aufugit, et Iona-
thanem adgreſſus, ita apud
eum locutus eſt: quid commiſi?
quod meum tantum aduerſus tu-
um patrem crimen aut peccatum
2 eſt, vt me quærat ad necem? Cui
Ionathan: abſit, inquit, vt moria-
re. Quum enim rem nullam tan-
tam tantulamue faciat pater meus,
quam non communicet mecum,
cur me hoc celaret? Non eſt ita.
3 At Dauid inſuper *i* iurauit, et ita di-
xit: ſatis ſcit pater tuus, me tibi
eſſe carum, ideoque cauet, ne tu
hoc reſciſcas, ne tibi doleat. Cre-
de mihi, quam certum eſt, Iouam,
quam certum eſt, te viuere, tam cer-
tum eſt, me a morte vix vno paſſu
diſtare. Tum Ionathan: dic, quid 4
me tibi præſtare velis. Et Dauid: 5
cras, vt tute ſcis, nouilunium agi-
tur, quo ego die ſoleo cum rege
accumbere ad epulas. Ego, te con-
ſcio, ruri latebo ad veſperum ter-
tii abhinc diei. Si me pater tuus 6
requiret, dices, Dauidem a te copi-
am petiuiſſe currendi Bethlehe-
mam, in meam patriam: nam ſa-
crificium eſſe anniuerſarium toti
cognationi. Si laudabit; ſaluus 7
ſum: ſin ſuccenſebit; ſcito, nihil
ab eo, niſi malum, ſperandum eſſe.
Sed dabis hanc veniam tuo mihi, 8
quem tibi Iouæ fœdere adſciuiſti,
vt, ſi commerui, tu me potius inter-
ficias, quam ad tuum parentem ſi-
ſtas. At Ionathan: abſit iſtud, 9
inquit. Immo ſi ſenſero, eum ob-
ſtinato animo in tuam ferri perni-
ciem, reddam te profecto certio-
rem. Et Dauid: quis mihi refe- 10
ret, vtrum tibi aſperius reſponde-
rit pater tuus? Tum Ionathan: 11
age, inquit, exeamus ſub *k* dium.
Quumque ambo ſub dium exiiuiſ-
ſent, Ionathan ita loquitur: Io- 12
uam ego Deum Iſraelitarum iuro,
me craſtino tempore, aut peren-
die, exploraturum eſſe meum pa-
trem: ac ſi ſenſero bene erga Da-
uidem animatum, miſſurum eſſe,
qui faciat te certiorem: ſin au- 13
tem tibi nocere cupiet meus pater,
tum ſic Ioua benefaciat Ionathani,
vt ego te certiorem faciam ac di-
mittam, quo ſaluus abeas, adiu-
uante Ioua, ſicuti patrem meum ad-
iuuit. Quod ſi, poſtquam quid- 14
quid eſt Dauidis hoſtium Ioua ex
orbe terrarum exſtirpauerit, vltus-
que fuerit, ego iam non ero ſu-
perſtes, vt tu Iouana pietate me a
morte vindicare poſſis; at certe 15
meo generi in poſterum pietatem
tuam

h) eadem modo Rama, modo Ramatha (vt paullo ante) dicitur. *i*) Iurare vocat religioſe adfirmare, quod facit ſequentibus his verbis: Quam certum eſt, etc. *k*) ſcilicet vt cælum intuens Iouam iuraret.

6 tuam clauſam non habebis. At-
que ita fœdus Ionathan cum Daui-
dis poſteritate percusſit, eumque
iterum obteſtatus eſt, præ amore,
quo eum proſequebatur (nam eum
perinde ac ſemetipſum amabat) ei-
7 que ita dixit: cras nouilunium
eſt, et tu deſideraberis: nam tua
8 ſesſio vacabit. Deſcendes autem
ad ſummum ter * in locum vbi late-
as, quo die negotium hoc fiet, mane-
bisque apud lapidem Oſelem.
9 Ego tres ſagittas ad latus iaculabor,
0 collineans ad ſcopum. Deinde
puerum mittam, qui eas petat:
1 cui puero ſi dixero, ſagittas esſe ci-
tra ipſum; adducito eum, et veni-
to: nam tua res erit in tuto, nec
vllum erit periculum: Iouam im-
22 mortalem teſtor. Sin autem fa-
mulo dixero, ſagittas esſe vltra i-
pſum; abito: auctor abeundi Io-
23 ua eſt. Ac qua de re inter nos e-
gimus, Ioua nobis eſto eius teſtis
æternus. Latuit ergo Dauid in a-
gro.
24 Igitur prima die menſis, in re-
gis accubatione epularum, quum
rex in ſua ſede, ſicuti ſolitus erat,
25 a pariete ſedisſet, et Ionathan
ſurrexisſet; Abner autem ad Sauli
latus accubuisſet, Dauidisque locus
26 vacaret: nihil dixit Saulus eo
die, ſuſpicatus, illum caſu aliquo
27 non esſe purum. Poſtridie no-
uilunii, Dauidis loco vacante, quæ-
rit Saulus ex Ionathane filio ſuo,
quam ob causſam Iſæi filius ne-
que pridie, neque eo die ad cibum
28 capiendum venerit. Cui Iona-
than: petiit a me Dauid veniam
concedendi Bethlehemam, inquit,
orauitque, vt ſe dimitterem:
29 fieri enim ſacrificium gentilitium
in eo oppido, ad quod adesſe ius-
30 ſus esſet a fratre ſuo. Itaque
magnopere orare, vt ſi quid apud
me gratia valeret, facerem eo ſe
conferendi, fratresque viſendi po-
teſtatem. Hanc ob causſam ad re-
giam menſam non venit. Tum 31
Saulus in Ionathanem incenſus: o /
improbe, inquit, contumacisque
matris progenies: quaſi vero ne-
ſciam, te Iſæidæ addictum esſe: ad
tuum quidem tuæque matris de-
decus atque probrum. Nam 32
quamdiu viuet in terris Iſæides,
numquam neque tu, neque tuum
regnum ſtabilietur. Quamobrem
mitte, qui eum mihi adducant:
nam morte dignus eſt. Et Iona- 33
than: cur morietur? inquit: quid
commiſit? At Saulus haſtam ad eum
feriendum vibrauit. Et Ionathan 34
videns, patri ſuo omnino decre-
tum esſe, interficere Dauidem, a
menſa incenſus ira ſurrexit, neque
ſecundo nouilunii die cibum cepit,
tum quod Dauidis vicem doleret,
tum quod fuisſet a patre ſuo adfe-
ctus ignominia.

Mane rus egresſus ad tempus 35
cum Dauide conſtitutum, paruo pu-
ero, quem ſecum ducebat, iusſit, vt
ſagittas a ſe iaciendas petitum cur-
reret: ac currente puero, ſagittam 36
vltra ipſum iecit. Atque vbi perue- 37
nit puer ad locum ſagittæ, a Iona-
thane iactæ, clamauit Ionathan ad
eum: ſagitta vltra te eſt: feſti- 38
na celeriter (inquit ad eum cla-
mans) et ſine mora. Tum puer
capta ſagitta, ad dominum ſuum 39
venit, ignarus, quid ageretur, Io-
nathane tantum et Dauide rei con-
ſciis.

Ionathan armis ſuis puero
traditis, eum iusſit in vrbem 40
redire. Quo profecto, Dauid a
meridiana parte prodiit, pronoque 41
ad terram vultu ter honorem ſub-
misſe præbuit, et vterque alterum
deoſculati collacrimarunt, ſed Da-
uid vehementius. Deinde Io-
nathan: abi cum bona pace, in-
quit: ac quæ nos inter nos per 42
Iouæ nomen, Iouam inter me et te,
inter-

/) vt hominis filium vocant Hebræi hominem, ita Saulus improbæ filium vocat improbum: ſed a matre, ne ſe ipſe damnet.

interque meam et tuam progeni-
em conteſtati, iurauimus, æterna
43 ſunto. Tum ille discesſit, et Iona-
than in vrbem ſe contulit.

CAPVT XXI.

Ad Achimelechum profugiens Dauid. Sacri panes. Profugi ſimulatus furor.

1 VEnit autem Dauid Nobam ad
Achimelechum pontificem: cu-
ius aduentu attonitus Achime-
lechus, quæſiuit ex eo, quid causſæ
esſet, vt ſolus, nullo comitatu, ades-
2 ſet. Cui Dauid ita reſpondit: rex
mihi quoddam negotium manda-
uit, quod ne quis reſciſceret, neue
quonam mitterer, præcepit. Itaque
famulis *m* certum quemdam locum
3 adſignaui. Quare ſi habes aliquot
quinque panes, trade mihi, aut quot
4 tibi ſuppetunt. Et pontifex: pa-
nem quidem profanum non habeo,
ſed ſacrum habeo, ſi modo famuli a
mulieribus abſtinuerunt. Cui Da-
5 uid: cum mulieribus nihil nobis
rei fuit hunc iam tertium diem, in-
quit, ex quo profectus ſum: ſunt-
que corpora famulorum caſta.
Quod *n* ſi profectio ipſa profana fu-
it, at hodie quidem luſtrabitur in
6 corporibus. Itaque dedit ei ponti-
fex ſacros panes, quoniam nullus
ibi panis erat, præter panes adpoſi-
titios, e Iouæ conſpectu ſublatos,
ſupponendis in eorum locum re-
centibus, quo die ſublati ſunt illi.
7 Aderat autem illic eo die quidam
ſeruorum Sauli, apud Iouam occu-
patus, nomine Doegus, Idumæus,
8 paſtorum Sauli magiſter. Et Dauid
Achimelechum ſic adlocutus eſt:
ecquam hic habes haſtam aut gla-
dium? nam neque gladium meum,
neque tela mecum ſumſi, adeo regis
9 mandatum vrgebat. Cui ponti-
fex: enſis Goliathi Palæſtini, in-
quit, a te in valle quercus occiſi,
panno inuolutus eſt poſt ephodum:
eum tu, ſi vis, capias licet: nam hic
quidem alius nullus eſt. Et Da- 10
uid: nullus eſt cum iſto conferen-
dus, inquit: trade eum mihi.
Tum illinc digresſus, vt Saulum 11
effugeret, ad Achim Gethæ regem
ſe contulit. Sed quum dictitarent 12
apud Achim ipſius ſtipatores, hunc
esſe regem terræ Dauidem, hunc
esſe, cui per choros accantatum fo-
ret illud: *Saulus mille, decem ſu-
perauit millia Dauid.* Hæc verba 13
Dauid in animo ſuo verſans, et
ſibi ab Achi Gethæ rege perme-
tuens, geſtum mutauit apud eos, 14
et ſtultitiam inter eorum manus
ſimulans, in portæ oſtio pingebat,
ſaliuamque in barbam ſuam deli-
quabat. Tum Achis ſuos adlo- 15
quitur: en, inquit, videtis, homi-
nem inſanum esſe, cur eum mihi ad-
duxiſtis? Adeone inſanis careo, 16
vt hunc mihi adduxeritis, qui apud
me inſaniret? hiccine vt in famili-
am meam veniat?

CAPVT XXII.

Dauidis copiæ. In iſtum Saulus. Iouæ ſacerdotum cædes per Saulum. Abiathar elapſus ad Dauidem.

ITa illinc digresſus Dauid, in 1
odollamam ſpeluncam euaſit.
Quod vbi intellexerunt eius fra-
tres, omnisque paterna familia, eo
ad illum deſcenderunt, eodemque 2
confluxerunt omnes, quibus an-
guſtæ res erant, et obærati, et ani-
mis ægri: quibus ille ſe ducem
præbuit, coactaque circiter qua- 3
dringentorum virorum manu, il-
linc Maſpham Moabitarum ſe con-
tulit, et a rege Moabitarum impe-
trauit, vt parentibus ſuis liceret,
ad eos ſe recipere, donec videret,
quid

m) ſcil. vbi me præſtolentur: ne ſciant, quo ego profectus ſim. *n*) ſi forte mei famuli tum, quum profecti ſunt, fuerant cum vxoribus: at hodie quidem puri erunt: quoniam hic dies tertius eſt: quod temporis ſpatium luſtrandis corporibus eſt deſtinatum.

4 quid ſibi fieret a Deo, eosque ad
Moabitarum regem adduxit, apud
quem manſerunt, quamdiu Dauid
5 munitione ſe continuit. Verum
monitus a Gado vate, ne munitione
ſe contineret, ſed in Iudææ fines
concederet, in Haretham ſiluam
6 profectus eſt. Saulus autem, vbi
audiuit, Dauidem cum comitibus
7 esſe viſum, ſedens Gabaæ ſub
nemore apud Ramam, haſtamque
manu tenens, et omni ſtipatus ad-
ſeclarum comitatu, apud eos ita
locutus eſt: attendite, Ieminienſes.
Numquid vobis omnibus daturus
eſt Iſæi filius agros et vineas? num-
quid vos omnes tribunos facturus
8 et centuriones? Qui ſic vniuerſi
contra me conſpiraſtis, vt veſtrum
nemo ſit, qui me de filii mei cum
Iſæi filio fœdere certiorem fecerit?
aut qui meam vicem dolens, mihi
indicauerit, filium meum contra
me ſerui mei inſidias excitauisſe?
9 quod ipſa res indicat. Tum Doe-
gus Idumæus, qui etiam inter Sauli
ſtipatores aderat, reſpondit in hunc
modum: vidi, Iſæi filium venire
Nobam, ad Achimelechum Achi-
tobi filium, *G. L.* pontificem, *H.*
10 qui pro illo Iouam conſuluit, eique
viaticum et Goliathi Palæſtini en-
ſem dedit.
11 Tum rex Achimelechum Achi-
tobi filium pontificem, eiusque pa-
triam omnem familiam, ſacerdotes
nobanos, arcesſi iusſit: qui quum
ad eum omnes venisſent, in hunc
modum cum eis loquitur: audi, A-
12 chitobi nate. Cui ille: adſum domi-
13 ne. Et Saulus: cur in me cum Iſæ-
ida coniuraſti, qui ei et cibaria et en-
ſem dederis, proque eo Deum con-
ſulueris? quæ inſidiæ mihi manife-
14 ſto ſtruuntur. At Achimelechus:
immo quis eſt, inquit, regi reſpon-
dens, ex tuis omnibus cum Dauide
comparandus? fideli, regio genero,
tuo iusſu profecto, et domi tuæ in
15 honore habito? An nunc primum
Dei oraculum eius nomine ſum per-
contatus? Abſit hoc a me, noli mi-
hi, rex, aut vlli, qui ſit meæ paternæ
familiæ, vllum crimen imponere:
nam iſtius totius negotii nihil tan-
tum tantulumue eſt, quod ego ſciu-
iam. At rex: morieris, Achime- 16
leche, vna cum tota tua paterna
familia. Circumſtate (inquit, ad- 17
ſtantes curſores adloquens) et in-
terficite Iouæ ſacerdotes: nam Da-
uidis partes tuentur, ſciebantque,
profugum esſe, neque me certiorem
fecerunt. Sed nolentibus regiis ad-
ſeclis manus adferre Iouæ ſacerdo-
tibus, Doegus Idumæus, impe- 18
rante rege, vt Iouæ ſacerdotes in-
uaderet atque perimeret, ſacerdotes
inuaſit, peremitque eo die octo-
ginta quinque homines, ephodum
lineum gerentes; Nobamque ſa- 19
cerdotum oppidum ferro deleuit,
viros, mulieres, impuberes, lacten-
tes, boues, aſinos, pecora ferro cor-
rupit, elapſo vno Achimelechi 20
Achitobi filii filio, nomine Abia-
thare, qui Dauidem curſu conſe-
cutus, certiorem fecit de occiſis 21
a Saulo Iouanis ſacerdotibus. Et 22
Dauid ei ſic dixit: ſciebam equi-
dem tum, quum illic esſet Doegus
Idumæus, id nuntiaturum esſe Sau-
lo: ego omnes tuæ paternæ fami-
liæ mortales perdidi. Mane apud 23
me, et pone metum: nam meam
necem molietur, qui tuam necem
molietur, adeo mihi curæ eris.

CAPVT XXIII.

Dauidis de Palæſtinis victoria. Ad Iouam Dauid. Ad iſtum Ionathan. Ziphæi contra Dauidem. Profugum Saulus perſequens.

QVum esſet autem Dauidi nun- 1
tiatum, Palæſtinos Ceilam
oppugnare, horreaque diri-
pere, Iouæ oraculum de Palæ- 2
ſtinis illis inuadendis ac occidendis
interrogauit. Cui Ioua reſpondit,
vt iret: victurum enim Palæſti-
nos, Ceilamque defenſurum. Sed 3
quum ei comites dicerent, ſe etiam
illic in Iudæa metuere, nedum ſi
Cei-

Ceilam ad caſtra Palæſtinorum ac-
4 cederent, iterum Iouam conſu-
luit: cuius reſponſum fuit, vt Cei-
lam proficiſceretur: ſeſe enim ei
5 Palæſtinos addicere. Tum Dauid
cum ſuis Ceilam profectus, cum
Palæſtinis pugnam commiſit: eiſ-
que ingenti clade illata, eorum
pecora abegit, Ceilanoſque conſer-
6 uauit. Accidit autem, vt Ceilam
fugiens Achimelechi filius Abiathar
ad Dauidem, ephodum ſecum de-
ferret.
7 Poſtquam certior factus eſt Sau-
lus, Dauidem veniſſe Ceilam, ar-
bitratus, illum diuinitus in ſuam
veniſſe poteſtatem, qui in oppidum
portis repagulisque munitum in-
8 greſſus, ſe concluſiſſet: copias
omnes in bellum coegit, vt Ceilam
adoriretur, Dauidemque et ſuos
9 obſideret. At Dauid, Saulum ſibi
malum moliri, intelligens, Abiatha-
ri pontifici iuſſit, vt ephodum ad-
hiberet, atque ita locutus eſt:
10 Ioua Deus Iſraelitarum, exaudi me
tuum. Conatur Saulus adgredi
Ceilam, vt oppidum propter me
11 corrumpat. Suntne Ceilani me
ei dedituri? eſtne Saulus, vt tuus
ego audio, deſcenſurus? Ioua Deus
Iſraelitarum, ſignifica hoc mihi tuo.
12 Cui Ioua: deſcenſurus eſt, inquit.
Et Dauid: ſuntne Ceilani me meoſ-
que Saulo dedituri? Sunt, inquit
13 Ioua. Tum Dauid eiuſque com-
ites circiter ſexcenti Ceila egreſ-
ſi ſunt, ituri, quo fortuna ferret.
Quod vbi Saulo nuntiatum eſt,
Dauidem Ceila ſe ſubduxiſſe, pro-
fectionem omiſit.
14 Occupauit autem Dauid ſaltuum
munita loca, tenuitque montana in
ſaltu Ziphi: et quæſitus ſemper a
Saulo, numquam eſt ei deditus a
15 Deo. Dauid igitur videns, Saulum
ſibi mortem moliri, in ſilua ſe in Zi-
16 phi ſolitudine tenuit. In eam ſil-
uam etiam ad eum profectus Sauli
filius Ionathan, eum diuinitus con-
17 firmat, hortans, vt ſine metu ſit: et-
enim non modo in Sauli patris ſui
poteſtatem non eſſe venturum, ſed
etiam regnum in Iſraelitas eſſe ob-
tenturum, ſeque ei ſecundum fu-
turum, neque Saulum patrem ſuum
eius rei neſcium eſſe. Atque ita 18
fœdere inter ſe coram Ioua per-
cuſſo, Dauid in ſilua remanet, et
Ionathan domum petit. Sed Zi- 19
phæi Gabaam ad Saulum profecti,
nuntiant, Dauidem apud ſe latitare,
in munitionibus, in ſilua, in colle
Hachila ad dextram Ieſimonis po-
ſito. Nunc tuum eſt, inquiunt, 20
o rex, eo deſcendere, ſi tibi viſum
fuerit: noſtrum autem, illum tibi
in poteſtatem tradere. Tum 21
Saulus: ago vobis a Ioua gratias,
inquit, qui meum caſum dolueritis.
Ite ſane rem amplius exploratum: 22
cognoſcite, et circumſpicite, quo
in loco verſetur, ecquis eum ibi
viderit, (nam audio hominem eſſe
callidum) exploratisque et per- 23
ſpectis omnibus, in quibus occul-
tatur, latebris, ad me reuertimini,
vt vobiſcum, re comperta, profi-
ciſcar: et ſi in hac regione eſt, eum
per omnes Iudææ præfecturas ve-
ſtigem.
Tum illi digreſſi, Saulum, ad 24
Ziphim profecti, anteceſſerunt.
Saulus cum ſuis ad Dauidem quæ-
rendum (qui tum cum ſuis in ſo-
litudine Maone, in planitie ad Ie-
ſimonis dextram poſita, verſaba-
tur) profectus eſt: quod poſt- 25
quam eſt Dauidi nuntiatum, de-
ſcendit in rupem, fuitque in ſaltu
Maone. Quod vbi audiuit Sau-
lus, eum in Maone ſaltu perſequi-
tur. Sed quum Saulus hinc, Da- 26
uid illinc cum ſuis, alter alterum
montis latus obiret, iamque Dauid
euadendi Sauli (cuius a copiis, ipſe
cum ſuis obſeſſus, conquirebatur)
trepidus eſſet, aduenit ad Saulum 27
nuntius, qui propere diſcedendum
eſſe moneret: nam Palæſtinos in-
curſionem feciſſe in eius fines.
Itaque reuerſus a Dauide perſe- 28
quen-

quendo Saulus, obuiam Palæſtinis
iuit: vnde et locus ille Rupes di-
remtoria adpellatus eſt. Inde di-
greſſus Dauid, Engadinorum arces
occupauit.

CAPVT XXIIII.

Rex et Dauid in antro. In regem profugi benignitas et obſeruantia.

1 ID quum Saulo a perſequendis Pa-
læſtinis reuerſo nuntiatum eſſet,
2 Dauidem eſſe in engadino ſaltu,
adhibitis tribus hominum millibus,
ex omni Iſraelitarum numero ſele-
3 ctis: proficiſcitur ad Dauidem,
eiusque comites veſtigandos, contra
4 rupes rupicaprarum. Quumque
ad caulas ouium ad viam poſitas
veniſſet, in ſpeluncam, quæ illic
erat, intrauit ad requiſita naturæ;
in cuius ſpeluncæ intima parte Da-
uid vna cum ſuis comitibus erat.
5 Hic Dauidem cœperunt monere
comites, aduenisſe diem, quo Ioua
promiſiſſet, ſeſe ei hoſtem in po-
teſtatem eſſe traditurum, vt eo ad
ſuum arbitrium vteretur. Tum
Dauid ſurgit, et oram penulæ Sau-
6 li clanculum abſcindit. Deinde
quum ea res ei percusſiſſet ani-
mum, quod oram Sauli abſcidiſſet,
7 ſic ſuos comites adloquitur: auer-
tat hoc a me Ioua, vt hoc in domi-
num meum Iouæ vnctum commit-
tam, vt ei manus adferam, qui Iouæ
8 ſit vnctus. His verbis cohibuit Da-
uid homines ab inuadendo Saulo.
9 Deinde Saulo ex ſpelunca viam in-
greſſo, Dauid ex ſpelunca egreſſus,
pone Saulum clamauit: domine rex.
Quumque Saulus reſpexiſſet, Dauid
eum prono ad terram vultu vene-
10 ratus, inquit: cur audis eorum
hominum verba, qui dicunt, Da-
11 uidem tibi malum moliri? Vides
profecto oculis tuis, vt hodie Io-
ua in ſpelunca tui mihi fecerat po-
teſtatem; nec defuit, qui me ad tu-
am necem cohortaretur: ſed peper-
ci tibi, meque negaui manus ad-
laturum domino meo, qui eſſet
vnctus Iouæ. Sed adſpice, pater, 12
adſpice tuæ penulæ oram in ma-
nu mea. Quod quum penulæ
tuæ oram abſciderim, neque te in-
terfecerim: cognoſce et intellige,
nullum me ſcelus commiſiſſe, nul-
lum contra te facinus admiſiſſe di-
gnum, quamobrem tu meam vitam
captares. Suſcipiat hanc Ioua 13
cauſſam, teque mihi ſine mea opera
vlciſcatur. Vetus eſt prouerbi- 14
um: a ſcelerato prodibit ſcelus:
equidem tibi non adferam manum.
Cui tandem inſtat Iſraelitarum rex: 15
quem tu tandem perſequeris? ca-
nem mortuum, pulicem vnum..
Sed erit Ioua huius inter me et te 16
cauſſæ arbiter, prouidebitque: et
meas partes defendens, tuas in me
perſequetur iniurias. His Daui- 17
dis ad Saulum verbis finitis, Saulus
ſic ait: eſt ne iſta tua vox, Dauid
fili? Pro te facit æquitas, non pro 18
me (inquit plorans) nam tu me bo-
no, ego te malo adfeci. Atque 19
hodie ſatis oſtendiſti, quam ſis de
me bene meritus, qui me tibi in
manum a Ioua traditum non inter-
feceris. Nam quotus quisque eſt, 20
qui, nactus hoſtem ſuum, dimittat
indemnem? Sed te pro tuo iſto ho-
dierno in me facto, Ioua condigno
præmio remuneretur. Equidem 21
ſcio, te futurum eſſe regem, et re-
gnum in Iſraelitas obtenturum.
Quare iura mihi per Iouam, te me- 22
am ſtirpem poſt meum interitum
non eſſe exciſurum, meique nomi-
nis memoriam de mea domo patria
deleturum. Tum Dauid Saulo 23
iurat, eoque domum profecto, ipſe
in locum munitum cum ſuis ſe re-
cipit.

CAPVT XXV.

Samuelis obitus. Ad Nabalem Dauid. Abigailis humanitas, munera ad profugum, oratio, exoratio. Duri mariti mors. Nupta profugo vidua. Binæ Dauidis vxores.

Inter-

1 INterea moritur Samuel, et o-
mnes Iſraelitæ coeunt, eumque
defletum, domi ſuæ Ramæ ſe-
peliunt. Tum Dauid in ſaltum
2 Pharanem proficiſcitur. Erat in
Maone vir quidam, cuius facultates
erant in Carmelo, homo cum pri-
mis locuples, habens ouium tria
3 millia et mille capras. Nomen
habebat homo Nabal: vxor autem
Abigail, mulier inſigni prudentia
elegantique forma: ſed vir durus,
malis moribus, ortus a Calebo.
4 Hunc Nabalem, quum in ſaltu audi-
uiſſet Dauid, ouium tonſuram in
5 Carmelo facere, decem famulos
miſit, eisque præcepit in hunc mo-
dum: adſcendite in Carmelum ad
Nabalem, eumque meo nomine ſa-
6 lutate, et ei eiusque familiæ, et
omnibus incolumem vitam optate,
ac dicite, me audiuiſſe, eum habere
7 tonſores. Iam paſtores tuos, (in-
quietis) qui nobiſcum verſati ſunt,
nulla adfecimus contumelia, ne-
que rem vllam amiſerunt, quam-
8 diu fuerunt in Carmelo: id quod
tui famuli, ſi quærere voles, fate-
buntur: quamobrem præbe te Da-
uidis famulis ita humanum, (nam
fauſto die venimus) vt nobis et Da-
uidi, tuo filio, largiare, quid tibi
9 commodum erit. Hæc omnia Da-
uidis famuli ad Nabalem profecti,
10 nomine Dauidis expoſuerunt. Ac
poſtquam conticuerunt, reſpondit
Nabal in hunc modum: quis eſt Da-
uid? quis eſt Iſæi filius? is ne, ad quem
hodie ſerui paſſim a dominis ſuis
11 transfugiunt? Scilicet ego cibum
potionemque meam, et quæ meis
tonſoribus mactaui, dem homini-
12 bus mihi prorſum ignotis? Tum
Dauidis nuntii repetito itinere re-
uerſi, omnem rem ei referunt.
13 At Dauid ſuis imperat, vt ſe gladiis
accingant: quod poſtquam et illi
et ipſe fecit, profecti ſunt circiter
quadringenti viri, Dauidem ſe-
quentes, ducentis apud impedi-
menta remanentibus.
Abigaili autem Nabalis vxori pu- 14
er quidam de famulis rem nuntiauit
in hunc modum: ſcito, miſſos a Da-
uide nuntios ex ſaltu ad ſalutandum
herum noſtrum, qui repudiati ab
eo ſunt: et tamen illos experti ſu- 15
mus viros plane bonos, nulla vn-
quam contumelia aut damno ad-
fecti, quamdiu inter eos ruſtican-
do verſati ſumus, illis muri vi- 16
cem nobis dies noctesque præben-
tibus, quamdiu cum eis fuimus pe-
cora paſcentes. Proinde conſi- 17
dera et diſpice, quid actura ſis: a-
lioquin de hero noſtro, et tota eius
familia actum eſt. Nam ipſe qui-
dem perditior eſt, quam vt admo-
nendus eſſe videatur. Hic Abigail 18
propere capit ducentos panes, duos
vini vtres, quinque oues adparatas,
quinque ſata polentæ, centum vuas
paſſas, et ducentas ficuum palathas:
quæ poſtquam aſinis impoſuit, fa- 19
mulis ſuis præcipit, vt antecedant,
ſeſe iam ſecuturam: neque id viro
ſuo Nabali indicat. Quumque ea 20
in aſino equitans per occulta mon-
tis deſcenderet, occurrit Dauidi
cum ſuis aduerſus eam deſcenden-
ti, * atque ita dicenti: næ ego 21
fruſtra conſeruaui omnia, quæ ha-
bet iſte in ſaltibus, ita vt nihil o-
mnino de ſuo deperdiderit, et mi-
hi bonum malo penſauit? At ita 22
perdat Deus hoſtes Dauidis, vt ei
ante lucem matutinam ex omnibus,
quæ habet, [a] ne parietis quidem
commictorem reliquum faciam.
Tum Abigail viſo Dauide, confe- 23
ſtim de aſino deſilit, et illum pro-
na accidens, honorem ei ſupplici-
ter præbet, eique ad pedes iacens,
ita loquitur: obſecro te, domi- 24
ne, vt me tuam apud te verba faci-
entem, bona cum venia audias.
Noli quæſo, domine, animum ad- 25
iicere ad profligatum iſtum homi-
nem

a) ne canem quidem.

nem Nabalem, et ſuo plane nomi-
ni reſpondentem. Vt enim ſtulti
nomen habet, ita ſtultitia prædi-
26 tus eſt. Nam ego quidem miſſos
a te famulos, domine, non videram.
Enimuero, domine, quam certum
eſt, Iouam, quam certum eſt, te vi-
uere, tam certum eſt, te a ſanguine
in tuis inimicitiis per temetipſum
perſequendis faciendo, a Ioua abs-
terreri: atque vtinam Nabali ſimi-
les ſint hoſtes tui, et tibi malum
27 molientes. Quamobrem patere
hoc munuſculum, quod ego tua
tibi, domine, adfero iuuenibus,
qui te comitantur, * dari, et mihi
28 hanc veniam da. Sic tuam tibi
domum, bella Iouana gerenti, ita
firmiter confirmet Ioua, vt tibi per
omnem vitam mali nihil eueniat:
29 vtque, ſi quis infeſtus tibi, neciſque
tuæ cupidus exſiſtat, anima tua [a] a-
pud Iouam Deum tuum in viuenti-
um faſce (vt ita loquar) adnexa ſit,
idemque Ioua [b] tuorum hoſtium a-
nimam quaſi ex fundæ ſcutali iacu-
30 letur. Iam vero quum tot præclara
Iouæ promiſſa conſecutus, ab eo
Iſraelitarum dux fueris conſtitutus,
31 [c] hoc te nulla conſcientiæ labe quaſi
labefactabit, recordatione effuſi ſi-
ne cauſſa ſanguinis, et ſupplicii ob
priuatam iniuriam ſumti: Iouæ-
que beneficiis adfectus memineris
32 mei. Tum Dauid: gratias ago
Iouæ Deo Iſraelitarum, inquit, qui
33 te mihi miſerit obuiam: nec non
tibi, quæ me tuis rationibus a ſan-
guine faciendo, et iniuriis per me
ipſum perſequendis, cohibueris.
34 Nam Iouam viuentem Iſraelita-
rum Deum teſtor, qui me tibi ma-
lefacere prohibet, niſi tu mihi ob-
uiam venire properaſſes, Nabali
ante diluculum ne quidem parie-
tis commictor relictus fuiſſet.
35 Deinde ab illa oblata ſibi munera
accepit, et: adſcende ſane domum
cum bona pace, inquit: en tibi ob-
ſequor atque indulgeo.

Ita Abigail ad Nabalem venit, e- 36
umque nacta domi ſuæ cœnam pla-
ne regalem habentem, animoque læ-
tum ac bene potum, nihil ei prorſus
ante poſterum diem retulit. Sed 37
mane exhalata Nabalis crapula, v-
xor rem ei narrauit: Ex quo il- 38
le tanta animi defectione, et cor-
poris ſaxeo quodam ſtupore diri-
guit, vt intra decem circiter dies
a Ioua ictus interierit. Naba- 39
lis audita morte, Dauid Iouæ
gratias egit, qui ſuam contumeliam
in Nabalem animaduertiſſet, ſeque
a ſcelere prohibuiſſet, et Nabalis
ſcelus in ipſius caput retorſiſſet:
miſitque, qui cum Abigaile de ea a
ſe in matrimonium ducenda, age-
rent. Quum igitur Dauidis ſerui 40
ad Abigailem in Carmelum veniſ-
ſent, eique retuliſſent, ſe ad eam
miſſos eſſe a Dauide, quo eam vxo-
rem duceret: ſurrexit illa, et ho- 41
nore demiſſe præbito, reſpondit,
ſe illius eſſe ſeruam, paratam vel
ſeruorum eius lauare pedes. De- 42
inde protinus proficiſcitur, et aſi-
no inſidens, comitantibus quinque
pediſſequis, nuntios Dauidis ſub-
ſequitur, illique nubit. Achinoa- 43
mam quoque duxerat Dauid, Iezra-
elanam, easque ambas habuit vxo-
res. Nam Micholem quidem Da- 44
uidis vxorem locauerat Saulus,
ipſius pater, Phalti, Lais filio, Gal-
limenſi.

CAPVT XXVI.

Ziphæi contra Dauidem. In fugientem Saulus. Dauid in caſtra hoſtium ad regem dormientem, in iſtum Dauidis miſericordia, in hoſtes acerbitas pro regis capite.

VEnerunt autem Ziphæi Gaba- 1
am ad Saulum, eique nuntia-
uerunt, Dauidem in colle Ha-
chila contra Ieſimonem latere.

T Tum

a) apud Iouam eſſe dicuntur, qui hac vita (quam curat Ioua) fruuntur. vide Eſa. 38. et Pſ. 116. b) tuos hoſtes male perdat ac profliget. c) quod fieret, ſi Nabalem interfeciſſes.

2 Tum Saulus in Ziphim ſaltum cum
tribus hominum millibus, Iſraeli-
tarum lectiſsimis, ad Dauidem illic
3 veſtigandum deſcendit, et caſtra
poſuit in colle Hachila, contra Ieſi-
4 monem, iuxta viam poſito. Da-
uid autem, qui in ſaltu verſabatur,
videns, Saulum ſe ſectari, quum,
miſsis nuntiis, Saulum vere veniſſe
cognouiſſet, contendit in locum, v-
5 bi Saulus caſtra habebat: et ob-
ſeruato loco, in quo cubabat Sau-
lus, vna cum Abnere, Neris filio,
exercitus duce, (cubabat autem in-
tra munimenta, militibus circum
6 eum caſtra habentibus) quæſiuit
ex Achimelecho Hettæo, et ex Abi-
ſæo Saruiæ filio, Ioabi fratre, vter
ſecum in caſtra deſcendere vellet ad
Saulum. Reſpondit Abiſæus, ſe
cum eo deſcendere velle.
7 Ita profecti Dauid et Abiſæus
ad exercitum per noctem, oſten-
dunt Saulum intra munimenta ſo-
pitum cubantem, haſta humi ad
eius caput defixa, Abnere et re-
liquis circumquaque iacentibus.
8 Atque hic Abiſæus Dauidem ſic
adloquitur: compingit tibi Deus
hodie hoſtem tuum in manum:
vis, vt eum haſta ad terram adfi-
gam, vno ictu non iterando?
9 At Dauid: noli eum perimere,
inquit. Quis enim Iouæ vncto
10 impune manus attulerit? O Io-
ua viuens, inquit, aut eum Ioua
perdat oportet, aut dies ei letalis
adueniat, aut prœlium ingreſſus
11 occumbat. A me quidem auer-
tat Ioua, vt Iouæ vncto manus ad-
feram. Sed cape haſtam iuxta
caput eius poſitam, matellamque,
12 et diſcedamus. Ita illi capta ha-
ſta, et matella, quæ propter Sauli
caput erat poſita, diſcedunt, quum
eos nemo interea viderit, aut anim-
aduerterit, aut experrectus fuerit,
omnibus dormientibus, vtpote a
Ioua altiſsime conſopitis.
13 At Dauid in diuerſam partem
progreſſus, vbi in montis vertice
procul conſtitit, magno interiecto
ſpatio, ad milites et ad Abnerem
Neris filium clamauit in hunc mo-
dum: heus Abner, non reſpon- 14
des? Quis tu es, (inquit reſpondens
Abner) qui regem vocas? Et 15
Dauid: quum tu vir ſis eiuſmodi,
inquit, vt Iſraelitarum nemo tibi
comparetur, cur dominum tuum
regem non cuſtodis? Nam ad re-
gem dominum tuum perimen-
dum militum quidam ingreſſus eſt.
Haud egregium iſtud ſane feciſti. 16
Per Iouam immortalem, vos eſtis
morte digni, qui domini veſtri Io-
uæ vncti curam non geratis. Vi-
de enim, vbi ſit haſta regis et matel-
la, quæ erat propter eius caput po-
ſita. Tum Saulus vocem Dauidis 17
agnoſcens, dixit: eſtne iſta tua vox,
Dauid fili? Eſt, domine mi rex, in-
quit Dauid. Cur tu me tandem, 18
dominus ſeruum, perſequeris? nam
quid feci? aut quod in me crimen
eſt? Sed attende, mi rex et domi- 19
ne, meis ſerui tui verbis. Si Ioua te
mihi reddit infeſtum; precor, vt
tu ei lites: ſin homines ſunt; ex-
ſecrabiles ſunt in conſpectu Iouæ,
qui me de Iouani patrimonii poſ-
ſeſsione hodie deturbant, et ad deo-
rum peregrinorum cultum impel-
lunt. Sed non patietur Ioua me- 20
um ſanguinem ad terram cadere:
quamuis Iſraelitarum rex expedi-
tionem fecerit ad perſequendum
pulicem, vt ſi quis perdicem per-
ſequatur in montibus. Tum Sau- 21
lus: peccaui, inquit, reuertere, fili
Dauid. Non enim tibi iam nocebo,
qui hodierno die vitam meam
tam caram habueris. Erraui nimis
quam imprudenter, fateor. Et 22
Dauid: ecce regis haſtam, inquit,
eam petat aliquis famulorum. Ce- 23
terum Ioua quemque remuneretur,
vt dignus meritusque eſt. Te qui-
dem hodie mihi in manum tradi-
dit; ſed nolui Iouæ vncto manus
adferre. Ergo quemadmodum 24
tua mihi ſalus hodie cara fuit; ſic
ille

ille meam caram habiturus eſt, me-
que ex omnibus rebus aduerſis
25 erepturus. Tum Saulus: feli-
cem te, Dauid fili: haud dubie
26 conata perficies. Ita discesſit Da-
uid: et Saulus eo, vnde venerat,
reuerſus eſt.

CAPVT XXVII.

Ad Palæſtinorum regem Dauid. In hunc regis munificentia.

1 DEinde quum ſecum cogitaret
Dauid, periculum esſe, ne
quando a Saulo perimeretur;
nihilque ſibi conſultius esſe, quam
vt ſe in Palæſtinæ fines (quo Saulus
eum deinceps in vllis Israelitarum
finibus quærere deſineret) recipe-
ret, atque ita illius manum euade-
2 ret: contulit ſe, vna cum ſuis ſex-
centis comitibus, ad Achim Mao-
chi filium, Gethæ regem, atque a-
3 pud eum Gethæ manſit, vna cum
ſuis comitibus, eorumque familiis,
cumque ſuis duabus vxoribus Achi-
noama Iezraelana, et Abigaile, Na-
4 balis Carmelitæ vxore. Quod
poſtquam Saulo nuntiatum eſt, Da-
uidem fugisſe Getham, deſiit eum
5 conquirere. Orauit autem Achim
Dauid, vt ſibi id beneficium con-
cederet, vt locum ſibi in aliquo
campeſtrium oppidorum ad habi-
tandum adſignaret, ne, qui ſeruus
illius esſet, eamdem cum illo regi-
am vrbem indignus incoleret.
6 Tum Achis ei Siceleg dedit: vn-
de Siceleg etiamnum Iudææ regum
7 eſt. Temporis autem ſpatium,
quo Dauid in agro palæſtino fuit,
annus eſt et quatuor menſes;
8 quum interea, comitantibus ſuis,
in Gesſuræos, Gerzæos, et Amale-
chitas (hæ enim gentes, qua Sur
itur, ad Aegyptum vsque, ab omni
memoria incolebant) incurſiones
9 faciebat: terramque depopulatus,
nullo prorſum viro aut muliere
conſeruato, oues, capras, boues,
aſinos, camelos et veſtimenta capta
agens, ad Achim redibat: quæ- 10
rentique, quo eo die excurrisſent,
reſpondebat, in meridiana Iudæo-
rum, Ierameelitarum et Cenæorum.
Nam ideo nullum neque virum 11
neque mulierem Getham ducendos
conſeruabat, ne ſe indicarent, Da-
uidisque facta et conſuetudinem
patefacerent: atque hunc morem
ſeruauit, quamdiu in agro palæ-
ſtino manſit. Eamque ob cauſſam 12
ſibi perſuaſerat Achis, Dauidem
tantum odium ſuorum popularium
Israelitarum in ſe contraxisſe, vt
ſibi perpetuo ſeruus futurus esſet.

CAPVT XXVIII.

In Israelitas Achis. Ad pythiam Saulus. Iam mortuus vates ad Saulum. Regis angor. In iſtum pythiæ hoſpitalitas.

ITaque quum aliquando copias 1
ſuas coegisſent Palæſtini, vt bel-
lum Israelitis inferrent, Achis
Dauidem ſic adlocutus eſt: ſcito,
te tuosque mihi in hac expeditione
comites fore. Cui Dauid: ergo 2
cognoſces mea facinora. Et Achis:
itaque te mei capitis cuſtodem æ-
ternum conſtituam.
Obierat autem mortem Samuel, 3
cumque omnium Israelitarum luctu
ſepultus Ramæ fuerat in ſua patria;
et Saulus pythias et hariolos ex illis
finibus ſuſtulerat. Igitur coactis 4
Palæſtinis, et apud Sunaman caſtra
metatis, Saulus, qui coactis omni-
bus Israelitis in Gelboe caſtra fece-
rat, animaduerſis Palæſtinorum 5
caſtris, non mediocri animi timore
perterritus, Iouæ oraculum con-
ſuluit. Sed quum ille neque per 6
ſomnia, neque per d) claritatem, ne-
que per vates ei reſponderet, man-
dat ſuis ſeruis, vt ſibi feminam
Phœbo præditam conquirant, quam
conſultum eat. A quibus quum 7
intellexisſet, Phœbo præditam mu-
lierem esſe Endore, alium ſe ſimu-
lat, aliisque veſtitus indumentis, 8

d) per Pontificem, qui hæc verba, Claritas et Integritas, geſtabat in monili.

ad mulierem noctu cum duobus
comitibus proficiſcitur, et cum ea
9 ſic loquitur: diuina mihi per A-
pollinem, et excie, quem tibi dicam.
At mulier: quum ſcias, quid Sau-
lus fecerit, vt ex his finibus pythias
et hariolos exterminauerit, cur me
in tantum capitis periculum addu-
10 cere vis? Tum Saulus ei Iouam
iurat: per Iouam immortalem, in-
quit, hæc tibi res fraudi non erit.
11 Et mulier: quem tibi eliciam?
12 Samuelem, inquit ille. Tum mu-
lier Samuelem conſpicata, magnum
clamorem edidit, et Saulum adlo-
quens: cur me decepiſti? inquit,
13 quum tu ipſe ſis Saulus? Cui
rex: pone metum, inquit. Sed
quid vides? Et mulier: * diuum vi-
14 deo ex terra adſcendentem. Tum
ille: qua eſt ſpecie? Senex adſcen-
dit (inquit illa) amictus penula.
Hic Saulus Samuelem agnoſcens,
honorem ei prono vultu præſtitit.
15 Et Samuel Saulum ſic eſt adlocu-
tus: cur me eliciendo inquietas?
Cui Saulus: magnis premor an-
guſtiis; Palæſtini me bello petunt:
Deus me deſeruit; neque mihi iam
reſpondet neque per vates, neque
per ſomnia: hanc ob cauſſam ac-
ciui te, quo mihi, quid faciendum
16 ſit, oſtendas. Et Samuel: cur er-
go me conſulis? inquit, ſi Ioua te
deſeruit, et factus eſt tuus aduer-
17 ſarius? Faciet Ioua tibi, * quod
per me prædixit: ereptumque tibi
de manu regnum tradet alteri, ſcili-
18 cet Dauidi; quoniam tu ei in vlci-
ſcendis Amalechitis, quibus infen-
ſus erat, non obtemperaſti: pro-
pterea hæc tibi ſine dubio faciet;
19 Neque non Israelitas quoque vna
tecum Palæſtinis addicet, et cras tu
tuique filii eritis vna mecum, Isra-
elitarum etiam caſtris in Palæſti-
norum poteſtatem a Ioua traditis.
20 Hic Saulus repente ad terram tota
mole concidit, tum Samuelis ora-
tione pauefactus, tum viribus de-
ſtitutus, quod eo toto die nocteque
cibum non ceperat.
Tum mulier ad Saulum accedit, 21
et eum adeo perturbatum videns,
ita hortatur: age, ſi ego tibi morige-
rata ſum, tuiſque verbis obſecuta,
meum caput ſummo periculo obie-
ci: obſequere tu mihi viciſſim, et 22
paullum cibi, quem ego tibi adpo-
nam, comede, vt recreatis viribus
adgrediaris iter. At ille capturum 23
ſe cibum negauit: ſed vrgentibus
tum famulis, tum mulieri obtempe-
rans, ſurrexit ex terra, et in lecto re-
ſedit. Mulier autem vitulum, quem 24
domi altilem habebat, propere ma-
ctat: ſubactaque farina panes nullo 25
fermento coquit, Sauloque et eius
famulis adponit: qui capto cibo 26
ſurrexerunt, eaque nocte diſceſ-
ſerunt.

CAPVT XXIX.

Palæſtinis Dauid ſuſpectus, a rege benigne dimiſſus.

QVum coegiſſent autem Palæ- 1
ſtini ſuas omnes copias apud
Aphec, Israelitis apud fon-
tem ad Iezrael poſitum caſtra ha-
bentibus; quumque Palæſtino- 2
rum ſatrapæ diſtributum in cente-
nos et millenos exercitum tranſue-
herent, in qua tranſuectione 3
Dauid eiusque comites poſtremi
cum Achi incedebant: quæſiuerunt
palæſtini principes, quinam eſſent
illi Hebræi? Quibus Achis ita re- 4
ſpondit: hic eſt ille Dauid, Sauli
Israelitarum regis ſeruus, qui quum
mecum per hoſce dies, vel potius
annos, egerit, nihil adhuc in eo
reprehenſione dignum offendi, ex
quo ad nos aufugit. Hic offenſi 5
palæſtini principes, Achi ita dicunt:
remitte hominem in eam prouin-
ciam, cui eum præfeciſti, ne, ſi
nobiſcum in certamen deſcenderit,
in nos in pugna ſe conuertat. Nam
qua tandem re facilius cum domino
ſuo

*) diuinum virum, et humana forma auguſtiorem.

ſuo redire in gratiam poſſit, quam
relatis horum hominum capitibus?
6 Nonne hic eſt ille Dauid, carmine
illo in choreis decantatus? *Saulus*
mille, decem ſuperauit millia Da-
uid? Tum Achis euocatum Daui-
7 dem ſic adloquitur: Iouam ego
immortalem teſtor, te mihi, tuam-
que caſtrenſem conſuetudinem,
probari ac placere; neque enim
vllum hactenus in te vitium, poſte-
aquam tu te ad me primum contu-
8 liſti, deprehendi. Sed ſatrapis
haud places. Quamobrem diſcede
cum bona pace, ne quid palæſtinos
9 ſatrapas offendas. Cui Dauid:
nam quid commiſi? aut quid ad
hunc vsque diem in me deprehen-
diſti, ex quo primum in tuum con-
ſpectum veni? vt prœlium contra
domini mei regis hoſtes non in-
eam? Et Achis: ſcio equidem, te
mihi tam placere, quam ſi diuinus
10 eſſes angelus. Sed te vetant palæ-
ſtini ſatrapæ ſecum prœlium inire.
Quapropter mane, vbi diluxerit,
ſurgito cum tui domini ſeruis, tuis
11 comitibus, et diſceditote. Ita ma-
ne Dauid cum ſuis ſurrexit, vt in
Palæſtinorum fines reuerteretur:
et Palæſtini Iezrael profecti ſunt.

CAPVT XXX.

In Amalechitam Dauid, in Palæſtinum eiuſdem victoria.

1 INterea dum Dauid cum ſuis ter-
tio die Siceleg venit, Amalechi-
tæ incurſione in meridiana et
Siceleg facta, Siceleg expugnaue-
2 rant: eoque igni combuſto, o-
mnes omnium ætatum tum viros
tum mulieres * captiuos ceperant:
eoſque, nemine occiſo, abigentes
3 diſcedebant. Igitur poſtquam ad
oppidum cum ſuis comitibus venit
Dauid, idque igni combuſtum, et
ipſorum vxores et liberos abactos
4 deprehendit, ſublato clamore
tantum cum ſuis militibus plora-
tum edidit, vt iam vires eis nullæ
ſupereſſent ad plorandum. Fue- 5
rant autem captæ duæ Dauidis
vxores, Achinoama Iezraelenſis, et
Abigail, vxor Nabalis Carmelitæ:
eratque in magnis Dauid difficulta- 6
tibus, quod eum lapidare milites
parabant, infenſis omnes animis
propter ſuos liberos. Sed tamen
confirmauit ipſe ſe in Ioua Deo ſuo,
iuſſitque Abiathari ſacerdoti, Achi- 7
melechi filio, vt ephodum ſibi ad-
moueret. Quumque Abiathar 8
ephodum Dauidi admouiſſet, con-
ſuluit Iouam Dauid de agmine illo
perſequendo, an eſſet adſecuturus.
Cui quum ille reſpondiſſet, vt per- 9
ſequeretur: non ſolum enim adſe-
cuturum eſſe, verum etiam ſuos
liberaturum: proficiſcitur cum
ſexcentis ſuis comitibus. Vbi ad 10
fluuium Beſorem ventum eſt, re-
lictis cis fluuium ducentis, qui præ
laſſitudine fluuium tranſire non
poterant, illos cum quadringentis
perſequitur. Repertus eſt autem 11
in agris homo quidam ægyptius,
et ad Dauidem adductus: cui poſt-
quam panis ad edendum, et aqua ad
bibendum data eſt, ficuumque pa-
latha, et duæ vuæ paſſæ, quibus 12
comeſis animum recepit, (nam per
tres dies, totidemque noctes, neque
cibum ſumſerat, neque potionem)
quæſiuit ex eo Dauid, cuias et vn-
denam eſſet? Cui iuuenis: ego 13
ſum Aegyptius, ſeruus Amalechitæ
cuiuſdam, inquit, relictus a domi-
no meo, tertio abhinc die, quo-
niam infirmus eram. Nos excur- 14
ſionem fecimus in Cerethenſes,
et in meridiana Iudææ, et Calebi-
tidis, et Siceleg igni incendimus.
Et Dauid: poteſne me ad agmen 15
illud ducere? Cui ille: iura mihi
per Deum, inquit, te neque neca-
turum eſſe me, neque domino meo
dediturum, et ego te ad agmen il-
lud ducam. Atque ita eum duxit 16
ad illos, quos humi paſſim temere
iacentes, epulanteſque et potantes,
et feſtum pro tanta præda, quam ex

Palæſtinorum et Iudæorum finibus
17 ceperant, agentes, nactus Dauid,
tantam cædem a diluculo ad veſpe-
ram poſteri diei fecit, vt ex eis
nemo euaſerit, præter quadringen-
tos iuuenes, qui camelis inſidentes
18 effugerunt. Atque ita recepit
Dauid quum omnia, quæ ceperant
Amalechitæ, tum duas vxores ſuas;
19 ita vt nihil omnino vllius aut ærta-
tis, aut ſexus, aut prædæ ab illis
captæ deſideratum ſit, quin omnia
20 reduxerit. Cepit autem Dauid
oues et capras omnes, atque boues,
eaque ante gregem illum ducta
ſunt, et Dauidis præda adpellata.
21 Deinde vbi ad ducentos ventum eſt,
qui quum Dauidem ſequi præ laſ-
ſitudine non potuisſent, apud Beſo-
rem fluuium remanſerant: prodie-
runt illi obuiam Dauidi, eiusque
militibus: et Dauid ad illos acceſ-
22 ſit, eosque ſalutauit. Sed eorum,
qui Dauidem comitati fuerant, peſ-
ſimi quique et improbisſimi, ne-
gabant, ſe illis, qui ſe comitati non
fuisſent, communicaturos esſe re-
ceptam a ſe prædam: tantum vxo-
res ſuas et liberos abducerent, at-
23 que diſcederent. Verum Dauid
eis ita dixit: non ita facietis, mei
fratres, quum nobis iſta Ioua de-
derit: nec ſolum nos conſeruaue-
rit, ſed etiam nobis victoriam tra-
diderit de agmine, quod nos ador-
24 tum fuerat. Nam quis in hac re
vobis obtemperet? Quin æquas
cum iis, qui in certamen deſcende-
runt, partes auferent ii, qui apud
25 impedimenta remanſerunt. At-
que ea res ex illo die deinceps in
conſuetudinem atque in ius verſa
apud Israelitas, ad hunc vsque diem
26 manet. Deinde profectus Siceleg
Dauid, miſit de præda ſenatoribus
Iudæis amicis ſuis: ſignificans, ſeſe
eis munera offerre de exuuiis ho-
27 ſtium Iouæ, ſcilicet Bethelenſi-
bus, et Ramothanis ad auſtrum,
28 Ietherianis, Aroerenſibus, Sepha-
29 mothanis, Eſtamoanis, Racha-
lenſibus, et Ierameelenſium, Cenæ-
orumque vrbium incolis, Hor- 30
manisque et Boraſanenſibus, et
Athacanis, et Hebronenſibus: de- 31
nique in omnia loca, in quibus ipſe
eiusque comites verſati fuerant.

CAPVT XXXI.

Israelitarum cædes a Palæſtinis. Regii filii cæſi. Sauli contra ſe crudelitas. Armigeri cum domino mors. Transiordaninorum fuga. Sauli obtruncatio et miſeria. Iabenſium ſtudium, cadauerum crematio. Ieiunium Iabenſium.

IN pugna autem Palæſtinorum 1
cum Israelitis, fugati Israelitæ,
et in monte Gelboe cæſi occu-
buerunt: Sauloque et eius filiis 2
inſtantes Palæſtini, Ionathanem,
Abinadabum et Malchiſuam, filios
eius occiderunt. Saulus prœlio 3
presſus, et a ſagittariis deprehenſus,
vulneribusque confectus, armi- 4
gero ſuo imperat, vt ſe ſtricto enſe
transadigat, ne, ſi præputiati illi
venisſent, ſe obtruncarent atque
illuderent. Sed, recuſante præ ter-
rore armigero, gladium cepit, ei-
que incubuit. Tum armiger vi- 5
dens, mortuum esſe Saulum, incu-
buit et ipſe gladio ſuo, cumque illo
mortuus eſt. Atque ita mortui 6
ſunt eodem die Saulus, eiusque tres
filii, et armiger, et omnes illius
milites.

Tum Israelitæ, qui trans val- 7
lem, transque Iordanem erant, vi-
dentes, Israelitas fugisſe, Saulum-
que et eius filios mortuos esſe, de-
ſertis oppidis fugerunt: eaque ad-
gresſi Palæſtini, in eis ſedem cepe-
runt.

Poſtridie quum ad ſpoliandos 8
occiſos venisſent Palæſtini, Sau-
lum eiusque tres filios in Gelboe
monte proſtratos nacti, Saulo, 9
detractis eius armis, caput ab-
ſciderunt, idque in Palæſtinam in
omnes partes miſerunt, quo bene
geſtarum rerum nuntios in æde
ſtatuarum eorum, atque in natione
diuul-

10 diuulgaretur. Arma eius in æde
Aſtarothi poſuerunt; corpus in
muris Bethſanis ſuſpenderunt.
11 Sed Iabenſes Galaaditæ, audito
quid Saulo fecisſent Palæſtini:
12 proficiſcuntur fortisſimi quique,
et tota nocte continuato itinere,
Sauli eiusque filiorum corpora de 13
Bethſanæ muris auferunt: Ia- 14
beſque reuerſi ibi cremant, et oſ-
ſibus ſub nemore Iabe ſepultis,
ſeptem dies ieiunant.

REGVM LIBER II.

CAPVT I.

Nuntiata Dauidi Sauli mors. Nuntii ſupplicium. Dauidis nænia ſuper heroibus cæſis.

1 MORTVO Saulo, quum
Dauid ex Amalechitarum
cæde reuerſus, Siceloge
2 biduum fuisſet, die ter-
tio aduenit ab exercitu a Saulo vir
quidam laceratis veſtibus, et capite
puluere conſperſo: qui poſtquam
ad Dauidem peruenit, ad terram
3 ſubmisſe procidit; et a Dauide
interrogatus, vndenam adesſet? re-
ſpondit: ex exercitu Iſraelitarum
4 euaſi. Et Dauid: indica mihi,
quæſo, quid actum ſit. Cui ille:
fugerunt milites ex prœlio: multi
ex vulgo occubuerunt: Saulus quo-
que et Ionathan eius filius mortui
5 ſunt. Et Dauid: qui ſcis, Saulum
et Ionathanem eius filium mortuos
6 esſe? Et iuuenis, qui rem ei nun-
tiabat: quum forte in Gelboem
montem venisſem, inquit, video
Saulum innixum haſtæ, cui currus
et equitatus iam iamque immine-
7 bant; reſpexit ille, et me viſum
8 vocauit: adſum, inquam. Tum
ille: quis tu es? Amalechita ſum,
9 inquam. Huc ades, inquit, et me
interfice: nam magno dolore diſ-
crucior: quippe tota adhuc vita
10 præditus. Ego vero accesſi, eum-
que interfeci (ſciebam enim, non
victurum esſe poſt tam grauem ca-
ſum) eiusque et capiti coronam,
et brachio armillam detraxi, quæ
tibi, domine, hic adfero. Tum 11
Dauid, nec non omnes eius comi-
tes, veſtimenta ſua corripere et
lacerare, cumque luctu et ploratu 12
ad veſperum vsque ieiunare, pro-
pter Saulum et eius filium Iona-
thanem, propterque Iouæ exerci-
tum, et iſraeliticam ſtirpem, qui
ferro occubuerant. Deinde ex 13
iuuene, qui rem ei retulerat, quæ-
rit Dauid, cuias ſit. Quumque ille
dixisſet, ſe filium esſe peregrini
cuiusdam Amalechitæ, Dauid ſic
ei dicit: tene ergo non esſe veri- 14
tum, iſta manu vti ad Iouæ vnctum
perdendum? Ades (inquit vocato 15
cuidam ex iuuenibus) inuade hunc.
Atque ille eum obtruncauit. Et 16
Dauid, merito, inquit, et tui ipſius
oris indicio moreris, qui Iouæ
vnctum a te interfectum dixeris.
Deinde hac nænia vſus eſt Dauid 17
ſuper Saulo et eius filio Ionathane,
et [f] artem ſagittariam Iudæos diſce- 18
re iusſit, quemadmodum in libro
Recti ſcriptum eſt. Sic autem 19
dixit: *G. L.* conſidera, o Iſraelita,
qui in tuis faſtigiis cæſi occubue-
rint. *H.* Iſraelitarum decus in tuis
peremtum eſt faſtigiis. Ergone 20
ceciderunt heroes? Nolite hæc
Gethæ indicare: nolite hæc in a-
ſcaloniis nuntiare vicis, ne Palæſti-
norum lætentur [g] puellæ, ne præ-
putiatorum exſultent puellæ. [h] O 21
mon-

f) quoniam Saulus fuerat a ſagittariis vulneratus. *g*) vrbes. *h*) pro monte dicit montes poetice.

montes Gelboe, neque rore neque
imbribus, vt arua eximia, perfun-
damini: quandoquidem iſtic refu-
tatum eſt ſcutum heroicum, ſcu-
tum Sauli, perinde ac ſi oleo non
22 fuisſet vnctus. A ſanguine ſau-
ciorum, ab adipe fortium, neque
Ionathanis arcus recellebat, neque
Sauli gladius redibat infecta re.
23 Saulus et Ionathan in vita ſua inter
ſe amici atque iucundi, ne in morte
quidem diremti ſunt, aquilis per-
24 niciores, leonibus fortiores. O
Iſraelitides, deplorate Saulum, qui
vos oſtro delicate veſtiebat, qui
veſtimenta veſtra mundo comebat
25 aureo. Ergone ceciderunt he-
roes in medio prœlio? ergone
Ionathan in tuis oppetiit faſtigiis?
26 Angor equidem de te, frater mi
Ionathan: eras mihi ita iucundus,
vt pluris apud me tuus esſet, quam
27 muliebris amor. *L.* Sicut mater
vnicum amat filium ſuum, ita ego
te diligebam. *H.* Ergone ceciderunt
heroes, et arma periere bellica?

CAPVT II.

Rex Iudæorum Dauid. Mira huius in hoſtem ſuum clementia. Abner creans regem. Bella multa.

1 HIs ita geſtis, Dauid Iouam de
proficiſcendo in aliquod op-
pidorum Iudææ conſuluit.
Ac iubente Ioua proficiſci, rogauit,
in quodnam proficiſceretur? Cui
2 ille reſpondit, Hebronem. Itaque
profectus eſt eo Dauid cum ſuis
duabus vxoribus, Achinoama Ie-
zraelenſi, et Abigaile, Nabalis Car-
3 melitæ coniuge: comitesque ſuos
cum ſua quemque familia eodem
duxit, atque in oppidis hebroniis
4 ſedem ceperunt. Eo profecti Iu-
dæi, Dauidem iudaici nominis re-
gem vnxerunt. Deinde certior fa-
ctus Dauid de Iabenſibus Galaadi-
5 tis, qui Saulum ſepeliuisſent, mi-
ſit illis nuntios cum his mandatis:
gratias ago vobis a Ioua, qui domi-
num veſtrum Saulum veſtra iſta
erga eum pietate ſepelieritis.
Itaque Iouam precor, vobis vt iſtud 6
beneficium atque officium repen-
dat: et ego me talem erga vos
præſtabo, qualem veſtro iſto tam
præclaro facinore dignum eſt. Et 7
nunc confirmate vos, et viros præ-
ſtate. Nam mortuo domino ve-
ſtro Saulo, Iudæi me ſibi regem
vnxerunt.
Ceterum Abner, Neris filius, 8
dux exercitus Sauli, Isboſethum,
Sauli filium, Mahanaimum tra-
duxit, regemque in Galaaditas, 9
in *i* Asſuræos, in Iezraelenſes, in E-
phraimitas, et Beniamitas, denique
in vniuerſos Iſraelitas conſtituit. E- 10
rat autem natus annos quadraginta
Isboſethus Sauli filius, quum re-
gnum in Iſraelitas iniit: regnauitque
duos annos, tantum Iudæis Dauidem
ſequentibus: in quos quidem Iu- 11
dæos Dauid Hebrone regnauit per
ſpatium ſeptem annorum et ſex
menſium.
Abner autem Neris filius, cum Is- 12
boſethi Sauli filii ſeruis, Mahanaimo
ad Gabaonem profectus eſt. Aduer- 13
ſus eum quum Ioabus, Saruiæ filius,
Dauidicos eduxisſet, obuiam inter
ſe apud gabaoniam piſcinam facti,
alteri ex altera piſcinæ parte con-
ſtiterunt. Tum Abner Ioabum 14
hortatus eſt, vt procederent iuue-
nes, et in ipſorum conſpectu *k* lude-
rent. Adſenſoque Ioabo, in me- 15
dium procesſerunt pares numero,
videlicet duodecim Beniamitæ ab
Isboſetho, et totidem Dauidici:
qui prehenſis alteri alterorum ca- 16
pitibus, latera ſibi mutuo gladiis
confoderunt, ſimulque occubue-
runt: ex quo locus ille fundus in-
uictorum eſt nominatus, apud Ga-
baonem poſitus: commisſoque 17
acerrimo eo die prœlio, victus eſt
Abner et Iſraelitæ a Dauidicis.
Erant illic tres Saruiæ filii, Ioa- 18
bus,

i) Latinus Gesſuræos, Græcus Thaſiri.
k) hoc eſt, dimicarent.

bus, Abiſæus, et Aſael, pedum velo-
19 citate par ſiluestribus capris. Is Ab-
nerem ita perſequebatur, vt ab eo
neutram in partem deflecteret.
20 Tum Abner reſpexit, et: tune es
Aſael? inquit. Sum, inquit ille.
21 Deflecte (inquit Abner) ad dextram
aut ad ſiniſtram, et iuuenum ali-
quem comprehende, cui arma au-
22 feras. Quumque nollet Aſael ab
eo perſequendo deflectere, addi-
dit Abner: deſine me perſequi, ne,
ſi ego te proſtrauero, in Ioabi fra-
tris tui conſpectum venire non au-
23 deam. Quumque ille deſiſtere
renueret, Abner haſtilis parte po-
ſteriore illius inguina tranſadegit:
atque ille ibi collapſus, eodem in
veſtigio mortuus eſt: ac quicum-
que in eum locum venerant, in quo
occubuerat Aſael, conſiſtebant.
24 Quum autem Abnerem perſe-
quentes Ioabus et Abiſæus, ad col-
lem Ammam Giæ oppoſitum, qua i-
tur in ſaltum gabaonium, occidente
25 ſole peruenisſent: Abner,ad quem
ſe Beniamitæ congregauerant, et
facto agmine in cuiusdam collis
vertice conſtiterant, ad Ioabum
26 huiusmodi verbis clamauit: ſem-
perne ſæuient gladii? an ignoras,
hoc tandem doliturum esſe? Num-
quamne militibus imperabis, vt a
ſuis fratribus perſequendis deſi-
27 ſtant? Et Ioabus: per Deum im-
mortalem, ſi iſtud dixisſes iam a
mane, deſiisſent milites, ſuos fra-
28 tres perſequi. Hæc locutus, rece-
ptui cecinit: et omnes milites Iſ-
29 raelitas perſequi deſtiterunt: o-
misſoque prœlio, Abner cum ſuis,
tota nocte itinere per campos con-
tinuato, Iordanem traiecit: pera-
grataque l Bethrone, Mahanaimum
30 peruenit. Ioabus autem ab Ab-
nere perſequendo reuerſus, mili-
tes omnes congregauit, deſideratis
ex Dauidicis vndeuiginti, præter
31 Aſaelem: occiſis autem a Daui-
dicis Beniamitarum et Abneriano-
rum trecentis ſexaginta. Ioabus 32
autem et ſui ſublatum Aſaelem in
ſepulcro eius patrio Bethlehemæ
ſepelierunt: factoque tota nocte
itinere, Hebronem ſub diluculum
peruenerunt.

CAPVT III.

Grauia bella inter Iudæos et Iſraelitas. Dauidis filii, Abneris defectio ad Dauidem. Repetita Michol. Iſraelitæ Dauidi reconciliati. Regi carus Abner. Huius nex, funus.

FVit autem longum bellum in- 1
ter Sauli domum, et Dauidis,
inualeſcente in dies Dauide,
Sauli autem domo inclinante.
Nati ſunt Dauidi filii Hebrone: 2
quorum natu primus fuit Amnon,
ex Achinoama Iezraelenſi: alter 3
Cheleabus, ex Abigaile, Nabalis
Carmelitæ coniuge: tertius Abſa-
lomus, Maachæ filius, Thomais re-
gis Geſſuris filiæ: quartus Ado- 4
nias, Hagithæ filius: quintus Sa-
phatias, Abitalis filius: ſextus Ie- 5
thraamus, ex Egla coniuge Daui-
dis. Hos ſuſtulit Dauid Hebrone.
Interea durante inter Sauli domum 6
et Dauidis bello,Abnerem (qui ſau-
linam domum tuebatur) repre- 7
hendit Isboſethus, quod cum Sauli
patris ſui concubina (ea erat Reſ-
pha Aiæ filia) rem habuisſet.
Qua Isboſethi reprehenſione ma- 8
iorem in modum iratus Abner,
reſpondit in hanc ſententiam: ad-
eone tibi ſum canino capite vilior,
vt mihi (qui meo plane beneficio
Sauli patris tui domum, cognatos,
amicos, aduerſum Iudæos tutatus,
te Dauidi non dediderim) hodie
noxam muliebrem imputes? At 9
Abneri ne ſit propitius Deus, ni
Dauidi, quod ei Ioua iurauit, præ-
ſtabo: ablatoque a Sauli familia 10
regno, Dauidis ſolium tum in Iſ-
raelitas, tum in Iudæos, a Dane ad
Berſabam vſque ſtabiliam. Ad 11

l) Latinus Bethorone.

hæc Abneris verba, ille præ eius
metu ne verbum quidem reſponde-
re auſus eſt.
12 At Abner legatos ad Dauidem
miſit ſuo nomine, qui nuntiarent,
ei patere regionem, feriret ſecum
fœdus, ſeſe ei ſuas vires accom-
modaturum esſe, ad omnes Israe-
13 litas ad eum transferendos. Cui
Dauid reſpondit, ſibi placere fœ-
dus cum eo percutere: ſed ſe vnum
ab eo petere, ne prius in ſuum con-
ſpectum veniret, quam Sauli filiam
Micholem ſecum adduxisſet.
14 Deinde ab Isboſetho Sauli filio,
misſis ad eum legatis, petiit, vt ſi-
bi coniugem ſuam Micholem red-
deret, quam ipſe ſibi m) centum
palæſtinorum præputiorum dote
15 quæſiuisſet. Tum Isboſethus
eam arcesſendam curauit ab eius
16 viro Phaltiele, Lais filio: qui
poſtquam eam flens ad Bathurim
vsque ſecutus eſt, iusſus ab Abne-
17 re reuerti, paruit. Habuit autem
Abner orationem apud ſenatores
Israelitas, qua eos hortatus eſt,
vt Dauidem, quem antea ſibi re-
gem depopoſcisſent, nunc face-
18 rent. Nam de Dauide hoc dixis-
ſe Iouam, ſeſe ſui Dauidis opera
ſuum Israelitarum populum ab in-
iuria tum Palæſtinorum, tum o-
mnium hoſtium, esſe defenſurum.
19 Atque eadem de re etiam apud
Beniamitas locutus, Hebronem ſe
contulit, ad exponendum Dauidi,
quid Israelitis, et quid Beniamita-
20 rum nationi placeret. Eo poſt-
quam venit, Dauid ei eiusque
comitibus, qui viginti erant, cœ-
21 nam dedit. Et Abner Dauidi ſua-
ſit, vt ſe dimitteret, ad congregan-
dum ad regem dominum ſuum
omnes Israelitas, qui cum eo fœ-
dus facerent, vt regnaret arbitrio
ſuo: dimisſusque a Dauide, cum
pace digresſus eſt.
22 Interea Ioabus cum Dauidicis
ab incurſione, multam agens præ-
dam, aderat, quum iam Abner
Hebrone apud Dauidem non es-
ſet, quippe ab illo, compoſita pa-
ce, dimisſus. Igitur Ioabus, 23
cum omni reuerſus exercitu, poſt-
quam certior factus eſt, Abnerem
Neris filium venisſe ad regem,
et ab eo cum pace dimisſum, dis-
cesſisſe: regem adit, demonſtrat, 24
eum non recte fecisſe, qui Abne-
rem Neris filium, qui ad eum ve-
nisſet, discedere ſiuerit. Sciret, 25
illum ad ſe decipiendum, et ad ex-
plorandum ſuas conſuetudines et
omnia negotia, venisſe. Deinde 26
a Dauide digresſus, nuntios ad Ab-
nerem miſit: per quos ille a Borſi-
ra inſcio Dauide reuocatus, He-
bronem reuerſus eſt. Eum Ioa- 27
bus ad mediam portam, per amici
colloquii ſpeciem, ſeduxit, et, hau-
ſtis ilibus, propter Aſaelis fratris
ſui cædem, peremit.
Quod vbi poſtea audiuit Dauid, 28
in hæc verba locutus eſt: Iouam
ego in perpetuum teſtor, me me-
umque regnum a cædis Abneris
Neris filii culpa abesſe: atque 29
hæc Ioabi capiti, totique eius
patriæ imprecor familiæ, ne de-
ſit vmquam ex eius ſtirpe, qui ge-
nituræ fluxu laboret, qui ſit le-
proſus, qui baculo innitatur, qui
ferro trucidetur, quique victu in-
digeat. Deinde Ioabo (qui Io- 30
abus vna cum Abiſæo fratre ſuo
Abnerem propterea occiderat,
quod ab illo Aſael ipſorum frater
apud Gabaonem in pugna fuerat
interfectus) omnibusque, qui ad- 31
erant, præcepit, vt laceratis ſuis
veſtimentis, et centones amicti,
Abnerem antecedentes lugerent.
Ipſe rex feretrum ſecutus, Abnere 32
Hebrone ſepulto, apud eius ſe-
pulcrum, toto plorante populo,
ploratum edidit, ſuperque Abne-
re lamentatus eſt in hæc verba:
nequaquam facinoroſorum mor- 33
te interiit Abner. Non tibi vin- 34
ctæ

m) ducenta dederat. Sed ideo centum dicit, quia centum petierat Saulus.

ctæ manus, non tuis admotæ pe-
dibus catenæ fuerunt; occubuiſti,
quomodo qui per homines ſcelera-
35 tos occumbunt. Tum vniuerſi
ploratum redintegrarunt. Dein-
de ad Dauidem omnes venerunt,
vt cum eo cibum caperent, dum
adhuc dies esſet. Verum Dauid,
interpoſito iureiurando, Deum
ſibi aduerſum precatus eſt, ſi an-
te ſolis occaſum panem aut vllam
36 rem guſtaret: id quod ab omni-
bus adprobatum, totumque re-
gis factum omnium eſt ſententia
37 laudatum: intellexitque eo die
cunctus populus et cuncti Iſraeli-
tæ, regem Abneris Neris filii cæ-
38 dis auctorem non fuisſe. De-
monſtrauit etiam rex ſuis, homi-
nem Iſraelitarum principem pri-
39 mariumque eo die occubuisſe: ſe
quidem plane infirmum vnctum
esſe regem, illos autem Saruiæ fi-
lios potentiores esſe quam ſe: Io-
uam precari, vt ſceleratis ſcelerum
digna rependeret.

CAPVT IIII.

Iſraelitarum timor. Iſboſethi nex, vindicta.

1 HAc Abneris apud Hebronem
morte audita, Sauli filius a-
nimum deſpondit, omneſque
2 Iſraelitæ perturbati ſunt. Habe-
bat autem Sauli filius homines du-
os, militum duces, vnum nomine
Baanam, alterum Rechabum, Rem-
monis Berothitæ filios, Beniami-
tas: nam Berotha etiam in Benia-
3 mitis habentur, et fugerunt Be-
rothitæ Gethannum, vbi ad hanc
diem commorati ſunt.
4 Habuit et Ionathan, Sauli filius, fi-
lium læſis pedibus, qui a nutrice an-
nos quinque natus, audito quid Sau-
lo et Ionathani apud Iezrael accidiſ-
ſet, ſublatus, illa trepidantius fu-
giente, ceciderat, et claudus factus
fuerat. Ei nomen erat Mephibo-
ſethus. Hi Remmonis Berothitæ 5
filii Rechabus et Baana, feruente
die, Iſboſethi domum introgresſi,
qui tum in cubile meridiabatur,
et in mediam domum [n] per ſpeciem
capiendi tritici progresſi, ilia ei per-
foderunt, atque euaſerunt. Nam 6
domum ingresſi, illum in lecto in
conclaui ſui cubiculi iacentem, oc-
ciderunt, necatoque caput abſtule-
runt: quod ſecum ferentes, per 7
campos tota nocte itinere facto, ad
Dauidem Hebronem attulerunt,
regemque ita adlocuti ſunt: ec- 8
ce caput Iſboſethi, Sauli filii, ho-
ſtis tui, qui tibi necem moliebatur.
Hodierno die Ioua tibi, domine
rex, ſupplicium de Saulo, deque
eius ſtirpe ſumſit. At Dauid Re- 9
chabo et Baanæ fratribus in hunc
modum reſpondit: o Ioua vi- 10
uens, qui vitam meam ex omni-
bus periculis adſeruiſti, ego illum,
qui mihi Sauli mortem (lætum ſe
ferre nuntium arbitratus) nuntia-
uit, comprehendi, et apud Siceleg
pro nuntii præmio interfeci; et 11
a vobis hominibus impiis, qui
hominem innocentem, domi ſuæ,
in ſuo cubili iugulaſtis, illius ſan-
guinis pœnas non expetam, voſ-
que ex orbe terrarum auferam?
Tum iuuenibus imperauit, vt il- 12
los interimerent, abſcisſaſque eo-
rum manus et pedes ſupra pi-
ſcinam apud Hebronem ſuſpen-
derent, et Iſboſethi caput in
Abneris ſepulcro Hebrone ſepe-
lirent.

CAPVT V.

Dauid rex Iſraelitarum. Sionis expugnatio. Ad regem Tyrii. Victoria multæ in Palaſtinos.

DEinde omnes tribus Iſraelita- 1
rum ad Dauidem Hebronem
conueniunt, eique demon-
ſtrant, ſeſe eius esſe cognatos et
con-

n) Græce, quum quidem ædium ianitrix (quæ triticum euellebat) ſomno oppreſ-
ſa dormiret.

2 conſanguineos, quo duce (etiam
antea regnante Saulo) vſi fuerint
Israelitæ: Iouam ei ſui populi is-
raelitici gubernationem deſtinasſe:
eumque imperium in Israelitas ha-
3 biturum. Tum rex Dauid cum
omnibus Israelitarum ſenatoribus,
qui ad eum Hebronem conuene-
rant, fœdus Hebrone apud Iouam
fecit, atque ab illis rex Israelita-
rum vnctus eſt, annos tum na-
4 tus triginta. Regnauit autem
annos quadraginta: ſcilicet He-
brone in Iudæos, annos ſeptem
5 et ſex menſes. Hieroſolymis
autem in omnes Israelitas atque
Iudæos, annos tres et trigin-
6 ta. Adgresſus eſt autem rex cum
ſuis Hieroſolymam aduerſum Ie-
buſæos incolas, illisque Dauidem
negantibus eo irrupturum esſe, niſi
cæcos claudosque ſuſtulisſet, quod
irrupturum esſe non arbitraren-
7 tur: arcem Sionem cepit, quæ
8 Dauidis eſt vrbs: eoque die pro-
nuntiauit Dauid, quisquis Iebuſæ-
os vicisſet, et ad canalem pertigis-
ſet, claudosque et cæcos Dauidi
inuiſos, * ex quo natum eſt dictum
illud: cæcus et claudus domum
9 ne intrent. Habitauit autem
Dauid in arce, eamque Daui-
dis vrbem adpellauit, et circum-
quaque a Mellone introrſus ædifi-
10 cauit; creſcebatque in dies eius
poteſtas, Iouæ Dei armipotentis
præſidio.
11 Miſit autem ad eum Hiramus
rex Tyri legatos, materiamque
cedrinam, et fabros lignarios,
lapidariosque ad parietes, qui ei
12 domum conſtruerent: intelle-
xitque Dauid, ſe regem Israeli-
tarum a Ioua esſe creatum, ſuum-
que regnum ab illo ob ipſius po-
pulum Israelitas esſe conſtitutum.
13 Duxit præterea vxores tum concu-
binas, tum iuſtas, ex Hieroſolymi-
tanis, poſtquam Hebrone venit:
ex quibus etiam alios vtriusque ſe-
14 xus liberos procreauit: quorum
Hieroſolymis natorum nomina
ſunt, Sammua, Sobabus, Nathan,
Solomo, Iebahar, Eliſua, Ne- 15
phegus, Iaphia, Eliſama, Eliada 16
et Eliphaletus.
At Palæſtini, poſtquam Dauidem 17
Israelitarum regem vnctum intelle-
xerunt, expeditionem vniuerſi ad-
uerſus eum fecerunt: quo audito
quum Dauid in arcem deſcendisſet,
illi in valle gigantum tetenderunt.
Tum Dauid Iouam ita conſuluit: 18
adgrediarne Palæſtinos? eosne tu
mihi in manum trades? Cui 19
Ioua: adgredere, inquit: nam
Palæſtinos ego tibi in manum tra-
dam. Tum Dauid ad Baalpha- 20
raſimum profectus, illos ibi vicit,
atque ita dixit: fudit Ioua hoſtes
meos ad meum conſpectum, ſicuti
funditur aqua. Inde locus ille 21
Baalpharaſimum eſt nominatus, v-
bi relicta ab illis ipſorum ſimula-
cra Dauid cum ſuis hominibus
abſtulit. At Palæſtini, iterata ex- 22
peditione, iterum in gigantum
valle tetenderunt: et Dauid con- 23
ſuluit Iouam: a quo iusſus eſt non
adſcendere, ſed longiore circuitu
a tergo, qua mori in frontem pa-
tebant, adire: ac ſimulac gres- 24
ſus ſonitum in mororum cacumi-
nibus audiuisſet, inuadere: tunc
enim Iouam ei ad concidenda Pa-
læſtinorum caſtra præiturum esſe.
Quibus Iouæ præceptis quum Da- 25
uid paruisſet, Palæſtinos a Gaba ad
Gazer vsque fudit.

CAPVT VI.

Iouæ arca Hieroſolymam relata. Ozæ a Ioua nex. Dauidis in populum dona. Regem vxor obiurgans, hinc eiusdem ſterilitas.

DEinde congregatis iterum Is- 1
raelitarum lectisſimis triginta
millibus, profectus eſt cum 2
ſuis omnibus iudaicis copiis ad
transferendam arcam diuinam, in
qua nomen, nomen Iouæ armipo-
tentis, Cherubis inſidentis, inuoca-
batur.

3 batur. Hanc illi arcam diuinam,
nouo plauſtro impoſitam, ex ædibus
4 Abinadabi Gabaa abſtulerunt, Oza
et Ahione, Abinadabi filiis, plau-
ſtrum nouum agentibus, Ahione ar-
5 cam præcedente: Dauide autem,
totaque israelitica ſtirpe, ludenti-
bus ante Iouam, omne genus pineis
inſtrumentis, et citharis, nablis, tym-
6 panis, tibiis et cymbalis. Vbi ad
Nachonis aream ventum eſt, Oza
arcam, boum agitatione nutantem,
7 admota manu ſuſtentauit. Qua
re iratus Ioua Deus, eum ibi ob
temeritatem apud diuinam arcam
8 occidit ac interemit. Eam Ozæ
a Ioua ſtrati cædem ægre tulit Da-
uid, eumque locum Ozæ ſtragem
adpellauit, quod nomen adhuc ma-
9 net. Tum Dauid Iouam veritus,
eius arcam ad ſe admittere non au-
ſus, eam ad ſe in vrbem Dauidis in-
10 uehi noluit, ſed in ædes Obed-
edomi Gethani intulit, vbi ea tres
11 menſes fuit: beauitque Ioua
Obededomum, et totam eius do-
12 mum. Quod poſtquam Dauidi
regi nuntiatum eſt, Obededomi do-
mum omnesque facultates a Ioua
propter arcam diuinam auctas esſe:
profectus eo, arcam diuinam ex O-
bededomi ædibus in vrbem Dauidis
13 lætus infert: quum quidem pro-
gresſis, qui Iouæ arcam portabant,
ſenos pasſus, ſingulos boues atque
arietes opimos immolaret, totisque
viribus ante Iouam, lineo amictus
14 ephodo, ſaltaret. Ita quum arca
Iouæ a Dauide, omnique Israelita-
rum ſtirpe, cum læto clamore, tu-
15 barumque ſonitu duceretur: vbi
in vrbem Dauidis ventum eſt, Mi-
chol Sauli filia per feneſtram pro-
ſpiciens, tripudiantem ſaltantemque
coram Ioua Dauidem conſpicata,
16 eum in animo ſuo deſpexit. Poſt-
quam introducta arca, et in ſuo loco
in tabernaculo, quod ei Dauid teten-
derat, collocata eſt, Dauid ſolida ſa-
crificia apud Iouam, et pro ſalute
fecit. Iis peractis, populo per Io- 17
uæ nomen armipotentis bene pre-
catus eſt, et in omnem Israelita- 18
rum multitudinem viritim tum in
viros, tum in feminas, partitus eſt
ſingulas panis collyridas, offasque et
vini lagenas, atque ita domum o-
mnes discesſerunt.

Tum Dauid ad fauſta precandum 19
domui ſuæ ſe conuertit: cui obui-
am progresſa Michol Sauli filia, eum
ſic adloquitur: o quanta fuit ho- 20
die regis Israelitarum grauitas? qui
ſe hodie, ſpectantibus ſuorum ſer-
uorum ancillis, non aliter vulgaue-
rit, quam ſe ſolent vulgare nebulo-
nes. Cui Dauid: coram Ioua, in- 21
quit (qui me tuo patri, totique eius
ſtirpi præpoſitum, iusſit, ſuo israeli-
tico populo imperatorem esſe) co-
ram Ioua, inquam, luſi, multoque 22
magis me demittam, et meo iudicio
humilis, apud ancillas, de quibus tu
locuta es, apud eas, inquam, grauis
ero. Igitur Michol Sauli filia ᵒ nul- 23
los per omnem vitam liberos ha-
buit.

CAPVT VII.

Dauidis requies, de fano ædificando conſilium. Ad eum vates. Ad Iouam rex gratus.

POſtquam rex ab omnibus vndi- 1
que hoſtibus quietem Iouæ be-
neficio conſecutus, domi ſuæ
conſedit, Nathani vati propo- 2
ſuit, abſurdum esſe, quum ipſe in
cedrina domo maneret, Dei arcam
in linteis manere. Cui Nathan 3
reſpondit: faceret ſane, quidquid
in animo haberet: Iouam enim ei
adesſe. Sed ea nocte Ioua Natha- 4
nem ſic adlocutus eſt: i renun- 5
tiatum hæc meo Dauidi. Sic dicit
Ioua: tune mihi domum ad habi-
tandum conſtrues? qui, ex quo 6
Israelitas ex Aegypto eduxi, ad hunc
diem, domum non habitaui, ſed in
tentorio atque tabernaculo verſatus
ſum. Quamdiu inter omnes Is- 7
raeli-

ᵒ) ſcilicet ex Dauide. Nam ex Adriele quinque filios habuit. cap. 21, 8.

raelitas verſatus ſum, ecquod vlli
præſidum Iſraelitarum * (cui meos
Iſraelitas regendos mandauerim)
verbum feci de conſtruenda mihi
8 domo cedrina? Quamobrem ſic
dicit Ioua armipotens (dices meo
Dauidi) Ego te a caula, a procurati-
one balantum, adſciui, vt mei iſrae-
9 litici populi imperator esſes: ti-
bique omnibus in rebus adfui, et
excisis omnibus tuis hoſtibus, tan-
tum tibi nomen conciliaui, quan-
tum eſt eorum, qui ſunt in terris
10 maximi: meisque Iſraelitis lo-
cum ſtatui, vbi quaſi conſiti, ibidem
permaneant, neque amplius pertur-
bentur, neque deinceps ab improbis
ſubigantur, ſicuti quum olim, tum
ex quo tempore ego præſides meis
11 Iſraelitis præpoſui. Igitur tibi
(inquies) ab omnibus hoſtibus tuis
quieto reddito, nuntiat Ioua, ſe do-
12 mum esſe inſtructurum. Quum
plena ætate cum maioribus tuis ob-
dormiueris, ſuſcitabo prolem tuam
poſt te, ex tuo ventre egresſam, cu-
13 ius regnum confirmabo. Is meo
nomini domum conſtruet, eiusque
regni ſolium in perpetuum ſtabili-
14 am. Ego ei pro patre, ipſe mihi
pro filio erit: ac ſi quid deliquerit,
ego in eum humana virga, humanis
15 plagis animaduertam: neque
eum mea benignitate priuabo, ſicu-
ti Saulum priuaui, quem ex tuo con-
16 ſpectu ſuſtuli, tibique firma do-
mus et regnum, et ſtabile ſolium
17 permanebit in ſempiternum. Hæc
omnia verba, omneque oraculum,
quum Nathan expoſuisſet Dauidi,
iuit rex Dauid ad Iouam, et apud
18 eum ita locutus eſt: quis ego
ſum, o Domine Ioua, aut quæ mea
ſtirps eſt, vt me hucusque adduxisſe
parum tibi viſum fuerit, Domine
19 Ioua: niſi etiam meæ, qui tuus
ſum, ſtirpi in longinquum humano
20 more proſpiceres? Domine Io-
ua, quid iam tibi Dauid amplius di-
cet? quum tu me tuum noueris,
21 Domine Ioua, qui tum propter
promisſum tuum, tum quia ſic tibi
viſum eſt, feciſti, vt hæc tot, tam ſin-
gularia, mihi tuo repræſentares.
Ergo ita magnus es, Ioua Deus, vt 22
non ſolum nemo par tibi ſit, ſed ne
Deus quidem ſit vllus præter te, vt
quidem ipſi noſtris auribus audi-
uimus. Ecquæ omnino gens eſt 23
cum tuis Iſraelitis in orbe terrarum
conferenda? quam dii redemtum
iuerint, vt eam pro ſua haberent,
vt ei famam conciliarent, vt eius
causſa tam inaudita et terribilia fa-
cerent, quam tu tuæ terræ feciſti in
tuorum gratiam, * quos tibi ex 24
Aegypti tum gentibus tum diis re-
demtos, ſempiternum tibi populum
iſraeliticum ſtabiliuiſti: teque, Ioua,
ei Deum præbuiſti. Quamobrem, 25
o Ioua Deus, quod tu mihi tuo,
meæque ſtirpi pollicitus es, præ-
ſta in perpetuum, et ſta promis-
ſis. Ita ſemper magnum erit no- 26
men tuum, Iouaque armipotens
Deus Iſraelitarum prædicaberis, et
domus tui Dauidis per te ſtabilis
erit. Nam tu, Ioua armipotens, 27
Deus Iſraelitarum, mihi ſignificaſti,
te mihi domum esſe inſtructurum:
quæ causſa fuit, vt tuus ego tibi has
ferre preces animum inducere au-
ſus ſim. Quapropter, Domine 28
Ioua, tu Deus es, veraque futura
ſunt promisſa tua. Promiſiſti autem
mihi hoc beneficium. Igitur age
iam, perfice tuo fauore, vt mea, qui
tuus ſum, propago per te perpetuo
maneat. Nam tu, Domine Ioua, 29
promiſiſti futurum, vt mea propa-
go tuo ſit fauore felix in ſempiter-
num.

CAPVT VIII.

Dauidis de Palæſtinis, Moabitis et Adarezero victoria. Thois regis gratulatio. Dauidis miniſtri.

POſtea vicit Dauid Palæſtinos, 1
eisque ſubactis, ab eis Methe-
gammam abſtulit. Vicit et 2
Moabitas, quos ad terram proſtra-
tos

tos ſorte dinumerauit, et in tres par-
tes diuiſit: quarum duas morti de-
ſtinauit, tertiam totam conſeruauit:
ſubiectosque ſibi Moabitas, vecti-
3 gales habuit. Vicit item Dauid
Adarezerum Rochobi filium, So-
phenæ regem, tum quum profectus
eſt ad porrigendum imperium
ſuum ad fluuium Euphratem,
4 et ab eo mille ſeptingentos equites
cepit, et viginti millia peditum;
corruptis omnibus curribus, præ-
ter centum, quos reliquos fecit.
5 Præterea Syrorum damaſcenorum
(qui Adarezero Sophenæ regi ſub-
ſidio venerant) viginti duo millia
6 occidit: ſubactæque Syriæ Dama-
ſcenorum, et ſtipendiariæ redactæ,
præſidia impoſuit, Ioua eum omni-
bus in expeditionibus tutante.
7 Cepit et pharetras aureas Adareze-
rianorum, quas Hieroſolymam in-
tulit, *G.* quas poſtea Seſacus Aegypti
rex abstulit in ea expeditione, quam
Roboami Solomonis filii tempori-
bus fecit in Hieroſolymam. *H.*
8 Item ex Betha et Berothai, oppidis
Adarezeri, ingentem vim æris abs-
tulit rex Dauid, *G. L.* ex quo fecit
Solomo rex lacum æreum, et co-
lumnas, *L.* et altare *G.* et lauacra,
9 omniaque vaſa. *H.* Poſtquam in-
tellexit Thois Hemathæ rex, Ada-
rezeri vires omnes a Dauide fra-
ctas, miſit Ioramum filium ſuum
ad regem Dauidem, qui ei ſalutem
10 diceret, deque debellato cæſo-
que Adarezero gratularetur (nam
Thoi bella cum Adarezero inter-
ceſſerant) ſecumque argentea, aurea
11 æreaque vaſa ferret: quæ qui-
dem rex Dauid Iouæ conſecrauit,
vna cum argento et auro, quod
quum de omnibus a ſe ſubactis gen-
tibus, Syris, Moabitis, Ammonitis,
12 Palæſtinis, et Amalechitis, tum
de ſpoliis Adarezeri, Rochobi filii,
13 Sophenæ regis, conſecrauit. Ma-
gnum quoque ſibi nomen peperit,
quum reuerſus eſt, cæſis in valle
ſalis Syrorum octodecim millibus,
L. et apud Gebelem ad viginti tria
millia. *H.* Quin etiam Idumææ, 14
et quidem vniuerſæ præſidia impo-
ſuit, omnibusque Idumæis impera-
uit, a Ioua in ſuis omnibus expedi-
tionibus defenſus. Regnauit in 15
omnes Israelitas, ſeque erga ſuos
omnes ex iure et æquo geſſit. Ex- 16
ercitus ducem habuit Ioabum Sar-
uiæ filium. A commentariis Ioſa-
phatum Achiludi filium. Pontifi- 17
ces, Sadocum Achitobi, et Achime-
lechum Abiatharis filium. Scri-
bam Saraiam. Cerethæorum et 18
Phelethæorum præfectum Bana-
iam Ioiadæ filium. Dauidis autem
filii erant *p* antiſtites.

CAPVT IX.

*Siba Sauli famulus. Rex erga Mephiboſe-
thum clemens. Sibæ filii.*

QVæſiuit etiam Dauid, an vllus 1
adhuc ex Sauli genere ſuper-
eſſet, in quem beneficia pro-
pter Ionathanem conferret. Erat 2
quidam Sauli ſeruus domeſticus,
nomine Siba: quem ad ſe vocatum
Dauid interrogauit, an eſſet Siba?
Fatentem rogauit, ecquis adhuc de 3
Sauli genere ſuperaret, vt eum di-
uino beneficio adficeret. Siba regi
reſpondit, ſupereſſe Ionathanis fili-
um, pedibus læſum. Interroga- 4
tus, vbinam eſſet? reſpondit, eſſe
domi Machiris, Ammielis filii, Lo-
dabare. Tum rex Dauid miſit, 5
qui illum Lodabare, domo Machi-
ris Ammielis filii, arceſſerent.
Ac poſtquam venit ille Mephibo- 6
ſethus, Ionathanis filius, Sauli ne-
pos, et Dauidi ad pedes ſuppliciter
accidit, Dauid eum ſic adlocutus eſt:
Mephiboſethe. Cui ille: ecce me
tuum. Et Dauid: bono es a- 7
nimo, inquit: nam ego te bene-
ficiis adficiam, propter Ionatha-
nem patrem tuum, tibique omnes
agros Sauli aui tui reddam, faci-
am-

p) præcipui, quibus in primis vtebatur.

amque, vt ad menſam meam ſem-
8 per cibum capias. Atque ille
ſupplex: quis ego ſum, inquit, vt
tu me, mortuo cane viliorem, re-
9 ſpicias? Tum Dauid vocato Si-
bæ Sauli famulo dicit: quidquid
Saulus eiusque tota domus habuit,
10 id domini tui filio q do. Tu ei
terram coles cum tuis filiis atque
ſeruis, prouentumque vehes, quo
victu vtatur ipſe. Nam Mephi-
boſethus quidem, domini tui filius,
mihi perpetuo conuictor erit.
Habebat autem Siba filios quinde-
11 cim, et ſeruos viginti. Itaque regi
reſpondit, facturum ſe, quidquid il-
le iusſisſet. Ergo cibum capiet ad
menſam meam Mephiboſethus (in-
quit ille) ſicut vnus de filiis regiis.
12 Habebat autem Mephiboſethus
paruulum filium, nomine Micham;
omnisque Sibæ familia Mephibo-
13 ſetho ſeruiebat. Manſit igitur
Mephiboſethus Hieroſolymæ: nam
perpetuus regi conuictor fuit, clau-
dus vtroque pede.

CAPVT X.

Dauidis legatio ad Hanonem. Ioabi de Ammonitis victoria, Dauidis de Syris.

1 POſtea mortuo rege Ammoni-
tarum, quum eius filius Hanon
2 ei in regno ſuccesſisſet, Da-
uid, vt Hanoni Nahæ filio, pro be-
neficiis, quibus ab illius patre fue-
rat adfectus, gratiam referret, mi-
ſit ad illum ſuos, qui eum de patre
3 conſolarentur. Qui poſtquam in
fines Ammonitarum peruenerunt,
perſuaſerunt Ammonitarum prin-
cipes Hanoni domino ſuo, Daui-
dem non ipſius patris apud eum
honorandi causſa conſolatores, ſed
potius ſpeculandæ, explorandæ, e-
uertendæque vrbis gratia, ſeruos
4 ſuos ad eum miſisſe. Itaque cepit
Hanon ſeruos Dauidis, eisque bar-
bæ dimidium raſit, et medias ve-
ſtes ad nates vsque abſcidit, atque
ita eos dimiſit. Qua de re certior 5
factus Dauid, miſit illis obuiam
(nam eos magnopere pudebat) ius-
ſitque, vt Hierichunte manerent,
rедituri, poſtquam eis barba cre-
uisſet.

Tum Ammonitæ, intelligen- 6
tes, Dauidem ſibi infenſum esſe,
mercede arcesſiuerunt Syrorum
bethrohobanorum, et Syrorum
ſophenorum, viginti millia pedi-
tum, regemque Maacham cum mil-
le, et Iſtobum cum duodecim mil-
libus hominum. Quod vbi intel- 7
lexit Dauid, miſit aduerſus illos
Ioabum cum fortisſimorum ex-
ercitu. Ioabus (quum Ammo- 8
nitæ progresſi, aciem ante portam
inſtruxisſent, Syri autem ſopheni
et rohobani, et Iſtobus, et Maacha,
ſeorſum in agris) intelligens, ſibi 9
prœlium et a fronte imminere, et
a tergo, delectos ex omni Israelita-
rum robore aduerſum Syros ordi-
nauit; reliquos fratri ſuo Abi- 10
ſæo, qui Ammonitis opponeren-
tur, tradidit, cum huiusmodi præ-
ceptis: ſi me Syri prement; tu 11
mihi feres auxilium: ſin te Am-
monitæ prement; ego veniam ti-
bi ſubſidio. Præſta te fortem, et 12
pro populo noſtro, proque vrbi-
bus Dei noſtri fortiter pugnemus;
et Ioua faciet, quod ei viſum fue-
rit. Hæc locutus Ioabus, ſuis 13
copiis prœlium cum Syris commi-
ſit: quibus ab eo in fugam ver- 14
ſis, Ammonitæ, viſa Syrorum fuga,
verterunt et ipſi terga Abiſæo, pa-
triamque repetiuerunt. Ita re- 15
uerſus ab Ammonitis Ioabus, Hie-
roſolymam venit.

Tum Syri videntes, ſe ab Israeli- 16
tis victos esſe, coiuerunt, arcesſiti-
que ab Adarezero Syri, qui trans
flumen incolebant, adfuerunt cum
ſuis copiis, eisque præfuit Sobachus
dux exercitus adarezeriani. Quod 17
poſtquam eſt Dauidi nuntiatum,
coegit omnes Israelitas, et traie-
cto

q) Michæ.

ſto Iordane, ad Helamam perue-
nit: vbi congresſos ſecum prœlio
Syros in fugam vertit, cæſis eorum
18 ſeptingentis quadrigariis, et qua-
draginta millibus equitum, occiſo-
que ibi Sobacho, adarezeriani ex-
19 ercitus duce. Tum videntes o-
mnes reges, Adarezeri clientes, ſe
ab Iſraelitis esſe ſuperatos, pacem
cum Iſraelitis fecerunt, et eis ſti-
pendiarii facti ſunt: metuerunt-
que Syri, deinceps Ammonitis au-
xilium ferre.

CAPVT XI.

Dauidis adulterium. Vriæ mors.

1 DEinde ineunte vere, quo tem-
pore ſolent reges in expedi-
tiones proficiſci, miſit Dauid
Ioabum et ſuos cum eo, omnes-
que Iſraelitas, qui, profligatis Am-
2 monitis, Rabbam obſederunt. Da-
uid autem, qui tum Hieroſolymis
manebat, quum per tempus pome-
ridianum de cubili ſuo ſurrexis-
ſet, et in tecto regiæ domus am-
bularet, animaduertit de tecto mu-
lierem quamdam lauantem, ſingu-
3 lari formæ pulcritudine. Tum
misſis, qui de muliere perconta-
rentur, vbi didicit Bethſabam esſe,
Eliami filiam, Vriæ Hettæi coniu-
gem, curauit, eam per nuntios ar-
ceſſendam, et cum ea rem habuit.
4 Ea poſtquam *a* ab impuritate ſua lu-
ſtrata eſt, domum ſuam rediit.
5 Deinde quum grauida esſet, miſit
Dauidi nuntiatum, ſe prægnantem
esſe.
6 Tum Dauid Ioabo ſignificauit,
vt ſibi Vriam Hettæum mitteret.
7 Qui poſtquam ab illo misſus ad
Dauidem venit, Dauid ex eo ſci-
ſcitatus, quo in ſtatu Ioabus, quo
exercitus, quo bellum foret, ius-
8 ſit, eum in domum ſuam deſcen-
dere, pedesque lauare: *b* illumque
regia egresſum, ſecutum eſt re-
gium ferculum. Sed Vrias pro 9
foribus regiæ cum omnibus domi-
ni ſui ſtipatoribus cubuit, neque
in domum ſuam deſcendit. Quod 10
vbi reſciuit Dauid, Vriam in do-
mum ſuam non deſcendisſe, quæ-
ſiuit ex eo Dauid, cur peregre re-
uerſus, in domum ſuam non de-
ſcendisſet? Cui Vrias reſpondit: 11
arca et Iſraelitæ, et Iudæi in vm-
braculis manent, et dominus me-
us Ioabus, dominique mei milites
ſub dio caſtra habent: et ego do-
mum meam ibo ad epulandum et
potandum, et ad cubandum cum
mea coniuge? At ita tibi vitam fe-
licem precor, vt iſtud non faciam.
Tum Dauid illi præcepit, vt illic 12
maneret etiam eo die: ſeſe poſtri-
die eum dimisſurum esſe. Itaque
manſit Vrias Hieroſolymis eo die,
et poſtero. Ac vocatus a Dauide 13
et apud eum epulatus, potuque ab
eo inebriatus, veſpere exiit ad cu-
bandum in cubili ſuo cum ſtipato-
ribus domini ſui, neque domum
ſuam deſcendit.

Mane ſcripſit Dauid epiſtolam ad 14
Ioabum, quam per Vriam miſit,
in qua illi ſcripſit, daret operam, vt 15
Vrias in prima acie, qua maxime
prœlium vrgeret, collocaretur, vt-
que a ceteris deſtitutus occideretur.
Igitur Ioabus vrbem circumſidens, 16
Vriam in eiusmodi loco ſtatuit, vbi
ſciebat, viros esſe fortisſimos. Ita- 17
que egresſis oppidanis, commisſa-
que ab illis cum Ioabo pugna, ceci-
derunt quum alii ex Dauidicis, tum
ipſe Vrias Hettæus. Tum Ioabus 18
nuntium ad Dauidem miſit, qui ei
totam prœlii rationem exponeret;
eique præcepit, vt poſtquam regi 19
totam prœlii rationem narrauisſet,
ſi, rex ira correptus, dixisſet, non 20
debuisſe eos vrbem cominus op-
pugnare, an neſcirent, ſolere de
mœnibus tela mitti? a quo e- 21
nim occiſum esſe Abimelechum

V *c* Iero-

a) foris manſit polluta ad veſperum, ob concubitum, vt iubebat lex, Leu. 15.
b) miſit ei rex de ſua cœna.

a) Ieroboſethi filium? nonne deiecto
in eum a femina de muro molæ
fragmine, apud Thebem interfe-
ctum fuiſſe? cur muris ſucceſſiſ-
ſent? vt, inquam, reſponderet:
etiam tuus Vrias Hettæus oppetiit.
22 Nuntius ad Dauidem profectus, ei
omnia Ioabi mandata expoſuit, at-
23 que ita retulit: quum illi, nobis
viribus ſuperiores, in agros pro-
ceſſiſſent, et nos eis ad portam vſ-
24 que inſtitiſſemus; ſagittarii iece-
runt in tuos tela de muris, mor-
tuique ſunt de regiis quum alii,
25 tum tuus Vrias Hettæus. Tum
Dauid nuntio præcepit, vt Ioabo
nuntiaret, ne rem illam moleſte
ferret: eam enim eſſe belli natu-
ram, vt cædes faciat: vrgeret op-
pugnationem, oppidumque cape-
ret, atque euerteret: vtque ipſe
26 nuntius illum confirmaret. Vxor
autem Vriæ, poſtquam intellexit,
mortuum eſſe maritum ſuum, eum
27 luxit: quo luctu peracto, Dauid
eam domum ſuam adſciuit, in ma
trimoniumque duxit, et ex ea fili-
um ſuſtulit.

CAPVT XII.

Vates Nathan in Dauidem. Regis contra ſe iudicium. Bethſabæ nati mors. Ex eadem Solomo. Rabbæ expugnatio.

1 SEd offenſus Dauidis facinore
Ioua, miſit ei Nathanem, qui
eum adgreſſus eſt his verbis:
2 duo homines erant in quadam vr-
be, alter diues, alter pauper. Di-
ues maiorum minorumque pecu-
dum magnam copiam habebat.
3 Pauper vnam omnino habebat o-
uiculam, a ſe emtam et enutritam,
quæ vna cum ipſo eiuſque filiis
adoleuerat, eius cibo veſcens, ex e-
ius calice bibens, in eius ſinu quie-
ſcens: breuiter, erat ei pro filia.
4 Ad illum diuitem venit hoſpes qui-
dam, quem accepturus ille, parſit
de ſuis minoribus maioribuſue
ſumere pecoribus: et captam illam
pauperis ouiculam, hoſpiti macta-
uit. Hic Dauid in hominem ma- 5
gna ira percitus, Nathani ſic dicit:
per Iouam immortalem, morte di-
gnus eſt iſtius auctor facinoris,
ouemque quadruplo penſabit, qui 6
iſtud committere non dubitauerit.
Et Nathan: tu ille es, inquit. Ego 7
te (inquit Ioua Deus Iſraelitarum)
regem in Iſraelitas vnxi: ego te ab
iniuria Sauli defendi: tibi domi- 8
ni tui domum, tibi domini tui vxo-
res complectendas, tibi iſraeliticam
iudæamque ſtirpem dedi: alia at-
que alia inſuper daturus, ſi ea pa-
rum eſſent. Cur tu Iouam, con- 9
temtis eius præceptis, ſcelere tuo
offendiſti? dum Vriam Hettæum
ferro trucidaſti, eiuſque vxorem, eo
per te Ammonitarum telis inter-
fecto, in matrimonium duxiſti.
Itaque a domo tua numquam abſu- 10
turum eſt bellum: quoniam tu con-
temto me, Vriæ Hettæi vxorem tibi
matrimonio copulaſti. Scito, me 11
tibi (inquit Ioua) conflaturum eſſe
malum domeſticum, tuaſque coniu-
ges in oculis tuis alteri traditurum,
qui cum eis in huius congrediatur
conſpectu ſolis. Tu quidem oc- 12
culte feciſti: ſed ego hoc coram o-
mnibus Iſraelitis luce palam factu-
rus ſum. Tum Dauid: peccaui 13
in Iouam, inquit. Et Nathan: Io-
ua quoque remittit ille quidem ti-
bi peccatum, neque morieris.
Verum tamen, quoniam tu iſta re 14
Iouæ inimicis maledicendi occaſio-
nem dediſti; filius, qui tibi natus
eſt, morietur.

His dictis Nathan domum diſ- 15
ceſſit. Puerum autem, quem V-
riæ coniux Dauidi pepererat, Io-
ua deſperato morbo adfecit. Pro 16
eo puero Dauid Iouam orans, ieiu-
nauit, humique ſtratus nocte cu-
buit. Quumque eum domeſtici 17
ſenatores a terra attollere cona-
rentur, noluit, neque cum eis
cibum ſumſit. Die ſeptimo mo- 18
ritur puer: cuius mortem ſerui
Daui-

a) Ierobaalis, hoc eſt, Gedeonis.

Dauidis ei nuntiare verebantur,
quod coniicerent, eum, qui ſibi,
viuente puero, hortantibus obſe-
cutus non fuisſet, ſi mortuum es-
ſe dicerent, multo magis ſeſe ad-
19 flicturum esſe. At Dauid musſi-
tantes ſeruos intuitus, intelligens,
puerum esſe mortuum, quæſiuit ex
20 eis,num mortuus esſet? Quumque
illi mortuum esſe dixisſent, a terra
ſurrexit, lotusque et vnctus, mu-
tatis veſtimentis, Iouæ ædem in-
gresſus adorauit. Deinde do-
mum ſuam ingresſus, cibum popo-
21 ſcit: eoque adpoſito epulatus eſt.
Quærentibus ſuis, quidnam ſibi ea
res vellet, quam fecisſet, vt qui pro-
pter puerum viuentem ieiunasſet
atque fleuisſet, idem eo mortuo
22 ſurrexisſet, cibumque cepisſet?
reſpondit: adhuc viuente puero
ideo ieiunaui atque ploraui, quod
incertum esſet, an Ioua mei miſer-
23 tus, puerum ſanaturus esſet.
Nunc eo mortuo cur ieiunem?
num eum iam reuocare potero?
24 Ad illum ego ibo, non ille ad me
redibit. Deinde Dauid Bethſa-
bam vxorem ſuam conſolatus, cum
ea rem habuit; et ex ea filium ge-
25 nuit, quem Solomonem adpella-
uit. Hunc Ioua amauit, et Na-
thanem vatem miſit, qui eum *d* Ie-
didiam propter Iouam nomina-
26 ret. Interea Ioabus Rabbam Am-
monitarum oppugnans, regiam vr-
27 bis partem ceperat: * et misſis ad
Dauidem nuntiis, ei ſignificauit,
ſe Rabbam oppugnauisſe, vrbisque
partem illam, in qua erat aquatio,
28 cepisſe: cogeret reliquum exer-
citum, vrbemque adortus caperet,
ne ſi ipſe Ioabus eam cepisſet, ea
res Ioabi nomini adſcriberetur.
29 Itaque Dauid, coactis omnibus
copiis, Rabbam adgresſus expu-
30 gnauit, aureamque coronam re-
gis illorum, quæ talentum pende-
bat, gemmisque ornata erat, illius
capiti detractam, ſuo impoſuit,
vrbisque copioſisſimam prædam
extulit. Oppidanos eduxit, et 31
ſerris tribulisque ferreis et ſecuri-
bus excruciatos, et per laterariam
fornacem traiectos, necauit: i-
demque fecit omnibus oppidis Mo-
abitarum, atque ita Hieroſolymam
cum omnibus copiis reuerſus eſt.

CAPVT XIII.

Thamaris a fratre ſtuprum. Amnonis cædes per Abſalomum in conuiuio.

Accidit poſtea,vt quum haberet 1
Abſalomus Dauidis filius ſo-
rorem formoſam, nomine
Thamarem, eam ſic efflictim a- 2
maret Amnon, Dauidis et ipſe filius,
vt præ ſororis amore ægrotaret,
quod ea virgo erat, et Amnoni ea
potiri difficile factu videbatur.
Habebat autem Amnon familiarem 3
quemdam, Ionadabum nomine,
Semaæ fratris Dauidis filium, ho-
minem prudentem in primis. Is 4
illum interrogauit,cur ita, qui regis
filius esſet, in dies macreſceret?
hortatusque eſt, vt id ſibi indicaret.
Cui Amnon reſpondit, ſe Thama-
rem, Abſalomi fratris ſui germa-
nam, deamare. Tum Ionadabus 5
ei ſuadet,vt in lecto decumbat,mor-
bumque ſimulet. Quod ſi ad te
viſendum pater tuus venerit, petes
ab eo, vt veniat Thamar ſoror tua,
quæ tibi cibum paret, pulpamen-
tumque te præſente conficiat, quod
tu videas,et de eius manu comedas.
Igitur decubuit Amnon, mor- 6
bumque ſimulauit. Quumque
rex eum inuiſisſet, petiit ab eo,
vt ad ſe veniret ſoror ſua Tha-
mar, quæ ſibi ſpectanti duas pla-
centas faceret, quas de illius ma-
nu ederet. Itaque Dauid Tha- 7
marem eo miſit, iusſitque, vt do-
mum Amnonis iret, eique edulium
pararet. Thamar Amnonis, fra- 8
tris ſui decubantis, domum petiit,
farinamque cepit, et ea ſubacta,
V 2 pla-

d) hoc eſt, Iouæ carum.

placentas eo ſpectante formauit, co-
xitque; et, ſumta patella, ante eum
9 effudit. Sed Amnon comesſe re-
nuens, iusſit omnes foras emitti.
10 Egresſisque omnibus Thamari ius-
ſit, vt edulium in conclaue inferret,
vt ipſe de illius manu comedendum
acciperet. Tum Thamar factas
a ſe placentas capit, easque ad Amno-
nem fratrem ſuum in conclaue illa-
11 tas, ei comedendas adponit. Ille
vero eam prehendit, et: ades, in-
12 quit, cuba mecum, mea ſoror. At
illa, noli frater, noli me ſtuprare, in-
quit, hoc enim apud Israelitas ne-
farium eſt: noli tantum committe-
13 re flagitium. Nam et ego, quo
me vertam cum meo probro? et tu
inter flagitioſos apud Israelitas ha-
beberis. Quamobrem colloquere
cum rege: neque enim me tibi de-
14 negabit. Sed ille noluit ei obſe-
qui, eique per vim ſtuprum obtulit.
15 Deinde eam multo maiore odio
proſequens, quam fuerat amore
proſecutus, iusſit, vt discederet.
16 Atque illa dicente, hoc deterius eſ-
ſe, quod ab eo dimitteretur, quam
illud, quod ab eo pasſa fuisſet: no-
17 luit obtemperare. Vocatoque iu-
uene adminiſtro ſuo, iusſit, eam a
ſe foras emitti, et oſtium poſt eam
obſerari. Tum miniſter eam fo-
ras eiecit, oſtiumque poſt eam
18 clauſit. At Thamar inſperſo ca-
piti ſuo puluere, lacerataque tu-
nica verſicolore, quam ferebat,
(ſic enim ſolebant regum filiæ vir-
gines palla indui) manuque capi-
ti impoſita, vociferans abibat.
19 Et Abſalomus frater eius ſic eam
20 adlocutus eſt: fuit, credo, Amnon
frater tuus tecum. Sed tace, mea
ſoror, frater tuus eſt: noli iſtud
in animum demittere. Ita man-
ſit Thamar deſerta domi ſui fra-
21 tris Abſalomi. Hæc omnia poſt-
quam audiuit rex Dauid, tulit æ-
gerrime. *G. L.* Verum Amnonis
filii ſui animum dolore adficere no-
luit, quod eum adamabat, quippe
ſuum primogenitum. *H.* Abſalo- 22
mus autem tanto odio ab Amnone,
propter ſororem ſuam Thamarem,
ab eo violatam, disſidebat, vt cum
eo numquam omnino neque amice
loqueretur, neque inimice.

Quumque præterito biennio 23
tonſores Baalhaſore apud Ephrai-
mitarum fines haberet, inuitauit
omnes regis filios, regemque ad-
iit, et ei demonſtrauit, ſe tonſu-
ram facere, petiitque, vt ipſe rex
cum ſuis ſecum veniret. Cui 24
rex ita dixit: ne eamus, fili mi,
ne eamus omnes, ne tibi ſimus
oneri. Ac quamuis ille vrgeret; 25
noluit, eique gratias egit. Tum 26
Abſalomus petiit, vt ſaltem veni-
ret Amnon frater ſuus: ac rege 27
negante, opus eſſe, impetrauit
tamen, vt ille ſecum Amnonem, o-
mnesque regios filios dimitteret.
Imperauit autem Abſalomus famu- 28
lis ſuis, vt animaduerterent, vt
quum exhilaratus esſet Amnon vi-
no, et ipſe eum interfici iusſisſet,
eum ſine dubitatione occiderent:
ſeſe auctorem eſſe, præſtarent ſe vi-
ros atque fortes. Id quod quum 29
illi ad Abſalomi præſcriptum fecis-
ſent, ſurrexerunt omnes regis filii,
conſcenſisque mulis, ſeſe fugæ man-
darunt. Qui quum esſent adhuc 30
in itinere, venit ad Dauidem fama,
occiſos eſſe ab Abſalomo omnes re-
gios filios, ne vno quidem relicto.

Tum rex exſiliit, laceratisque 31
veſtimentis, ad terram ſe abiecit,
adſtantibus omnibus eius ſtipatori-
bus, laceris veſtimentis. Sed 32
Ionadabus Semaæ, fratris Dauidis,
filius, dominum ſuum regem mo-
nuit, ne putaret, omnes iuuenes
regis filios occiſos eſſe: ſolum e-
nim Amnonem mortuum eſſe:
nam id Abſalomo decretum fuiſſe,
ex quo Thamar eius ſoror fuerat
ab illo compresſa. Quamobrem 33
ne ſibi perſuaderet, omnes regis
filios eſſe mortuos: etenim ſolum
Amnonem mortuum eſſe. Abſa-
lomus

34 lomus autem aufugit. Et quum
iuuenis ſpeculator animaduertiſ-
ſet, a tergo magnam hominum
turbam per viam a latere montis
35 venientem, demonſtrauit Iona-
dabus regi, adesſe regios pueros,
itaque rem esſe, vt ipſe dixisſet.
36 Ac ſimulatque is loqui deſiit, ſuper-
ueniunt regii filii : quibus plora-
tum edentibus, rex quoque cum
ſuis omnibus ingentem fletum edi-
37 dit, filiumque ſuum *L.* Amno-
38 nem *H.* quotidie deplorabat. Ab-
ſalomus autem Gesſur profugit,
ad Tholmaim Ammiudis filium,
Gesſuris regem, ibique fuit trien-
nium.

CAPVT XIIII.

Abſalomus reuocatus. Regis in eum ira. Abſalomi cæſaries. Is ad regem admisſus.

1 INterea quum rex Dauid, necis
Amnoniæ dolore ſedato, Abſalo-
2 mum arcesſere aueret ; Ioabus
Saruiæ filius, intelligens,regem ani-
mum adiecisſe ad Abſalomum, cu-
rauit arcesſendam Thecua mulie-
rem quamdam prudentem, cui per-
3 ſuaſit, vt luctum ſimularet : ſum-
toque lugubri veſtitu, et olei vncti-
one intermisſa, ſimilisque lugenti
iamdiu mortem alicuius, regem ad-
iret, atque ita cum eo loqueretur :
ſimulque eam dicendis inſtruxit.
4 Igitur Thecuana regem adit, et
prona ad terram ſuppliciter pro-
lapſa, dicit : fidem tuam, o rex.
5 Cui rex : quid habes? Et illa : mu-
lier ſum vidua, quæ mortuo viro,
6 duos habebam filios, inter quos
orta ruri contentione, quum ne-
mo esſet, qui litem dirimeret, oc-
7 cidit vnus alterum. Nunc vni-
uerſi gentiles in me conſurgunt,
fratricidam poſcentes ad necem,
ob interemtum ab eo fratrem, vt
etiam heredem perdant : exſtin-
ctaque ſcintilla, quæ mihi reſtat,
mei viri nomen et poſteritatem ex
8 orbe auferant. Tum rex : abi
domum tuam, inquit, ego tibi
cauebo. At mulier : verum mi- 9
hi, domine rex, meæque familiæ
periculum imminet, inſcio te, tuo-
que ſolio. Et rex : ſi quis in te 10
mutiat, deferto ad me : næ ille,faxo,
numquam poſtea te tanget. At 11
mulier : memento quæſo, rex, in-
quit, per Iouam Deum tuum, ne tot
ſanguinis vindices, nocere parati,
meum filium perdant. Et ille : per
Iouam immortalem, inquit, ne pi-
lum quidem amittet tuus filius.
Tum mulier : liceat mihi apud te, 12
rex, pauca loqui. Loquere ſane,
inquit ille. Et mulier : cur igi- 13
tur tu iſtam diuini populi * pericu-
lo rationem iniuiſti (in qua quidem
ſententia, rex, culpa non cares) vt
nolis profugum tuum reuocare?
Nam certe morimur, et quidem 14
quaſi humi fuſa aqua, quæ recolligi
non poteſt. Neque vero ſolet Deus
vitam eripere : ſed etiam atque
etiam cogitat de non abalienandis
a ſe eis, qui ſunt abalienati. Iam 15
vero, vt ego te, domine rex, hac ra-
tione conuenirem, in cauſſa fuit,
quod me vulgo terrebant. Itaque
ſic ipſa mecum cogitaui : hem, a
rege contendam, vt meam cauſſam
procuret. Quod ſi exoratus fue- 16
rit, vt me ab hominum iniuria de-
fendat, ne ego ſimul et filius meus
ex diuina hereditate auferamur :
tum ab eo contendam, vt ſe faci-
lem præbeat : quippe quum ſis, 17
domine rex, in æquitate ab iniqui-
tate diiudicanda quaſi diuinus qui-
dam angelus, quumque tibi Ioua
Deus tuus adſit. Tum rex : noli 18
me, inquit, celare, quod te rogabo.
Et mulier : loquere ſane, domine
rex. Nonne iſta omnia, inquit 19
rex, impulſore Ioabo feciſti? Et
mulier : ita viuas (inquit reſpon-
dens) vt nullius harum, quas dicis
domine rex, rerum quemquam vl-
la ex parte auctorem habeo, præter
tuum Ioabum. Ipſe præcepit, i- 20
pſe me omnibus his verbis inſtru-

xit: vt rei faciem inuerterem, hoc
fecit tuus Ioabus: et tu, domine,
pro tua iſta, qua diuinos angelos
æquiparas, ſapientia, tenes omnia,
21 quæ ſunt in orbe terrarum. Tum
rex Ioabum adloquens: en iſtud
concedo, inquit: i ſane reuocatum
22 iuuenem Abſalomum. Hic Ioa-
bus pronus humi accidens, regi
gratias ſubmiſſe egit, et: hodie
intelligo, inquit, me apud te valere
gratia, domine rex, poſtquam tu
mihi hoc concedis.
23 Deinde Geſſur profectus Ioabus,
Abſalomum Hieroſolymam addu-
24 xit. Sed illum iuſſit rex domum
ſuam concedere, neque in ſuum
conſpectum venire. Itaque do-
mum ſuam ſe recepit Abſalomus,
25 neque regis conſpectum ſubiit.
Erat autem Abſalomus pulcri-
tudinis laude longe omnium Iſrae-
litarum præſtantiſſimus, a veſti-
gio pedis, ad verticem nullo præ-
26 ditus vitio. Quumque caput
tondebat (hoc autem faciebat quot-
annis, capilli grauitate cogente
tonderi) pendebat eius cæſaries
ducentos ſiclos, pondere regio.
27 Filios ſuſtulit tres, et filiam vnam,
nomine Thamarem, mulierem
forma perelegantem. *G.* Ea fu-
it vxor Roboami, Solomonis fi-
lii, eique peperit Abiamum. *H.*
28 Quum autem Hieroſolymæ bien-
nium manſiſſet, neque in regis
29 conſpectum veniſſet, miſit arceſ-
ſitum Ioabum, vt eum ad regem
mitteret. Qui quum venire no-
30 luiſſet, miſit iterum. Atque,
illo ne tum quidem obſecuto, ſer-
uis ſuis præcepit, vt Ioabi hor-
deum (quod in fundo ſuo apud i-
pſius Abſalomi prædium habebat)
31 incenſum irent. Itaque ſerui
Abſalomi fundum incenderunt, *G.*
L. idque Ioabo ſui ſerui laceratis
ſuis veſtimentis, nuntiatum iue-
32 runt. *H.* Quamobrem contulit ſe
Ioabus ad Abſalomum in eius ædes,
et ex eo quæſiuit, cur eius ſerui
fundum ſuum incendiſſent? Cui 33
Abſalomus reſpondit, ſeſe eum ad
ſe arceſſendum curauiſſe, vt eum
ad regem mitteret, qui ei diceret,
fruſtra ſe Geſſure veniſſe: præſta-
re illic adhuc eſſe: cupere ſe in re-
gis conſpectum venire. Quod ſi
meruerit, necetur. Ergo Ioabus 34
id regi nuntiatum iuit, et rex Ab-
ſalomum euocauit: eumque, quum
ille ad eum veniſſet, et prono ad
terram vultu regi honorem præ-
buiſſet, deoſculatus eſt.

CAPVT XV.

Abſalomus multitudinis ſollicitator, coniurator in patrem. Regis fuga.

POſtea comparauit ſibi Abſalo- 1
mus currus, equitatumque, et
quinquaginta præcurſores, et 2
mane apud viam portæ adſtans, ſi
quis ob controuerſiam regem ad
ius petendum adibat, eum vocabat
Abſalomus: quærebat, cuiusnam
vrbis eſſet. Atque vbi audiuerat,
cuius eſſet iſraeliticarum tribuum,
demonſtrabat ei, bonam æquam- 3
que eius eſſe cauſſam, ſed eum qui
audiret, a rege quidem eſſe nemi-
nem. Vtinam ſe gentis iudicem 4
conſtitui, vt omnium lites atque
cauſſæ ad ſe deferrentur: ſeſe e-
nim ius eſſe redditurum. Quod 5
ſi quis ad eum venerandum accede-
bat, ille eum porrecta manu pre-
henſum oſculabatur. Atque ad 6
hunc modum omnibus Iſraelitis,
qui ad regem petendi iuris gratia
veniebant, faciebat. Qua ratio- 7
ne quum Iſraelitarum animos ſibi
furtim conciliaſſet, præteritis qua-
tuor [e] annis,* a rege petiit, vt ſibi
Hebronem ire, et illic nuncupatum
Iouæ votum reddere liceret. Seſe 8
enim, quum Geſſure in Syria eſſet,
Iouæ vouiſſe, ſi ab eo Hieroſoly-
mam reuocatus fuiſſet, ſeſe eum
eſſe adoraturum. Ita amice a 9
rege

e) Ioſephus 4 habet, at in Hebræo 40 ſunt.

rege dimiſſus, Hebronem profectus
eſt, comitantibus ducentis Hiero-
ſolymitanis inuitatis, ſimpliciter
euntibus, totiusque negotii igna-
10 ris. Dimiſerat autem Abſalomus
emiſſarios in omnes tribus israe-
liticas, quibus præceperat, vt au-
dito tubæ ſonitu, dictitarent, Ab-
ſalomum Hebrone regem eſſe con-
11 ſtitutum. Achitophelemque gi-
lonium, Dauidis conſiliarium, ex
eius patria Gilone arceſſiuerat,
dum ipſe ſacrificia faciebat. Ita
facta eſt acris coniuratio, plures-
que in dies ad Abſalomum conflue-
12 bant. Quod poſtquam iuit qui-
dam Dauidi nuntiatum, Israelitas
animum ad Abſalomum adiecisſe:
13 hortatur ſuos omnes, quos Hie-
roſolymis habebat, vt fugiant: a-
lioquin ipſos ab Abſalomo euade-
14 re non poſſe: properent abire,
ne ab illo ſtatim oppreſſi, exitio
dentur, et vrbs ferro corrumpatur.
15 Regii dixerunt, ſeſe ad omnia, quæ
regi domino viſa forent, paratos
16 eſſe: itaque migrauit, omni fa-
milia comitante, rex, decem mulie-
ribus concubinis ad domus cuſto-
17 diam relictis: egreſſusque, comi-
tante cuncto populo, procul a domo
conſtitit, dum præter eum tranſi-
rent atque præterirent omnes eius
18 aulici, omnesque Cerethæi et
Phelethæi, et Gethani ſexcenti *L.*
milites validi, *H.* qui eum a Getha
19 comitati fuerant. Ettæumque Ge-
thanum monuit in hunc modum:
non eſt, quod tu quoque nos co-
miteris: reuertere ad regem, et
cum eo maneto. Nam hoſpes es,
20 ſolumque vertiſti: qui quum
heri adueneris, cur ego te hodie,
quum incertum ſit, quo tendam, no-
bis comitandis circumducam? Re-
uertere, fratresque tuos reduc, et
G. L. Ioua *H.* tibi benignus adſit.
21 At Ettæus: per Iouam immortalem
(inquit regi reſpondens) perque
tuam, domine rex, vitam, vbicum-
que tu eris, ſeu viuendum ſeu mo-
riendum eſt, ibi ego futurus ſum.
Tum Dauid ei permiſit, vt præter- 22
iret. Ita præteriit Ettæus Getha-
nus cum ſuorum omnium, tum vi-
rorum, tum paruulorum, comitatu.
Quum autem, omnibus magno cum 23
ploratu prætergreſſis, et aduerſum
ſiluam tendentibus, rex torrentem
Cedronem traiiceret, animad- 24
uertit etiam Sadocum, omnesque
ſimul Leuitas diuini fœderis arcam
geſtantes. Nam diuinam arcam
protulerant, comitante Abiathare,
donec omnes ex vrbe egreſſi præ-
teriisſent. Tum rex Sadoco pon- 25
tifici ita dixit: refer diuinam ar-
cam in vrbem. Si mihi Ioua pro-
pitius erit; reuocabit me, mihique
et eam et domicilium ſuum exhi-
bebit: ſin me ſibi placere nega- 26
uerit; faciat ſane mihi, quod ei vi-
ſum fuerit. Attende, inquit, re- 27
uertere in vrbem quiete, vna cum
duobus filiis veſtris Achimaa tuo,
et Ionathane Abiatharis. Atten- 28
dite: ego in plano ſaltu cunctabor,
donec aliquis mihi nuntius vene-
rit a vobis. Ita retulerunt Sadocus 29
et Abiathar arcam diuinam Hiero-
ſolymam: ibique manſerunt. Ad- 30
ſcendebat autem Dauid per cliuum
oliuarum plorans, capite operto, nu-
dis pedibus ingrediens, omnibus,
qui eum comitabantur, tecta capita
habentibus, et adſcendendo flenti-
bus. Quumque ei nuntiatum eſſet, 31
Achitophelem quoque inter coniu-
ratos apud Abſalomum eſſe, Iouam
precatus eſt, vt Achitophelis conſi-
lium futile efficeret. Poſtquam in 32
montis iugum, vbi Deum venerari
ſolebat, peruenit, obuiam fit ei
Chuſæus Archita, lacerata tunica, et
capite humo inſperſo. Quem Da- 33
uid ſic eſt adlocutus: ſi mecum per-
ges; eris mihi oneri: ſin in vrbem 34
reuerſus, Abſalomo, regem eum ad-
pellans, ſeruitium tuum obtuleris,
teque ei deinceps ſeruum fore,
quemadmodum antehac eius patri
fueris, promiſeris; diſſolues mihi

35 conſilium Achitophelis. Aderunt
illic tibi Sadocus et Abiathar pon-
tifices, quibus tu indices, quidquid
36 audiueris a regia. Aderunt et eo-
rum duo filii, Achimaas Sadoci, et
Ionathan Abiatharis: per quos mi-
hi ſignificandum curetis, ſi quid
37 audiueritis. Ita petiit vrbem Hie-
roſolymam Chuſæus Dauidis ami-
cus, eodemque venit Abſalomus.

CAPVT XVI.

Semeis in regem maledicus. Abiſæi fides et virtus pro Dauide. Abſalomus ad regis concubinas.

1 DAuid autem paullulum præ-
tergresſus montis verticem,
occurrit Sibæ, Mephiboſethi
famulo, duos aſinos clitellatos agen-
ti, qui ducentos panes, centenasque
vuas pasſas, et centum palathas,
2 vtremque vini ferebant: et quor-
ſum iſta? inquit. Cui Siba, aſini
ſunt ad vehendam, inquit, regi-
am familiam: panes et ficus ad a-
lendos iuuenes, vinum ad biben-
dum,ſi quis in ſaltibus erit defatiga-
3 tus. Vbi vero eſt domini tui fili-
us? inquit rex. Et Siba, manet
Hieroſolymis, inquit: ſperat enim,
regnum patrium iam ſibi ab Iſrae-
4 litis reſtitutum iri. Tum Dauid:
ergo ſcito, tuas esſe omnes Mephi-
boſethi facultates. Et Siba: ago ti-
bi ſubmisſe gratias, inquit, domine
rex, pro tua iſta erga me beneuolen-
tia.
5 Deinde vbi peruenit rex Dauid
ad Bahurim: prodiit illinc homo
quidam a ſaulinæ ſtirpis genti-
litate ortus, nomine Semeis, Ge-
6 ræ filius: qui conuiciando pro-
cedens, Dauidem, omni turba, o-
mnibusque militibus dextra læua-
que ſtipatum, regiosque omnes,
ſaxis petebat, atque huiusmodi
7 conuicia iaciebat: prodi, prodi,
homo ſanguinarie et ſceleroſe.
Expetit a te Ioua omnem ſtirpis
Sauli ſanguinem, cuius regnum, a
te occupatum, Ioua Abſalomo filio
tuo tradit: et nunc tua te ſcele- 8
ra petunt, qui ſis homo ſanguina-
rius. Tum Abiſæus, Saruiæ fi- 9
lius, ad regem ita loquitur: ſicci-
ne iſtum cane mortuo viliorem
tibi, domine rex, maledicere? Vis-
ne, vt ego ei caput amputatum
eam? At rex: quid tum poſtea, 10
inquit, Saruiæ filii, ſi conuiciatur?
quid ſi Ioua eum impellit ad Da-
uidi maledicendum? quis ab illo
facti rationem repoſcat? Ipſe me- 11
us filius (inquit, Abiſæum et omnes
ſuos ſtipatores adſoquens) qui ex
meis ortus eſt viſceribus, mortem
mihi machinatur: quid faciet Ie-
minienſis? Sinite, vt maledicat: 12
nam a Ioua iusſus eſt: qui Ioua
fortasſe meam miſeriam reſpiciet,
et bona mihi pro hodiernis huius
conuiciis rependet. Ita pergit 13
ire Dauid cum ſuis, per viam, Se-
mei a latere montis ſecundum
eum progrediente, conuician-
do, et lapides in eum iaciendo,
pulueremque ſpargendo. Rex 14
autem, et omnes, qui eum comi-
tabantur, quum illuc defesſi ve-
nisſent, ibi conquierunt.
At Abſalomus,omni Iſraelitarum 15
populo et Achitophele comitante,
Hieroſolymam venit. Ad eum 16
Chuſæus Archita, Dauidis amicus,
venit: et ei, ſalue rex, ſalue rex, di-
xit. Et Abſalomus quæſiuit ex eo, 17
an talem gratiam amico rependeret?
curnam amicum non comitatus eſ-
ſet? Cui Chuſæus reſpondit in 18
hunc modum: immo vero quem et
Ioua, et homines hi, et vniuerſi Iſ-
raelitæ, elegerunt, huius ego ero,et
cum hoc manebo. Deinde apud 19
quem, ſecundum eum, ſeruire de-
beo? nonne apud illius filium?
quemadmodum apud tuum patrem,
ſic etiam apud te ſeruiturus ſum.
Tum Abſalomus Achitophelem 20
monuit, vt conſultarent, quid faci-
endum eſſet. Cui Achitophel ſua- 21
ſit, vt patris ſui concubinas, ab illo
ad domum cuſtodiendam relictas,
com-

comprimeret: vt quum audiuisſent
omnes Israelitæ, eum patri ſuo esſe
inuiſum, omnes, qui eſſent eius
22 partium, confirmarentur. Itaque
Abſalomus, tenſo tabernaculo ſuper
tecto, ad patris ſui concubinas, in
oculis omnium Israelitarum, in-
23 greſſus eſt. Erat Achitophelis con-
ſilium temporibus illis tantæ exiſti-
mationis, vt quidquid ſuaderet,
id pro oraculo tum apud Dauidem,
tum apud Abſalomum, haberetur.

CAPVT XVII.

Achitophel contra regem profugum. Chuſæus contra Achitophelem, idem Dauidem admonens. Achitophel ſeſe interficiens. Abſalomus patrem perſequens.

1 IS igitur Achitophel Abſalomo
ſuaſit in hunc modum: cenſeo,
vt ego, lectis duodecim millibus
hominum, proficiſcar ad Dauidem
noctu perſequendum, eumque fati-
gatum et defeſſum adgreſſus, per-
2 terrefaciam, et, omnibus eius
copiis fuga dilapſis, ſolum regem
interficiam, populumque omnem
3 ad te ſic reducam, *G.* vt ſponſa
ſolet ad ſponſum deduci, vt quum
vnum *H.* petas, ceterorum omnium
4 ſaluti conſultum ſit. Hanc rem
probauit Abſalomus, omnesque ſe-
5 natores Israelitæ; et Chuſæum
quoque Architam euocari iuſſit,
vt illius etiam audiretur ſententia.
6 Qui poſtquam ad eum venit, pro-
ponit illi Abſalomus, quæ ſit Achi-
tophelis ſententia: iubet, vt dicat,
7 ſequendam putet, nec ne. Tum
Chuſæus Abſalomo ita reſpondet:
datum ab Achitophele conſilium
hac quidem in re non bonum eſt.
8 Tu ſcis, patrem tuum eiusque mi-
lites fortisſimos eſſe, et vrſa agreſti
pullis orbata ferociores. Præterea
tuus pater, homo rei militaris peri-
tus, non aget noctem cum vulgo
9 reliquorum. Scito, eum nunc in
aliquo antro, aut alio quopiam lo-
co latere. Quod ſi quis horum
principio ceciderit, et auditum fue-
rit, factam eſſe cædem Abſaloma-
norum: etiam qui fortisſimi 10
ſunt, et leonibus animoſiores, exani-
mabuntur. Sciunt enim omnes
Israelitæ, patrem tuum eiusque mi-
lites viros eſſe fortisſimos. Sed 11
ſuadeo, vt ad te conueniant omnes
a Dane ad Berſabam Israelitæ, qui
futuri ſunt arena numeroſiores,
quos inter tu præſens incedas.
Tum nos eum adorti, vbiubi lo- 12
corum inuenietur, rore denſius
inuademus, vt neque ipſe, neque e-
ius comitum vel vnus reliquus fiat.
Quod ſi ſe in aliquam vrbem rece- 13
perit: eam vrbem nos vniuerſi Isra-
elitæ vel funibus cinctam in flumen
aliquod ſic euerriculabimus, vt ne
calculus quidem ſuperſit. Hoc 14
Chuſæi Architæ conſilium Abſalo-
mus omnesque Israelitæ Achito-
phelis conſilio prætulerunt, Ioua
bonum Achitophelis conſilium diſ-
ſolui curante, vt Abſalomum malo
multaret.

Deinde Chuſæus Sadoco et Ab- 15
iathari pontificibus narrauit, quid
Achitophel Abſalomo ſenatoribus-
que Israelitis conſuluisſet, et quid
ipſe contra ſuaſisſet, hortatus- 16
que eſt, vt Dauidem propere ad-
monendum curarent, ne ea no-
cte in planis ſaltuum maneret, ſed
progrederetur, ne ipſe rex cum
ſuis omnibus opprimeretur. Igi- 17
tur hæc ancilla quædam Ionatha-
ni et Achimaæ apud Enrogel ma-
nentibus (neque enim audebant
palam in vrbem venire) nuntiatum
iuit: qui porro ea Dauidi regi in-
dicatum irent. Eos iuuenis qui- 18
dam conſpicatus, Abſalomo indica-
uit: itaque ambo feſtinarunt, et
in domum cuiusdam Bahurim ve-
nerunt, atque in puteum, quem
ille in atrio habebat, deſcenderunt,
eumque puteum mulier oppanſo 19
velo obduxit, et graneam inſuper
expoſuit. Ita celata re, mulier 20
Abſalomi ſeruis, qui domum ad eam

venerunt, vbinam eſſent Ionathan
et Achimaas interrogantibus, re-
ſpondit, eos paullo ante traiecisſe
flumen. Tum ſerui Abſalomi, quæ-
ſitis illis, neque inuentis, Hieroſo-
21 lymam reuerterunt. Quibus pro-
fectis, illi ex puteo egresſi, rem
Dauidi regi nuntiatum iuerunt:
monueruntque, propere traiicien-
dum eſſe fluuium, propter Achi-
tophelis contra illos conſilium.
22 Tum Dauid cum ſuis omnibus
profectus, Iordanem ante dilucu-
lum traducit, ne vno quidem re-
23 licto, quin omnes tranſierint. At
Achitophel, videns ſuo conſilio non
eſſe obtemperatum, inſtrato aſino,
domum ſuam in patriam proficiſci-
tur: et datis familiæ præceptis, vi-
tam ſuſpendio finiuit, et in ſepul-
24 cro patrio conditus eſt. Dauid
autem Mahanaim peruenit. Abſa-
lomus comitantibus omnibus Iſra-
elitis Iordanem traiecit, præfecto
25 exercitui Amaſa Ioabi loco, qui
Amaſa filius erat Iethræ cuiusdam
Iſraelitæ, ex Abigaile Nahæ filia,
Saruiæ matris Ioabi ſorore, et in
Galaaditarum finibus caſtra poſuit.
26 Dauidi autem, eiusque comitibus,
poſtquam Mahanaim ventum eſt,
obtulerunt Sobis Nahæ filius, ex
Rabba Ammonitarum, et Machir
Ammielis filius Lodabarenſis, et
Berzelæus Galaadita Rogelenſis,
27 ſtragula, pelues, vaſa fictilia, triti-
cum, hordeum, farinam, polentam,
fabas, lentes, fruges toſtas, mel, bu-
tyrum, oues, et caſeos bubulos ad
28 commeatum: ſuſpicati, homines
fame, lasſitudine ſitique per deſerta
loca laborare.

CAPVT XVIII.

Dauidis in Abſalomum expeditio. Huius mors et columna. De morte illius nuntii. Patris luctus.

1 IGitur Dauid recenſitis ſuis co-
piis, tribunisque et centurioni-
2 bus conſtitutis; tertiam par-
tem Ioabo, alteram tertiam Abiſæo
Saruiæ filio Ioabi fratri, tertiam
Ettæo Gethano tribuit. Ipſe cum
militibus profecturum ſe dixit.
Sed disſuaſerunt milites. Si enim 3
in fugam verſi fuerimus, (inquiunt)
hoc illi pro nihilo ducent, etiamſi
noſtrum dimidia pars interierit:
nam tu pro decem millibus * no-
ſtrum es. Quamobrem præſtat, 4
vt tu ſis nobis in vrbe ſubſidio. Ita
illorum voluntati obſecutus rex
ſtetit apud portam, exeuntibus- 5
que militibus centenis et millenis;
Ioabo, Abiſæo et Ettæo, vt iuueni
parcerent Abſalomo, mandauit, au-
diente omni exercitu, quum rex
omnibus ducibus Abſalomum com-
mendaret.

Igitur, egresſis in agrum aduer- 6
ſus Iſraelitas militibus, committi-
tur prœlium in ſilua Ephraimita-
rum: vbi, pulſi a Dauidicis Iſrae- 7
litæ, magnam eo die cladem accepe-
runt, cæſis eorum viginti millibus.
Atque ibi diſperſa in omnes partes 8
pugna, plures eo die ſilua abſumſit,
quam ipſe conflictus. Abſalomus
Dauidicis obuiam factus, quum mu- 9
lus, cui inſidebat, ſubter denſam pa-
tulamque quercum præteriret; ille
adnexo eius capite in quercu muloque,
qui ſuberat, prætergresſo, in-
ter cælum et terram pependit. Id 10
quod conſpicatus quidam Ioabo
nuntiauit, Abſalomum vidisſe ſe in
quercu pendentem. Et Ioabus: vi- 11
diſti autem? inquit: cur non igitur
ibi eum ad terram deturbatum occi-
diſti? et meum fuisſet, te decem
argenteis nummis balteoque do-
nare. At ille, ego vero, inquit, 12
etiam ſi mihi mille nummi in ma-
num adpenderentur, non iniicerem
manum filio regis. Nam audienti-
bus nobis præcepit rex tibi Abiſæ-
oque et Ettæo, vt iuueni Abſalo-
mo caueretis: nedum vt ego tam
perfidioſe, tanto cum vitæ meæ pe-
riculo, facerem. Neque enim res 13
hæc omnino regi celari posſet.
Verum

Verum tu iam apud illum ades.
14 Tum Ioabus: videbis me, non ita
cunctantem. Hoc dicto, tria tela
manu corripit, eaque pectori Abſa-
lomi, adhuc in media quercu vi-
15 uentis, infigit. Tum decem fa-
muli, Ioabi armigeri, Abſalomum
circumueniunt, et vulneribus in-
16 terficiunt. Et Ioabus tubæ clan-
gore milites ab Iſraelitis, quod
populo parcebat, perſequendis re-
uocat.
17 Quibus omnibus fuga domum
dilapſis: * illi Abſalomum in va-
ſtam quamdam voraginem in ſil-
ua proiectum, congeſto ingenti
18 ſaxorum cumulo, obruerunt. Sta-
tuerat autem ſibi Abſalomus, quum
viueret, eam columnam, quæ eſt in
valle regia, eo conſilio, vt *f* ſi forte
liberis priuaretur, ea eſſet eius
nominis monumentum: quam co-
lumnam ſuo nomine vocauerat,
eaque locus Abſalomi vocatur ad
19 hunc diem. Ceterum Achimaas,
Sadoci filius, petiit, vt ſibi currere
liceret ad regi nuntiandum, Iouam
de illius hoſtibus ſumſiſſe ſuppli-
20 cium. Cui Ioabus: non eris lætus
hodierno die nuntius: alias nunti-
abis. Nam hodie quidem non es iu-
cundum nuntium adlaturus, quippe
21 de morte filii regis. Tu (inquit)
Chuſi, i regi nuntiatum, quod vi-
diſti. Tum Chuſis Ioabum vene-
ratus, cucurrit. Atque hic iterum
Achimaas Sadoci filius: quid ſi e-
go quoque poſt Chuſim curram?
22 Cui Ioabus: cur curras, fili, quum
nuntii præmium non ſis adepturus?
23 Sed quid ſi curram? curre ſane.
Ita cucurrit Achimaas via campe-
24 ſtri, Chuſimque præuertit. Tum
ſpeculator, qui tectum portæ in
murum conſcenderat, conſpicatus
hominem ſolum accurrentem, id
Dauidi regi, inter duas portas ſe-
25 denti, clara voce nuntiauit. Et
Dauid dixit, illum, ſiquidem ſolus
26 erat, lætum adferre nuntium. At-
que, adpropinquante illo, animad-
uertit ſpeculator hominem alterum
accurrentem, idque ad ianitorem
clamauit, hominem accurrere ſo-
lum. Et quum rex dixiſſet, illum 27
quoque boni aliquid portare: ſub-
iecit ſpeculator, ſe ex curſu conii-
cere, priorem eſſe Achimaam Sa-
doci filium. Eum rex bonum vi- 28
rum eſſe, reſpondit, et ob bonum
venire nuntium. Tum Achimaas
clara voce regem adloquens, et
prono ad terram vultu venerans,
dicit ita: ſalue, grates agantur Iouæ
Deo tuo, per quem victi ſint, qui
contra te, domine rex, manum ſuſ-
tulerant. Et rex: ſaluuſne eſt 29
adoleſcens Abſalomus? Cui Achi-
maas: magnam hominum turbam
vidi, inquit, quum Ioabus alium
quemdam tuorum et me mitteret:
ceterum quid eſſet, neſcio. Tum 30
rex, recede, inquit: conſiſte iſtic.
Quumque ille receſſiſſet atque con-
ſtitiſſet: ecce aderat Chuſis, qui ſic
locutus eſt: regem dominum ego 31
læto nuntio impertio, cuius aduer-
ſarios omnes Ioua hodie vltus eſt.
Et rex: ſaluuſne eſt adoleſcens Ab- 32
ſalomus? Vtinam (inquit Chuſis)
ſic ſint hoſtes tui, domine rex, vt eſt
adoleſcens, et quotquot in tuam
perniciem conſurgunt. Tum rex 33
perculſus in portæ cœnaculum plo-
rans adſcendit, inter eundum ita
dicens: fili mi Abſalome, fili mi,
fili mi Abſalome, vtinam ego ſim
pro te mortuus, Abſalome fili mi,
fili mi.

CAPVT XIX.

Ioabus regem obiurgans. De reuocando Dauide conſilium. Semeis regi obuius. Iſraelitarum et Iudæorum disſidium.

QVod vbi Ioabo indicatum 1
eſt, regem plorare, Abſalo-
mumque filium ſuum luge-
re: eius diei victoria in luctum
omnium conuerſa, (omnis enim
exer-

f) nam ſupra cap. 14. dicitur filios tres, et filiam vnam ſuſtuliſſe.

2 exercitus eo die, audito regis ob
filium dolore, in vrbem furtim in-
trauerat, non aliter, quam ſolent,
quos in pugna fugatos pudet) re-
gem adit, qui intus velato vultu
3 magna voce clamabat: fili mi
Abſalome, Abſalome fili mi, fili mi:
4 eumque ita admonet; tu hodie
omnibus tuis (qui tuam, tuorum-
que liberorum, et vxorum tum iu-
ſtarum, tum concubinarum, ſalu-
tem hodie cuſtodiuerunt) dedecori
es, dum tuos et inimicos amas, et a-
5 micos odiſti. Nunc enim facile
ostendis, quanti et duces facias, et
6 milites. Nam hoc ſatis ſcio, ſi ho-
die, nobis omnibus mortuis, viue-
ret Abſalomus, id tibi iucundum
fore. Sed age, prodi, et tuos adfa-
7 re comiter: alioquin Iouam e-
go iuro, niſi tu prodis, neminem
fore, qui non a te ante noctem de-
ficiat, quo malo grauius nullum
vmquam tibi, poſtquam natus es,
8 accidit. Tum rex ſurrexit, et in
porta ſedit: quod poſtquam eſt
vulgo nuntiatum, venerunt omnes
9 in conſpectum regis. Ceterum
Israelitis domum fuga dilapſis, vul-
go agitari cœptum eſt per omnes
Israelitarum tribus, regem, a quo
ab hoſtium iniuria defenſi, a quo a
Palæſtinorum manu liberati fuiſ-
ſent, nunc ex ſuis finibus ab Abſa-
10 lomo fugatum eſſe. Abſalomum
autem, quem ipſi ſibi regem vnxiſ-
ſent, in bello mortuum eſſe: quid
iam regem reuocare cunctentur?
11 Et Dauid rex Sadoco et Abiathari
pontificibus ſignificatum miſit, vt
ſenatores Iudæos hortarentur, ne
in rege domum reuocando poſtre-
12 mi forent. Quum enim omnium
Israelitarum nuntii domum eius ad
eum venisſent: Iudæos, ſuos co-
gnatos et ſanguineos, non debere
eſſe in reuocando rege poſtremos.
13 Præterea vt Amaſæ ſuo nomine ita
nunciarent: tu meus cognatus et
conſanguineus es: atque ita Deum
habeam propitium, vt tu mihi dux
exercitus perpetuo futurus es pro
Ioabo. Ita Iudæi omnes, eodem 14
inclinantibus omnium animis, re-
gi ſignificauerunt, vt cum ſuis o-
mnibus reueniret: eoque ad Ior- 15
danem vsque reuerſo, venerunt ad
Galgala, regi obuiam deſcenſuri,
eumque Iordanem traducturi.
Cum his regi obuiam ire propera- 16
uit Semeis Geræ filius, Ieminien-
ſis, ex Bahurimo, vna cum mil- 17
le Beniamitis, et Siba Sauli dome-
ſtico famulo, quem filii quindecim,
et ſerui viginti comitabantur. Hi 18
quum Iordanem regi præparasſent,
transmisſa naui, quæ regis famili-
am traduceret, illique ad nutum
obſequeretur: Semeis Geræ filius
regi Iordanem traiecto accidit, et
eum ſic adlocutus eſt: noli mihi, 19
domine rex, culpam imputare, ne-
ue in animum tuum inducito, me-
minisſe illius a me commisſi con-
tra te ſceleris, quum tu Hieroſoly-
mis emigrasſes. Nam ſcio, me 20
peccauisſe: ideoque hodie primus
omnium Ioſephidarum tibi, do-
mine rex, obuiam deſcendi. Tum 21
Abiſæus Saruiæ filius ſic loquitur:
iccircone non morietur Semeis,
qui Iouæ vncto maledixerit? At 22
Dauid: quid iſtud, inquit, Saruiæ
filii? cur mihi hodie aduerſamini?
hodiene vt quisquam in Israelitis
moriatur? quaſi vero neſciam, ho-
dierno demum die me Israelitarum
regem fieri. Non morieris, in- 23
quit Semei, idque ei iurauit. Me- 24
phiboſethus quoque Sauli nepos
(qui poſt regis discesſum, vsque ad
eumdem incolumem reuerſum, ne-
que pedes lauerat, neque barbam
totonderat, neque veſtimenta ab-
luerat) regi obuiam deſcendit: 25
cui Hieroſolymis obuiam facto, rex
inquit: cur me comitatus non es,
Mephiboſethe? Et ille: meus 26
me ſeruus fefellit, domine rex.
Quum enim aſinum inſternere, et
eo inſcenſo, quod ſum claudus, re-
gem adire cogitarem: ille me a-
pud

pud te, domine rex, calumniatus
27 eſt. Quamquam tu, qui [g] quaſi di-
uinus quidam angelus es, vtere ſane
28 tuo arbitrio, qui quum me (cu-
ius totum paternum genus mor-
tem a te commeruerat) tamen inter
tuos conuictores habueris: quid
iam habeo quod de te rex merito
29 poſſim conqueri? Tum rex:
quid pergis iſta dicere? Iubeo te
30 et Sibam diuidere prædium. Im-
mo etiam totum teneat, (ſubiicit
Mephiboſethus) poſtquam tu, do-
mine rex, domum ſoſpes rediiſti.
31 Berzellæus autem Galaadita, Ro-
gelimo degreſſus, Iordanem cum
rege traiecerat, eius vlterius dedu-
cendi gratia, homo valde ſenex:
nam octogeſimum annum agebat.
32 Is regi apud Mahanaim agenti ci-
baria ſuppeditauerat, quippe vir
33 locupletiſſimus. Hunc Berzel-
læum rex ſic eſt adlocutus: tu me-
cum traiicito, ego te Hieroſolymis
34 apud me alam. Ille vero regi re-
ſpondit in hunc modum: at cuius
ætatis ſum, vt Hieroſolymam cum
35 rege adſcendam? Qui quum ſim
iam natus annos octoginta: num
potero bonum a malo diſcernere?
num cibo et potione delectari?
num fidicinum fidicinarumque can-
tus audire? quid opus eſt, vt ego
tibi amplius, domine rex, ſim oneri?
36 Liceat mihi tecum paullum trans
Iordanem progreſſo, (cur enim tan-
to me cumulet rex beneficio?) li-
ceat, inquam, reuerti, et in mea pa-
tria apud ſepulcrum parentum mo-
37 ri. Adeſt hic tuus Chamaamus,
qui tecum, domine rex, tranſibit,
38 quo tu vtaris arbitrio tuo. Tum
rex: ergo mecum tranſibit Cha-
maamus, quem ego tractabo tuo
arbitratu, tibique omnia præſtabo,
39 quæ a me expetiueris. Ita omni-
bus copiis Iordanem traductis, rex
vbi traiecit, Berzellæum oſculatus,
40 ei valedixit. Eo domum reuer-
ſo, rex vbi ad Galgala comite Cha-
maamo progreſſus eſt, quum a di-
midia natione Iſraelitarum, tum ab
vniuerſis Iudæis traductus, conue-
nerunt ad eum omnes Iſraelitæ,
conqueſtique ſunt apud eum de ſuis 41
fratribus Iudæis, qui regem, eiuſ-
que familiam, et Dauidicos omnes
Iordanem clam ſe traduxiſſent.
Quibus omnes Iudæi reſponde- 42
runt, regem ſuum eſſe proximum:
non debere illos eam rem ægre
ferre, quaſi Iudæi a rege alerentur,
aut munera accepiſſent. At Iſrae- 43
litæ obiiciebant, ſe, qui [h] decuncem
haberent in rege, qui in Dauide ſu-
periores Iudæis eſſent, non debuiſ-
ſe ab illis ita contemni, vt non pri-
mas partes in reuocando ſuo rege
obtinerent.

CAPVT XX.

Iſraelitæ a rege abducti per Sebam. Regis concubinæ in cuſtodiam. Amaſa nex.

SEd quum Iudæi Iſraelitas verbis 1
ſuperarent: accidit, vt illic eſ-
ſet homo quidam improbus,
nomine Seba, Bochris filius, Iemi-
nienſis. Is, ſigno tuba dato, ſic
prædicauit: nos nullam in Dauide
partem, nullum in Iſæi filio ius
habemus: diſcedamus domum, 2
Iſraelitæ. Tum omnes Iſraelitæ a
Dauide ad Sebam Bochris filium
defecerunt. At Iudæi regi ſuo a
Iordane ad Hieroſolymam adhæ-
ſerunt.

Dauid autem domum ſuam 3
Hieroſolymam profectus, ſuas de-
cem vxores concubinas, quas ad
domum cuſtodiendam reliquerat,
in cuſtodiam dedit, easque illic
aluit, neque cum eis rem habuit: at-
que eæ concluſæ omnem ætatem vi-
duæ vixerunt. Et rex imperauit 4
Amaſæ, vt Iudæos triduo ad ſe
congregaret, deinde adeſſet ipſe.
Sed quum Amaſa, ad conuocandos 5
Iudæos

g) diuina quadam prudentia præditus.

h) decem partes, quod decem tribus erant.

Iudæos profectus, vltra præſcri-
6 ptum tempus moraretur: iubet
Dauid Abiſæo, vt quoniam Seba Bo-
chris filius iam plus ei nociturus
eſſet, quam nocuiſſet Abſalomus:
illum ipſe perſequatur, adhibitis
ſeruis dominicis, ne ille, munita op-
pida nactus, ex oculis effugiat.
7 Ita Hieroſolymis profecti ſunt
Ioabi milites, et Cerethæi et Phele-
thæi, et fortisſimi quique, ad Se-
bam Bochris filium perſequendum.
8 Qui vbi ad ſaxum magnum, quod
eſt apud Gabaonem, peruenerunt:
occurrit eis Amaſa. Tum Ioabus
enſem, (quo lateri adplicato ac-
cinctus erat ſuper veſtem, qua
erat amictus) ſiuit excidere va-
gina, et, vt vales, frater? inquit,
9 Amaſam adloquens: prehenſa-
que dextra manu illius barba, quaſi
qui eum oſculari vellet, enſe, quem
altera manu, non aduertente illo,
10 tenebat, Amaſæ ilia ferit: quo
ictu effuſis humi viſceribus, ille
11 vno vulnere mortuus eſt. Deinde
Ioabus cum Abiſæo fratre ſuo Se-
bam Bochris filium perſequitur,
adſtante quodam ex Ioabi famulis
apud Amaſam, et edicente, vt qui
cum Ioabo ſentirent, et qui a Da-
uide ſtarent, Ioabum ſequerentur.
12 Is famulus quum videret, omnes,
qui ad Amaſam, in ſanguine media
in via volutatum, venerant, reſtare
et circumſtare: eum a via remo-
uit in agrum, et veſte operuit.
13 Eo amoto, omnes perrexerunt
ſequi Ioabum ad Sebam Bochris fi-
14 lium perſequendum, qui per o-
mnes Iſraelitarum tribus ad Abel-
maacham peruenerat, congregatis
eumque ſecutis omnibus Berienſi-
15 bus. Hunc igitur illi Abelmaa-
chæ obſederunt, ſtructoque agge-
re, oppidum oppugnare cœperunt.
Atque hic omnibus Ioabi militi-
bus muros labefactantibus: ſapi-
ens quædam mulier ex oppido
16 clamauit in hunc modum: au-
dite, audite, dicite Ioabo, vt huc
accedat, vt ego cum eo colloquar.
Quumque ille acceſsiſſet, rogauit 17
mulier, an eſſet Ioabus. Sum, in-
quit ille. Et illa: audi, quæ ego
tua dicam. Audio, inquit. Tum 18
illa: debuit prius iniri ratio de
inquirendo in Abel, inquit, atque
ita demum perfici res. Nos Iſ- 19
raelitæ ſumus, pacati ac fideles:
tu oppidum ciuitatemque iſrae-
liticam perdere conaris: cur Iouæ
patrimonium depopularis? Et 20
Ioabus: abſit, (inquit reſpon-
dens) abſit, vt ego depopuler, aut
euertam: non ita eſt. Sed ho- 21
mo quidam de monte Ephraimita-
rum, nomine Seba Bochris filius,
arma contra regem Dauidem ſum-
ſit. Hunc vnum dedite, et ab oppi-
do diſcedam. Tum mulier: iam
tibi illius caput de muro proiicie-
tur. His illa dictis, ciues omnes 22
adit, ſuaque prudentia perficit, vt il-
li abſciſſum Sebæ caput ad Ioabum
proiiciant. Tum Ioabus receptui
canit: et milites ab oppido reuoca-
ti, diuerſi domum abeunt. Ipſe 23
Hieroſolymam ad regem redit:
fuitque omni Iſraelitarum exerci-
tui præfectus, Banaias autem Ioiadæ
filius Cerethæis et Phelethæis:
Adoramus tributo: Ioſaphatus A- 24
chiludi filius a commentariis, Si- 25
ua ſcriba, Sadocus et Abiathar pon-
tifices: Ira quoque Iairius fuit 26
dauidicus antiſtes.

CAPVT XXI.

Triennii fames. Mortuo Saulo perſoluta a Dauide iuſta. Dauidis a gigante diſcrimen. Gigantes quatuor a Dauidicis victi.

VIguit autem Dauidis tempore 1
fames tres annos continuos.
Itaque percontatus eſt Dauid
oraculum Iouæ: qui reſpondit in
cauſſa eſſe Saulum, et ſtirpem ſan-
guinariam, quod Gabaonitas inter-
emiſſet. Erant Gabaonitæ non ex 2
Iſraelitis, ſed ex Amorræorum re-
liquiis, quibus Iſraelitæ ſe iureiu-
rando

rando obſtrinxerant, quos Gabao-
nitas Saulus occidere conatus erat,
Israelitarum Iudæorumque ſtudio
3 inductus. Hos Gabaonitas euo-
catos rex Dauid interrogauit, ec-
quid ſibi ab ipſo fieri, aut qua re
placari vellent, vt esſent erga Iouæ
4 patrimonium beneuoli. Cui Ga-
baonitæ reſponderunt, ſeſe neque
ex Saulo eiusque ſtirpe argentum
aut aurum, neque ex Israelitis
quemquam ad necem poſcere.
5 Quærentique regi, quid a ſe poſtu-
larent, reſponderunt, velle ſe viri
illius memoriam, a quo confecti
perditique fuisſent, ex omnibus
6 Israelitarum finibus auferre. Da-
rentur ſibi ſeptem illius ſobolis ho-
mines, quos Iouæ apud Gabaam
Sauli in Iouæ monte * ſuſpenderent.
7 Quibus rex daturum ſe promiſit,
præteritoque Mephiboſetho Iona-
thanis Sauli filii filio, propter Iouæ
iusiurandum, quod inter eos, vide-
licet inter Dauidem et Ionathanem
8 Sauli filium, intercedebat, duos
Reſphæ filios, Aiæ filiæ, ex Saulo
natos, Armonim et Mephiboſetum,
et quinque Micholis filiæ Sauli fili-
os, ex Adriele Berzellæi Molathitæ
filio genitos, Gabaonitis dedit:
9 quos illi in monte coram Ioua cru-
cifixerunt. Iis ſeptem ſimul vita
priuatis primo tempore mesſis, id
10 eſt principio mesſis hordei, Re-
ſpha Aiæ filia, centone ſibi in petra
ſtrato, ab initio mesſis, donec in il-
los cæleſtis aqua deſtillauit, prohi-
buit, quo minus illi vel interdiu ab
auibus, vel noctu a feris inuaderen-
11 tur. Quod Reſphæ Aiæ filiæ,
Sauli concubinæ, factum poſtquam
12 Dauidi nuntiatum eſt: profectus
eſt ad osſa Sauli, et eius filii Iona-
thanis, a Iabenſibus Galaaditis au-
ferenda, qui illorum corpora ſurri-
puerant ex vico Bethſane, illic a
Palæſtinis ſuſpenſa, quo die Saulus a
Palæſtinis cæſus in Gelboe fuerat.
13 Hæc Sauli et Ionathanis osſa illinc
a Dauide ſublata, collectis illorum
crucifixorum osſibus, ſepulta ſunt
Selæ in finibus Beniamitarum, in
ſepulcro Cis Sauli patris. His 14
omnibus ex regis mandato admini-
ſtratis, Deus tandem terræ illi pa-
catus eſt.

Fuit præterea bellum Palæſti- 15
nis cum Israelitis, cum quibus
Palæſtinis quum Dauid cum ſu-
is in certamen deſcendisſet, eum- 16
que iam defesſum Iesbibenobus
de genere gigantum (cuius ha-
ſtæ ferrum trecentos æris ſiclos
pendebat) nouo accinctus enſe, in-
terficere conaretur: ſuccurrit 17
Dauidi Abiſæus Saruiæ filius, vi-
ctumque Palæſtinum interfecit.
Tum Dauidis homines ei iuraue-
runt, eum deinceps non esſe ſecum
ad pugnam egresſurum, *i* ne lumen
Israelitarum exſtingueret. Poſtea 18
certatum eſt item cum Palæſtinis
apud Nobam, vbi vicit Sobochæus
Huſathenſis Saphum, a gigantibus
ortum. Itemque apud Gobam, 19
vbi Elehanan Iaarei filius textor
Bethlehemita vicit Goliathum Ge-
thæum, cuius haſtæ lignum inſtar
erat iugi textorii. Item apud 20
Getham, vbi immani quidam ſta-
tura fuit, ſenos et manuum et pe-
dum digitos, id eſt, viginti quatuor
numero digitos habens, ortus et
ipſe ex gigantibus. Quem Israe- 21
litis conuiciantem peremit Iona-
than Samaæ Dauidis fratris filius.
Quatuor hi Gethæ gigantibus pro- 22
gnati, a Dauide Dauidicisque de-
iecti ſunt.

CAPVT XXII.

Ad Iouam regis carmen.

PRonuntiauit autem Dauid car- 1
minis huius verba, poſteaquam
fuit, quum a ceterorum hoſti-
um, tum a Sauli iniuria, Iouæ be-
neficio defenſus, atque ita dixit:
Ioua mihi rupes, arx, liberator eſt. 2
Deus

i) ne moreretur, quum esſet Israelitarum lumen.

3 Deus mihi numen eſt, cui confi-
dam: mihi clipeus et ſalutare cor-
nu: mihi propugnaculum, mihi
perfugium, mihi ſeruator eſt, qui
4 me ab iniuria tueatur: qui me
Ioua, quum eum laudatum inuo-
co, ab hoſtibus meis defendat.
5 Quum me mortis fluctus circum-
ſtarent, quum improborum torren-
6 tes perterrefacerent, orci lora
circumcingerent, mortis laquei
7 præpedirent: in hac anguſtia Io-
ua inuocatus, Deus meus implo-
ratus, vocem meam querelamque
de ſuo palatio exaudiuit, atque au-
8 ribus accepit. Tum concuſſa tel-
lus contremiſcere, cælique funda-
menta tremefacta cohorreſcere.
9 Quippe ille iratus, fumum ex na-
ribus, ardentemque ex faucibus
ignem eiaculans, et carbonibus ex-
10 ardeſcens, dimotis cælis deſcen-
debat: ſubiectaque pedibus cali-
11 gine, cherubo inſidebat, ſuper-
que ventorum alis adparens vola-
12 bat, et tenebris aquarumque ni-
grore, et nubium denſitate, vm-
braculorum loco circumſeſſus,
13 ardentibus ex eius præſentiæ ful-
14 gore carbonibus igneis. De cælo
Ioua ſupremus magno fragore in-
15 tonabat, telaque et fulgura ia-
culans, conſternatos diſſipabat.
16 Tum illius impetu, nariumque
flatu atque ſpiritu, patefactis maris
gurgitibus, apertisque mundi fun-
17 damentis, curauit ex alto me
eripiendum, et ex tanta aquarum
18 vi extrahendum. Atque ita me
ab hoſte meo tam potente et ini-
micis (qui plus quam ego valebant)
19 defendit, et a periculis, quæ mihi
tum ab illis faceſſebantur, confir-
20 matum, in tutum eduxit, et pro
ſua erga me beneuolentia explicuit,
21 dignisque innocentia et ſinceritate
mea præmiis remuneratus eſt.
22 Etenim Iouæ normam conſeruaue-
ram, neque impius in Deum meum
23 fueram: quin omnia eius iura
mihi propoſita habueram, neque
eius inſtituta abieceram, ergaque
eum integer, culpam caueram.
Ergo mihi Ioua digna innocentia 24
mea et ſibi perſpecta ſinceritate
præmia rependit. Tu te benefi- 25
cis beneficum, integris integrum,
ſinceris ſincerum, peruerſis autem
intractabilem præbes: et humi- 26
les conſeruas, et oculos deiicis in
ſuperbos. Tu mea lux, Ioua, qui 27
meas tenebras diſcutis. Per te 28
agmina perrumpo, per Deum me-
um muros tranſilio, cuius Dei 29
Iouæ et facta integra, et dicta pura
ſunt, qui omnibus ipſo fretis præ- 30
ſidium eſt. Nam quis Deus eſt, niſi 31
Ioua? quod numen eſt, niſi Deus
noſter? Deus qui me virtute cor- 32
roborat, qui mihi plenam viam
aperit, qui meos pedes ceruinos 33
reddit, meque in meis collocat fa-
ſtigiis, qui meas manus ita prœ- 34
liari docet, ferreos vt arcus lacertis
perfringam. Tu mihi tuæ defen- 35
ſionis ſcutum tradis, meque pro
tua benignitate amplificas, et 36
meos ita greſſus explicas, vt, nihil
labantibus veſtigiis, hoſtes meos
perſequar ad exitium, nec, niſi 37
confectis illis, regrediar, eosque ita
conſumam atque profligem, vt, 38
ſub meis proſtrati pedibus, non re-
ſurgant. Tu mihi, virtute mili- 39
tari ornato, ſubigis aduerſarios:
tu mihi infeſtos hoſtes, oblatis eo- 40
rum tergis, das perdendos, inuo- 41
cantes illos quidem, ſed indefen-
ſos, Iouam, ſed non exaudientem,
me eos terrei pulueris ritu con- 42
tundente, me ad luti vicorum in- 43
ſtar eos comminuente atque paui-
ente. Tu me, meorum ſeditioni- 44
bus liberatum, ad gentium poten-
tatum conſeruas, vt mihi ignoti
ſeruiant homines: vt mihi per- 45
domiti alienigenæ ad nutum obe-
diant: vt labefacti externi ſuis 46
in latebris pertimeſcant. Viue 47
Ioua: grates tibi, o meum numen,
ago: te Deus, meæ ſalutis numen
extollo: Deus, qui meas vltus in- 48
iurias,

49 iurias, mihi populos ſubigis, me
ex hoſtibus adſeris, ſupra aduer-
ſarios effers, et a crudeli liberas
50 homine. Quare ego te, Ioua, in-
ter gentes celebrabo, tuumque no-
51 men canam, qui tantas regi tuo
victorias concilies, teque tam bene-
ficum tum vncto tuo Dauidi, tum
eius ſoboli, præbeas in ſempiter-
num.

CAPVT XXIII.

Nouisſima Dauidis verba. Eiusdem fortisſimi viri.

1 SEquuntur Dauidis verba nouiſ-
ſima. Dicit Dauid, Iſaei filius,
dicit vir vnctus Dei Iacobæo-
rum conſtitutus, israeliticorum
2 carminum deliciæ: Iouæ ſpiri-
tus per me locutus eſt, eiusque effa-
3 tum in lingua habeo. Fatus eſt
Deus Iſraelitarum, mihi promiſit
numen Iſraelitarum, rector ho-
minum iuſtus, rector religioſus.*
4 Quales, luceſcente matutino in ortu
ſolis, matutino ſereno, ex ſplendo-
re a pluuia exſiſtunt ex terra ſtir-
5 pes: ſic plane meæ poſteritati
cum Deo actum iri (qui mecum
fœdus æternum fecerit, ſtabilitum
omnino atque ratum) quæ mea po-
ſteritas vt plane floreat, ego omni
6 ope omnique ſtudio exopto. At
improbis accidet ſicuti ſpinis pe-
nitus euellendis, quæ non manibus
7 tractantur, ſed ad eas ferro ha-
ſtiliumque ligno armati accedunt
homines, eæque eodem in veſtigio
cremantur.
8 Sequuntur eorum nomina, quos
fortisſimos habuit Dauid. Iaſobaa-
mus Hacmonis filius, * princeps tri-
um. Is haſta ſua vibranda octin-
9 gentos ſemel peremit. Secundum
hunc fuit Eleazarus, Dodis filius, A-
chois nepos, vnus de tribus fortisſi-
mis. Is quum apud Horpam cum
Dauide eſſet, coactis eo Palæſtinis
ad prœliandum, quum recederent
10 Iſraelitæ: Palæſtinos adortus, tam-
diu eos cecidit, donec eius defeſſa
manus gladio adhæreret. Qua tan-
ta eius diei victoria Iouæ munere
conceſſa, reuocati reliqui, eum
dumtaxat ad ſpoliandos hoſtes ſecu-
ti ſunt. Poſt hunc fuit Samma, Ages 11
filius, Hararita, qui congregatis in
exercitum Palæſtinis, quum ceteri a
Palæſtinis in fugam verſi eſſent,
conſtitit in medio fundo, qui illic 12
lente plenus erat, eumque fundum
defendit, et, cæſis Palæſtinis, præ-
claram Iouæ munere victoriam ad-
eptus eſt. Hi tres principes inter 13
triginta, deſcenderant aliquando ad
meſſem ad Dauidem, ad ſpeluncam
Odollam, Palæſtinorum copiis in
valle gigantum caſtra habentibus.
Et Dauid, qui tum in caſtello erat, 14
Palæſtinorum præſidio ad Bethle-
hemam poſito, optauit, dixitque, 15
cupere ſibi dari ad bibendum a-
quam ex puteo Bethlehemæ, ad
portam poſito. Atque hi tres he- 16
roes per Palæſtinorum caſtra pro-
ruperunt, hauſtamque de Bethlehe-
mæ puteo ad portam poſito aquam,
Dauidi attulerunt. Sed noluit bi-
bere, eamque Iouæ libauit: abſit 17
hoc a me, o Ioua, inquit, vt com-
mittam, vt hominum ſanguinem
bibam, qui hanc vitæ ſuæ periculo
petierunt. Ita noluit eam bibere.
Atque hæc quidem fecerunt tres hi
fortisſimi.

Abiſæus quoque Ioabi frater, 18
Saruiæ filius, alterorum trium
princeps, haſtam ſuam in trecen-
torum necem vibrauit, atque in-
ter hos tres tantum nomen tan-
tamque virtutis opinionem conſe-
cutus eſt, vt eis dux fuerit: tam- 19
etſi ad tres ſuperiores non perue-
nit. Banaias etiam Ioiadæ filius, 20
filii viri fortisſimi, et rerum geſta-
rum magnitudine clari, Cabſeelen-
ſis, duos moabiticos leones imma-
nes interemit, et, in medium antrum
niuali tempore introgreſſus, leo-
nem occidit. Idem interfecit Ae- 21
gyptium quemdam ſpectandæ pro-

ceritatis hominem: cum quo ha-
ſtam habente, ipſe baculum habens,
congreſſus, ei haſtam de manu ex-
torſit, eumque ipſius haſta peremit.
22 Hæc ſunt Banaiæ, Ioiadæ filii, fa-
cinora, qui in trium alterorum nu-
23 merum venit, præcipuæ inter tri-
ginta virtutis, quamquam ad tres
priores non peruenit. Hoc Dauid
24 a conſiliis vſus eſt. Ex triginta
fuerunt Aſael Ioabi frater, Eleha-
nan Dodonis filius Bethlehemita,
25 Samma Harodius, Elica Harodius,
26 Heles Phaltius, Ira, Accis filius,
27 Thecuanus, Abiezer Anatho-
thenſis, Mobonais Huſathenſis,
28 Salmon Achoienſis, Maharais Ne-
29 thophatenſis, Helebus, Baanæ
filius, Nethophatenſis. Ithais Ri-
bais filius, Gabaanus Beniamita,
30 Banaias Pharathonenſis, Heddais a
31 flumine Gaa, Abialbon Arba-
thenſis, Azmauethus Beronienſis,
32 Eliaba Salabonenſis, Iaſenis filius
33 Ionathan, Samma Hararita, Achi-
34 amus Sarari filius Ararenſis, Eli-
phelethus, Ahasbais filius, Maacha-
thenſis, Eliamus, Achithophelis
35 filius, Gilonenſis, Heſrais Carme-
36 lita, Pharais Arbius, Igaal, Natha-
nis filius, ex Sophene, Banis Gadius,
37 Selecus Ammonita, Naharais Be-
rothenſis, armiger Ioabi Saruiæ
38 filii, Ira Iethrius, Garebus Ie-
39 thrius, Vrias Hettæus, quorum
omnium ſumma eſt ſeptem et tri-
ginta.

CAPVT XXIIII.

Iudæorum ac Israelitarum cenſus. Regis culpa. Vates in Dauidem a Ioua. Vaſtator angelus. Peſtis finis.

1 RVrſus autem irato Israelitis Io-
ua, eo impulſus eſt rex Dauid,
vt iuberet Israelitas Iudæosque
2 numerari, Ioaboque ſuarum
copiarum duci imperaret, vt omnes
tribuum Israelitarum fines a Dane
ad Berſabam peragraret, populum-
que recenſeret, quo eius numerum
ſciret. Cui Ioabus reſpondit, opta- 3
re ſe ab ipſius Deo Ioua, vt popu-
lum inſuper vel centuplo, ſpectante
ipſo rege, multiplicaret: ceterum
cur id fieri vellet, cauſſam non eſſe.
Sed, victi regis imperio Ioabus et 4
ceteri duces exercitus, ab eo profe-
cti ſunt ad Israelitas recenſendos:
traiectoque Iordane, conſederunt 5
Aroere ad dextram oppidi in medio
Gadinorum fluuio poſiti. Inde 6
ad Iazer, et in Galaaditidem, et in fi-
nes inferiores Hasdis veniunt.
Inde in Daniaan: et circuita Sido- 7
ne, ad Tyri munimentum, et ad o-
mnia Heuæorum ac Chananæorum
oppida, et ad Berſabam vsque 8
in Iudææ meridiano tractu poſitam
progreſſi, tota perluſtrata terra, poſt
menſes nouem et dies viginti Hie-
roſolymam reuertuntur: regi- 9
que numerum recenſiti populi re-
fert Ioabus, qui numerus fuit Is-
raelitarum octingenta millia homi-
num, qui arma ferre poſſent, Iu-
dæorum autem quingenta millia.
At Dauid poſt hanc populi numera- 10
tionem, animo percuſſus, dixit
Iouæ: [a] peccaui grauiter in eo, quod
feci. Quamobrem, Ioua, ignoſce
mihi tuo noxam, qui tam impru-
denter egerim.

Sed mane ſimul ac ſurrexit, venit 11
ad eum Gadus, ipſius Dauidis vates,
cui mandatum fuerat a Ioua, vt Da- 12
uidi Iouæ nomine tria proponeret,
quorum vnumquoduis eligeret,
quod ſibi a Ioua fieri vellet. Is igi- 13
tur Gadus Dauidem adgreſſus, pro-
ponit ei, an velit ſuis in finibus ſe-
ptem annos fame laborari, an tres
menſes ab hoſtibus ſuis fugari at-
que infeſtari, an fines ſuos tribus di-
ebus peſte adfici: iubetque, vt con-
ſideret atque diſpiciat, quid ſit illi, a
quo miſſus erat, renuntiandum.
Et Dauid, grauiter angor, inquit: 14
incidamus in Iouæ manum, cuius
tanta

a) quum Deus Abrahamo prolem promiſiſſet innumerabilem, Dauid eam numerare voluit, quaſi qui Dei promiſſum refelleret. Vid. 1. Par. 27.

tanta miſericordia eſt: neue in
15 hominum manum cadam. Tum
Ioua peſtem Iſraelitis immiſit, qua
mane exorſa, ad præfinitum ſpati-
um, mortui ſunt ex populo a Dane
ad Berſabam, hominum ſeptuagin-
16 ta millia. Quumque angelus ma-
num ſuam in Hieroſolymam ad
eam depopulandam intendisſet:
ſedatus iis pœnis Ioua, angelo ſuo,
qui, populum vaſtans, erat apud are-
am Araunæ Iebuſæi, imperauit, vt
hactenus manum ſuam cohiberet.
17 Hunc angelum populi vaſtatorem
conſpicatus Dauid, Iouam ſic ora-
uit: en ego peccaui, ego in culpa
ſum: hæ quidem oues quid com-
miſerunt? me pete, quæſo, meam-
18 que domum patriam. Atque eo
die Gadus Dauidem adiit, eique
præcepit, vt adſcenderet, et Iouæ
aram conſtrueret in area Araunæ
19 Iebuſæi. Quo quum Dauid ex
Iouæ ad Gadum mandato adſcen-
20 deret: conſpicatus Arauna ten-
dentem ad ſe cum ſuis regem, pro-
cesſit; et, rege ſubmisſe ſaluta- 21
to, interrogauit, cur ad ſe rex, do-
minus ad ſeruum, veniret. Cui
Dauid reſpondit, ad emendam ex
eo aream, in qua Iouæ aram ex-
ſtrueret, coercendæ populi cladis
gratia. Tum Arauna regem hor- 22
tatur, vt capiat et immolet, quid-
quid ei libeat: adesſe boues ad ſa-
crificandum, et tribulas, boumque
inſtrumenta pro lignis: quæ o- 23
mnia Arauna rex regi obtulit, ei-
que Iouam eius Deum propitium
precatus eſt. Sed rex pretio em- 24
turum ſe ab illo dixit, ſeque gra-
tuitas Iouæ Deo ſuo victimas im-
molaturum negauit. Emtaque 25
ab illo area bubusque, argenti ſi-
clis quinquaginta, illic Iouæ aram
conſtruxit, ſolidaque ſacrificia et
pro ſalute fecit. Vnde pacatus eſt
genti Ioua, et cohibita Iſraelita-
rum clades.

REGVM LIBER III.

CAPVT I.

Dauidis ætas decrepita, fotrix puella. Contra patrem Adonias. Pro Solomone vates. Rex pro Solomone. Fugiens Adonias.

1 QVVM autem eo ſenectutis
veniſſet rex Dauid, vt in-
iectu veſtium non caleſce-
2 ret: ſuaſerunt eius ad-
ſectatores, vt domino regi puella
virgo quæreretur, quæ eum ſuo
miniſterio foueret, in eiusque com-
plexu cubans, eum calefaceret.
3 Itaque conquiſita eſt per omnes
Iſraelitarum fines formoſa puella,
inuentaque Abiſaga Sunamitis ad
4 regem adducitur, puella in pri-
mis formoſa, quæ regem fouit, ei-
que miniſtrauit, nec ille cum ea rem
habuit. Adonias autem Hagithæ 5
filius, regni ſpe elatus, currus, e-
quites, et præcurſores quinqua-
ginta ſibi comparauit, patre inter-
ea conniuente, ne eum offenderet.
Erat autem is quoque ſingulari 6
pulcritudine præditus, a matre
poſt Abſalomum genitus. Cum 7
eo faciebant Ioabus Saruiæ filius,
et Abiathar pontifex, eiusque par-
tes tuebantur. Sadocus autem 8
pontifex, et Banaias Ioiadæ filius,
et Nathan vates, et Semeis, et Reis
L. et Cerethæi et Phelethæi *H.* he-
roesque Dauidis, ab Adonia non
ſtabant. Igitur quum is Adonias 9
oues bouesque et opima pecora a-
pud ſaxum Zoheleth, quod eſt a-
pud Enrogel, immolasſet, eoque

fratres ſuos omnes regis filios o-
mnesque Iudæos regios vocasſet;
10 Nathanem autem vatem, et Bana-
iam, heroesque et Solomonem fra-
11 trem ſuum non inuitasſet: ad-
monuit Nathan Bethſabam, Solo-
monis matrem, in hunc modum:
annon audiuiſti, Adoniam Hagi-
thæ filium regem creatum esſe,
inſcio domino noſtro Dauide.
12 Quamobrem ades, dabo tibi con-
ſilium, quo tuæ tuique filii Solo-
13 monis ſaluti conſulas. Adi re-
gem Dauidem, et ex eo quære, qui
fiat, vt quum tibi filium tuum So-
lomonem poſt ſe regnaturum, et
in ſuo ſesſurum esſe ſolio, iura-
uerit, nunc regnet Adonias?
14 Ego, te adhuc illic cum rege col-
loquente, ſuperueniam, et tuam
orationem complebo.
15 Tum Bethſaba regem adit in
conclaue, admodum ſenem, et
Abiſagæ Sunamitis, vtentem mi-
16 niſterio. Eum ſubmisſe ſaluta-
uit. Interrogata ab eo quid ha-
beret? reſpondit in hunc modum:
17 domine, tu mihi tuæ per Iouam
Deum tuum iuraſti, Solomonem
filium meum tibi in regno ſuc-
cesſurum, et in ſolio tuo ſesſu-
18 rum esſe. Atqui ſcito, Adon-
iam, te, domine rex, neſciente,
19 regnum inuadere, bouesque et
altilia, et oues magna copia im-
molare: ad quas epulas, quum re-
gios omnes filios, Abiatharem-
que pontificem, et exercitus du-
cem Ioabum inuitauerit: Solo-
monem tuum filium non inuita-
20 uit. In te autem, domine rex,
omnium Israelitarum oculi ſunt
intenti, vt eis ſignifices, ecquis ſit
in tuo ſolio poſt te ſesſurus.
21 Te quidem cum maioribus tuis
iacente, mecum et cum filio meo
22 Solomone pesſime agetur. Ea ad-
huc cum rege loquente, ſuperue-
23 nit Nathan vates: quod poſtquam
eſt regi nuntiatum, ingresſus eſt
ille ad regem, et, eo ſubmisſe ſa-
lutato, ſic inquit: domine rex, 24
iusſiſtine Adoniam tibi in regnum
ſuccedere, atque in tuo ſolio ſede-
re? Nam is quidem hodie de- 25
ſcendit, et boues, altilia, ouesque
magna copia mactauit, et eo regios
omnes natos exercitusque duces,
et Abiatharem pontificem euoca-
uit, qui nunc apud eum epulantur,
Adoniamque regem ſalutant: quum 26
interea neque me tuum, neque Sado-
cum pontificem, neque Banaiam Io-
iadæ filium, neque Solomonem tu-
um inuitauerit. Fitne hæc res au- 27
ctore te, domine rex: neque tu mi-
hi tuo ſignificaſti, quis ſit in tuo ſo-
lio poſt te ſesſurus? Tum rex iusſit 28
ad ſe vocari Bethſabam. Quæ poſt-
quam ad eum venit, et ante eum ſte-
tit, ſic ei iurat rex. Per Iouam viuen- 29
tem, qui meam vitam ex tot eripuit
anguſtiis, quemadmodum tibi per 30
Iouam Deum Israelitarum promiſi,
Solomonem filium tuum poſt me
esſe regnaturum, et in ſolio meo
pro me ſesſurum; ſic hodierno
die præſtabo. Hic Bethſaba, ſup- 31
pliciter ad terram demisſo vultu,
regi honorem præbuit, et, viue,
domine rex Dauid, inquit, in ſem-
piternum.
Tum Dauid iubet arcesſi Sa- 32
docum pontificem, Nathanemque
vatem, et Banaiam Ioiadæ filium,
iisque ita imperat: adſumite ve- 33
ſtros conſeruos, et Solomonem
filium meum, mulæ meæ impo-
ſitum, ad Gehonem deducite,
eumque ibi, tu Sadoce pontifex, et 34
tu Nathan vates, regem Israelita-
rum vngitote; datoque tuba ſigno,
Solomonem regem ſalutatote.
Deinde eum ſequimini sesſum in 35
ſolio meo, et pro me regnatum ve-
nientem. Hunc enim tum in Is-
raelitas, tum in Iudæos imperium
tenere iubeo. Tum Banaias Io- 36
iadæ filius ita regi reſpondit: fa-
xit Ioua Deus tuus, domine rex, vt
quemadmodum ipſe tibi adfuit, ſic
etiam Solomoni, eiusque ſolium 37
etiam

etiam ſupra dauidicum ſolium ex-
tollat.
38 Deinde Sadocus pontifex, et
Nathan vates, et Banaias Ioiadæ
filius, et Cerethæi et Phelethæi
deſcendunt, impoſitumque regis
Dauidis mulæ Solomonem ad Ge-
39 honem deducunt: et, ſumta olei
ampulla ex tabernaculo, Sadocus
pontifex Solomonem regem vngit:
et, ſigno tuba dato, vniuerſi Solo-
40 monem regem ſalutant: eumque
cum tanto tibiarum cantu, tanta-
que lætitia ſequuntur, vt eorum
41 ſtrepitu terra disſiliret. Audiuit
hoc Adonias, et omnes eius conui-
uæ, qui tum epulas finierant. Et
Ioabus, audito tubæ ſonitu, per-
contatus eſt, quid ſibi vellet tu-
42 multus ille ciuium. Adhuc eo
loquente, ecce aderat Ionathan Ab-
iatharis pontificis filius. Et A-
donias: ades, inquit: nam vir e-
gregius es, et lætum nuntium ad-
43 fers. Atqui dominus noſter rex
Dauid (inquit ille, Adoniæ reſpon-
dens) Solomonem creauit regem;
44 cumque eo miſit Sadocum pontifi-
cem, et Nathanem vatem, Bana-
iamque Ioiadæ filium, nec non Ce-
rethæos et Phelethæos, qui eum re-
giæ mulæ impoſuerunt, regem-
que vnxerunt Sadocus pontifex, et
Nathan vates, apud Gehonem, vn-
de nunc perſtrepente vrbe vene-
runt. Hic eſt ſonitus, quem vos
auditis. Quin etiam ſedit Solo-
mo in ſolio regio, dominoque no-
ſtro regi Dauidi gratulatum iuere
regii, eiusque Deum comprecati
ſunt, vt Solomonis et nomen ex-
cellentius, et ſolium magnificen-
tius efficeret, quam Dauidis. Et
rex ipſe in lecto Iouæ Israelita-
rum Deo ſubmisſe gratias egit, qui
ſibi hodie dedisſet, qui in ſuo ſo-
lio, ſe ſuis oculis vidente, ſederet.
Tum perterriti omnes, qui ab A-
donia inuitati fuerant, ſurgunt, et
alius alio diſcedunt. Ipſe Adon-
ias Solomonem formidans, ad
aram ſeſe recipit, eiusque cornua
prehendit. Quod poſtquam eſt 51
Solomoni nuntiatum, Adoniam re-
gis Solomonis metu, aræ cornua
tenere, petentem, vt ſibi rex So-
lomo iureiurando iam confirmet,
ſe non esſe eum ferro necaturum:
reſpondit, ſi vir frugi fuerit, ni- 52
hil prorſus ei nocitum iri: ſin
quod in eo ſcelus deprehenſum fu-
erit, moriturum esſe. Deinde 53
miſit, qui illum ab ara abduce-
rent: quumque ille venisſet, et re-
gem Solomonem ſubmisſe ſaluta-
uisſet; ille eum domum iusſit 54
diſcedere.

CAPVT II.

Moribundi Dauidis ad Solomonem præcepta, in Ioabum, in Semeim, obitus tandem. Ad Bethſabam Adonias. Ea ad filium. Adoniæ nex. Semeis iusſus non digredi, digresſus, necatus.

DAuid autem, iam morti proxi- 1
mus, Solomoni filio ſuo præ-
cepit in hunc modum: ego 2
diſcedo, quo ſolent mortales o-
mnes. Tu te fortem virum- 3
que præbeto, et Iouæ Dei tui
inſtitutionem retinens, ad eius
normam viuito: eius inſtituta,
præcepta, ſententias, monita ad
præſcriptum legis moſaicæ con-
ſeruato, vt omnia tibi negotia at-
que ſtudia feliciter ſuccedant,
vt Ioua præſtet, quæ mihi pollici- 4
tus eſt, videlicet ſi filii mei toti et
mente et animo ad ei fideliter ob-
temperandum inſtitisſent, num-
quam deforc, qui ex meo genere
Israelitarum ſolium teneret. Iam 5
vero tu ſcis, quid in me commiſe-
rit Ioabus, Saruiæ filius, quid fe-
cerit duobus israeliticorum exer-
cituum ducibus, Abneri Neris, et
Amaſæ Iethris filio: quibus inter-
ficiendis, pacem belli cruore in-
fecit, et bellico ſanguine balteum,
quo cincta latera, et calceos, qui-
bus indutos pedes habebat, cru-

 enta-

6 entauit. Tu pro tua prudentia
non patieris eius canos quiete ad
7 inferos deſcendere. At Berzellæi
Galaaditæ natis id beneficium con-
feres, vt ſint in numero tuorum
conuictorum, quippe qui mihi, Ab-
ſalomum fratrem tuum fugienti,
8 ſubuenerint. Habes Semeim, Ge-
ræ filium, Ieminienſem, ex Bahu-
rimo, qui mihi diris modis male-
dixit, tum quum ad Mahanaim
veni: cui ego, obuiam mihi ad Ior-
danem progreſſo, per Iouam iura-
ui, me eum ferro interfecturum
9 non eſſe. Tu eum impuni-
tum non ſines, (ſcis enim, qua ſa-
pientia vir es, quo pacto ſit tibi
tractandus) eiusque canitiem ad
inferos cruentam demittes.
10 Tum obdormiuit Dauid cum
ſuis maioribus, et in vrbe Dauidis
11 ſepultus eſt. Regnauit in Israe-
litas annos quadraginta, Hebro-
ne ſeptem, Hieroſolymæ triginta
12 tres. At Solomo in ſolio Daui-
dis patris ſui conſedit, *G.* natus
annos duodecim, *H.* eſtque eius re-
gnum probe confirmatum.
13 Adonias autem Hagithæ filius ad
Solomonis matrem Bethſabam ve-
nit, et ab ea interrogatus, ſaluisne
14 rebus veniret; ſaluis, inquit. Vo-
lebam te paucis. Cui illa: dic ſane.
15 Et ille: tu ſcis, meum fuiſſe re-
gnum, omniumque Israelitarum
oculos in me, tamquam regnatu-
rum, fuiſſe conuerſos: ſed alio
translatum eſt regnum, et ad fra-
trem meum delatum, nempe ei a
16 Ioua deſtinatum. Nunc ego quid-
dam a te poſtulo, quod tu mihi de-
negare noli. Et illa: dic ſane.
17 Vt cum Solomone rege agas, inquit
ille, (neque enim te repudiabit) vt
mihi Abiſagam Sunamitidem in
18 matrimonium det. Tum Beth-
ſaba: recte, inquit: ego de te cum
rege ſermocinabor. Deinde regem
adit Solomonem, vt cum eo de
19 Adonia agat. Cui rex venienti ad-
ſurgit, et eam veneratus, reſedit in
ſolio ſuo, poſitoque regiæ matri
ſolio, ipſa illi dextra adſedit, et ita
dixit: paruum ego quiddam a te 20
poſtulo, quod tu mihi denegare no-
li. Cui rex, poſtula, inquit, mater:
neque enim tibi denegabo. Et 21
illa, vt detur, inquit, Abiſaga Suna-
mitis Adoniæ fratri tuo in matri-
monium. At rex Solomo, cur tu 22
Abiſagam Sunamitidem Adoniæ
poſtulas? inquit, matri reſpondens,
ac non potius regnum tum ei, (nam
frater eſt me maior) tum Abiathari
pontifici, et Ioabo Saruiæ filio po-
ſtulas? At, ne mihi Deum habe- 23
am propitium, (inquit Iouam iu-
rans) niſi Adoniæ conſilium iſtud
vita conſtabit. Itaque per Iouam 24
immortalem, qui me ſtabiliuit, et in
parentis mei Dauidis ſolio colloca-
uit, quique mihi domum, quem-
admodum promiſerat, exſtruxit, ho-
die morietur Adonias. Hæc lo- 25
cutus Solomo rex, Banaiam Ioiadæ
filium miſit, qui illum adgreſſus
interemit.

Abiathari autem pontifici im- 26
perauit, vt Anathota in prædium
ſuum ſe conferret. Nam ſeſe
eum, quamquam morte dignum,
tamen numquam hodie eſſe in-
terfecturum: quoniam domini Io-
uæ arcam Dauidi patri ſuo prætu-
liſſet: quoniamque omnium pa-
tris calamitatum particeps fuiſſet.
Ita Abiathari Solomo Iouæ ſacer- 27
dotium abrogauit, vt conficeret,
quod Ioua Elis ſtirpi Silunte mina-
tus fuerat. Horum fama ad Ioa- 28
bum perlata, qui ad Adoniam, non
ad *G. L.* Solomonem *H.* inclinaſſet,
confugit in Iouæ tabernaculum, et
aræ cornua prehendit. Quod vbi 29
eſt Solomoni regi ſignificatum, Ioa-
bum in Iouæ tabernaculum perfu-
giſſe, et nunc apud aram eſſe: mittit
eo Banaiam Ioiadæ filium, qui il-
lum adgrediatur. Banaias in Iouæ 30
tabernaculum venit, et illi a rege
imperat, vt prodeat. Ille enimue-
ro renuit: et ſe ibi moriturum di-
cit.

31 cit. Quod Ioabi reſponſum poſt-
quam regi Banaias retulit: vt po-
ſtulat, (inquit rex) facito, eumque
adgredere et ſepelito, et me meum-
que genus patrium a ſanguine, quem
Ioabus per iniuriam fudit, expiato:
32 vt faciam ab eo cædem Ioua in
ipſius caput conuertat, qui duos
homines ſe et iuſtiores et meliores,
inſcio Dauide patre meo, ferro op-
preſſos interfecerit, videlicet Abne-
rem Neris, et Amaſam Iethris fili-
um, hunc iudaici, illum israelitici
33 exercitus ducem, quorum ſanguis
in Ioabi eiusque poſteritatis caput
in perpetuum redundet: Dauide e-
iusque progenie et domo atque ſo-
lio per Iouam ſaluis in ſempiter-
34 num. Tum Banaias Ioiadæ filius
illum adgreſſus interficit: illoque
35 domi ſuæ in ſaltu ſepulto; rex
Banaiam Ioiadæ filium pro illo ex-
ercitui præponit, et Sadocum pon-
tificem in Abiatharis loco conſtituit.
36 Deinde euocato Semei præci-
pit, vt domum Hieroſolymis con-
ſtruat, in qua habitet, neue inde
37 vsquam excedat. Quod ſi exierit,
et torrentem Cedronem tranſierit:
ſciat, ſibi eſſe moriendum, et ſua
38 culpa pereundum. Semeis regi
reſpondit, ita ſibi placere, et domini
ſe regis mandato obtemperaturum
eſſe: habitauitque diu Hieroſoly-
39 mis. Sed præterito triennio,
quum duo eius ſerui ad Achim
Maachæ filium, Gethæ regem, au-
fugiſſent, idque ei nuntiatum eſſet:
40 inſtrato aſino ad Achim profectus
eſt ad conquirendos ſeruos ſuos,
41 eosque Getha reduxit. Quod
poſtquam Solomo reſciuit, Semeim
Hieroſolymis profectum fuiſſe
Getham, atque inde rediiſſe: eum
ad ſe curat arceſſendum, atque ita
42 adloquitur. Quum ego te per
Iouam obteſtatus, et tibi conteſtatus
fuerim, ſi quoquam egrederere
atque ires, ſcires, tibi fore morien-
dum, tuque mihi ita tibi placere
43 reſponderis: cur Iouæ iusiu-
randum, et meum tibi datum præ-
ceptum non ſeruaſti? Tu ſcis, 44
inquit, quanti contra Dauidem pa-
trem meum commiſſi ſceleris ti-
bi ſis conſcius; quod ſcelus Ioua 45
in tuum caput retorquet, quum in-
terim et rex Solomo felix, et
Dauidis ſolium Iouæ beneficio ſta-
bile futurum ſit in ſempiternum.
Tum Banaias Ioiadæ filius, iuben- 46
te rege, procedit, illumque adgreſ-
ſus interficit.

CAPVT III.

Solomo Pharaonis gener. Illius pietas et ſapientia, de ſcortis iudicium.

Confirmato regno, Solomo ad- 1
finitatem contraxit cum Ae-
gypti rege Pharaone, ducta
illius filia, quam in vrbem Dauidis
induxit: dum intera domum ſuam
exædificat, ædemque Iouæ, et cir-
cum Hieroſolymam muros. Qui 2
bus quidem temporibus homines
in ſacellis ſacrificabant, quod Iouæ
nomini ædes adhuc exædificata non
erat. Ipſe Solomo, Iouam amans, 3
ex inſtitutis parentis ſui Dauidis
vitam agebat.

Quumque in ſacellis ſacrificia 4
facere atque adolere ſolitus, pro-
fectus aliquando Gabaonem ſacri-
ficandi gratia, quod illic magnum
erat ſacellum, mille ibi victi-
mas in ara illa immolaſſet: ad 5
paruit ei Ioua Deus noctu in ſo-
mniis, eique iuſſit, vt poſtularet,
quod ſibi vellet ab ipſo dari. Cui 6
Solomo reſpondit in hunc modum:
tu tuum Dauidem patrem meum,
pro eius erga te fide, iuſtitia, et
animi probitate, quum aliis ingen-
tibus adfeciſti beneficiis: tum hoc
potiſſimum, quod ei filium de-
diſti, qui in eius ſolio ſedeat, vt
adparet. Quamobrem, Ioua mi 7
Deus, poſtquam tu me, qui tuus
ſum, regem in locum Dauidis pa-
tris mei creauiſti, qui nec tum per
ætatem res adminiſtrare ſcio, et 8

in tuo populo, a te delecto, verſor,
cuius tanta multitudo eſt, vt nu-
merari aut recenſeri non poſ-
9 ſit: da mihi tuo docilem men-
tem ad tuum populum regen-
dum, bonumque a malo diiudican-
dum. Quis enim tuum hunc tam
numeroſum posſit regere popu-
10 lum? Hac re delectatus Ioua
Deus, quod eam rem Solomo poſtu-
11 lasſet, ſic ei reſpondit. Quoniam
tu iſtud petiiſti, neque longam æta-
tem, non diuitias, non hoſtium tuo-
rum necem, ſed prudentiam ad diſ-
12 cernenda iura poſtulaſti: ſcito,
me tibi non ſolum poſtulata conce-
dere, tantamque mentis ſapientiam
atque prudentiam conferre, vt tibi
par nemo neque ante te fuerit, ne-
13 que poſt te futurus ſit; ſed etiam
quæ non oraſti, daturum esſe; opes
dico et gloriam tantam, vt regum
nullus tibi, dum viues, ſit compa-
14 randus. Quod ſi traditam a me
vitæ rationem ſequens, inſtituta
præceptaque mea patris tui Dauidis
exemplo conſeruabis: ego tibi æ-
tatem producam.
15 Tum expergefactus Solomo, ſen-
ſit esſe ſomnium: et Hieroſolymam
profectus, ante arcam fœderis do-
minici conſtitit, ſolidasque hoſtias
et pro ſalute fecit, omnibusque ſuis
conuiuium habuit.
16 Tum ad regem venerunt mulie-
res duæ meretrices: quæ vbi coram
eo conſtiterunt, altera earum ſic lo-
17 quitur: o domine, quum ego et
hæc mulier iisdem in ædibus habi-
taremus, peperi apud eam domi.
18 Tertio poſt die, quam ego pepere-
ram, peperit et hæc. Quumque do-
mi ſimul esſemus, neque ibi quiſ-
19 quam esſet præter nos duas: hæc,
mortuo ſuo filio noctu, (quod ipſa
ei incubuerat) media nocte ſurgit,
20 et filium meum lateri meo, dormi-
ente me, ſubducit, ac ſibi ſupponit;
ſuum autem mortuum mihi ſuppo-
21 nit. Mane vbi me erexi, lactatu-
ra natum: video mortuum: ſed
eum luce matutina contemplans, a-
nimaduerti, hunc non esſe, quem
pepereram. Tum altera, immo 22
meus filius eſt, qui viuit, inquit; tu-
us, qui interiit. At illa: immo tuus
mortuus eſt, meus viuit. Ad hunc 23
modum quum illæ apud regem al-
tercarentur: rex ita dixit: vna fi-
lium ſuum viuum adfirmat, alterius
mortuum; altera contra illius mor-
tuum, ſuum viuum: cedo huc mihi
gladium, inquit. Adlatoque ad 24
eum gladio: diuidite in partes du-
as puerum viuentem, et date vtri-
que dimidium. Hic mulier, cuius 25
viuebat filius, miſeratione erga fi-
lium ſuum commota, ita dicere
regi: quæſo domine, detur ei 26
potius totus, quam vt interficiatur.
At altera: nec meus eſto nec tuus,
inquit, diuidatur. Tum rex: de- 27
tur huic puer viuus, inquit, neque
perimatur: hæc mater eſt. Hanc 28
a rege diiudicatam litem vbi audi-
uerunt omnes Iſraelitæ, eum metu-
erunt, videntes eum in iure redden-
do diuina esſe ſapientia præditum.

CAPVT IIII.

Solomonis miniſtri. Populi requies. Regis imperium, victus, aula, copiæ, præſidium, ſapientia.

TEnuit igitur Solomo regnum 1
in omnes Iſraelitas, atque hi
fuerunt eius proceres: Aza- 2
rias, Sadoci filius, antiſtes. Eli- 3
horephus et Achias, Siſæ filii, ſcri-
bæ. Ioſaphatus, Achiludi filius, a
commentariis. Banaias, Ioiadæ 4
filius, dux exercitus. Sadocus et
Abiathar pontifices. Azarias, Na- 5
thanis filius, præſidibus præerat.
Zabudus, Nathanis filius, antiſtes,
familiaris erat regis. Achiſar diſ- 6
penſator. Adoniramus, Abdæ fi-
lius, a tributis. Habebat autem 7
duodecim præſides, omnibus Iſra-
elitis impoſitos, qui regi eiusque
familiæ cibaria miniſtrabant, ſin-
guli ſingulis anni menſibus, quo-
rum

8 rum nomina ſunt: Benhur in
montanis Ephraimitarum, Bende-
cer apud Macam, et Salebim, et
9 Bethſamem, Elonemque et Beth-
ananem. Benheſedus apud Aru-
botha, cui Socho et omnis Hephra
10 terra attributa erat. Benabinada-
bus omnem tenebat Nephathdoram.
11 Is Taphatham Solomonis filiam
12 habebat in matrimonio. Baana,
Achiludi filius, Thanachum et
Mageddonem, omnemque Bethſa-
nam, quæ eſt apud Sarthanam ſub
Iezraele, a Bethſana ad campum
Meholam, vsque trans Iecmaam.
13 Bengeber tenebat Ramotha Galaa-
ditarum, contributis cum eo vicis
Iairis Manasſe prognati, in Galaa-
ditide ſitis, nec non tractum *b* Ar-
gobiæ in Baſana, vbi ſexaginta ſunt
vrbes magnæ, muris et æreis muni-
14 tæ clauſtris. Achinadabus Addo-
15 nis filius Mahanaim. Achimaas
Nephthalenſes, qui et ipſe Baſema-
tham, Solomonis filiam, in matri-
16 monium duxerat. Baana Chuſæi
17 filius, Aſerienſes et Alotha. Io-
ſaphatus, Pharuæ filius, Isſachari-
18 enſes. Semeis, Elæ filius, Benia-
19 mitas. Gaber, Vris filius, Galaa-
ditidem Sehonis Amorræorum, et
Ogi Baſanæ regis terram, vna præ-
fectura comprehenſam.
20 Erant Iudæi et Israelitæ litorea
numeroſiores arena, epulisque et
21 voluptatibus fruebantur, imperi-
um tenente Solomone in omnia re-
gna, quæ a flumine palæſtinæ terræ
ad Aegyptiorum fines continentur,
quas omnes gentes vectigales ſub-
ditasque per omnem vitam habuit.
22 Eius victus erat in dies ſingulos
ſimilæ cori triginta, farinæ cori
23 ſexaginta, boues altiles decem,
armentales viginti, balantes cen-
tum, præter ceruos, capreas, buba-
24 los et viuaria. Nam totius citra
flumen poſitæ regionis principa-
tum tenebat, a Tipſa ad Gazam, in
omnes, qui citra flumen reges ſunt,
cumque ſuis omnibus vndique pa-
cem habebat. Vulgoque ſedebant 25
Iudæi atque Israelitæ tuto ſub ſuis
vitibus atque ficubus, a Dane ad
Berſabam, toto tempore Solomonis.
Habebat Solomo quadraginta præ- 26
ſepiorum millia equorum iuga-
lium, et duodecim millia equitum.
Solomonem regem et omnes re- 27
giam menſam frequentantes ale-
bant præſides illi, ſuo quisque
menſe: neque inde quidquam de-
trahebant, et equis mulisque 28
hordeum, et ſtramen pro ſe quisque
in eum locum aduehebant, vbi rex
erat.
Fuit autem Solomo tanta ſapi- 29
entia et prudentia, tamque infi-
nita ingenii vbertate diuinitus præ-
ditus, vt non ſolum Arabas o- 30
mnes atque Aegyptios ſapientiæ
præſtantia ſuperaret, verum etiam
omnes mortales, ipſumque adeo 31
Ethanem Ezraitam, et Hemanem,
et Calcholem, et Dardam Macholis
filios, eſtque eius fama apud omnes
vndique gentes diuulgata. Dixit 32
tria millia ſententiarum: eius car-
mina fuerunt quinque ſupra mille.
Disſeruit de arboribus, a cedro Li- 33
bani vsque ad hysſopum, qui naſci-
tur in parietinis: disſeruit et de
quadrupedibus, de volucribus, de
ſerpentibus et de piſcibus, con- 34
ueniebantque ex omnibus omnium
regum orbis nationibus ad audien-
dam Solomonis ſapientiam, qui e-
ius ſapientiæ famam audiuerant.

CAPVT V.

Ad Hiramum regis literæ. Illius ad Solomonem reſponſio ſuauis. Ad templum apparatus.

Miſit et Hiramus Tyriorum 1
rex ſuos ad Solomonem,
quum audiuisſet eum loco
patris vnctum esſe regem: nam Da-
uidi ſemper amicus fuerat. Cui 2
Solomo ita ſignificauit: tu ſcis, 3

 Da-

b) Gaulonem vocat Ioſephus.

Dauidem patrem meum non potu-
isſe nomini Iouæ Dei ſui templum
conſtruere, propter bella, quibus
circumſidebatur, nondum ſub illi-
us pedes ſubactis a Ioua hoſtibus.
4 Nunc ſcito, me Iouæ Dei mei bene-
ficio otium vndique nactum, neque
vllum aduerſarium aut infeſtum
5 habentem, in animo habere, no-
mini Iouæ Dei mei templum ædi-
ficare: quemadmodum prædixit
Ioua Dauidi patri meo, fore, vt eius
filius, a ſe in eius ſolio pro eo col-
locatus, Iouæ nomini templum con-
6 ſtrueret. Quamobrem iube mihi
cedros ex Libano cædi, ſic vt mei
ſerui cum tuis adſint: ego tibi ſer-
uorum tuorum mercedem ſoluam,
quantam tu dixeris. Scis enim,
apud nos non esſe cædendæ mate-
riæ peritos homines, quales ſunt
Sidonii.
7 His Solomonis mandatis audi-
tis, multum lætatus Hiramus, Io-
uæ tum gratias egit, qui Dauidi
tam ſapientem filium ad tanti po-
puli gubernationem dedisſet, et
Solomoni ita reſcripſit:
8 Audiui, quæ tu mihi ſignificauiſti.
9 Obſequar omni tuæ voluntati: ce-
drinam pineamque materiam * mei
ex Libano ad mare deuehent, ego
in rates connexam, per mare ad
eum vsque locum mittam, quem tu
10 mihi ſignificaueris, eamque, ibi a
me disſolutam, tu auehes, et mihi
vicisſim in ſubminiſtrando familiæ
11 meæ commeatu obſequeris. Ita
et Hiramus Solomoni cedrina pi-
neaque ligna ad eius arbitrium
ſuppeditabat: et Solomo Hiramo
tritici viginti cororum millia ad
illius alimenta familiæ, et expresſi
olei viginti coros, quotannis ſub-
12 miniſtrabat: eſtque Solomo a Io-
ua ſapientia donatus, vt ei fuerat
ab illo promisſum: fuitque pax in-
ter Hiramum et Solomonem, inter-
cedente inter eos fœdere.
13 Imperauit autem Solomo omni-
bus Iſraelitis hominum triginta
millia, quos in Libanum denos 14
millenos in menſem per vices mit-
tebat: ita vt, quum in Libano ſingu-
los menſes fuisſent, domi binos
menſes esſent. His præerat Ado- 15
niramus. Habebat Solomo vecto-
rum ſeptuaginta millia, lapicida-
rum in montibus octoginta millia:
præter præfectos, operi ab eo præ- 16
poſitos, tria millia trecentos, qui
præerant operis. Iusſit autem rex 17
comportari ſaxa ingentia magni
pretii, vt templum lapide quadrato
fundaret: quæ ſaxa vna cum lignis, 18
ſtructores Solomonis et Hirami, fa-
brique, ad templi ſtructuram qua-
drarunt, ac præpararunt.

CAPVT VI.

Templi ædificatio per Solomonem, deſcriptio. Ad iſtum Ioua de templi ſtructura. Fani abſolutio.

IGitur anno ab exitu Iſraelitarum 1
ex Aegypto quadringenteſimo
octogeſimo, menſe Zif, qui ſe-
cundus eſt, anno regni Solomonis
quarto, cœpit rex Solomo Iouæ
templum ædificare. Fuit autem 2
templi, quod Solomo rex Iouæ
conſtruxit, longitudo ſexaginta cu-
bitorum, latitudo viginti, altitudo
triginta.* Veſtibulum ante cellam 3
templi poſitum patebat in longitu-
dinem viginti cubitos, in fronte
latitudinis templi: in latitudinem
patebat decem cubitos, ſecundum
templi frontem. Templum fene- 4
ſtris, quæ apertiles et cluſiles esſent,
illuſtrabat.* Templi parieti ædi- 5
culas * per circuitum adſtruebat,
quaqua parietes cellam et penetrale
circumdabant, et tabulata per cir-
cuitum faciebat. Aedicularum in- 6
fimæ quinos cubitos in latitudinem
patebant, mediæ ſenos, tertiæ ſepte-
nos. Nam retractiones in templo
circumquaque extra fecerat, ne æ-
diculæ attingerent templi parietes.
c Templum ſaxo integro, vt adue- 7
ctum

c) quadrabantur in lapicidinis lapides, quo minores adueherentur.

ctum erat, ſic ædificabatur, vt in eo
conſtruendo nulli mallei aut ſecu-
res, aut vlla omnino ferramenta
8 audirentur. Ianuas habebant me-
dia tabulata, a templi dextro la-
tere, ad quæ per cochleas adſcende-
batur, et porro a mediis ad tertias.
9 Templum exædificans, atque abſol-
uens cedro tum lacunaria tum pa-
10 rietes tegebat, et ſuper vniuer-
ſum templum ædiculam quinque
cubitos altam exſtruebat eamque
tignis cedrinis cum templo coniun-
11 gebat. Ac tum Ioua cum Solomo-
ne locutus eſt in hunc modum:
12 quod ad iſtud, quod tu ædificas,
templum pertinet; ſi ex inſtitutis
meis vixeris, ſententias meas exſe-
cutus fueris, mea præcepta omnia
obeunda curaueris; ea tibi præſta-
bo, quæ Dauidi patri tuo de te pro-
13 miſi, atque inter meos Iſraelitas
14 habitabo, nec eos deſeram. Igi-
tur exædificauit Solomo perfecit-
15 que templum. Eius parietes in-
tus, quantum a ſolo ad ſummum
patebant, tabulis ornabat cedrinis,
quibus ea materia tectis, templi
ſolum pincis tabulis conſternebat:
16 et viginti cubitorum ſpatium ab
intima parte templi cedrinis tabu-
lis, qua parietes ab imo ad ſummum
patebant, conſtructum, interiore
penetralis ſanctioris ſacrarii ſtru-
17 ctura implebat: reliquos quadra-
ginta cubitos ædes occupabat, id eſt
18 cella, quæ eſt ante penetrale. In-
teriorem cedri templi materiam
ſilueſtrium cucurbitarum ſculptu-
ra, et patula florum cælatura orna-
bat, conueſtiente omnia cedro, ne-
19 que vsquam adparente ſaxo. Pene-
trale intus in templo interius conſti-
tuebat, vbi arcam fœderis Iouæ
20 collocaret, idque penetrale vice-
nos in longitudinem, et in latitu-
dinem, et in altitudinem cubitos
patens, auro obrizo intus tegebat:
21 aram autem cedro. Aedem intus
auro obrizo operiebat: penetra-
le aureo interſtitio præcludebat.
Idque et totum denique templum 22
nulla omiſſa parte, totamque pene-
tralis aram auro tegebat. In pe- 23
netrali faciebat duos cherubos cu-
preſſina materia, * in altitudinem
denum cubitorum. Vtriusque 24
alæ quinos patebant cubitos, ita vt
alterius alæ extremum ab alterius
extremo decem cubitos diſtaret,
eadem vtriusque menſura atque 25
modo, vtroque in denos adſurgente
cubitos. Hos in medio interiore 26
templo ita collocabat, vt paſſis alis
alter hinc, alter illinc, altera ala
parietem attingeret, alteris autem
alis medio in templa mutuo ſe
contingerent. Hos auro tegebat. 27
Templi parietes totos vndique par- 28
tim prominenti cheruborum et
palmarum, partim patula florum
ſculptura intus forisque ornabat:
ipſumque templi ſolum tum intus 29
tum foris tegebat auro. In pene- 30
tralis introitu cupreſſinas faciebat
fores, quarum poſtium proiectura
erat quinaria: * quas fores cheru- 31
bis et palmis, et patulis floribus
cælabat, auroque integebat, et ipſos
cherubos atque palmas inducebat
auro. Itidem in introitu cellæ 32
poſtes faciebat cupreſſinos, pro-
iecturam habentes ex quarta: val- 33
uas pineas binas, quarum vtræque
fores verterentur, inſculptis 34
cherubis et palmis patulisque flo-
ribus, et inducto auro ad regulam
directo. Atrium autem interius 35
ternis quadratorum lapidum, et
ſingulis cedrinarum trabium ordi-
nibus exſtruebat. Hoc Iouæ tem- 36
plum anno regni Solomonis quar-
to menſe Zif fundatum, anno 37
vndecimo menſe Bul, qui eſt o-
ctauus, omnibus rebus omnibus-
que numeris abſolutum eſt, at- 38
que ita ſeptem annis exædifica-
tum.

CAPVT VII.

Regia domus. Hiramus ad varia facienda vocatus

At

1 AT domum ſuam ædificauit So-
2 lomo tredecim annis: Qua
ad finem perducta, nemoren-
ſem Libani domum * conſtruxit
in longitudinem centum cubito-
rum, in latitudinem quinquaginta,
in altitudinem triginta, impoſitam
quatuor ordinibus cedrinarum co-
lumnarum, quibus columnis cedri-
3 na tranſtra incumbebant, tabulata
autem impoſita quadraginta quin-
que columnis, ſingulorum ordinum
quindenis, erant deſuper obducta
4 cedro. Luminum erat triplex
ordo, feneſtris inter ſe triplici ver-
5 ſu reſpondentibus: quarum fe-
neſtrarum et foramina omnia, et
fores erant forma quadrata, fene-
ſtris inter ſe triplici ſerie congru-
6 entibus. Fecit et columnatam
porticum in longitudinem cubito-
rum quinquaginta, in latitudinem
triginta, quæ cum ſuis columnis et
coasſatione, ante illas poſita, eis
obiaceret.
7 Fecit et iudicialem tribuna-
lis porticum, in qua ius redde-
ret, eamque a pauimento ad la-
8 quear cedro operuit: cuiusmodi
operis erat et atrium alterum ædi-
um, quas habitabat ipſe, ab ædibus
ad porticum, ad cuius porticus rati-
onem domum fecit et Pharaonis fi-
9 liæ, quam duxerat. Atque hæc o-
mnia fiebant raris lapidibus, et ad
regulam quadratis, ſerraque deſe-
ctis, tum intus, tum foris, et a funda-
mento ad mutulos, et foris ad maius
10 atrium. Fundamentum iactum
eſt ex raris ingentibusque ſaxis,
partim denos cubitos, partim o-
11 ctonos patentibus. Inſuper erant
rari lapides ad regulam quadrati,
12 et cedrus. Atrium maius tribus
quadrati lapidis ordinibus, et vno
cedrinarum trabium ordine cir-
cumdabatur: idemque in atrio æ-
dis Iouæ interiori, et in ædis por-
ticu fiebat.
13 Curauit autem Solomo rex arceſ-
ſendum Tyro Hiramum quemdam,
ex matre vidua Nephthalenſem, pa-
tre Tyrio, metallicum, ſummæ 14
in omni metallico opere faciendo
peritiæ, ingenii atque ſcientiæ. Is
ad regem Solomonem venit, eius-
que opera fecit omnia.
Duas columnas æreas formauit 15
in altitudinem octonum denum cu-
bitorum, quarum vtriusque circui-
tus erat cubitorum duodecim. *
Tum duo capitula faciebat, colu- 16
mnarum capitibus imponenda, ex
ære conflata, alta quinos cubitos,
quæ capitula columnarum capitibus
impoſita, ſingula ſeptenas plagas ha-
bebant, opere perplexo, filorum o-
pere catenato. Præter columnas 17
autem faciebat duos malorum pu-
nicorum ordines per circuitum in
vna plaga, ad tegenda capitula, im-
poſita faſtigio. Itemque in vtro- 18
que capitulo faciebat: quæ quidem
capitula erant opere roſis florido,
columnis in veſtibulo poſitis, qua-
ternos occupantibus cubitos. In 19
capitulis autem inſuper ſecundum
ventrem, qui erat contra plagam,
erant ducentorum malogranato-
rum ordines, vtriusque columnæ
capitulo circumdati. Has colu- 20
mnas in veſtibulo cellæ erigebat,
erectamque dextram Iachin, ſini-
ſtram Boaz nominabat, eratque in
columnarum capitibus roſarum
opus.
Columnarum opere perfecto, 21
lacum fuſilem faciebat, * rotun-
dum vndique, cuius labra de- 22
cem inter ſe cubitos diſtabant, alti-
tudo erat quinque cubitorum, am-
bitus triginta. Subter labium 23
globi, cucurbitarum ſilueſtrium ſi-
miles, vndique lacum circumda-
bant, et ſingulorum cubitorum 24
ſpatio deni, duplici ordine, vna cum
ipſo lacu conflati, ambiebant: la- 25
cus duodecim bubus incumbebat,
quorum tres ad ſeptemtriones ſpe-
ctabant, tres ad occidentem, tres
ad meridiem, tres ad orientem:
qui lacui ſuppoſiti, poſteriora to-
ta

6 ta intus habebant. Crasſitudo erat
palmaris: labrum, quale labrorum
in poculis opus eſt, roſis floridum,
capacitate duorum millium bato-
rum.
7 Faciebat et baſes decem æreas,
quæ ſingulæ quatuor cubitos in lon-
gitudinem, et totidem in latitudi-
nem patebant; in altitudinem au-
tem tres: quarum baſium hæc erat
8 ratio. Areolas habebant clauſulis
interiectas, * quibus in areolis erant
9 leones, boues et cherubi. Clauſu-
lis autem, tam ſupra quam infra le-
ones et boues, erant ſuperadditi
o tori, * opere ſimo. Habebant au-
tem ſingulæ baſes quatuor æneas
rotas, æneosque asſeres, * et in
quatuor angulis humeros * ſubter
lauacrum conflatos, omnes contra
1 toros. Lauacri os intus * ſupra ca-
pitulum patebat vnum cubitum, id-
que opere vndique æqualiter ro-
tundo, ſesquicubitale, quo in ore
2 erant etiam ſculpturæ. Erant au-
tem earum areolæ quadratæ, non
3 rotundæ. Areolis ſuberant quatu-
or rotæ, quarum axes in baſibus
4 inerant. Rotæ erant altitudine ſes-
quicubitali, ea ratione factæ, qua fi-
unt rotæ curruum, axibus, canthis,
modiolis, radiisque omnibus fuſi-
5 libus. Quatuor autem humeri, qui
in quatuor pinnis vniuscuiusque
6 baſis erant, ex ipſa erant baſi. In
ſumma baſi capitulum erat dimidii
cubiti altitudine, rotundo circuitu:
7 et in eiusdem baſis ſummo erant
ipſius procesſus, eiusque areolæ
8 erant ex ipſa. Impresſerat au-
tem in eius procesſuum tabulis,
inque areolis, humana ſpecie che-
rubos, cum leonibus et palmis, cir-
9 cumdantibus toris. Ad hunc mo-
dum fecit decem baſes, eadem o-
mnium conflatura, menſura, ac fi-
gura.
o Deinde faciebat decem ænea laua-
cra, quadragenos batos capientia,
quaternum cubitorum, quæ decem
baſibus, ſingulæ ſingulis, impone-
rentur. Baſes autem quinque in 41
dextra templi parte, et totidem in
ſiniſtra collocabat: lacum in dex- 42
tra templi parte ad orientem, ſecun-
dum meridiem, ponebat. Deinde 43
cacabos, fuſcinas et phialas fecit Hi-
ramus, et omne opus templi Iouæ,
quod Solomoni fecit, abſoluit: vi- 44
delicet columnas duas et rotunda
capitula, harum duarum columna-
rum faſtigiis impoſita, et plagas duas
ad hæc operienda capitula, et malo-
granata quadringenta, ad duas pla-
gas, videlicet binos malogranato- 45
rum ordines in ſingulas plagas, qui-
bus rotunda capitula columnis im-
poſita tegerentur. Item baſes de- 46
cem, et totidem lauacra baſibus
imponenda, et lacum vnum, et bo-
ues duodecim lacui ſupponendos,
et pelues, et fuſcinas, et phialas:
breuiter omnia huiusmodi vaſa, 47
quæ fecit Hiramus regi Solomo-
ni, ad ædem Iouæ ex ære fulgenti.
Atque hæc omnia in planitie Ior- 48
danis conflauit rex Solomo in ar-
gillacea terra, inter Sochot et Sar-
than, omisſa tot vaſorum ponde-
ris disquiſitione, quod ea tot erant,
vt æris pondus perueſtigatum non
ſit. Fecit etiam Solomo omnem 49
templi Iouæ ſupellectilem, al-
tare aureum, menſam auream, in
qua panes esſent adpoſititii, can- 50
delabra quinque ad dextram, toti-
demque ad ſiniſtram, ante penetra-
le, ex auro puro, et lilia, et lucernas
et foculos aureos, et capides, et in-
ſtrumenta muſica, et phialas, et
lances, et turibula, ex auro puro:
tum cardines oſtiorum interioris 51
templi ſanctioris ſacrarii, id eſt o-
ſtiorum cellæ templi, aureos.
Hoc omne templi Iouæ opus poſt- 52
quam abſoluit rex Solomo, conſe-
cratum a Dauide parente ſuo ar-
gentum, aurum, atque vaſa in ædis
Iouæ fiſcum intulit, ibique repo-
ſuit.

CAPVT

CAPVT VIII.

Arca in templum Dei. Regis Solomonis hymnus.

1 TVm ſenatores Iſraelitas, omnes tribuum principes, familiarum iſraeliticarum primarios, ad ſe Hieroſolymam conuocauit Solomo rex, ad auferendam arcam fœderis Iouæ ex vrbe
2 Dauidis, id eſt, ex Sione. Ita conuocatis ad regem Solomonem omnibus Iſraelitis in feſto menſis E-
3 thanim, qui ſeptimus eſt, coactisque omnibus ſenatoribus Iſraelitis: ſuſtulerunt ſacerdotes arcam
4 Iouæ, vna cum oraculi tabernaculo, omnique ſacro tabernaculi
5 inſtrumento: quibus ſacerdotibus et Leuitis ea geſtantibus, aderant ſimul eo ante arcam congregati, rex Solomo, et omnis Iſraelitarum conuentus, innumeram immenſamque balantum atque boum
6 multitudinem immolantes. Igitur ſacerdotes arcam fœderis Iouæ in ſuum locum, in penetrale templi, in ſanctius ſacrarium ſubter alas che-
7 ruborum intulerunt. Nam cherubi alas in arcæ locum porrigebant, eamque ſuperne, et eius vectes, tegebant: qui vectes ita longi erant, vt eorum capita ex ſacrario in conſpectu penetralis exſtarent, neque foris
8 adparerent: atque illic adhuc ſunt: neque quidquam eſt in arca, præter duas lapideas tabulas, quas ibi repoſuit Moſes in Horebo, tum quum Ioua cum Iſraelitis ex Aegypto e-
9 greſſis fœdus percuſſit. Deinde egreſſis ex ſacrario ſacerdotibus, tanta nubes Iouæ ædem repleuit, vt nequirent ſacerdotes ad miniſtrandum manere, præ Iouæ ſplen-
10 dore, qui ædem repleuerat. Tum Solomo ſic fatus eſt: ego tibi Ioua, qui tenebras inhabitare ſtatuiſti, commorandi domicilium ædificaui, ſtationem, in qua ſemper habites.
11 Tum conuerſus rex, omni Iſraelitarum cœtui, qui adſtabat, bene
12 precatus eſt. Deinde ita locutus eſt:

Grates ago Iſraelitarum Deo 13
Iouæ, qui, quod Dauidi patri meo verbis promiſerat, re præ-
ſtitit. Dixerat enim, ſe, poſt- 14
quam ſuos Iſraelitas ex Aegypto eduxiſſet, nullam ex vlla iſraeliticarum tribuum vrbem delegiſſe ad ædificandam ædem, vbi
ſuum nomen eſſet: ſed Daui- 15
dem elegiſſe, quem ſuis præficeret
Iſraelitis. Quumque is Dauid 16
pater meus in animo haberet, ædem nomini Iouæ Dei Iſraelita-
rum conſtruere: Ioua ei demon- 17
ſtrauit, quod ei in animo eſſet, ipſius nomini ædem conſtruere, eum recte facere, qui id in animo ha-
beret: ſed tamen non ipſum eſſe 18
conſtructurum ædem; ſed eius fi- 19
lium, ex eius lumbis egreſſum, Iouæ nomini ædem eſſe con-
ſtructurum. Hoc ſuum promiſſum 20
Ioua præſtitit. Nam ego Dauidi patri meo ſucceſſi, inque Iſraelitarum ſolio, ſicuti Ioua promiſerat, ſedi, et ædem nomini Iouæ Dei
Iſraelitarum conſtruxi, et ibi 21
locum arcæ deſtinaui, in qua fœdus eſt Iouæ, quod cum maioribus noſtris, a ſe ex Aegypto eductis, per-
cuſſit. Hic Solomo ante aram 22
Iouæ, coram vniuerſo Iſraelitarum conuentu adſtans, paſſis in
cælum palmis, ita fatur: Ioua De- 23
us Iſraelitarum, nullus tecum conferendus Deus eſt, neque ſupra in cælis, neque infra in terris, qui pacta conſeruas, et beneficia confers in tuos cultores, tibi tota men-
te obtemperantes; qui quidem 24
ſeruo tuo Dauidi, meo parenti, fidem datam conſeruaueris, quodque verbis promiſeras, reipſa ſine
dubio præſtiteris. Quare, Ioua 25
Deus Iſraelitarum, præſta tuo ſeruo Dauidi patri meo, quod ei pollicitus es: ſcilicet effecturum eſſe te, vt ei non deeſſet, qui in Iſraelitarum ſolio ſederet; ſi modo eius poſteri ſuos tibi mores, eius ex-
emplo, probauiſſent. Nunc, Deus 26
Iſrae-

Iſraelitarum, confirmetur, quæſo,
quod tu tuo ſeruo Dauidi, meo pa-
7 tri, pollicitus es. Enimuero ha-
bitabit ſcilicet Deus in terris? en
ipſi te cæli cælorumque cæli non
capiunt, nedum hæc a me conſtru-
8 cta ædes. Verumtamen reſpice
meas tui preces atque ſupplicatio-
nem, Ioua mi Deus: audi meas
hodiernas apud te obſecrationes
9 atque preces: vt oculos in hoc
templum (quem locum tuo nomi-
ni collocando deſtinaſti) noctes et
dies apertos habeas, et preces ex-
audias, quibus tui te ad hunc lo-
0 cum precabuntur. Igitur quod
te tui Iſraelitæ, populus tuus, ad
hunc locum orauerint, tu ex tuæ
ſedis cæleſti loco exaudias: et
quum audiueris, propitieris.
1 Si quis in alterum aliquid com-
miſerit, et ab eo in iuſiurandum
vocatus fuerit, idque iuſiurandum
ad aram tuam in hanc ædem dela-
2 tum fuerit: exaudito tu de cælis, fa-
citoque tuis, vt ita ius reddas, vt
et nocentem condemnando, et in-
nocentem abſoluendo, huic ſua in-
nocentia, illi ſuis facinoribus di-
gnum præmium rependas.
3 Quum victi ab hoſte Iſraelitæ
tui, propter ſuum in te pecca-
tum, ſeſe ad te conuertent, tu-
umque nomen celebrabunt, et te
ſuppliciter hac in æde orabunt:
4 exaudito de cælis, et tuorum Iſ-
raelitarum peccato ignoſcito, eoſ-
que in terram, quam eorum maio-
ribus dediſti, reducito.
5 Quum clauſo cælo, deſiderataque
pluuia, propter eorum in te pecca-
tum, precabuntur ad hunc locum,
tuumque nomen collaudabunt, et
te eos adfligente, a ſuis peccatis
6 recedent: audito de cælis, tuo-
rumque ſeruorum, et tui iſraeli-
tici populi peccato ignoſcito, eos
in rectam viam, qua gradiantur,
dirigens, pluuiaque terram tuam ir-
rigato, quam tuis dediſti poſſiden-
dam.

Fames ſi hos fines inuaſerit, ſi 37
peſtilentia, ſi ardores, ſi rubigo,
ſi locuſtæ, ſi eruca incesſerit,
ſi ab hoſte ſua in patria obſide-
buntur, denique quæcumque cla-
des aut morbus erit: omnes pre- 38
cationes, omnes ſupplicationes,
quæ ab vllo tuorum Iſraelitarum
fient, qui ſuæ mentis vulnus a-
gnoſcens, palmas ſuas ad hanc æ-
dem extendet, audito de tuo cæle-
ſti domicilio atque ſede; igno- 39
ſcitoque, et facito, vt ſuis cuique
digna omnibus factis reddas, pro-
ut eius mentem cognitam habebis,
(nam tu ſolus totius humani gene-
ris mentes perſpicis) vt te me- 40
tuant, quamdiu viuent in terra a
te maioribus noſtris data.
Quinetiam ſi extranei, et a 41
tuis Iſraelitis alieni, audito tuo
tam præclaro nomine, manuque
forti, et extento brachio, vene-
rint ob tuum nomen, ex finibus
remotis, et ad hanc ædem preca-
ti fuerint; audito de cælo tuæ 42
ſedis domicilio, et extraneis il-
lis poſtulata omnia concedito:
vt omnes terrarum nationes, tuo 43
nomine cognito, te vereantur,
ſicut Iſraelitæ tui, vtque ſciatur,
hanc a me conſtructam ædem a no-
mine tuo cenſeri.
Si tui ad bellum contra hoſtes 44
tuos profecti, quo tu eos miſe-
ris, Iouam orauerint verſus vr-
bem a te delectam, verſusque æ-
dem a me tuo nomini conſtru-
ctam: exaudito de cælis eorum 45
preces atque ſupplicationes, eo-
rumque cauſſam agito.
Si, quum in te peccauerint, 46
(nemo eſt enim qui non peccet)
tu offenſus, eos hoſti addixeris,
in hoſtilem terram, ſiue remoti-
orem, ſiue propiorem, in capti-
uitatem abducendos; et in ea 47
terra, in qua captiui erunt, mu-
tatis animis, ad tibi ſupplican-
dum ſeſe conuerterint, ſuum pec-
catum, culpam impietatemque con-
fiten-

48 ſitentes; atque ad te tota mente
totoque animo conuerſi, in hoſti-
um finibus, apud quos erunt ca-
ptiui, te precati fuerint, verſus
terram ſuam, quam tu eorum de-
diſti maioribus, verſus vrbem,
quam delegiſti, verſus ædem,
quam ego tuo nomini ædificaui:
49 audito de tuæ ſedis ſtatione cæle-
ſti illorum preces atque ſupplica-
tiones, eorumque cauſſam agito,
50 et tuis commiſſum contra te pec-
catum, omniaque eorum in te de-
licta ignoſcito, et illorum, apud
quos erunt captiui, miſericordiam
ſic in eos moueto, vt eorum miſe-
51 reantur, (nam tuus ſunt popu-
lus et patrimonium, a te ex Aegy-
pto de medio ergaſtulo ferreo e-
52 ducti) vt oculos ad tuorum cul-
torum, ad tui iſraelitici populi
ſupplicationem apertos habens,
eos in omnibus, in quibus ab eis
53 inuocaberis, exaudias. Nam tu
eos tibi in patrimonium ſecreui-
ſti, ex omnibus terrarum nationi-
bus: quemadmodum per Moſem
tuum locutus es, quum maiores
noſtros ex Aegypto educeres, do-
mine Ioua.

54 Finitis omnibus his ad Iouam
precibus atque ſupplicationibus:
ſurrexit Solomo, vt ante aram
Iouæ flexis genibus paſſiſque in
55 cælum manibus fuerat; et ſtans,
magna voce omni Iſraelitarum
multitudini bene precatus eſt in
56 hæc verba: grates ago Iouæ,
qui ſuis Iſraelitis quietem, ſicuti
promiſerat, dederit, ne vna qui-
dem re omiſſa ex omnibus, quæ
per Moſem ſuum bona promiſe-
57 rat. Adſit nobis Ioua Deus no-
ſter, vt adfuit maioribus noſtris,
58 ne nos deſertos relinquat, vt
mentes noſtras ſic ad ſe adliciat,
vt ad omne eius præſcriptum vi-
uentes, eius præcepta, decreta, ſen-
tentias, quas maiores noſtros do-
59 cuit, obeamus; vtque mea
hæc verba, quibus Iouæ ſupplica-
ui, præſto adſint apud Iouam De-
um noſtrum dies noctesque, quo
et meam et ſuorum Iſraelitarum
cauſſam agat, quandocumque res
poſtulabit; vt ſciant omnes ter- 60
rarum nationes, Iouam eſſe De-
um, nec vllum præterea: et vos 61
mentes erga Iouam Deum noſtrum
rectas habentes, ad eius placita
viuatis, eiusque præcepta plane
conſeruetis. Deinde apud Iouam 62
ſacrificium fecit Solomo rex, vna
cum omnibus Iſraelitis, immola- 63
uitque Iouæ hoſtias pro ſalute, bo-
um viginti duo millia, et balan-
tum centum viginti millia: dedi-
caueruntque ædem Iouæ, rex et o-
mnes Iſraelitæ. Eodem die con- 64
ſecrauit rex medium atrii, ante
Iouæ templum poſiti. Nam illic
ſolido ſacrificio, fertoque, et adi-
pibus pro ſalute fecit: quod erat
ara ænea Iouæ adpoſita minor,
quam vt hoſtias, et ferta, et adipes
pro ſalute caperet. Atque eo 65
tempore Solomo vna cum omni-
bus Iſraelitis (quorum ingens co-
pia ab vsque Hemathæ confinio,
ad fluuium Aegypti aderat) feſtum
egit apud Iouam Deum noſtrum,
bis ſeptem dies, id eſt, quatuor-
decim. Octauo die populum di- 66
miſit: atque illi, actis regi gratiis,
domum diſceſſerunt, gaudentes,
animisque lætis, propter tot be-
neficia, quibus Ioua et Daui-
dem ſuum et Iſraelitas ſuos adfe-
cerat.

CAPVT IX.

Ad regem Deus. Hiramus fictor. Regis tributa. Aegyptia regina. Regia ſacrificia, claſſis.

POſtquam Solomo Iouæ tem- 1
plum regiamque, et omnia,
quæ ei facere collibuit, abſol-
uit: Ioua ei iterum adparuit, 2
vt apud Gabaonem adparuerat, i-
taque locutus eſt: ego tuas ad 3
me preces et ſupplicationem ex-
audiui, iſtam a te conſtructam æ-
dem

dem conſecraui, vt ibi meum no-
men collocem in ſempiternum, ibi
et oculos et mentem ſemper ha-
4 beam. Quod ſi tu, ad Dauidis
tui patris imitationem, ſincera er-
ga me rectaque mente præditus,
omnia tibi a me præcepta exſe-
quens, meum inſtitutum et ſenten-
5 tiam conſeruaueris: ego tui in
Iſraelitas regni ſolium in perpetu-
um ſtabiliam; quemadmodum Da-
uidi patri tuo promiſi, ei non de-
fore, qui in ſolio iſraelitico ſede-
6 ret. Sin vos aut veſtri nati a me
deſciueritis, neque mea præcepta
et decreta vobis a me propoſita
conſeruaueritis, vosque ad deo-
rum peregrinorum ſeruitium et
7 cultum contuleritis: ego et Iſ-
raelitas ex ea terra, quam eis de-
di, exſtirpabo, et templum, quod
nomini meo conſecraui, repudia-
bo, vsque eo, vt et Iſraelitæ pro-
uerbio fabulæque locum faciant
8 apud omnes nationes, et tem-
plum iſtud oſtentui ſit, vt præter-
euntes omnes attoniti ſibilent, quæ-
rantque, quam ob cauſſam Ioua
ſic adfecerit iſtam terram atque fa-
9 num. Quibus reſpondebitur,
quoniam, relicto Ioua Deo ſuo, per
quem eorum maiores ex Aegypto
fuiſſent educti, ſeſe diis aliis con-
iunxerint, eosque adorauerint at-
que coluerint; propterea Iouam
eis illa tot mala importaſſe.
10 Præteritis autem viginti annis,
quibus Solomo duas domos, Io-
uæ videlicet ædem, et regiam do-
11 mum, ædificauit: dedit Solomo
rex Hiramo Tyriorum regi (a quo
ſibi cedrina pineaque materia,
prorſus ad ſuum arbitrium ſuppe-
ditata fuiſſet) viginti oppida in Ga-
12 lilæa. Ad quæ oppida viſenda
Hiramus Tyro profectus, quum
illa ei non placuiſſent, ita dixit:
13 qualia ſunt hæc oppida, quæ tu
mihi, frater, dediſti? atque in-
de oppida illa a diſplicendo,
terra Chabul ad hunc diem vo-
cantur. Miſerat autem Hiramus 14
regi centum viginti talenta auri.
Tributi autem ratio, quod exe- 15
git Solomo rex ad conſtruendam
Iouæ ædem, et ſuas ædes, et
Mellonem, et mœnia Hieroſoly-
mæ, et Haſor, et Mageddonem,
et Gazer, ſic ſe habet. Pha- 16
rao rex Aegypti fecit expeditio-
nem, in qua Gazer cepit: incen-
ſumque, occiſis Chananæis oppi-
danis, filiæ ſuæ Solomonis vxori
dotis nomine dedit. Solomo Gazer 17
ædificauit, et Bethoronem inferio-
rem, et Baalatham et Palmiram 18
in ſolitudine finium illorum,
tum omnia, quæ habuit commea- 19
tus oppida, et quadrigariorum et
equitum, denique quidquid ei Hie-
roſolymis aut in Libano, omnibus-
que imperii ſui finibus ædificare
viſum eſt. Atque ab omnibus, 20
qui ſupererant ex Amorræis, Hettæ-
is, Pherezæis, Heuæis et Iebuſæis,
qui non erant ex Iſraelitis, id 21
eſt ab illorum prognatis, qui illis
fuerant in ea terra ſuperſtites, nec
eos potuerunt Iſraelitæ euertere,
ab illis, inquam, in ſeruitutem red-
actis, tributum exegit Solomo
quod adhuc durat. Nam Iſrae- 22
litarum quidem nullis ſeruitutem
impoſuit, ſed eis militibus, et ſti-
patoribus, et præfectis et curato-
ribus, et quadrigariorum et equi-
tum magiſtris vſus eſt, cuiusmo- 23
di erant præfecti, quibus mandata
cura erat operum Solomonis, quin-
genti quinquaginta, qui illis im-
perabant, qui erant in opere occu-
pati. Filia quoque Pharaonis ex 24
vrbe Dauidis in ædes ſuas ſibi ab
illo conſtructas immigrauit: tum
ille Mellonem ædificauit. Facie- 25
bat autem Solomo ter quotannis
ſolida ſacrificia, et pro ſalute, in
ara quam Iouæ conſtruxerat, at-
que apud eam, quæ erat Iouæ ad-
poſita, ſuffiebat. Itemque abſo- 26
luto templo, claſſem fecit in Aſi-
ongabre, apud Elotha, in litore

maris rubri in finibus Idumæo-
27 rum: qua in claſſe miſit Hira-
mus ſeruos ſuos, homines nauti-
cos, et maris peritos, vna cum ſo-
28 lomonianis, qui Ophir profecti,
exportarunt illinc auri quadringen-
ta viginti talenta, et ad regem So-
lomonem retulerunt.

CAPVT X.

Auſtri regina ad Solomonem. Huius opulentia.

1 ET Sabæ regina, audita Solo-
monis fama, ad Iouæ nomen
venit, ad eum obſcuris quæ-
2 ſtionibus tentandum: ingreſſa-
que Hieroſolymam cum multo ad-
modum comitatu, cum camelis
maximam aromatum aurique vim
et gemmarum ferentibus, Solomo-
nem adit, eique proponit, quidquid
3 habebat in animo. Cui rex Solo-
mo omnes eius quæſtiones aperuit,
neque regem quidquam latuit,
4 quod illi non explicaret. Tum
regina Sabæ tantam Solomonis con-
templata ſapientiam, ab eoque con-
5 ſtructam domum, tum eius menſæ
victum, et regiorum accubationem,
et adminiſtratorum ſtatum atque
veſtitum, eiusque potionem, et quæ
ad ædem Iouæ ſacrificia faciebat,
attonita, regem ſic adloquitur:
6 vtique vera ſunt, quæ ego noſtris
in regionibus de tuis rebus atque
7 ſapientia audiueram: quibus re-
bus equidem non ante credidi,
quam veni, et ipſa meis oculis ſpe-
ctaui. Enimuero comperio, ne di-
midium quidem mihi fuiſſe narra-
tum: adeo tu famam, quam ego
acceperam, ſapientia ſuperas atque
8 virtute. Felices homines tui,
felices hi adſeclæ tui, qui tibi per-
petuo adſtantes, tuam audiunt ſa-
9 pientiam. Grates Iouæ Deo tuo,
qui tibi ſic fauerit, vt te Iſraelita-
rum ſolio imponeret, tanto ſemper
amore proſecutus Iſraelitas, te vt
regem crearet, qui ius æquumque
faceres. Tum regi Solomoni cen- 10
tum viginti auri talenta donauit
regina Sabæ, gemmasque et aro-
matum tantam vim, quanta adhuc
non prouenerat. Præterea Hira- 11
mi claſſis, quæ aurum Ophire ad-
uehebat, aduexit Ophire ingentem
piceæ lignorum * multitudinem at-
que gemmas, quibus ex piceæ 12
lignis fecit rex fulcra ædis Iouæ
regiæque, et citharas, et nabla can-
toribus: qualis ſane piceæ materia
nondum huc importata erat, neque
viſa. Solomo quoque rex dedit 13
reginæ Sabæ, quidquid illi petere
viſum eſt: præter ea, quibus illam,
vt rege Solomone dignum erat,
vltro donauit: atque ita illa ſe cum
ſuis in patriam recepit. Erat au- 14
tem pondus auri, quod Solomoni
ſingulis annis proueniebat, ſexcen-
ta ſexaginta ſex auri talenta. Præ- 15
ter ea, quæ ei pendebantur a mer-
catoribus, ab inſtitoribus aroma-
tariis, omnibusque Arabiæ regulis,
et regionis prætoribus. Fecit 16
præterea rex Solomo ducenta ſcu-
ta ex auro ductili, inſumtis in ſin-
gula ſexcentis auri ſiclis: trecen- 17
tosque clipeos etiam auro ductili,
in quos ſingulos trinæ auri minæ
impenſæ ſunt. Atque hæc in nemo-
renſi Libani domo repoſuit. Fecit 18
et ſolium eburneum ingens, idque
auro probatiſſimo operuit: cuius 19
ſolii gradus erant ſex, faſtigium a
tergo rotundum, manus autem
vtrimque ad locum ſeſſionis: ſe-
cundum quas manus adſtabant duo
leones, et ibi duodecim leones in 20
ſex gradibus, hinc atque hinc ad-
ſtabant: cuiusmodi opus nullum in
vllo regno factum eſt.

Atque omnia regis Solomonis 21
vaſa potoria, omnisque ſupellex
domus ſaltus Libani, ex auro e-
rat, et quidem puriſſimo, ſine
argento, quippe quod Solomonis
tempore nullius habebatur pre-
tii. Nam cilica claſſis regia, 22
vna cum hiramica, tertio quo-
que

que anno mare permeans, au-
rum, argentum, ebora, pauos,
23 ſimiasque adportabat. Ita tantum
diuitiis et ſapientia omnes orbis
24 reges Solomo rex ſuperauit: vt
totus orbis conſpectum requireret
Solomonis audiendæ ſapientiæ
cauſſa, qua mens illius prædita di-
25 uinitus erat: vtque ei pro ſe
quisque vaſa argentea aureaque,
veſtes, arma, aromata, equos, mulos
26 quotannis dono adferrent. Itaque
currus equitatumque tantum com-
parauit, vt mille quadringentas qua-
drigas haberet, et equitum millia
duodecim: quos partim in quadri-
gariis oppidis, partim Hieroſolymis
27 apud ſe diſpoſitos habebat: fecit-
que rex, vt et auri Hieroſoly-
mæ non minor foret copia, quam
lapidum: et cedrorum, quam ſyco-
28 mororum campeſtrium. Ex Aegy-
pto autem adducendorum Solomo-
ni equorum hæc erat ratio, vt re-
giorum mercatorum ſocietas equo-
rum multitudinem pretio compa-
29 raret. Addicebatur autem ex Ae-
gypto abducenda quadriga vna
ſexcentis argenteis: hoc eſt ſinguli
equi centenis quinquagenis: eo-
demque modo ab omnibus Hettæ-
orum et Syriæ regibus per merca-
tores adducebantur.

CAPVT XI.

Solomonis effeminatio. Concubinarum numerus: in iſtum Ioua: in eumdem Idumæus. Razon hoſtis. In Solomonem conſpiratio. Eius mors. Liber geſtorum Solomonis. Regni anni, ſepultura. Roboamus heres.

1 SEd amauit Solomo rex multas
præter Pharaonis filiam mulie-
res alienigenas, moabitidas,
ammonitidas, idumæas, ſidonias,
2 hettæas: de quibus nationibus
Ioua Israelitis interdixerat, ne vel
ipſi ad illas, vel illæ ad ipſos veni-
rent: alioquin fore, vt eorum men-
tes ab illis ad ipſarum pellicerentur
deos. Illis amore iunctus Solo- 3
mo, vxores habuit principes ſeptin-
gentas, et concubinas trecentas, per
quas vxores alienatus eſt eius ani-
mus, et ſub tempus ſenectutis 4
deflexa mens eius eſt per illas ad
alienos deos: non modo vt animo
erga Iouam Deum ſuum ſincero
non eſſet, vt eius pater Dauid fuerat,
ſed etiam Aſtorethum Sidoniorum, 5
L. et Chamoſum Moabitarum *H.*
deum, et [a] Melcomum Ammonita-
rum nefas, ſequeretur. Adeoque 6
Iouam offendit Solomo, adeoque
ei ſuum officium non præſtitit, ſicut
eius parens Dauid fecerat: vt 7
etiam Chamoſo Moabitarum flagi-
tio fanum in monte Hieroſolymis
obiacente conſtruxerit, et Molocho
Ammonitarum flagitio: idem- 8
que fecerit omnibus ſuis vxoribus
alienigenis, quæ ſuffitus et ſacra ſuis
facerent diis. Itaque incenſus 9
contra Solomonem Ioua, quoniam
mente a Ioua Deo Israelitarum de-
flexiſſet, qui ei ſemel atque iterum
adparuerat, atque hoc præcepe- 10
rat, ne deos ſequeretur alienos, cui
Iouæ præcepto ille non obtempe-
raſſet, minatus eſt ei in hunc mo-
dum: quoniam tu commiſiſti, vt 11
fœdus meum et inſtituta tibi a me
tradita non conſeruares, eripiam
ego tibi regnum, idque ſeruo tuo
dabo. Quamquam hoc te viuen- 12
te non ſum facturus, in gratiam Da-
uidis patris tui: verum id filio tuo
eripiam. Non tamen totum re- 13
gnum eripiam: ſed ei vnam tribum
concedam, propter Dauidem meum,
et propter electam a me Hieroſo-
lymam.

Igitur aduerſarium Solomoni 14
Ioua ſuſcitauit Adadum Idumæ-
um, de ſtirpe regis idumæi. Hic 15
Adadus, quum eſſet Dauid a-
pud Idumæos, Ioabo militiæ duce
ad ſepeliendos occiſos profecto,
occiſis ab ipſo Ioabo omnibus Idu- 16
mææ maribus: (nam ſex menſes

Y 2 man-

a) idem mox Molochus adpellatur.

manſit ibi Ioabus, cum omnibus
Iſraelitis, dum omnes Idumæorum
17 mares exſcindunt) fugerat vna
cum quibusdam patris ſui ſeruis,
hominibus idumæis, vt Aegyptum
peteret, quum quidem puer admo-
18 dum esſet. Hi a Madianitis pro-
fecti, ad Pharanem venerant: ad-
ſcitisque ſibi a Pharane hominibus,
in Aegyptum ſe ad Pharaonem Ae-
gyptiorum regem contulerant: is-
que illi et domum dederat, et vi-
ctum adſignauerat, et terram tri-
19 buerat: tantamque in beneuolen-
tiam Adadus apud Pharaonem ve-
nerat, vt ille ei ſuæ principis vxoris
Taphnis ſororem in matrimoni-
20 um daret. Ex hac et Taphnis ſo-
rore filium ſuſtulerat Genubathum,
qui a Taphne in ipſa Pharaonis
domo educatus, erat in Pharaonis
familia, inter ipſos Pharaonis
21 filios. Igitur Adadus, poſtquam
apud Aegyptios intellexit, Dauidem
cum ſuis obdormiuisſe maioribus,
et Ioabum exercitus ducem mor-
tuum esſe: petiit a Pharaone mis-
22 ſionem in patriam: quærentique
Pharaoni, ecqua re apud ſe egeret,
vt in patriam proficiſci cuperet:
reſpondit, velle ſe omnino ab eo
23 dimitti. Præterea excitauit Solo-
moni Deus aduerſarium Razonem,
Eliadæ filium, qui ab Adarezero
Sophenæ rege domino ſuo aufu-
24 gerat, factaque manu, latronum
dux fuerat, atque hi, dum Dauid
Sophenos interficit, Damaſcum ve-
25 nerant: captaque ibi ſede, dama-
26 ſcenum regnum occupauerant. Is
Razon Syriæ regno potitus, Iſraeli-
tis, præter id malum, quod ab Ada-
27 do inferebatur, toto Solomonis
tempore aduerſatus eſt, eosque in-
feſtauit.

28 Ad hæc Ieroboamus Nabathi
filius Ephratæus, a Sareda, So-
lomonis ſeruus (cuius mater no-
minabatur Serua, mulier vidua) in
regem conſpirauit, cuius conſpira-
tionis cauſſa hæc fuit: Mellonem 29
ædificante Solomone, et vrbis Da-
uidis patris ſui dirutam partem ob-
ſtruente, erat Ieroboamus vir ro-
buſtus: quem iuuenem quum vi-
disſet in opere verſantem Solo-
mo, vniuerſo Ioſepheorum tributo
præpoſuit. Quodam tempore ac- 30
cidit, vt egresſus Hieroſolyma Ie-
roboamus in via occurreret Ahiæ
Silonio, vati, nouum pallium in-
duto. Hic quum duo ſoli esſent 31
in agris: capit Ahias pallium no-
uum, quo veſtitus erat, idque in
duodecim partes diſcerpit, atque
ita Ieroboamum adloquitur: cape
partes decem; nam ita tibi ſignifi-
cat Ioua Deus Iſraelitarum: ego
ſum Solomoni regnum de manu
extorſurus, et tibi tribus decem
daturus. Vnam ille tribum ha- 32
bebit, propter meum Dauidem,
propterque Hieroſolymam, vrbem
a me ex omnibus Iſraelitarum tri-
bubus electam: quoniam illi, 33
relicto me, Aſtorethum Sidonio-
rum, Chamoſum Moabitarum, et
Melcomum Ammonitarum deum
colunt: neque meis gradientes viis,
vt mihi obtemperent, mea placita,
inſtituta, ſententias exſequuntur,
ſicuti Dauid pater illius. Ab illo 34
quidem non totum regnum aufe-
ram, ſed ei principatum, quamdiu
viuet, concedam: Dauidis mei cauſ-
ſa, qui a me delectus, mea præcepta
et inſtituta ſeruauerit. Sed aufe- 35
ram ab illius filio regnum, tibique
decem tribus dabo, concesſa eius 36
filio vna tribu, vt *b* lucernam habeat
Dauid meus ſemper coram me Hie-
roſolymis, quam vrbem meo no-
mini collocando delegi. Tibi au- 37
tem regnum conciliabo, impera-
bisque Iſraelitis tuo arbitratu.
Quod ſi omnibus, quæ tibi præci- 38
piam, obedíueris, meisque viis
gradiens, mihi obſecutus fueris, mea
inſtituta præceptaque conſeruando,
ſicut fecit Dauid meus: adero tibi,
et

b) poſteritatem.

et domum tibi firmam conſtruam,
quemadmodum Dauidi conſtruxi,
39 Iſraelitasque tib tribuam. Atque
hac quidem cauſſa Dauidis proge-
niem premam, ſed non ſemper.
40 Hanc ob cauſſam conatus eſt Solo-
mo perimere Ieroboamum: ſed
diſceſſit Ieroboamus, et in Aegy-
ptum ad Seſacum Aegypti regem
profugit, atque in Aegypto fuit vs-
41 que ad Solomonis interitum. De
ceteris omnibus Solomonis rebus
et geſtis, et ſapientia, ſcriptum ex-
ſtat in libro geſtorum Solomonis.
42 Regnauit Solomo Hieroſolymis in
vniuerſos Iſraelitas per annos qua-
43 draginta. Deinde cum maiori-
bus ſuis obdormiuit: et in vrbe Da-
uidis ſui patris ſepultus eſt. Ei
in regnum ſucceſſit Roboamus,
eius filius.

CAPVT XII.

Populus ad nouum regem. Huius crudelitas. Populi defectio. Ieroboamus rex, idololatra.

1 IS Roboamus quum Sichemam
veniſſet (nam Sichemam conue-
nerant omnes Iſraelitæ, eius cre-
2 andi regis gratia) Ieroboamus
Nabati filius, qui adhuc in Aegypto
(quo Solomonem regem vitans fu-
gerat) degebat, poſtquam id
audiuit, arceſſitus aduocatusque,
adfuit vna cum vniuerſo Iſraelita-
rum conuentu. Atque hi a Ro-
boamo poſtularunt, vt, quoniam
illius pater iugo eos preſſiſſet, ipſe
impoſitam eis ab illo ſeruitutis du-
ritatem, iugique grauitatem leua-
ret: ita ſe in eius poteſtate futuros
eſſe. Quibus ille reſpondit, vt
in præſentia diſcederent, poſt tri-
duum ad ſe reuerterentur. Atque
illis digreſſis, conſuluit Roboamus
rex ſenes, qui eius patri Solomoni
adhuc viventi adſtiterant, interro-
gauitque, quid cenſerent hominibus
eſſe reſpondendum? Cui illi
reſpondent, ſi in præſentia illis ob-
ſequatur, eisque morem gerens, be-
nigne reſponſum det, fore, vt eos
ſemper obtemperantes habeat.
At ille omiſſo, quod dederant ſe- 8
nes, conſilio, iuuenes, qui cum eo
educati ei miniſtrabant, conſulit, et
ab eis quærit: quidnam conſu- 9
lant, vt illis reſpondeat, qui a ſe
petiuiſſent, vt a iugo eis a ſuo patre
impoſito relaxaret aliquid? Cui 10
iuuenes ſuadent, vt illis a ſe peten-
tibus, vt iugi eis ab eius patre im-
poſiti grauitatem releuet, ita re-
ſpondeat: ſuorum digitorum mi-
nimum craſſiorem eſſe, quam
ſui patris medium corporis trun-
cum: quod ſi pater eos graui iu- 11
go onerauit, ſe ad id iugum addi-
turum: ſi pater in eos ſcuticis anim-
aduertit, ſe ſcorpionibus anim-
aduerſurum. Die tertio, quum 12
omnes ad Roboamum, ſicut ab eo
iuſſi fuerant, reuertiſſent: reſpon-
dit eis rex durius, et neglecto, quod
ſenes dederant, conſilio, iuuenum
conſilium ſecutus, ita dixit: meus 13
pater vos graui iugo preſſit, ego ve-
ſtrum iugum adaugebo: meus pa-
ter in vos ſcuticis animaduertit, ego
ſcorpiis animaduertam. Non eſt 14
autem morigeratus rex populo,
ita diſpenſante Ioua, vt id præſtaret,
quod Ieroboamo Nabati filio per
Ahiam Silonium prædixerat.
Tum omnes Iſraelitæ, videntes 15
ſibi a rege non obtemperari, ei re-
ſponderunt, nihil iam ſibi iuris *c* in
Dauide, nihil poſſeſſionis in Iſæida
ſupereſſe: proinde domum diſce-
dendum Iſraelitis eſſe, et Dauidi
ſuæ familiæ proſpiciendum. At- 16
que ita diſceſſerunt Iſraelitæ do-
mum, ſic tamen, vt Iſraelitæ, qui
Iudææ oppida incolebant, ſub Ro-
boami regno fuerint. Quumque 17
d miſiſſet Roboamus rex Adora-
mum tributi præfectum ad Iſraeli-
tas: illi eum vniuerſi lapidibus
ob-

c) in rege, ſicut Cæſares a primo nomen habent. *d*) ſcilicet ante Iſraelitarum diſceſſum.

18 obrutum necarunt. Itaque occu-
pauit Roboamus quadrigam adſcen-
dere, Hieroſolymamque curſu pete-
19 re. Atque ita deſciuerunt Iſraeli-
tæ a domo Dauidis ad hunc vſque
20 diem. Quumque omnes Iſraelitæ
rediiſſe Ieroboamum audiuiſſent,
eum ad conuentus arceſſitum euo-
carunt, regemque omnium creaue-
runt Iſraelitarum, vna tantum Iu-
dæ tribu dauidicam ſtirpem ſecu-
21 ta. At Roboamus, poſtquam
Hieroſolymam venit, omnem iu-
dæam ſtirpem, tribumque benia-
miticam congregat, hominum cen-
tum octoginta millia, lectorum et
bellicoſorum, vt bello ſtirpem per-
ſequeretur Iſraelitarum, regnum-
que ſibi Solomonis filio recupera-
22 ret. Sed mandauit Deus Semeiæ
diuino, vt Roboamo Solomonis fi-
lio Iudææ regi, totique Iudæ et
Beniaminis ſtirpi, ceteriſque Iouæ
23 nomine nuntiaret, ne proficiſce-
rentur, neue fratribus ſuis Iſraeli-
tis bellum inferrent, ſed domum
redirent: ſe enim illius eſſe aucto-
24 rem rei. Ita illi Iouæ dicto au-
dientes fuerunt, et ad eius manda-
tum expeditionem omiſerunt.
25 Inſtaurauit autem Ieroboamus
Sichemam in monte Ephraimita-
rum, in eaque habitauit: et inde di-
26 greſſus, Phanuel refecit. Deinde
ſic ſecum cogitare cœpit: iam re-
gnum in Dauidis domum redibit.
27 Si homines hi Hieroſolymam ad
rem diuinam in æde Iouæ facien-
dam conceſſerint, animum ad do-
minum ſuum Roboamum Iudææ
regem flectent, meque interfecto,
28 illum repetent. Igitur inito con-
ſilio, duos vitulos fecit aureos, ho-
mineſque monuit, nihil iam opus
eſſe, vt Hieroſolymam profici-
ſcerentur: hic adeſſe Iſraelitarum
deos, a quibus eſſent educti ex Ae-
29 gypto. Atque vnum quidem vi-
tulorum Bethele poſuit, alterum
30 Dane collocauit: quæ res ſane
offenſam attulit, quum vulgo alte-
rius viſendi gratia Danem vſque
commearent.
Fecit et ædem in edito loco, et ſa- 31
cerdotes creauit ex vulgo, a Leui non
ortos. Itemque feſtum celebrauit 32
octauo menſe, die menſis decimo-
quinto: cuiuſmodi feſtum in Iudæa
fieri ſolebat, et victimas ad aram
immolauit: idque Bethele fecit 33
ad aram vitulorum, quos fecerat:
ibique ſacerdotes ſacellanos, a ſe fa-
ctos, collocauit.

CAPVT XIII.

Ieroboami manus tabida. Vates laceratus a leone. Ad illum alius vates. Mortui ſepultura. Ieroboami malitia maior: eiuſdem familiæ exſtinctio.

Qvum autem ad aram, quam 1
Bethele fecerat, acceſſiſſet die
decimaquinta menſis octaui
(quem menſem ad ſuam libidinem
commentus erat) feſtumque Iſrae-
litis ageret, et ad aram adolendi
cauſſa adſcendiſſet: ſuperuenit 2
Bethel ex Iudæa diuinus quidam,
iuſſu Iouæ, qui, Ieroboamo ad aram
adolendi cauſſa ſtante, clamauit ad
aram, Iouæ iuſſu, in hunc modum:
ara, ara, hoc tibi Ioua ſignificari iu-
bet, fore, vt naſcatur de genere Da-
uidis filius, Ioſias nomine, qui ſuper
te mactabit ſacellanos ſacerdotes,
ſuper te adolentes, vtque hominum
oſſa ſuper te crementur: cuius 3
rei prodigium hoc prædixit Ioua,
(inquit, tum prodigium dans) quod
ara iam findetur, et impoſitus ei
cinis effundetur. His diuini ver- 4
bis, quæ ad aram apud Bethel pro-
nuntiauerat, auditis, Ieroboamus,
protenſa ab altari manu, iubet
illum comprehendi. Sed exaruit
eius manus, quam aduerſus illum
intenderat, ita vt eam ad ſe retra-
here non poſſet. Tum diffiſſa 5
ara, effuſus ex ea cinis eſt, ſic-
uti prodigium Iouæ mandato di-
uinus prædixerat. Hic rex diui- 6
num adloquitur: ora, quæſo, in-
quit,

quit, Iouam Deum tuum, et pro
me precare, vt mihi reſtituatur
manus mea. Tum diuinus Iouam
orat, et ſua regi manus reſtituitur,
7 et in priorem ſtatum redit. Atque
rex eum ſic adloquitur: veni me-
cum domum, vt prandeas: ego ti-
8 bi munus dabo. Cui ille: et-
iamſi mihi dimidiam domum tu-
am dares, non te comitarer, aut ci-
bum potionemue hoc in loco cape-
9 rem. Nam a Ioua ita mandatum
habeo, ne vel cibum aut potionem
capiam: vel eadem, qua veni, via
10 reuertar. Hoc edicto profectus
eſt alia via; neque eadem via re-
uertit, qua Bethel venerat.
11 Erat Bethele vates quidam ſenex.
Ad hunc veniunt ipſius filii, eique
narrant omnia, quæ diuinus ille eo
die fecerit apud Bethel, quæque re-
12 gi verba dixerit. Tum pater a
filiis quærit, quanam ille via diſceſ-
ſerit. Quumque illi viam oſten-
diſſent, qua profectus eſſet diui-
nus ille, qui ex Iudæa venerat:
13 mandat filiis pater, vt ſibi aſinum
inſternant: quo inſtrato, inſcen-
14 dit, diuinumque ſubſequitur: et
eum ſub quercu ſedentem nactus,
interrogat, num ſit diuinus ille,
15 qui ex Iudæa venerit? Quum-
que ille ſe eſſe reſpondiſſet: hor-
tatur, vt ſecum domum veniat, ci-
16 bumque capiat. Cui ille reſpon-
det, non licere ſibi cum eo reuer-
ti, aut ire, neque ſe cum eo cibum
potionemue eo in loco capturum
17 eſſe, propterea quod ſibi a Ioua
interdictum eſſet, ne ibi cibum po-
tionemue caperet, neue eadem via
18 reuerteretur, qua veniſſet. At il-
le dicere, ſe quoque vatem eſſe, ſic-
ut illum: ſibique ab angelo iuſſu
Iouæ mandatum eſſe, vt illum do-
mum ſuam ſecum retraheret, quo
cibum potionemque ſumeret: at-
19 que hæc mentiens dicebat. Ita
ille cum eo reuertitur, cibumque
et potionem domi eius ſumit.
20 His accumbentibus, Ioua cum di-
uino vate, a Iudæa profecto, quem
ille retraxerat, loquitur, et ad eum
ſic clamat: hæc eſt Iouæ ſenten- 21
tia: quoniam tu, in Iouam Deum
tuum contumax, eius tibi traditum
præceptum non exſecutus es, ſed 22
reuerſus, cibum potionemque in eo
loco ſumſiſti, in quo te ſumere ve-
tuerat: non eſt venturum tuum
corpus in tuorum maiorum ſepul-
crum. Igitur finitis epulis, ille 23
vati, quem reuocauerat, ſternit a-
ſinum: et vates profectus, incidit in
leonem in via, et ab eo interfectus
eſt. Quumque eius corpori in 24
via proiecto adſtarent aſinus et leo:
accidit, vt illuc transirent homi- 25
nes quidam, qui corpus in via pro-
iectum, et adſtantem leonem con-
ſpicati, veniunt in oppidum, in quo
ſenex ille vates habitabat, ibique
rem nuntiant. Hac re audita va- 26
tes, qui illum ex itinere retraxerat,
dixit, eſſe diuinum, quem Ioua ob
eius in ſe contumaciam leoni ob-
iecerit, a quo laceratus necatusque
ſit, ſicut ipſe Ioua ei minatus erat.
Deinde filiis ſuis mandat, vt ſibi 27
aſinum inſternant: eoque in- 28
ſtrato, profectus, inuenit illius cor-
pus in via proiectum, adſtantibus
aſino et leone: quum interea leo
neque corpus deuoraſſet, neque a-
ſinum dilaniaſſet. Tum vates 29
ille ſenex diuini corpus tollit, aſi-
noque impoſitum, in oppidum ſu-
um ad luctum ſepulturamque re-
portat, et in ſepulcro ſuo condit:
eumque illi vt fratrem lamentabili 30
luctu proſequuntur. Illo ſepul- 31
to, ſuis filiis præcipit, vt ſe, quum
mortuus fuerit, eodem in ſepulcro
condant, in quo diuinus ſepultus
ſit, ſuaque oſſa apud illius oſſa
ponant. Etenim futurum id eſſe, 32
quod ille ex Iouæ mandato pro-
nuntiaſſet in aram apud Bethel ſi-
tam, et in omnia collina ſacella,
apud oppida Samariæ poſita.
Poſt hanc rem non modo non re- 33
ceſſit Ieroboamus a ſuis malis mo-

ribus, ſed etiam iterum ex vulgo
hominum ſacellanos ſacerdotes fe-
cit,et quos ei viſum fuit,ad ea ſacer-
34 dotia inaugurauit. Quæ res in
cauſſa fuit, vt Ieroboami domus
detrimentum caperet, et ex orbe
terrarum funditus euerteretur.

CAPVT XIIII.

Regia coniux ad vatem. Huius ſolertia, in regem comminationes. Reginæ digresſio. Annales Israelitarum. Roboami imperium in Iudæis. Iudæi idololatræ. Aegyptiorum in Hieroſolymam expeditio. Roboami, et Ierobami bella. Illius mors.

1 PEr id tempus Ieroboamus, æ-
grotante eius filio Abia, vxori
ſuæ mandat, vt mutato habitu,
ne vxorem eſſe Ieroboami ſciatur,
2 Siluntem ſe conferat. Illic enim
eſſe Ahiam vatem, a quo didiciſſet,
3 ſe fore eius regem populi. Igitur
ſecum decem panes tollat, et cruſtu-
la, mellisque guttum,et illum adeat,
vt ab eo diſcat, quid puero futurum
4 ſit. Vxor mandata facit, profecta-
que Siluntem, Ahiæ domum petit,
cæcutientis, et oculis præ ſenio tor-
5 pentis. Eum autem Ioua præmo-
nuit, iam adfore Ieroboami vxo-
rem, eum percontaturam de filio
ſuo ægrotante: eumque dicendis
6 inſtruxit. Igitur illa veniente,
ſeque diſſimulante, Ahias ſimul ac
pedum ſonitum per ianuam ingre-
dientis audiuit, ſic loquitur: ades,
vxor Ieroboami, curnam te diſſi-
mulas? Ego tibi dura mandata fero.
7 I ſic renuntiatum Ieroboamo: hæc
eſt Iouæ Dei Israelitarum ſenten-
tia: quandoquidem ego te ex me-
dia plebe delectum, meorum Iſrae-
8 litarum imperio præfeci, ere-
ptoque dauidicæ domui regno do-
naui; et tamen tantum abeſt vt tu
mei Dauidis (qui mea præcepta ex-
ſecutus eſt, mihique tota mente
obſecutus, ea demum fecit, quæ mi-
hi accepta forent) ſimilis fueris,
9 vt etiam omnes, qui ante te fuerunt,
maleficiis anteceſſeris, meque poſt
tergum reiecto, eo deueneris,vt mei
irritandi cauſſa deos alienos et con-
flata ſimulacra feceris: propterea 10
ſic habeto, me Ieroboami domui
tantum eſſe malorum importatu-
rum, vt ex Ieroboamicis, nihil ne-
que tam abſtruſum in Israelitis,
neque tam obuium ſit, quin omnia
funditus exſtirpem, etiam vſque
ad comminctorem parietis: eius- 11
que domum non aliter abſtergam,
quam ſimus prorſus abſtergi ſolet,
ita vt Ieroboamicorum mortui in
vrbe a canibus, ruri a volucribus
aeris deuorentur. Nam Ioua lo-
cutus eſt. Itaque age tu, pete do- 12
mum. Simulac pedem in vrbem
immiſeris, morietur puer, et ab
omnibus deploratus Iſraelitis ſe-
pelietur. Nam hic ſolus ex Iero- 13
boamicis ſepulcrum adipiſcetur:
quoniam in domo Ieroboami is
eſt, in quo boni quiddam erga Io-
uam Deum Iſraelitarum inuentum
ſit. Suscitabitque Ioua ſibi re- 14
gem in Iſraelitas, qui Ieroboami
ſtirpem aliquando eruat. Nec 15
ſolum hoc: ſed etiam Iſraelitas
percuſſos, in modum nutantis in
aqua arundinis, euellet, ex hac tam
bona terra, quam eorum maioribus
dederat, transque flumen diſperget,
quoniam ſuis lucis faciendis Io-
uam irritarunt: eosque deſtituet 16
propter Ieroboami ſcelera, quæ non
ſolum commiſit, verum etiam Iſ-
raelitis committendi auctor fuit.
Tum Ieroboami vxor digresſa, 17
Therſam proficiſcitur: atque, ea
ædium limen transgrediente, mor-
tuus eſt puer, et a cunctis Iſra- 18
elitis ſepultus eſt atque defletus,
quemadmodum Ioua per ſuum
Ahiam vatem prædixerat. De 19
ceteris Ieroboami rebus, quæ bella
fecerit, et quo pacto regnauerit,
ſcriptum exſtat in annalibus regum
Iſraelitarum. Regnauit autem 20
Ieroboamus annos duos et viginti.
Is poſtquam cum maioribus ſuis
obdormiuit, regnauit in eius loco
Nadabus eius filius.

At

21 At Roboamus Solomonis filius,
qui in Iudæa regnauit, vnum et qua-
draginta annos natus regnum iniit,
et ſeptemdecim annos Hieroſoly-
mæ regnauit: quam vrbem Ioua ex
omnibus tribubus israeliticis, in
qua ſuum nomen collocaret, delege-
rat. Eius mater fuit Ammonitis, no-
22 mine Naama. Offenderunt autem
Iudæi Iouam, eumque ſuis flagitiis
magis irritarunt, quam vmquam
23 maiores irritauerant: ſibique et
ſacella, et ſtatuas, et lucos pasſim
in editis collibus, et ſub frondoſis
24 arboribus conſtruxerunt. Quin-
etiam fuerunt in ea terra effemi-
nati, et omnia gentium flagitia i-
mitati ſunt, quas Ioua in aduentum
Israelitarum exſciderat.
25 Hoc Roboamo annum quintum
regnante, Seſacus Aegypti rex expe-
ditionem fecit in Hieroſolymam,
26 templique Iouæ et regiæ theſauros,
atque omnia cepit, ipſosque adeo o-
mnes clipeos aureos, quos Solomo
27 fecerat: pro quibus Roboamus
rex æneos fecit clipeos, et princi-
pibus ſtipatorum, qui ad regiæ ve-
ſtibulum cuſtodias agebant, com-
28 miſit, qui eos, rege in ædem Io-
uæ ingreſſo, tollebant, et in ſtipa-
29 torum cellam referebant. Reli-
quæ Roboami res, et omnia geſta,
ſcripta ſunt in annalibus regum
30 Iudææ. Fuit autem inter Robo-
amum et Ieroboamum perpetu-
31 um bellum. Roboamus poſt-
quam cum ſuis maioribus obdor-
miuit, ſepultus eſt apud ſuos ma-
iores in vrbe Dauidis. Eius ma-
ter nomen habuit Naama, Ammo-
nitis.

CAPVT XV

Abiamus poſt Roboamum rex, eius improbitas. Aſa Iudæorum rex. Israelita in Iudæos. Nadabus rex Israelitarum. Baaſa item rex prauus.

1 HVic in regnum ſucceſſit Abia-
mus eius filius, qui anno duo-
deviceſimo regni Ieroboami, Na-
bati filii, regnare in Iudæa cœ-
pit. Regnauit Hieroſolymis an- 2
nos tres. Eius matri nomen fuit
Maacha, Abſalomi filia. Is omnia 3
commiſſa ante ſe a patre ſuo ſcelera
imitatus, animo erga Iouam Deum
ſuum recto non fuit: ſicut fuerat
Dauid auctor generis eius. Quam- 4
quam propter Dauidem Ioua, Deus
eius ei *e* lucernam conceſſit Hiero-
ſolymis, eius filio poſt eum ſubſti-
tuendo, vt Hieroſolymam ſtabiliret:
quoniam Iouæ obſecutus Dauid, a 5
nullo eius præcepto per omnem vi-
tam receſſerat, præterquam in Vriæ
Hettæi facinore. Interceſſit au- 6
tem bellum inter *L. f* Abiamum *H.*
et Ieroboamum per omnem eius vi-
tam. De reliquis omnibus Abia- 7
mi rebus geſtis ſcriptum exſtat in
annalibus regum Iudææ. Hic Abi-
amus bellum geſſit cum Ierobo-
amo: et poſtquam ad ſuorum ma-
nes conceſſit, ſepultus eſt in vrbe
Dauidis. Huic in regnum ſuc- 8
ceſſit Aſa filius eius, qui viceſimo
Ieroboami Israelitarum regis anno
Iudææ regnum iniit. Regnauit 9
Hieroſolymis annos vnum et qua-
draginta. Eius *g* mater fuit nomi- 10
ne Maacha, Abſalomi filia. Hic A- 11
ſa, Dauidem conditorem ſuum imi-
tatus, Iouæ obſecutus eſt: effemi- 12
natos ex ea terra exegit: ſimu-
lacra a maioribus ſuis facta omnia
ſuſtulit: Maacham quoque ma- 13
trem ſuam imperio abdicauit, quod
ea Pana fecerat in luco:* eumque
Pana exſcidit, et apud torrentem
Cedronem cremauit. Quamquam 14
editorum ſacella ſublata non ſunt,
fuit tamen Aſa mente erga Iouam
integra, quamdiu vixit. Patris ſui 15
dicata atque ſua, argentum, aurum
et vaſa in ædem Iouæ intulit.

Inter hunc Aſam et Baaſam Israe- 16
litarum regem bellum fuit per o-
mnem eorum vitam. Quumque 17
Baaſa expeditionem feciſſet in Iu-
dæam,

e) poſteritatem. f) H. Roboamum. g) auia.

dæam, Ramamque muniret, vt exi-
tum aditumque ad Aſam Iudææ re-
18 gem intercluderet: cepit rex Aſa
omne argentum aurumque, quod ex
theſauris templi Iouæ ſupererat,
regiæque theſauros, et a ſuis tradi-
ta miſit Benadado Tabremmonis
filio, Hezionis nepoti, Syriæ regi,
Damaſci habitanti, cum poſtulatis
19 huiusmodi: fœdus inter me et
te, interque meum et tuum patrem
intercedit: ego tibi argenteum au-
reumque munus mitto. I reſcis-
ſum fœdus, quod tibi cum Baaſa
Iſraelitarum rege intercedit, vt a
20 me diſcedat. Tum Benadadus A-
ſæ regi morem gerens, miſſis mi-
litum ſuorum ducibus in vrbes Iſ-
raelitarum, ſubegit Ionem et Da-
nem, et Abelmaacham, totaque Ce-
nerotha, cum omnibus finibus
21 Nephthalenſium. Quibus audi-
tis Baaſa, omisſa Ramæ munitione,
22 Therſæ ſe continuit. Tum rex
Aſa Iudæos omnes, nullo immuni,
congregauit: iique Ramæ lapides
et ligna, quibus Baaſa munitionem
faciebat, ſuſtulerunt, quibus ille
Gabaam Beniamitarum Maspham-
23 que muniuit. De reliquis omni-
bus Aſæ rebus, et quantæ fuerint e-
ius vires, quæ gesſerit, et quæ con-
ſtruxerit oppida, ſcriptum exſtat in
annalibus regum Iudææ. Is ſub
ſenectutis ſuæ tempus pedibus æ-
24 grotauit. Poſtquam cum ſuis ma-
ioribus obdormiuit, ſepultus eſt a-
pud eos in vrbe Dauidis, ſui con-
ditoris. Huic in regnum ſuccesſit
25 Ioſaphatus, eius filius. Nadabus
autem, Ieroboami filius, anno Aſæ
Iudæorum regis ſecundo regnum
Iſraelitarum iniit, regnauitque in
26 Iſraelitis annos duos. In hunc
Nadabum contra Iouæ voluntatem
viuentem, patrisque ſui mores et
ſcelera (quibus ille Iſraelitas ob-
27 ſtrinxerat) imitantem, coniura-
tionem fecit Baaſa Ahiæ filius, Iſ-
ſacharianus genere, eumque, Gaba-
thonem Palæſtinorum omnibus
Iſraelitarum copiis obſidentem, in-
terfecit, anno Aſæ Iudææ regis 28
tertio, et eo occiſo regnum inuaſit:
quo regno occupato, vniuerſam 29
Ieroboami ſtirpem ſic interfecit, vt
ex ea nullum prorſus in vita relin-
queret, quemadmodum Ioua per
ſuum Ahiam Silonium fore prædi-
xerat, propter Ieroboami ſcelera:
quæ non ſolum commiſerat ipſe, 30
ſed etiam in Iſraelitis committendi
causſa fuerat: qua ſua improbitate
Iouam Deum Iſraelitarum læſerat.
De reliquis omnibus Nadabi rebus 31
atque geſtis ſcriptum exſtat in an-
nalibus regum Iſraelitarum. Fuit 32
autem bellum inter Aſam et Baa-
ſam Iſraelitarum regem, quamdiu
vixerunt. Anno tertio Aſæ Iu- 33
dææ regis cœpit Baaſa, Ahiæ filius,
regnare in omnes Iſraelitas, regna-
uitque Therſæ viginti quatuor an-
nos, et contra Iouæ voluntatem 34
Ieroboami facta et ſcelera imita-
tus eſt, quibus ille Iſraelitas obli-
garat.

CAPVT XVI.

Ad Baaſam regem Iehu vates iratus. Illius mors. Ela rex Iſraelitarum: eius per Zambrem interitus. Occiſoris combuſtio. Ambris rex. Samariæ ædificatio. Rex Achabus. Hierichuntis inſtauratio.

ITaque Ioua per Iehum, Ananis 1
filium, cum Baaſa locutus ita eſt: 2
quoniam tu a me ex pædore ſub-
latus, meorumque Iſraelitarum
imperio præfectus, Ieroboami
mores imitaris, meosque Iſraelitas
ſceleribus obſtringis, quibus ego
ſceleribus offendar: propterea 3
ego Baaſam, eiusque ſtirpem per-
uertam, tuamque ſtirpem ſic adfici-
am, vt Ieroboami Nabati filii ſtir-
pem adfeci, ita vt qui de Baaſa- 4
nis in vrbe morietur, is a canibus:
qui ruri, is ab aeris deuoretur ali-
tibus. De reliquis Baaſæ rebus 5
geſtisque et viribus ſcriptum ex-
ſtat in annalibus regum Iſraelita-
rum.

Poſt-

6 Poſtquam Baaſa cum ſuis pa-
tribus obdormiuit, et Therſæ ſe-
pultus eſt: regnauit in eius loco
7 Ela filius eius. Igitur quum per
Iehum, Hananis filium vatem, Ioua
ſuper Baaſa, eiusque ſtirpe, ſuper-
que eius tot prauis facinoribus,
quibus faciendis Iouam offenderat,
hoc prædixisſet, idem ei euentu-
rum esſe, quod ſtirpi Ieroboami,
8 eumque occiſum iri: quum an-
no viceſimo ſexto Aſæ Iudææ regis,
Ela, Baaſæ filius, Israelitarum re-
gnum (quod biennium tenuit)
9 Therſæ iniisſet: coniurauit in
eum Zambris ſeruus eius, dimidiæ
partis quadrigariorum dux, eum-
que Therſæ in ædibus Arſæ (qui
apud Therſam dispenſator erat)
potantem et ebrium adgresſus,
10 vulneribus interfecit, anno Aſæ
Iudææ regis viceſimo ſeptimo, et
11 pro eo regnum occupauit: eo-
que regno et ſolii ſede potitus,
omnem Baaſæ ſtirpem, cognatos,
amicos funditus ad vnum perdidit,
12 vniuerſamque baaſanam familiam
exſtinxit, quemadmodum Ioua
Baaſæ euenturum esſe per Iehum
13 vatem prædixerat, propter tot
tum Baaſæ, tum eius filii Elæ, ſce-
lera, atque flagitia, quæ partim ipſi
committendo, partim Israelitas ad
committendum inducendo, Iouam
Deum Israelitarum ſuis vanitatibus
14 læſerant. De reliquis omnibus
Elæ rebus geſtis ſcriptum habetur
in annalibus regum Israelitarum.
15 Anno Aſæ Iudææ regis viceſimo
ſeptimo potitus regno Zambris,
ſeptem dies Therſæ regnauit.
16 Nam poſtquam milites, ad Gaba-
thonem Palæſtinorum caſtra haben-
tes, audiuerunt Zambrim coniuras-
ſe, regemque occidisſe: Ambrim,
qui tum Israelitarum imperator
erat, eodem die Israelitæ cuncti re-
17 gem in caſtris crearunt. Cumque
eo omnes a Gabathone profecti,
Therſam oppugnare adgresſi ſunt.
18 At Zambris videns, vrbem expu-
gnari: regiæ palatium ingresſus,
regiam ſecum igne incendit. At- 19
que ita morte luit pœnas ſcelerum,
quibus patrandis Iouam offenderat:
Ieroboami mores imitatus atque
ſcelus, quo ille Israelitas obſtrin-
xerat. De reliquis Zambris re- 20
bus, deque facta ab eo coniuratione
ſcriptum exſtat in annalibus regum
Israelitarum.

Tunc diuiſus eſt Israelitarum 21
populus in partes duas, quarum vna
Thebnim Ginethi filium ſequeba-
tur, vt eum regem faceret: altera
Ambrim. Sed vicerunt Ambriani 22
Thebnianos: mortuoque Thebni,
israeliticum regnum obtinuit Am-
bris, quod regnum iniit anno Aſæ 23
Iudææ regis triceſimo primo, idque
tenuit annos duodecim: quorum 24
ſex quum Therſæ regnauisſet, emit
Samariam montem a Semere, duo-
bus argenti talentis, eumque mon-
tem exſtructa vrbe occupauit, et
eam vrbem a Semere montis domi-
no Samariam denominauit. Adeo 25
autem contra Iouæ voluntatem
vixit Ambris, vt omnes ſuperiores
vitiis antecesſerit: omnesque 26
Ieroboami Nabati filii mores et
ſcelus imitatus eſt, quo ille Israeli-
tas obſtrinxerat, dum ſuis vanitati-
bus Israelitarum Deum Iouam
offendunt. De reliquis omnibus 27
Ambris rebus geſtis, deque eius
fortiter factis memoriæ proditum
habetur in annalibus regum Israe-
litarum.

Ambri vita defuncto, et Samariæ 28
ſepulto, regnum Israelitarum pro
eo accepit Achabus eius filius,
quod regnum iniit anno Aſæ Iudææ 29
regis duodequadrageſimo: regna-
uit Samariæ annos duos et viginti.
Hic Achabus omnium maiorum 30
ſuorum impietatem aduerſus Io-
uam ſupergresſus, parum habuit Ie-
roboamum Nabati filium ſcelerate
viuendo imitari: etiam Iezabe- 31
lem Ethbaalis Sidoniorum regis
filiam in matrimonium duxit, et eo

venit,

venit, vt Baalem coleret ac adoraret,
32 et ei aram in baalenſi templo, Sama-
33 riæ a ſe conſtructo, erigeret. Præ-
terea lucum fecit: grauiusque Io-
uam Deum Israelitarum ſuis factis
offendit, quam vllus Israelitarum
regum, qui eum præcesſerant.
34 Eius temporibus inſtaurauit Hiel
Bethelenſis Hierichuntem, cuius
in iaciendis fundamentis Abira-
mum primogenitum ſuum, et in
collocandis foribus portarum Se-
gubum filiorum ſuorum natu mi-
nimum amiſit, quemadmodum Io-
ua per Ioſuam Nunis filium præ-
dixerat.

CAPVT XVII.

Elias de ſiccitate. Farinæ oleique copia. Mulieris confesſio pia.

1 ELias autem Thesbita ex inco-
lis Galaaditidis, Achabum ſic
adlocutus eſt: per Iouam im-
mortalem, Israelitarum Deum, cui
ego adpareo, per hos annos neque
ros erit, neque pluuia, niſi ad præ-
2 ſcriptum meum. Sic autem Eli-
3 am adlocutus Ioua eſt: discede
iſtinc, et ad orientem digresſus,
lateto apud Carithum fluuium, con-
tra Iordanem poſitum, et de eo flu-
4 uio bibito. Ego coruis manda-
5 bo, vt illic te alant. Ita ille dis-
cesſit, vt erat a Ioua mandatum,
et ad Carithum fluuium, e regione
6 Iordanis poſitum profectus, ibi
manſit, coruis ei mane panem et
carnem, itemque veſpere adferen-
tibus, et ad bibendum ſuppeditante
7 fluuio. Sed quum aliquanto poſt
aruisſet fluuius, quod in terram
8 non pluebat: iusſit ei Ioua, vt
Sarephtham Sidoniorum ſe confer-
9 ret, ibique maneret: ſeſe enim
illic mulieri cuidam viduæ man-
10 daturum esſe, vt eum aleret. Tum
ille digresſus, Sarephtam ire con-
tendit: et poſtquam ad ingresſum
oppidi venit, cernit ibi mulierem
viduam lignantem, eique clamat,
vt ſibi paullum aquæ in vaſe petat
ad bibendum. Quumque illa 11
petitum iret, clamat, vt ſibi fruſtum
panis ſecum adferat. Sed illa ita 12
reſpondit: Iouam immortalem De-
um tuum teſtor, me nihil cocti pa-
nis habere, ſed tantum pugillum fa-
rinæ in cado, et paullum olei in ſe-
ria, quod, collecto vno aut altero
ligno, iam mihi meisque filiis para-
tum itura ſum, vt id comedamus,
deinde moriamur. Cui Elias: 13
bono es animo, inquit, i factum,
ſicuti dixiſti: ſed fac mihi primo
inde panem depſtitium paruu-
lum, eumque mihi foras adferto:
poſtea tibi tuisque filiis facito.
Nam ita pronuntiat Ioua Deus Is- 14
raelitarum, non ante vel cadi fari-
nam conſumtum iri, vel ſeriæ o-
leum defecturum esſe, quam ab
Ioua pluerit in terram. Tum illa 15
iuit, Eliæque paruit: atque inde
et ipſe, et illa eiusque familia ali-
quamdiu comederunt: quum in- 16
terea neque cadi farina exhaurire-
tur, neque olei ſeria deficeret,
quemadmodum fore Ioua per Eli-
am prædixerat.

Poſt eas res accidit, vt eius matris 17
familias filius tam graui morbo la-
boraret, vt exanimaretur. Itaque 18
mulier cum Elia ſic agere: quid i-
ſtud, diuine? veniſti ad me: vt mea
vitia coargueres, meumque filium
interficeres? Tum Elias iusſit, ſibi 19
ab illa filium tradi, eumque ex illius
ſinu exceptum, ſuſtulit in cubicu-
lum, in quo verſari ſolebat. De- 20
inde eo in ſuo cubili collocato, ſic
orat: o Ioua mi Deus, tune viduæ,
cuius ego hoſpitio vtor, tantum
nocuiſti, vt eius filium perimeres?
Tum ſeſe ter ſuper puero admen- 21
ſus, Iouam inuocat: Ioua mi De-
us, inquit, remigret quæſo huius
pueri anima in eius pectus. Hac 22
Eliæ voce a Ioua exaudita, rediit
anima pueri in eius pectus, atque 23
ita reuixit puer, eumque Elias ce-
pit, et, domum ex cubiculo depor-
tatum,

tatum, matri reddidit: en tibi vi-
24 uum filium, inquit. Cui mulier:
nunc tandem intelligo, te esſe di-
uinum, inquit, et vere Iouæ inter-
nuntium.

CAPVT XVIII.

Ad Achabum Elias. Eliæ occurrens Abdias. Eidem obuius Achabus. Eliæ hallucinatio de vatibus, ac piis. Pſeudouates idoli interfecti. Pluuiæ reſtitutio.

1 LOngo poſt tempore, anno ter-
tio, Ioua Eliæ mandat, vt ſe A-
2 chabo ostenſum eat: ſeſe plu-
uiam in terras esſe demisſurum.
Igitur Elias, vt ſe Achabo oſtendat,
3 proficiſcitur. Quum autem fame
graui Samariæ laboraretur, voca-
uit Achabus Abdiam domus procu-
ratorem, (erat is Abdias Iouæ reue-
4 rentisſimus, quumque Iezabel
Iouæ vates perderet, ſubduxerat
centum vates, eosque quinquage-
nos in ſubterraneis locis abditos,
pane et aqua aliquamdiu ſuſten-
5 tauerat) eique negotium dedit,
vt omnes illius regionis fontes et
fluuios viſeret, ſi forte gramen in-
uenirent, quo equos mulosque to-
lerarent, ne iumentis priuarentur.
6 Quumque ſibi obeundam terram
ita diuiſisſent, vt Achabus vna, Ab-
7 dias altera via ſeorſum iret: Ab-
dias viam ingresſus, occurrit Eliæ,
agnitoque honorem ſubmisſo vul-
tu præbuit, et: tune es dominus
8 Elias? inquit. Cui ille: ſum. I
nuntiatum domino tuo, adesſe E-
9 liam. At ille: quid peccaui, vt
tu tuum me Achabo necandum ob-
10 iicias? Ita viuat Ioua Deus tu-
us, vt nulla gens, nullum regnum
eſt, quo meus dominus non dimi-
ſerit, qui te conquirerent. Quum-
que negarent, te adesſe, ille regna
et gentes [b] obteſtabatur, quod te non
11 inueniret. Et tu mihi nunc iu-
bes, vt domino meo nuntiatum eam
12 Eliam adesſe? Qui poſtquam a
te digresſus fuero, auferet te Iouæ
ſpiritus, neſcio quo. Ego interea,
qui hoc Achabo nuntiatum iuero,
quum te ille non inuenerit, ab eo
interficiar, qui tamen Iouæ reue-
rens fui a pueris: niſi forte tibi, 13
domine, relatum non eſt, quid e-
go, Iezabele Iouæ vates occidente,
fecerim, vt eorum centum, videli-
cet quinquagenos in ſingulis cauer-
nis abditos, pane et aqua aluerim.
Et tu mihi nunc iubes, vt Eliam 14
adesſe domino meo nuntiatum
eam, quo me interficiat? At Eli- 15
as: ſic viuat Ioua armipotens, cui
ego appareo, vt ego me illi oſten-
dam hodie. Tum Abdias Acha- 16
bo occurſum iuit, eique rem nun-
tiauit. Et Achabus Eliæ obuiam 17
progresſus, vt eum vidit, ſic adlo-
cutus eſt tune is es, qui pertur-
bas Israelitas? Cui ille: non e- 18
go, inquit, Israelitas perturbo, ſed
tu, tuaque paterna familia, qui o-
misſis Iouæ præceptis, Baales ſe-
quimini. Verum cura mihi con- 19
uocandos omnes Israelitas in mon-
tem Carmelum, vatesque Baalis
quadringentos quinquaginta, et [i] lu-
canos vates quadringentos, Ieza-
belis conuictores. Igitur arces- 20
ſiuit Achabus omnes Israelitas, va-
tesque in montem Carmelum con-
gregauit. Et Elias accesſit ad o- 21
mnem populum, atque hæc verba
habuit: quousque [k] in vtrumque
crus claudicatis? Si Ioua Deus eſt,
hunc ſequimini: ſin Baal, illum
ſequimini. Quumque nihil ei po- 22
pulus reſponderet: ego ſolus (in-
quit Elias) Iouæ vates ſuper-
ſum, quum baalenſes vates ſint
quadringenti quinquaginta, *G. L.*
lucanique vates quadringenti. *H.* 23
Dentur nobis duo tauri, quorum
vnum illi ſibi deligant, disſectum-
que lignis imponant, neque ignem
ſubiiciant: alterum ego immola-
bo, ſuperque lignis conſtituam,
ne-

b) ſcilicet per Deum, vt dicerent, an tu illic esſes. i) lucorum. k) ambigua ſententia nutatis?

24 neque ignem ſupponam. Tum
vos Dei veſtri nomen adpellate:
ego Iouæ nomen adpellabo. Ac
qui Deus igne adnuerit, is Deus
habeatur. Hic vniuerſa multitu-
do reſpondit, conditionem ſibi pla-
25 cere. Et Elias Baalis vatibus ita
dixit: Deligite vobis taurum al-
terum, et priores facite, quoniam
plures eſtis: Deique veſtri nomen,
nullo igne ſubiecto, inuocate.
26 Tum illi datum ſibi taurum ca-
pere, facereque, et Baalis nomen
inuocantes a mane ad meri-
diem, Baalem orare, vt ſe ex-
audiret. Quumque vox nulla red-
deretur, neque reſponderetur, illi
altare factum prætergrediebantur.
27 Sub meridiem Elias illos ſic deri-
debat: clamate magna voce, nam
deus eſt: ſed aliquid contempla-
tur, aut occupatus eſt, aut iter ha-
bet: niſi forte dormit, vt ſit ex-
28 pergefaciendus. At illi, maiore
voce clamantes, ſeipſos more ſuo
gladiis iaculisque ſecabant, eo vs-
que vt ſanguine perfunderentur.
29 Deinde præterito meridie baccha-
bantur, vsque ad horam, qua ſer-
tum adoleri ſolet. Sed quum nul-
la vox audiretur, neque quisquam
30 reſponderet, aut attenderet: ius-
ſit Elias omni populo, vt ad ſe ac-
cederent. Poſtquam illi accesſe-
runt, ille dirutam Iouæ aram in-
31 ſtaurat, et ſaxa duodecim capit
pro numero tribuum filiorum Ia-
cobi: cum quo Iacobo locutus Io-
ua, Israelem nominari inſtituit.
32 Ex his ſaxis aram Iouæ nomine
conſtruit, et circum eam ſcrobem
ducit, quæ circiter duo ſata ſemi-
33 nis caperet: compoſitaque ſtrue,
disſectum taurum ſuperimponit.
34 Deinde iubet quatuor amphoras
aqua repletas in hoſtiam, inque
ſtruem effundi, idemque iterum et
35 tertio faciendum curat, ita vt a-
qua circum aram redundaret, i-
36 pſamque ſcrobem repleret. Poſt-
ea ſub horam rei diuinæ accedit E-
lias vates, atque ita infit: o Ioua,
Abrahami, Iſaaci et Israelis Deus,
effice, vt hodie intelligatur apud
Israelitas, et te Deum, et me ſer-
uum tuum esſe, tuoque iusſu hæc
omnia fecisſe. Exaudi me Ioua, 37
exaudi me, vt ſciat hic populus, te
Iouam esſe Deum, qui eorum ani-
mos retro flexeris. Tum dela- 38
pſus Iouæ ignis, et hoſtiam, et li-
gna, et ſaxa, et humum abſumſit,
et ſcrobis aquam lambit. Quo vi- 39
ſo, vniuerſi procidunt, et, Ioua
Deus eſt, Ioua Deus eſt, dicunt.
Tum Elias iubet baalenſes vates 40
comprehendi, nullo eorum ela-
pſo: comprehenſosque ad Ciſonem
fluuium ducit, ibique iugulat. De- 41
inde Achabum monet, vt adſcen-
dat, et eat ad capiendum cibum:
nam pluuiæ murmur adesſe.
Achabo epulatum profecto, adſcen- 42
dit Elias in verticem Carmeli, et
pronus humi, vultu inter genua
ſua poſito, famulum ſuum ma- 43
re verſus adſcendere et ſpectatum
ire iubet. Quumque ille ſpecu-
latus, retulisſet nihil cerni: iubet
ſepties reuerti. Septimo reditu 44
renuntianti, nubeculam inſtar pal-
mæ hominis ex mari efferri, iu-
bet Achabo nuntiatum ire, vt iun-
ctis iugalibus deſcendat, ne a plu-
uia opprimatur: deinde magis 45
magisque nigreſcente cælo nubi-
bus atque vento, magna exſtitit
pluuia. Achabus autem, conſcen- 46
ſo curru, Iezrael ire contendit:
cui Elias, inſtinctus a Ioua, ſuccin-
ctis lateribus præcurrit, donec Ie-
zrael ventum eſt.

CAPVT XIX.

Iezabel in Eliam. Huius fuga. Ad iſtum Dei angelus cum cibo potuque. In antro vates, ad iſtum Deus. Eliſæus vocatus.

POſtquam Achabus Iezabeli, quæ 1
fecisſet Elias, omnia narrauit,
vtque vates omnes ferro tru-
cidasſet: Iezabel Eliæ per nunti- 2
um

um ſignificat, non ſe recuſare, quo
minus deos habeat infeſtos, niſi
illum poſtridie ita adfecerit, vt il-
lorum quiuis fuisſet adfectus.
3 Quibus ille minis territus, * vt vitæ
ſuæ conſuleret, diſceſſit, et Berſa-
bam, quæ in Iudæa eſt, venit:
4 ibique relicto famulo ſuo, in loca
deſerta vnius itinere diei progreſ-
ſus, ſub quadam iunipero reſedit,
ſibique mortem optauit, ita dicens:
iam tandem aufer hanc animam,
Ioua: neque enim ego melior ſum,
5 quam mei maiores. Deinde
quum ſub iunipero iacens obdor-
miuisſet; ecce aderat angelus, qui
eum tangens dicebat: ſurge, cape
6 cibum. Quumque ille adſpexiſ-
ſet, animaduertit propter caput
ſuum panem depſititium, et aquæ
guttum: ex quo vbi comedit et bi-
7 bit, iterum recubuit. Iterumque
eum tangens Iouæ angelus, ſurge,
inquit, cape cibum: nam multum
8 tibi reſtat itineris. Tum ille
ſurrexit, cibumque et potionem
ſumſit, atque eius dapis vi quadra-
ginta dies et noctes iter fecit ad
9 diuinum montem Horebum: vbi
in antrum ingreſſus, illic perno-
ctauit. Tum Ioua cum eo locu-
10 tus eſt: quid hic agis, Elia? Cui
ille: ego me Iouæ Dei armipotentis
ſtudioſum præbui: quoniam Iſrae-
litæ, omiſſo fœdere tuo, aras tuas
demoliti ſunt, vateſque tuos ferro
trucidarunt, me ſolo relicto, cui
tamen animam eripere conantur.
11 Tum ille ei iubet, vt prodeat, et
in monte coram Ioua adſiſtat. Et
ecce Ioua tranſibat, quem adeo in-
gens vehemenſque ventus antece-
debat, vt et montes diuelleret, et
rupes perfringeret: in quo tamen
12 vento Ioua non erat. Ven-
tum ſequebatur terræ motus, in
quo terræ motu Ioua non e-
rat. Terræ motum ſequebatur
ignis, nec erat in igne Ioua. Ignem
ſequebatur tacita vox et exilis.
13 Hanc ſimulac audiuit Elias: læna
ſua faciem ſibi obuelat, proditque,
et in antri adſtat introitu. Tum
ei audita vox eſt ita dicentis: quid
hic agis, Elia? Cui ille: ego me 14
Iouæ Dei armipotentis ſtudioſum
præbui: quoniam Iſraelitæ, omiſ-
ſo fœdere tuo, aras tuas demoliti
ſunt, vateſque tuos ferro trucida-
runt, me vno relicto, cui tamen
animam eripere conantur. Tum 15
Ioua: conuerte, inquit, iſtud iter,
et in deſerta Damaſci reuerſus, adi-
to Hazaelem, eumque vngito regem
Syrorum. Iehum autem Nanſis 16
filium vngito Iſraelitarum regem:
Eliſæum quoque Saphati filium A-
belmeholanum, qui tibi vates ſuc-
cedat, vngito, vt qui Hazae- 17
lis enſem euaſerit, hunc Iehus:
qui Iehu enſem euaſerit, hunc Eli-
ſæus interficiat. Ego Iſraelita- 18
rum ſeptem millia reliqua faciam,
quotquot Baalem nec genibus acci-
derunt, nec oribus oſculati ſunt.
Igitur ille inde digreſſus, Eliſæ- 19
um Saphati filium offendit arantem,
et duodecim iuga præ ſe agentem,
quum eſſet ipſe in duodecimo,
eumque præteriens, lænam ſuam
in eum coniecit. Tum ille, reli- 20
ctis bubus, Eliam curſu ſequitur,
petitque, vt ſibi liceat parentibus
valedicere, deinde illum ſecuturo.
Cui ille permittit, vt reuertatur:
ſeſe enim nihil impedire. Ita 21
reuerſus ab illo Eliſæus, par boum
capit, mactatque, et cocta inſtru-
mentis aratoriis carne, populo dat
epulas. Inde digreſſus, Eliam ſe-
quitur, eique adminiſtrat.

CAPVT XX.

Syrus rex in Samariam. Calonum victoria in hoſtes Syros. Iſtorum clades ab Iſraelita. Dimiſſus Benadadus. Vates in Achabum ob dimiſſum hoſtem regem.

BEnadadus autem Syriæ rex, con- 1
tractis omnibus ſuis copiis,
comitantibus triginta duobus
regulis, cum equitatu et curribus,
Samariam adortus obſedit atque
oppu-

2 oppugnauit. Misſisque in vrbem
legatis ad Achabum regem Iſraeli-
3 tarum ei ita ſignificauit: ſic di-
cit Benadadus, tuum argentum et
aurum meum eſt, item vxores for-
4 moſique tui filii mei ſunt. Ad
hæc quum reſpondisſet Iſraelita-
rum rex, illum regem dominum
adpellans, ſe ſuaque omnia in illius
fore poteſtate: redierunt legati
5 cum huiusmodi mandatis. Hæc
eſt Benadadi ſententia. Quod ad
te miſi, vt mihi argentum, aurum,
vxores filiosque tuos traderes: ſic
6 habeto: me craſtino die meos
ad te misſurum esſe, qui tuas tuo-
rumque domus perſcrutentur, et
tuorum elegantisſima quæque ca-
7 piant, ſecumque auferant. Tum
rex Iſraelitarum, conuocatis omni-
bus regionis ſenatoribus, conſide-
randum deliberandumque propo-
nit, an ille malum quærere non vi-
deatur, quum ipſe misſa ab illo de
vxoribus ſuis, et filiis, et argento,
et auro mandata non repudiauerit.
8 Cui omnes ſenatores reliquique
ſuadent, ne illi obtemperet, aut
9 obſequatur. Itaque Benadadi le-
gatis ita reſponſum dat: dicite do-
mino meo regi, quidquid mihi pri-
mum mandauit, me facturum esſe:
ſed hanc rem facere non posſe.
10 Hanc rem poſtquam digresſi legati
Benadado retulerunt: miſit iterum
ad eum Benadadus, qui ita nuntia-
rent, non ſe ſibi deos optare pro-
pitios, niſi tantum hominum age-
ret, vt eorum pugillis explendis
Samariæ puluis non ſatis futurus
11 esſet. Cui rex Iſraelitarum ita
reſponderi iusſit: non esſe accin-
cto perinde ac discincto glorian-
12 dum. Hac audita re Benadadus,
qui tum in vmbraculis vna cum
regibus prandebat, ſuis imperat,
vt inuadant vrbem: id quod illi
13 fecerunt. Tum accedit vates
quidam ad Achabum, regem Iſrae-
litarum, eique ita nuntiat: hæc
dicit Ioua: videsne tantam iſtam,
tam ingentem multitudinem? ſci-
to, me eam tibi hodie in manum
traditurum esſe, vt ſcias me esſe
Iouam. Per quos? inquit Acha- 14
bus. Per prætorum calones hoc
fore promitit Ioua. Quis autem
aciem inſtruet? tu ipſe. Tum 15
ille prætorum calones recenſet du-
centos triginta duos: deinde o-
mnes Iſraelitas milites, qui fuerunt
ſeptem millia. Hi ſub meridiem 16
eruptionem faciunt, Benadado in
vmbraculis, vna cum triginta duo-
bus regulis auxiliariis, perpotante.
Qui, egresſis primo calonibus, 17
poſtquam, misſis, qui rem explo-
rarent, cognouit, homines esſe, qui
Samaria egrederentur: iusſit, eos,
ſiue pacem, ſiue bellum ferrent,
viuos comprehendi. At illi, 18
videlicet calones, et qui eos ſeque-
bantur Iſraelitæ milites, ex vrbe
egresſi, ſinguli ſingulis occiſis,
Syros fundunt fugantque, quos 19
deinde Iſraelitæ perſequuntur,
Benadadus Syrorum rex equo cum 20
equitibus euadit. Iſraelitarum 21
rex egresſus, equos currusque de-
let, ingentique clade Syros adficit.
Tum vates Iſraelitarum regem 22
adgresſus, monet, vt ſe confir-
met, conſideretque et deliberet,
quid agendum ſit: nam ineunte
vere Syrorum regem in eum ex-
peditionem esſe facturum. Igi- 23
tur Syrorum regi demonſtrant ſui,
Iſraelitarum deos esſe montanos,
eoque ſe ab illis esſe victos: ſed, ſi
cum eis in campeſtribus pugnent,
haud dubie ſuperaturos esſe. Ita- 24
que ſuadent, vt ſic agat: dimotis
loco regulis, prætores in eorum
locum ſubſtituat, exercitumque 25
ei, quem amiſerat, numero pa-
rem, totidemque equos et currus
comparet. Tum ſe cum illis in
campeſtri loco pugnaturos, et
ſine dubio victoriam adepturos.
Horum conſilium ſecutus rex Ben- 26
adadus, ineunte vere, delectu
Syrorum habito, ad Aphec profi-
ciſcitur,

ciſcitur, vt bellum Israelitis infe-
27 rat. Israelitæ delectu habito,
paratoque commeatu, illis eunt
obuiam, caſtraque contra illos po-
nunt, quaſi duos caprarum greges,
28 quum Syri replerent terram. Ac
tum diuinus regem Israelitarum
adit, eique dicit, Iouam promi-
ſisſe, quoniam Syri dixisſent, Io-
uam montium, non vallium esſe
Deum, propterea ſeſe ei in o-
mnem tam ingentem multitudinem
victoriam esſe conceſſurum; vt
29 ſciant, eum esſe Iouam. Igitur
quum ſeptem dies alteri contra al-
teros caſtra habuisſent: die ſepti-
mo commisſa pugna, Israelitæ vno
die centum millia Syrorum pedi-
30 tum occiderunt. Reliqui in op-
pidum Aphec fuga dilapſi, collapſo
muro, oppresſi ſunt hominum vi-
ginti ſeptem millia. Ipſe Benada-
dus ex fuga ſe in oppidum, in in-
terius quoddam penetrale coniecit.
31 Tum ſui demonſtrant illi, ſeſe
audiuisſe, israelitici generis reges
esſe clementes. Proinde latera
centonibus induti, laqueosque ca-
pitibus gerentes, exeant ad regem
Israelitarum, ſi forte illi vitam
32 concedat. Igitur centonibus a-
micti latera, reſtesque capitibus
ferentes, veniunt ad regem Israe-
litarum, eique ita nuntiant: ſer-
uus tuus Benadadus petit, vt ſibi
viuere liceat. Quibus ille: ad-
hucne viuit? meus frater eſt.
Viuit tuus frater Benadadus, in-
quiunt illi, omen accipientes:
quodque ab illo dabatur, confe-
ſtim adripientes. Tum ille Bena-
dadum arcesſi iubet: egresſumque
ad ſe currui imponit. Et Bena-
dadus ſic Achabum adloquitur:
quæ oppida patri tuo meus pater
abſtulit, ea ego reddam, inquit,
tibique [a] fora ſtatues apud Dama-
ſcum, quemadmodum ſtatuerat me-
us pater apud Samariam. Ego
vero, (inquit Achabus) facto fœde-
re te dimittam. Ita, icto cum illo
fœdere, eum dimiſit.
Tum quidam ex vatum genere 35
iusſit alteri, iusſu Iouæ, vt ſe feriret.
Quumque homo ferire recuſasſet:
prædixit ei, quoniam Iouæ dicto
audiens non fuisſet, fore, vt a ſe
digresſus, a leone occideretur.
Itaque ille ab eo digresſus incurrit 36
in leonem, ab eoque occiſus eſt.
Vates alium nactus, iubet, vt ſe 37
feriat. Ab eoque ictus et vulne- 38
ratus, prodit in viam, qua iturus
rex erat, ibique, ignota ob pulue-
rem facie, ſtans ad prætereuntem
regem clamat in hunc modum:
quum in acie verſarer, accesſit vir 39
quidam, qui mihi virum quem-
dam adduxit, cuſtodiendumque
ea lege commiſit, vt, ſi amisſus
fuisſet, ego vel vita mea illum, vel
argenti talento rependerem. In- 40
terea, ſatagente me, ille amisſus
eſt. Et rex: recte de causſa tua
tu ipſe ſtatuiſti. Tum ille, abſter- 41
ſo protinus de vultu puluere, ab
Israelitarum rege vates agnoſcitur,
et ita loquitur: hoc tibi ſigni- 42
ficari iubet Ioua, quoniam tu ho-
minem, ab eo exitio deſtinatum,
de manu emiſiſti: illius et vitam
tua vita, et populum populo re-
penſum iri. Tum rex Israelita- 43
rum domum triſtis et ſtomacha-
bundus discesſit, Samariamque
peruenit.

CAPVT XXI.

Nabothi vinea, nex. In Achabum Elias interfectorem. Achabi emendatio Iouæ clementia.

HIs ita geſtis, quum haberet 1
Nabothus Iezraelenſis vineam
Iezraele apud Achabi Sama-
riæ regis palatium: contendit 2
ab eo Achabus, vt ſibi eam vineam
addiceret, quo ea pro viridario
vteretur; quippe quæ ſuis ædibus
proxime coniuncta foret: ſeſe ei

a) vbi publicanos colloces et vectigalia exigas.

aliam vineam illa meliorem datu-
rum, aut (ſi illi ita videretur) pro
hac argenti pretium eſſe ſolutu-
3 rum. Sed Nabothus negat, ſe,
Ioua volente, commiſſurum, vt illi
4 patrimonium ſuum tradat. Acha-
bus hac Nabothi voce, qui ei pa-
trimonium ſuum dare renuiſſet,
triſtis, et moleſte ferens, domum
ſuam diſceſſit, inque lecto ſuo de-
cubuit: et, auerſo vultu, a cibo
5 abſtinuit. Venientique Iezabeli
vxori, et interroganti, quanam
eius animi ægritudine fiat, vt ci-
6 bum non capiat, narrat, ſe cum
Nabotho Iezraelenſi egiſſe, vt ſibi
vineam ſuam aut argento addice-
ret, aut (ſi ita placeret) alia vinea
ſecum permutaret. Illum vero
negaſſe, ſibi daturum eſſe vineam.
7 At Iezabel: *b* o te hominem idone-
um, inquit, qui iſraeliticum re-
gnum pares? ſurge, inquit, cape
cibum, et eſto læto animo: ego
tibi Nabothi Iezraelenſis vineam
tradam.
8 Hæc locuta, litteras Achabi
nomine ſcribit, eiusque ſigillo ſi-
gnatas, ad ſenatores et primores
Nabothi ciues, et idem cum eo
oppidum habitantes, mittit, ſcri-
9 ptas in hanc ſententiam: indi-
cite ieiunium, Nabothumque in
editiſſimo omnium loco collocate,
et contra eum duos homines per-
10 ditos ſtatuite, qui pro teſtimo-
nio dicant, eum Deo regique ma-
ledixiſſe: atque ita eductum lapi-
11 datione interficite. Ad harum
a Iezabele miſſarum litterarum
præſcriptum, Nabothi ciues ſena-
tores, primoresque eiusdem cum
12 eo oppidi incolæ, faciunt, in-
dictoque ieiunio, Nabothum in
primo omnium loco conſtituunt.
13 Deinde duo ſuperueniunt homines
perditi, qui e regione Nabothi
ſedentes, coram multitudine te-
ſtantur, Nabothum Deo regique
maledixiſſe. Ita educitur ex op- 1
pido Nabothus, et lapidibus obru-
tus necatur. Deinde ad Iezabelem
mittitur, qui nuntiet, Nabothum
lapidatum interfectumque eſſe.
Iezabel audita Nabothi lapidatione 1
atque nece, Achabum adit: hor-
tatur, vt inuadat in poſſeſſionem
vineæ Nabothi Iezraelenſis, qui
illam ei pecunia addicere renuiſ-
ſet. Nabothum enim non iam
viuere, ſed interiiſſe. Achabus 1
intellecta morte Nabothi, ſurgit,
et in Nabothi vineam, vt in eius
poſſeſſionem inuadat, deſcendere
contendit. Tum Elias Thesbita 1
iuſſus a Ioua, Achabo Iſraelitarum
apud Samariam regi obuiam ire
(qui tum in Nabothi vinea eſſet,
eo degreſſus, vt eius poſſeſſionem
caperet) cum eo ex Iouæ man- 1
dato ſic locutus eſt: et occideris et
poſſideas? At hoc ſic a Ioua ha- 1
beto, inquit: quo in loco linxe-
re canes Nabothi cruorem, ibidem
canes tuum quoque cruorem eſſe
linctu

ros. Hic Achabus: ergo 2
me nactus es, aduerſarie mi? na-
ctus ſum, inquit ille: et quia tu 2
Iouæ offendendo totus addictus es,
ſcito, fore, vt Ioua tot tibi mala
importet, atque ita te diſperdat,
vt Achabi nihil neque tam abdi-
tum neque tam obuium ſit apud
Iſraelitas, quin omnia ſtirpitus ex-
ſcindat, etiam vsque ad commin-
ctorem parietis, tuamque do- 2
mum in eum ſtatum redigat, in
quem Ieroboami Nabathi filii, et
Baaſæ Achiæ filii domum redegit:
quia tu et Iouam læſiſti, et Iſraeli-
tas ſcelere obſtrinxiſti. De Ieza- 2
bele quoque ſic Ioua pronuntiat,
eam a canibus in agro iezraelenſi
comeſum iri.* Ac qui ex Achabi- 2
cis in vrbe mortuus fuerit, eum
canes; qui ruri, aereæ volucres
comedent. Hic quamquam nemo 2
erat æque Iouæ lædendo deditus,
vt

b) qui vnius vineæ comparandæ rationem non inuenias, quo pacto regnum, ſi eſ-ſet opus, tibi parares?

vt Achabus, qui, inſtigante Ieza-
bele coniuge, eo flagitiorum venis-
ſet, vt nefandos ſequeretur deos,
quemadmodum fecerant Amorræi,
quos Ioua in aduentum Iſraelita-
5 rum ſuſtulerat: tamen auditis
his verbis, veſtimenta ſua lacera-
uit, et centone corpus indutus, ie-
iunauit, ac in centone iacuit, et dis-
7 calceatus inceſſit. Tum Ioua cum E-
lia Theſbita loquitur: videsne vt A-
8 chabus ſe mihi ſubmittat? Quoni-
am ſe mihi ſubmittit, ego eius fami-
liam calamitate illa non adficiam i-
pſius temporibus, ſed eius filii.

CAPVT XXII.

Ioſaphatus rex ad Iſraelitas. Pſeudouates Sedecias. Achabi mors. Ochozias heres. Ioſaphatus Iudææ rex. Ochoziæ prauitas. Baalicolæ.

TRiennio peracto, quo inter Syros et Iſraelitas bellum non fuit, anno tertio deſcendit Ioſaphatus Iudææ rex ad regem Iſraelitarum: et rex Iſraelitarum ſuis demonſtrauit, Ramotha Galaaditidis ipſorum eſſe; proinde cunctandum non eſſe, quin ea regi Syriæ eriperent. Deinde a Ioſaphato petiit, num ſecum vellet ad bellum contra Ramotha Galaaditarum proficiſci. Cui Ioſaphatus ita reſpondit: licet tibi me, meisque, et hominibus, et equis, perinde ac tuis, vti. Sed tibi cenſeo, inquit, hodie Iouæ oraculum eſſe conſulendum. Igitur Iſraelitarum rex, congregatis vatibus, qui fuerunt circiter quadringenti, quærit ex eis, cenſeantne, vt Ramotha Galaaditarum bello adoriatur, nec ne? cui illi reſpondent, vt adoriatur: nam regem ea vrbe, domino dante, potiturum. Sed Ioſaphatus ita dixit: num quis præterea adeſt Iouæ vates, quem interrogemus? Cui rex Iſraelitarum: eſt adhuc vnus, inquit, quem liceat de Iouæ oraculo percontari: ſed quem ego propterea odi, quod mihi nihil fauſtum, ſed
tantum infauſta vaticinatur. Is eſt
Michæas Iemlæ filius. At Ioſapha-
tus, regem non decet ita loqui, in-
quit. Tum rex Iſraelitarum vo- 9
cato cuidam ſpadoni mandat, vt
Michæam Iemlæ filium propere
arceſſat. Quumque rex Iſraelita- 10
rum et Ioſaphatus Iudæorum rex,
in ſuo vterque ſolio, veſtibus or-
nati, in area ad introitum portæ
Samariæ, omnibus vatibus coram
eis vaticinantibus, ſederent: Se- 11
decias Chanaanæ filius, quum ſibi
cornua ferrea feciſſet, ſic dicebat:
ſic dicit Ioua, his tu in Syros ari-
etabis ad eorum internecionem.
Idemque vaticinabantur omnes va- 12
tes: adgrederetur rex feliciter Ra-
motha Galaaditarum: eis enim, Io-
ua volente, potiturum. Ceterum 13
nuntius, qui Michæam vocatum
iuerat, eum hortabatur, vt, quoni-
am ceteri vates regi vno ore fauſta
prædicerent, ipſe quoque illorum
exemplo fauſta prædiceret. Sed 14
Michæas Iouam immortalem teſta-
tus eſt, ſe, quod ſibi a Ioua manda-
tum foret, id demum eſſe dicturum.
Deinde, vbi ad regem venit, rex 15
eum ſic interrogat: Michæa, bel-
lumne Ramothis Galaaditarum in-
ferimus, an non? Cui ille: infer
ſane, quod bene vertat, et Ioua tibi
victoriam concedet. Et rex: ego 16
te etiam atque etiam per Iouæ no-
men obteſtor, ne mihi aliud, quam
verum dicas. Tum ille: vidi o- 17
mnes Iſraelitas palantes in monti-
bus, quaſi oues ſine paſtore, et
Iouam ita dicentem: non habent
iſti dominos, reuertantur domum
incolumes. Hic rex Iſraelitarum: 18
annon tibi prædixi, (inquit Ioſa-
phatum adloquens) eum mihi nihil
proſperum, ſed tantum aduerſa va-
ticinaturum. Et Michæas: ergo 19
accipe Iouæ ſententiam: vidi Io-
uam in ſolio ſuo ſedentem, omni
cæleſti exercitu dextra læuaque ſti-
patum, atque ita dicentem: ecquis 20
decipiat Achabum, vt Ramotha Ga-

laaditarum inuadat, atque ibi cadat.
21 Atque alio aliud dicente, proceſsit
quidam ſpiritus, et ſtans ante Iouam
dixit: ego decipiam. Quo pacto?
22 inquit Ioua. Ibo, inquit ille, et
omnibus illius vatibus falſa, quæ
dicant, inſpirabo. Decipies, (ſub-
iicit Ioua) ſuccedet. Vade, atque ita
23 facito. Quamobrem ſcito, Iouam
in os omnium iſtorum vatum fal-
ſum ſpiritum immiſiſſe, tibique
24 malum cogitare. Hic Sedecias
Chanaanæ filius accedit, et Michææ
colaphum impingit: quando, in-
quit, emigrauit a me Iouæ ſpiritus,
25 vt tecum locutus ſit? Tum ſcies,
(inquit Michæas) quum in intima
26 penetralia te penitus abdes. Et
rex Iſraelitarum: comprehende
Michæam, inquit, eumque ad Amo-
nem prætorem vrbanum, et ad
27 Ioam regium filium deducito: et
mandato regis in carcerem conclu-
di, atque ibi pane et aqua duriter
paſci iubeto, donec ego ſaluus red-
28 eam. Cui Michæas: ſiquidem
ſaluus redieris, tum Ioua mecum
locutus non ſit. Atque hoc, inquit,
29 audite vniuerſi. Igitur quum Iſ-
raelitarum rex, et Ioſaphatus Iu-
dææ rex, ad Ramotha Galaadita-
30 rum perueniſſent: monuit Iſrae-
litarum rex Ioſaphatum, vt prœli-
um commiſſurus, habitum muta-
ret, ipſiusque Achabi veſtitum in-
dueret.* Ipſe viciſſim rex Iſraelita-
rum mutato habitu prœlium iniuit.
31 Imperauerat autem Syriæ rex prin-
cipibus quadrigariis, quos triginta
duos habebat, ne quem paruum
magnumue armis peterent, niſi
32 vnum regem Iſraelitarum. Ita-
que viſo Ioſaphato, quadrigarii
regem eſſe Iſraelitarum arbitrati,
33 in eum arma verterunt. Sed ex-
clamante Ioſaphato, videntes non
eſſe Iſraelitarum regem: ab eo per-
34 ſequendo deſtiterunt. At quidam c
ſimpliciter iaculatus, Iſraelitarum
regem inter commiſſuras et lori-
cam vulnerauit: tum ille aurigæ
ſuo imperat, vt flectat habenas,
ſeque vulnere adfectum ex acie
educat. Atque eo die, durante 35
pugna, rex in curru manens aduer-
ſum Syros, ſub veſperum moritur,
ſanguine per vulnus in capſum cur-
rus effuſo. Sub occaſum ſolis edi- 36
ctum per caſtra fertur, vt ſuam
quiſque in patriam regionemque
reuertatur. Rex mortuus Sama- 37
riam defertur, ibique ſepelitur.
Quumque currus ad Samariæ piſci- 38
nam adlueretur: linxere canes cru-
orem eius, lauantibus ſcortis,
quemadmodum Ioua futurum præ-
dixerat. De omnibus reliquis 39
Achabi rebus geſtis, deque domo
eburnea, quam ædificauit, et omni-
bus ab eo conſtructis oppidis, me-
moriæ proditum exſtat in annali-
bus regum Iſraelitarum. Achabo 40
vita defuncto, ſucceſſit in regnum
Ochozias eius filius. Ioſaphatus 41
autem Aſæ filius Iudææ regnum
accepit anno Achabi Iſraelitarum
regis quarto, annos tum natus 42
triginta quinque; regnauit Hiero-
ſolymis annos viginti quinque.
Matrem habuit nomine Azubam,
Salis filiam. Is omnes Aſæ patris 43
ſui mores in Iouæ obtemperando
imitatus eſt, neque ab eo degene-
rauit: quanquam ſacella ſublata 44
non ſunt, inque eis adhuc ſacrificia
faciebant Iſraelitæ, atque adole-
bant. Fuit Ioſaphato pax cum 45
rege Iſraelitarum. De reliquis 46
Ioſaphati rebus et fortiter factis,
geſtiſque bellis ſcriptum exſtat in
annalibus regum Iudææ. Reli- 47
quias mollium, qui Aſæ patris eius
tempore ſuperfuerant, ex illis fini-
bus ſuſtulit. In Idumæa tunc 48
nullus erat rex conſtitutus. Fecit 49
Ioſaphatus naues Cilicas, quæ ex
Ophire aurum peterent. Quod
quum parum ſucceſſiſſet, facto apud
Aſiongaber naufragio: obtulit 50
Ochozias Achabi filius ſuos Ioſa-
phato,

c) in incertum.

phato, qui cum illius ſeruis naui-
garent: ſed renuit Ioſaphatus.
1 Defuncto vita Ioſaphato, et apud
maiores ſuos in vrbe Dauidis au-
ctoris ſui ſepulto, ſucceſſit Ioramus
2 eius filius. Ochozias Achabi fili-
us Iſraelitarum regnum apud Sa-
mariam iniit anno decimo ſeptimo
Ioſaphati Iudææ regis. Regnauit 53
in Iſraelitas annos duos, Iouæque
offendit, parentumque ſuorum et
Ieroboami Nabati filii (qui Iſraeli-
tas in ſcelus coniecerat) mores imi-
tatus, Baalem coluit adorauitque, 54
et Iouam, Iſraelitarum Deum, ſui
patris exemplo læſit.

REGVM LIBER IIII.

CAPVT I.

Moabitarum ab Iſraele defectio. Ad Beelzebubum ab Ochozia miſſi. Ad Eliam angelus. Ignis de cælo per Eliam. Ochoziæ mors. Ioramus heres in regno.

MORTVO Achabo Moabi-
bitæ ab Iſraelitis defece-
runt. Ochozias autem
Samariæ per cancellos in
cubiculo ſuo delapſus quum æ-
grotaret: nuntios miſit, quibus
mandauit, vt irent ſciſcitatum o-
raculum Beelzebubi, accaronen-
ſis dei, an eſſet ex eo morbo con-
ualiturus. At Iouæ angelus E-
liæ Thesbitæ mandatum dedit, vt
nuntiis regis Samariæ obuiam iret,
et ex eis quæreret, an nullus eſſet
apud Iſraelitas Deus, vt Beelzebubi
accaronenſis dei oraculum adirent?
Itaque hoc a Ioua decretum eſſe,
illum ex lecto, in quem adſcendiſ-
ſet, non eſſe deſcenſurum, ſed
moriturum. His ad nuntios ab
Elia perlatis, reuerſi ſunt ad illum:
et quærenti, cur reuertiſſent, ita
reſpondent: occurrit nobis ho-
mo quidam, qui nos iuſſit ad regem,
a quo miſſi eſſemus, reuerti, et ex
eo, ex Iouæ mandato quærere,
nullusne eſſet apud Iſraelitas Deus,
vt tu ad Beelzebubi accaronenſis
dei oraculum mitteres? Itaque ex
lecto, in quem adſcendiſſes, num-
quam eſſe deſcenſurum, ſed mori-
turum. Tum ille: quo eſt habitu
homo, inquit, qui vobis occurrit,
vobisque iſta dixit? Homo hir- 8
ſutus eſt, inquiunt, lateribus cin-
gulo pelliceo cinctis. Atque ille,
Elias Theſbita eſt, inquit: miſit- 9
que ad eum ſemicenturionem cum
ſuis quinquaginta, qui illum in
montis vertice ſedentem adgreſſus,
ita adlocutus eſt: diuine, iubet rex,
vt deſcendas. Si diuinus ego ſum, 10
(inquit ille reſpondens) deſcendat
ignis de cælo, qui te tuosque quin-
quaginta conficiat. Atque ignis de
cælo delapſus illum eiusque quin-
quaginta homines confecit. At 11
rex iterum alterum ſemicenturio-
nem cum ſuis quinquaginta ad il-
lum miſit, qui eum adlocutus ita eſt:
diuine, iubet rex, vt propere deſcen-
das. Quibus Elias: ſi diuinus ego
ſum, deſcendat ignis de cælo, qui
te tuosque quinquaginta conficiat.
Atque ignis diuinus de cælo de- 12
lapſus, illum eiusque quinquaginta
homines confecit. Sed rex ter- 13
tium item ſemicenturionem cum
ſuis quinquaginta miſit: qui tertius
poſtquam ad Eliam peruenit: geni-
bus eius aduolutus, ſupplicauit il-
lum ita loquens: diuine, quæſo, vt
meæ horumque quinquaginta tuo-
rum vitæ parcas. Quumque cælo 14
delapſus ignis duos priores ſemi-
centuriones, eorumque homines
quinquagenos confecerit: tu meæ
rationem ſalutis habeas. Tum 15
Elias

Elias a Iouæ nuntio monitus, vt
deſcenderet, neue ab illo metue-
ret, deſcendit cum eo ad regem,
16 eique ita locutus eſt: hæc eſt
Iouæ ſententia. Quoniam tu ad
Beelzebubum accaronenſem deum
conſulendum miſiſti nuntios; per-
inde ac ſi nullus apud Iſraelitas,
cuius oraculum percontarere, Deus
esſet: propterea in quem adſcen-
diſti lectum, ex eo non es deſcen-
17 ſurus, ſed moriturus. Atque ille,
vt ferebat hoc Iouæ effatum ab Elia
prolatum, mortuus eſt: et in eius
locum regnum obtinuit Ioramus,
anno ſecundo Iorami Ioſaphati fi-
lii, Iudææ regis: quoniam Ocho-
18 zias filium non habebat. De re-
liquis Ochoziæ rebus geſtis ſcri-
ptum exſtat in annalibus regum
Iſraelitarum.

CAPVT II.

Ad Eliſæum Elias. In ſicco transitus vatis. Eliſæi magna petitio. Currus, et in cælum raptus Eliæ.

1 CEterum quum esſet Ioua Eli-
am in turbine rapturus in cæ-
lum: profectus Galgalis Elias,
Eliſæum, qui ſimul aderat, horta-
2 batur, vt ibi maneret: ſeſe enim
a Ioua mitti ad Bethel. Sed Eli-
ſæus: ita viuat Ioua, inquit, itaque
viuas tu, vt ego te non relinquam.
3 Deinde illis ad Bethel digresſis, ve-
niunt ad Eliſæum vates bethelen-
ſes, et ex eo ita quærunt: ſcisne,
dominum tuum hodie a Ioua ſupra
4 caput tuum raptum iri? Quibus
ille, et ego ſcio, inquit: tacete.
Tum Elias Eliſæum hortatur, vt i-
bi maneat: ſeſe enim a Ioua Hie-
richuntem mitti. Sed ille, ita vi-
uat Ioua, itaque viuas tu, inquit,
5 vt ego te non relinquam. Deinde
poſtquam Hierichuntem peruene-
runt, accedunt hierichuntii vates
ad Eliſæum, et ex eo quærunt, ſci-
atne, dominum ſuum eo die ſupra
caput ipſius raptum iri. Quibus
ille reſpondet, ſe quoque ſcire; ſed
taceant. Hortantique Eliæ vt ibi 6
maneret, ſeſe enim ad Iordanem a
Ioua mitti, ſic reſpondit: ita viuat
Ioua, itaque viuas tu, vt ego te non
relinquam. Ita ambo pergunt.
Atque vbi ad Iordanem ventum eſt, 7
quinquaginta vatibus eos ſecutis,
et procul ſecundum eos ſtantibus,
cepit Elias lænam ſuam, eaque con- 8
uoluta, aquam percusſit, atque a-
qua huc illucque diuiſa, ambo in
ſicco transierunt. Poſt traiectio- 9
nem Elias ſic cum Eliſæo loquitur:
pete, quid me tibi præſtare velis,
priusquam tibi auferor. Cui Eli-
ſæus, vt præditus fiam duplo ſpi-
ritu, inquit, iſtius, qui in te eſt.
Rem ſane arduam petis, inquit ille. 10
Si me a te auferri videris, iſtud tibi
continget: ſin minus, non continget.
His ita ambulantibus, et inter am- 11
bulandum colloquentibus, ecce
currum igneum, igneosque equos,
qui alterum ab altero diremerunt,
adſcenditque in turbine Elias in
cælum, cernente Eliſæo, et ita cla-
mante: o pater, pater, Iſraeli- 12
tarum *d* currus et equites. Deinde
quum eum iam non cerneret: ce-
pit veſtimenta ſua, eaque ſcidit in
binas partes, et, ſublata Eliæ læ- 13
na, quæ ab illo deciderat, reuer-
ſus eſt. Atque vbi ad Iordanis 14
ripam conſtitit: Eliæ lænam ab il-
lo delapſam capit, aquamque fe-
rit, et, vbi eſt, inquit, Ioua Deus
Eliæ? Ita quum ipſe quoque a-
quam percusſisſet: diuiſa eſt in
vtramque partem, atque ita traie-
cit Eliſæus. Eum quum vidis- 15
ſent ex aduerſo vates illi hieri-
chuntii, dixerunt, elianum ſpiri-
tum in Eliſæum inſedisſe: eique
obuiam progresſi, quum honorem
ſubmisſe habuisſent: hortaban- 16
tur, vt quinquaginta militares ho-
mines, quos habebant, ſineret ire
ad conquirendum eius dominum,
ne ſublatus a Iouæ ſpiritu, in ali-
quem

d) columen atque præſidium.

quem montem aut vallem abiectus
17 esſe. Ille quum mittendos ne-
garet, tandem eorum improbitate
victus, concesſit. Ita misſi homi-
nes quinquaginta, quum illum tres
dies veſtigasſent, neque* inuenis-
ſent, ad eum Hierichunte manen-
18 tem reuerterunt. Quibus ille
demonſtrauit, ſe quidem, ne irent,
19 disſuaſisſe. Deinde quum oppi-
dani ei oſtendisſent, vrbis quidem
ſitum esſe commodum, quemad-
dum videret ipſe, verum et a-
quam vitioſam, et terram esſe ſte-
rilem: iusſit adferri ſibi nouum ſa-
20 linum, in eoque ſal poni. Quo
adlato, egresſus ad ortum aquæ,
eo ſalem abiecit, atque ita dixit:
21 ſic dicit Ioua, ſe huic aquæ mederi,
neque inde vel mortem deinceps,
vel ſterilitatem manaturam esſe.
22 Ita ſalubris facta aqua eſt ad hunc
vsque diem, vt verba Eliſæi fere-
23 bant. Inde quum ſe Bethel con-
ferret: eum ſcandentem viam,
egresſi ex oppido paruuli pueri de-
ridebant, ita ei dictitantes: adſcen-
24 de calue, adſcende calue. Quos
ille reſpiciens quum vidisſet, de-
teſtatus per Iouæ nomen eſt: et
duæ vrſæ ex ſilua egresſæ, illorum
quadraginta duos pueros dilania-
25 runt. Illinc contendit in mon-
tem Carmelum, et inde Samariam
reuerſus eſt.

CAPVT III.

Iorami improbitas, odium in idola, in Idumæos expeditio. Ad reges ægros Eliſæus, adflatus, vaticinatus. Aquarum copia. Moabitarum clades ab Iſraelitis. Regius filius immolatus.

1 IOramus autem, Achabi filius, Iſ-
raelitarum regnum iniit Sama-
riæ, anno decimo octauo Ioſa-
phati Iudææ regis: regnauit annos
2 duodecim; fuitque impius erga
Iouam: quamquam non adeo vt
eius parentes: nam Baalis ſtatuam
3 a patre ſuo factam ſuſtulit. Sed
Ieroboami Nabati filii ſcelera, qui-
bus ille Iſraelitas obſtrinxerat, re-
tinuit, neque ab eis recesſit. Ce- 4
terum Meſa Moabitarum rex, homo
pecuarius, qui Iſraelitarum regi
centena agnorum millia, et toti-
dem lanatorum arietum penſitabat,
mortuo Achabo, in Iſraelitas re-
bellauit. Itaque tum rex Iora- 5
mus, Samaria egresſus, omnium
Iſraelitarum delectum habuit, mi- 6
ſitque ad Ioſaphatum * Iudææ re-
gem, qui ſignificarent, Moabita-
rum regem a ſe deſciuisſe, pete-
rentque, vt ſibi, bello Moabitas
perſequenti, adesſet. Ille re- 7
ſpondit adfuturum, ſeque et ſuos
homines equosque in illius arbitrio
futuros: quæſiuitque, qua via pro-
ficiſcerentur? Cui ille reſpondit: 8
qua itur in deſerta loca Idumææ.
Igitur quum profecti Iſraelitarum, 9
et Iudææ et Idumææ reges ſeptem
dierum iter circuiuisſent: deerat
aqua et militibus et iumentis, quæ
ipſi agebant. Atque hic Iſraeli- 10
tarum rex ita conqueſtus eſt: eheu,
vocauit Ioua hos tres reges, vt eos
Moabitis dederet. At Ioſaphatus, 11
nullusne eſt hic Iouæ vates, inquit,
ex quo Iouæ oraculum ſciſcitemur?
Cui vnus de ſeruis regis Iſraelita-
rum ita reſpondit: eſt Eliſæus Sa-
phati filius, is, qui Eliæ manibus
fundebat aquam. Et Ioſaphatus 12
ita dixit: habet oraculum Iouæ.
Itaque deſcenderunt ad illum rex
Iſraelitarum, et Ioſaphatus et Idu-
mææ rex. Tum Eliſæus regem 13
Iſraelitarum ſic adloquitur: quid
tibi mecum rei eſt? adi tui patris
tuæque matris vates. At rex Iſrae-
litarum, hoc potius age, inquit, cur
hos tres reges conuocauerit Ioua,
vt eos Moabitis addicat? Et Eli- 14
ſæus, Iouam ego immortalem te-
ſtor, inquit, cui ego e) adpareo, niſi
me Ioſaphati Iudææ regis di-
gnitas moueret, te ne adſpectu
quidem dignarer. Sed arcesſatur 15

e) adminiſtro.

mihi fidicen. Deinde, canente fidi-
cine, a Ioua agitatus ſic fatur:
16 iubet Ioua, in hoc alueo frequentes
17 fieri foſſas: namque hoc pro-
mittit, neque vento vobis, neque
pluuia viſa, hunc alueum aqua re-
pletum iri, cuius aquatione vos
vna cum veſtris pecoribus et iu-
18 mentis vtamini. Atque hoc Iouæ
parúm eſt: etiam de Moabitis vi-
19 ctoriam vobis dabit, expugnabi-
tisque munitisſimas quasque et le-
ctisſimas vrbes, et optimas quasque
arbores deiicietis, et omnes aqua-
rum fontes obſtruetis, et optimos
quosque agros lapidibus vaſtabitis.
20 Igitur poſtero die ſub horam, qua
fertum fieri ſolet, tanta ab Idumæ-
orum regione adfluebat aqua: vt
21 terram oppleret. Et omnes Mo-
abitæ, qui audita regum aduerſum
ſe expeditione, coactis omnibus,
qui per ætatem arma ferre posſent,
in extremis finibus conſtiterant,
22 ſimulac mane ſurrexerunt, vident
ex aduerſo aquam illam, exoriente
in eam ſole, ſanguinis in modum
23 rubentem; ratique, ſanguinem
esſe cædis regum, ipſosque ſe
mutuo peremisſe: cohortantur ſe-
ſe ad prædam, caſtraque inuadunt
24 Iſraelitarum. Sed exciti Iſraeli-
tæ Moabitas vincunt fugantque: et
victos in Moabitidis fines perſe-
25 cuti, oppida complanant, opti-
mos quosque agros, coniectis vulgo
ſingulis lapidibus, cumulant, omnes
aquæ fontes obturant, et omnes
felices arbores deiiciunt, tandem-
que vrbem Haraſetham inuadunt.
26 Quam quum funditoribus circum-
ſesſam adeo acriter oppugnarent,
vt iam ſoli murorum lapides esſent
27 reliqui. Moabitarum rex, videns
ſe prœlio ſuperari, adhibitis ſeptin-
gentis militibus, ad regem Idumææ
28 perrumpere conatur. Sed poſt-
quam non potuit, cepit filium ſuum
natu maximum, qui poſt eum re-
gnaturus erat, eumque ſuper mœ-
nibus immolauit. Hac tanta atro-
citate permoti Iſraelitæ, ab eo
diſcedunt, et in ſuos fines reuer-
tuntur.

CAPVT IIII.

Olei miraculum ab Eliſæo. In iſtum femi-
næ liberalitas: noua ſoboles. Pueri ex-
ſuscitatio, cucurbitæ dulcoratio, panis
multiplicatio per Eliſæum.

MVlier autem quædam de va- 1
tum vxoribus, Eliſæum im-
plorans, commemorabat,
virum ſuum esſe mortuum: homi-
nem, quem ipſe ſciret fuisſe pium.
Nunc inſtare creditorem, vt duos
natos in ſeruitutem ducat. Quæ- 2
rentique Eliſæo, quid ſibi vellet
ab ipſo fieri, et quid domi habe-
ret? reſpondit, nihil omnino ſe
domi habere, niſi ampullam olei.
Tum ille iubet, vt vaſa foris cor- 3
rogatum eat ab omnibus vicinis,
eaque vacua, neque pauca, dein- 4
de ingresſa domum, et ſe ſuisque
filiis oſtio incluſis, transfundat in
omnia illa vaſa, repletaque ſub-
moueat. Illa ab eo digresſa, ſe 5
ſuosque filios foribus includit, eis-
que vaſa ſuggerentibus, oleum
transfundit. Vaſis repletis, filio 6
iubet, vt ſibi plura vaſa ſuggerat:
ſed ille plura ſuperesſe negat.
Ita cohibito oleo, illa rem diuino 7
indicatum iuit. Cui ille iusſit, vt
oleum venditum iret, atque æs
alienum disſolueret, et ex reliquo
viueret ipſa eiusque filii. Item 8
quum aliquando per Sunam iter
faceret Eliſæus, retentus eſt ad ca-
piendum cibum a muliere quadam
locuplete, quæ illic erat: ac dein-
ceps illac præteriens, eodem ad
capiendum cibum diuertebat. Igi- 9
tur illa viro ſuo demonſtrat, ſcire
ſe diuinum illum, qui eorum adſi-
duo vtatur hoſpitio, virum esſe
ſanctum, perſuadetque, vt ei 10
faciant concluſam parietibus cellu-
lam, ibique lectum et menſam, et
ſellam, et candelabrum ponant,
vt, quandocumque ad eos veniet,
ibi

11 ibi diuerſetur. Quodam die ille
quum illuc veniſſet, inque cellu-
lam diuertiſſet et ibi cubaret:
12 iuſſit Gihezi famulo ſuo, vt Suna-
13 mitem illam vocaret: eaque vo-
cata atque adſtante, *f* iuſſit illi, vt ex
ea quæreret, pro tam officioſa eius
erga ipſos ſedulitate, ecquid facien-
dum haberet? regemne aut exer-
citus ducem conueniendum habe-
ret? Illa reſpondet, ſe *g* inter ſuos ſe
14 continere. Illique rurſum quæ-
renti, ecquid faciendum haberet?
reſpondit Gihezis, eam liberorum
expertem eſſe, et virum ſenem ha-
15 bere. Tum illi eam vocari iubet,
vocatamque et pro foribus adſtan-
16 tem ſic adloquitur: tu hac tem-
peſtate anno vertente filium com-
plecteris. Cui illa: noli, domine
diuine, noli mihi tuæ imponere.
17 Concepit autem mulier, peperit-
que filium eo tempore vertente
anno, ſicut ei prædixerat Eliſæus.
18 Is puer iam educatus, quodam die
quum patrem ſuum ad meſſores
adiuiſſet, cœpit apud eumdem ca-
19 pitis dolorem conqueri. Et pater
famulo mandauit, vt eum ad ma-
20 trem reportaret: ad quam ille re-
latus, poſtquam in eius gremio
recubuit ad meridiem, moritur.
21 Illa ad lectum diuini adſcendit,
puerumque ibi collocatum, egreſ-
22 ſa includit, et vocato viro ſuo,
petit ab eo, vt ſibi famulorum ali-
quem mittat, et vnam aſinam, quo
ad diuinum currat, deinde reuer-
23 ſura. Quærenti, cur eo die illum
adeat, quo neque nouilunium ſit,
neque ſabbatum: reſpondit, ſal-
24 uam rem eſſe. Ita inſtrata aſina,
famulo ſuo præcipit, vt pergat du-
cere, neue ſe equitantem, niſi iuſ-
25 ſus, remoretur. Atque ita ad
diuinum in montem Carmelum ire
contendit. Ille eam ex aduerſo
conſpicatus, Gihezi famulo ſuo
præcepit, vt aduenienti Sunamiti
illi curreret obuiam, eamque in- 26
terrogaret, valeretne ipſa, vale-
retne vir, valeretne puer? Illa re-
ſpondit, valere: et diuinum in 27
montem adgreſſa, pedibus prehen-
dit. Ad quam ſubmouendam quum
Gihezis acceſſiſſet, ſine eam, inquit
diuinus: nam animo ægra eſt, id
quod me Ioua celauit, neque indi-
cauit. Et illa, petieramne a te 28
filium? inquit: an non admonue-
ram, ne mihi imponeres? Hic il- 29
le Gihezim adloquitur, accingere,
inquit, et meum baculum tecum
ferens, abi. Si quem offenderis,
ne ſalutato, ſalutanti ne reſponde-
to, ac baculum meum faciei pueri
imponito. Sed pueri mater eum 30
ſic adlocuta eſt: ita viuat Ioua, ita-
que viuas tu, vt ego te non relin-
quam. Tum ille ſurgit, eamque 31
ſubſequitur. Gihezis autem eos
antegreſſus, quum baculum faciei
pueri impoſuiſſet, neque ille vo-
cem ederet, aut ſentiret: redit ob-
uiam illi, renuntiatque, puerum
non excitari. Tum Eliſæus 32
domum venit, ingreſſuſque, et
puerum nactus in lecto ſuo iacen-
tem, exanimem: oſtio ſe cum illo
includit: precatuſque Iouam, 33
inſcendit puerum, eique incumbit,
et ſuum os illius ori, oculos oculis,
manus manibus componit. Hoc 34
incubitu pueri corpore tepefacto,
iterum per ædes vltro citroque ſe-
mel ambulat; deinde illum inſcen-
dit atque fouet. Tum puer ſe- 35
pties vſque ſternutauit, oculoſque
aperuit. Et ille vocato Gihezi,
præcepit, vt Sunamitem illam euo-
caret. Quæ poſtquam euocata ad- 36
fuit: recipe, inquit, filium tuum.
Illa ei ad pedes accidit, * et eum de- 37
miſſe venerata, recepto filio ſuo,
exiit.

Eliſæus Galgala reuerſus, 38
quum fame laboraretur, et vates
apud eum degerent: puero iuſſit,

f) Eliſæus eius linguæ ignarus, vtebatur interprete famulo. *g*) nihil foris cum
quoquam negotii habere.

vt ollam magnam in foco poneret,
vatibusque pulpamentum coqueret.
39 Et quidam rus egresſus ad colligen-
das herbas, nactus ſilueſtrem cu-
curbitam, collegit ex eius fructu,
quantum eius veſtis capiebat, re-
uerſusque, in ollam coquinariam,
40 ignarus quid esſet, ſecat. Deinde
effuſo illis pulmentario ad veſcen-
dum, eo guſtato, protinus ad di-
uinum exclamant, venenum esſe
41 in olla: neque veſci posſunt. Ille
farinam adferri iubet; eaque in
ollam coniecta, iubet pulmentum
hominibus adfundi: atque illi com-
ederunt, nullo in olla remanente
vitio.
42 Item a Baalſaliſa profectus
quidam, diuino primitiarum pa-
nes hordeaceos viginti, frugesque
nouas adhuc in glumis attulit: et
ille iusſit miniſtro ſuo, vt ea ho-
minibus comedenda adponeret.
43 Cui miniſter: quid? hæc, inquit,
centum hominibus adponam? Ad-
pone, inquit ille, vt comedant:
nam hoc Ioua promittit, eſui ſu-
44 perfuturum esſe. Tum ille ad-
ponit; eisque cibo ſumto inde
ſuperfuit, vt prædictum a Ioua
fuerat.

CAPVT V.

Naamanis lepra. Eliſæi medela. Gibezis auaritia, mendacium, lepra.

1 ERat autem Naaman dux ex-
ercitus regis Syriæ, vir magnæ
apud dominum ſuum potentiæ
atque auctoritatis (nam per eum
Syris Ioua victoriam dederat) for-
tisſimus ille quidem, ſed leproſus.
2 Apud huius Naamanis vxorem
ſeruiebat puella quædam paruula,
quæ ex Israelitarum terra a Syris,
incurſiones facientibus, in capti-
3 uitatem abducta fuerat. Hæc
heræ ſuæ dixit, optare ſe, vt domi-
no ſuo copia vatis fieret, Samariæ
degentis: ſic enim eius lepram ab
illo discusſum iri.

Hæc Israelitidis puellæ verba 4
quum Naaman domino ſuo retulis-
ſet: iusſit rex Syriæ, vt eo iret, et, 5
ſe litteras ad Israelitarum regem
misſurum, dixit. Ita ille pro-
fectus eſt, ſecum ferens decem
argenti talenta, et ſex aureo-
rum millia, lautioresque veſtes
decem, et Israelitarum regi lit-
teras attulit, quarum hæc erat
ſententia: ſimulac ad te venerint 6
hæ litteræ, Naamanem hunc me-
um, quem tibi mitto, a ſua lepra
ſanato. Hac lecta epiſtola, rex 7
Israelitarum veſtes ſuas dilacerat,
atque ita dicit: num Deus ego ſum,
vt occidendi vitamque conſeruandi
poteſtatem habeam, vt hic mihi
hominem a lepra ſanandum man-
det? Cognoſcite, ſultis, et videte,
vt contra me captet occaſionem.
Poſtquam accepit Eliſæus diui- 8
nus, regem Israelitarum veſtimenta
ſua lacerasſe: curauit ei ſignifican-
dum, cur veſtimenta laceraret, caus-
ſam non fuisſe: veniret ille ad ſe,
intellecturum, apud Israelitas esſe
vatem. Venit igitur Naaman cum 9
ſuis equis et curribus, ante fores
domus Eliſæi: et ei illic ſtanti 10
per nuntium mandauit Eliſæus,
vt ſe in Iordane ſepties lotum iret:
ita corpus eius ad puritatem esſe
reuerſurum. Sed indignatus Na- 11
aman, discedebat. Putaram, in-
quit, exiturum, præſentemque Io-
uæ Dei ſui nomen inuocaturum,
et, admota loco manu, lepram esſe
discusſurum. Quaſi vero Abana 12
et Pharphar damaſceni fluuii non
omnibus præſtent aquis Israelita-
rum, vt eis lotus expurger. Quum 13
ita conuerſus, discederet ſuccen-
ſens: accedunt ad eum ſui, eum-
que ita commonefaciunt: pater,
magnam rem ſi iusſisſet vates, non-
ne facturus eras? quanto magis,
quod te lauari iusſit, vt purgeris?
Ita ille deſcendit, ſeque ſepties in 14
Iordane merſit, vt erat a diuino
mandatum: atque in tantam cor-
poris

poris puritatem reſtitutus eſt, quan-
15 ta puerorum eſt paruulorum. De-
inde ad diuinum cum omni ſuo ag-
mine reuertitur, atque, vbi in eius
conſpectum venit, confesſus eſt,
ſcire ſe, nullum in toto orbe terra-
rum, niſi apud Israelitas, esſe De-
um: hortatusque illum eſt, vt a
16 ſe munus acciperet. Sed ille Io-
uam immortalem, cui miniſtraret,
teſtatus eſt, ſe accepturum non
esſe: vrgentique, vt acciperet,
17 pernegauit. Tum Naaman,
quæſo igitur, inquit, vt mihi de-
tur terræ duorum mulorum o-
nus: neque enim deinceps vllis
diis, niſi Iouæ, rem diuinam et ſa-
18 cra facturus ſum. Hanc quidem
rem mihi Ioua condonet, quod
dum commeat dominus meus in
ædem Remmonis, adorandi gratia,
ibi ego, dum ille meæ manui inni-
titur, ſubmitto me. Huic meæ in
æde Remmonis ſubmisſioni Ioua
19 ignoſcat. Cui vates, abi cum pa-
ce, inquit. Quumque ille ab eo di-
greſſus, vnam fere ſtationem pro-
cesſisſet: cœpit Gihezis Eliſæi diui-
20 ni famulus ſic ſecum loqui: hem,
parſit dominus meus accipere ob-
lata ſibi a Naamane Syro illo mu-
nera. At ego, per Iouam immor-
talem, eum curſu conſequar, et ab
21 eo aliquid accipiam. Hæc lo-
cutus Gihezis, Naamanem ſubſe-
quitur. Eum Naaman poſt ſe cur-
rentem intuitus, deſiliit de curru
in eius occurſum, quæritque, num
22 ſalua res ſit. Salua, inquit ille.
Miſit me dominus meus, vt tibi
nuntiarem, venisſe modo ad ſe du-
os de vatum genere iuuenes, ex
monte Ephraimitarum, peterem-
que, vt eis dares argenti talentum,
et duas veſtes de ſplendidioribus.
23 Cui Naaman: immo duo talenta
accipe, inquit: eumque coegit, et
conſarcinata duo argenti talenta
in duobus fiſcis, duasque ſplendi-
das veſtes duobus ſuis famulis im-
24 poſuit, vt ea præferrent illi. Hæc
ille, poſtquam in latebram ventum
eſt, ab illis accepta, domi recondit,
hominibusque dimisſis, in domini
ſui conſpectum venit: et quæ- 25
renti Eliſæo: vndenam Gihezis?
reſpondit, ſe nusquam iuisſe.
At ille, quaſi ego non ſimul ani- 26
mo adfuerim, inquit, quum ſe ho-
mo de curru in tuum occurſum
conuertit. Scilicet tempus eſt acci-
piendi argentum, accipiendi veſtes,
G. L. vt emas *H.* oleas, vineas, balan-
tes, boues, ſeruos aut ancillas? Er- 27
go Naamanis lepra in te tuaque pro-
genie ſemper hærebit. Ita ille
ex eius conſpectu niueus lepra
discesſit.

CAPVT VI.

Securis inuentio ab Eliſæo. Ad regem Iſraelitarum vates. Eliſæi discrimen a misſis a Syro rege. Vatis ad Iouam precatio. Samariæ dira fames. Filiorum a matribus eſus. In Eliſæum regis rabies.

PEtierunt autem vates ab Eliſæo, 1
vt quoniam locus, in quo apud
eum habitarent, esſet, quam
pro eis, anguſtior; irent ad Ior- 2
danem, et inde ſinguli ſingulas tra-
bes adferrent, quibus domicilium
ſibi facerent. Atque illo permit- 3
tente: petiit ab eo quidam, vt ipſe
cum eis ire vellet: id quod ille con-
cesſit, cumque eis profectus eſt.
Vbi ad Iordanem ventum eſt, in- 4
ter cædendum materiem, accidit,
vt vnius illorum trabem deiicien-
tis ferrum ſecuris in aquam deci-
deret. Qui quum vociferaretur, 5
et ita diceret: heu domine, hæc
quidem erat accepta commodato:
interrogauit eum diuinus, vbinam 6
delapſa foret? oſtenſoque loco, li-
gnum ſecuit, et eo deiecit, emer-
ſaque ſecuri, illi iusſit, vt eam tol-
leret. Atque ille, porrecta manu, 7
eam cepit. Item, quum Syriæ rex 8
contra Israelitas bellum gerens,
conſilium cum ſuis cepisſet, de
copiis in certo quodam loco col-
locandis: miſit diuinus ſignifi- 9
catum

catum Iſraelitarum regi, vt caue-
ret, ne in locum illum progrede-
retur: illic enim Syros inſidiari.
10 Itaque miſit rex Iſraelitarum in
eum locum, de quo fuit a diuino
monitus, ab eoque abſtinuit, atque
cauit: idque non ſemel aut ite-
11 rum fecit. Qua re permotus a-
nimo Syriæ rex, conuocatis ſuis i-
ta loquitur: posſumne ex vobis
ſcire, ecquis noſtrum conſilia no-
ſtra regi prodat Iſraelitarum?
12 Cui ſuorum vnus ita reſpondit:
immo, domine rex, Eliſæus vates,
qui eſt apud Iſraelitas, regi Iſrae-
litarum enuntiat etiam, quæ tu in
conclaui cubiculi tui loqueris.
13 Tum ille imperat, vt viſeret, vbi
ſit, vt mittat, qui eum abducant.
14 Atque vbi ei nuntiatum eſt, illum
esſe Dothane; miſit eo equites et
quadrigarios cum valida manu:
qui oppidum adgresſi noctu, cir-
15 cumſederunt. Mane diuini mi-
niſter, poſtquam ſurrexit, egres-
ſus videt, oppidum equitum qua-
drigariorumque exercitu obſideri:
tum ad illum vociferans: eheu,
16 domine, quid faciemus? Cui ille,
noli metuere, inquit: plures ſtant
17 a nobis, quam ab illis. Deinde
Iouam precatus ita eſt Eliſæus;
aperi quæſo huic oculos, vt videat.
Atque hic famulus, eius oculis a
Ioua patefactis, plenum equitatu
montem, circumdatumque curri-
bus igneis Eliſæum animaduertit.
18 Poſtquam illi ad Eliſæum deſcen-
derunt: orauit Eliſæus Iouam, vt
hominibus illis cæcitatem incute-
19 ret. Quod poſtquam ille ad Eli-
ſæi poſtulatum fecit: dixit illis Eli-
ſæus, non eam viam, non id op-
pidum esſe: ſequantur ſe, ductu-
rum eos ad hominem, quem quæ-
20 rant. Ita eos Samariam perdu-
xit. Quo vbi peruentum eſt, Io-
uam orauit, vt eorum oculos ape-
riret, vt viderent: apertisque eo-
rum oculis a Ioua, viderunt ſeſe
21 in media Samaria verſari. His
conſpectis Iſraelitarum rex ita Eli-
ſæum adloquitur: occidamne pa-
ter? Noli occidere, inquit il- 22
le. Quos tu tuo gladio arcuque
ceperis, occidas licet. His qui-
dem cibum potionemque adpone,
vt epulati, dominum ſuum adeant.
Tum ille eos lautis epulis accepit, 23
conuiuatosque dimiſit. Illis ad
dominum ſuum reuerſis, deſiere
Syri deinceps incurſiones in Iſra-
elitarum fines facere.

Poſtea Benadadus Syriæ rex, coa- 24
ctis omnibus ſuis copiis, Samariam
inuaſit, obſeditque: qua obſidione 25
tanta Samariæ fames incesſit, vt aſini
caput octoginta conſtaret argente-
is, et quarta pars cabi ſtercoris
columbini * quinque argenteis.
Ac, rege Iſraelitarum per muros 26
transeunte, clamauit ad eum mu-
lier in hunc modum: ſubueni,
domine rex. Cui ille, ipſe tibi 27
Ioua non ſubuenit, inquit, vnde-
nam ego tibi ſubueniam? ab are-
ane? an a torculari? Sed tamen 28
quid habes? inquit. Et illa, hæc
mulier hortata me eſt, inquit, vt
filium meum ego darem, quem eo
die comesſemus, poſtridie eius
quoque filium comeſuræ. Ita fi- 29
lium meum coximus, atque come-
dimus. Sed poſtridie, petente me,
vt filium ſuum vicisſim comeden-
dum concederet; ipſa eum ab-
didit. Hac audita mulieris ora- 30
tione, rex per muros præteriens,
veſtimenta ſua lacerare (in quo ſa-
ne animaduerſum eſt, eum corpus
habere centone interius veſtitum)
atque ita dicere: Deus me per- 31
dat, niſi Eliſæo Saphati filio caput
hodie decutietur. Hæc locutus, 32
quemdam ſuorum ſtipatorum mit-
tit: ante cuius nuntii aduentum
Eliſæus domi ſuæ ſedens, ſenibus,
qui ſimul aderant, ita loquitur:
ſciendum vobis eſt, ab illo homi- 33
cidæ filio misſum esſe, qui mihi
præcidat caput. Videte, vt veni-
enti nuntio oſtium claudatis, eum-
que

que foribus prematis. Nam ſoni-
tum audio pedum eius domini,
34 ſubſequentis eum. Eo adhuc
cum illis loquente, ecce, deſcendit
ad eum nuntius: quem ſubſecutus
rex, * ita loquitur: quum hoc a Io-
ua malum ſit, quid amplius a Ioua
exſpectem?

CAPVT VII.

Copiæ per Eliſæum promiſſio. Syrorum fuga. Leproſorum præda. Triumuiri a multitudine oppreſſio.

1 AT Eliſæus, audite Iouæ di-
ctum, inquit. Hoc promit-
tit Ioua, crastino die ſimi-
læ ſatum ſiclo, binaque hordei
ſata ſiclo emtum iri ad portam
2 Samariæ. Tum triumuir, cuius
manui rex inniti ſolebat, ita diui-
no reſpondit: ſi Ioua cælum me-
atibus panderet, vix tamen iltud
fieret. Atqui ipſe tuis oculis vi-
debis, inquit ille; ſed inde non
3 comedes. Erant autem quatuor
homines leproſi ante portam, qui
cœperunt ſic inter ſe cohortari:
quid hic mortem manentes operi-
4 mur? Siue vrbem intrare ſta-
tuimus, quum ibi ſit fames; ſiue
hic manere: moriendum eſt. Quam-
obrem age; transfugiamus in ca-
ſtra Syrorum. Si nos conſeruaue-
rint; viuemus: ſin occiderint;
5 moriamur. Ita ſub crepuſculum
in caſtra Syrorum ire contendunt:
atque vbi ad extrema caſtra ven-
tum eſt; ibi neminem offendunt.
6 Fecerat enim Dominus, vt per ca-
ſtra Syrorum ſonitus audiretur
quadrigarum equorumque et in-
gentis exercitus: dicerentque in-
ter ſeſe Syri, Hettæorum Aegypti-
orumque reges contra ſe ab Iſra-
7 elitarum eſſe rege conductos. Ita-
que ſeſe in pedes coniecerant ſub
crepuſculum, ſuisque tabernaculis,
equis, aſinis, breuiter caſtris, ſicut
erant, relictis, ſaluti ſuæ fuga con-
8 ſuluerant. Igitur leproſi illi, vbi
ad extrema caſtra ventum eſt; in
tabernaculum quoddam ingredi-
untur, ſumtoque cibo et potu, au-
rum inde argentumque et veſtes
auferunt, et abditum eunt: reuer-
ſique, in aliud tabernaculum in-
trant, atque illinc prædam efferunt,
et occultatum eunt. Deinde in- 9
ter ſe commonefacere cœperunt,
non ſe recte facere, qui eo die,
quum læti nuntii dies ſit, taceant.
Quod ſi ad lucem matutinam ex-
ſpectent, culpam eſſe ſubituros.
Quamobrem eundum eſſe nuntia-
tum in regiam. Ita ianitorem ade- 10
unt: clamant, veniſſe ſe in caſtra
Syrorum, neque ibi quemquam
hominum, aut humanam vocem,
ſed tantum equos et aſinos vinctos,
et tabernacula ſic compoſita, vt eſ-
ſe ſolent, offendiſſe. Tum ille 11
ceteros ianitores vocauit, qui id
in regiam interiorem nuntiarent.
At rex noctu ſurgit, et ſuos ſic ad- 12
loquitur: volo vobis ostendere,
quid nobis faciant Syri. Sciunt, nos
fame laborare, ideoque caſtris e-
greſſi latent in agris, eo conſilio,
vt, ſi ex vrbe prodierimus, viuos
nos capiant, atque ita in vrbem in-
trent. Tum quidam ex regiis ei 13
perſuaſit, vt adhibitis equis, ex iis
quinque, qui ſupereſſent (totidem
enim ſupereſſe ex omni israelitico-
rum equorum multitudine, ceteris
conſumtis) mitterentur, qui rem
explorarent. Ita ſumtis duobus 14
equis iugalibus, miſſi ſunt a rege,
qui Syrorum agmen ſequentes, ex-
plorarent: qui illos ad Iordanem 15
ſecuti, inuenerunt omnem viam
veſtibus et ſupellectile plenam,
quæ Syri, dum trepidant, abiece-
rant. Quod poſtquam regi re- 16
uerſi nuntiarunt: egreſſus popu-
lus, Syrorum caſtra diripuit, væ-
niitque ſimilæ ſatum ſiclo, et duo
hordei ſata ſiclo; ſicuti Ioua pro-
miſerat. Triumuir autem ille, 17
cuius manui rex inniti ſolebat,
quum portæ eſſet a rege præpoſi-
tus,

tus, a turba oppreſſus, in porta in-
teriit: quemadmodum diuinus,
quum rex ad eum deſcendiſſet, ſo-
18 re prædixerat, tum, quum diui-
no, regi pollicito, fore, vt poſtridie
ad portam Samariæ bina hordei
ſata ſiclo, ſingula autem ſimilæ ſa-
ta ſiclo vænirent, reſpondit trium-
19 uir ille, etiamſi Ioua cælum me-
atibus aperiret, vix tamen id fu-
turum eſſe: atque ille ei dixit, i-
pſum ſuis oculis viſurum eſſe, ſed
20 non inde comeſurum. Id quod ei
accidit: oppreſſusque a populo in
porta, interiit.

CAPVT VIII.

Per Eliſæum fames prædicta. Ad iſtum Hazaeli de Benadadi morbo. Iorami regis impietas. Dauidis Iouæ memor. Idumæorum defectio. Rex, cædes. Iorami mors. Ochoziæ regnum, prauitas.

1 MOnuit autem Eliſæus mulie-
rem, cuius filium in vitam
reuocauerat, vt diſcederet
vna cum familia ſua, et alicubi per-
egrinaretur. Nam indici a Ioua
famem, eamque futuram eſſe in
2 finibus illis per ſeptennium. His
diuini monitis paruit mulier, et
cum familia ſua in Palæſtinam ire
contendit, ibique ſeptem annos
3 commorata eſt. Præteritis ſeptem
annis, ex Palæſtina reuertitur, re-
gemque adit, vt eum de ſua domo
4 fundoque interpellet. Rex autem
cum Gihezi, diuini famulo, collo-
quebatur, ab eoque petebat, vt ſibi
omnia mira Eliſæi facta narraret.
5 Atque, illo regi exponente, quo
pacto ille mortuum in vitam reuo-
caſſet: ſuperuenit mulier, (cuius
ille filium a morte reuocauerat) vt
regem ſuper domo ſua fundoque
interpellaret. Atque hic Gihezis, do-
mine rex, inquit, hæc mulier eſt, et
hic eius filius in vitam ab Eliſæo
6 reuocatus. Tum rex mulierem
interrogauit; ac poſtquam ea rem
ei narrauit, ſpadonem vnum ei
7 dedit, cum mandato, vt mulieri
omnia ſua reſtitueret, omnesque
fundi prouentus, ex quo illa patri-
am reliquerat, ad id vsque tempus.
Quum veniſſet autem Eliſæus 8
Damaſcum, et Benadado Syriæ re-
gi ægrotanti nuntiatum eſſet, illo
veniſſe diuinum: iuſſit rex Ha- 9
zaeli, vt, ſumto ſecum munere, iret
obuiam diuino, et ex eo Iouæ re-
ſponſum peteret, an eſſet ex eo
morbo reualiturus. Hazael illi 10
obuiam iuit, ſecum ferens munus,
et de omnibus Damaſci bonis onus
quadraginta camelorum. Atque, vbi
in illius conſpectum venit, ita lo-
cutus eſt: filius tuus Benadadus,
Syriæ rex, miſit me ad te, ad ſciſci-
tandum, an ab eo, quo laborat,
morbo ſit conualiturus. Cui Eli- 11
ſæus ita reſpondit: i renuntiatum
ei, conualiturum eſſe: quamquam
oſtendit mihi Ioua, moriturum.
Hæc locutus diuinus, vultum ali- 12
quamdiu fixum flens tenuit; et 13
ab Hazaele ſic interrogatus: cur
fles, domine? ita reſpondit: quo-
niam ſcio, quibus tu malis Iſrae-
litas ſis adfecturus: nam eorum et
munimenta igne incendes, et pu-
bem ferro trucidabis, et paruulos
illides, et grauidas diſſecabis. Et 14
Hazael: nam quis ego ſum, ho-
munculus cane vilior, vt iſtam tan-
tam rem faciam? Oſtendit mihi
Ioua, (inquit Eliſæus) te regem fore
Syriæ. Ita digreſſus ille ab Eli- 15
ſæo dominum ſuum adit: et quæ-
renti, quid Eliſæus dixerit, reſpon-
det, dixiſſe reualiturum. Poſtri- 16
die madefacta aqua lodice, eius
vultum obtexit: eoque mortuo,
regnum in eius loco occupauit.
Anno autem quinto Iorami Achabi 17
filii, Iſraelitarum regis, quum re-
gnaſſet in Iudæa Ioſaphatus, Iudææ
regnum iniit Ioramus Ioſaphati
filius, annos tum natus duos et tri-
ginta. Regnauit Hieroſolymis 18
annos octo, regumque Iſraelita- 19
rum mores imitatus, quemadmo-
dum fecerant, qui erant ex Achabi
fami-

familia,(nam Achabi filiam habebat
in matrimonio) Iouam offendit.
0 Quamquam noluit Ioua Iudæam
euertere, propter Dauidem ſuum,
cui promiſerat, ſeſe ex eius filiis
ſuccesſorem perpetuo daturum eſ-
1 ſe. Huius temporibus defecerunt
a Iudæis Idumæi, ſibique regem
2 fecerunt. Itaque Ioramus ad Seir
cum omnibus quadrigariis ſuis
profectus eſt, et noctu Idumæos, a
quibus circumſidebatur, adortus
vicit, curruumque principes. Ita-
3 que fugerunt milites domum. At-
que ea Idumæorum in Iudæos re-
bellio adhuc durat, eodemque tem-
4 pore defecit etiam Lebna. Reli-
quæ Iorami res, geſtaque omnia
ſcripta ſunt in annalibus regum Iu-
dææ.
5 Ioramo vita defuncto, et in
vrbe Dauidis apud maiores ſuos
ſepulto, ſucceſſit Ochozias eius fi-
6 lius, idque anno duodecimo Io-
rami Achabi filii, Iſraelitarum re-
gis, annos tum natus duos et vi-
7 ginti. Regnauit Hieroſolymis an-
num vnum. Matrem habuit nomi-
ne Athaliam, Amris Iſraelitarum
8 regis filiam. Achabi ſtirpis mo-
res imitatus, Iouam offendit: nam
9 achabicæ domus gener fuit, et
cum Ioramo Achabi filio ad Ramo-
tha Galaaditarum profectus eſt, ad
bellum gerendum cum Hazaele Sy-
0 riæ rege: vbi quum vulneratus
a Syris Ioramus Achabi filius rex
Iezrael reuertisſet, vt ſananda cu-
raret vulnera, quæ in eo contra
Hazaelem Syriæ regem prœlio ad
Ramotha a Syris acceperat: deſcen-
dit ad eum Iezraele ægrotantem,
viſendi gratia, Ochozias Iorami
filius, Iudææ rex.

CAPVT IX.

Ab Eliſæo vir miſſus ad vngendum Iehum. Is factus rex, eius in Ioramum coniuratio. Huius et Ochoziæ nex. Iezabelis prauitas, nex, laniatio.

TVm Eliſæus vates vnum de 1
genere vatum euocauit, eique
præcepit in hunc modum:
accinge te, et hanc olei lenticulam
tecum ferens, proficiſcere Ramotha
Galaaditarum: eo poſtquam per- 2
ueneris; cernes ibi Iehum Ioſapha-
ti filium, Namſis nepotem. Hunc
a ceteris ſeuocatum, in interius
penetrale ſeducito, ſumtaque olei 3
lenticula, eius caput perfundito,
atque ita dicito: eum a Ioua (qui
id ei ſignificari iubeat) vngi regem
Iſraelitarum. Deinde,aperto oſtio,
fugito ſine mora. Igitur iuuenis 4
ille, qui iuuenis vates erat, ad Ra-
motha Galaaditarum profectus eſt:
quo vbi peruenit, nactus duces ex- 5
ercitus ſedentes, ita dixit: habeo
ad te mandatum, dux. Et Iehus:
ad quem omnium noſtrum? Ad te,
dux, inquit ille. Tum Iehus ſur- 6
rexit, et domum ingresſus eſt. Et
vates ei caput oleo perfudit, ita
dicens: hæc dicit Ioua Deus Iſrae-
litarum: ego te vngo regem Ioua-
ni populi, hoc eſt, Iſraelitarum,
vt Achabi domini tui ſtirpem per- 7
imas, vlciſcarque ſanguinem ſer-
uorum meorum vatum, et tot Iouæ
ſeruorum, in Iezabelem, faciam- 8
que vt tota pereat ſtirps Achabi,
neque quidquam erit in eius gene-
re tam apud Iſraelitas vel abſtru-
ſum vel expoſitum, quin omnia
funditus euertam, etiam commin-
ctorem parietis. Achabique do- 9
mum in eum ſtatum redigam, in
quem Ieroboami Nabati filii, et
Baaſæ Ahiæ filii redacta domus eſt.
Quin etiam Iezabelem comedent 10
canes in agro iezraelenſi inſepul-
tam. Hæc locutus ille, aperto oſtio,
fugit. Iehus autem ad conſeruos 11
ſuos egresſus, interrogatus, quo-
modo ſe res haberet, et cur ad eum
venisſet [b] limphatus ille: reſpondit,
eos et hominem, et hominis ora-
tionem tenere. Negantibus, et 12
ſibi rem exponi poſtulantibus: il-
lius

b) inſanus.

lius dicta refert, et ſe ab eo Iouæ
iusſu Israelitarum regem esſe vn-
13 ctum, dicit. Tum illi ei confe-
ſtim ſuam quisque veſtem in gra-
duum pulpito ſubſternunt, datoque
tuba ſigno, Iehum regem pronun-
14 tiant. Igitur Iehus, Ioſaphati fi-
lius, Namſis nepos, coniurationem
fecit contra Ioramum: qui Ioramus
quum Ramotha Geladitarum o-
mnibus Israelitarum copiis aduer-
ſus Hazaelem Syriæ regem defen-
15 deret, reuerſus erat Iezrael ad
ſananda vulnera, quæ a Syris in
pugna contra Hazaelem acceperat.
Iehus ergo monuit, vt, ſi eis vide-
retur, darent operam, ne quis ex
vrbe euaderet, qui eam rem Iezrael
16 nuntiatum iret. Ipſe, conſcenſo
curru, Iezrael petit, vbi Ioramus
decubabat, ad quem viſendum vene-
17 rat Ochozias Iudææ rex. Quum-
que ſpeculator, Iezraele in turri
ſtans, vidisſet Iehu venientis glo-
bum, ſeque globum videre, dixisſet;
iusſit Ioramus, illis obuiam mitti
equitem, qui quæreret, quomodo
18 res ſe haberet. Eques illi obuiam
progresſus, quærit ex mandato re-
gis, quomodo ſe res habeat? Cui
Iehus: quid, quomodo ſe res habet?
19 recede pone me. Quum ſpecula-
tor nuntiasſet, nuntium ad illos
peruenisſe, ſed non reuerti: miſit
20 ille alterum equitem. Qui vbi
ad illos peruenit, interrogat ex
mandato regis, quomodo ſe res
habeat? Cui Iehus: quid, quomo-
do ſe res habet? recede pone me.
21 Hoc quum ſpeculator renuntiasſet,
eum ad illos peruenisſe, ſed non
reuerti, incesſum autem videri Ie-
hu Namſis nepotis; eum enim fu-
rioſe incedere: iusſit Ioramus Is-
raelitarum rex currum equis iungi,
atque ipſe et Ochozias Iudææ rex
in ſuo vterque curru obuiam Iehu
progresſi ſunt, eique occurrerunt
22 in fundo Nabothi Iezraelenſis. At-
que, illo viſo, Ioramus ita dixit:
quomodo ſe res habet, Iehu? Cui
ille: quid, quomodo ſe res habet,
inquit, durantibus adhuc tot matris
tuæ Iezabelis ſtupris atque malefi-
ciis? Hic Ioramus conuerſis ha- 23
benis fugere, et circumuenimur,
Ochozia, dicere. At Iehus ad- 24
mota arcui manu, Ioramum inter
ſcapulas ita percusſit, vt telum illi
per pectus exiret. Eoque in curru 25
proſtrato, tolle eum, (inquit trium-
uiro Badacari) et in prædii Nabothi
Iezraelenſis fundum abiice. Nam
memini, quum aliquando ego et tu
Achabum eius patrem cum bigariis
ſequeremur, huiusmodi oraculum
illi fuisſe Iouæ mandato obnuntia-
tum, quo oraculo Ioua pronun- 26
tiaret, ſeſe Nabothi, eiusque filio-
rum ſanguinem, quem pridie vi-
disſet, in Achabum hoc ipſo in
fundo vlturum esſe. Quamobrem
tolle eum, et abiice in fundum, vt
Iouæ fert prædictio. Hæc videns 27
Iudææ rex Ochozias, fugam capesſit
verſus domum hortenſem: quem
perſecutus Iehus, etiam feriri iusſit
in curru, in cliuo Gure, apud Iebla-
am. Ille ad Mageddonem fugit, 28
ibique mortuus eſt, et a ſuis Hie-
roſolymam vectus, in ſepulcro ſuo
apud maiores ſuos in vrbe Dauidis
ſepelitur. Cœperat Ochozias in 29
Iudæa regnare anno vndecimo Io-
rami Achabi filii. Iehus vero 30
Iezrael ire perrexit. Quod vbi Ie-
zabel audiuit, faciem ſibi fucauit,
caput comſit: et per feneſtram pro-
ſpiciens, Iehu prætereunte portam,
dixit: an impune Zambris domi- 31
num ſuum peremit? At ille, ſub- 32
lata ad feneſtram facie, dixit: quis
a me eſt? quis? quumque ad eum
duo aut tres proſpexisſent ſpado-
nes: præcipitate eam, inquit. 33
Tum illi eam præcipitant, reſper-
ſitque ſanguis eius murum et e-
quos. Ille, ea conculcata, iuit ad
ſumendum cibum. Deinde nefa- 34
riam illam (ſic enim eam adpellauit)
curari ſepelirique iusſit; quod re-
gis esſet filia. Sed qui ad eam ſe- 35
pelien-

peliendum iuerunt, nihil, præter
caluam, pedesque, et manuum pal-
mas inuenerunt. Quod poſtquam
reuerſi ad illum retulerunt: dixit,
Iouam id ipſum per ſuum Eliam
Thesbitam prædixisſe, ſcilicet in
agro iezraelenſi Iezabelis corpus a
canibus comeſum iri. Iacuit er-
go Iezabelis cadauer, tamquam ſter-
cus ſub dio, in agro iezraelenſi, ita
vt Iezabel esſe non videretur.

CAPVT X.

Ad Iezraelenſes Iehu littera. Achabi filiorum, Ochoziæ conſanguineorum, et Baalis vatum cædes. In Iſraelitas Hazael.

QVum haberet autem Achabus
ſeptuaginta filios Samariæ:
ſcripſit Iehus litteras, quas
Samariam ad principes iezraelen-
ſes ſenatores et Achabi educatores
miſit, in hæc verba: ſimulac ad
vos peruenerit hæc epiſtola, qui
domini veſtri filios, qui currus,
qui equos, qui vrbem munitam,
qui arma habetis; diſpicite ex
domini veſtri filiis præſtantisſi-
mum, et maxime idoneum, quem
in patrio ſolio collocetis, proque
domini veſtri domo decertetis. Illi
vero ingenti metu perculſi ſunt,
quippe cogitantes, ei ne duos qui-
dem reſtitisſe reges, ne dum vt
ipſi reſiſterent, miſeruntque
præfectus domus et prætor vrba-
nus, et ſenatores, educatoresque
ad Iehum, ſeſe in eius futuros po-
teſtate, omniaque imperata factu-
ros, neque quemquam regem esſe
creaturos: vteretur ſuo arbitrio.
Ad hæc ille alteram epiſtolam ſcri-
pſit ad illos in hunc modum: ſi mei
eſtis, mihique obeditis; adferte
iſtorum domini veſtri filiorum ca-
pita, et ad me die crastino venite
Iezrael. Erant regii filii ſeptuagin-
ta apud optimates ciuitatis, a qui-
bus educabantur. Igitur perlatis
ad eos litteris, comprehenderunt
filios regios, eosque iugularunt,
homines ſeptuaginta: et eorum
capita, in fiſcellis poſita, Iezrael ad
illum miſerunt. Ad quem poſt- 8
quam venit nuntius, et, regis filio-
rum capita adlata esſe, nuntiauit:
iusſit ea in duos aceruos ante por-
tam congeri ad crastinum. Po- 9
ſtridie egresſus, ſtans, ad omnem
populum verba facit ad hunc mo-
dum: vos inſontes eſtis: equidem
contra dominum meum coniuraui
eumque interfeci: ſed hos omnes
quis interfecit? Iamiam cogno- 10
ſcite, nihil eorum, quæ a Ioua in
Achabi genus prædicta ſunt, irri-
tum esſe, quin omnia fecerit Ioua,
quæ per ſuum Eliam prædixerat.
Tum Iehus omnibus, qui Iezraele 11
ex Achabi familia reſtabant, omni-
busque eius proceribus et necesſa-
riis atque ſacerdotibus peremtis,
adeo vt nullus ex illius ſtirpe reſta-
ret, Samariam ire contendit.

Atque in itinere apud caſam pa- 12
ſtoriciam nactus Ochoziæ Iudææ
regis conſanguineos, interrogat, qui
ſint? Quumque illi reſpondisſent, 13
ſe Ochoziæ conſanguineos esſe, qui
ad regis et reginæ filios ſalutandos
venirent: iusſit, viuos compre- 14
hendi, comprehenſosque iugulari
ad puteum caſæ, homines duos et
quadraginta, nullo prorſus eorum
relicto.

Illinc digresſus, incidit in Ionada- 15
bum, Rechabi filium, et, eo ſalu-
tato: es ne tu, inquit, animo er-
ga me beneuolo, vt ego ſum erga
te? Sum, inquit Ionadabus. Si
es, da manum. Atque illum, dan- 16
tem manum, ad ſe in currum eue-
xit, ſeque comitari, et ſui erga Io-
uam ſtudii ſpectatorem esſe, iusſit.
Illo in currum euecto, Samariam 17
venit, omnesque ex Achabi ſtirpe
reliquos ad internecionem perimit,
quemadmodum Eliæ Ioua futurum
prædixerat. Deinde, conuocato 18
omni populo, verba facit, Acha-
bum Baali parum ſeruiuisſe, Iehum
multum ſeruiturum esſe. Qua- 19

propter omnes Baalis vates, omnes
cultores, omnesque ſacerdotes ad
ſe vocent, neu quis deſit; nam ſe
magnum Baali facturum eſſe ſa-
crificium, ad quod quisquis non
adfuisſet, vita priuatum iri.
20 Hæc autem callide faciebat Iehus,
vt omnes Baalis perderet cultores.
21 Iusſitque Iehus Baalis ferias edici:
quibus proclamatis, curauit, vt
ex omnibus israeliticis partibus
omnes Baalis cultores conuenirent.
22 Qui poſtquam ad vnum omnes in
Baalis ædem coierunt, iisque ita
referta fuit ædes, vt oribus ora
iungerentur: iusſit æditimo, vt
veſtes ad omnes Baalis cultores
23 promeret; iisque prolatis, in-
gresſus ipſe cum Ionadabo Recha-
bi filio, in ædem Baalis, iubet
Baalis cultoribus, vt diligenter vi-
deant, ne quis ſit ibi cum ipſis
ex Iouæ cultoribus, ſed tantum
24 Baalis cultores. Atque illis rem
diuinam et ſolida ſacrificia facere
ingresſis, diſponit foris homines
octoginta, quibus edicit, quicum-
que illorum euaſerit, quos ipſe in
eorum manus adduxerit, vitam
25 vita perdendam fore. Atque vbi
ſolidum ſacrificium finiuit, ſatel-
litibus et triumuiris imperat, vt in-
gresſi, illos ſic occidant, vt ne quis
exeat. Ita illos ferro trucidant,
proſternuntque ſatellites et trium-
26 uiri. Deinde in oppidum templi
Baalis profecti, quum alia templi
ſimulacra efferunt cremantque,
27 tum ipſius Baalis ſimulacrum detur-
bant, dirutamque Baalis ædem in
latrinas redigunt, quæ manent ad
28 hunc diem. Ita exterminauit Ie-
hus ex Israelitis Baalem: quam-
quam a Ieroboami Nabati filii ſce-
leribus, quibus ille Israelitas ob-
29 ſtrinxerat, non abstinuit, vide-
licet ab aureis vitulis, qui Bethele
30 et Dane erant. Tum Ioua Iehu
promiſit: quoniam ſuæ voluntati
recte paruisſet, Achabique domum
plane ex animi ſui ſententia tra-
ctasſet, fore, vt eius etiam tri-
nepotes in Israelitarum ſolio ſede-
rent. Sed non curauit Iehus, 31
vt ex Iouæ Dei Israelitarum lege
tota mente viueret: dum a Iero-
boami ſceleribus, in quæ ille Isra-
elitas coniecerat, non recedit.
Per ea tempora cœpit Ioua Israe- 32
litas atterere, effecitque, vt va-
ſtaret Hazael omnes Israelitarum
fines a Iordane ad exortum ſolis,
omnem tractum Galaaditarum, et 33
Gadinorum, et Rubenitarum, et
Manasſenſium, qua Galaaditis 34
et Baſana ab Aroere, apud Arnonem
fluuium poſito, patent. De re- 35
liquis omnibus Iehu rebus geſtis
atque viribus ſcriptum exſtat in
annalibus regum Israelitarum. Ie-
hu vita defuncto, et Samariæ ſe-
pulto, ſuccesſit in regno Ioachazus
eius filius. Regnauit autem Ie- 36
hus in Israelitas annos duodetri-
ginta Samariæ.

CAPVT XI.

In ſtirpem regiam Athaliæ crudelitas. Ex cæde Iouas ereptus, rex creatus. Athaliæ nex extra fanum.

CEterum Ochoziæ mater Athal- 1
ia: videns, mortuum eſſe fili-
um ſuum, omne regium ſe-
men inuaſit ac perdidit. Sed Io- 2
ſaba, Iorami regis filia, Ochoziæ
ſoror, Ioam Ochoziæ filium, e-
iusque nutricem, ex media regio-
rum filiorum cæde ſurripuit in
conclaui cubiculi, eumque ex 3
Athaliæ conſpectu abditum, et a
morte vindicatum, habuit in Iouæ
templo occultum ſex annos, Athal-
ia regnum obtinente. Anno ſe- 4
ptimo curat arcesſendos Ioiada cen-
turiones ſtipatorum atque ſatelli-
tum: cumque iis in Iouæ templum
introductis, et iureiurando obſtri-
ctis, ibi paciſcitur: eisque regis 5
filium oſtendit, atque ita præcipit:
hoc vobis faciendum eſt. Tertia
pars veſtrum aderit ſabbato, et
re-

regiæ cuſtodiam aget. Altera ter-
tia erit ad portam ſuriam. Tertia
ad portam poſticam ſatellitum, et
domus Mesſæ cuſtodiam agetis.
Duæ autem partes veſtrum, hoc eſt,
omnes qui ſabbato prodire ſolent,
regis cuſtodiam in Iouæ templo
agent. Atque ita regem vndique
circumuallabitis, tela manu geren-
tes: ac, qui intra ſeptum introiue-
rit, mor'atur: regemque et exeun-
tem et intrantem ſtipabitis. Hæc
omnia Ioiadæ pontificis imperata
faciunt centuriones: adſumtisque
ſuis quisque hominibus, tum qui-
bus venire, tum quibus abire
ſabbato mos erat, Ioiadam adeunt.
Pontifex centurionibus haſtas pha-
retrasque Dauidis regis, quæ in
templo Iouæ erant, tradidit: ſtan-
tibusque armatis ſatellitibus a tem-
pli parte dextra ad ſiniſtram, qua
templum araque patebat, vt regem
vndique ſtiparent: filium regis
educit, ei coronam et oraculum
imponit: regemque faciunt atque
ungunt, et complosis manibus re-
gem ſalutant. Athalia, audito con-
curſus hominum ſtrepitu, ad eos in
Iouæ templum venit; et regem
conſpicata in pulpito, ſicuti mos
erat, ſtantem, tum principes et tu-
bas apud regem, cunctosque mor-
tales lætantes, tubisque clangentes:
veſtimenta ſua lacerat, et, coniura-
tionem esſe, iterum atque iterum
5 clamat. At Ioiada pontifex centu-
rionibus militum præfectis impe-
rat, vt illam extra templi ſeptum
ducant, ac ſi quis eam ſecutus fue-
6 rit, eum ferro trucident. Nolebat
enim ſacerdos, eam in Iouæ templo
perire. Illi, iniectis manibus, eam
in viam, qua equis in regiam ad-
itus eſt, educunt, ibique perimitur.
7 Ioiada tum inter Iouam et regem
populumque, vt Iouæ populus es-
ſet, tum inter regem et populum
8 pactionem fecit. Deinde totius
regionis homines Baalis ædem ad-
euntes, eius aras diruunt, et imagines
probe perfringunt, Mattanemque
Baalis ſacerdotem ante aras inter-
ficiunt. Pontifex Iouæ templo 19
cuſtodiis munito, centuriones, ſti-
patores, ſatellites, omnem denique
populum aduocat: deductumque
de Iouæ templo regem, per viam
portæ ſatellitum in regiam intro-
ducunt, et, eo in ſolio regali collo-
cato, vniuerſi lætati ſunt: atque 20
ita otium nacta ciuitas eſt, Athalia
ferro apud regiam necata.

CAPVT XII.

*Per Ioam fani inſtauratio, huius nex, ſe-
pultura. Heres regni Amaſias.*

AGebat Ioas annum ſeptimum, 1
quum regnum iniit, videlicet
anno ſeptimo regni Iehu.
Regnauit Hieroſolymis annos qua-
draginta. Mater ei fuit nomine
Sebia ex Berſaba. Is Ioas Iouæ 2
tamdiu paruit, quamdiu doctorem
Ioiadam pontificem habuit: tam- 3
etſi ſacella ſublata non ſunt, populo
adhuc in his ſacra ſuffitumque fa-
ciente. Iusſit autem Ioas ſacer- 4
dotibus, vt omnem pecuniam re-
rum ſacrarum, quæ in Iouæ tem-
plum illata foret, pecuniam recen-
ſitorum pro cuiusque capitis æſti-
matione, et omnem pecuniam,
quam cuique in Iouæ templum in-
ferre viſum fuisſet, ſumerent a 5
ſua quisque diœceſi, atque inde
templi diruta reficerent, vbicum-
que ruina exſtaret. Sed anno 6
regni Ioæ viceſimo tertio, quum
templi ruinas ſacerdotes non in-
ſtaurasſent: vocauit rex Ioas Io- 7
iadam pontificem et ſacerdotes: eis-
que obiurgatis, quod templi diruta
non inſtaurasſent, vetuit, ne vllam
pecuniam a ſuis diœceſibus accipe-
rent, quin eam in templi ruinas
impenderent. Sed quum ſacerdo- 8
tes ſtatuisſent, pecuniam a populo
non accipere, neque templi ruinas
reſarcire: cepit Ioiada pontifex 9
capſam, quam, perforato eius oper-

culo.

culo, apud aram poſuit ad dextram
ingredientium in templum Iouæ,
in quam capſam ſacerdotes veſti-
buli cuſtodes omnem pecuniam
in Iouæ templum illatam coniice-
10 rent. Ac poſtquam viſum erat,
ſatis esſe in capſa pecuniæ: acce-
debant ſcriba regius et pontifex, et
pecuniam, quæ in templo Iouæ in-
11 ueniebatur, numerabant: inque
loculos relatam, ſubducta ratione,
tradebant operis curatoribus, tem-
plo Iouæ præfectis, qui eam eroga-
rent in fabros lignarios, inque ſtru-
ctores, Iouæ templum reficientes,
12 in cæmentarios, in lapicidas, in
ligna, quadratosque lapides com-
parandos, ad ſarciendas templi
Iouæ ruinas, denique in omnia,
quæ ad templi inſtaurationem per-
13 tinerent. Neque ex illa, quæ in
templo Iouæ prouenicbat, pecunia,
fiebant templi pelues argenteæ, in-
ſtrumenta muſica, phialæ, tubæ,
aut vllum denique vas aureum, ar-
14 genteumue. Sed ea operis cura-
toribus dabatur, qui ea Iouæ tem-
15 plum reficerent. Neque illis, qui-
bus in operis curatores eroganda
tradebatur pecunia, impenſa fere-
batur, quippe bona fide agentibus:
16 verum noxalis et delictorum pe-
cunia in templum non inferebatur,
17 ſed ſacerdotum erat. Quum au-
tem Hazael, Syriæ rex, Getham
bello adortus cepisſet, et Hieroſo-
18 lymam iter aduertisſet: cepit
Ioas Iudææ rex omnia, quæ tum a
Ioſaphato, Ioramo, et Ochozia, ſuis
maioribus, Iudææ regibus, tum a
ſeipſo fuerant conſecrata, atque
omne aurum, quod vel in templi,
vel in regiæ fiſco inuentum eſt:
iisque Hazaeli Syriæ regi misſis,
perſuaſit, vt ab Hieroſolyma diſce-
19 deret. De reliquis omnibus Ioæ
rebus geſtis memoriæ proditum
exſtat in annalibus regum Iudææ.
20 Hic Ioas a ſuis Iozabaro Semaæ fi-
lio, et Iozabado Someris filio, facta
coniuratione, occiſus eſt apud Mel-
lonem domum, quæ defert ad Sil-
lam. Eoque apud maiores ſuos in 2
vrbe Dauidis ſepulto, ſuccesſit in
regnum Amaſias eius filius.

CAPVT XIII.

Ioachazi regnum, ſcelera, captiuitas, libe-ratio. Samariæ idololatria. Regis obitus. Rex Ioas. Is ad Eliſæum. Vatis mors, cadaueris tacti miraculum.

ANno viceſimo tertio Ioæ, O- 1
choziæ filii, Iudææ regis, re-
gnum in Israelitas iniit Io-
achazus Iehu filius. Regnauit Sa-
mariæ annos decem et ſeptem.
Hic quum Iouam offenderet, et
Ieroboami Nabati filii ſcelus, quo
ille Israelitas obſtrinxerat, imi-
taretur, neque ab eo recederet:
iratus Israelitis Ioua, dedidit eos
Hazaeli Syriæ regi, et Benadado
Hazaelis filio continenter. Sed
obſecrantem Ioachazum exaudiuit
Ioua, Israelitarum calamitates re-
ſpiciens, quibus a rege Syriæ op-
primebantur, et Israelitas, defen-
ſore dato, a Syrorum imperio vin-
dicauit, et in priſtinum domos ſuas
habitandi ſtatum reſtituit. Neque
tamen a Ieroboami familiæ ſceleri-
bus, in quæ ille Israelitas impule-
rat, recesſerunt, quin ea imitaren-
tur, maneretque apud Samariam
lucus; quum quidem Ioachazo
ex militibus tantum reſtarent equi-
tes quinquaginta, decem currus, et
decem millia peditum: reliquis a
Syriæ rege perditis, et quaſi in tri-
turæ puluerem redactis. De reli-
quis omnibus Ioachazi rebus geſtis
et viribus ſcriptum habetur in an-
nalibus regum Israelitarum. Io-
achazo vita defuncto, et Samariæ
ſepulto, ſucceſſit Ioas eius filius in
regnum Israelitarum, anno tri-
ceſimo ſeptimo Ioæ Iudææ regis,
regnauitque Samariæ annos ſexde-
cim. Offendit autem Iouam, a
tot Ieroboami, Nabati filii, flagitiis,
quibus ille Israelitas obligauerat,
non recedendo, inque eis viuendo.
De

De ceteris omnibus Ioæ rebus ge-
ſtis viribusque, vt cum Amaſia Iu-
dææ rege bellum gesſerit, ſcriptum
exſtat in annalibus regum Iſraeli-
tarum. Ioa vita defuncto,ſedit in
eius ſolio Ieroboamus. Sepultus
eſt autem Ioas Samariæ cum regi-
bus Iſraelitarum. Quum labora-
ret autem Eliſæus eo morbo, quo
interiit: viſit eum Ioas Iſraelita-
rum rex, et apud eum flens dixit:
o pater, pater, Iſraelitarum currus
et equites. Tum Eliſæus ei præ-
cepi., vt arcum ſagittasque caperet.
Quumque ille arcum et ſagittas ce-
piſſet: iusſit, vt arcui manum ad-
moueret. Quam poſtquam ille ad-
mouit; Eliſæus ſuas manus regis
manibus impoſuit, et,eum orien-
talem aperire feneſtram, iusſit, ea-
que aperta iaculari. Atque eo ia-
culato, iſta eſt (inquit ille) victrix
Iouæ ſagitta, victrix contra Syros
ſagitta, quos tu apud Aphec ad in-
ternecionem cædes. Itemque re-
gem adloquens: ſume ſagittas.
Quumque ille ſumſiſſet: feri ter-
ram. Tum ille ter ferit; deinde
deſinit. Qua re ſuccenſens ei di-
uinus dixit: ſi quinquies aut ſexies
pulſasſes, tum Syros ad exitium
recidisſes. Nunc ter Syros victurus
es. Mortuo ſepultoque Eliſæo,
quum eodem anno grasſatores Mo-
abitæ in eam regionem incurſio-
nem facerent: quidam, qui ho-
minem ſepeliebant, viſis latronibus,
eum in Eliſæi ſepulcrum abiece-
runt. Ille, ſimulac Eliſæi osſa teti-
git, reuixit, atque in pedes ingres-
ſus eſt. Hazael autem Syriæ rex
Iſraelitas toto Ioachazi tempore
crudeliter infeſtauit: quamquam
eorum miſertus Ioua, eos reſpexit,
ob fœdus, quod ei cum Abrahamo,
Iſaaco, Iacoboque intercedebat: ne-
que eos perdere voluit, neque hac-
tenus adſpernatus eſt. Mortuo
Hazaele Syriæ rege, et Benadado
eius filio in eius loco regnante:
Ioas Ioachazi filius oppida rurſum
eripuit Benadado Hazaelis filio,
quæ ille a Ioachazo patre ſuo armis 25
abſtulerat: eoque ter victo, iſrae-
liticas vrbes recuperauit.

CAPVT XIIII.

Amaſiæ regis pietas non pura, in Ioam expeditio, fuſio. Vtriusque mors. Ieroboami regnum, impietas, mors, Zacharias heres.

ANno ſecundo Ioæ, Ioachazi fi- 1
lii, Iſraelitarum regis, re-
gnum Iudææ iniit Amaſias
Ioæ filius, annos tum natus quin-
que et viginti. Regnauit Hiero- 2
ſolymis annos vndetriginta, matre
Ioadane Hieroſolymitana. Hic 3
Iouæ paruit: non ille quidem, vt
Dauid auctor generis eius, ſed o-
mnia Ioæ patris ſui facta imitatus
eſt, non ſublatis tamen ſacellis, 4
atque in eis populo adhuc ſacra ſuf-
fitumque faciente. Is, poſtquam 5
firmatum in eius manu regnum eſt,
ſeruos ſuos occidit, qui ipſius pa-
trem regem occiderant: neque 6
interfectorum filios peremit, vt fert
ſcriptum illud legis Moſis, vbi
præcipit Ioua, ne parentes pro
filiis, neue filii pro parentibus
moriantur, ſed ob ſuum quisque
peccatum moriatur. Occidit et 7
Idumæorum in valle ſalis decem
millia: petramque armis expugna-
uit, eamque Iectheel adpellauit,
quod nomen adhuc manet. Tum, 8
misſis ad Ioam, Ioachazi filium, Ie-
hu nepotem, Iſraelitarum regem,
legatis, prouocauit eum ad congre-
diendum. Cui Ioas remiſit hæc: 9
carduus Libani miſit ad cedrum Li-
bani, qui illius filiam ſuo filio in
matrimonium poſcerent. Interea
præteriens quædam fera Libani,
carduum proculcauit. Tu quoni- 10
am Idumæos viciſti, animos tollis,
gloriare domi tuæ manens: ne tute
tibi malum arcesſas, et vna cum
Iudæis cadas. His quum non ob- 11
temperaret Amaſias: profectus eſt

Ioas Iſraelitarum rex, cumque
Amaſia Iudææ rege apud Bethſa-
mem, quæ in Iudæa eſt, congreſ-
12 ſus eſt: victique ab Iſraelitis
Iudæi, fuga domum diuerſi abie-
13 runt. Amaſiam,Ioæ filium, Iudææ
regem,Ioachazi nepotem cepit apud
Bethſamem Ioas Iſraelitarum rex,
et Hieroſolymam profectus, dirui-
it ex Hieroſolymæ muris a porta
Ephraimitarum, ad portam anguli,
14 quadringentos cubitos: ablato-
que, quidquid auri, argenti, vaſo-
rum tum in Iouæ templo, tum in
regis fiſco inuentum eſt, abductis-
que obſidibus, Samariam rediit.
15 De ceteris omnibus Ioæ rebus ge-
ſtis et potentia, vtque cum Amaſia
Iudææ rege bellum gesſerit, ſcri-
ptum exſtat in annalibus regum Iſ-
16 raelitarum. Ioæ vita defuncto,
et Samariæ cum Iſraelitarum regi-
bus ſepulto, ſucceſſit in regnum
17 Ieroboamus eius filius. Vixit au-
tem Amaſias, Ioæ filius, Iudææ
rex, poſt mortem Ioæ Ioachazi fi-
lii Iſraelitarum regis, annos quin-
18 decim. De reliquis Amaſiæ rebus
ſcriptum exſtat in annalibus regum
19 Iudææ. Aduerſus eum facta Hie-
roſolymis coniuratio eſt. Quum-
que Lachim profugisſet; miſſi ſunt
eo, qui eum ibi interfecerunt:
20 ſublatusque in equo, ſepultus eſt
Hieroſolymis apud maiores ſuos in
21 vrbe Dauidis. Eius deinde filium
Azariam, annos natum ſexdecim, in
regnum pro eo ſubſtituerunt vni-
22 uerſi Iudæi. Is, rege vita defun-
cto, Elatham inſtaurauit, eamque
23 Iudææ reſtituit. Anno decimo-
quinto Amaſiæ, Ioæ filii, Iudææ re-
gis, cœpit Ieroboamus, Ioæ filius,
in Iſraelitis regnare: regnauit Sa-
mariæ annos vnum et quadraginta.
24 Is Iouam offendit, neque a tot Ie-
roboami Nabati filii ſceleribus,qui-
bus ille Iſraelitas obſtrinxerat, re-
25 cesſit. Recuperauit autem fines
Iſraelitarum abusque Hematha ad
lacum planum, vt habebatur in
Iouæ Dei Iſraelitarum oraculo,
quod ediderat per ſuum Ionam
Amittæi filium, vatem, Gethe-
phrenſem. Reſpexit enim Ioua 2
miſerias Iſraelitarum adeo acerbas,
vt nihil neque abditum neque abie-
ctum ſuperesſet. Quumque nul- 2
lus esſet, qui eis auxilium ferret:
Ioua, nolens iſraeliticum nomen
ex rerum natura delere, eos per
Ieroboamum Ioæ filium defendit.
De reliquis omnibus Ieroboami re- 2
bus geſtis viribusque, vt bellum
gesſerit, vtque Damaſcum, et He-
matham Iudæis, qui inter Iſrae-
litas habentur, recuperauerit,
ſcriptum exſtat in annalibus regum
Iſraelitarum. Poſtquam Ieroboa- 2
mus ad manes maiorum ſuorum Iſ-
raelitarum concesſit: regnum ob-
tinuit pro eo filius eius Zacharias.

CAPVT XV.

Azarias, itemque Ozias, Zacharias, Sellnmus, Manahemus, Iſraelitæ reges. Phul Aſſyriæ rex. Iſraelitarum ſeruitus in Aſſyriis. In Iudæos Syri.

ANno viceſimo ſeptimo Iero- 1
boami Iſraelitarum regis, A-
zarias, Amaſiæ filius, regnum
Iudææ iniit, annum tum agens de-
cimum ſextum. Regnauit Hie- 2
roſolymis annos duos et quinqua-
ginta, matre Hieroſolymitana, no-
mine Iecholia. Is Iouæ paruit, 3
quemadmodum fecerat eius pater
Amaſias: non ſublatis tamen ſa- 4
cellis, adhucque hominibus ibi ſa-
crificia ſuffitumque facientibus.
Hic rex, a Ioua lepra adfectus, 5
leproſus fuit vsque ad mortem: ſe-
motamque domum habitauit, Io-
thamo eius filio domum procuran-
te, populoque ius dicente. De re- 6
liquis omnibus Azariæ rebus geſtis
ſcriptum exſtat in annalibus regum
Iudææ. Azaria vita defuncto, et 7
cum maioribus ſuis in vrbe Dauidis
ſepulto, regnauit pro eo Iothamus,
eius filius. Anno duodequadrage- 8
ſimo

ſimo Azariæ, Iudæorum regis, re-
gnum Iſraelitarum iniit Zacharias,
Ieroboami filius, quod Samariæ te-
9 nuit ſex menſes. In hunc, contra Io-
uæ voluntatem, exemplo maiorum
ſuorum, viuentem, neque a Iero-
boami, Nabati filii, ſceleribus, qui-
bus ille Iſraelitas adſtrinxerat, re-
10 cedentem, coniurationem fecit
Sellumus, Iabis filius: eoque palam
interfecto, regnum occupauit.
11 De reliquis Zachariæ rebus ſcri-
ptum exſtat in annalibus regum
12 Iſraelitarum. Hoc eſt oraculum
Iouæ, quo Iehu promiſerat fore, vt
eius trinepotes in Iſraelitarum ſo-
lio ſederent: id quod euenit.
13 Sellumus, Iabis filius anno triceſi-
mo nono Azariæ, Iudææ regis, re-
gnum iniit: quod poſtquam ſpa-
tium vnius menſis Samariæ tenuit:
14 Manahemus, Gadis filius, Therſa
Samariam profectus, eum ibi per-
emit, eoque interfecto, regnum oc-
15 cupauit. De reliquis Sellumi re-
bus, et de facta ab eo coniuratio-
ne, ſcriptum habetur in annalibus
16 regum Iſraelitarum. Deinde
Thapſam, et omnia, quæ erant in
ea, eiusque fines vsque a Therſa,
peruaſtauit Manahemus, quod ei
portas non aperuerant, thapſen-
ſesque grauidas mulieres omnes
17 dilaniauit. Anno triceſimo no-
no Azariæ, Iudææ regis, regnum
iniit Manahemus, Gadis filius, in Iſ-
raelitas, quod Samariæ decem an-
18 nos obtinuit. Is contra Iouæ vo-
luntatem vixit: nec vmquam a Ie-
roboami, Nabati filii, ſceleribus,
quibus ille Iſraelitas obſtrinxerat,
19 receſſit. Quumque in eam re-
gionem veniſſet Phul, Aſſyriæ rex:
dedit ei Manahemus mille argenti
talenta, vt ſibi adeſſet ad confir-
mandum in ſua manu regnum:
20 quod quidem argentum potentiſ-
ſimis quibusque Iſraelitarum im-
perauit, videlicet viritim quinqua-
genos argenti ſiclos, quod Aſſyriæ
regi daretur. Ita reuerſus Aſſyriæ
rex, in ea regione moram non fe-
cit. De reliquis omnibus Mana- 21
hemi rebus geſtis ſcriptum habe-
tur in annalibus regum Iſraelita-
rum. Manahemo vita defuncto, 22
ſucceſſit in regnum Iſraelitarum
Phacehia, filius eius, anno Azariæ
Iudææ regis quinquageſimo. Re- 23
gnauit Samariæ biennium. Eum 24
contra Iouæ voluntatem viuentem,
neque a Ieroboami Nabati filii
ſceleribus, quibus Iſraelitas obli-
gauerat, recedentem, Phaca Ro- 25
meliæ filius, eius triumuir, per
coniurationem interfecit Samariæ,
in arce regiæ, cum Argobo, et Arie,
quinquaginta Galaaditis eum comi-
tantibus: eoque mortuo regnum
occupauit. De ceteris omnibus 26
Phacehiæ rebus geſtis ſcriptum ex-
ſtat in annalibus regum Iſraelita-
rum. Anno quinquageſimo ſe- 27
cundo Azariæ Iudææ regis, regna-
re cœpit apud Iſraelitas Phaca Ro-
meliæ filius: regnauit Samariæ
annos viginti. Is Iouam offen- 28
dit, neque a Ieroboami Nabati filii
ſceleribus, quibus ille Iſraelitas
obſtrinxerat, receſſit. Huius Pha- 29
cæ Iſraelitarum regis temporibus
Theglathphalaſar Aſſyriæ rex, ex-
peditione facta, cepit Ionem, et
Abelmaacham, et Ianoam, et Ca-
dem, et Haſor, et Galaaditidem, et
Galilæam, et omnem tractum
nephthalenſem, hominesque in
Aſſyriam transtulit. Phacam Ro- 30
meliæ filium Oſea Elæ filius per
coniurationem interfecit, regnum-
que occupauit anno viceſimo Io-
thami Oziæ filii. De reliquis 31
omnibus Phacæ rebus geſtis ſcri-
ptum exſtat in annalibus regum
Iſraelitarum. Anno ſecundo Pha- 32
cæ Romeliæ filii, Iſraelitarum re-
gis, Iudææ regnum iniit Iotha-
mus Oziæ filius, annos tum natus
viginti quinque. Regnauit Hie- 33
roſolymis annos ſexdecim. Mater
ei fuit nomine Ieruſa, Sadoci filia.
Is Oziæ ſui patris exemplo ad Io- 34
uæ

35 uæ voluntatem vixit, non ſub-
latis tamen ſacellis, populo adhuc in
eis ſacrificia, ſuffitumque faciente.
Inſtaurauit templi Iouæ portam
36 ſuperiorem. De reliquis omni-
bus Iothami rebus geſtis ſcriptum
exſtat in annalibus regum Iudææ.
37 Per ea tempora cœpit Ioua im-
mittere in Iudæam Razinem re-
gem Syriæ, et Phacam Romeliæ
filium.

CAPVT XVI.

Achazi regis Iudaea ſcelera, filios per ignem traiicientis. In Hieroſolymam bellum. Ad Syriae regem obſeſſus Achazus ſupplex cum donis, eiusdem mors, heres Ezechias.

1 IOthamo vita defuncto, et apud
maiores ſuos in vrbe Dauidis,
auctoris generis eius, ſepulto,
2 Iudææ regnum obtinuit Achazus
eius filius, anno Phacæ Romeliæ
filii decimo ſeptimo, annos tum
natus viginti. Regnauit Hiero-
3 ſolymis annos ſexdecim. Is tan-
tum abfuit, vt ad Iouæ Dei Israe-
litarum voluntatem viueret, ſicut
Dauid, eius generis auctor, fecerat,
vt, israeliticorum regum mores
imitatus, etiam filium ſuum per i-
gnem traiiceret: qualia ſunt gen-
tium flagitia, quas Ioua ob Israeli-
4 tas euerterat: ſacrificaretque, et
ſuffitum faceret in ſacellis colli-
busque et pasſim ſub frondoſis ar-
5 boribus. Tum Razin Syriæ rex,
et Phaca Romeliæ filius, Israelita-
rum rex, Hieroſolymam bello ad-
orti, Achazum obſederunt, nec
6 expugnare potuerunt. Eo tem-
pore Razin, Syriæ rex, Elatham
(exactis inde Iudæis) recuperauit
Syris, eoque colonia Syrorum de-
ducta eſt, quæ ad hunc diem ma-
7 net. Miſit autem Achazus lega-
tos ad Theglathphalaſarem Asſy-
riæ regem, et ab eo petiit, vt ad-
esſet, ſeque ſeruum et filium ſu-
um a Syriæ regis, et Israelitarum
regis iniuria, a quibus oppugna-
retur, defenderet: eidemque As- 8
ſyriæ regi dono miſit argentum
aurumque, quod vel in æde Iouæ
vel in regia inuentum eſt. His 9
inductus Asſyriæ rex, Damaſcum
inuaſit: eaque potitus, Damaſce-
nos Cirenem deportauit, interfecto
Razine. Achazus autem rex 10
Theglathphalaſari Asſyriæ regi ob-
uiam Damaſcum venit: et, animad-
uerſa Damaſci ara, miſit eius ex-
emplar, et totius operis rationem,
ad Vriam pontificem: isque pon- 11
tifex aram ad præſcriptum regis,
Damaſco misſum, ad illius ad-
uentum fecit. Rex Damaſco re- 12
uerſus, viſa ara, accesſit, et ad eam
rem diuinam fecit, ſolidamque 13
hoſtiam cremauit, et fertum et vi-
num libauit, et ſanguinem hoſtiæ
pro ſalute ſua in aram effudit.
Altare autem æneum, Iouæ inter 14
aram et Iouæ ædem adpoſitum, a-
mouit inde ex ædis conſpectu, et
ad aræ partem aquilonarem collo-
cauit. Vriæque pontifici præce- 15
pit, vt in ara magna cremaret ſoli-
dam hoſtiam matutinam, fertum-
que veſpertinum, et hoſtiam ſo-
lidam regis, eiusque fertum:
et hoſtiam ſolidam omnium in-
colarum, eorumque fertum, et
eorum prolibandum vinum, o-
mnemque et ſolidarum hoſtiarum
et victimarum ſanguinem in eam
infunderet: aram autem æneam
ipſe ſibi ad oracula ſciſcitanda re-
ſeruauit. His omnibus Achazi 16
regis præceptis obſecutus eſt pon-
tifex Vrias. Truncauit autem 17
rex Achazus areas baſium, et laua-
cra illis detraxit: lacumque de bu-
bus æneis, qui ſuberant, depoſi-
tum, ſubſtratis ſaxis impoſuit.
Tapetem quoque ſabbati, qui in 18
æde factus fuerat, et aditum regi-
um exteriorem, in ædem conuer-
tit, propter Asſyriæ regem. De 19
reliquis Achazi rebus geſtis ſcri-
ptum habetur in annalibus regum
Iu-

20 Iudææ. Achazo vita defuncto,
et in vrbe Dauidis apud maiores
ſuos ſepulto, ſuccesſit in regnum
Ezechias eius filius.

CAPVT XVII.

Iſraelitarum regis Oſeæ impietas, captiuitas, carcer. Iſraelitarum captiuitas in Medis, impietas, idololatria. Samaritanorum origo.

1 ANno duodecimo Achazi, Iudææ regis, cœpit apud Iſraelitas regnare Oſea Elæ filius.
2 Regnauit Samariæ annos nouem.
Et Iouam quidem offendit, ſed non
vt Iſraelitarum reges, eius maiores.
3 Hunc Oſeam quum Salmanaſar Asſyriæ rex, facta in eum expeditione, ſubegisſet, vectigalemque red-
4 egisſet: poſtea, deprehenſa eius
defectione, (quod et legatos ad
Suam Aegypti regem miſerat, neque ipſi Asſyriæ regi vectigal, vt
ſuperioribus annis, mittebat) comprehendit, et in carcerem coniecit.
5 Quum enim totam regionem peruaſisſet: Samariam adortus trien-
6 nium obſedit; eaque anno Oſeæ
nono potitus, Iſraelitas in Asſyriam transtulit, Halæque et Habore,
quæ vrbes in Media apud Gozanem
fluuium ſitæ ſunt, collocauit.
7 Et quia Iſraelitæ contra Iouam
Deum ſuum, a quo ex Aegypto deportati, et ex Pharaonis Aegypti
regis poteſtate fuerant adſerti, peccauerant, alienosque deos reue-
8 riti, et inſtituta tum illarum
gentium, quas Ioua in gratiam Iſraelitarum euerterat, tum quæ ab
ipſis Iſraelitarum regibus introducta erant, ſecuti, res deſignauerant illicitas, contra Iouam Deum
9 ſuum, ſacellaque per omnia ſua
oppida a turri cuſtodum ad vrbem
10 munitam ædificauerant, ſtatuas
lucosque pasſim in editis collibus,
et ſub frondoſis arboribus inſtitu-
11 erant, et ibi per omnia ſacella
more gentium, a Ioua eorum cauſa exactarum, adolebant, pesſimaque facinora ad irritandum Iouam
committebant, colendo ſterco- 12
reos diuos, quam rem Ioua fieri
vetuerat; quumque Ioua, tum 13
Iſraelitas, tum Iudæos per tot vates futura præuidentes admonuisſet, vt omisſis ſuis prauis moribus,
eius præceptis et inſtitutis obedirent, vt ferebat tum omnis lata ab
ipſo maioribus eorum lex, tum
misſa ad eos per ipſius cultores vates mandata; non obtemperauerant, ſed eadem ceruicis duritate, 14
qua maiores eorum, qui Iouæ Deo
ſuo non crediderant, repudiatis illius inſtitutis, atque fœdere, quod
illi cum maioribus eorum intercedebat, et monitis, quibus ad eos
vſus erat, vana illa vani ſecuti erant,
ad imitationem finitimarum gentium, quas imitari Ioua eos vetuerat; omisſisque omnibus Iouæ 15
Dei ſui præceptis, duos ſibi vitulos
conflauerant, lucum fecerant, omnes cæli copias adorabant, Baalem
colebant, filios filiasque ſuas per
ignem traiiciebant, auguriis et diuinationibus vtebantur, ad Iouam
ſuis flagitiis irritandum addicti:
ob hæc, inquam, Ioua Iſraelitis ve- 16
hementer iratus, eos reiectos auerſatus eſt, relicta ſola Iudæorum tribu. Ac Iudæis etiam, Iouæ Dei 17
ſui præcepta non ſeruantibus, ſed
introducta ab Iſraelitis inſtituta
tenentibus: repudiauit Ioua vniuerſam Iſraelitarum ſtirpem: ſubactosque ita dedidit prædonibus, vt
eos a ſuo adſpectu abiiceret. Nam 18
ſeparati a domo Dauidis Iſraelitæ,
Ieroboamum Nabati filium regem
creauerant: per quem a Ioua ſequendo retracti, et magno ſcelere
obſtricti, per omnia ab illo commisſa flagitia grasſabantur, ab eis
non recedentes, eousque, vt 19
Ioua Iſraelitas e ſuo conſpectu ſustulerit, quemadmodum per tot
ſuos vates minatus erat, eosque ex
ſua patria in Asſyriam transferen-

dos curauerit, quæ captiuitas du-
rat adhuc.
20 Deduxit autem rex Aſſyriæ ex Ba-
bylone, Cutha, Aua, Hematha, et
Sepharuaimo coloniam in oppida
ſamaritana, in locum Iſraelitarum,
21 occupataque eſt a colonis, et habita-
22 ta Samaria, atque eius oppida. Sed
vt primum ibi nulla Iouæ religione
imbuti conſederunt coloni: emiſit
in illos Ioua leones, a quibus occi-
23 derentur. Itaque demonſtratum
regi Aſſyriæ eſt, colonos ab eo in
oppida ſamaritana deductos, quoni-
am Dei illius terræ naturam igno-
rarent: propterea, immiſſis ab illo
24 leonibus, necari. Tum rex Aſ-
ſyriæ illo deduci imperauit ali-
quem ſacerdotum, qui indidem
fuerant deportati, qui deductos eo
colonos naturam Dei illius terræ
25 doceret. Ita profectus vnus ſacer-
dotum, qui Samaria fuerant trans-
lati, Bethele habitauit, illoſque do-
cuit, qua religione Iouam colere
26 deberent. Sed illi, cuiuſque na-
tionis homines, deos gentiles fece-
rant, eoſque in ſacellis a Samarita-
27 nis factis poſuerant: prout quæ-
que natio in quoque oppido con-
28 ſederat. Babylonii fecerunt Soc-
cobenothum, Cuthæi Nergalem,
29 Hemathenſes Aſimam, Auani Ne-
30 bahazum et Thartacum. Sephar-
uaimenſes Adramelecho et Aname-
lecho diis ſepharuaimenſibus filios
31 ſuos igni cremabant. Ita quum
et Iouam vererentur, et tamen ex
ſui corporis hominibus ſacerdotes
ſacellanos creaſſent, qui eis rem di-
32 uinam per ſacella facerent: fa-
ctum eſt, vt ſimul et Iouæ religio-
nem tenerent, et deos ſuos colerent
more gentium, ex quibus eo trans-
33 lati fuerant. Atque ad hunc diem
priſtinos ritus retinent, neque Iouæ
religionem tenent, neque inſtituta,
iura, legem, diſciplinam exſequun-
tur, quam Ioua prognatis Iacobo
(cui nomen impoſuerat Iſraelis)
34 tradidit, feriendoque cum eis
fœdere, præcepit, ne deos alienos
reuererentur, neue adorarent, ne-
ue eis ſeruirent, aut ſacrificarent;
ſed tantum Iouam (a quo ex Aegy- 35
pto magna vi, extentoque brachio
educti fuiſſent) reuererentur, hunc
adorarent, huic ſacrificarent, ab 36
hoc deſcripta ſibi inſtituta, iura,
legem, doctrinam ſemper exſe-
quendam curarent; neue deos 37
vererentur alienos, neue icti a ſe
cum ipſis fœderis obliuiſcerentur;
ne deos, inquam, vererentur alie- 38
nos, ſed tantum Iouam Deum ſuum
vererentur, qui eos eſſet ab o- 39
mnium hoſtium iniuria vindicatu-
rus. Sed non obediuerunt, ſuoſ- 40
que priſtinos mores retinentes illæ
gentes, et Iouæ religionem ſecu- 41
tæ ſunt, et ſimulacra ſua coluerunt:
earumque filii et nepotes hactenus
patrios mores imitati ſunt.

CAPVT XVIII.

Ezechiæ Iudææ regis pietas. Iſraelitarum captiuitas. In Iudæam Senacheribus. Rabſacis oratio ſuperba.

ANno tertio Oſeæ Elæ filii, re- 1
gis Iſraelitarum, regnum Iu-
dææ iniit Ezechias Achazi fi-
lius, annum tum agens viceſimum
quintum. Regnauit Hieroſoly- 2
mis annos nouem et viginti, matre
nomine Abi, Zachariæ filia. Is 3
Iouæ obediuit, quemadmodum fe-
cerat eius generis auctor Dauid:
ſacella ſuſtulit, ſtatuas perfregit, 4
lucum ſuccidit, ſerpentem æneum
a Moſe factum (quoniam ei ad id
temporum Iſraelitæ adolebant)
contriuit, et Nehoſtan ab ære ad-
pellauit: Iouæ Deo Iſraelitarum 5
confidit: nec eum vllus ex omni-
bus Iudææ regibus vel ſecutus eſt,
vel præceſſit, qui ſit cum eo com-
parandus. Iouæ ſine vlla defe- 6
ctione adhæſit, eiuſque præcepta,
Moſi tradita, conſeruauit. Ioua 7
ſecundo vſus, in omnibus rebus ge-
rendis prudenter ſe geſſit. Con-

tra regem Asſyriæ rebellauit, ne-
8 que ei ſeruiuit. Palæſtinos ad
Gazam eiusque fines ſubegit, a
turri cuſtodum ad vrbem munitam.
9 Huius Ezechiæ regni anno quarto,
qui fuit annus ſeptimus Oſeæ Elæ
filii Israelitarum regis, expeditio-
nem fecit Salmanaſar Asſyriæ rex
in Samariam, eamque obſedit:
10 atque ea poſt triennium capta, an-
no Ezechiæ ſexto, qui fuit annus
Oſeæ Israelitarum regis nonus,
11 Israelitas in Asſyriam traduxit, et
Halæ atque Habore (quæ vrbes
medicæ ſunt, apud Gozanem fluui-
12 um poſitæ) collocauit: quando-
quidem Iouæ Deo ſuo dicto audi-
entes non fuerant, eiusque fœdere
violato, nihil eorum, quæ fuerant a
Moſe Iouæ ſeruo præcepta, obe-
dienter fecerant.
13 Anno autem Ezechiæ regis quar-
todecimo expeditionem fecit Sena-
cheribus Asſyriæ rex in omnia mu-
nita oppida Iudææ, eaque cepit.
14 Tum Iudææ rex Ezechias, misſa ad
Asſyriæ regem legatione ad Lachim,
petiit, ſe peccauisſe confitens, vt ab
ſe diſcederet: ſe, quidquid ſibi ab
illo impoſitum fuisſet, laturum.
15 Quumque ille ei trecenta argenti
et triginta auri talenta imperasſet:
dedit rex Ezechias, quidquid argen-
ti vel in Iouæ templo, vel in regiæ
16 fiſco inuentum eſt: Ac tum auul-
ſas delubri Iouæ valuas, laminas-
que, quas ipſemet induxerat, Asſy-
17 riæ regi dedit. At rex Asſyriæ
Tartanem, Rabſarim et Rabſacem
a Lachi Hieroſolymam miſit, ad
regem Ezechiam cum magnis co-
piis: qui poſtquam Hieroſolymam
peruenerunt, et a apud aquæ du-
ctum piſcinæ ſuperioris, poſitum ad
ſemitam agri fullonis, conſtiterunt:
18 vocauere regem. Quumque ad
eos prodiisſent Eliacimus Helciæ
filius, procurator domus, et Sobna
ſcriba, et Ioa Aſaphi filius a com-
mentariis: Rabſaces apud eos hu-
iusmodi verba facit: vos hæc no- 19
mine regis magni, id eſt regis As-
ſyriæ, dicite Ezechiæ: qua tandem
fiducia nitatur? verbisne, an con- 20
ſilio, an viribus certare cogitet?
qua tandem ſpe fretus ab eo defe-
cerit? An videlicet confidit con- 21
fracto iſti arundineo baculo, id eſt,
Aegyptiis: cui baculo ſi quis inni-
tatur, ei manum perforet, eumque
pungat? talis eſt Aegypti rex Pha-
rao in omnes, qui ei confidunt.
Quod ſi mihi dicetis, vos Iouæ Deo 22
veſtro confidere: an non is eſt,
cuius Ezechias ſacella arasque ſus-
tulit, iusſitque Iudæis et Hieroſo-
lymitanis, vt Hieroſolymæ ad cer-
tam quamdam aram Deum adora-
rent? Age iam, vis tu cum do- 23
mino meo rege Asſyriæ ſponſio-
nem facere, ſi tibi duo equorum
millia tradidero, ni tu non posſis
totidem equites ad eos ſuppeditare?
Tune auſis reſiſtere vel vni præ- 24
tori, meorum conſeruorum mini-
mo? Et fiduciam tibi collocas in
Aegyptiorum curribus et equitatu?
An porro ſine Ioua ad hunc locum 25
peruaſtandum adſcendi? Ipſe me
Ioua iusſit in hanc regionem ex-
peditionem facere, eamque depo-
pulari. Hic Eliacimus Helciæ fi- 26
lius, Sobnaque et Ioa Rabſacem in-
terpellant, rogantes, vt ſe ſeruos
ſuos ſyriace, (ſeſe enim ſcire) non
autem iudaice, audientibus qui in
muris erant militibus, adloquatur.
At Rabſaces, quaſi vero, inquit, ad 27
dominum tuum, aut ad te, miſerit
me dominus meus, ad hæc dicenda:
ac non potius ad eos, qui manent
in muris, vt vobiscum et merdam
ſuam comedant, et vrinam bibant.
Audite regis magni, regis Asſyriæ 28
mandatum: inquit ſtans, et voce
magna iudaice clamans. Hæc di- 29
cit rex: ne vobis imponat Ezechias:
neque enim poterit vos a mea ma-
nu defendere: neue ab eo per- 30
ſuaderi vobis ſinite, vt Iouæ con-
fida-

a) ſcilicet extra vrbem.

fidatis, quaſi vos Ioua ſit defenſurus,
neque vrbem iſtam in regis Aſſy-
31 riæ manum permiſſurus. Nolite
Ezechiæ obtemperare. Nam ita
dicit Aſſyriæ rex: agite mecum
amice, mihique vos dedite, et ve-
ſtris quiſque vineis, ficubus et
puteorum aquis tantiſper viuite,
32 donec veniam ad vos in terram ve-
ſtræ ſimilem transferendos, terram
frumenti et vini, terram panis et
vinearum, terram olearum oleique
et mellis feracem, vt ita veſtræ
33 ſaluti proſpiciatur: neue Ezechi-
am audiatis, qui vos ſpe defenſio-
nis a Ioua fallit. Num reliqua-
rum gentium dii ſuam quiſque ter-
ram ab Aſſyriæ rege defenderunt?
34 Vbi ſunt dii hemathenſes, et ar-
phadenſes? vbi dii ſepharuaimen-
ſes, henenſes, et auani? numquid
Samariam a mea manu tutati ſunt?
35 Quis tandem eſt ex omnibus ter-
rarum diis, qui ſuam terram a mea
manu defenderit? Vt Ioua Hiero-
ſolymam defenſurus eſſe videatur?
36 Ad hæc dicta homines tacuerunt,
nec ei vel vnum verbum retule-
runt: hoc enim a rege præceptum
fuerat, ne quid ei reſponderent.
37 Tum Eliacimus Helciæ filius, pro-
curator domus, et Sobna ſcriba,
et Ioa Aſaphi filius a commentariis,
Ezechiam, ſciſſis veſtimentis, ade-
unt, eique Rabſacis verba referunt.

CAPVT XIX.

Ad Eſaiam Ezechias de Rabſacis maledicto. Ad Iouam Ezechias. De Senacheribo vates. Angelus in Senacheribi copias.

1 HIs auditis, rex Ezechias, lace-
ratis veſtimentis ſuis, cento-
ne veſtitus, Iouæ templum
2 ingreſſus eſt: miſitque Eliaci-
mum domus præfectum, et Sob-
nam ſcribam, et ſeniores ſacerdo-
tum centonibus amictos, ad Eſai-
am vatem Amoſi filium, qui ei ita
dicerent: ſic dicit Ezechias: dies 3
anguſtiæ et atrocitatis, et contu-
meliæ hodiernus dies eſt, [b] iam fetu
in arctum progreſſo, nec ſuppe-
tentibus ad pariendum viribus.
Mirum, ni audiuit Ioua Deus tuus 4
tot verba Rabſacis, quem rex Aſ-
ſyriæ dominus eius miſit ad conui-
ciandum Deo immortali tam petu-
lantibus verbis: quæ quum Io- 5
ua Deus tuus audiuerit, fer tu pre-
ces pro reliquiis, quæ exſtant.
Hæc poſtquam Ezechiani Eſaiæ re-
tulerunt: Eſaias illis reſpondit in
hunc modum: hæc dicetis domi- 6
no veſtro: ſic dicit Ioua: noli me-
tuere verba, quæ audiuiſti, quibus
Aſſyriæ regis famuli in me inuecti
ſunt. Nam ego eum ita adflabo, 7
vt, accepto nuntio, terram ſuam
repetat, curaboque, vt in terra
ſua ferro cadat. Rabſaces autem 8
reuerſus, Aſſyriæ regem, quem
a Lachi diſceſſiſſe acceperat, Leb-
nam oppugnantem inuenit. Qui 9
quum audiret, Tharacam Aethio-
piæ regem contra ſe expeditionem
facere: legatos iterum ad Ezechi-
am miſit cum huiusmodi mandato:
ſic dicetis Ezechiæ Iudææ regi: ne 10
tibi imponat Deus tuus, cui tu con-
fidis, quaſi Hieroſolyma in pote-
ſtatem regis Aſſyriæ ventura non
ſit. Tutemet audiuiſti, quid re- 11
ges aſſyrii in tot depopulandis re-
gionibus fecerint, et tu euades?
Numquid illos dii gentiles tutati 12
ſunt, quos maiores mei euerterunt?
Gozanem, Haranem, Reſepham,
et Edenenſes Thelaſſarianos? Vbi 13
ſunt rex Hemathæ, rex Arphadi,
rex vrbis Sepharuaimi, Henæ et
Auæ? Has vbi litteras a nuntiis 14
acceptas legit Ezechias: adſcendit
in templum Iouæ, eisque ante Io-
uam explicatis, apud eum precatur
in hunc modum:
Ioua Deus Iſraelitarum, Che- 15
rubis inſidens, qui ſolus omnium
orbis

[b]) tantus eſt noſter dolor, quantus parturientis feminæ, quæ ad eiiciendum fe-
tum iam ad vuluæ fauces progreſſum, vires non habet.

orbis regnorum Deus es, qui cæ-
lum terrasque feciſti, præbe Ioua
16 aurem tuam, et audi: aperi Io-
ua oculos tuos, et vide: et audi
verba Senacheribi, qui eum ad
Deo immortali conuiciandum mi-
17 ſit. Sane, Ioua, exſciderunt re-
18 ges asſyrii gentes illas, earum-
que terras deosque flammis incen-
derunt, vtpote non deos, ſed hu-
manarum manuum opera, lignea
et lapidea: itaque ergo illos perdi-
19 derunt. Quapropter, Ioua Deus
noſter, defende nos ab illius manu:
vt intelligant omnia regna terra-
rum, te, Ioua, ſolum esſe Deum.
20 Tum Eſaias Amoſi filius miſit ita
nuntiatum Ezechiæ; ſic dicit Ioua
Deus Israelitarum: quod me ſuper
Senacheribo Asſyriæ rege precatus
21 es, exaudiui. Atque hoc eſt, quod
dicit ad illum Ioua: te contemnit
et deridet virgo puella Sion, poſt
te caput mouet puella Hieroſoly-
22 ma. In quem tu tam petulanter
inuectus es? in quem vocem cum
tam elato ſupercilio extuliſti? In
ſanctum Israelitarum: per nuntios
tuos de Domino maledixiſti atque
23 ita dixiſti: ego tot meis cum
curribus montium faſtigium, Li-
bani tractus conſcendi, et, exſcin-
denda eius cedrorum proceritate,
et pinorum excellentia, ad vlti-
mum diuerſorium in eius cultam
24 ſiluam perueni. Ego effodi et
epotaui iuges aquas, meorumque
pedum veſtigiis omnia [c] aggeribus
25 munita flumina ſiccaui. Num-
quamne audiuiſti, me [d] hoc o-
lim ita comparasſe, et a multis iam
temporibus deſtinasſe, quod nunc
ad rem contuli? vrbes munitas in
vaſtæ ſolitudinis rudera redactum
26 iri: earumque incolas, quaſi
mancos, tam pudendo pauore per-
cellendos esſe, vt esſent agreſtibus
ſimiles herbis, ſtirpiumque viri-
ditati, et gramini tectorum, quod
ante iuſtum areſcit incrementum.

Tuas ego manſiones, tuos exitus, 27
tuos ingresſus noui, tuamque ad-
uerſum me bacchationem. Quo- 28
niam tu in me debacchatus es, et
iſte faſtus ad aures meas peruenit:
ego te, vnco meo naribus, lupato
labiis tuis iniecto, eadem, qua ve-
niſti, via retraham. Tu vero, 29
Ezechia, hoc ſignum habeto. Vi-
uite hoc anno ſegete reſtibili: al-
tero item anno, eo quod ſponte ſua
proueniet: tertio anno ſementim
mesſemque facitote, et vineas con-
ſeritote, earumque fructu veſci-
mini. Ac quod ex puella Iudæa 30
reliquum euaſerit, id rurſus acta
deorſum radice, ſurſum edet fru-
ctum. Nam a Hieroſolyma reli- 31
quiæ manabunt, ex Sione aliquid
euadet, ita efficiente Iouæ armi-
potentis ſtudio. Quare ſic pro- 32
nuntiat Ioua de rege Asſyriæ: non
veniet in vrbem iſtam, nullum i-
ſtuc telum iaculabitur, nec eam
clipeis inuadet, nec aggere ob-
ſtruet. Qua venit via, eadem 33
regredietur, neque in vrbem i-
ſtam veniet, inquit Ioua: me 34
eam meo præſidio defendente,
propter me, propterque meum
Dauidem. Igitur ea nocte As- 35
ſyriorum caſtra adortus Iouæ an-
gelus centum octoginta quinque
hominum millia occidit. Mane
vbi ſurrectum eſt, conſpicitur
tanta ſtrages. Itaque digresſus 36
illinc Senacheribus Asſyriæ rex,
Niniuem repetiit. Vbi poſt- 37
quam conſedit, eum, in æde Nis-
rochi dei ſui adorantem, Adra-
melechus et Saraſar ipſius filii fer-
ro obtruncarunt, atque in Arme-
niam euaſerunt, inque eius loco
regnauit Eſaraddon eius filius.

CAPVT XX.

Ezechiæ morbus. Ad iſtum vates. Ad Iouam rex. In iſtum Dei clementia. Vitæ regis prorogatio. Berodaci cum rege gratulatio.

Per

c) magna. d) iſtarum vaſtitatum auctorem esſe, de quibus tu te iactas

1 PEr eos dies Ezechias letaliter
ægrotauit, ad eumque venit E-
ſaias Amoſi filius vates, qui ei
Iouæ mandato nuntiauit, vt teſta-
mentum faceret: etenim moritu-
rum eſſe, neque reualiturum.
2 Ille, conuerſa ad parietem facie,
3 Iouam precatus, vt recordare-
tur, quam fideliter, quamque ſin-
cera mente ſe erga eum geſſiſſet,
eiusque arbitrio obtemperaſſet,
ploratum magna voce edidit.
4 Tum Ioua cum Eſaia, qui nondum
mediam vrbem euaſerat, locutus
5 eſt in hunc modum: reuertere,
et Ezechiæ mei populi duci ita nun-
tiato. Sic dicit Ioua, Dauidis tui
patris Deus: tuas preces exaudiui,
tuas lacrimas reſpexi: en ego te
ſanabo: tertio abhinc die in Io-
6 uæ templum adſcendes, addam-
que tuæ ætati annos quindecim, et
te et vrbem iſtam a manu regis As-
ſyriæ vindicabo, eamque propter
me propterque Dauidem meum
7 tuebor. Igitur iuſſit Eſaias maſ-
ſam ficorum ſumi, eamque vlceri
imponi: quo facto, ille conualuit.
8 Quærenti autem Ezechiæ, quo ſi-
gno ſciret, ſe a Ioua ſanandum, et
die tertio in templum Iouæ adſcen-
9 ſurum? ita dixit Eſaias: hoc ti-
bi ſignum erit a Ioua, eum factu-
rum eſſe, quod promiſit: vis vm-
bram decem gradibus progredi,
10 an decem gradibus regredi? Fa-
cile eſt, (inquit Ezechias) vmbram
decem gradibus proclinari: re-
trocedat potius vmbra decem gra-
11 dus. Tum Ioua oratus ab Eſaia
vate, vmbram per gradus, quibus
deſcenderat, in Achazi ſolario re-
tro decem gradibus retraxit.
12 Sub id tempus miſit Berodacus
Baladam, Baladanis filius, Babylo-
niæ rex, litteras et munus Ezechiæ,
13 quem ægrotaſſe audiuerat. Qui-
bus delectatus Ezechias, * oſtendit
legatis omne rerum ſuarum prom-
tuarium, argentum, aurum, aro-
mata, vnguenta pretioſa, armarium:
denique nihil exſtabat in eius the-
ſauris, quod non illis Ezechias tum
domi ſuæ, tum in toto imperio ſuo
ostenderit. Tum Eſaias vates 14
regem Ezechiam his verbis adgreſ-
ſus eſt: quid dixerunt homines illi?
aut vnde ad te venerunt? Cui E-
zechias: procul terrarum vene-
runt, a Babylone. Quid autem 15
domi tuæ viderunt? Omnia, quæ
domi meæ ſunt, viderunt, inquit:
nihil fuit in meis theſauris, quod
non eis monſtrauerim. Et Eſai- 16
as: audi Iouæ dictum, inquit, Eze-
chiam adloquens. Scito, fore 17
tempus, quum omnia, quæ domi
tuæ ſunt, quæque tui maiores ad
hunc diem congeſſerunt, auferen-
tur Babylonem, nulla omiſſa re, in-
quit Ioua. Quin et de filiis tuis 18
a te ortis atque genitis ſumentur,
qui in regis Babyloniæ palatio ſint
ſpadones. Et Ezechias: non re- 19
cuſo, quod abs te ex Iouæ mandato
dictum eſt, inquit: dummodo ſit
meo tempore pax, et promiſſorum
fides. De reliquis Ezechiæ rebus 20
geſtis, et quantæ fuerint eius vires,
vtque, facta piſcina et aquæ ductu,
aquam in vrbem induxerit, ſcri-
ptum habetur in annalibus regum
Iudææ.

CAPVT XXI.

Ezechiæ mors. Manaſſes regni heres, prauus, idololatra. In iſtum Ioua. Illius mors. Amonis Iudææ regis prauitas, nex, Ioſias heres.

POſtquam ad maiorum ſuorum 1
manes migrauit Ezechias, re-
gnum pro eo obtinuit Manaſ-
ſes eius filius, annos tum natus
duodecim. Regnauit annos quin- 2
quaginta quinque Hieroſolymis,
matre nomine Haphſiba. Is Io- 3
uam offendit, imitatus gentium fla-
gitia, quas Ioua Iſraelitarum cauſ-
ſa euerterat. Sacella, quæ pater 4
eius Ezechias deleuerat, inſtaura-
uit: altaria Baali erexit: lucum
exemplo Achabi Iſraelitarum regis
fecit;

fecit: omnes cæli copias adorauit
coluitque: aras in æde Iouæ ædifi-
cauit, quum Ioua dixisſet, ſe Hiero-
ſolymis ſuum nomen esſe colloca-
5 turum: altaria cunctis cæleſti-
bus copiis in ambobus templi Iouæ
atriis exſtruxit: filium ſuum per
ignem traiecit: auguriis et hario-
latione vſus eſt; ventriloquos et
magos inſtituit: quibus tot ſcele-
ribus committendis Iouam irrita-
6 uit. Simulacrum etiam luci a ſe
facti poſuit in æde, de qua Ioua Da-
uidi, eiusque filio Solomoni, dixe-
rat, ſeſe in ea æde, et Hieroſolymæ,
quam ex omnibus Israelitarum tri-
bubus elegisſet, collocaturum esſe
7 ſuum nomen in perpetuum, effe-
cturumque, vt Israelitæ pedem ex
ea terra, a ſe maioribus ipſorum
data, in poſterum non mouerent,
8 modo omnia, quæ eis præcepisſet,
omnemque legem, eis ab ipſius
ſeruo Moſe traditam, obeundam
9 curarent. At illi tantum abfuit,
vt obtemperauerint, vt a Manasſe
inducti, etiam gentes, quas Ioua
Israelitarum gratia exſciderat, ſce-
10 leribus antecesſerint. Ergo Io-
ua per ſeruos ſuos vates ſic pro-
11 nuntiauit: quandoquidem Ma-
nasſes Iudææ rex non ſolum ſuis
illis nefariis flagitiis omnia Amor-
ræorum, qui eum antecesſerunt,
facinora ſuperauit, ſed etiam Iu-
dæos ſuis ſordibus ſcelere obliga-
12 uit: propterea ſic dicit Ioua De-
us Israelitarum: ego ſum eiusmo-
di malum in Hieroſolymam Iu-
dæamque importaturus, vt quis-
quis id audiuerit, ambabus redda-
13 tur auribus attonitus: et [e] in Hie-
roſolymam eadem, qua in Sama-
riam, amusſi, eademque, qua in A-
chabi genus, libra vtar, et eam ſic
detergam, vt detergi patella, et de-
14 terſa in pronum verti ſolet, ad-
ſpernatusque meæ posſesſionis re-
liquias, eos in hoſtium poteſtatem
tradam, quibus omnibus prædæ
ſint et direptioni: quoniam me 15
ſuis, quæ commiſerunt, ſceleribus
irritare perſeuerarunt, ex quo ex
Aegypto emigrarunt eorum maio-
res ad hunc vsque diem.
Præterea tantum ſanguinis inno- 16
centis fudit Manasſes, vt eo Hiero-
ſolymam pasſim repleuerit: præter
ſua ſcelera, quibus Israelitas ob-
ſtrinxit, contra Iouæ voluntatem
faciens. De ceteris omnibus Ma- 17
nasſis rebus geſtis, deque commisſo
ab eo ſcelere ſcriptum exſtat in an-
nalibus regum Iudææ. Manasſi 18
vita defuncto, et in hortis domus
ſuæ, id eſt hortis Ozæ ſepulto, ſuc-
cesſit in regnum Amon eius filius,
annum tum agens viceſimum ſecun-
dum. Regnauit Hieroſolymis an- 19
nos duos. Matrem habuit nomine
Mesſalemethan, Haruſi filiam, Iote-
banam. Is Iouam offendit, quem- 20
admodum fecerat eius pater Manas-
ſes: eademque cum illo via gras- 21
ſatus, cultos ab illo ſtercoreos diuos
coluit, adorauitque: et Iouam 22
Deum maiorum ſuorum reliquit,
neque præſcripta ab eo via ingres-
ſus eſt. Hic rex Amon a ſuis per 23
coniurationem domi ſuæ interfe-
ctus eſt. Omnibusque illis coniu- 24
ratoribus a populo occiſis, creatus
eſt rex ab eodem populo Ioſias
eius filius, pro eo. De reliquis 25
Amonis rebus geſtis ſcriptum ex-
ſtat in annalibus regum Iudææ.

CAPVT XXII.

Ioſiæ regnum, pietas. Libri legum inuentio. Mulieris Holdæ vaticinium.

AMone in ſuo ſepulcro in hor- 1
tis Ozæ ſepulto, regnum pro
eo iniit Ioſias eius filius, anno
ætatis ſuæ octauo. Regnauit Hie- 2
roſolymis annos vnum et triginta,
matre Idida, Adaiæ filia, Baſecha-
tenſi. Is Iouæ paruit, omnemque 3
viuendi rationem Dauidis auctoris
ſui ſecutus, nec ad dextram nec ad
ſini-

e) ſic Hieroſolymam puniam, vt etc.

4 ſiniſtram deflexit. Hic Ioſias anno
regni ſui duodeuiceſimo Sapha-
nem Aſaliæ filium, Meſullami ne-
potem, ſcribam templi Iouæ, miſit
ad Helciam pontificem maximum,
5 illique per eum mandauit, vt ſum-
mam faceret pecuniæ in Iouæ tem-
plum illatæ, quam liminis cuſtodes
6 a populo redegisſent, vtque ea
curatoribus operis, Iouæ templo
præpoſitis, traderetur, qui eam dis-
tribuerent facientibus opus in tem-
plo Iouæ, ad reficiendas templi rui-
nas, fabris, ſtructoribus et cæmen-
tariis, tum ad ligna lapidesque ex
latumiis comparandos, quibus tem-
7 plum reſarciretur; neque illis
expenſa ferretur pecunia, quæ eis
committebatur; quippe qui bona
8 fide agerent. Tum Helcias pon-
tifex maximus Saphani ſcribæ di-
xit, ſe librum legis in templo Iouæ
reperisſe, eumque illi tradidit.
9 Eum vbi legit Saphan, regi nego-
tium renuntiatum iuit: ac poſt-
quam ei retulit, eius ſeruos reper-
tam in templo pecuniam, ſubducta
ratione, curatoribus operis templo
10 Iouæ præpoſitis erogasſe: hoc
quoque nuntiauit, librum ſibi ab
Helcia pontifice esſe traditum,
eumque recitauit apud regem.
11 Rex, auditis verbis libri legis, dis-
12 cerptis ſuis veſtimentis, impera-
uit Helciæ pontifici, et Ahichamo
Saphanis filio, et Achobori Michaiæ
filio, et Saphani ſcribæ, et Aſaiæ ſti-
13 patori regio, vt Iouæ oraculum
ſciſcitatum irent pro rege, proque
populo et omnibus Iudæis ſuper
verbis eius libri reperti. Iouam
enim in ipſos magna ira exarſisſe,
quod eorum patres eius libri ver-
bis non obtemperasſent, neque ea
omnia obiuisſent, quæ ipſis præ-
14 ſcripta fuerant. Adiuerunt igi-
tur Helcias pontifex, et Ahicha-
mus, et Achobor, et Saphan, et A-
ſaias Holdam vatem, Sellumi The-
cuæ filii, Harami nepotis, veſtium
cuſtodis, vxorem, Hieroſolymis
in altera parte vrbis habitantem:
quam vbi ſunt adlocuti: illa eis 1
ſic fata eſt, ſic dicit Ioua Deus Is-
raelitarum: dicite homini, a quo
ad me misſi eſtis: ſic dicit Ioua: 1
ego in iſtum locum, inque eius ha-
bitatores, omnia mala importabo,
quæ verbis lecti a Iudæorum rege
libri continentur: quoniam re- 1
licto me, diis adoleuerunt alienis,
quo me ſuis omnibus operibus ir-
ritarent. Itaque adeo incenſa in
locum iſtum ira mea eſt, vt non ſit
reſtinguenda. Regi autem Iu- 1
dææ, qui vos ad Iouæ miſit oracu-
lum, ita referetis: ſic dicit Ioua
Deus Iſraelitarum. Quod ad ea 1
pertinet, quæ audiuiſti: quoniam
tu, auditis, quæ ego in locum i-
ſtum eiusque habitatores minatus
ſum, ſcilicet vaſtitatem atque in-
famiam, te molli animo Iouæ ſub-
miſiſti, laceratisque veſtimentis tu-
is, apud me fleuiſti: ego quoque
te exaudiui, inquit Ioua. Itaque 2
te tuis maioribus addam, efficiam-
que, vt ſepulturam rebus ſaluis
adipiſcaris, neque tuis oculis vi-
deas tantam calamitatem, quam e-
go ſum iſtum in locum illaturus.

CAPVT XXIII.

Ioſiæ ſumma pietas, contra idola. Paſchatis renouatio. Regis nex in prœlio, ſepultura. Ioachazi heredis impuritas. Eliacimus idem et Ioacimus. Rex Pharaonis ſtipendiarius.

HAec res poſtquam relata regi 1
eſt: curauit ad ſe conuocan-
dos omnes ſenatores Iudæos
et Hieroſolymitanos; cumque 2
omnibus Iudæis et Hieroſolymita-
nis, et ſacerdotibus, et vatibus,
denique cum vniuerſo magnorum
paruorumque populo in Iouæ
templum adſcendit, illisque audi-
entibus, omnia libri fœderis, in
Iouæ templo reperti, verba reci-
tauit: et pro ſuggeſtu adſtans, 3
pepigit coram Ioua, ſequi Iouam,
eiusque præcepta, monita, de-
creta,

creta, tota mente, totoque animo
conſeruare, omnia fœderis illius
dicta in eo libro ſcripta præſtando,
quum quidem in ea pactione cun-
4 ctus adesſet populus: iusſitque
rex Helciæ pontifici maximo, et
ſecundariis ſacerdotibus, liminis-
que cuſtodibus, vt efferrent ex Io-
uæ delubro omnia vaſa Baali, et
luco, et omnibus copiis cæleſtibus
facta: iisque extra Hieroſolymam
in Cedronis conualle combuſtis,
eorum puluerem Bethel deportan-
5 dum curauit, flaminesque, qui
a Iudææ regibus inſtituti in ſacellis
per Iudææ oppida, et Hieroſoly-
mæ finitima, Baali, ſoli, lunæ,
planetis, cunctis denique copiis
cæleſtibus adolebant, ſuſtulit,
6 et lucum, ex Iouæ templo extra Hie-
roſolymam ad torrentem Cedro-
nem exportatum, apud torren-
tem cremauit: eoque in cinerem
comminuto, cinere illo populari-
7 um ſepulcra conſperſit; et gane-
as in Iouæ templo poſitas, vbi mu-
lieres luci conceptacula texebant,
8 exſtirpauit: abductisque omni-
bus ſacerdotibus ex Iudææ oppidis,
ſacella, in quibus adoleuerant ſa-
cerdotes, a Gaba ad Berſabam pol-
luit, diruitque ſacella portarum
ante portam Ioſuæ prætoris vrbani,
ad ſiniſtram portæ vrbis poſita.
Etenim non adſcendebant ſacellani
ſacerdotes ad aram Iouæ Hieroſo-
lymam, ſed apud fratres ſuos pani-
bus non fermentatis veſcebantur.
Polluit et Tophet, quod erat in
valle filii Hennomi, ne quis ſuum
filium filiamue per ignem Molocho
traiiceret: equos ſuſtulit, quos
Iudææ reges ſoli dederant, ab in-
greſſu templi Iouæ, apud cellam
Nathanmelechi ſpadonis, qui erat
apud Pharuarim, ipſasque ſolis
quadrigas igni cremauit. Aras in
tecto cœnaculi Achazi poſitas, a Iu-
dææ regibus factas, tum quas Ma-
nasſes in vtroque templi Iouæ atrio
fecerat, diruit rex, earumque pul-
uerem illinc proiectum cucurrit in
torrentem Cedronem. Sacella in 13
conſpectu Hieroſolymæ ad dextram
montis corruptionis poſita, quæ
Solomo Iſraelitarum rex Aſtarotho
Sidoniorum, et Chamoſo Moabi-
tarum nefario deo, et Melcomo
Ammonitarum flagitio conſtruxe-
rat, fœdauit, ſtatuas perfregit, 14
lucos ſuccidit, eorumque locum
humanis compleuit osſibus. A- 15
ram quoque apud Bethel poſitam
in ſacello, quod fecerat Ieroboa-
mus, Nabati filius, is qui Iſrae-
litas ſcelere obſtrinxerat, eam,
inquam, aram et ſacellum demo-
litus eſt, ſacellumque et lucum in
cineres incendio redegit. Quum- 16
que reſpiciens animaduertisſet ſe-
pulcra, quæ illic erant in monte:
curauit adferenda osſa ex illis ſe-
pulcris, eaque in ara combusſit,
atque aram funeſtauit, vt Iouæ
oraculum ferebat: quod diuinus
ille, iis ipſis rebus clara voce pro-
nuntiandis ediderat. Deinde quum 17
interrogasſet, quis esſet quidam
tumulus, quem cernebat; vbi re-
ſponſum eſt ab oppidanis, ſepul-
crum esſe diuini, qui a Iudæa ve-
nisſet, et ea ipſa, quæ rex fecerat,
ad aram bethelenſem futura pro-
nuntiasſet: iusſit illum omitti, 18
neque illius osſa a quoquam moue-
ri. Ita euaſerunt illius osſa, vna
cum osſibus vatis, qui Samaria
venerat. Præterea collinas ædes 19
omnes, quæ erant in oppidis ſa-
maritanis, ab Iſraelitarum regi-
bus ad Iouam irritandum factæ,
ſuſtulit Ioſias: eademque illis 20
fecit, quæ fecerat apud Bethel,
omnesque ſacellanos ſacerdotes, qui
illic erant, in aris mactauit, ho-
minumque osſa ſuper illis crema-
uit. Deinde Hieroſolymam re- 21
uerſus, iusſit rex omni populo,
vt paſcha Iouæ Deo ſuo agerent:
ſicuti ſcriptum erat in libro fœderis
illius. Nullum enim tale paſcha 22
actum fuerat a temporibus præſi-

dum, qui præfuerant Iſraelitis,
totoque tempore regum Iſraelita-
23 rum Iudæorumque, quale id Io-
uæ actum eſt Hieroſolymis, anno
24 regni Ioſiæ duodeuiceſimo. Ad
hæc ventriloquos, et diuinos, et
lares, et ſtercoreos deos, atque o-
mne nefas, quod vſquam in Iu-
dæa et Hieroſolymis exſtabat, ex-
terminauit Ioſias: vt omnia exſe-
queretur dicta legis, ſcripta in li-
bro, quem Helcias pontifex in
25 Iouæ templo repererat. Sed
quamquam huic regi comparandus
rex nullus, neque ante fuerat, ne-
que poſt eum exſtitit, qui ſe ita ad
Iouam tota mente, toto animo,
ſummaque ope, vt fert tota Moſis
26 lex, conuerterit: non tamen ſe-
dauit Ioua tantos iræ ſuæ ardores,
qua in Iudæos flagrabat, propter
tot flagitia, quibus a Manaſſe efferа-
27 tus erat: quin decreuerit etiam
Iudæos ex ſuo tollere conſpectu,
ſicut Iſraelitas ſuſtulerat: vrbem-
que illam a ſe electam Hieroſoly-
mam, et ædem, in qua domicilium
ſui nominis deſtinauerat, repudi-
28 are. De reliquis omnibus Ioſiæ
rebus geſtis ſcriptum exſtat in an-
29 nalibus regum Iudææ. Hic Io-
ſias rex, quum Pharaoni Nechoni,
Aegypti regi, aduerſus Aſſyriæ re-
gem in expeditionem ad flumen Eu-
phratem proficiſcenti, iuisſet ob-
uiam: occiſus ab eo eſt apud Ma-
geddonem, ſimulac cum illo con-
30 greſſus eſt; et a ſuis, mortuus,
a Mageddone Hieroſolymam deue-
ctus, in ſepulcro ſuo ſepultus eſt.
31 Eius in locum Ioachazus eius fili-
us a populo vnctus, rexque pro pa-
tre factus eſt, anno ætatis ſuæ vice-
32 ſimo tertio. Regnauit Hieroſo-
lymis tres menſes matre Hamutale,
33 Ieremiæ filia, Lebnenſi. Is ma-
iores ſuos imitatus, Iouam offen-
dit: eumque Pharao Necho in vin-
cula coniectum, apud Reblam in
agro hemathenſi regno hieroſoly-
34 mitano priuauit, et gentem cen-
tum argenti talentis et vno auri
multauit: Eliacimumque Ioſiæ fi-
lium pro patre regem creauit, mu-
tato eius nomine in Ioacimum:
Ioachazum autem ſecum in Aegy- 35
ptum abduxit, vbi etiam mortuus
eſt. Argentum autem, et aurum 36
ita Pharaoni pendebat Ioacimus, vt
hominum æſtimationem faceret,
et pro cuiuſque facultate, quod ad
Pharaonis arbitrium ſolueretur,
exigeret. Regnum iniit annos 37
natus viginti quinque: regnauit
Hieroſolymis annos vndecim: ma-
tre Zebuda Phadaiæ filia, Rumenſi.
Is in Iouam fuit impius, quemad-
modum fuerant eius maiores.

CAPVT XXIIII.

In Iudæam Nabuchodonoſor. Ioacimi mors, hæres Ioachin. Huius improbitas. Hieroſolymæ direptio. Populi captiuitas. Impietas Sedeciæ. In Iudæos Ioua.

HVius Ioacimi temporibus ex- 1
peditionem fecit Nabucho-
donoſor Babyloniæ rex: cui 2
quum Ioacimus tres annos ſubditus
fuisſet; deinde rebellionem fecis-
ſet: immiſit in eum Ioua latrones
Chaldæos, et Syros, et Moabitas, et
Ammonitas, qui Iudæam gras- 3
ſando vaſtarent, vt Ioua per vates
ſuos fuerat minatus: quæ res Iu-
dæis Iouæ iusſu accidit, vt eos pro- 4
pter tot nefaria Manasſis facinora,
fuſumque ab eo ſanguinem inno-
centem, quo ſanguine Hieroſoly-
mam repleuerat, e ſuo conſpectu
tolleret, nec eis veniam dare vellet.
De reliquis omnibus Ioacimi rebus 5
geſtis ſcriptum exſtat in annalibus
regum Iudææ. Ioacimo vita de- 6
functo ſucceſſit in regnum Ioachin
eius filius. Nec deinceps ſuis fini- 7
bus egreſſus eſt Aegypti rex: quo-
niam ceperat Babyloniæ rex a flu-
uio Aegypti ad fluuium Euphra-
tem, quidquid ægyptii regis erat.
Duodeuiceſimum annum agens Io- 8
achin regnum iniit: regnauit Hie-
roſolymis menſes tres, matre Ne-
hoſta,

hoſta, Elnathanis filia, Hieroſoly-
9 mitana. Is patrem ſuum imita-
tus, aduerſum Iouam impie vixit.
10 Per id tempus Nabuchodonoſoris
Babyloniæ regis homines aduerſus
Hieroſolymam expeditionem fece-
11 runt: quumque vrbs in obſidio-
nem veniſſet, et ipſe Nabuchodo-
noſor ad vrbem, a ſuis obſeſſam, ve-
12 niſſet: dedidit ſe Ioachin Iudææ
rex Babyloniæ regi, vna cum ſua
matre, clientibus, ducibus ſpadoni-
13 busque: quo capto, Babyloniæ
rex anno ſui regni octauo abſtulit
inde omnes tum templi Iouæ, tum
regiæ theſauros, omniaque confre-
git aurea vaſa, quæ Solomo rex Iſra-
elitarum ad Iouæ fanum fecerat:
quemadmodum fuerat a Ioua præ-
14 dictum. Et totam Hieroſolymam,
omnes duces, omnes milites, nu-
mero decem millia, omnesque fa-
bros et opifices, relicta ſola plebe,
15 tranſtulit: et Ioachine rege, eius-
que matre, et proceribus, et ſpado-
nibus, et regionis primatibus, omni-
busque militibus numero ſeptem
millium, fabrisque et opificibus
16 mille, omnibus denique, quorum
vires erant ad bellum idoneæ, Hie-
roſolyma Babylonem in captiuita-
17 tem abductis: Mattaniam Ioachi-
nis patruum regem pro illo fecit,
mutato eius nomine in Sedeciam:
18 qui Sedecias, anno ætatis ſuæ vice-
ſimo primo regnare ingreſſus, re-
gnauit Hieroſolymis annos vnde-
cim. Matrem habuit Hamutalem
19 Ieremiæ filiam, Lebnenſem. Fuit
aduerſum Iouam impius, vt fuerat
20 Ioacimus, Ioua tanta contra Hie-
roſolymam Iudæosque ira incen-
ſo; vt eos e ſuo conſpectu tolleret.

CAPVT XXV.

Sedeciæ defectio a rege Babyloniæ. Hieroſolymæ expugnatio, incenſio, exciſio. Ioachinis carcer. In eumdem regis Babyloniæ benignitas.

QVum hic Sedecias contra re-
gem Babyloniæ rebellaſſet,
anno eius regni nono, men-
ſis decimi die decima: Nabucho-
donoſor Babyloniæ rex ſuis omni-
bus copiis vrbem Hieroſolymam
adgreſſus, caſtris ad eam poſitis,
vallo cinxit. Quæ poſtquam ad 2
vndecimum regni Sedeciæ annum
obſidionem pertulit; nono die 3
menſis, vrgente in vrbe fame, nec
victu hominibus ſuppeditante, re-
fracta vrbs eſt, et rex Sedecias 4
cum omnibus militibus noctu per
viam portæ, muro vtrimque ſe-
ptam, præter regios hortos elapſus,
Chaldæis vrbem circumdantibus,
abiit per campeſtria. Sed eum 5
perſecuti milites chaldæi, et in
campo hierichuntio adſecuti, dila-
pſis eius omnibus copiis, ceperunt,
et Reblatham ad Babyloniæ regem 6
adduxerunt, atque ibi actum de
eius ſupplicio eſt, eiusque filiis 7
ob eius oculos trucidatis, ipſe ex-
cæcatus catenisque vinctus, Baby-
lonem abducitur. Quinti autem 8
menſis die ſeptima, anno regni
Nabuchodonoſoris vndeuiceſimo,
Nabuzardan magiſter equitum,
ſeruus regis Babylonis, Hieroſoly-
mam profectus, Iouæ templum, 9
et regiam, et omnia Hieroſolymæ
ædificia, et maximas quasque do-
mos, igni cremauit. Muros au- 10
tem Hieroſolymæ omnes eius mi-
lites vndique demoliti ſunt. Re- 11
liquias hominum, qui in vrbe ſu-
pererant, quique ad Babyloniæ re-
gem transfugerant, quodque vulgi
ſupererat, Nabuzardan magiſter
equitum in exſilium deportauit:
relictis ex tenui plebe, qui vineas 12
agrumque colerent. Columnas 13
æneas, baſesque, et lacum æneum,
quæ in æde Iouæ erant, fregere
Chaldæi, eorumque æs Babylonem
portarunt. Ollas, palas, inſtru- 14
menta muſica, lances, omniaque
ænea vaſa miniſtratoria ceperunt.
Acerras et phialas, qua aureas, qua 15
argenteas, cepit magiſter equitum:
columnas duas, lacum vnum, baſes 16
quas Solomo rex fecerat ad Iouæ
tem-

17 templum : quorum tot vaſorum
immenſum æris pondus erat, duo-
deuiginti cubitus in altitudinem
patente columna vna, capitello æ-
reo tres cubitos alto, reticulato
opere et malogranatis vndique or-
nato, æneis omnibus, quæ eadem
reticulati operis ratio erat et in
18 altera columna. Comprehendit
etiam magiſter equitum Saraiam,
principem ſacerdotem, et Sopho-
niam, ſacerdotem ſecundarum par-
19 tium, et tres atrienſes, ac ex
vrbe ſpadonem vnum, qui præfe-
ctus fuerat militibus, et quinque
de regis adſeclis, qui in vrbe com-
parebant, et Sophrem exercitus du-
cem, qui delectus habere ſolitus
erat, et ſexaginta indigenas in vrbe
20 inuentos; hos, inquam, compre-
henſos, magiſter equitum Nabu-
zardan Reblatham ad Babyloniæ
21 regem duxit, qui illic eos in
finibus Hemathenſium interfecit.
22 Abductis autem ex ſua patria Iu-
dæis, Nabuchodonoſor reliquis eo-
rum, quos ibi reliquerat, Godoliam
Ahichami filium, Saphanis nepo-
23 tem præfecit. Quod poſtquam
quum ceteri, tum omnes militum
duces intellexerunt, Godoliam a
Babyloniæ rege eſſe præfectum:
conuenerunt ad eum Maſpham,
Iſmael Nathaniæ filius, Ioannes
Careæ, Saraias Thanehumethi Ne-
tophatita, et Iazanias Maachati,
vna cum ſuis: quibus quorum- 24
que hominibus Godolias iurauit,
nullum eis esſe a Chaldæorum
hominibus periculum: incolerent
modo eam terram, regique Baby-
loniæ ſubditi esſent: ita bene ha-
bituros. Sed accidit menſe ſepti- 25
mo, vt Iſmael Nathaniæ filius, Eli-
ſamæ nepos, de ſtirpe regia, cum
decem hominibus eo veniret, Go-
doliamque et Iudæos Chaldæosque,
qui cum eo erant, Maſphæ occide-
ret. Tum vniuerſus populus, ma- 26
gni æque ac parui, militumque du-
ces, metu Chaldæorum in Aegy-
ptum profecti ſunt. Anno autem 27
triceſimo ſeptimo exſilii Ioachinis
Iudææ regis, duodecimi menſis die
viceſima ſeptima, curauit Euilme-
rodachus Babyloniæ rex, quo anno
regnare cœpit, extrahendum ex
carcere Ioachinem Iudææ regem,
eumque comiter adlocutus, eius 28
ſolium in ſolio collocauit altiore,
quam erant ceterorum regum ſo-
lia, quos Babyloniæ habebat, muta-
tis eius carceris veſtimentis, eum- 29
que per omnem vitam conuicto-
rem habuit, et quotidiano de- 30
menſo ex regio penu aluit, quam-
diu vixit.

PARA-

PARALIPOMENON,
QVI HEBRAEIS
ANNALES
DICVNTVR,
LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

Adami nepotes. Terræ diuiſio. Idumæi duces.

ADAMVS, Sethus, Enosſus,
Cenan, Mahalaleel, Iare-
dus, Henochus, Mathu-
ſala, Lamechus, Noa,
Semus, Chamus, Iaphetus. Ia-
pheti filii Gomer, Magogus, Ma-
dais, Iauan, Tubal, Meſechus et
Thiras. Gomeris filii Aſcanes,
Riphatus et Thogormas. Iauanis
filii Eliſa, Tharſiſa, Cethimus et
Dodanimus. Chami filii Chus,
Misraimus, Phutus et Chanaan.
Chus filios habuit Sabam, Heui-
lam, Sabatham, Regmam et Saba-
thacham. Regma Sabam et Dada-
nem. Chus etiam Nembrodum
genuit, qui primus heroum fuit in
terris. Misraimus genuit Ludim,
Anamim, Laabim, Naphtuhim,
Pathruſim et Casluhim, vnde or-
ti ſunt Palæſtini et Cappadoces.
Chanaan genuit Sidonem primum,
Hethum, Iebuſem, Amorrem, Ger-
geſem, Heuem, Arcem, Sinem,
Aruadem, Samarem, et Hemathem.
Semi filii fuerunt Elamus, Aſſur,
Arphaxadus, Ludus, Aramus, V-
us, Hul, Gether et Maſechus.
Arphaxadus genuit Salam. Sala
Hebrem. Heber duos, vnum
nomine Phalegum, quod eius tem-
poribus diuiſa terra eſt: alterum
Ioctanem. Ioctan Almodadum,
Salephum, Hazarmotum, Iaram,
Hadoramum, Vzalem, Declam, 21
Ebalem, Abimaelem, Sabam, 22
Ophirem, Heuilam, et Iobabum. 23
Hi omnes Ioctanis filii: Semus, 24
Arphaxadus, Sala: Heber, Pha- 25
legus, Ragus, Serugus, Nachor, 26
Thara, Abramus, qui et Abra- 27
hamus, Abrahami filii, Iſaacus 28
et Ismael, quorum porro pro- 29
genies hæc eſt. Ismaelis primo-
genitus Nabaiothus, Cedar, Adbeel,
Mabſamus, Masma, Duma, Mas- 30
ſa, Hadar, Thema, Iatur, Naphis, 31
Cedma. Hi fuerunt Ismaelis filii.
Ex Cetura Abrahami concubina 32
nati ſunt filii, Zamram, Iocſan,
Madan, Madian, Isbocus et Sua.
Iocſanis filii, Saba et Dadan. Ma- 33
dianis Epha, Epher, Henochus, A-
bida et Eldaa. Hi omnino fuere
Ceturæ filii. Genuit autem Ab- 34
rahamus Iſaacum. Iſaacus filios
habuit Eſaum et Israelem. Eſai 35
filii fuerunt Eliphazus, Raguel, Ieus,
Ieglomus et Cora. Eliphazi 36
Theman, Omar, Sephis, Gaatamus,
Cenas, Thamna et Amalechus,
Raguelis Nahathus, Zara, Samma 37
et Meza. Seiris Lotan, Sobal, Se- 38
beon, Ana, Diſon, Eſer et Diſan.
Lotan filios habuit Horim et Ho- 39
mamum, et ſororem Thamnam,
Sobalis filii Alian, Manahathus, E- 40
bal, Sephis et Onamus. Sebeonis
Aia et Ana. Anæ Diſon: Diſonis 41
Hamran, Esban, Iethran et Charan.
Eſeris Balaan, Zaanan et Iachan. 42
Diſonis Huzus et Aran.

43 Reges autem, qui in Idumæa re-
gnauerunt, antequam ſub regum
imperio esſent Iſraelitæ, hi ſunt.
Bala Beoris filius, cuius oppidi no-
44 men fuit Denaba. Mortuo Bala
ſucceſsit in regnum Iobabus Zaræ
45 filius, Bosrenſis, Iobabo Huſamus
46 ex terra Themaniorum. Huſamo
Adadus Badadi filius, qui Madiani-
tas deuicit in agro moabitico. E-
47 ius oppidi nomen eſt Auita. A-
dado ſucceſsit Samla Masrecanus.
48 Samlæ Saulus a Rohobothis, qui
49 locus eſt apud fluuium. Saulo
50 Baalhanan Achoboris filius. Baal-
hanani Adadus: cuius vrbs fuit no-
mine Pai, vxor autem Metabeel, fi-
51 lia Matredis, Mezahabi filiæ. Mor-
tuo Adado hi fuere duces idumæi,
52 Thamna, Alia, Iethetus, Ooliba-
53 ma, Ela, Pinon, Cenazus, The-
54 man, Mapſar, Magdiel et Iramus.
Hi fuere duces idumæi.

CAPVT II.

Iſraelis progenies. Litterati Iabenſes.

1 ISraelis filii fuere Ruben, Simeon,
Leuis, Iudas, Isſachar, Zabulon,
2 Dan, Ioſephus, Beniamin, Neph-
3 thalis, Gadus et Aſer. Iudæ fi-
lii, Er, Onan et Sela, quos tres ex
Suæ Chananæi filia ſuſtulit. Sed
Ere Iudæ primogenito a Ioua, cui
4 displicebat, necato, ſuſtulit Iu-
das ex Thamare ſua nuru Pharem
et Zaram. Ita fuerunt omnino Iu-
5 dæ filii quinque. Pharis filii fue-
6 runt Hesron et Hamul. Zaræ
Zambris, Ethan, Heman, Chelcol
7 et Dara: quinque omnino. Char-
mis autem Achar, is qui turbauit
Iſraelitas, ſacrilegii crimine com-
8 miſſo. Ethanis Azarias.
9 Esron ſuſtulit Ierameelem, Ramum
10 et Calubaim. Ramus Aminada-
bum. Aminadabus Nahasſonem
11 Iudæorum principem. Nahas-
12 ſon Salmam. Salma Boozum. Boo-
13 zus Obedem. Obed Iſæum. Iſæ-
us primum Eliabum, alterum Abi-
nadabum, tertium Semmaam,
quartum Nathanaelem, quintum 14
Raddaim, ſextum Aſomum, ſe- 15
ptimum Dauidem. Horum ſoro- 16
res fuere Saruia et Abigail, Saruiæ
filii tres, Abiſæus, Ioabus et Aſael.
Abigail genuit Amaſam ex Iethre 17
Iſmaelita. Calebus, Hesronis fi- 18
lius vxorem duxit Azubam et Ierio-
tham: * ex illa filios habuit Iaſe-
rem, Sobabum et Ardonem. Mor- 19
tua Azuba, duxit Calebus Ephra-
tham, ex qua ſuſtulit Hurem.
Hur genuit Vrim, Vris Beſeleelem. 20
Poſtea congresſus Hesron cum Ma-
chiris patris Galaadi filia, quam 21
duxerat annum agens ſexageſimum,
procreauit ex ea Segubum. Segu- 22
bus Iairem, qui viginti tria oppida
habuit in Galaaditide. Iairis vi- 23
cos iairios eripuerunt Gesſuræi et
Syri, videlicet Canatham et eius
colonias, oppida ſexaginta. Hi
ſunt omnino Machiris Galaadita-
rum patris poſteri. Poſt Hesro- 24
nis obitum Calebus cum Ephrata
congresſus eſt. * Hesronis vxor e-
rat Abia, quæ ex eo peperit Ashu-
rem Thecuæ patrem.

Ierameel Hesronis primogenitus 25
filios habuit primum Ramum, Bu-
nam, Aranem, Aſomum et Achiam.
Habuit et alteram Ierameel vxorem 26
nomine Ataram, quæ fuit mater O-
nami. Ramus Ierameelis primo- 27
genitus filios habuit Mooſum, Iami-
nem et Acharem. Onamus Sam- 28
maim et Iadam. Sammais Nadabum
et Abiſurem. Abiſur ex vxore ſua 29
Abihaile ſuſtulit Ahbanem et Moli-
dem. Nadabi filii fuere Saledus et 30
Apphaimus: quorum Saledus ſine
prole mortuus eſt. Apphaimus fi- 31
lium habuit Ieſim. Ieſis Seſanem. Se-
ſan Oholaim. Iada Sammais frater 32
Iethrem et Ionathanem. Iether ſine
liberis deceſsit. Ionathan habuit
Phalethum et Zazam. Hi ſunt Ie-
rameele prognati. Seſan filios non
habuit, ſed filias. Is ſeruum quum
habe-

haberet ægyptium, nomine Iera-
5 am: dedit ei filiam ſuam in ma-
trimonium, quæ ex eo peperit At-
6 taim. Attais genuit Nathanem.
7 Nathan Zabadum. Zabadus O-
8 phlalem. Ophlal Obedem. Obed
9 Iehum. Iehus Azariam. Azarias
0 Haleſum. Haleſus Eleaſam. E-
leaſa Siſamaim. Siſamais Sellumum.
1 Sellumus Iecamiam. Iecamias Eli-
2 ſamam. Calebo Ierameelis fratri
filii fuere, Meſa primogenitus, Zi-
phi pater, et filii Mareſæ patris He-
3 bronis, Hebroni Cora, Thapua,
4 Recemus et Samma. Samma ge-
nuit Rahamum, Iercaami patrem.
5 Recemus Sammaim, cuius filius
6 fuit Maon Bethſuris pater. Epha
Calebi concubina genuit Haranem,
Mozam et Gazezum. Haran ge-
7 nuit Gazezum. Iahdais filii fue-
re Regemus, Iothamus, Geſan, Pha-
8 lethus, Epha et Saaphus. Calebi
concubina Maacha genuit Sabrem
9 et Tharanam. Peperit et Saa-
phum Madmenæ, et Seuam Macbe-
næ et Gabaæ patrem. Calebi filia
0 fuit Axa. Hos filios habuit Cale-
bus Huris filius, Ephrathæ primo-
genitus, Sobalem Cariathiarimi,
1 Salmam Bethlehemi, et Harephum
2 Bethgaderis patrem. Habuit et-
iam filios Sobal, Cariathiarimi pa-
ter, dimidiæ Manuhotæ vates.
3 Cariathiarimi familiæ fuere, Iethri-
na, Haphutina, Sumatina et Maſa-
raina, a quibus orti ſunt Sarathei et
4 Eſthaolei. Salmæ filii Bethlehe-
mus et Netophatis, * ornamenta do-
mus Ioabi, et dimidium Manahthi-
5 tarum, Sareitarum. Litterato-
rum Iabenſium familiæ ſunt Thi-
ratiorum, Simeatiorum et Sucha-
tiorum, id eſt Cenæorum, ortorum
ab Hammatho auctore ſtirpis Re-
chabitarum.

CAPVT III.

Dauidis filii, poſteri.

DAuidis filii, quos Hebrone
ſuſtulit, fuere, natu primus
Amnon, ex Achinoama Iezrae-
litide. Secundus Daniel ex Abi-
gaile Carmelitide. Tertius Ab- 2
ſalomus, Maacha natus, filia Tal-
mais regis Geſſuris. Quartus A-
donias Hagitha natus. Quintus 3
Saphatias, ex Abitale. Sextus Ieth-
raamus, ex Egla eius vxore. Hos 4
ſex Hebrone progenuit, vbi ſe-
ptem annos et ſex menſes regnauit.
Hieroſolymæ autem, vbi triginta 5
tres annos regnauit, hos filios pro-
creauit, Semaam, Sobabum, Na-
thanem et Solomonem: hos qua-
tuor ex Bethſaba * Ammielis filia.
Præterea nouem, videlicet Ieba- 6
harem, Eliſamam, Eliphaletum.
Nogam, Nephegum, Iaphiam. 7
Eliſamam, Eliadam et Eliphaletum. 8
Hi omnino fuere Dauidis filii, 9
præter natos ex concubinis, et
Thamarem illorum ſororem. So- 10
lomo filium habuit Roboamum.
Roboamus Abiam. Abias Aſam.
Aſa Ioſaphatum. Ioſaphatus Io- 11
ramum. Ioramus Ochoziam. O-
chozias Ioam. Ioas Amaſiam. 12
Amaſias Azariam. Azarias Iotha-
mum. Iothamus Achazum. A- 13
chazus Ezechiam. Ezechias Ma-
naſſem. Manaſſes Amonem. A- 14
mon Ioſiam. Ioſiæ filii fuere, 15
primus Ioannes: alter Ioacimus:
tertius Sedecias: quartus Sellumus.
Ioacimi filius fuit Iechonias: huius 16
porro Sedecias. Iechoniæ Aſir 17
Salathielis pater, Melchiramus, 18
Phadaias, Seneſer, Iercemias,
Hoſama, et Nadabias. Phadaiæ 19
Zorobabel et Simeis. Zorobabelis
Moſolamus et Ananias (hi ſororem
habuere Solomitham) Præterea 20
quinque, Haſuba, Chel, Barachi-
as, Haſadias, et Ioſabheſed. A- 21
naniæ filii Phaltias et Eſaias huius
porro Raphaias: cuius Arnan, cu-
ius Abdias, cuius Sechenias. Se- 22
cheniæ filius Semeias. Semeiæ
ſex, Hattus, Iegaal, * Barias, Naa-
rias, et Saphatus. Naariæ tres, 23
Elioenais, Ezechias, et Azricamus.

24 Elioenais filii ſeptem, Oduias, E-
liaſibus, Pheleias, Accubus, Io-
annes, Dalaias, et Ananis.

CAPVT IIII.

Iudæ filii nepoteſque. Simeoniorum geſta, loca.

1 IVdæ filii Phares, Hesron, Char-
2 mis, Hur et Sobal. Sobalis fi-
lius Raias, genuit Iahathum. Ia-
hathus Ahumaim et Iahadum. Hæ
3 ſunt Sarathitarum gentilitates, at-
que hæc familiarum capita, Eta-
mus, Iezrael, Ieſema et Iedebas:
qui ſororem habuerunt nomine
4 Hazlelponim. Phanuel pater fuit
Gedoris, et Ezer pater Hoſæ. Hi
ſunt ab Hure nati, Ephrathæ pri-
5 mogenito, patris Bethlehemi. As-
hur Thecuæ pater duas habuit
6 vxores, Heleam et Naaram. Ex
Naara genuit Ahuzamum, Heph-
rem, Temenim et Ahaſtarim. Hi
7 ſunt Naara nati. Ex Helea nati
ſunt Sarethus, Seohar et Ethnan.
8 Cos genuit Anubum, Sobebam,
et gentilitates Aharehelis, Harumi
filii.
9 Fuit autem Iabes fratrum ſuo-
rum nobilisſimus, Iabes a ma-
tre propterea nominatus, quod illa
dixisſet, ſe cum dolore peperisſe.
10 Is Iabes Israelitarum Deum orauit,
vt ſibi faueret, ſuos fines amplifi-
caret, ſecum faceret, ſeque malo
infeſtari non ſineret: ea poſtulata
11 Deus ei concesſit. Chelubus au-
tem Suhæ frater Machirem Eſtho-
12 nis patrem genuit. Eſthon genuit
Bethrapham, Paſeam et Tehinnam
conditorem oppidi Nahæ. Hi ſunt
13 Rechani. Cenazi filii fuerunt
Othoniel et Saraias. Othonielis
14 Hathathus. Meonothais genuit
Ophram. Saraias Ioabum, aucto-
rem vallis fabrorum: nam fabri
15 fuerunt. Calebus Iephonis filius fi-
lios habuit Ieum, Elam et Naanum,
16 Ela Cenazum. Iehalleleel Zi-
phim, Ziphaim, Thiriam et Aſa-
raelem. Esdras Iethrem, Mere- 17
dum, Ephrem et Ialonem. Genuit
et Mariam, Sammaim et Iesbam,
Eſthamoæ patrem. Eius vxor 18
Iudia genuit Iaredum Gedoris pa-
trem, et Hebrem Sochonis, et Iacu-
tielem Zanoæ. Atque hi ſunt a
Bithia nati, Pharaonis filia, quam
duxerat Maredus. Filii autem 19
vxoris Hodiæ, ſororis Nahami,
patris Ceilæ, fuere Garmis et Aſtha-
moa Maachatita. Simonis Amnon 20
Rinna, Benhanan et Thilon. Ie-
ſeis filii Zohethus et Benzohetus.
Sela Iudæ filius filios habuit Erem 21
Lechæ et Ladam Mareſæ patrem,
et familias officinæ linariæ, domus
Asbeæ, et Iocimum, et Cozebam, 22
et Ioam, et Saraphum, qui Moabitis
imperauerunt, et Iaſubilahemum,
et antiqua geſta. Hi figuli et ha- 23
bitatores ſatorum ſepiumque, cum
rege in eius opere illic habitarunt.
Simeonis filii fuere Namuel, Ia- 24
min, Iaribus, Zera, Saulus. Sauli 25
filius Sellumus. Sellumi Mibſa-
mus. Mibſami Misma. Mismæ 26
Hamuel. Hamuelis Zaccur. Zac-
curis Simeis. Simeis filios habuit 27
ſexdecim, et filias ſex. Eius fratres
non multos habuerunt filios, ne-
que omnes eorum familiæ æqua-
uerunt a Iuda prognatos. Inco- 28
luerunt autem Berſabam, et Mola-
dam, et Hazarſual, et Bleam, et 29
Ezemam, et Tholadam, et Ba- 30
thuel, et Hormam, et Siceleg, et 31
Bethmarcabotha, et Hazarſuſimam,
et Bethbireim, et Saaraimam. Hæc
fuerunt illorum oppida vsque ad
regnum Dauidis. Pagi autem 32
Etama, Ain, Remmon, Thocen et
Aſan, oppida quinque, omnesque 33
eorum pagi circum oppida illa po-
ſiti vsque ad Baal. Hæ fuerunt
eorum ſedes et ditio. Meſobabus 34
autem, et Iamlechus, et Ioſa Ama-
ſiæ filius, et Ioel, et Iehus Ioſibiæ 35
filius, Saraiæ nepos, Aſielis prone-
pos, et Elioenais, et Iacoba, et 36
Ieſohaias, et Aſaias, et Adiel, et Ie-
ſimeel,

7 ſimeel, et Banaias, et Ziza Siphæis
filius, Allonis nepos, Iadaiæ pronepos, Simris abnepos, Samaiæ atne-
8 pos; hi, inquam, veniunt in nomina principum ſuarum gentilitatum, ſuarumque patriarum domorum multitudinem propa-
9 garunt. Quum enim progreſſi vsque ad aditum Gedoris, qua ſol in vallem exoritur, ad exploranda ſuo
0 pecori paſcua, nacti eſſent paſcuum pingue atque bonum, terramque ſpatioſam, et otio ac felicitate fruentem: (fuit enim ante a Chami
1 prognatis habitata) profecti ſunt eo ii, qui ſupra nominatim ſcripti ſunt, temporibus Ezechiæ Iudææ regis: illorumque tabernacula, et quæ exſtabant ædificia, funditus euerterunt, et in loco illorum paſcua pecori ſuo nacti ad hunc diem
2 habitarunt. Nonnulli etiam eorum, videlicet Simeoniorum, homines quingenti, montem Seirem adgreſſi, ducibus Phaltia, Naaria,
3 Raphaia et Oziele Ieſis filiis, Amalechitarum reliquias vicerunt, ibique ad hunc diem habitarunt.

CAPVT V.

Rubenis progenies, eiusdem ditiones, bella, victoriæ, ſcelera, calamitates.

1 RVbenis autem Iſraelis primogeniti (fuit enim is primogenitus, ſed ob violatum ab eo patris lectum genialem, data eſt eius ætatis prærogatiua filiis Ioſephi, Iſraelis filii, non tamen vt is
2 primogenitus cenſeretur: nam Iudas fratrum fortiſſimus illum ſuperauit potentatu, ſed ætatis præ-
3 rogatiua fuit Ioſephi) Rubenis, inquam, Iſraelis primogeniti, fuere filii Henochus, Phallus, Heſron et
4 Charmis. Ioelis filius fuit Samaias: huius filius Gogus, nepos Si-
5 meis, pronepos Micha, abnepos Raia, atnepos Baal, trinepos Beera,
6 qui Rubenenſium princeps captiuus abductus eſt a Teglatphalnaſare
Aſſyriæ rege. Eius fratres in fa- 7
milias et nationes recenſiti fuerunt, princeps Ieiel et Zacharias.
Bela autem Azanis filius, Semæ ne- 8
pos, Ioelis pronepos, Aroer incoluit vsque ad Nabonem et Baalmeonem. Ab oriente autem occu- 9
pauit, quod eſt ab Euphrate fluuio, ad ingreſſum ſolitudinis: habuerunt enim multa pecora in Galaaditide. Ac Sauli temporibus bel- 10
lum geſſerunt cum Hagarenis, iisque victis eorum tabernacula occuparunt, quaqua ad orientem patet Galaaditis regio.

Gaditæ autem e regione eorum 11
habitarunt in Baſana, vsque ad Salcam, Ioele principe, ſecundum 12
quem erat Saphamus. Ianais autem et Saphatus in Baſana. Eorum 13
fratres, familiarum patres fuere Michael, Moſollamus, Seba, Iorais, Iacan, Zia et Heber: qui ſeptem 14
nati ſunt ex Abichaile Huris filio, Iadoæ nepote, Gaaladi pronepote, Michaelis abnepote, Ieſiſais atnepote, Iahdonis Buſi filii trinepote: quo- 15
rum familiæ princeps fuit Ahis Abdielis filius, Gunis nepos. Inco- 16
luerunt autem Galaaditidem et Baſanam, eiusque colonias, et omnia Saronis, quaqua patent, pomœria. Hi omnes cenſi ſunt temporibus 17
Iothami Iudææ, et Ieroboami Iſraelitarum regis. Rubenitarum 18
et Gaditarum, et dimidiæ tribus manaſſenſis bellatorum, qui ſcutum et enſem ferre arcumque torquere poſſent, et rei militaris periti eſſent, fuere quadraginta quatuor millia ſeptingenti, ſexaginta, qui arma ferre poſſent. Hi bellum 19
geſſerunt cum Hagarenis, qui Ieturæos, et Naphienſes, et Nodabanos auxiliares habebant: de- 20
que illis et omnibus illorum auxiliaribus victoriam obtinuerunt (nam in prœlio Deum inuocarunt; isque ab eis, quippe in eo fiduciam habentibus, exoratus eſt) illorum- 21
que pecora ceperunt, camelorum

quinquaginta millia, ouium et ca-
prarum ducenta quinquaginta mil-
lia, aſinorum duo millia, hominum
22 centum millia. Multis in prœlio
cæſis (nam diuinitus pugnatum eſt)
inque loco illorum habitarunt vs-
23 que ad captiuitatem. Homines
autem dimidiæ tribus manasſenſis
terram illam incoluerunt a Baſana
ad Baalhermonem, et Senir, et mon-
tem Hermonem: adeo multi erant.
24 Eorum familiarum capita fuerunt
Hepher, Iiſeis, Eliel, Azriel, Iere-
mias, Hodauias et Iahdiel, homines
bellicoſi et illuſtres, familiarum
25 ſuarum principes. Sed quum in
Deum patrium crimen commiſiſ-
ſent, et incolarum (quos Deus in
eorum gratiam vaſtauerat) diis ſeſe
26 proſtituiſſent: excitauit Iſraeli-
tarum Deus Phulem Aſſyriæ, et
Thegiatphalnaſarem item Aſsyriæ
regem, qui Rubenitas, Gaditas et
dimidiam tribum manasſenſem,
captiuos abduxerunt Halam, Habor,
27 Haram, et ad fluuium Gozanem,
quæ captiuitas adhuc durat.

CAPVT VI.

Leuitæ. Cantores. Aharon. Eiusdem proles. Leuitarum oppida.

1 LEuis filii fuere Gerſon, Caha-
2 thus et Meraris. Cahathi
Amramus, Iſaar, Hebron et
3 Oziel. Amrami, Aharon, Mo-
ſes et Maria. Aharonis Nadabus,
Abius, Eleazarus et Ithamarus.
4 Eleazarus genuit Phineem. Phi-
5 nees Abiſuam. Abiſua Buquim.
6 Buquis Ozim. Ozis Zaraiam. Za-
7 raias Meraiothum. Meraiothus
Amariam. Amarias Achitobum.
8 Achitobus Sadocum. Sadocus A-
9 chimaam. Achimaas Azariam.
10 Azarias Ioannem. Ioannes Aza-
riam, eum qui ſacerdotio functus
eſt in templo, a Solomone Hieroſo-
11 lymis exſtructo. Azarias genuit
Amariam. Amarias Achitobum.
12 Achitobus Sadocum. Sadocus Sel-
lumum. Sellumus Helciam. Hel- 1
cias Azariam. Azarias Saraiam. 1
Saraias Ioſedecum. Ioſedecus 1
migrauit, quum captiuos abduxit
Ioua Iudæos et Hieroſolymitanos
per Nabuchodonoſorem. Leuis 1
filii fuerunt Gerſomus, Cahathus
et Meraris. Gerſomi Lebnis et 1
Semeis. Cahathi Amramus, Iſaar, 1
Hebron et Oziel. Meraris, Mo- 1
holis et Muſis. Atque hæ ſunt le-
uiticarum gentilitatum familiæ.
Gerſomi filius fuit Lebnis. Le- 2
bnis Iahathus. Iahathi Zimma.
Zimmæ Ioa. Ioæ Iddo. Iddonis 2
Zera. Zeræ Ieahtrais. Cahathi 2
autem filius fuit Amminadabus.
Amminadabi Cora. Coræ Asſir.
Asſiris Elcana. Elcanæ Abiaſaphus. 2
Abiaſaphi Asſir. Asſiris Taha- 2
thus. Tahathi Vriel. Vrielis O-
zias. Oziæ Saulus. Elcanæ filii 2
fuerunt Amaſais, Achimothus et
Elcana. Elcanæ Sophais. So- 2
phais Nahathus. Nahathi Elia- 2
bus. Eliabi Ioramus. Iorami El-
cana. Samuelis filii fuerunt, pri- 2
mus Vasnis et Abias. Meraris 2
filius fuit Moholis: huius porro
Lebnis: huius Semeis: huius Oza:
huius Sammaa: huius Haggias: 3
huius Aſaias. Sequuntur quos 3
præfecit Dauid canendi negotio in
templo Iouæ, poſtquam requieuit
arca, miniſtraruntque in eo neg- 3
otio ante tabernaculum oracularis
tentorii, donec conſtruxit Solomo
Iouæ templum Hieroſolymis ſuum
munus, vt ritus eorum ferebat,
obeuntes. Hi ſunt igitur qui obi- 3
bant, vna cum filiis ſuis ex Cahathi
filiis.

Heman cantor, Ioelis filius, Sa-
muelis nepos, Elcanæ prone- 3
pos, Iorami abnepos, Elielis atne-
pos, Toæ trinepos: Suphi filii, 3
Elcanæ nepotis, Mahathi pronepo-
tis, Amaſais abnepotis, Elcanæ 3
atnepotis, Ioelis trinepotis: Aza-
riæ porro filii, Sophoniæ nepotis,
Tahathi pronepotis, Asſiris ab- 3
nepo-

nepotis, Abiaſaphi atnepotis, Coræ
38 trinepotis. Iſaaris filii, Cahathi
nepotis, Leuis pronepotis, Israelis
39 abnepotis. Eius frater fuit Aſa-
phus, qui ei dexter adſtabat Bara-
40 chiæ filius, Sammaæ filii, Mi-
chaelis filii, Baaſeiæ filii, Malchiæ
41 filii, Ethnis filii, Zeræ filii, A-
42 daiæ filii, Ethanis filii, Zimmæ
43 filii, Semeis filii, Iahathi filii,
44 Gerſomi filii, Leuis filii. Ad ſini-
ſtram adſtabant Merarenſes eorum
conſanguinei, Ethan Ciſis filius,
45 Abdis filii, Maluchi filii, Haſab-
iæ filii, Amaſiæ filii, Helciæ filii,
46 Amzis filii, Banis filii, Sameris filii,
47 Moholis filii, Muſis filii, Meraris
48 filii, Leuis filii. Horum conſan-
guineis mandatum erat totius ta-
bernaculi munus templi diuini.
49 Aharon autem eiusque filii adole-
bant ad aram victimariam, et ad
aram ſuffitoriam, totum ſanctioris
ſanctuarii opus adminiſtrantes, et
pro Israelitis ſupplicantes, quem-
admodum Moſes Dei ſeruus præ-
ceperat.
50 Hi ſunt autem Aharone prognati:
Eleazarus, a quo Phinees, a quo A-
51 biſua, a quo Buquis, a quo Ozis, a
52 quo Rahias, a quo Meraiotus, a
53 quo Amarias, a quo Achitobus, a
54 quo Sadocus, a quo Achimaas. Eo-
rum autem ſedes, in arces per eo-
rum fines distributæ, ſic habent.
55 Aharoniorum cahathinæ cognati-
oni (nam eius fuit ſors) tributa eſt
Hebron in Iudæa, cum ſuis vndique
56 pomœriis. Oppidanus autem ager,
eiusque pagi, dati ſunt Calebo Ie-
57 phonis filio. Sed Aharonis natis
data ſunt oppida aſyla Hebron et
58 Lebna cum ſuis pomœriis. Iattir
et Eſthemea cum ſuis pomœriis, Hi-
59 len cum ſuis pomœriis, Dabir
cum ſuis pomœriis, Aſan cum ſuis
pomœriis, Bethſames cum ſuis po-
60 mœriis. Ex tribu autem Beniami-
tarum, Gabaa cum ſuis pomœriis,
Allemeta cum ſuis pomœriis, Ana-
thotha cum ſuis pomœriis: quo-
rum omnium oppidorum ſumma
eſt tredecim, pro illorum gentilita-
tibus. Cahathitis autem reliquis 61
ex gentilitate tribus, ex dimidia tri-
bu dimidiæ manasſenſis, ſorte obue-
nerunt oppida decem. Gerſomio- 62
rum gentilitatibus ex tribu isſacha-
riana, et aſeriana, et nephthalenſi,
et manasſenſi in Baſana tredecim.
Merarenſium ex rubenenſi, et ga- 63
denſi, et zabulonia, duodecim.
Dederunt igitur Israelitæ Leuitis 64
oppida cum ſuis pomœriis, eaque 65
oppida, quæ ſuis adpellantur nomi-
nibus, ſorte distribuerunt ex tribu
Iudæ, et Simeoniorum, et Benia-
mitarum. Cahathitarum autem 66
gentilitatibus, qui ſuorum finium
oppida habuerunt ex Ephraimi
tribu, tribuerunt oppida perfugii,
Sichemam in monte Ephraimita- 67
rum, Gazer, Iochmaam, Betho- 68
ronem, Aialonem et Gethrem- 69
monem, cum ſuis quodque pomœ-
riis. Ex dimidia autem tribu Ma- 70
nasſis Aner et Balaam, cum ſuis v-
trumque pomœriis. Atque hæc reli-
quorum Cahathitarum gentilitati.
Gerſomiis autem ex gentilitate di- 71
midiæ tribus Manasſis, Gaulanem
in Baſana et Aſtarotha, cum ſuis
vtrumque pomœriis. Ex tribu 72
isſachariana Cadem, Debratam,
Ramotha et Aneman, cum ſuis 73
quodque pomœriis. Ex aſeriana 74
tribu Maſal, Abdonem, Huco- 75
cam et Rohobam, cum ſuis quod-
que pomœriis. Ex nephthalenſi 76
Cadem in Galilæa, Hammonem et
Cariathaimum, cum ſuis quamque
pomœriis. Merarenſibus reliquis 77
dederunt ex tribu zabulonia Rem-
mononem et Tabor, cum eorum
pomœriis, trans Iordanem au- 78
tem Hierichuntium ab oriente Ior-
danis ex tribu rubenenſi, Bezer
in ſolitudine cum ſuis pomœriis,
Iazam, Cedemotha et Mephaatam 79
cum ſuis quodque pomœriis. Ex 80
tribu gadenſi, Ramotha in Galaa-
ditide, Mahanaimum. Heſebonem 81
et Iazer, cum eorum pomœriis.

CAPVT

CAPVT VII.

Iſſacharis filii nepoteſque, numerus eorumdem ſub Dauide. Beniaminis, Nephthalis, Manasſis, Ephraimi, Aſeris progenies.

1 ISſacharis filii quatuor, Thola,
Phua, Iaſubus et Semeron.
2 Tholæ filii Ozis, Raphaia,
Ieriel, Iahmais, Iebſamus et Samuel,
tholanarum familiarum principes,
viri militares, in ſuas ſtirpes deſcri-
pti, quorum numerus Dauidis tem-
pore fuit viginti duo millia ſexcen-
3 ti. Ozis filii Iezrahia, Iezrahiæ Mi-
chael, Obadias, Ioel, Ieſias, quin-
4 que, omnes principes: et præter
eos in ſuarum familiarum ſtirpes
deſcriptos, gregarii milites triginta
ſex millia: nam multas vxores et
5 filios habuerunt. Eorum conſan-
guinei, totius Iſſacharianorum ge-
neris bellicoſisſimi, fuerunt octo-
ginta ſeptem millia, omnium cenſu
6 habito. Beniaminis filii fuere tres,
7 Bela, Becher et Iadiael. Belæ filii
Ezbon, Ozis, Oziel, Ierimothus et
Iris, quinque familiarum principes,
homines militares, quorum cenſa
ſunt capita viginti duo millia tri-
8 ginta quatuor. Bechris filii, Ze-
mira, Ioas, Eliezer, Elioenais, Omris,
Ieremothus, Abias, Anathothus et
9 Alamethus. Horum omnium Be-
chris filiorum, qui capita fuere
familiarum recenſitis generibus,
fuere militum viginti millia du-
10 centi. Iediaelis filii, Balan: Bala-
nis Ieus, Beniamin, Aodus, Cha-
naana, Zethan, Tharſis et Ahiſahar.
11 Horum omnium Iediaelis filiorum,
familiarum principum, recenſiti
ſunt milites ſeptemdecim millia
ducenti, qui arma ferre posſent.
12 Iris filii fuere Suphimus et Hu-
phimus. Aheris autem, Huſimus.
13 Nephthalis filii Iaziel, Gunis,
Iezer et Sellumus, ex Bala nati.
14 Manasſes filium habuit Asrielem,
ſuſtulitque ex concubina ſua Aram-
mia Machirem, Galaadi patrem.
15 Machir vxores dedit Huphimo et
Suphimo, ſororemque habuit no-
mine Maacham: alteri nomen fuit
Salphadus, qui Salphadus filias ha-
buit. Maacha Machiris vxor fi- 16
lium peperit, quem Pharem nomi-
nauit, cui frater fuit nomine Sares.
Eius filii Vlamus et Recemus.
Vlami porro, Bedan. Hi ſunt Ga- 17
laado prognati, Machiris filio, Ma-
nasſis nepote. Eius ſoror Mole- 18
cheta genuit Iſudum, Abiezerum
et Moholam. Semidæ filii fue- 19
runt Ahian, Sechemus, Lechis et
Aniamus. Ephraimi filius fuit 20
Suthela, Suthelæ Baradus, Baradi
Thahathus, Thahathi Eleada, Elea-
dæ Thahathus, Thahathi Zabadus,
Zabadi Suthela, Ezer et Eleadus, 21
qui a Gethanis indigenis, ad quo-
rum capienda pecora deſcenderant,
occiſi ſunt. Hos quum Ephraimus 22
eorum parens diu luxisſet, et ad
eum conſolandum venisſent eius
fratres: congresſus cum vxore 23
ſua, ſuſtulit ex ea filium, quem Bar-
iam adpellauit: quoniam illa in
malo fuisſet domi eius. Filiam 24
habuit Seeram, quæ Bethoronem
inferiorem ſuperioremque con-
ſtruxit et Ozenſaram. Habuit et 25
filium Rapham, Rapha Reſephum
et Thelam, Thela Thahanem,
Thahan Ladanem, Ladan Ammiu- 26
dum, Ammiudus Eliſamam, E- 27
liſamas Nonem, Non Ioſuam.
Horum posſesſio et ſedes fuit Beth- 28
el cum ſuis coloniis, et ad Naara-
nis orientem atque veſperum, Ga-
zer, Sichema et Adaia, cum eorum
coloniis. Secundum Manasſenſi- 29
um fines autem Bethſean, Thana-
cum, Mageddo, et Dor, cum eorum
coloniis. In his habitarunt Ioſephi
Israelis filii poſteri. Aſeris filii 30
Iemna, Iſua, Iſuais et Baria, et
eorum ſoror Sera. Bariæ filii 31
Heber et Malciel, Barzaithi pater.
Heber genuit Iaphlethum, Some 32
rum et Hothamum, eorumque ſo-
rorem Suam. Iaphletus hos ha- 33
buit filios Paſachum, Bimealem et
Asuathum. Somer Ahim, Rogam, 34
Iehub-

Iehubbam et Aramum. Benhelemus autem frater eius Sopham, Iemnan, Selem et Amalem, Sopha Suam, Harnephrem, Sualem, Berim, Iemram, Beſerem, Hodum, Sammam, Saluſam, Iethranem et Beeram. Iether Iephonem, Phaspham et Aram. Olla Aram, Hanielem et Reſiam. Hi omnes Aſere prognati, familiarum capita fuerunt, egregii milites, ducesque præcipui. Horum cenſa ſunt capita, eorum qui arma ferre posſent, viginti ſex millia.

CAPVT VIII.

Beniamine nati. Hieroſolymæ incolæ.

Beniamin genuit Balam primum, Asbelem ſecundum, Ahram tertium, Noham quartum et Rapham quintum. Balæ filii fuerunt Addar, Gera, Abbiudus, Abiſua, Naaman, Ahoa, Gera, Sephuphan et Huramus. Hi fuere Ehudi filii, capita familiarum incolarum Gabaæ, qui translati ſunt in Manahatham, Naaman et Achias et Gera, is qui eos transtulit, genuitque Ozam et Achihudum. Saharaimus autem genuit in agro moabitico, poſtquam Huſimam et Baaram vxores ſuas dimiſit, genuit, inquam, ex Hodeſa ſua vxore Iobabum, Zibiam, Meſam, Malcamum, Ieuzum, Sachiam et Marmam, qui eius filii fuerunt auctores familiarum. Ex Huſima autem genuit Abitobum et Elphaalem. Elphaalis filii fuerunt, Heber, Miſaamus et Samedus, qui Ononem Lodamque et eius colonias conſtruxit. Baria autem et Sama, aialonenſium familiarum conditores, Gethæ incolas fugarunt. Eius Bariæ filii fuerunt Ahio, Seſacus, Ieremothus, Zabadias, Aradus, Ader, Michael, Iepha et Ioha. Elphaalis autem filii Zabadias, Moſollamus, Hezechis, Heber, Esmaris, Iezlia et Iobabus.

Semeis filii Iacimus, Zechris, Zab- 19
dis, Elioenais, Zillethais, Eliel, 20
Adaias, Baraias, et Samarathus. 21
Seſaci autem Ieſpan, Heber, Eliel, 22
Abdon, Zechris, Hanan, 23
Ananias, Elamus, Anthothias, 24
Iephdaias et Phanuel. 25
Ierohami Samſaris, Saharias, Athal- 26
ias, Iaareſias, Elias et Zichris. 27
Atque hi familiarum conditores, 28
in ſui generis capita distributi,
Hieroſolymam incoluerunt. Ga- 29
baonem autem incoluerunt Abiga-
baon, qui vxorem habuit nomine
Maacham, eiusque primogeni- 30
tus filius Abdon, Sur, Cis, Baal,
Nadabus, Gedor, Ahio, Zacher. 31
Macelothus autem genuit Sama- 32
am. Atque hi quidem Hieroſoly-
mis vna cum ſuis conſanguineis
habitarunt.

Ner genuit Cim. Cis Saulum. 33
Saulus Ionathanem, Melchiſuam, A-
binadabum et Esbaalem. Iona- 34
thani filius fuit Meribbaal. Merib-
baal genuit Micham. Micha filios 35
habuit Pithonem, Melechum, Tha-
ream et Ahazum. Ahazus Ioadam. 36
Ioadas Alemethum, Azmatum et
Zamrim. Zamris Mozam. Moza 37
Banam, cuius filius fuit Rapha, ne-
pos Eleaſa, pronepos Aſel. Aſeli 38
fuere ſex filii, quorum nomina
ſunt, Azricamus, Bochris, Iſmael,
Saarias, Obadias et Hanan. Hi o- 39
mnes fuerunt Aſelis filii, cuius fra-
ter Eſecus filios habuit primum V-
lamum, deinde Ieuſum, tertio Eli-
phaletum, Vlamus filios habuit 40
homines bellicoſos et ſagittarios,
qui tot filios et nepotes habuerunt,
vt esſent centum quinquaginta. At-
que hi omnes a Beniaminis filiis.

CAPVT IX.

Iſraelitarum in Babylonia captiuitas. Hieroſolymæ populares. Leuitarum officia in templo. Ianitorum numerus. Vſuarium inſtrumentum ſeruantes et vnguenta.

Omnes autem Iſraelitæ recen- 1
ſiti (quemadmodum ſcriptum
exſtat

exſtat in libro Iſraelitarum et Iu-
dæorum) Babylonem ob ſuam cul-
2 pam tranſlati ſunt. Primi autem
regionis Iſraelitarum habitatores,
qui ſuarum ciuitatum poſſeſſiones
tenuerunt, fuere ſacerdotes, Leui-
tæ, et Nathinæi.
3 Hieroſolymis autem habitarunt
ex Iudæis, Beniamitis, Ephraimitis
4 et Manasſenſibus. Vthais Ammiu-
di filius, Omris nepos, Imris prone-
pos, Banis abnepos, ex filiis Pha-
5 ris, Iudæ filii. Ex Siloniis Aſa-
6 ias primogenitus et eius filii. Ex
Zaræ filiis Iehuel, eorumque co-
7 gnati ſexcenti nonaginta. Ex Ben-
iamitis Sallus Moſollami filius, Ho-
dauiæ nepos, Hasſenuæ pronepos.
8 Et Iabnia Ierohami filius, et Ela
Ozis filius, Michris nepos, et Mo-
ſollamus Saphatiæ filius, Raguelis
9 nepos, Iabniæ pronepos, eo-
rumque cognati ſua genera effici-
entes, nongenti quinquaginta ſex,
iique omnes familiarum conditores
10 atque capita. Ex ſacerdotibus au-
tem Iadaias, Ioiaribus, Iachin,
11 Azarias Helciæ filius, Moſollami
nepos, Sadoci pronepos, Meraio-
thi abnepos, Achitobi atnepos,
12 diuini templi antiſtes: et Adaias
Ierohami filius, Phaſuris nepos,
Malciæ pronepos: et Maaſais Adie-
lis filius, Iahzeræ nepos, Moſol-
lami pronepos, Meſillemithi ab-
13 nepos, Immeris atnepos, eo-
rumque cognati familiarum con-
ditores mille ſeptingenti ſexagin-
ta, homines ſtrenui, diuini templi
muneris curatores.
14 Ex Leuitis Samaias Haſubi filius,
Azricami nepos, Haſabiæ pronepos,
15 ex Merarenſibus: et Bacbaccar fa-
ber, et Galal: et Nathanias Michæ
filius, Zichris nepos, Aſaphi pro-
16 nepos. Et Obadias Samaiæ filius,
Galalis nepos, Ieduthunis prone-
pos: et Barachias Aſæ filius, Elca-
næ nepos, qui netophatios inco-
17 luit pagos. Ianitores autem Sel-
lumus, Accubus, Talmon et Achi-
man: quorum frater Sellumus præ-
cipuus erat. Atque hi hactenus 18
ad portam regiam orientalem ia-
nitores fuerunt, vt ferebant vices
Leuitarum. Sellumus autem Co- 19
ris filius, Abiaſaphi nepos, Coræ
pronepos, eiusque conſanguinei
Corani, eiusdem cum eo familiæ,
hoc muneris opus habebant, vt ta-
bernaculi veſtibula cuſtodirent,
quum eorum maiores, Iouæ caſtris
præfecti, aditum cuſtodiuisſent;
quorum antiſtes ante fuerat Phi- 20
nees Eleazari filius, Ioua vſus ſe-
cundo. Zacharias Meſelemiæ fi- 21
lius pro oraculi tabernaculo ia-
nitorem agebat. Hi omnes præ- 22
cipui veſtibulorum ianitores erant
ducenti duodecim, per ſuos pagos
deſcripti, et a Dauide et Samuele
diuino ſuis in muneribus conſti-
tuti. Igitur hi eorumque filii 23
portarum Iouæ templi, videlicet
ædis tabernaculi, cuſtodiam age-
bant: idque a quatuor terrarum 24
regionibus, ab oriente, ab occiden-
te, a ſeptemtrionibus et a meridie.
Eorum autem conſanguinei, ſuis in 25
pagis degentes, eis in ſeptenos dies
per vices ſuccedebant. Nam qua- 26
tuor præcipuis ianitoribus, vide-
licet Leuitis, ea erat mandata pro-
uincia, vt templi diuini cellis præ-
esſent et theſauris, et circum diui-
num templum excubarent. Si- 27
quidem eorum erat et cuſto-
diam agere, et ſingulis aperire
matutinis. Quidam eorum in- 28
ſtrumento præerant vſuario, quod
ad numerum conderent prome-
rentque. Aliis tota ſacri in- 29
ſtrumenti ſupellex erat mandata,
tum ſimila, vinum, oleum, tus et
aromata. Ex ſacerdotum filiis e- 30
rant, qui vnguenta conficerent ex
aromatibus. Mathathias Leuita 31
Sellumi primogenitus, Coranus,
rei patellariæ munus gerebat. Ex 32
Cahathinis eorum conſanguineis
erant, qui præesſent panibus or-
dinariis, per ſingula ſabbata paran-
dis.

33 dis. Cantores erant leuiticarum
familiarum patres in cellis immu-
nes, quippe in opere dies et no-
34 ctes occupati, qui quidem Hie-
roſolymis habitabant, eorum po-
ſteris in ipſorum ſuccedentibus
35 principatum. Gabaone habitarunt
Gabaonitarum pater Iechiel, qui
vxorem habuit nomine Maacham,
36 eiusque filius primogenitus Ab-
don, Sur, Cis, Baal, Ner, Nadabus,
37 Gedor, Ahio, Zacharias et Macelo-
38 thus, Macelothus genuit Sama-
am. Atque hi quidem Hieroſoly-
mis vna cum ſuis conſanguineis ha-
bitarunt.
39 Ner genuit Cim. Cis Saulum.
Saulus Ionathanem, Malchiſuam,
40 Abinadabum et Esbaalem. Iona-
than filium habuit Meribbaalem,
41 Meribbaal Micham. Micha Phi-
thonem, Melechum, Thaream
42 et Achazum, Achazus Iaaram,
Iaara Alemethum, Azmothum et
43 Zamrim, Zamris Moſam,
44 Moſa Banaam, cuius filius fuit Ra-
phaias, nepos Eleaſa, pronepos A-
45 ſel. Aſeli fuere ſex filii, quorum
nomina ſunt, Azricamus, Bochrus,
Iſmael, Saarias, Obadias et Hanan.
Hi fuerunt Aſelis filii.

CAPVT X.

Sauli clades a Palæſtinis, ſibi nex illata. Rex Dauid.

1 IN pugna autem Palæſtinorum
cum Iſraelitis fugati Iſraelitæ, et
in monte Gelboe cæſi occubue-
2 runt; Sauloque et eius filiis in-
ſtantes Palæſtini, Ionathanem, A-
binadabum et Melchiſuam Sauli fili-
3 os occiderunt. Saulus autem prœ-
lio presſus, et a ſagittariis depre-
henſus, vulneribusque confectus,
4 armigero ſuo imperauit, vt ſe
ſtricto enſe transadigeret: ne ſi
præputiati illi venisſent, ſibi illu-
derent. Sed, recuſante præ nimio
terrore armigero: gladium cepit
eique incubuit. Tum armiger, Sau-
lum mortuum esſe, videns, in- 5
cubuit et ipſe gladio, et mortuus eſt.
Atque ita mortui ſunt, Saulus, ſi- 6
mulque tres eius filii, et tota fami-
lia. Tum Iſraelitæ, quicumque 7
in valle erant, videntes illos ſugiſ-
ſe, Saulumque et eius filios mor-
tuos esſe, deſertis oppidis ſuis fu-
gerunt, eaque adgresſi Palæſtini,
in eis habitarunt.
Poſtridie quum ad ſpoliandos oc- 8
ciſos venisſent Palæſtini: Saulum
eiusque filios in Gelboe monte pro-
ſtratos nacti, Saulum ſpoliarunt;
et detractis eius armis, caput ei ab- 9
ſciderunt, atque in Palæſtinam in o-
mnes partes miſerunt, quo bene ge-
ſtarum rerum nuntius in æde ſtatu-
arum eorum, atque in populo diuul-
garetur. Arma eius in æde dei ſui 10
poſuerunt: caluam in templo Dago-
nis ſuspenderunt. Sed Iabenſes 11
Galaaditæ, audito, quid Saulo feciſ-
ſent Palæſtini: profecti ſunt for- 12
tisſimi quique, et ſublata Sauli e-
iusque filiorum corpora, Iabeſam
deportauerunt, et osſibus ſub
quercu Iabeſæ ſepultis, ſeptem dies
ieiunarunt. Mortuus eſt autem 13
ſua culpa Saulus, quam commiſe-
rat in Iouam, tum quia Iouæ man-
datum non erat exſecutus, tum
quia Apollinis, non Iouæ oracu-
lum ſciſcitatus erat. Hanc ob 14
causſam Ioua, illo interfecto, re-
gnum ad Dauidem Iſæi filium
transtulit.

CAPVT XI.

Hebrone rex creatus Dauid. Huius heres, conſiliarius, viri fortes.

COnuenerunt autem omnes Iſ- 1
raelitæ Hebronem ad Daui-
dem, eique demonſtrarunt,
ſe eius esſe cognatos et conſangui-
neos, quo duce etiam antea, 2
regnante Saulo, vſi fuisſent. Nunc
Iouam ei, ipſius Deum, ſuorum
Iſraelitarum gubernationem atque
imperium deſtinare. Tum rex 3
cum

cum omnibus Iſraelitarum ſenato-
ribus, qui ad eum Hebronem con-
uenerant, fœdus apud Iouam He-
brone fecit, atque ab illis rex Iſ-
raelitarum vnctus eſt; quemadmo-
dum Ioua per Samuelem mandaue-
4 rat. Deinde cum omnibus Iſrae-
litis adgreſſus Hieroſolymam, quæ
5 eadem Iebuſa eſt, negantibus Ie-
buſæis Iebuſæ incolis, eo irruptu-
rum eſſe, arcem Sionem cepit, quæ
6 eſt Dauidis vrbs. Quumque pro-
nuntiaſſet Dauid, quiſquis primus
Iebuſæum occidiſſet, hunc impera-
torem et principem fore: primus
adſcendit Ioabus Saruiæ filius, fa-
7 ctusque eſt imperator. Habitauit
autem Dauid in ea arce, ideoque
8 Dauidis vrbs eſt adpellata, vr-
bemque a Mellone circumquaque
ædificauit. Ioabus autem reliqua
9 vrbis inſtaurauit: creſcebatque
Dauidis indies poteſtas, et ei aderat
armipotens Ioua.

10 Sequitur, vt dicendum ſit de for-
tisſimis militum, quos habuit Da-
uid: a quibus et ab omnibus Iſrae-
litis rex factus atque confirmatus
eſt, vt Iſraelitis Ioua mandauerat.
11 Igitur fortisſimorum quorumque
Dauidicorum numerus hic eſt.
Iaſobaamus Hachmonis filius ex
triginta præcipuus, qui haſta ſua
vibranda trecentos vno conflictu
12 peremit. Secundum hunc fuit
Eleazarus * Dodonis filius, Achoi-
ta, vnus de tribus fortisſimis.
13 Hic cum Dauide fuit apud Phas-
dammimum, tum quum, fugato
a Palæſtinis (qui eo ad prœlian-
dum conuenerant) exercitu, con-
ſtiterunt in quodam fundo, qui
ibi hordeo plenus erat, eumque
14 defenderunt, et, cæſis Palæſti-
nis, nobilem, Iouæ munere, vi-
15 ctoriam adepti ſunt. Hi tres ex
triginta præcipuis quum aliquan-
do ad Dauidem ad petram in ſpe-
luncam Odollam deſcendisſent,
Palæſtinis in valle Gigantum ca-
16 ſtra habentibus: Dauid, qui in
arce erat, Palæſtinorum præſidio
ad Bethlehemam poſito, optauit
dixitque, cupere ſibi dari ad biben-
dum aquam ex Bethlehemæ puteo,
qui erat ad portam. Tum illi
tres per Palæſtinorum caſtra pro-
ruperunt, hauſtamque de Bethle-
hemæ puteo ad portam poſito a-
quam Dauidi attulerunt. Quam-
quam noluit Dauid bibere, ſed eam
Iouæ libauit. Abſit, inquit, hoc
a me per Deum meum, vt commit-
tam, vt horum hominum ſangui-
nem, hoc eſt, vitæ periculum bi-
bam. Hanc enim vitæ ſuæ peri-
culo attulerunt.

Hæc fecere tres illi heroes. Abi- 2
ſæus quoque Ioabi frater, altero-
rum trium præcipuus, haſtam ſu-
am in trecentorum necem vibra-
uit, atque inter alteros tres no-
men habuit, ceteris duobus
præſtantior: eamque ob rem 2
princeps eorum, quamquam ad tres
ſuperiores non peruenit. Bana- 2
ias etiam Ioiadæ filius, viri fortis-
ſimi, et multis rebus geſtis clari,
Capſelenſis, duos moabiticos im-
manes leones interemit; et in me-
dium antrum niuali tempore de-
greſſus, leonem occidit. Idem 2
interfecit aegyptium quemdam ho-
minem quinque cubitorum, pro-
ceritate ſpectandum: cum quo ha-
ſtam habente, quæ textorii iugi in-
ſtar erat, ipſe baculum habens,
congreſſus, haſtam illi de manu ex-
torſit, eumque ipſius haſta pere-
mit. Hæc ſunt Banaiæ, Ioiadæ 2
filii, facinora, qui in trium altero-
rum fortium numerum venit,
præcipuæ inter triginta virtutis, 2
quamquam ad tres priores non per-
uenit. Hoc Dauid vſus eſt a conſi-
liis.

Fortes item milites fuerunt, A- 26
ſael, Ioabi frater, Elehanan, Do-
donis filius, Bethlehemita, Sam- 27
mothus Harorius, Heles Phalonius,
Ira, Iccis filius, Thecuanus, Abie- 28
zer Anathothanus, Sobbochais 29
Hu-

30 Huſathenſis, Ilais Ahohenſis. Ma-
harais Netophatita, Heledus, Baa-
31 næ filius, Netophatita, Ithais,
Ribais filius, Gabaanus Beniamita,
32 Banaias, Pharathonenſis, Hurais
a flumine Gaa, Abiel Arbathenſis,
33 Azmothus Baharumenſis, Eliaba
34 Saalbonenſis, Haſſemi Gezonen-
ſis filii, Ionathan, Sagis filius, Ha-
35 rarenſis, Achiamus, Sacharis
filius, Hararenſis, Eliphal, Huris
36 filius, Hepher Mecheratenſis,
37 Achias Phalonienſis, Hezro Car-
melita, Naarais Esbais filius,
8 Ioel, Nathanis frater, Mibahar,
9 Garis filius, Selecus Ammoni-
ta, Naharais Berothenſis, Ioabi Sa-
0 ruiæ filii, armiger, Ira Iethræ-
1 us, Vrias Hettæus, Zabadus
Oolais filius, Adina, Sizæ filius,
2 Rubenita, Rubenitarum prin-
3 ceps: et præter eum triginta, Ha-
nan Maachæ filius, Ioſaphatus Ma-
4 thanienſis, Ozias Aſtarothen-
ſis, Sama et Iahiel, Hothami Aroe-
5 renſis filii: Iediael, Samris filius,
6 Ioha eius frater Tizienſis, Eliel
Mahauimus, Ieribais, et Ioſauias
Elnaami filii, Iethma Moabita,
7 Eliel, et Obed, et Iaſiel Moſobaianus.

CAPVT XII.

Auxiliares Beniamitæ pro Dauide. Diuinæ Dauidis copiæ. Harum numerus, virtus, vnanimitas.

1 SEquuntur hi, qui ad Dauidem
venerunt ad Siceleg, quum ad-
huc Saulum Cis filium vitaret,
2 milites auxiliares, vel inter for-
tiſſimos recenſendi, ſagittarii, et
lapides dextra ſiniſtraque iacientes,
et tela arcu iaculantes, ex Sauli
3 conſanguineis Beniamitis, quo-
rum princeps erat Achiezer et Ioas,
Samaæ Gabaani filii, Iaziel et
Phalethus, Azmothi filii, Baracha
4 et Iehus Anathotenſes, Iſmaias
Gabaonenſis ex triginta fortiſſimus,
eorumque præfectus, Ieremias,
Iahziel, Ioannes, Iozabadus Ga-
derathenſis, Eluſais, Ierimo- 5
thus, Baalias, Samarias, Saphatias
Haruphienſis, Elcana, Ieſias, 6
Azareel, Ioezer, Iaſobaamus Co-
rani, Ioela et Sabadias Ieroha- 7
mi filii, ex Geduda. Ex Gaditis 8
quoque ſeſe contulerunt ad Daui-
dem, in ſolitudine præſidium ha-
bentem, milites fortiſſimi, et in
armis exercitati, ſcutati, iacula-
tores, leonibus truculentiores, et
capreis in percurrendis montibus
velociores. Horum princeps e- 9
rat Ezer, alter Obadias, tertius
Eliabus, Maſmanna quartus, 10
Ieremias quintus, Attais ſextus, 11
Eliel ſeptimus, Ioannes octauus, 12
Elzabadus nonus, Ieremias de- 13
cimus, Machbanais vndecimus.
Hi erant ex Gaditis duces exercitus, 14
quorum minimus centurio, ma-
ximus tribunus erat millenarius.
Qui quidem Iordanem menſe pri- 15
mo totis redundantem ripis traie-
cerunt, et omnes vallium incolas
ad orientem atque occidentem fu-
garunt.

Venerunt et Beniamitarum at- 16
que Iudæorum quidam ad Daui-
dem, præſidium habentem: qui-
bus egreſſus obuiam Dauid ita
locutus eſt: ſi pacati et auxili- 17
andi gratia ad me venitis, ego
animum coniunctum vobiſcum ha-
bebo: ſin, vt me prodatis meis ho-
ſtibus criminis expertem; Deum
ego noſtrum patrium teſtem atque
vindicem adpello. Hic Amaſæus 18
princeps triginta, diuino adflatu
præditus: tu vero ſalue, Dauid,
Iſaci fili, inquit, vna cum tuo com-
itatu: ſalue et tu et auxiliares tui,
quandoquidem tibi Deus tuus au-
xiliatur. Tum Dauid illos admi-
ſit, ordinumque duces conſtituit.
Fuerunt et ex Manaſſenſibus, qui 19
defecerunt ad Dauidem, quum Pa-
læſtinos contra Saulum ad prœli-
um comitaretur: quamquam eis
auxiliatus non eſt, vtpote a proce-
ribus palæſtinis conſulto dimiſſus,

veritis, ne ipſorum periculo ad Sau-
lum dominum ſuum deficeret.
20 Igitur ad eum Siceleg euntem de-
fecerunt, ex Manasſenſibus: Adna,
Iozabadus, Iediel, Michael, Ioſaba-
dus, Elius et Salathæus, manasſen-
21 ſium copiarum duces, qui Daui-
di auxilio fuere contra latrocinia,
quippe milites omnes fortisſimi,
fueruntque principes exercitus.
22 Iamque tam multi in dies ad Daui-
dem ferendi auxilii cauſſa conflue-
bant, vt ingens et plane diuinum
agmen eſſet.
23 Igitur militum,qui Hebronem ad
Dauidem conuenerunt, vt ad eum
Sauli regnum ex Iouæ mandato
transferrent, numeri ſumma eſt
24 hæc: Iudæi ſcutati et iaculatores
ſex millia octingenti, ad militiam
parati.
25 Ex Simeoniis milites fortisſimi
ſeptem millia centum.
26 Ex Leuitis quatuor millia ſexcen-
27 ti, et Ioiada Aharoniorum dux,
et cum eo tria millia ſeptingenti.
28 Et Sadocus iuuenis miles fortisſi-
mus, eiusque paterna familia, prin-
29 cipes duo et viginti. Ex Beniami-
tis Sauli cognatis tantum tria millia,
quippe multis adhuc eorum ſauli-
næ domus curam agentibus.
30 Ex Ephraimitis viginti millia o-
ctingenti, milites fortisſimi, et ſua-
rum familiarum illuſtrisſimi.
31 Ex dimidia tribu manasſenſi o-
ctodecim millia, qui nominatim ve-
nerunt ad Dauidem regem crean-
dum.
32 Ex Isſacharianis, rationis tempo-
rum peritis, ſcientibusque, quid es-
ſet Israelitis faciendum, principes
ducenti, a quorum ore pendebant
omnes eorum conſanguinei.
33 Ex Zabuloniis milites bellicoſi,et
omnium bellicorum telorum periti,
quinquaginta millia, ſine vlla ſi-
34 mulatione alacres. Ex Nephtha-
lenſibus principes mille, et cum
eis ſcutatorum et haſtatorum tri-
ginta ſeptem millia.

Ex Daniis rei bellicæ periti vigin-
ti octo millia ſexcenti. Ex Aſeria-
nis milites in armis exercitati qua-
drageſies mille.
Ex Transiordaninis Rubenitis
et Gaditis et dimidia tribu ma-
nasſenſi, omnium bellicorum in-
ſtrumentorum periti, centum vi-
ginti millia.
Omnes hi viri bellicoſi in aciem
erecti, animis integris, Hebronem
conuenerunt, ad Dauidem omnium
Israelitarum regem creandum, o-
mnibus etiam reliquis Israelitis ad
Dauidem regem creandum concor-
dantibus.

CAPVT XIII.

Arca in vrbem Hieroſolymam transferenda. Dauidis plauſus. Oze nex.

ILlic poſtquam triduum cum Da-
uide epulati ſunt, (ſuppeditabant
enim eorum conſanguinei: præ-
terea eorum vicini, tum Isſachari-
ani, tum Zabulonii et Nephthalen-
ſes victum adferebant in aſinis, ca-
melis, mulis, et bubus: videlicet 2
farinæ cibaria, palathas, vuas pas-
ſas, vinum, oleum, boues, oues et
capras, magna copia, vtpote lætan-
tibus Israelitis) conſilium iniit 3
Dauid cum tribunis et centurioni-
bus, omnibusque ducibus, atque ita
omnem Israelitarum cœtum adlo-
cutus eſt: ſi vobis ita videtur, et 4
ſi huius rei Ioua Deus noſter auctor
eſt: mittamus pasſim ad noſtros
conſanguineos, in omnibus Israe-
litarum finibus reliquos, nec non
ad ſacerdotes et Leuitas in ſuo-
rum pomœriorum oppidis agentes,
vt ad nos conueniant, quo Dei 5
noſtri arcam (vnde oracula tempo-
ribus Sauli non petiimus) ad nos
transferamus. Ad hoc faciendum 6
quum omnis multitudo conſenti-
ret: (placebat enim ea res omnibus)
conuocauit Dauid omnes Israeli-
tas, a Sihore Aegypti vsque ad He- 7
matham, ad diuinam arcam Cari-
athia-

athiarimo petendam: cum quibus Baalatham, hoc eſt, Cariathiarimum, quod in Iudæa poſitum eſt, profectus eſt, ad deportandam illinc arcam Dei Iouæ, Cherubis inſidentis, vbi eius nomen inuocabatur. Hanc diuinam arcam, nouo plauſtro impoſitam, ex ædibus Abinadabi extulerunt, Oza et Haione plauſtrum agentibus, Dauide autem omnibusque Israelitis coram Deo ſumma vi ludentibus, carminibus, citharis, nablis, tympanis, cymbalis et tubis. Vbi ad Chidonis aream ventum eſt: Oza manum ad tenendam arcam, ſuccusſantibus bubus, admouit, et iratus in eum Ioua, ob admotam arcæ manum, eum occidit. Eo ibi ante Deum mortuo, hanc Ozæ a Ioua ſtrati cædem ægre tulit Dauid: ideoque locum illum Ozæ ſtragem adpellauit, quod nomen manet ad hunc diem. Tum Dauid Deum veritus, eius arcam ad ſe inferre non auſus, eam ad ſe in vrbem Dauidis inuehi noluit; ſed in ædes Obededomi Gethani intulit, vbi ea tres menſes fuit: fortunauitque Ioua Obededomi domum, atque omnes eius facultates.

CAPVT XIIII.

Hirami regis erga Dauidem pro fano ſtudium, auxilium. In Palæſtinos Dauidis expeditiones, victoriæ. Dauidis glorioſum nomen et maieſtas.

MIſit autem Hiramus Tyriorum rex legatos ad Dauidem, vna cum materia cedrina, cæmentariisque et lignariis fabris, qui ei domum conſtruerent: intellexitque Dauid, ſe regem Israelitarum a Ioua esſe creatum, et in regnum ſuum elatum, propter illius Israeliticum populum. Duxit autem et alias vxores Hieroſolymis, aliosque liberos vtriusque ſexus procreauit. Atque hæc ſunt eorum nomina, qui ei Hieroſolymis
nati ſunt: Sammua, Sobabus, Na-
than, Solomo, Iebahar, Eliſua, 5
Eliphalethus, Noga, Naphegus, Ia- 6
phia, Eliſama, Beeliada et Eliphale- 7
thus. At Palæſtini, poſtquam intel- 8
lexerunt, Dauidem omnium esſe Is-
raelitarum regem vnctum, expedi-
tionem vniuerſi aduerſus eum fece-
runt: quo audito, Dauid eis oc-
currit. Quumque illi vallem gi- 9
gantum occupauisſent, Dauid, 10
conſulto Deo de adgrediendis Pa-
læſtinis, et de victoria per illum
conſequenda, poſtquam Ioua ad-
gredi iusſit, et de illis victoriam 11
promiſit, Dauid illos, ad Baalphara-
zimum profectos, illic ſuperauit, et
ita dixit: per me fudit hoſtes meos
Deus, ſicuti funditur aqua: atque 12
inde locus ille Baalpharazimum eſt
adpellatus, vbi relictos ab illis
ipſorum deos Dauid igni cremari
iusſit. Quumque iterum Palæſti- 13
ni vallem occupasſent: conſulit i-
terum Dauid Deum, cuius reſpon-
ſum fuit hoc: noli eos a tergo ad- 14
oriri, ſed ab eis digresſus, eos, qua
ſunt mori, adgredere. Ac, ſimulac 15
incesſus ſonitum in mororum ca-
cuminibus audiueris, prodito in
prœlium: nam tibi Deus ad conci-
dendum agmen Palæſtinorum præ- 16
ibit. Hoc Dauid, ſicut a Deo ius-
ſus erat, fecit: et cæſum eſt agmen 17
Palæſtinorum a Gabaone ad Gazer:
peruulgatumque eſt Dauidis no-
men in omnibus terris, et eius ter-
rorem Ioua cunctis gentibus incus-
ſit.

CAPVT XV.

Arcæ tabernaculum. Leuitarum officia, cantores, ad oracula, ianitores. Organa muſica, in tripudiantem Dauidem iniqua irriſio a coniuge.

POſtea fecit ſibi Dauid domos 1
in vrbe Dauidis, locumque ar-
cæ diuinæ parauit, et taberna-
culum tetendit. Deinde negans 2
aliorum esſe, diuinam arcam fer-
re, quam Leuitarum; (quippe quos

Ioua ad ferendam Iouæ arcam, et
ad ei ſemper miniſtrandum elegis-
3 ſet:) omnes Israelitas Hieroſo-
lymam conuocauit, ad Iouæ arcam
in locum ei a ſe præparatum depor-
4 tandam: congregauitque Aharo-
nios et Leuitas ex Cahathinis V-
5 rielem principem, et eius conſan-
6 guineos, centum viginti. Ex Me-
rarenſibus Aſaiam principem, et e-
ius conſanguineos ducentos vigin-
7 ti. Ex Gerſomiis Ioelem princi-
pem, et eius conſanguineos centum
8 triginta. Ex Eliſaphaniis Sema-
iam principem, et eius conſangui-
9 neos ducentos. Ex Hebroniis E-
lielem principem, et eius conſan-
10 guineos octoginta. Ex Ozielinis
Amminadabum principem, et eius
conſanguineos centum duodecim.
11 Deinde conuocatis Sadoco et Abia-
thare pontificibus, et Leuitis Vrie-
le, Aſaia, Ioele, Semaia, Eliele et
Amminadabo, eis ita præcepit:
12 vos, qui leuiticarum familiarum
principes eſtis, luſtramini vna cum
conſanguineis veſtris, vt Iouæ Dei
Israelitarum arcam in locum ei
13 a me præparatum feratis. Nam
antea defectu veſtrum Ioua in nos
ſtragem edidit, quod eum rite non
14 ſumus percontati. Igitur luſtra-
ti ſunt pontifices et Leuitæ ad ar-
cam Iouæ Dei Israelitarum portan-
15 dam: eamque palis impoſitam,
humeris tulerunt Leuitæ, quem-
admodum Moſes ex Dei mandato
16 præceperat. Et Dauid Leuitarum
principibus mandauit, vt cognatos
ſuos cantores muſicis præficerent
inſtrumentis, nablis, citharis et
cymbalis, qui concentum edentes
17 lætitiam agerent. Itaque ſtatue-
runt Leuitæ Hemanem Ioelis fili-
um, et ex eius conſanguineis Aſa-
phum Barachiæ, et ex Merarenſi-
bus eorum conſanguineis Ethanem
18 Cuſaiæ filium: et cum eis co-
gnatos eorum ſecundi ordinis, Za-
chariam Iaazielis filium, Semira-
mothum, Iehielem, Vnnim, Elia-
bum, Banaiam, Maaſeiam, Matha-
thiam, Eliphaleum, Macneiam, O-
bededomum et Ieielem ianitores.

Ceterum cantores Heman, Aſa- 1
phus et Ethan cymbalis præerant æ-
reis, ad perſonandum. Zacharias 2
autem, et Oziel, et Semiramothus, et
Iehiel, et Vnnis, et Eliabus, et Maa-
ſeias, et Banaias nablis ſonabant,
et puellis præerant. At Matha- 2
thias, Eliphaleus, Macneias, Obed-
edomus, Ieiel et Azazias *a*) octauæ
præerant ad præcinendum. Cho- 2
nenias autem Leuitarum princeps
oraculis præerat, et moderabatur,
vtpote peritus. Barachias et El- 2
cana erant arcæ ianitores. Se- 2
chenias, Ioſaphatus, Nathanael, A-
maſæus, Zacharias, Banaias et Elie-
zer ſacerdotes tubis clangebant
ante arcam diuinam. Obededo-
mus et Iehias erant arcæ ianitores.

Igitur Dauide et Israelitis ſenato- 2
ribus, copiarumque ducibus pro-
fectis ad arcam fœderis Iouæ ex
ædibus Obededomi cum lætitia au-
ferendam, quum Leuitæ arcam 2
ferentes diuinitus adiuuarentur:
immolati ſunt ſeptem tauri, toti-
demque arietes. Dauid autem a- 2
mictus erat prætexta byſſina, nec
non omnes Leuitæ arcam geſtan-
tes, et cantores, et vna cum canto-
ribus Chonenias oraculorum præ-
fectus: ſed ipſe Dauid inſuper in-
dutus erat ephodo lineo, omni- 2
bus Israelitis arcam fœderis Iouæ
cum clangore et buccinæ tuba-
rum cymbalorumque ſonitu agen-
tibus, et nablis citharisque reſo-
nantibus. Poſtquam arca in vr- 2
bem Dauidis peruenit, Michol Sau-
li filia regem Dauidem per fene-
ſtram conſpicata tripudiantem at-
que ludentem, eum animo deſpica-
ta eſt.

CAPVT

a) hoc non intelligo.

CAPVT XVI.

Congiarium ad populum. Iouæ celebratores, Pſalmus.

INtroducta arca diuina, et in tabernaculo, quod ei Dauid tetenderat, collocata, facta ſunt Deo ſolida ſacrificia, et pro ſalute. Poſtquam ſolidum ſacrificium, et pro ſalute peregit Dauid: populo per Iouæ nomen bene precatus, partitus eſt in omnes Iſraelitas, tum in viros, tum in feminas, viritim ſingulos panes offasque, et vini lagenas.

Deinde ex Leuitis ante arcam Iouæ adminiſtros conſtituit, qui Iouam Iſraelitarum Deum prædicarent, celebrarent atque collaudarent: quorum Aſaphus princeps eſſet, Zacharias ſecundus ab eo. Ieiel autem, et Semiramothus, et Iehiel, et Mathathias, et Eliabus, et Banaias, et Obededomus, et Ieiel inſtrumentis vterentur, nablis et citharis, Aſapho cymbala pulſante. Banaias autem et Iaziel ſacerdotes tubis perpetuo ante arcam fœderis diuini. Eo primum die ſtatuit Dauid, vt Ioua per Aſaphum et eius conſanguineos celebraretur.

Concelebrate Iouam, huius
nomen inuocate, huius naturam
per populos declarate, hunc canite,
hunc cantate, huius tot mira
facinora meditamini, in huius
ſacro nomine vos iactate:
lætetur animus eorum, qui Iouæ
ſtudent. Quærite Iouam eiusque
potentiam: huius vultum ſemper
expetite: huius mira facinora,
huius prodigia, ab eoque latas
ſententias recolite. O Iſraelis
ſtirps, eius cultoris, o Iacobo prognati,
eius electi: is Ioua Deus
noſter eſt, cuius iurisdictio toto
patet orbe terrarum. Recordamini
ſemper fœderis, (rei ab eo in mil-
5 le ætates decretæ) quod ei cum
Abrahamo, et iuriſiurandi, quod
cum Iſaaco intercedit: quod qui- 17
dem Iacobo, quod Iſraeli decreto
ſanxit et fœdere ſempiterno, ſeſe 18
eis daturum eſſe Chanaæam, hereditatis
eorum ſortem, promittens.
Igitur quum et numero 19
pauci atque exigui, et in illa peregrini
fuerint, et ex alia gente in 20
aliam, et ex alio regno in aliam iuerint
nationem: tamen tantum 21
abfuit, eos vt a quoquam iniuria
adfici permiſerit, vt etiam eorum
cauſſa reges caſtigauerit: ne 22
tangite vnctos meos: ne vatibus
meis nocete. Canite Iouam totus 23
orbis, huius victoriam enuntiate
in dies: huius gloriam per gen- 24
tes, huius mira facinora per omnes
narrate nationes. Etenim per- 25
quam magnus et laudabilis eſt Ioua,
et omnium deorum maxime terribilis.
Quum enim omnes dii ce- 26
terarum nationum deaſtri ſint:
Ioua cælum fecit; auctoritate 27
et decore præditus, cum potentia
et cum maieſtate verſans. Tri- 28
buite Iouæ, o nationum genera,
tribuite Iouæ gloriam atque potentiam.
Tribuite Iouæ dignam 29
eius nomine gloriam; adferte fertum,
et in eius venite conſpectum:
adorate Iouam decenter atque ſancte:
hunc totus orbis terrarum, 30
atque adeo totus mundus, immobilis
conſtans, pertimeſcat.
Lætetur cælum, exſultet terra, 31
perque gentes prædicetur, regnare
Iouam. Intonet mare, et quid- 32
quid eo continetur: geſtiant agri,
et quæcumque ſunt in eis: tum 33
ſiluarum ouent arbores, in aduentum
Iouæ, ad iudicandum orbem
terrarum venientis. Concelebra- 34
te Iouam, qui bonus eſt, cuiusque
perennis eſt clementia, atque ita
dicite: ſerua nos, Deus ſalutis 35
noſtræ: collige nos, et a ceteris
tuere gentibus, vt tuum ſacrum
nomen celebremus, vt nos in tua
laude oſtentemus. Laudetur Io- 36
ua Deus Iſraelitarum ab omni æ-

ternitate in omnem æternitatem.
37 Tum vniuerſus populus reſpon-
dit, amen, Iouamque laudauit.
38 Igitur ſtatuit ibi Dauid apud arcam
fœderis Iouæ Aſaphum, eiusque
cognatos, qui ſemper apud arcam
quotidiana miniſtrarent opera, O-
bededomo eiusque conſanguineis
ſexaginta octo (erat autem Obede-
domus Ieduthunis filius) et Hoſa
39 ianitoribus. Sadocum autem pon-
tificem, eiusque cognatos ſacer-
dotes, apud Iouæ tabernaculum
40 in ſacello gabaonenſi, qui ſem-
per Iouæ ſolida ſacrificia facerent
ad aram victimariam, mane et ve-
ſpere: omniaque ſcripta in lege,
41 quam Ioua tulit Iſraelitis, et
cum eis Hemanem et Ieduthunem,
reliquosque delectos, qui ſunt ſuis
nominibus adpellati, ad celebran-
dum Iouam, cuius perennis eſt
42 clementia, in quibus Heman et
Ieduthun tubis ſonarent et cymba-
lis, et diuini carminis inſtrumen-
tis, Ieduthunis filiis ianitores agen-
43 tibus. Igitur omni populo do-
mum digreſſo: Dauid ad domum
ſuam fauſtis ominibus proſequen-
dam ſe conuertit.

CAPVT XVII.

Rex ad Nathanem de fano. Regis ad Iouam gratiarum actio.

1 POſtquam Dauid domi ſuæ con-
ſedit, Nathani vati ostendit,
non conuenire, vt, Dauide
cedrinam incolente domum, arca
fœderis Iouæ maneret ſub linteis.
2 Cui Nathan reſpondit, vt faceret,
quidquid ei eſſet in animo: nam
3 ei adeſſe Deum. Sed ea nocte
Deus cum Nathane locutus eſt in
hunc modum: i renuntiatum hæc
4 meo Dauidi. Sic dicit Ioua: non
tu mihi domum ad habitandum
5 conſtrues, qui, ex quo Iſraeli-
tas eduxi, domum adhuc non ha-
bitaui, ſed in tentorio atque taber-
6 naculo ſubinde migraui. Quam-
diu inter tot Iſraelitas verſatus
ſum, ecquod tandem vlli præſi-
dum Iſraelitarum, cui meos Iſrae-
litas gubernandos commiſerim,
verbum feci de conſtruenda mihi
domo cedrina? Quamobrem ſic 7
dicit armipotens Ioua: (inquies:
meum Dauidem adloquens) ego te
a caula ab agendo pecore adſum-
tum, meorum Iſraelitarum im-
peratorem feci, tibique omnibus 8
in rebus gerendis adfui: et exciſis
tua cauſſa omnibus tuis hoſtibus,
tuum nomen eorum nomini adæ-
quaui, qui ſunt in orbe terrarum
maximi: meisque Iſraelitis lo- 9
cum adſignaui, vbi a me quaſi con-
ſiti, permaneant, neque amplius
perturbentur, neque deinceps ab
improbis diuexentur, ſicuti quum
olim, tum ex quo eis gubernatores
præfeci. Igitur, ſubactis omni- 10
bus tuis hoſtibus, hoc tibi nuntio,
me Iouam tibi eſſe domum inſtru-
cturum. Ac, quum plena ætate 11
ad maiores tuos conceſſeris: ex-
citabo tuam poſt te progeniem, eum,
qui ex tuis erit filiis, cuius regnum
ſtabiliam. Is mihi domum con- 12
ſtruet, eiusque ſolium in perpe-
tuum confirmabo. Huic ego pa- 13
ter, hic mihi filius erit: neque
eum mea priuabo clementia, vt
tuum anteceſſorem priuaui: ſed 14
eum mea in domo atque regno ſta-
biliam in perpetuum, eiusque ſo-
lium firmum manebit in ſempiter-
num.
Hæc omnia verba, omneque 15
oraculum poſtquam ad eum mo-
dum Dauidi Nathan expoſuit:
Dauid rex Iouam adiit, et coram 16
eo ſtans, ſic eſt locutus: quis ego
ſum, o Ioua Deus, aut quæ mea
ſtirps eſt, vt, me huc vsque addu-
xiſſe, parum tibi viſum fuerit,
Deus: niſi etiam meæ ſtirpi pro- 17
ſpiceres in longinquum, mihique
humano more magnifice prouide-
res, o Ioua Deus? Ecqua tan- 18
dem maiore a te adfici gloria tuus
Da-

Dauid poſſit? qui me tuum agnoueris, Ioua, meaque cauſſa, et quia ſic tibi placitum eſt, feceris, vt hæc tot et tanta repræſentares. O Ioua, non ſolum tibi par nullus eſt, ſed ne eſt quidem Deus vllus præter te, quantum ipſi noſtris auribus audiuimus. Nam quæ omnino gens eſt in orbe terræ cum tuis Iſraelitis conferenda? quam ſibi Deus redemtum iuerit, ſuamque fecerit? quo tibi magnum et terribile nomen comparares. Dum tuorum cauſſa, a te ex Aegypto redemtorum, gentes exigis, eosque tuos Iſraelitas in ſempiternum facis, et eis te, Ioua, Deum præbes. Quamobrem Ioua, quod tu mihi tuo, meæque ſtirpi pollicitus es, id ſanciatur in perpetuum, et promiſſa facito. Ita firmum magnumque tuum erit nomen in ſempiternum, et armipotens Ioua Deus Iſraelitarum iterum atque iterum prædicabitur, et domus tui Dauidis per te ſtabilis erit. Nam tu mihi, mi Deus, in aurem indicaſti, te mihi domum eſſe inſtructurum: quæ cauſſa fuit, vt ego te precari ſim auſus. Et nunc, Ioua, tu Deus es: promiſiſti autem hoc mihi beneficium. Quare age iam, felicita meam ſtirpem, vt ea per te perpetuo duret: nam te, Ioua, felicitante, felix erit in ſempiternum.

CAPVT XVIII.

Dauidis victoria, vita, adminiſtri.

POſtea vicit Dauid Palæſtinos, eisque ſubactis Getham eiusque colonias eripuit. Vicit et Moabitas, et in poteſtatem ſuam redactos, vectigales habuit. Vicit etiam Adarezerum Sophenæ regem apud Hematham, tum quum profectus eſt ad porrigendum imperium ſuum ad fluuium Euphratem, et ei mille currus eripuit, et ſeptem equitum: et viginti pe-
ditum millia: corrupitque currus
omnes, præter centum, quos reliquos
fecit. Præterea ex Syris 5
damaſcenis, qui ad auxiliandum
Adarezero Sophenæ regi venerant,
occidit hominum viginti duo millia:
redactamque ſub imperium 6
ſuum Syriam Damaſcenorum vectigalem
habuit, Ioua viris defenſore
in omnibus ſuis expeditionibus.
Cepit et pharetras aureas 7
Adarezerianorum, quas Hieroſolymam
intulit. Tum ex Thebatha 8
et Chune, oppidis Adarezeri, ingentem
vim æris abſtulit, ex quo
Solomo fecit lacum æreum, columnasque
et vaſa ærea. Quod poſt- 9
quam intellexit Thous Hemathæ
rex, Adarezeri Sophenæ regis vires
omnes fractas eſſe a Dauide,
miſit Adoramum filium ſuum ad 10
Dauidem regem, qui eum ſalutaret,
et ei de debellato victoque Adarezero
(nam Thoo bella cum Adarezero
interceſſerant) gratularetur.
Miſit et omnis generis vaſa aurea, 11
argentea, atque ærea: quæ etiam
Iouæ conſecrauit rex Dauid, vna
cum argento atque auro, quod ex
tot gentibus abſtulerat, videlicet
Idumæis, Moabitis, Ammonitis,
Palæſtinis et Amalechitis. Nam 12
Idumæos vicerat Abiſæus Saruiæ
filius in valle ſalis, cæſis eorum
octodecim millibus: et Idumææ 13
præſidia impoſuerat tota Idumæa
in poteſtatem redacta Dauidis; Ioua
Dauidem in omnibus expeditionibus
conſeruante.

Regnauit autem Dauid in omnes 14
Iſraelitas, iure et æquitate erga ſuos
omnes vtens. Exercitus duce vſus 15
eſt Ioabo Saruiæ filio. A commentariis
Ioſaphato Achiludi filio.
Pontificibus Sadoco, Achitobi et
Abimelecho Abiatharis filio. Scriba
Suſa. Cerethæorum Phele- 16
thæorumque præfecto Banaia Ioiadæ
filio. Suorum autem filio- 17
rum opera in primis vtebatur.

CAPVT XIX.

Ammonitæ in dauidicos legatos iniuſtitia. Ioabi in illum victoria. In Syros victoria, Pax.

1 POſtea Ammonitarum rege Na-
ha mortuo, quum ei filius e-
ius Hanon in regno ſucceſsiſ-
2 ſet: Dauid, vt Hanoni Nahæ fi-
lio beneficia rependeret, quibus
ab illius patre fuerat adfectus:
miſit ad eum legatos, qui eum de
3 patre conſolarentur. Sed poſt-
quam Dauidici in Ammonitarum
fines ad Hanonem eius conſolandi
cauſſa peruenerunt: perſuaſere
principes Ammonitarum Hanoni,
Dauidem non ipſius patris apud
eum honorandi cauſſa conſolato-
res ei miſiſſe, ſed eos ad explo-
randam, ſpeculandam et euerten-
4 dam terram veniſſe. Itaque com-
prehendit Hanon Dauidicos, eoſ-
que totondit, et abſciſſis eorum vſ-
que ad nates mediis veſtibus, eos
5 dimiſit. Quibus diſcedentibus,
poſtquam de eis regi Dauidi nun-
tiatum eſt: miſit illis obuiam, (eos
enim magnopere pudebat) iuſſit-
que, vt Hierichunte manerent, do-
6 nec renata barba redirent. Tum
Ammonitæ videntes, ſe inſenſum
habere Dauidem, miſerunt quum
ipſi, tum Hanon, mille argenti ta-
lenta ad conducendum ex Meſopo-
tamia et ex Syria Maacham, et ex
7 Sophene currus et equites: con-
ductisque triginta duobus curru-
um millibus, et rege Maacha cum
eius copiis, profecti caſtra poſue-
runt ante Medabam.

8 Hoc vbi audiuit Dauid, Ammoni-
tas ex ſuis collectos vrbibus ad bel-
landum adeſſe; miſit Ioabum cum
9 omni fortiſsimorum exercitu. Io-
abus, quum progreſſi Ammonitæ
aciem ante portam vrbis, reges au-
tem, qui aduenerant, ſeorſum in
10 agro inſtruxisſent, videns, pu-
gnam ſibi et a fronte et a tergo im-
minere: delegit ex omni Iſraelita-
rum robore, quos Syris opponeret;
reliquos Abiſæo fratri ſuo, qui con- 11
tra Ammonitas inſtruerentur, com-
miſit, ita dicens: ſi me Syri vr- 12
gebunt, tu mihi feres auxilium:
ſin te Ammonitæ prement, ego ti-
bi ſubueniam. Præſta te fortem, 13
et pro noſtris popularibus, pro-
que Dei noſtri vrbibus pugnemus
fortiter: et Ioua, quod ei viſum
fuerit, faciet. His dictis, Ioabus 14
cum ſuis militibus prœlio cum Sy-
ris congreditur, eoſque in fugam
vertit. Itaque videntes Ammoni- 15
tæ, Syros fugere, verſi ſunt et ipſi
in fugam ab illius fratre Abiſæo,
vrbemque repetierunt, et Ioabus
Hieroſolymam venit. Tum Sy- 16
ri videntes, ſe ab Iſraelitis eſſe ſu-
peratos, miſsis legatis Syros exci-
uerunt, qui trans flumen incole-
bant, quibus præerat Sophacus, dux
exercitus adarezeriani. Quod 17
vbi Dauidi nuntiatum eſt: coactis
omnibus Iſraelitis, traiecto Ior-
dane illos adgreſſus, copias contra
eos inſtruxit: et acie ordinata,
commiſſoque prœlio, terga Syri
verterunt Iſraelitis: interfecit- 18
que Dauid ex Syris quadrigario-
rum ſeptem millia, peditum qua-
draginta millia: Sophacumque im-
peratorem occidit. Tum viden- 19
tes Adarezeriani, ſe Iſraelitis infe-
riores, pacem fecere cum Dauide,
eique ſeruierunt: nec voluere Sy-
ri deinceps Ammonitis auxilium
ferre.

CAPVT XX.

Ioabus in Ammonitas. Victoriæ plures. Quatuor a Dauidicis cæſi gigantes.

DEinde ineunte vere, quo tem- 1
pore ſolent expeditiones a re-
gibus fieri, Ioabus educto
exercitu Ammonitarum fines de-
populatus, Rabbam obſidere ad-
greſſus eſt, Dauide Hieroſolymis
manente, captamque euertit.
Et Dauid regis illorum coronam, 2
(quam

(quam gemmis ornatam auri talen-
tum pendere reperit,) illius detra-
ctam capiti ſuo impoſuit, vrbis-
que plurimam prædam extulit.
3 Oppidanos autem omnes eduxit,
et ſerris tribulisque ferreis et ſe-
curibus excruciauit: idemque o-
mnibus Ammonitarum oppidis fe-
cit. Atque ita cum omnibus co-
piis Hieroſolymam reuertit.
4 Poſtea exſtitit prœlium apud Ga-
zer cum Palæſtinis, quum quidem
interfecit Sobocheus Huſathenſis
Saphaim gigantibus prognatum, at-
5 que ita ſubacti ſunt illi. Item
aliud fuit cum Palæſtinis prœlium,
in quo peremit Elehanan, Iairis
filius, Bethlehemita, Goliæ fra-
trem Gethæum, cuius haſtæ li-
gnum æquabat magnitudine iugum
6 textorium. Item alia commiſſa
pugna eſt apud Getham, vbi qui-
dam magna ſtatura fuit, *b* ſenos, id
eſt, viginti quatuor habens digi-
tos, et ipſe de ſtirpe gigantea:
7 quem Israelitis conuiciantem oc-
cidit Ionathan Samaæ fratris Da-
8 uidis filius. Quatuor hi Gethæ
gigantibus prognati, a Dauide Da-
uidicisque deiecti ſunt.

CAPVT XXI.

Dauidis in populum cenſus. Peſtis in Israelitas. Vaſtator angelus. Peſtilentiæ ſedatio.

1 SEd Israelitis infeſtus Satan Da-
uidem impulit ad numerandos
2 Israelitas. Itaque Dauid Ioabo
et populi primariis ita dixit: ite,
numerate Israelitas a Berſaba ad
Danem vsque, et mihi numerum
3 referte, vt ſciam, quot ſint. Cui
Ioabus, Iouam precor, inquit,
vt ſuos centuplicet: qui quidem
quum ſint omnes in tua, domine
rex, poteſtate; cur tandem iſtud
quærendo, Israelitis noxiam im-
4 portes. Sed victus regis imperio
Ioabus, profectus eſt, et peragratis
omnibus Israelitarum finibus,
Hieroſolymam reuerſus, Dauidi
numerum recenſitorum hominum
retulit. Fuerunt autem in vni- 5
uerſum Israelitæ vndecies centena
millia, qui arma ferre poſſent:
Iudæorum quadringenta ſeptuagin-
ta millia, qui arma ferre poſſent;
Leuitis et Beniamitis inter eos non 6
recenſitis, quod Ioabus a mandato
regis abhorrebat. Ea re offenſus 7
Deus, Israelitis cladem intulit:
eſtque Deo confeſſus Dauid, ſe ea 8
re facienda peccaſſe grauiter, et
ſibi tam imprudenter commiſſam
culpam ignoſci poſtulauit. At 9
Ioua Gado Dauidis fatidico man-
dauit, vt Dauidem adiret, eique
tres a Ioua proponeret optiones:
quarum vnam eligeret, quam ſibi
ab illo fieri vellet. Ergo Daui- 10
dem adgreſſus Gadus, ei dixit ita:
ſic dicit Ioua: elige, num malis 11
triennii famem: an tres menſes ab
aduerſariis tuis ſuperari, et hoſti-
li enſe comprehendi: an vt tri-
duum terra enſe Iouæ et peſtilentia
infeſtetur, et omnes Israelita-
rum fines a Iouæ angelo vaſtentur.
Quare vide, quam rem ei referam, 12
qui me miſit. Et Dauid, magna 13
premor anguſtia, inquit Gadum ad-
loquens: malo cadere in Iouæ ma-
num, qui ſingulari eſt præditus
miſericordia, quam in manum
hominum incidere. Tum Ioua 14
peſte adfecit Israelitas, ceciderunt-
que ex eis ſeptuaginta hominum
millia: miſitque Deus angelum
Hieroſolymam, ad eam depopu-
landam. Deinde eum contem- 15
platus Ioua graſſantem, reuocauit
ſupplicium: et, hactenus, inquit,
vaſtatorem angelum adloquens,
iam cohibe manum tuam. Ita Iouæ
angelus conſtitit apud aream Orna-
nis Iebuſæi. Quem angelum con- 16
ſpicatus Dauid ſtantem inter ter-
ram et cælum, ſtrictumque, et in
Hieroſolymam porrectum gladi-

b) ſcilicet in ſingulis manibus et pedibus.

um manu tenentem, abiecit ſe
pronum tum ipſe, tum ſenatores,
centonibus induti, et Deum ſic ad-
17 locutus eſt: nonne ego populum
iuſſi numerari? inquit, nonne e-
go is ſum, qui peccaui, et ſcelus
commiſi? hæ quidem oues quid
commiſerunt? o Ioua mi Deus,
impete me tua manu, meamque
ſtirpem patriam, neue tuus adfici-
18 atur clade populus. Tum Iouæ
nuntius Gado mandauit, vt Dauidi
præciperet, vt aram Iouæ conſtru-
ctum iret in area Ornanis Iebuſæi.
19 Et Dauid, quemadmodum Iouæ
nomine præceptum erat a Gado,
20 profectus eſt. Tum reſpiciens
Ornan, qui tum triticum tritura-
21 bat, angelum animaduertit: et
quatuor eius filiis, qui apud eum
aderant, ſeſe abdentibus, conſpi-
catus ad ſe venientem Dauidem, ei,
ex area egreſſus, ſubmiſſo ad ter-
22 ram vultu honorem præbuit. Et
Dauid Ornani dixit: addice mihi
iſtius areæ locum, in quo Iouæ
aram conſtruam, et addice pleno
pretio, vt populi ſtrages coercea-
23 tur. Cui Ornan, cape, inquit,
et vtere, domine rex, tuo arbitra-
tu. En tibi do et boues ad victi-
mas, et tribulas ad ligna, et tri-
24 ticum ad fertum: omnia do. At
rex Dauid, immo iuſto pretio
emam, inquit Ornani: neque e-
nim Iouæ tua offeram, aut ſoli-
dum ſacrificium gratis faciam.
25 Ita ſoluit Ornani Dauid pro eo loco
ſiclos auri pondere ſexcentos:
26 ibique, exſtructa Iouæ ara, ſolidum
ſacrificium et pro ſalute fecit, Io-
uamque inuocauit: et Ioua eum,
igne de cælo in aram victimariam
demiſſo, exaudiuit, angeloque
iuſſit, vt gladium referret in vagi-
nam.
27 Tum Dauid videns, ſe a Ioua in
Ornanis Iebuſæi area exauditum
28 eſſe, ſacrificauit ibi. Nam quum
Iouæ tabernaculum, quod Moſes in
deſertis fecerat, et ara victimaria
eſſet eo tempore in ſacello Cabao-
ne: non potuit Dauid eo in con- 29
ſpectum ad eius ſciſcitandum ora-
culum venire, quippe angeli Iouæ
gladio territus.

CAPVT XXII.

Templi ſtruendi adparatus. Ad Solomonem rex. Moribundus de templo. Ad proceres Dauid pro fano.

IGitur Dauid ſtatuens, id eſſe Io- 1
uæ Dei templum, eamque Iſrae-
litarum aram victimariam, 2
iuſſis peregrinis, qui erant in Iſrae-
litarum finibus, congregari, conſti-
tuit lapicidas, qui quadratos lapides
ad diuini templi conſtructionem
cæderent. Tum magnam ferri co- 3
piam ad clauos portarum oſtiis ad-
hibendos, et ad commiſſuras, com-
parauit, æriſque pondus immen-
ſum, et cedrinam materiam in- 4
numerabilem: quippe Sidoniis et
Tyriis ei magnam eius copiam
aduehentibus. Statuerat enim 5
Dauid (quoniam eius filius Solomo
puer tenellus eſſet, et Iouæ fa-
num eſſet conſtruendum, quod
magnitudine, quod excellentia,
quod fama, quod magnificentia
omnibus in terris celebraretur,)
adparatum ſibi eſſe faciendum,
eoque multa ante ſuum interitum
præparauit.
Deinde euocato filio ſuo Solomo- 6
ni præcepit, vt Iouæ Iſraelitarum
Deo templum conſtrueret, et cum
eo ſic locutus eſt. Fili, quum ha- 7
berem in animo, nomini Iouæ Dei
mei templum conſtruere: Ioua 8
mecum locutus eſt in hanc ſententi-
am: ſanguinis multum fudiſti, et
ingentia bella geſſiſti: non tu meo
nomini templum conſtrues, qui tan-
tum ſanguinis humi apud me fude-
ris. Sed tibi naſcetur filius, qui vir 9
erit quietus, cuique ego ab omni-
bus vndique hoſtibus quietem præ-
ſtabo: nam et Solomo nominabi- 10
tur, et pacem atque otium præbebo
Iſrae-

1 Iſraelitis eius æuo. Hic nomini
meo templum conſtruet, hic mihi
filius, ego ei pater ero, eiusque in
Iſraelitas regni ſolium firmabo in
2 ſempiternum. Nunc, mi fili,
(quod tibi ſecundus bene vertat
Ioua) conſtruito Iouæ Deo tuo tem-
3 plum, vt ipſe tibi mandat. Dabit
autem tibi Ioua ſolertiam atque
prudentiam, tibique ad Iſraelitas
præcepta, et de conſeruanda Iouæ
4 Dei tui lege, dabit. Atque tum
demum proſpere ages, ſi decreta
et iura, quæ Ioua Moſi ad Iſraeli-
tas præcepit, curabis exſequen-
da. Eſto fortis atque conſtans,
5 intrepidusque et impauidus. E-
quidem pro mea tenuitate præpa-
raui ad Iouæ templum auri cen-
tum millia talentorum, argenti de-
cies centena millia, æris autem et
ferri immenſam vim: nec non li-
gna ſaxaque paraui, ad quæ tu ad-
7 des alia. Iam vero artifices ha-
bes magna copia, latomos fabros-
que lapidarios et lignarios, et tam
multos omnium peritos artium,
aurumque et argentum, et æs et
ferrum innumerabile. Age ſane,
adgredere opus, adiuuante Ioua.
8 Tum autem præcepit Dauid o-
mnibus principibus Iſraelitis, vt
Solomonem filium ſuum adiuua-
rent. Adeſt quidem vobis Ioua
Deus veſter, inquit, et vobis otium
fecit vndique: addixit enim mihi
incolas, eſtque terra Iouæ et eius
9 populo ſubacta. Quapropter
mentes animosque veſtros ad Iouæ
Dei veſtri ſtudium adplicate, et
Iouæ Dei ſanctuarium conſtruere
adgredimini ad inferendam fœde-
ris Iouæ arcam, et ſacra Dei vaſa
in ædem, Iouæ nomini conſtruen-
dam.

CAPVT XXIII.

Dauid ſenex. Solomo rex. Templi admi-niſtri, iudices, cantores, et alii multis re-bus destinati.

IGitur Dauid, iam ſenex et ma- 1
turus æui, Solomonem fili-
um ſuum Iſraelitarum regem
conſtituit, et omnes Iſraelita- 2
rum principes et ſacerdotes Leui-
tasque congregauit, numeran- 3
dosque curauit Leuitas, qui trige-
ſimum annum excederent, quorum
viritim recenſitorum numerus fuit
virorum triginta octo millia.

Horum fuere, qui templi Iouæ 4
opus ſollicitarent, viginti qua-
tuor millia: magiſtratus et iudi-
ces ſex millia: ianitores qua- 5
tuor millia: qui Iouam laudarent
inſtrumentis a Dauide factis ad di-
cendas laudes, quatuor millia.
Hos Dauid in claſſes diſtribuit a 6
Leuis filiis, Gerſone, Cahatho et
Merari denominatas. Gerſonidæ 7
fuere Leedan et Semeis. Leeda- 8
nis filii, primus Iehiel, Zethamus et
Ioel, tres. Semeis tres item, So- 9
lomithus, Haziel et Haran. Hi
fuere leedaniarum familiarum
principes. Semeis filii fuere qua- 10
tuor, Iahathus, Ziza, Iaus et Baria:
quorum Iahathus primus, Ziza ſe- 11
cundus fuit: Iaus et Baria, qui non
multos habuere filios, pro vna cen-
ſi ſunt familia. Cahathi filii fue- 12
re quatuor, Amramus, Iſaar, He-
bron et Oziel. Amrami porro, 13
Aharon et Moſes. Aharon vna
cum filiis deſtinatus eſt in perpe-
tuum conſecrando ſanctiori ſan-
ctuario, ad Iouæ ſuffiendum atque
miniſtrandum, et eius celebran-
dum nomen in ſempiternum.
Moſis filii, hominis diuini, recen- 14
ſiti ſunt in tribu leuitica, qui 15
fuere Gerſomus et Eliezer. Ger- 16
ſomi Sabuel primus. Eliezeri 17
Rohobias primus, nec habuit Elie-
zer alios. Rohobiæ filii permul- 18
ti fuerunt. Iſaaris fuit Solomi- 19
thus primus. Hebronis primus 20
Ierias, ſecundus Amarias, tertius
Iahaziel, quartus Iecameamus.
Ozielis filii fuere, primus Micha, 21
ſecundus Ieſia. Meraris filii fue- 22

re

re Moholis et Muſis. Moholis El-
23 eazarus et Cis. Eleazarus obiit
ſine filiis: tantum filias habuit,
quas duxere Cis filii, earum cogna-
24 ti. Muſis filios habuit tres, Mo-
holim, Ederum et Ieremothum.
25 Hi fuere Leuis filii, patriarum au-
ctores familiarum, ad nominum
numerum recenſiti viritim, qui vi-
ceſimum excedentes annum opus
in munere templi Iouæ facerent.
26 Statuerat enim Dauid, (quoniam
Ioua Iſraelitarum Deus ſuum po-
pulum quietum reddidisſet, isque
Hieroſolymis permanſurus esſet
27 perpetuo,) Leuitis quidem non
esſe deinceps portandum taberna-
culum, et eius operationis omne
28 inſtrumentum. Nam vltimo iuſ-
ſu Dauidis is eſt numerus inſtitutus
Leuitarum, qui viginti annis es-
ſent maiores: qui Aharonis filiis
ſubditi, in æde Iouæ operarentur,
in atriis, in cellis, in omnium pu-
rificatione ſacrorum, et in diui-
29 ni templi munere obeundo: tum
ad panem ordinarium, ad ſimilam,
ad ferturn, ad cruſtula non fermen-
tata, ad ſartaginem, ad patellam,
ad omnes menſuras et dimenſiones:
30 tum vt adesſent ſingulis matutinis
ad Iouam celebrandum atque lau-
dandum, itidemque veſpertinis:
31 vtque Iouæ omnia facerent ſolida
ſacrificia in ſabbatis, nouiluniis et
ſolemnibus, pro inſtituto eorum
numero atque ritu perpetuo apud
32 Iouam: quique oracularis ta-
bernaculi, et ſacrarii, et Aharonis
filiorum ſuorum conſanguineorum
curam gererent ad operationem
templi Iouæ.

CAPVT XXIIII.

*Aharone natorum claſſes. Sortes inter tem-
pli miniſtros.*

1 AHaronis autem filiorum claſ-
ſes ſic habent. Aharonis filii
fuerant Nadabus, Abius, El-
2 eazarus et Ithamarus. Sed mor-
tuis Nadabo et Abiu præſente pa-
tre, nullis ſuperſtitibus filiis: ſa-
cerdotium ceperunt Eleazarus et
Ithamarus. Eleazaro Sadocus, 3
Ithamaro Achimelechus prognati
ſunt: quos Dauid in eorum mune-
ris vices diuiſit, et ita diuiſit, 4
vt, quoniam eis viritim recenſendis
plures extabant Eleazari poſteri,
quam Ithamari, ſtatueret ex Elea-
zarianis familiarum principes ſex-
decim, ex Ithamarianis octo.
Diuiſi ſunt autem ſortibus inter 5
ſe, qui esſent ſacrarii, diuinarum-
que rerum principes, Eleazaro et I-
thamaro prognati. Eos deſcripſit 6
Semeias, Nathanaelis filius, ſcri-
ba leuiticus apud regem et apud
principes, et Sadocus pontifex, et
Achimelechus Abiatharis filius, et
patres familias ſacerdotum Leuita-
rumque: ita vt Eleazaro binæ,
Ithamaro ſingulæ adſcriberentur
familiæ.* Obtigit autem prima 7
ſors Ioiaribo, ſecunda Iedaiæ,
tertia Harimo, quarta Seorimo, 8
quinta Melciæ, ſexta Miamini, 9
ſeptima Hacozo, octaua Abiæ, 10
nona Ieſuæ, decima Secheniæ, 11
vndecima Eliaſibo, duodecima Ia- 12
cimo, decima tertia Hopphæ, 13
decima quarta Ieſebeabo, decima 14
quinta Belgæ, decima ſexta Em-
mero, decima ſeptima Heziro, 15
decima octaua Happiſeſo, deci- 16
ma nona Phethaiæ, viceſima He-
zecheli, viceſima prima Iachi- 17
ni, viceſima ſecunda Gamuli, vi- 18
ceſima tertia Dalaiæ, viceſima
quarta Maaziæ. Hoc maxime 19
ordine deſtinati ſunt muneri ſuo
ad ventitandum in Iouæ templum,
vt eorum ritus ferebat, præſiden-
te eorum patre Aharone, vt ei præ-
ceperat Ioua Deus Iſraelitarum.
Ex reliquis Leuis filiis, ex Amrami 20
filiis erat Subael, ex Subaelis Ie-
hedeias. Rohobiæ filiorum pri- 21
mus Ieſias. Iſaaris Solomothus. 22
Solomothi Iahathus, c cuius filii 23
fue-

c) hic veterem verſionem ſecutus ſum.

fuere Ierias primus, Amarias ſe-
cundus, Iahaziel tertius, Ieca-
4 meamus quartus. Ozielis filius
fuit Micha. Michæ filius Samir.
5 Frater autem Ieſias. Ieſiæ filius
6 Zacharias. Meraris filii, Mo-
7 holis et Muſis. Iaaziæ Beno. Me-
rari prognati ſunt ex Iaazia Beno,
8 Sohamus, Zaccur et Hebris. Ex
Moholi Eleazarus: qui filios non
9 habuit. Cis filius fuit Ierameel.
0 Muſis filii fuere, Moholis, Eder
et Ierimothus. Hi fuerunt Leui
prognati, familiarum auctores,
qui et ipſi iecere ſortes cum ſuis
conſanguineis Aharoniis coram
1 Dauide rege, quum quidem Sa-
docus et Achimelechus, et ſacer-
dotalium leuiticarumque familia-
rum principes esſent præcipui pa-
tres familiarum, cum ſuis cogna-
tis natu minoribus comparati.

CAPVT XXV.

Exercituum ductores. Cantores ad inſtrumenta in fano.

1 SEcreuit autem Dauid, et exer-
citus duces ad munus obeun-
dum, filios Aſaphi, Hemanis
et Ieduthunis, vaticinantium in
citharis, * nablis et cymbalis, quo-
rum hominum, qui ſui muneris o-
pere fungerentur, numerus [d] fuit.
2 Aſaphi filii fuere Zaccur, Ioſephus,
Nathanias et Aſarela, qui Aſapho
3 ſub rege vaticinanti ſuberant. Ie-
duthunis filii fuere Godolias, Se-
ris, Eſaias, Haſabias et Mathathi-
as, qui, [e] ſex patri ſuo Ieduthuni ſub-
erant, in cithara vaticinanti,
Iouam celebrando atque laudando.
4 Hemanis filii fuere Boccias, Ma-
thanias, Oziel, Sabuel, Ieremo-
thus, Ananias, Hananis, Eliatha,
Giddalthis, Romamthiezer, Ios-
becasſa, Mallothis, Hothir et Ma-
5 haziothus. Hi omnino fuerunt
Hemanis filii, fatidici regii, in
dictis diuinis, ad euehendum cor-
nu, quos quatuordecim filios de-
dit Deus Hemani, et filias tres.
Hi omnes patri ſuo ſubditi ca- 6
nebant in templo Iouæ cymbalis,
nablis et citharis, ad diuini tem-
pli munus: præſidentibus rege,
et Aſapho, et Ieduthune, et He-
mane. Horum, inquam, et ſi- 7
mul eorum cognatorum, Iouanum
carmen edoctorum, omnium pe-
ritorum, numerus fuit ducenti
octoginta octo: qui, iactis ſor- 8
tibus inter ſe, procurationem par-
titi ſunt, minores pariter ac maio-
res, iunctis peritis cum diſcipulis.
Prima ſors Aſaphanorum obtigit 9
Ioſepho, ſecunda Godoliæ, ter- 10
tia Zaccuri, quarta Iſaari, 11
quinta Nathaniæ, 12
ſexta Bocciæ, 13
ſeptima Aſarelæ, 14
octaua Eſaiæ, 15
nona Mathaniæ, 16
decima Semei, 17
vndecima Azareli, 18
duodecima Haſabiæ, 19
decima tertia Subaeli, 20
decima quarta Mathathiæ, 21
decima quinta Ieremotho, 22
decima ſexta Ananiæ, 23
decima ſeptima Iosbecasſæ, 24
duodeuiceſima Hanani, 25
vndeuiceſima Mallothi, 26
viceſima Eliathæ, 27
viceſima prima Hothiri, 28
viceſima ſecunda Giddalthi, 29
viceſima tertia Mahaziotho, 30
viceſima quarta Romamthiezero: 31
qui omnes, cum ſuis quisque filiis
et cognatis, erant duodeni.

CAPVT XXVI.

Ianitores in Iouæ fano, ad cæli partes omnes.

QVod ad ianitorum clasſes at- 1
tinet, ex Coranis erat Meſe-
lemias Coræ filius, Aſapho
natus. Meſelemiæ filii fuere 2
Zacharias primus, Iediael ſecundus,
Saba-

d) videlicet 288, vt poſtea dicitur. *e*) deeſt vnus.

Sabadias tertius, Iathniel quartus,
3 Elamus quintus, Ioannes ſextus,
4 Elioenais ſeptimus, Obededo-
mo filii fuere, Semeias primus,
Ioſabadus ſecundus, Ioa tertius,
Sachar quartus, Nathanael quin-
5 tus, Ammiel ſextus, Isſachar
ſeptimus, Phollethais octauus:
6 eum enim fecundauit Deus. E-
ius filio Semeiæ nati ſunt filii, ſuæ
patriæ familiæ dominatores: erant
7 enim viri egregii. Fuerunt igi-
tur Semeiæ filii, Othnis, Ra-
phael, Obed, Elzabadus: cuius
cognati erant viri fortes, Elius et
8 Samachias: qui omnes Obede-
domo prognati, eorumque filii et
conſanguinei, homines egregii,
et ad munus obeundum robuſti,
erant ſexaginta duo Obededomani.
9 Meſelemias filios et fratres habuit,
10 viros egregios, octodecim. Hoſa
Merari prognatus filios habuit,
Semrim primum, (quamquam is
non erat primogenitus, ſed ei pa-
11 ter dederat principatum) Hel-
ciam ſecundum, Tebaliam terti-
um, Zachariam quartum: ſum-
ma Hoſæ tum filiorum tum cogna-
12 torum erat tredecim. His for-
tium principibus id in Iouæ tem-
plo mandatum miniſterium eſt, vt
procurationes cum ſuis partiti fra-
tribus, ianitorum vices obirent.
13 Igitur iactis per familias ſortibus,
minores pariter ac maiores ſortiti
14 ſunt portas. Atque orientalis
quidem ſors euenit Selemiæ: eius
autem filio Zachariæ, prudenti con-
ſiliario, iactis ſortibus, obtigit
15 ſeptemtrio. Obededomo meri-
dies: eius autem filiis euenit curia.
16 Suphimo et Hoſæ occidentalia,
cum porta emisſarii in ſemita cli-
uoſa, cuſtodiis inter ſe comparatis.
17 Ad orientem Leuitæ ſex, ad ſe-
ptemtriones per diem quatuor, ad
meridiem per diem quatuor, ad
18 curiam autem bini, ad arma-
rium occidentale quatuor ad ſe-
mitam: duo ad armarium. In 1
hunc modum distributi ſunt iani-
tores ex Coranis et Merarenſibus.
Ex Leuitis, Achias diuini templi 2
et ſacrorum theſauris præerat.
A Leedane Gerſonita natus eſt au- 2
ctor familiæ Iehielis: * cuius fi- 2
lii, Zethamus et Ioel eius germa-
nus, theſauris templi Iouæ præe-
rant. De Amramanis, de Iſaa- 2
rianis, de Hebronenſibus, de O-
zielinis: *f* Sebuel autem, Gerſo- 2
mo Moſis filio prognatus, erat
quæſtor ærarius. Eius fratris 2
Eliezeri filius fuit Rahabias, nepos
Eſaias, pronepos Ioramus, abne-
pos Zechris, atnepos Solomithus.
Is Solomithus, eiusque fratres, 2
præerant omnibus theſauris ſacro-
rum, quæ conſecrauerant Dauid
rex, et familiarum principes, tri-
buni et centuriones, et ceteri du-
ces exercitus, idque ex bellis et 2
manubiis, ad inſtaurandum Iouæ
templum: omnia etiam a Samu- 2
ele vate, et Saulo Cis filio, et Ab-
nere Neris, et Ioabo Saruiæ filio:
omnia denique conſecrata admi-
niſtrabantur a Solomitho, et eius
fratribus. Ex Iſaarianis Chonen- 2
ias et eius filii præerant Israelita-
rum operi *g* externo: erantque ma-
giſtratus et iudices. Ex Hebro- 3
nenſibus, Haſabias et eius conſan-
guinei, milites mille ſeptingenti,
procurationem habebant Israelita-
rum transiordaninorum, ad occi-
dentem, tum quod ad omne Iouæ
opus, tum quod ad regia munia
pertinebat: quorum Hebronen- 3
ſium ſtirpis et familiarum princeps
erat Iedias Hebronenſis: quibus
Hebronenſibus anno regni Dauidis
quadrageſimo conquiſitis, inuen-
ti ſunt in eis milites apud Iazer Ga-
laaditarum, iique Iediæ conſan- 3
guinei, duo millia ſeptingenti fami-
liarum primarii, quos Dauid rex
Rubenitis, et Gaditis et dimidiæ
Manasſenſium tribui præfecit, ad
omnia

f) imperfecta eſt oratio. *g*) profano.

omnia vel diuina vel regia obeunda negotia.

CAPVT XXVII.

Dauidis adminiſtri per claſſes, ac vices in ſingulos menſes. Anni menſes duodecim. Vinariam rem curantes et armenta.

EX reliquis autem Iſraelitis certus erat numerus primariorum familiarum, et tribunorum, et centurionum, eorumque magiſtratuum, qui regi miniſtrarent in omnibus claſſium muneribus, quæ per vices in ſingulos anni menſes circumagebantur, quarum ſingularum claſſium erant millia vicena quaterna. Primæ claſſi menſis primi præerat Iaſobeamus Zabdielis filius, a Phare genus ducens, omnium exercitus ducum primarius. Secundi menſis claſſi præerat Dodais Ahohita, duce claſſis Macelotho. Tertii exercitus tertio menſe princeps erat Banaias Ioiadæ filius, pontifex; is qui non ſolum illorum triginta fortiſſimus erat, verum etiam illis præerat, duce claſſis eius Ammizabado eius filio. Quartus menſe quarto erat Aſael Ioabi frater, vicario Zabadia eius filio. Quintus menſe quinto princeps Samahothus Iazeraenſis. Sextus menſe ſexto Ira Accis filius, Thecuanus. Septimus menſe ſeptimo Heles Phallonienſis, ad Ephraimum genus referens. Octauus menſe octauo Sobachais, Huſathita Zaranus. Nonus menſe nono Abiezer Anathothenſis, Iemini prognatus. Decimus menſe decimo Maharais Netophathita, Zaranus. Vndecimus menſe vndecimo Banaas Pharathonius, ab Ephraimo ortus. Duodecimus menſe duodecimo Heldais Netophathita, Othonielinus. Horum ſingulæ claſſes vicena quaterna millia continebant. Tribuum autem iſraeliticarum duces erant, Rubenenſis Eliezer,
Zichris filius, Simeoniæ Saphatias
Maachæ, Leuiticæ Haſabias Ca- 17
muelis, Aharoniorum Sadocus, 18
Iudææ Elius, ex Dauidis conſan- 19
guineis, Iſſacharianæ Amris Mi- 20
chaelis filius, Zabuloniæ Ieſma- 21
ias Abdiæ, Nephthalenſis Iere- 22
mothus Azrielis, Ephraimita- 23
rum Hoſea Azaziæ, dimidiæ Ma- 24
naſſenſium tribus Ioel Phadaiæ,
alterius dimidiæ Galaaditicæ Iaddo 25
Zachariæ, Beniaminenſis Iaſiel 26
Abneris, Danenſis Azarel Iero- 27
hami. Hi erant tribuum Iſraeli- 28
tarum principes. Sed eorum 29
ſummam non fecit Dauid, qui erant
viginti annis minores; quum dixiſſet Ioua, ſeſe Iſraelitas ad cæleſtium ſtellarum numerum eſſe multiplicaturum: quos Ioabus Saruiæ filius numerare quidem cœpit,
ſed non pernumerauit; ob eam- 30
que rem quum ſæuitum eſſet in Iſraelitas; non eſt numerus relatus in rationes annalium regis Dauidis.

Fiſco regis præerat Aſmothus A- 31
dielis filius: ruſticano autem oppidorum et pagorum caſtellorumque fiſco præpoſitus erat Ionathan O-
ziæ filius. Ruſticis agriculturæ o- 32
peris præerat Ezris Chelubi filius:
vineis Semeis Ramathenſis. Rem 33
vinariam a cellis vinariis procura- 34
bat Zabdis Siphmius; oliueta et 35
ficeta campeſtria Baalhanan Gede-
rienſis; cellas olearias Ioas; 36
boues in Sarone paſcentes Setrais 37
Saronius; boues in vallibus pa- 38
ſcentes Saphatus Adlais filius;
camelos Obil Iſmaelita; aſinas Ia- 39
dias Meronothenſis; oues et ca- 40
pras Iazis Hagarenus. Hi omni- 41
no fuere præfecti rei Dauidis re-
gis. Ionathan Dauidis patruus 42
erat conſiliarius, vir prudens et
litteratus. Ipſe et Iehiel Hacmo- 43
nis filius erat cum regis filiis;
Achitophel regius conſiliarius. 44
Chuſæus Arachius erat regis fami- 45
liaris. Achitophelis vicarii erant, 46

Ioia-

Ioiada Banaiæ filius, et Abiathar.
47 Regii exercitus dux erat Ioabus.

CAPVT XXVIII.

Principum conſilium Hieroſolymæ. Dauid ad proceres de fano conſtruendo, et pietate. Ad Solomonem patris pia verba. Porticus exemplar, et aliorum fani membrorum. Ad fanum adparatus. Adiutores.

1 COnuocauit autem rex Dauid
Hieroſolymam omnes Iſrae-
litarum principes, et tribuum
et claſſium, qui regi miniſtrabant,
tribunosque et centuriones, et o-
mnes tum ſuæ, tum ſuorum filio-
rum rei et facultatum procurato-
res, cum ſpadonibus et fortiſſimis
2 quibusque atque militibus, eos-
que, quum in pedes adſurrexiſſet,
ſic adlocutus eſt: audite me, mei
conſanguinei atque populares.
Quum mihi eſſet in animo requie-
tis ædem conſtruere arcæ fœderis
Iouæ, et ſcamno pedum Dei no-
ſtri, iamque ædificii adparatum fe-
3 ciſſem: negauit Deus, me ſuo
nomini ædem eſſe conſtructurum;
qui vir eſſem militaris, ſanguinem-
4 que fudiſſem. Quumque me Io-
ua Deus Iſraelitarum ex omni mea
ſtirpe paterna delegerit, qui rex eſ-
ſem Iſraelitarum in perpetuum;
(nam et ex Iudæis ductorem ele-
git, et ex iudæa ſtirpe meam do-
mum patriam, et porro ex mei pa-
tris filiis libuit ei, me omnium
regem Iſraelitarum conſtituere:)
5 ex meis omnibus filiis, quos mihi
multos Ioua largitus eſt, Solomo-
nem filium meum delegit, qui in
iſraelitico Iouani regni ſolio ſe-
6 deat, mihique ſignificauit, hunc
Solomonem filium meum ipſius eſ-
ſe templum et atria conſtructu-
rum; ſeſe enim eum ſibi delegiſ-
ſe filium, ſeque ei futurum patrem,
7 et eius regnum in perpetuum eſſe
confirmaturum ſine dubio; ſi mo-
do is operam dederit, vt ipſius præ-
8 cepta et iura exſequatur. Quam-
obrem ſpectantibus omnibus Iſ-
raelitis, quæ Iouæ ciuitas eſt, et
audiente Deo noſtro, curate, vt o-
mnibus Iouæ Dei veſtri præceptis
ſtudeatis: quo tam bonam terram
et poſſideatis ipſi, et poſteris ve-
ſtris hereditariam relinquatis in
perpetuum. Et tu Solomo, fili 9
mi, cognoſce tui patris Deum, ei-
que ſincera mente libentique ani-
mo ſeruito. Nam omnium men-
tes perſcrutatur Ioua, omniumque
cogitationum conata perſpicit:
quem ſi quæſiueris; inuenietur
tibi: ſin deſerueris; abiiciet te in
perpetuum. Vide nunc, vt, quum 10
te Ioua ad ædem ſanctuarii con-
ſtruendam delegerit, fortiter te
geras. Dedit autem Dauid Solo- 11
moni filio ſuo exemplar porticus,
eiusque ædicularum et cellarum, et
cubiculorum, et interiorum con-
clauium, ædisque propitiatorii;
Tum exemplar omnium, quæ ha- 12
bebat in animo, atriorum templi Io-
uæ, et omnium vndique exhedra-
rum, ad diuini templi et conſecra-
torum repoſitoria, tum ad ſacer- 13
dotum Leuitarumque claſſes, et ad
omne opus, omnemque ſupellecti-
lem in opere muneris templi Iouæ
adhibendam. Auri quoque cer- 14
tum pondus dedit, ad omnem di-
uerſi miniſterii ſupellectilem, cer-
tumque argenti pondus ad omnia
vaſa, et ad omne varii operatus
inſtrumentum. Itemque certum 15
pondus auri ad aurea candelabra,
quæ ſuas quæque lucernas aureas
haberent, et argenti ad argentea,
eorumque itidem lucernarum,
prout cuiusque candelabri munus
poſtularet. Item certum auri 16
pondus ad menſas ordinarias, prout
ad quamque menſam opus eſſet,
et argenti ad argenteas; tum ad 17
fuſcinas, ad phialas et pateras,
aurum purum, et ad crateres
tum aureos tum argenteos, cer-
tum auri argentique pondus, ad
cuiusque crateris rationem. Præ- 18
terea ad aram ſuffitoriam certum
auri

auri purgati pondus,et ad exemplar
quadrigæ aureorum cheruborum,
quorum expanſis alis arca fœderis
19 Iouæ obtegeretur. Atque horum
omnium operum exemplar, dixit
ſe Dauid ex ipſius Iouæ manus de-
20 ſcriptione didiciſſe. Præſta te
fortem et conſtantem (inquit, So-
lomonem filium adloquens) et in-
trepidum atque impauidum præbe:
nam Ioua Deus, Deus meus, tibi
adeſt, nec te deſeret aut relinquet,
quin omne muneris templi Iouæ
21 opus abſolueris. Adfuturæ ſunt
tibi ad omne templi munus claſſes
ſacerdotum et Leuitarum, nec non
in omni opere omnes eius rei peri-
ti vltro ad omne munus ſuam tibi
præſtabunt operam, et principes
omniſque populus tuis omnibus
parebunt imperiis.

CAPVT XXIX.

Ad concionem rex Dauid. Solomo commendatur. Materia pro fano. Principum dona pro fano. Pro Solomone pater ad Iouam. Dei omnipotentia. Epulum ſacrum. Solomo rex creatus. Dauidis imperium, ſenecta, victoriæ, felicitas. Tres vates de Dauide ſcribentes.

1 DEinde ad omnem concionem
loquens rex Dauid, inquit:
Solomonem filium meum v-
num elegit Deus, puerum et tenel-
lum,quum tamen magnum ſit opus:
non enim hominis palatium erit,
2 ſed Iouæ Dei. Equidem pro
viribus meis præparaui ad Dei
mei templum aurum ad aurea,
argentum ad argentea, æs ad æ-
rea, ferrum ad ferrea, ligna ad
lignea opera: onychas gemmas, et
cælaturæ aptas, tum fucatas et ver-
ſicolores, denique magnam copi-
am omnis generis pretioſorum la-
3 pidum atque marmoris. Præter-
ea, (vt ſum erga Dei mei templum
bene animatus,) habeo auri argen-
tique peculium, quod ad Dei mei
templum dono, præter ea omnia,
quæ ad ædem ſacrarii præparaui,
tria millia talentorum auri ophi-
rienſis, et ſeptem millia talen- 4
torum argenti perpurgati, ad ædi-
um parietes incruſtandos: bre- 5
uiter, aurum ad aurea, et argen-
tum ad argentea, et ad omnia ab
artificibus facienda opera, tum ſi
quis erit hodie, qui vltro Iouæ
conferat.

Tum principes familiarum et 6
tribuum iſraeliticarum, tribunique
et centuriones, nec non regii operis
præfecti ſua ſponte dederunt ad o-
pus diuini templi, auri talento- 7
rum quinque millia, drachmarum
decem millia, argenti talentorum
decem millia, æris talentorum
octodecim millia, ferri talento-
rum centum millia. Præterea 8
quibus ſuppetebant gemmæ, dede-
runt ad theſaurum templi Iouæ,
in manum Iehielis Gerſonitæ.
Quæ quidem eorum voluntaria 9
liberalitas, qui tam ſincera men-
te Iouæ contuliſſent, magnam
quum ceteris voluptatem attulit,
tum Dauidi regi. Itaque ſic Io- 10
uæ gratias egit in oculis totius
concionis: ago tibi gratias im-
mortales, Ioua Deus Iſraelis pa-
rentis noſtri, tua eſt, o Ioua, ma- 11
gnitudo, et potentia, et maieſtas,
et dignitas, et auctoritas, denique
omnia et cæleſtia et terreſtria tua
ſunt: tuum eſt, Ioua, regnum, et
ſupra omnia excellens principatus.
A te et diuitiæ proficiſcuntur, et 12
gloria: tu dominaris omnibus:
tibi in manu vires ſunt et poten-
tia: tibi in manu eſt, et magnum
facere, et confirmare quemlibet.
Quare nos te, Deus noſter, cele- 13
bramus tuum præclarum collau-
dantes nomen. Enimuero quis 14
ego ſum, aut qui ſunt mei, vt ad
hæc vltro tibi conferenda vires
impendamus? Nam a te ſunt o-
mnia, et a te accepta tibi referi-
mus. Etenim peregrini ſumus 15
nos apud te, et inquilini, ſicut o-
mnes maiores noſtri: eſtque no-

ſtra in terris ætas, quaſi vmbra quæ-
16 dam deſperata. O Ioua Deus no-
ſter, hæc copia, quam nos ad tem-
plum tibi tuoque ſacro nomini con-
ſtruendum comparauimus, omnis a
17 te profecta, omnis tua eſt. Equi-
dem quum ſciam, mi Deus, te men-
tes explorare, et probitate delecta-
ri: ego, bono certe animo, et hæc
omnia ſponte contuli: et nunc tu-
os, qui hic adſunt, vltro tibi con-
18 ferentes libenter vidi. Ioua De-
us Abrahami, Iſaaci et Iſraelis,
maiorum noſtrorum, tuere perpe-
tuo hanc tuorum voluntatis atque
mentis adfectionem, eorumque a-
19 nimos erga te compone. Item-
que Solomoni filio meo integram
mentem da, vt tua præcepta, mo-
nita et placita obeat, omniaque ex-
ſequatur, et præparatum a me de-
20 lubrum conſtruat. Hæc locutus
Dauid, omnem concionem horta-
tus eſt, vt Iouæ Deo ſuo gratias a-
gerent: et illi vniuerſi Iouæ maio-
rum ſuorum Deo gratias egerunt,
Iouamque et regem ſubmiſſe ve-
21 nerati ſunt, et Iouæ rem diui-
nam fecerunt, eique ſolidis ſacri-
ficiis hoſtias immolarunt poſtri-
die eius diei, tauros mille, arietes
mille, oues mille, cum eorum vini
libatione, et præterea magnam vi-
ctimarum copiam, omnium Iſrae-
litarum nomine: eoque die a-
pud Iouam ingenti cum lætitia e-
pulati, Solomonem Dauidis filium
iterum regem creauerunt, eumque
Iouanum ducem, et Sadocum pon-
tificem vnxerunt. Ita ſedit in
ſolio Iouano rex factus Solomo
pro Dauide patre ſuo, et quidem
feliciter: eique paruerunt omnes
Iſraelitæ, et omnes tum principes
tum milites: nec non omnes
Dauidis regis filii Solomoni regi
manus dederunt, eique Ioua, in-
genti apud omnes Iſraelitas digni-
tate aucto, tantam regni concilia-
uit auctoritatem, quanta nullius
ante eum fuerat regis Iſraelitarum.
Dauid igitur Iſæi filius, qui re-
gnum tenuerat in omnes Iſraeli-
tas, quum regnaſſet in Iſraelitas
annos quadraginta, videlicet He-
brone ſeptem, Hieroſolymis tres
et triginta, mortuus eſt in canitie
felici, ætatis diuitiarumque plenus
et gloriæ: cui ſucceſſit in regnum
filius eius Solomo. Ceterum Da-
uidis regis geſta a primis ad vltima
ſcripta exſtant in libro Samuelis va-
tis, et in libro Nathanis vatis, et in
libro Gadi fatidici, vna cum omni
eius regno, atque potentia, et tem-
poribus, quæ tum ei et Iſraelitis,
tum omnibus orbis terrarum re-
gnis acciderunt.

PARALIPOMENON
LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

Solomo ad tabernaculum Dei. Sapientiæ petitio per Solomonem a Deo. Regi Deus reſpondens, optima recipiens. Solomonis opes.

1 ITA confirmatus in regno ſuo
Solomo, Dauidis filius, et Io-
uam Deum ſuum propitium
habens, ab eo quoque dignitate
auctus, iuſſit omnibus Iſraelitis,
tribunis, centurionibus, iudicibus,
omnibus denique aliquo apud
quoscumque Iſraelitas honore fun-
gentibus familiarum primariis, vt
adeſſent; cumque omni illo con-
uentu Gabaonem ad ſacellum pro-
fectus

fectus eſt. Erat enim illic diuinum oraculorum tabernaculum, quod Moſes Iouæ ſeruus fecerat in deſertis. Nam diuinam quidem arcam deportauerat Dauid Cariathiarimo in locum ei a ſe deſtinatum: ſiquidem tabernaculum ei Hieroſolymis tetenderat: ſed quum ænea ara a Beſelele Vris filio, Huris nepote, facta, illic esſet ante Iouæ tabernaculum; petiit inde Solomo, vna cum illo cœtu, oraculum. Quumque illuc ad aram æneam Iouæ apud oraculorum tabernaculum adpoſitam profectus, mille ſolidas hoſtias ad eam immolasſet: adparuit ei Deus ea nocte, iusſitque, vt poſceret, quod ſibi vellet ab ipſo dari. Et Solomo ſic Deum adlocutus eſt: poſtquam tu tanto Dauidem patrem meum adfeciſti beneficio, vt me pro eo regem creares: peto a te, Ioua Deus, vt Dauidi patri meo promisſa præſtes, et mihi, quem populi puluere numeroſioris regem conſtituiſti, tantam ſapientiam ſcientiamque largiaris, vt huius populi res adminiſtrare posſim. Alioquin quis hunc tuum tam ingentem populum gubernet? Et Deus ita Solomoni reſpondit: quoniam iſta mente præditus non modo diuitias, opes, gloriam, aut hoſtium tuorum necem, ſed ne longam quidem ætatem poſtulas, ſed tibi ſapientiam atque ſcientiam petis, qua meos, quorum ego te regem creaui, regas: non ſolum ſapientia tibi ſcientiaque datur, verum etiam tantas tibi diuitias, opes, gloriam conciliabo, quantis nemo regum neque ante te præditus fuit, neque poſt te futurus eſt.

Igitur Hieroſolymam reuerſus Solomo, ab oraculorum tabernaculo, quod Gabaone erat in ſacello, regnauit in Iſraelitas, auctoque quadrigarum et equitum numero, habuit quadrigas mille quadringentas, equitum autem duodecim millia, quos partim in oppidis quadrigariis, partim apud ſe Hieroſolymis dispo-
ſuit. Iam vero et argentum at- 15
que aurum Hieroſolymis præbebat rex perinde ac lapides et cedros, tanta copia, quanta ſi cam-
peſtres esſent caprifici. Equo- 16
rum autem, qui Solomoni ex Aegypto adducebantur, hæc erat ratio, vt regiorum mercatorum ſocietas, equorum multitudinem
pretio compararet. Addicebatur 17
autem ex Aegypto abducenda quadriga vna ſexcentis argenteis, hoc eſt, ſinguli equi centenis quinquagenis: eodemque pacto ab omnibus Hettæorum et Syrorum regibus mercatorum opera adducebantur.

CAPVT II.

Solomonis conſilium de fano Iouæ, ſuaque regia. Litteræ ad Hiramum pro templi materia. Tyriorum regis reſponſio.

QVum ſtatuisſet autem Solo 1
mo et templum nomini Iouæ, et ſibi regiam conſtrue-
re: deſtinauit ſeptuaginta homi- 2
num millia, qui baiularent, et octoginta millia, qui lapides in monte cæderent, eorumque præ-
fectos tria millia ſexcentos. Præ- 3
terea Hiramo Tyriorum regi ſignificauit in hunc modum: quandoquidem tu ita cum Dauide patre meo egiſti, vt ei cedros mitteres ad conſtruendas ædes, in qui-
bus habitaret: ſcito, me con- 4
ſtructurum esſe fanum nomini Iouæ Dei mei, vbi ei donaria conſecrentur, vbi apud eum ſuffitus fiat odoratus, vbi ordinarii panes ſint ſemper, fiantque ſolida ſacrificia matutina et veſpertina ſabbatis, nouiluniis, et Iouæ Dei noſtri ſolemnitatibus, id quod apud Iſraelitas fiat in perpetuum.
Eſt autem hoc conſtruendum a me 5
templum futurum ingens: quippe

quum deorum maximus ſit Deus
noſter : ad cuius conſtruendum
templum quis virium ſatis habeat ?
6 Etenim quum illum cæli , cælo-
rumque cæli non capiant : quis ego
ſum , qui ei templum conſtruam ?
ſed hoc facio ad ſuffiendum ei.
7 Quamobrem mitte mihi virum ali-
quem, eloborandi auri , argenti,
æris , ferri , purpuræ , cocci et
hyacinthi peritum , et qui ſculpe-
re ſciat , vna cum peritis , qui ſunt
apud me , partim in Iudæa , partim
Hieroſolymis , a Dauide patre meo
8 præparati. Mitte mihi præterea
cedrinam , pineam , piceamque ma-
teriam ex Libano , ita vt mei cum
tuis adſint , quos tuos ſcio cædendæ
Libani materiæ peritos esſe , vt ita
ingens mihi paretur copia ligno-
9 rum. Quod enim conſtructurus
ſum templum , ingens et admirabi-
10 le futurum eſt. Ego tuis lapicidis
et materiariis præbebo tritici mo-
liti cororum vicena millia , hordei
tantumdem ; vini batorum vicena
millia , et olei tantumdem.
11 Ad hæc Hiramus Tyriorum rex
Solomoni , misſis ad eum litteris,
reſpondit in hunc modum : pro-
pter amorem , quo ſuos proſequi-
tur Ioua , te eis regem conſtituit.
12 Gratias , inquit , ago Iouæ Israe-
litarum Deo , cælorum terrarum-
que conditori , qui Dauidi regi fi-
lium dederit ſapientem , et pruden-
tia atque induſtria præditum , qui
et Iouæ templum , et ſibi regiam
13 conſtruat. Itaque tibi virum mit-
to peritum et ſolertem , Hiramum
Abium , dania matre natum , pa-
14 tre tyrio , hominem elaboran-
di auri , argenti , æris , ferri , la-
pidum , lignorum , purpuræ , hy-
acynthi , bysſi et cocci peritum :
nec non in omni genere ſculpendi,
et quoduis ingenioſum opus tra-
ctandi , quod ei vna cum tuis , do-
minique Dauidis patris tui peritis
15 propoſitum fuerit. Quamobrem,
quod promittis triticum , hordeum,
oleum et vinum , mitte nobis , do-
mine : nos cæſam in Libano ma-
teriam , quantumcumque tibi opus
erit , tibi vehemus ratibus in mare
ioppicum : tu eam deinde Hiero-
ſolymam deportabis. Numera-
uit igitur Solomo omnes homi
nes peregrinos , qui erant in Israe-
litarum finibus , poſtquam eos iam
numerauerat eius parens Dauid
Quumque inuenti esſent centum
quinquaginta tria millia ſexcenti
fecit ex eorum ſeptuaginta millibus
baiulos, ex octoginta millibus lapi
cidas montanos , ex tribus millibus
ſexcentis præfectos , qui ceterorum
opus vrgerent.

CAPVT III.

Fani locus , initium , deſcriptio , partes ornatus.

COepit igitur Solomo templum
Iouæ conſtruere Hieroſolymi
in monte Moria , in eo loco
qui eius patri Dauidi monſtratus
et huic rei ab eo deſtinatus fuerat
in area Ornanis Iebuſæi. Cœpit
inquam , conſtruere ſecundi men
ſis die ſecunda , anno quarto ſu
regni : cuius diuini templi a
Solomone conſtruendi eiusmod
fuit fundamentum , vt primæ di
menſionis longitudo ſexaginta
cubitos pateret , latitudo viginti
Veſtibuli autem longitudo templ
latitudine a fronte reſpondens
viginti patebat cubitos , altitudo
centum viginti : idque intrinſecu
puro obducebat auro. Maius
templi membrum , pinea intectum
materie , auro probo incruſtabat
et inſuper palmas et catenas indu
cebat , templumque pretioſo lapide
tegebat. Erat autem aurum par
uaicum , quo templum , trabes
poſtes , parietes et oſtia integebat
parietibus cherubos inſculpens
Faciebat idem ædem ſanctioris ſan
ctuarii , cuius longitudo templ
latitudini reſpondens , erat vigint
cubi

ubitorum, latitudo totidem, quam
uro probo inducebat, adhibitis
d id talentis ſexcentis, clauis
ureis quinquagenos ſiclos penden-
ibus, et cubiculis auro tectis.
aciebat et in æde ſanctioris ſan-
tuarii cherubos duos, opere im-
uberum ſimili, eosque auro in-
ruſtabat. Alarum longitudo
rat viginti cubitorum, videlicet
ingularum quinque cubitorum:
uarum alarum vtriusque cherubi
na hinc, altera hinc templi pari-
tem attingebat: alteræ inter ſe
ohærebant.

His cheruborum alis in viginti
ubitos exporrectis, ipſi cherubi in
edes adſtabant, verſi ad templum.
iparium quoque faciebat ex hya-
intho, purpura, cocco et byſſo,
herubis exornatum, item ante
emplum duas columnas, triginta
uinque cubitorum longitudine,
uarum incruſtata capita erant qui-
um cubitorum, item catenas ad
enetrale, quas columnarum capiti-
us imponebat, factis centum malis
unicis, et ad catenas adplicatis.
Has columnas ante templi cellam
rigebat, alteram a dextra, alte-
am a ſiniſtra: dextra Iachin, ſi-
iſtra Boas nominata.

CAPVT IIII.

ra, lacus, lauacra et candelabra, menſæ, vtenſilia, columnæ.

FAciebat et aram æream vigin-
ti cubitos longam, totidem
latam, decem cubitos altam.
tem lacum fuſilem, vndique ro-
undum, diſtante altera labri parte
b altera decem cubitos, altum
uinque cubitos, quem trigin-
a cubitorum linea circumdaret.
Hunc lacum ſubtus vndique cinge-
ant boum ſimulacra, in ſingulo-
um cubitorum ſpatio dena, du-
lici ordine, eiusdem cum lacu
onflaturæ. Lacus duodecim bu-
us ſuperincumbebat: ita ſubiectis,
vt eorum tres ſpectarent ad ſeptem-
triones, tres ad occidentem, tres
ad meridiem, et tres ad orientem.
poſterioribus omnium partibus
intro ſpectantibus. Lacus erat 5
craſſitudine dodrantali, labro ver-
nante roſis, quali fiunt opere la-
bra poculorum, capiens batorum
tria millia.

Faciebat et lauacra decem: quo- 6
rum quinque ad dextram, et quin-
que ad ſiniſtram ponebat, in quibus
ea lauarentur, quæ in ſacrificiis la-
uanda forent: nam lacus quidem la-
uandis erat ſacerdotibus deſtinatus.

Faciebat item aurea candelabra 7
decem, vt poſtulabat eorum ratio,
quæ quina in cella, dextra ſiniſtra-
que ponebat.

Item menſas decem, quas item in 8
cella, quinque ad dextram, et toti-
dem ad ſiniſtram ponebat, et phialas
aureas centum. Faciebat et ſacer- 9
dotum atrium, et aream magnam,
oſtiis munitam, foribus ære incru-
ſtatis. Lacum autem collocabat ad 10
dextrum latus orientale, ſecundum
meridiem. * Faciebat item Hira- 11
mus cacabos, fuſcinas et phialas: ab-
ſoluitque opus, quod Solomni regi
ad diuinum templum faciebat, vi- 12
delicet columnas duas, et globos, ca-
pitellaque ſummis columnis impo-
ſita, et faſcias duas ad illos capitel-
lorum tegendos globos, et mala 13
punica quadringenta ad duas faſci-
as, videlicet binos punicorum or-
dines ad vtramque faſciam, ad te-
gendos duos capitellorum globos,
columnis adplicatos. Fecit et ba- 14
ſes, et lauacra baſibus imponenda,
et lacum vnum, et ſupponendos ei 15
boues duodecim, et cacabos, et 16
fuſcinas, et tridentes, et omne ha-
rum rerum inſtrumentum fecit
Hiramus Abius Solomoni regi, ad
templum Iouæ, ex ære nitido.
Atque hæc omnia in planitie Ior- 17
danis conflauit rex in argillacea
terra, inter Sochotha et Sareda-
tham: atque ea tot vaſa ita fecit 18

Solomo, vt æris pondus non ſit
19 veſtigatum. Fecit igitur Solomo
omne diuini templi inſtrumentum,
aram auream, et menſas, quibus
adpoſititii panes imponerentur:
20 candelabra ex auro probo, et eorum lucernas ante penetrale de
more accendendas, liliis et lucernis
21 earumque foculis auro factis, eoque perfectisſimo, nec non et muſicis inſtrumentis, et phialis, et
capedinibus, et turibulis ex auro
22 probatisſimo. Quin et aditus
templi fores interiores ſanctioris
ſanctuarii, et cellæ templi fores
erant aureæ.

CAPVT V.

Arca in fanum. Sacerdotum adparatus. Iouæ nubes, ac ſplendor.

1 IGitur Solomo, abſoluto omni
opere a ſe ad Iouæ templum
facto, dicata Dauidis patris ſui
argentum, aurum, et omnia vaſa,
in diuini templi fiſcum intulit, et
2 ibi repoſuit. Deinde Iſraelitarum
ſenatores, et omnes tribuum primarios Iſraelitarum familiarum
optimates Hieroſolymam conuocauit, ad arcam fœderis Iouæ ex
vrbe Dauidis, id eſt, Sione, efferen-
3 dam. Ita conuocatis ad regem
omnibus Iſraelitis, in feſto, quod
4 eſt menſe ſeptimo, quum eo conuenisſent omnes Iſraelitæ ſenatores: ſuſtulerunt arcam Leuitæ,
5 nec non oraculare tabernaculum,
et omnem ſacram tabernaculi ſu-
6 pellectilem: quibus ſacerdotibus
Leuitis ea geſtantibus, Solomo rex,
et omnis Iſraelitarum conuentus,
ad eum apud arcam congregati,
innumeram immenſamque ouium,
caprarum, boum multitudinem
7 immolabant. Intulerunt ergo ſacerdotes arcam fœderis Iouæ in
locum ſuum, in penetrale templi,
in ſanctius ſacrarium, ſubter alas
8 cheruborum. Nam cherubi alas
in arcæ locum porrigebant, eamque ſuperne et eius vectes tegebant, ita comparata vectium longitudine, vt eorum capita ad frontem penetralis ex arca exſtarent, neque foris adparerent. Atque ibi adhuc eſt arca: neque in ea quidquam eſt præter duas tabulas, a Moſe ibi poſitas in Horebo, tum quum Ioua cum Iſraelitis ex Aegypto egresſis fœdus percusſit. Deinde egresſis ex ſacrario ſacerdotibus, (qui ſacerdotes quotquot aderant, luſtrati erant, nec vllam clasſium rationem obſeruabant:) Leuitæ cantores vniuerſi, Aſaphus, Heman, Ieduthun, eorumque filii et cognati, bysſo veſtiti, cum cymbalis, nablis et citharis aræ ab oriente adſtabant, vna cum ſacerdotibus centum et viginti, qui tubis clangebant. Igitur quum illi ſimul clangerent, canerent, vnumque ſonitum efficerent, laudando et prædicando Iouam, et tubis, cymbalis, inſtrumentisque muſicis perſonando, Iouamque, qui bonus, et æterna præditus esſet clementia, concelebrando: tanta nubes ædem Iouæ repleuit, vt præ ea non posſent ad miniſtrandum manere ſacerdotes, tantus Iouæ ſplendor diuinum templum repleuerat.

CAPVT VI.

Ad Iouam Solomo. Templi dedicatio.

TVm Solomo ſic fatur: ego tibi Ioua, qui tenebras inhabitare ſtatuiſti, commorandi domicilium et ſtationem, in qua ſemper habites, ædificaui. Deinde conuerſus rex, et omni Iſraelitarum cœtui, qui adſtabat, bene precatus, inquit: grates ago Iouæ, Deo Iſraelitarum, qui quod Dauidi patri meo verbis promiſerat, re præſtiterit. Dixerat enim, ſe, poſtquam ſuum populum eduxisſet ex Aegypto, neque vllam ex vlla iſraeliticarum tribuum vrbem tem-
plo

lo conſtruendo, in quo ſuum
omen esſet, deſtinasſe: neque ho-
ninum quemquam, qui ſuorum
ſraelitarum rector esſet, elegisſe.
ed nunc et Hieroſolymam, vbi
uum nomen collocaret, et Daui-
em, quem ſuis præficeret Iſraeli-
s, delegisſe. Verum quum Da-
idi patri meo in animo esſet, tem-
lum nomini Iouæ, Iſraelitarum
ei, conſtruere: demonſtrauit ei
oua, quod in animo haberet ipſius
omini templum conſtruere, eum
ecte facere, qui eo animo esſet.
erumtamen non ipſum, ſed filium
e eius egresſum lumbis, templum
ſe ipſius nomini conſtructurum.
oc ſuum promisſum Ioua præ-
itit: nam ego Dauidi patri meo
ccesſi, inque iſraelitico ſolio,
cuti Ioua promiſerat, conſedi, et
omini Iouæ, Iſraelitarum Dei,
mplum conſtruxi, vbi arcam,
 qua eſt Iouæ fœdus, ab eo cum
raelitis ictum, repoſui.

His dictis Solomo ante aram Io-
æ pasſis in cælum manibus, *a* ad-
ans apud lauacrum æneum, quod
uinque cubitos longum, totidem
tum, tres cubitos altum fecerat, et
 media collocauerat area, flexis
enubus apud vniuerſam Iſraelita-
um multitudinem ſic locutus eſt:
oua, Deus Iſraelitarum, nullus tibi
eus par eſt, neque in cælis, neque
 terris: qui fœdus conſeruas, et
ementia vteris erga tuos tibi tota
ente obtemperantes: qui qui-
em tuo Dauidi patri meo fidem
atam conſeruaueris, quodque ver-
is promiſeras, reipſa manifeſte
ræſtiteris. Quare, Ioua Deus
ſraelitarum, præſta tuo Dauidi
atri meo, quod ei pollicitus es:
cilicet facturum te, vt de eius ſtirpe
on deſit, qui in iſraelitico ſolio
edeat: ſi modo eius prognati ita
itam ſuam inſtituant, vt ex tua
ege viuant, quemadmodum ipſe ad
tuam voluntatem vixisſet. Nunc 17
Ioua, Deus Iſraelitarum, præſte-
tur, quod tu tuo Dauidi promiſiſti.
At enim habitabit ſcilicet Deus 18
apud homines in terris? quum
ipſi te cæli cælorumque cæli non
capiant, nedum hoc conſtructum
a me templum? Verumtamen 19
reſpice meas tui cultoris preces
et ſupplicationem, Ioua, mi Deus,
exaudi obſecrationem et precatio-
nes, quas ego tuus apud te facio,
vt in hoc templum, (quem locum 20
tuo nomini collocando deſtinaſti,)
oculos noctes diesque apertos ha-
beas, exaudita precatione, qua tuus
ego ad hunc locum vtor, et Iſrae- 21
litarum, (qui tui cultores tuusque
ſunt populus,) ſupplicationes, (qui-
bus te ad hunc locum orabunt) ex
cælis, (qui tuæ habitationis locus
eſt,) exaudias, iisque exauditis, pro-
pitiere. Si quis in alterum aliquid 22
commiſerit, et ab eo in iusiu-
randum vocatus fuerit; idque ius-
iurandum ad aram tuam in hoc
templum delatum fuerit: exaudito
tu de cælis, facitoque tuis, vt ita 23
ius reddas, vt et nocente damnato,
et innocente abſoluto, huic ſua in-
nocentia, illi ſuis factis dignum
præmium rependas. Quum Iſra- 24
elitæ tui, clade ab hoſtibus propter
ſuum in te peccatum adfecti, ſeſe
ad te conuertent, tuumque nomen
celebrabunt, et te ſuppliciter hac
in æde orabunt: exaudito de 25
cælis, et tuorum Iſraelitarum pec-
cato ignoſcito; eosque in terram,
quam eis et eorum maioribus de-
diſti, reducito. Quum clauſo cæ- 26
lo, deſiderataque pluuia propter
eorum in te peccatum, precabuntur
ad hunc locum, tuumque nomen
collaudabunt, et, te eos adfligente,
a ſuis peccatis recedent: audito de
cælis, tuorumque ſeruorum, et 27
tui iſraelitici populi peccato igno-
ſcito, eos in rectam viam, qua gra-
diantur, dirigens; pluuiaque ter-

) ſecerat enim ſuggeſtum inſtar lauacri æneum.

ram tuam irrigato, quam tuis de-
diſti poſſidendam.
28 Fames ſi hos fines inuaſerit, ſi pe-
ſtis, ſi ardores, ſi rubigo, ſi locuſtæ,
ſi vaſtitas inceſſerit, ſi ab hoſte ſua
29 in patria obſidebuntur, denique
quæcumque clades aut morbus erit:
omnes precationes, omnes ſuppli-
cationes, quæ ab vllo hominum,
quæ ab vllo tuorum Iſraelitarum fi-
ent, qui, ſuum vulnus et dolorem
ſentiens, palmas ſuas ad hanc ædem
extendet, audito de tuo cæleſti do-
30 micilio atque ſede, ignoſcitoque,
et ſuis cuique digna factis reddito,
prout eius mentem cognitam habe-
bis; (nam tu ſolus omnium morta-
31 lium mentes perſpicis:) vt, te me-
tuentes, tibi pareant, quamdiu vi-
uent in terra, a te maioribus noſtris
32 data. Quin etiam ſi extranei, et a
tuis Iſraelitis alieni, audito tuo tam
præclaro nomine, manuque forti,
et extento brachio, venerint ob
tuum nomen ex finibus remotis,
et ad hanc ædem precati fuerint:
audito de cælo, tuæ ſedis domicilio,
et extraneis illis poſtulata omnia
33 concedito: vt omnes terrarum na-
tiones, tuo nomine cognito, te vere-
antur, ſicut Iſraelitæ tui: vtque ſci-
atur, hanc a me conſtructam ædem
34 a nomine tuo cenſeri. Si tui ad
bellum in hoſtes profecti, quo tu
eos miſeris, Iouam orauerint ver-
ſus vrbem hanc, a te delectam,
verſusque ædem, a me tuo no-
mini conſtructam: exaudito de
cælis eorum preces atque ſuppli-
cationes, eorumque cauſſam agito.
35 Si, quum in te peccauerint, (nemo
eſt enim qui non peccet,) tu offen-
ſus eos hoſti addixeris, in hoſti-
lem terram, ſiue remotiorem, ſiue
propiorem, in captiuitatem abdu-
36 cendos; et ea in terra, in qua
captiui erunt, mutatis animis, ad
te ſupplicandum ſeſe conuerterint,
37 ſuum peccatum, culpam ſcelusque
confitentes, atque ad te tota mente,
totoque animo conuerſi, in eorum
finibus, apud quos erunt captiui,
te precati fuerint verſus terram,
quam eorum dediſti maioribus,
verſus vrbem, quam delegiſti,
verſus ædem, quam ego tuo nomi-
ni ædificaui: audito de cælis, 38
tuæ ſedis habitatione, illorum pre-
ces atque ſupplicationes, eorum-
que cauſſam agito, et tuis commiſ-
ſum contra te peccatum ignoſcito.
Nunc, mi Deus, habe et oculos 39
apertos, et aures attentas ad pre-
cationes huius loci. Age iam, 40
Ioua Deus, inuade in requietem
tuam, vna cum arca tuæ fortitu-
dinis: induant, o Ioua Deus, 41
tui ſacerdotes ſalutem, et tui pii
lætentur in bono. O Ioua Deus, 42
noli tuum vnctum auerſari: re-
cordare pietatem tui Dauidis.

CAPVT VII.

Ignis cæleſtis in hoſtias. Iouæ ſplendor. Atrii conſecratio. In Solomonem Iouæ benignitas.

POſtquam Solomo precandi fi- 1
nem fecit: delatus ignis de
cælo, et ſolidi ſacrificii et reli-
quas hoſtias conſumſit, tantus- 2
que Iouæ ſplendor templum re-
pleuit, vt præ eo ſplendore ſacer-
dotes in Iouæ templum intrare non
poſſent. Hunc ignem deferri, 3
et Iouæ ſplendorem ſuper templo
videntes vniuerſi Iſraelitæ, demiſ-
ſis ad terræ ſolum vultibus adora-
runt, et bonum Iouam æternaque
præditum clementia celebrauerunt.
Tum rex totusque populus apud 4
Iouam ſacrificium fecerunt: im- 5
molauitque Solomo rex boum vi-
ginti duo millia, ouium et capra-
rum centum viginti millia: atque
ita diuinum templum dedicauere
rex et vniuerſus populus; ſacerdo- 6
tibus interea ſuo munere fungenti-
bus, et Leuitis muſicis Iouæ in-
ſtrumentis vtentibus, quæ fecerat
Dauid rex, ad Iouam æterna præ-
ditum clementia celebrandum: et
per

per quæ ipſe laudes dicebat, ſacer-
dotibus apud eos clangentibus, et
vniuerſis Israelitis adſtantibus.
7 Conſecrauit etiam Solomo medium
atrium ante Iouæ templum poſi-
tum: quoniam ibi ſolida ſacrificia
et adipibus pro ſalute fecit: quod
facta ab eo ara ænea victimas et
fertum, et adipes capere non po-
8 terat. Fecit autem Solomo eo
tempore ſeptemdiale feſtum, vna
cum omnibus Israelitis, quorum
ingens erat multitudo, qui, qua ab
Hematha ad ægyptium fluuium
9 terra patet, conuenerant. Octauo
die habitæ ſunt feriæ. Nam aræ
dedicatio durauit per ſeptem dies,
0 et feſtum item ſeptem dies. De-
inde viceſimo tertio die menſis ſe-
ptimi dimiſit homines domum,
gaudentes animisque lætos, ob
beneficium, quo Ioua Dauidem
et Solomonem Israelitasque ſuos
1 adfecerat. Poſtquam Solomo Io-
uæ templum et regiam, et quid-
quid ei tum in Iouæ templo, tum
in ædibus ſuis facere venerat in
mentem, feliciter abſoluit: adpa-
ruit ei Ioua noctu, et ita dixit:
2 exaudiui preces tuas, iſtumque
mihi locum ſacrificii domicilium
3 delegi. Si clauſo cælo imbrem
compresſero, aut locuſtis terram
vaſtare iusſero, aut meis peſtem
4 immiſero; ſi mei, qui a meo
nomine nuncupantur, ſeſe ſubmi-
ſerint, correctisque prauis ſuis
moribus, me precati fuerint, me-
amque requiſiuerint præſentiam;
ego de cælis exaudiam, et, condo-
nato peccato, eorum terræ mede-
5 bor. Igitur ad iſtius loci preces,
et oculos apertos, et aures attentas
6 habebo: iamque ædem iſtam de-
legi atque conſecraui, vt ibi meum
ſit nomen in perpetuum: ibi et
oculos et mentem ſemper habeam.
7 Quod ſi tu Dauidis tui patris exem-
plo ex meo præſcripto vixeris,
omniaque tibi a me præcepta ex-
ſequens, mea decreta et ſententias
conſeruaueris: ego tui regni 18
ſolium ſtabiliam: quemadmodum
Dauidi patri tuo pactus ſum, non
defuturum de eius ſtirpe, qui im-
peret Israelitis. Sin autem vos 19
immutati, relictis meis decretis et
præceptis, vobis a me propoſitis,
vos ad aliorum deorum ſeruitium
cultumque contuleritis: ego et 20
homines ex terra, eis a me data, ex-
ſtirpabo, et templum iſtud, quod
nomini meo conſecraui, reiiciam
a me, et in prouerbium fabulam-
que apud omnes nationes conuer-
tam, ita vt templum iſtud, quod 21
fuerit ſingulare, ſit omnibus præ-
tereuntibus ſtupori: quærantque,
quam ob cauſſam Ioua ſic adfece-
rit terram iſtam atque templum.
Quibus reſpondebitur, quoniam 22
relicto Ioua, Deo maiorum ſuo-
rum, qui eos ex Aegypto eduxisſet,
diis aliis ſeſe coniunxerint, eosque
adorauerint atque coluerint: pro-
pterea illum eis illa tot importasſe
mala.

CAPVT VIII.

Inſtaurata per Solomonem oppida. Gentes ſtipendiariæ Solomoni. Regina ægyptia. Claſſis Solomonis.

PRæteritis autem viginti annis, 1
quibus Solomo Iouæ templum
ædesque ſuas ædificauit, op- 2
pida ſibi ab Hiramo data inſtaura-
uit, eoque Israelitarum colonias
deduxit. Tum profectus ad He- 3
matham Sophenæ, eam obtinuit, et
Palmiram in deſertis ædificauit,
et quæcumque cellaria oppida a- 4
pud Hematham conſtruxit. Aedi- 5
ficauit et Bethoronem, tum ſuperi-
orem, tum inferiorem, oppida mu-
ris, portis, repagulisque munita:
tum Baalatham, et omnia tum cel- 6
larum, quas habuit, tum quadri-
garum et equitum oppida: breui-
ter, quæcumque ei ædificare colli-
bitum eſt vel Hieroſolymis, vel in

Libano, aut in quacumque ſuæ di-
tionis regione.
7 Atque omnibus, qui ſupererant
ex Hettæis, Amorræis, Pherezæis,
Heuæis et Iebuſæis, qui non erant
8 ex Iſraelitis, id eſt, ex illorum po-
ſteris, quos illis in ea terra ſuperſti-
tes non deleuerant Iſraelitæ, tribu-
tum impoſuit Solomo, quod adhuc
9 durat. Ex Iſraelitis autem, quibus
ad opera ſua ſeruis vſus non eſt, mi-
lites habuit et duces primarios, et
quadrigariorum et equitum magi-
10 ſtros. Et præcipui quidem princi-
pes, quos habuit rex Solomo, fuere
ducenti quinquaginta, qui popu-
lum regerent.
11 Pharaonis autem filiam ex vrbe
Dauidis in ædes ei a ſe conſtructas
traduxit, negans, ſe commisſurum,
vt mulier in domo Dauidis Iſraeli-
tarum regis habitaret: quoniam ea
ſacra forent, ad quæ Iouæ arca ve-
nisſet.
12 Deinde ſolida Iouæ fecit ſacrifi-
cia Solomo ad aram Iouæ, quam
ante templi veſtibulum exſtruxerat:
13 ſolebatque pro ratione cuiusque
diei ex præſcripto Moſis ſolidas im-
molare victimas ſabbatis, et nouilu-
niis, et ſolemnitatibus, ter quotan-
nis, ſcilicet azymalibus, et ſeptima-
14 nalibus et vmbracularibus: ſta-
tuitque ad Dauidis ſui patris ratio-
nem, muneris ſacerdotum et procu-
rationis Leuitarum claſſes ad dicen-
das laudes, et ad miniſtrandum
apud ſacerdotes, prout cuiusque diei
ratio poſtularet: tum etiam ianito-
rum claſſes in ſingulas portas, quo-
niam id diuini Dauidis erat præ-
15 ceptum: neque ab eo, quod rex
de ſacerdotibus et Leuitis præce-
perat, discesſum eſt in vlla re, aut
16 in ratione theſaurorum. Fuit-
que omne Solomonis opus com-
poſitum, ex quo die iacta ſunt tem-
pli Iouæ fundamenta, donec abſo-
17 lutum eſt. Perfecto Iouæ tem-
plo, profectus eſt Solomo ad Aſi-
ongaber, et ad Elotha, poſita ad
litus maris in Idumæa. Et Hira- 18
mus ei per ſuos claſſem miſit, et
ſeruos maris peritos, qui Ophir
cum Solomonianis profecti, adue-
xerunt inde quadringenta quin-
quaginta auri talenta, quæ ad So-
lomonem regem attulerunt.

CAPVT IX.

Sabæ regina ad Solomonem. Illius quæſtiones, harum ſolutiones. Reginæ admiratio, fauſta precatio pro Solomone. Reginæ dona, et ad eum munera. Solium Solomonis. Huius geſtorum ſcriptores.

REgina autem Sabæ, audita Solo- 1
monis fama, venit, ad eum
obſcuris quæſtionibus tentan-
dum Hieroſolymam, cum maxi-
mo comitatu, et camelis magnam
aromatum et auri gemmarumque
vim ferentibus, et adgresſa Solo-
monem, ei propoſuit, quidquid ha-
bebat in animo. Ei Solomo o- 2
mnia ab ea propoſita ſic explica-
uit, vt nihil eum latuerit, quin id
ei enucleauerit. Itaque regina, 3
Solomonis contemplata ſapienti-
am, ab eoque conſtructas ædes, et
eius menſæ victum, et regiorum
accubationem, et adminiſtratorum
ſtatum atque veſtitum, eiusque po-
tionem, et quæ in Iouæ templo 4
ſacrificia faciebat, ſtupore exani-
mata ſic regem adloquitur: ad- 5
eo vera ſunt, quæ ego in mea pa-
tria de tuis rebus et ſapientia au-
diui, vt, quum hominum ſermoni-
bus non ante crederem, quam ipſa
meis oculis ſpectatum venisſem,
nunc comperiam, ne dimidium 6
quidem mihi tuæ tam copioſæ ſa-
pientiæ fuisſe narratum: adeo tu
famam vincis, quam ego acceperam.
Felices homines tui, felices hi tui 7
adſectatores, qui, tibi ſemper ad-
ſtantes, tuam audiunt ſapientiam.
Grates ago Iouæ, Deo tuo, qui tibi 8
ſic fauerit, vt te ſuo Iouæ Dei tui
ſolio regem imponeret, teque Iſ-
raelitis præ amore, quo eos in per-
petuum ſtabiliendos proſequitur,
regem

regem ſtatuerit, qui ius æquumque
9 facias. Deinde regi donauit re-
gina Sabæ centum viginti auri ta-
lenta, et ingentem gemmarum a-
romatumque copiam: cum quibus
aromatis Solomoni regi, a regina
Sabæ donatis, nulla ſunt comparan-
10 da. Hiramini quoque et Solo-
moniani, qui aurum Ophire adue-
hebant, attulerunt gemmas et pi-
11 ceas: quibus ex piceis fecit rex
geſtationes templi Iouæ et regiæ,
citharasque, et nablia cantoribus.
Erant autem eiusmodi piceæ, qua-
les antea viſæ in Iudæa non fuerant.
12 Tum rex Solomo reginæ Sabæ
dedit, quidquid illa petere voluit, *b*
præter ea, quæ ei ſua ſponte dedit
rex: atque ita illa ſe cum ſuis in
13 patriam recepit. Erat autem pon-
dus auri, quod Solomoni quotannis
proueniebat, ſexcenta ſexaginta ſex
14 auri talenta: præter ea, quæ ei
pendebantur a mercatoribus et in-
ſtitoribus, tum ab omnibus Arabiæ
regulis et terræ prætoribus, qui ei
aurum argentumque pendebant.
15 Fecit præterea rex Solomo ducenta
ſcuta ex auro ductili ſexcentena-
16 ria,* et trecentos clipeos ex auro
ductili trecentenarios, quæ in ne-
morenſi Libani domo repoſuit.
17 Fecit et eburneum ſolium ingens,
18 idque auro puro incruſtauit, cu-
ius ſolii *c* ſex erant gradus, aureaque
ſolii fornix a tergo, * et vtrimque
manus in loco ſesſionis, et manibus
19 adſtantes duo leones. In ſex autem
gradibus ſtabant hinc et hinc duo-
decim leones, cuiusmodi opus nul-
20 lum in regno vllo factum eſt. At-
que omnia regis Solomonis vaſa
potoria, omnisque ſupellex nemo-
renſis libaniæ domus erant ex auro
probatisſimo: nam argentum qui-
dem Solomonis tempore nullo erat
21 in pretio, quoniam regis naues,
vna cum hiramicis, tertio quoque
anno in Ciliciam permeantes, au-
rum, argentum, ebur, ſimias et pa-
uones aduehebant. Ita tantum di- 22
uitiis et ſapientia Solomo rex o-
mnes orbis reges antecesſit, vt o- 23
mnes orbis reges conſpectum re-
quirerent Solomonis, audiendæ
cauſſa ſapientiæ, qua præditam men-
tem diuinitus habebat; vtque ei 24
pro ſe quisque vaſa argentea aurea-
que, veſtes, arma, aromata, equos,
mulos quotannis dono adferrent.
Itaque habuit Solomo equorum 25
ſtabula quater mille, et quadriga-
rum equitumque duodecim millia,
quos partim in oppidis quadriga-
riis, partim Hieroſolymis apud ſe
diſpoſuit: imperauitque omni- 26
bus regibus, quotquot a flumine
ad Palæſtinam et ad Aegypti con-
finia continentur; et tantam Hie- 27
roſolymis argenti cedrorumque
copiam ſuppeditauit, quanta eſt la-
pidum et campeſtrium caprifico-
rum. Proueniebant autem Solo- 28
moni equi, quum ex ceteris omni-
bus terris, tum ex Aegypto. Reli- 29
quæ res Solomonis a primis ad
vltimas ſcriptæ exſtant in libro
Nathanis vatis, et in vaticinatione
Ahiæ Silonii, et in Iedonis fatidici
prædictionibus ad Ieroboamum
Nabati filium. Regnauit autem 30
Solomo Hieroſolymis in omnes
Israelitas annos quadraginta.

CAPVT X.

Solomonis mors, Roboamus filius heres. Huius imprudentia, malum conſilium, regni patris amisſio.

DEfuncto vita Solomoni, et in 1
vrbe patris ſui Dauidis ſepul-
to, ſuccesſit in regnum Robo-
amus eius filius. Is quum Siche- 2
mam venisſet (nam Sichemam con-
uenerant omnes Israelitæ, vt eum
regem crearent:) Ieroboamus Na-
bati filius, qui in Aegypto, (quo
Solomonem regem vitans fugerat)
dege-

b) quædam poſtulanti dedit, quædam vltro. Correxi autem hunc locum ex 3. Reg. 10, 19. *c*) ea pars, quæ a tergo eſt, et fornicatur.

degebat, poſtquam id audiuit, ar-
ceſſitus euocatusque adſuit, vna
3 cum omnibus Iſraelitis. Atque hi
a Roboamo poſtularunt, vt, quo-
niam ab eius patre iugo preſſi fuiſ-
ſent, ipſe impoſitam eis ab illo
ſeruitutem, iugique grauitatem
leuaret: ita ſe in eius poteſtate fu-
4 turos esſe. Quibus ille iusſit, vt
ad ſe poſt triduum reuerterentur.
5 Atque illis digresſis, conſuluit rex
Roboamus ſenes, qui eius patri
Solomoni adhuc viuenti adparue-
rant, ecquid ſuaderent, vt homini-
6 bus illis reſponderetur? Cui illi
reſpondent: ſi ſe illis humanum
præbeat, eisque obſequens, benigne
reſponſum det: iſtos ſemper in
7 eius futuros esſe poteſtate. At
ille, repudiato, quod ſenes dede-
rant, conſilio, iuuenum, ſecum edu-
catorum, et ſibi miniſtrantium,
8 conſilium adhibet, quærens,
quidnam conſulant, vt illis reſpon-
deat, petentibus, vt a iugo, eis a ſuo
patre impoſito, relaxaret aliquid.
9 Cui iuuenes ſuadent, vt illis a ſe
petentibus, vt iugi eis ab eius patre
impoſiti grauitatem releuet, ita re-
10 ſpondeat: ſuorum digitorum mi-
nimum crasſiorem esſe, quam ſui
patris medium corporis truncum:
11 quod ſi pater eos graui iugo pres-
ſit, ſe ad id iugum additurum esſe:
ſi pater in eos ſcuticis animaduer-
tit, ſe ſcorpionibus animaduerſu-
12 rum. Igitur die tertio, quum
Ieroboamus et ceteri omnes ad
Roboamum regem, quemadmodum
ab eo iusſi fuerant, reuertisſent:
13 reſpondit eis rex aſperius: relicto-
que ſenum conſilio, iuuenum ſecu-
14 tus conſilium, ita dixit: meus
pater vos graui iugo presſit; ego
eam grauitatem augebo: meus pa-
ter in vos ſcuticis animaduertit;
15 ego ſcorpiis animaduertam. Ita
non eſt illis morigeratus rex: ſic
res diſpenſante Deo, vt id Ioua
præſtaret, quod per Ahiam Siloni-
um Ieroboamo Nabati filio præ-
dixerat. Tum omnes Iſraelitæ, 16
videntes, ſibi a rege non obſecun-
dari, reſponderunt regi, nihil iam
ſe iuris in Dauide, nihil posſesſio-
nis in Iſæi filio retinere. Diſcedite
domum, Iſraelitæ: tu Dauid tuæ
proſpice familiæ. Atque ita dis-
ceſſerunt omnes Iſraelitæ domum.
In eos autem Iſraelitas, qui Iudææ 17
oppida incolebant, regnum tenuit
Roboamus: a quo rege Roboamo
misſus ad Iſraelitas Adoramus,
tributi præfectus, ab illis lapidatus
eſt et necatus. Itaque occupauit 18
Roboamus rex quadrigam adſcen-
dere, Hieroſolymamque fugere.
Ita defecerunt Iſraelitæ a domo 19
Dauidis, quæ defectio durat ad-
huc.

CAPVT XI.

In Iſraelitas Roboamus. Oppida per iſtum exſtructa. Ad regem Leuitæ in vrbem Hieroſolymam.

AT Roboamus, poſtquam Hie- 1
roſolymam venit, iudæam
ſtirpem beniaminenſemque
congregat, hominum centum octo-
ginta millia, lectorum et militari-
um, vt bello perſequeretur Iſraeli-
tas, ſibique regnum recuperaret.
Sed mandauit Ioua Semeiæ diuino, 2
vt Roboamo Solomonis filio Iudææ
regi, omnibusque Iſraelitis, tum
Iudæis tum Beniamitis, Iouæ no- 3
mine nuntiaret, ne expeditionem
facerent, neue fratribus ſuis bellum
inferrent, ſed domum reuerteren-
tur: ſeſe enim eius esſe auctorem
rei. Ita illi, Iouæ obedientes, ab 4
inuadendo Ieroboamo deſtiterunt.
Roboamus autem, Hieroſolymis 5
habitans, oppida munitionis ergo
in Iudæa inſtaurauit, exſtruxit- 6
que Bethlehemam, Etamam, The-
cuam, Bethſur, Sochonem, Odol- 7
lamam, Getham, Mareſam, Zi- 8
pham, Adoræmam, Lachim, A- 9
zecam, Soream, Aialonem et 10
Hebronem: quæ munita oppida
par-

partim in Iudæa ſunt, partim in
11 Beniamitide. In his munimentis
confirmatis duces conſtituit, cellas-
que frumentarias, olearias et vina-
12 rias. Tum in ſingulis oppidis
ſcuta poſuit et lanceas, et ea maio-
rem in modum communiuit, Iu-
dæamque et Beniamitidem tenuit.
13 Atque ad eum ſeſe adgregarunt ex
omnibus ſuis finibus ſacerdotes et
Leuitæ, qui erant in omnibus Is-
14 raelitarum finibus. Nam Leuitæ
relictis ſuis pomœriis atque pos-
ſeſſionibus, in Iudæam et Hiero-
ſolymam ſeſe receperant; propter-
ea, quod eos Ieroboamus cum ſuis
filiis Iouæ ſacerdotio abdicauerat,
15 ſibique ſacerdotes ſacellanos, et ſa-
tyrorum, et factorum a ſe vitulo-
16 rum conſtituerat: quos quidem
Leuitas, ii ex omnibus israeliticis
tribubus, qui animos ad Iouæ Isra-
elitarum Dei ſtudium adplicaue-
rant, ſecuti ſunt Hieroſolymam,
ad Iouæ Deo ſuo patrio ſacrifican-
17 dum: atque ita Iudææ regnum
confirmarunt, et Roboamum Solo-
monis filium triennio ſtabiliuerunt:
nam per tres annos Dauidem et
18 Solomonem ſecuti fuerant. Duxit
autem Roboamus in matrimonium
Mahalatham Ieremothi filiam, Da-
uidis neptem, et Abichailem Eliabi
19 filiam, Iſæi neptem: ex qua li-
beros ſuſtulit Ieum, Samariam, et
20 Zahamum. Poſt eam duxit Ma-
acham, Abſalomi filiam, ex qua
genuit Abiam, Attaim, Zizam et
21 Solomitham. Amauit autem Ro-
boamus Maacham Abſalomi filiam,
ſupra omnes ſuas vxores et concubi-
nas, (duxit enim vxores octodecim,
concubinas ſexaginta: genuitque
filios duodetriginta, et filias ſexa-
22 ginta:) et ex ea Maacha natum
Abiam, fratrum principem atque
ducem ſtatuit, vtpote regno deſti-
23 natum. Ac quos ex illa, quam
quæſiuerat, vxorum multitudine
tot filios habuit, eos per omnes
Iudææ et Beniamitidis fines, per
omnia munita oppida diſtribuit,
eisque ingentem commeatuum co-
piam dedit.

CAPVT XII.

Seſaci Aegyptii in Iudæam expeditio. Ad Iudæos vates Semeias. Direptio templi. Roboami geſtorum ſcriptores. Inter Roboamum ac Ieroboamum bella perpetua.

SEd quum, eius regno confirma- 1
to atque ſtabilito, Iouæ legem
ipſe ſimul, et omnes Israelitæ,
deſeruisſent: anno eius regni 2
quinto Seſacus Aegypti rex cum
mille ducentis quadrigis, et ſexagin-
ta millibus equitum,et innumerabi-
li militum multitudine Libyum,
Troglodytarum, et Aethiopum,
qui ſunt eum ex Aegypto comitati,
expeditionem in Hieroſolymitanos, 3
qui a Ioua defecerant, fecit, ca- 4
ptisque Iudææ munitis oppidis,
ad Hieroſolymam peruenit. Et 5
Semeias vates Roboamum et Iudææ
proceres, qui Hieroſolymam Se-
ſaci metu confluxerant, adiit, eis-
que ita dixit: ſic dicit Ioua: vos me
deſeruiſtis, et ego vos vicisſim in
Seſaci manum defero. Tum Isra- 6
elitæ proceres et rex ſeſe ſubmiſe-
runt, Iouam iure facere confiten-
tes. Quod quum videret Ioua, 7
illos ſeſe ſubmiſiſſe: locutus cum
Semeia eſt in hunc modum: quo-
niam ſeſe ſubmiſerunt; non per-
dam eos; nec vsque adeo in Hiero-
ſolymam per Seſacum mea bilis ef-
fundetur, vt non aliquatenus eua-
dant. Verumtamen ei ſerui e- 8
runt, diſcentque, quantum dif-
ferat inter meum et terreſtrium
regnorum imperium. Igitur pro- 9
fectus Hieroſolymam Seſacus Ae-
gypti rex, omnes et templi Iouæ,
et regiæ theſauros, aureosque clipe-
os a Solomone factos abſtulit, pro 10
quibus Roboamus rex fecit æreos
eosque ſatellitum magiſtris, regiæ
aditum cuſtodientibus, commiſit:
quos quidem clipeos, rege in Iouæ 11
tem-

templum ingreſſo, ſatellites captum
veniebant, et in ſatellitum cellam
12 referebant. Igitur quum Ro-
boamus ſeſe ſubmiſiſſet: non ſo-
lum Iouæ in eum ira coercita eſt,
vt non prorſus perderetur, verum
etiam Iudææ bene conſultum eſt.
13 Ita rex confirmatus Roboamus,
Hieroſolymis ita regnauit, vt, an-
no ætatis ſuæ vno et quadrageſimo
regnare ingreſſus, annos ſeptem-
decim regnauerit Hieroſololymis,
quam vrbem Ioua ex omnibus is-
raeliticis tribubus delegerat, in
qua ſuum nomen collocaret. Eius
mater fuit nomine Naama, Am-
14 monitis. Sed ille in eo peccauit,
quod animum Iouæ ſtudio addi-
15 ctum non habuit. Ceterum Ro-
boami geſta a primis ad vltima
ſcripta exſtant nominatim in libris
Semeiæ vatis, et Addonis fatidici.
16 Fuit autem inter Roboamum et
Ieroboamum perpetuum bellum.

CAPVT XIII.

Abias Roboami heres, in Ieroboamum et Israelitas. Iudaeorum victoria. Regis Abiae vxores. Addon vates.

1 POſtquam Roboamus ad manes
conceſſit, et in vrbe Dauidis
ſepultus eſt: ſucceſſit ei in re-
gnum Abias eius filius, qui Iero-
boamo annum duodeuiceſimum re-
gnante, regnare cœpit in Iudæa.
2 Regnauit Hieroſolymis annos tres.
Matrem habuit nomine Michaiam,
3 Vrielis filiam, Gabaenſem. Quum
eſſet autem bellum inter Abiam et
Ieroboamum: Abias, directis in
aciem quadraginta millibus lecto-
rum militum, (quum Ieroboamus
contra eum in aciem inſtruxiſſet
octoginta militum item egregio-
4 rum millia,) * ſurrexit ex monte
Semaraimo in montanis Ephraimi-
tarum ſito, et in hunc modum o-
5 rationem habuit: audite me,
Ieroboame, et omnes Israelitæ!
Hoc vobis ſciendum eſt, Iouam,
Israelitarum Deum Dauidi eiusque
poſteris regnum in Israelitas ſali-
to fœdere dediſſe' ſempiternum.
Sed' extitit Ieroboamus Nabati 6
filius, Solomonis Dauidis filii ſer-
uus, qui in dominum ſuum rebel-
lionem fecit: ad quem ſeſe adgre-
gauerunt homines nequam et im-
probi, qui contra Roboamum So-
lomonis filium conſpirarunt: qui, 7
quum iuuenes adhuc et imbellis
eſſet animi, illos non ſuſtinuit.
Et nunc vos Iouæ regno, quod 8
in manibus poſterorum Dauidis
eſt, reſiſtere paratis, et eſtis in-
gens ſane multitudo: aureosque
vitulos habetis, quos vobis pro
diis fecit Ieroboamus. Et qui- 9
dem repudiatis Iouæ ſacerdoti-
bus Aharone prognatis, et Leui-
tis, ſacerdotes vobis, more cete-
rarum orbis gentium, feciſtis,
vt quiuis, qui manum ſuam initia-
tum veniat, per taurum bouillum
et ſeptem arietes ſacerdos ſit non
deorum. At nos et Iouam Deum 10
habemus, quem non reliquimus:
et ſacerdotes Iouæ adminiſtros,
Aharone prognatos, et Leuitas,
qui opere fungantur, et Iouæ ſoli-
da ſacrificia ſingulis faciant matu-
tinis et veſpertinis, ſuffitumque 11
odoratum, et panum ordinatio-
nem in puram menſam, et aureum
candelabrum, eiusque lucernas
ſingulis matutinis accendendas.
Retinemus enim nos inſtitutionem 12
Iouæ Dei noſtri, a vobis derelicti:
nos et Deum ducem habemus, et
eius ſacerdotes, et reſonantes tubas
ad clangendum contra vos, o Is-
raelitæ: ne pugnate cum Ioua ma-
iorum veſtrorum Deo: neque e-
nim vobis ſuccedet.

Interea Ieroboamus circumduxe- 13
rat inſidias, vt illos adgrederetur a
tergo: imminebantque Iudæis et a
fronte milites, et a tergo inſidiæ.
Itaque quum reſpicientes Iudæi vi- 14
derent,

d) inuiolabili.

derent, prœlium ſibi et a fronte in-
ſtare et a tergo: Iouam implora-
runt, et ſacerdotes tubis ſonue-
runt, claſsicumque cecinere Iudæi:
15 quo Iudæorum claſsico canendo, vi-
cti ſunt diuinitus Ieroboamus et Iſ-
16 raelitæ ab Abia et Iudæis, fugati-
que, et in eorum poteſtatem, vo-
lente Deo, redacti, magnam ab
Abia et eius copiis cladem accepe-
runt, cæſis eorum quinquaginta
17 millibus electorum militum. Ita
tum ſubactis Iſraelitis, ſuperiores
fuere Iudæi, quippe Ioua Deo ſuo
18 patrio freti. Ieroboamumque
perſecutus Abias, cepit ex eius
oppidis Bethel, Ieſanam et Ephrai-
19 nam, cum eorum coloniis: nec
deinceps poteſtate valuit Ieroboa-
mus Abiæ temporibus, ſed a Ioua
20 ſubactus interiit. Abias autem
corroboratus, vxores duxit quatu-
21 ordecim, genuitque filios duos
22 et viginti, et filias ſexdecim. De
reliquis Abiæ rebus, moribusque
et dictis ſcriptum eſt in hiſtoria
Addonis vatis.

CAPVT XIIII.

Aſa Abiæ heres, pius, contra idola. Zara Aethiops contra Iudæos. Iudæorum victoria.

1 POſtquam obdormiuit Abias
cum maioribus ſuis, et in vr-
be Dauidis ſepultus eſt: regna-
uit pro eo Aſa eius filius: cuius
temporibus otium fuit per decem
2 annos. Hic Aſa Iouæ, Deo ſuo,
3 paruit et obſecutus eſt: pere-
grinas aras et ſacella ſuſtulit: ſta-
4 tuas perfregit; lucos ſuccidit: Iu-
dæos Iouæ, patrio ipſorum Deo,
ſtudere, legemque et diſciplinam
5 obire iuſsit: ſacella et ſimulacra
ex omnibus Iudææ oppidis abſtu-
lit, et quietum regnum habuit.
6 Conſtruxit autem munita oppida
in Iudæa: quoniam otium erat,
nec vllo implicabatur bello per eos
annos, Ioua ei quietem dante.
Hanc ob rem Iudæis ita iuſsit: 7
conſtruamus hæc oppida, mœni-
busque cingamus, et turribus, por-
tis, repagulis muniamus, donec ad-
huc terra noſtræ poteſtatis eſt:
quandoquidem Iouæ Dei noſtri
ſtudioſi ſumus, et ob hoc ſtudium
ab eo ſumus otium vndique con-
ſecuti. Ita ædificarunt, idque
proſpere. Habuit autem Aſa ex- 8
ercitum ſcutatorum et lanceario-
rum ex Iudæis trecenta millia, ex
Beniamitis autem clipeatorum et
ſagittariorum ducenta octoginta
millia: qui omnes erant bellicoſi.
Contra hos expeditionem fecit 9
Zara Aethiops cum militum decies
centenis millibus, et trecentis qua-
drigis. Qui quum ad Mareſam 10
perueniſset: occurrit ei Aſa, et
inſtructa acie in valle Sephatha
apud Mareſam, Iouam Deum 11
ſuum huiusmodi verbis inuocauit:
Ioua, qui in ferendo auxilio nul-
lum facis multitudinis et imbecil-
litatis diſcrimen, ſubueni nobis,
Ioua, Deus noſter, qui, te tuoque ni-
xi nomine, hanc multitudinem ad-
gredimur, et ne committe, Ioua, qui
noſter Deus es, vt aduerſum te va-
leant homines. Igitur Aethiopes 12
a Ioua per Aſam et Iudæos ſuperati,
fugerunt: quos Aſa eiusque mi- 13
lites ad Gerara perſecuti, multis
illorum ad internecionem cæſis,
quippe a Ioua et eius exercitu fra-
ctorum, plurimam prædam repor-
tarunt, omnesque Geraris fi- 14
nitimas vrbes, illis Iouæ terrore
perculſis, vicerunt, et omnia op-
pida, in quibus magna præda fuit,
deprædati, pecorumque etiam 15
tuguriis potiti, ingentem ouium et
caprarum camelorumque multitu-
dinem abigentes, Hieroſolymam re-
petiuerunt.

CAPVT XV.

Ad Aſam vates Azarias. Aſæ religio pura. Mater impia. Sacella non ſublata.

Tum

1 TVm Azarias, Obedi filius,
diuini ſpiritus inſtinctu, Aſæ
obuiam egresſus, eum ſic eſt
2 adlocutus: audire me, Aſa, et
omnes Iudæi et Beniamitæ. Ioua
tum vobiscum eſt, quum vos eſtis
cum eo: et ſi eum quæretis, in-
uenietur vobis: ſin eum deſeretis,
3 deſeret vos. Equidem diu ſine
vero Deo, ſine doctore ſacerdote,
4 ſine lege fuerunt Israelitæ: ſed
quum in rebus aduerſis ſeſe ad Io-
uam Israelitarum Deum conuertis-
ſent, eumque quæſiuisſent: inuen-
5 tus eſt eis. Ac per illa quidem
tempora pace carebant, qui vltro
6 citroque commeabant: quod o-
mnes incolæ multis agitabantur tu-
multibus, quum gens cum gente,
et ciuitas cum ciuitate confligeret;
Deo illos omnibus aduerſis pertur-
7 bante. Vos igitur eſte fortes, ne-
ue manibus remolleſcite: manet
enim veſtrum opus ſua merces.
8 Hac Obedi vatis oratione et vati-
cinatione audita, Aſa ſeſe confir-
mauit, omneque [e] nefas ex omnibus
Iudææ et Beniamitidis finibus, et
ex omnibus, quæ in montanis E-
phraimitarum finibus ceperat, op-
pidis ſuſtulit, aram Iouæ pro Io-
uæ veſtibulo ſitam inſtaurauit,
9 et omnes tum Iudæos et Beniami-
tas, tum cum eis verſantes peregri-
nos ex Ephraimitis Manasſenſi-
busque et Simeoniis congregauit,
multis Israelitarum ad eum defi-
cientibus, quum viderent, ei Iouam,
10 eius Deum, adesſe. Igitur Hie-
roſolymam tertio menſe congre-
gati, annum decimum quintum re-
11 gnante Aſa, immolarunt eo die
Iouæ ex præda, quam adduxerant,
boues ſexcentos, pecorumque ſe-
12 ptem millia. Tum fœdus inie-
runt, vt Iouæ, maiorum ſuorum
Deo, tota mente totoque animo ſtu-
13 derent: ac quisquis Iouæ, Israe-
litarum Deo, non ſtuderet, mo-
reretur, ſiue paruus esſet, ſiue ma-
gnus, ſiue vir, ſiue femina: et 14
in verba Iouæ magna voce cum
ſtrepitu tubisque et buccinis iu-
rarunt, eoque ſacramento lætati
ſunt omnes Iudæi. Nam toto 15
corde iurauerunt, et Iouam ſum-
ma cupiditate quæſiuerunt, qui ab
eis inuentus, eos vndique reddidit
quietos. Quin etiam Maacham 16
matrem ſuam imperio rex abdica-
uit, quod ea in luco Pana fecerat:
quem Pana demolitus rex, com-
minuit, et apud fluuium Cedro-
nem cremauit. Ac niſi quod ſa- 17
cella ex Israelitis ſublata non ſunt,
ceteroquin fuit Aſa animo per o-
mnem vitam ſuam integro: ſui- 18
que patris et ſua dicata, argentum,
aurum et vaſa in ædem Iouæ in-
tulit: nec bellum fuit ante an- 19
num eius regni triceſimum quin-
tum.

CAPVT XVI.

Baſæ in Iudæam expeditio, Theſauri Hieroſolymæ ad Benadadum. Vates Hananus ad Aſam Iudææ regem. Regum liber Iudæorum, ac Israelitarum. Aſæ mors et ſepultura cum odoribus, et vnguentis.

ANno regni Aſæ triceſimo ſex- 1
to, Baaſa Israelitarum rex,
facta in Iudæam expeditione,
Ramam muniebat: vt exitum adi-
tumque ad Aſam Iudææ regem in-
tercluderet. Tum Aſa argentum 2
aurumque, ex theſauris templi Io-
uæ et regiæ depromtum, miſit Ben-
adado Syriæ regi, Damaſcum in-
colenti, cum huiusmodi poſtulatis:
quum ſit inter me et te, interque 3
meum et tuum patrem fœdus, ego
tibi argentum aurumque mitto:
age, rumpe fœdus, quod tibi cum
Baaſa Israelitarum rege intercedit,
vt a me facesſat. Tum Benada- 4
dus, Aſæ regi obtemperans, miſit
militum ſuorum duces ad vrbes
Israelitarum, qui ſubegerunt Io-
nem, Danem, Abelmaimum et o-
mnia

e) nefarios deos.

mnia Nephthalenſium oppida cellaria. Qua re audita, Baaſa Ramam munire deſtitit, et opus ſuum omiſit. Tum Aſa rex Iudæos omnes aduocauit, qui Ramæ lapides et ligna, quibus Baaſa ædificabat, ſuſtulerunt: quibus ipſe Gabam Maſphamque muniuit. Interea Hananis fatidicus Aſam Iudææ regem adgreſſus, his verbis adloquitur: quoniam tu Syriæ regi, non Iouæ Deo tuo, innixus es, propterea manus tuas euaſit Syriæ regis exercitus. Annon ingentes erant Aethiopum Libyumque copiæ, quadrigarumque et equitum maximus numerus? Et tamen quum Ioua niterere, ipſe tibi de illis victoriam dedit. Nam Ioua oculis ſuis totum orbem terrarum ſic obit, vt eis fortitudinem conferat, qui erga ipſum ſincera mente præditi ſunt. Et quoniam in eo ſtulte feciſti, deinceps tibi cum bellis futura res eſt. Hac re indignatus in fatidicum Aſa, eum præ iracundia coniecit in carcerem: eodemque tempore nonnullos de populo trucidauit.

Ceterum de rebus Aſæ ab initio ad exitum ſcriptum eſt in libro regum Iudæorum et Israelitarum. Aegrotauit autem Aſa pedibus, anno regni ſui triceſimo nono, vehementi morbo: neque tamen in morbo Iouam conſuluit, ſed medicos. Conceſſit ad manes, vita defunctus anno regni ſui vno et quadrageſimo: et humatus eſt in ſepulcro ſuo, quod ſibi in vrbe Dauidis exciderat: poſitusque in feretro, aromatis et vnguentis referto, pigmentaria arte concinnatis, combuſta in eius funere permagna vi odorum.

CAPVT XVII.

Aſæ Ioſaphatus heres. Huius pietas, felicitas a Ioua. Palæſtini Ioſaphati ſtipendiarii, et Arabes. Regis opes, tribuni militum.

EI ſucceſſit in regnum Ioſapha- 1
tus eius filius, qui victis a 2
ſe Israelitis, milites in omnibus Iudææ munitis oppidis diſpoſuit, præſidiaque tum in Iudæa, tum in oppidis ephraimiticis, quæ
pater eius Aſa ceperat. Vſus eſt 3
autem Ioſaphatus ſecundo Ioua; quoniam Dauidis auctoris ſui mores antiquos imitatus, non Baalibus, ſed Deo ſuo patrio ſtuduit, et ex eius præceptis vixit: ſecus ac
faciebant Israelitæ. Itaque re- 4
gnum in eius manu Ioua ſic ſtabiliuit, vt ei tota Iudæa vectigal
penderet; multasque diuitias et 5
gloriam conſecutus, tantos ſibi in Iouæ præſcripto ſumſit animos, vt inſuper ſacella lucosque ſuſtu-
lerit ex Iudæa. Anno autem re- 6
gni ſui tertio miſit ad proceres ſuos Benhailem, Abdiam, Zachariam, Nathanaelem et Michaiam, vt per
oppida Iudææ docerent: et cum 7
eis Leuitas Semeiam, Nathaniam, Zabadiam, Aſaelem, Semiramothum, Ionathanem, Adoniam, To-
biam et Tobadoniam, et cum 8
eis Leuitis Eliſamam et Ioramum ſacerdotes, qui per Iudæam docerent, Iouanæ legis librum circum-
ferentes: qui omnia peragran- 9
tes oppida Iudææ, vulgo docue-
runt. Itaque tantus Iouæ terror 10
inuaſit omnia Iudææ finitima regna terrarum, vt nullum Ioſapha-
to bellum inferrent. Nec ſolum 11
a Palæſtinis Ioſaphato vectigal pendebatur, et argenti tributum: ſed etiam Arabes ei pecora pendebant, arietum ſeptem millia ſeptingen-
tos, et capros totidem. Ita quum 12
tantopere potentia creſceret Ioſaphatus: conſtruxit in Iudæa arces
et oppida ad cellas, magnasque 13
facultates habuit in oppidis Iudææ, et belli peritos milites Hieroſolymis, quorum per famili-
as ducta ratio hæc eſt. Iu- 14
dæorum tribuni erant, Adna dux, cui attributa erant militum trecen-

15 ta millia. Secundum eum erat
Ioannes dux, cui attributa erant
16 ducenta octoginta millia. Se-
cundum eum erat Amaſias Zechris
filius, Iouæ dedititius, cui attri-
buta erant militum ducenta millia.
17 Ex Beniamitis autem vir militaris
Eliada, cui attributa erant ſagitta-
riorum et clipeatorum ducenta mil-
18 lia. Secundum hunc erat Iozaba-
dus, cui attributa erant centum
19 octoginta millia militum At-
que hi quidem regi inſeruiebant,
præter eos, quos in tota Iudæa dis-
poſuerat in oppidis munitis.

CAPVT XVIII.

Ioſaphatus Achabi adfinis. Vatis Michææ candor. Iſraelitæ pſeudouates. Michææ vincula. Achabi mors.

1 IGitur ingentes diuitias et glo-
riam conſecutus Ioſaphatus, ad-
finitatem contraxit cum Achabo,
2 et ad eum poſt aliquot annos de-
ſcendit Samariam, eique et eius
comitibus mactauit Achabus ma-
gnam pecorum et boum multitu-
dinem: et cum ad expeditionem
in Ramotha Galaaditarum cohor-
tans, rogabat, an vellet ſe in eam
3 expeditionem comitari. Cui Io-
ſaphatus ita reſpondit: tibi qui-
dem licet me meisque hominibus
ad bellum vti, perinde atque tuis:
ſed interim tibi cenſeo, inquit, Io-
uæ oraculum eſſe conſulendum.
4 Tum Iſraelitarum rex, congre-
gatis vatibus, qui quadringenti fue-
runt, quærit ex eis, an debeat Ra-
motha Galaaditarum bello adori-
ri, nec ne? Cui illi reſpondent, vt
adoriatur nam Deum regi victo-
5 riam eſſe daturum. Sed Ioſa-
phatus ſic cum eo egit: numquis
hic adeſt Iouæ vates præterea,
6 quem interrogemus? Eſt adhuc
vnus homo, (inquit Iſraelitarum
rex Ioſaphato,) a quo liceat Iouæ
oraculum petere: ſed quem ego
propterea odi, quod mihi fauſtum
nihil, ſed ſemper infauſta vaticina-
tur. Is eſt Michæas Iemlæ filius.
At Ioſaphatus, regem, inquit, non
decet ita loqui.
Tum rex Iſraelitarum vocato
cuidam ſpadoni mandat, vt Mi-
chæam Iemlæ filium propere ar-
ceſſat. Sedebat autem rex Iſ-
raelitarum et Ioſaphatus Iudæo-
rum rex, in ſuo vterque ſolio, ve-
ſtibus ornati, in area ad introi-
tum portæ Samariæ, omnibus va-
tibus apud eos vaticinantibus.
Et Sedecias Chanaanæ filius, quum
ſibi ferrea cornua feciſſet, ita dice-
bat: promittit Ioua, te his in Sy-
ros eſſe arietaturum ad eorum in-
ternecionem. Idemque prædi-
cebant vates omnes: adgredere ſa-
ne feliciter Ramotha Galaadita-
rum: Ioua tibi, o rex, ea tradet
in manum. Ceterum nuntius,
qui Michæam vocatum iuerat,
eum monebat, vt, quoniam ceteri
vates regi vno ore fauſta prædi-
cerent, ipſe quoque illorum exem-
plo fauſta prædiceret. Sed Mi-
chæas Iouam immortalem teſta-
tus eſt, ſe, quæ ſibi a Ioua Deo
ſuo mandata forent, ea demum
eſſe dicturum. Deinde vbi ad
regem ventum eſt, rex eum ſic
interrogat: Michæa, bellumne
Ramothis Galaaditarum inferi-
mus, an non? Cui ille: vos ve-
ro inferte, quod bene vertat: da-
bitur vobis de eis victoria. At
rex: obteſtor te etiam atque etiam
per Iouæ nomen, ne mihi aliud,
quam verum, dicas. Tum ille: 1
vidi omnes Iſraelitas palantes in
montibus, quaſi paſtore carentes
oues, et Iouam ita dicentem: non
habent iſti dominos: reuertantur
domum incolumes. Hic rex Iſ- 1
raelitarum ſic Ioſaphatum adloqui-
tur: annon tibi prædixi, eum mi-
hi nihil proſperum, ſed tantum ad-
uerſa vaticinaturum? Et Michæ- 1
as: ergo accipite Iouæ ſententiam:
vidi in ſolio ſuo ſedentem Iouam,
omni

omni cæleſti exercitu dextra læuaque ſtipatum, atque ita dicentem: ecquis Achabum Iſraelitarum regem decipiat, vt, Ramotha Galaaditarum adortus, ibi cadat? Atque aliis aliter dicentibus: proceſſit quidam ſpiritus, et ante Iouam adſtans, dixit: ego decipiam: Et Ioua: qua ratione? Ibo, inquit ille, et omnibus illius vatibus falſa, quæ dicant, adſpirabo. Tum Ioua, decipies, inquit: ſuccedet. I, atque ita facito. Quamobrem ſcito, Iouam in os tuorum iſtorum vatum falſum immiſiſſe ſpiritum, ibique malum parare. Hic Sedecias Chanaanæ filius accedit, et Michææ colaphum impingit: quanam, inquit, via emigrauit a me Iouæ ſpiritus, vt tecum locutus ſit? Tum ſcies, (inquit Michæas,) quum e in intima penetralia penitus abſles. At rex Iſraelitarum, comprehendite Michæam, inquit, eumque ad Ammonem prætorem vrbanum, et ad Ioam regium filium ducite. Et regis mandato in carcerem concludi iubete, atque ibi pane et aqua duriter paſci, donec go ſaluus redeam. Si quidem aluus redieris, (ſubiicit Michæas,) um Ioua mecum locutus non ſit. tque hoc, inquit, audite vniuerſi. gitur profecti ſunt Iſraelitarum ex et Ioſaphatus Iudææ rex ad Raaotha Galaaditarum, monuitue Iſraelitarum rex Ioſaphatum, t prœlium initurus habitum muret, et ipſius regis Achabi veſtim indueret, neque non ipſe rex raelitarum habitum mutauit, atue ita prœlium inierunt. Imperauerat autem Syriæ rex principibus quadrigariis, quos habebat, quem omnino armis peterent, ſi vnum regem Iſraelitarum. itur Ioſaphatum conſpicati quarigarii principes, et regem eſſe raelitarum rati, in eum arma rterunt. Sed quum exclamaſt Ioſaphatus: Ioua Deus ei ſuc-
currit, et illos auertit ab eo. Vi- 33
dentes enim quadrigarii principes, non eſſe regem Iſraelitarum, eum perſequi deſtiterunt. Sed ſim- 34
pliciter iaculatus quidam, regem Iſraelitarum inter commiſſuras et loricam vulnerauit. Tum ille 35
aurigæ imperat, vt flectat habenas, ſeque vulnere ægrum educat ex acie. Atque eo die durante pugna, 36
rex Iſraelitarum, quum in curru contra Syros ſtetiſſet ad veſperum, mortuus eſt ſub occaſum ſolis. Io- 37
ſaphatus autem Iudææ rex domum Hieroſolymam rediit incolumis.

CAPVT XIX.

Iehus vates contra Ioſaphatum. Huius pietas.

EI obuiam egreſſus Iehus Ha- 1
nanis filius, fatidicus, ita dixit: tene impio ferre auxi- 2
lium, et Iouæ oſores amare? Ergo iſtius rei Iouæ pœnas dares: ſed exſtiterunt in te laudabilia quæ- 3
dam, quod lucos ex hac regione exterminaſti, et animum tuum ad Dei ſtudium adplicuiſti.

Igitur Ioſaphatus Hieroſoly- 4
mam incolens, populum denuo a Berſaba ad montem Ephraimitarum peragrauit, eoſque ad Iouam, maiorum ipſorum Deum, reuocauit. Et præſides paſſim 5
in ſingulis Iudææ munitis vrbibus ſtatuit, quibus ita præcepit: vi- 6
dete, quid agatis. Non enim hominibus, ſed Iouæ iudicabitis, qui vobis in re iudiciaria adfuturus eſt. Quamobrem facite, vt 7
Iouam formidantes, caute vos geratis: eſt enim Ioua, Deus noſter, ab iniquitate, et habenda perſonarum ratione, accipiendiſque muneribus alienus. Quin 8
etiam Hieroſolymis ſtatuit Ioſaphatus, tum ex Leuitis et ſacerdotibus, tum ex iſraeliticarum familiarum primariis, qui Hieroſolymis habitantes Iouæ ius et cauſſas

procurarent, quibus præcepit in
9 hunc modum: ſic vos, Iouam re-
uerentes, fideliter et ſincera mente
10 agetis. Omnibus in cauſſis, quæ
ad vos a veſtris conſanguineis vr-
bium ſuarum incolis deferentur,
quales ſunt, in quibus de ſanguine,
de lege, de diſciplina, de ritibus,
de iure controuerſia eſt: monetote
eos, ne in Iouam delinquant, ne
et vos et veſtri conſanguinei pœnas
luant. Atque ita facientes non de-
11 linquetis. Præfuturus eſt autem
vobis Amarias pontifex [a] in omni
12 re Iouana: et Zabadias Iſmae-
lis filius, iudaicæ domus dux, in
omni regio negotio. Leuitici au-
tem magiſtratus vobis præſto e-
runt: præſtate vos fortes, et Ioua
bonis aderit.

CAPVT XX.

In Ioſaphatum Ammonitæ, Moabitæ et Idumæi. Ad Iouam Ioſaphatus ſupplex. Iahazielis vaticinium de victoria pro Iudæis. Cantores in acie ſacri. Hoſtes Iudæorum interfecti. Ioſaphati claſſis naufraga.

1 POſtea Moabitæ, Ammonitæ et
Idumæorum pars * Ioſaphato
2 bellum inferunt. Quod vbi
Ioſaphato nuntiatum eſt, ingentes
eorum, qui trans lacum incolerent,
Syrorum copias ad eum venire,
3 easque iam ad Haſasſonthamar,
quæ eadem eſt Engadi, eſſe: ter-
ritus, compoſito ad Iouam conſu-
lendum vultu, ieiunium toti Iu-
4 dææ indixit. Quumque Iudæi ex
omnibus Iudææ oppidis ad percon-
tandum Iouæ oraculum conueniſ-
5 ſent: Ioſaphatus ſtans in Iudæo-
rum et Hieroſolymitanorum cœtu,
in Iouæ templo, ante nouum atri-
um, ita locutus eſt:
6 Ioua, Deus maiorum noſtrorum,
nonne tu cæleſtis Deus es, et idem
omnibus gentium regnis imperas?
cuius in manu vires ſunt et fortitu-
7 do, cui reſiſti non poteſt? Nonne
tu, Deus noſter, exactis in gratiam
tuorum Iſraelitarum huius regio-
nis incolis, eam Abrahami, amici
tui, poſteris in perpetuum dediſti?
qui, ea occupata, ſacrarium tuo 8
nomini in ea conſtruxerunt, eo 9
conſilio, vt ſi quo malo infeſtaren-
tur, vt vltore gladio, vt peſte,
vt fame, ad hoc ſe templum coram
te, (cuius nomen in hoc templo eſt,)
ſiſterent, teque aduerſis in rebus
implorarent, et tu exaudires ac
defenderes? Ecce nunc Ammo- 1
nitas, et Moabitas, et Seiris mon-
tis incolas, quos tu ab Iſraelitis ex
Aegypto venientibus inuadi non
ſiuiſti, (nam ab eis deflexerunt, ne-
que eos vaſtarunt) hi, inquam, 1
hanc nobis gratiam referunt, vt
ad nos de poſſeſſione deturbandos
veniant, in quam tu nos immiſiſti.
O Deus noſter, nonne tu illos pu- 1
nies? Nam nos quidem tantum ro-
boris non habemus, vt tantam il-
lam multitudinem, quæ nos ado-
ritur, ſuſtineamus: et ideo incer-
ti, quid agamus, in te oculos ha-
bemus intentos.

Hic vniuerſis Iudæis ante Iouam 1
ſtantibus, vna cum eorum impube-
ribus, feminis atque filiis, Iaha- 1
ziel Zachariæ filius, Banaiæ nepos,
Iehielis pronepos, Mathaniæ abne-
pos, Leuita ex Aſaphi poſteris, Io-
uæ ſpiritu inſtinctus, in medio cœ-
tu ſic effatur: attendite vniuerſi 1
Iudæi et hieroſolymitani incolæ,
et tu rex Ioſaphate. Hoc vobis Ioua
ſignificat, ne iſtam tantam multitu-
dinem metuatis, aut expaueſcatis:
non enim veſtra pugna eſt, ſed Dei.
Cras deſcenditote ad eos: adſcen- 1
ſuri ſunt enim per cliuum Siſum,
eosque ad fluuii ripam e regione
ſaltus Ieruelis inuenietis. Hic 1
veſtrum prœliari non eſt. Adeſte,
ſtate et Iouæ erga vos victoriam
ſpectatote, Iudæi et Hieroſolymi-
tani: nolite timere aut expaueſcere.
Mane occurrite illis, et Ioua vobis
ade-

a) in religionis cauſſis.

18 aderit. Tum Ioſaphatus ſubmi-
ſit ad terram vultum, et vniuerſi
Iudæi et Hieroſolymæ incolæ ſeſe
ante Iouam honoris gratia abiece-
19 runt. Et Leuitæ ex Cahathinis et
Coranis ad Iouam, Iſraelitarum De-
um, ingenti et elata voce laudan-
20 dum ſeſe erexerunt. Mane vbi
ſurrectum eſt, egresſi ſunt in ſoli-
tudinem thecuanam, adſtante Ioſa-
phato, egredientibus illis, et eos
ſic adhortante: audite me, Iudæi
et Hieroſolymitani. Credite Iouæ
Deo veſtro, et conſiſtetis: credi-
te eius oraculo, et vobis proſpere
21 res cadet. Deinde conſulto po-
pulo, ſtatuit Ioſaphatus cantores
Iouæ, et qui ante aciem exeuntes,
laudes cum ſacra maieſtate hoc pa-
cto dicerent: celebrate Iouam, cu-
22 ius æterna clementia eſt. Atque
illis laudes canoro ſonitu dicenti-
bus: ita conuertit inſidias Ioua in
Ammonitas, Moabitas et Seirios,
qui Iudæam inuadebant, vt cæde-
23 rentur. Nam adorti Seiris mon-
tis incolas Ammonitæ et Moabitæ,
eos funditus exciderunt: deinde,
Seiriis confectis, ipſi ſe mutuis
24 vulneribus interemerunt. Et Iu-
dæi, vbi ad ſolitudinis ſpeculam
ventum eſt, conuerſo ad illam mul-
titudinem adſpectu, animaduertunt
illorum cadauera humi ſtrata, nul-
25 lo ſuperſtite. Tum Ioſaphatus
et eius milites ad illorum diripien-
da ſpolia accedunt, et ibi magnam
quum ceterarum rerum, tum ve-
ſtium et elegantis ſupellectilis co-
piam nacti, immenſam prædam
26 diripiunt: conſumtisque in ea
prædatione tribus diebus, (tanta
erat prædæ copia,) die quarto con-
uenerunt in vallem gratiarum acti-
onis, qui locus ideo vallis gratia-
rum actionis vocatus eſt hactenus,
quod illic Iouæ gratias egerunt.
27 Deinde Hieroſolymam reuerſi ſunt
omnes Iudæi et Hieroſolymitani,
principe Ioſaphato, cum lætitia;
quod eis Ioua lætitiam ab ipſorum
hoſtibus dedisſet; peruenerunt- 28
que Hieroſolymam cum nablis et
citharis atque tubis, in templum
Iouæ. Ita diuino terrore corre- 29
pta ſunt omnia regna terrarum;
quum audirent, Iouam cum Iſ-
raelitarum hoſtibus pugnauisſe:
otiumque regni et requietem vn- 30
dique a Deo ſuo conſecutus eſt Io-
ſaphatus. Regnauit igitur Ioſa- 31
phatus in Iudæa, triceſimo quinto
ætatis anno regnare ingresſus: re-
gnauit annos viginti quinque Hie-
roſolymis, matre Azuba nomine,
Silechis filia. Aſæ patris ſui mo- 32
res imitatus non degenerauit, quin
Iouæ obtemperaret. Tantum 33
ſacella ſublata non ſunt, nec dum
populus animum ad Deum maio-
rum ſuorum adplicauerat. Reli- 34
qua Ioſaphati geſta, a primis ad vlti-
ma, ſcripta exſtant in hiſtoria Ie-
hu Hananis filii, cuius mentio fit
in libro regum Iſraelitarum.
Poſtea coiit Ioſaphatus Iudææ rex 35
ſocietatem cum Ochozia Iſraelita-
rum rege, eo qui ſe impie gesſit:
in qua ſocietate coeunda, conuenit 36
inter eos, vt naues facerent ad eun-
dum in Ciliciam: quas quidem na-
ues fecerunt apud Aſiongaber.
Sed Eliezer Dodauæ filius Mareſa- 37
nus in Ioſaphatum vaticinatus eſt:
quoniam ſocietatem iunxisſet cum
Ochozia, Iouam eius opus disſol-
uisſe, nauesque, facto naufragio, in
Ciliciam peruenire nequiuisſe.

CAPVT XXI.

Ioſaphati mors. Ioramus heres in regno. Huius in fratres crudelitas. Impietas. Idumæorum a Iudæis defectio. Eliæ vatis ad Ioramum litteræ minaces. Iorami tormina, mors, neglectus rogus, nomen inuiſum.

Poſtquam cum ſuis maioribus 1
obdormiuit Ioſaphatus, et apud
maiores ſuos in vrbe Dauidis
ſepultus eſt; ſuccesſit ei in regnum
Ioramus eius filius, qui fratres 2
habuit Ioſaphato natos, Azariam,

Iehielem, Zachariam, Azariam,
Michaelem et Saphatiam, qui o-
mnes filii fuere Ioſaphati Iudææ
3 regis:* quibus pater munera mul-
ta dedit, aurum, argentum et alia
pretioſa, cum munitis oppidis in
Iudæa: regnum autem Ioramo de-
4 dit, vtpote natu maximo. Sed
Ioramus, regnum patris adeptus,
et potentiam nactus, omnes fratres
ſuos, et de Iſraelitarum principibus
5 nonnullos ferro trucidauit. An-
num agebat ætatis triceſimum ſe-
cundum, quum regnare cœpit:
regnauit Hieroſolymis annos octo.
6 Regum Iſraelitarum mores imita-
tus, Achabi ſtirpis exemplo, (nam
Achabi filiam habuit in matrimo-
7 nio,) Iouam offendit: neque ta-
men voluit Ioua ſtirpem Dauidis
perdere, propter fœdus, quod cum
Dauide percusſerat, in quo pro-
miſerat, ſeſe ei eiusque natis ſuc-
cesſionem esſe daturum ſempiter-
nam.

8 Huius Iorami temporibus Idu-
mæi, rebellione aduerſum Iudæ-
os facta, regem ſibi crearunt.
9 Quumque eo profectus Ioramus
vna cum ſuis proceribus et omni-
bus quadrigis, de nocte ſurrexisſet,
et Idumæos, a quibus circumda-
batur, quadrigarumque magiſtros
10 deuicisſet: tamen durat adhuc
illa Idumæorum a Iudæorum im-
11 perio defectio. Atque eo quidem
tempore etiam Lebna ab illius im-
perio defecit: quoniam non ſolum
Iouam Deum ſuum patrium reli-
querat, ſed etiam factis in Iudææ
montibus ſacellis, Hieroſolymita-
nos ad impudicum deorum cultum
adduxerat, Iudæosque labefactaue-
rat.

12 Itaque venerunt ad eum litte-
ræ ab Elia vate, in hæc verba:
ſic dicit Ioua Dauidis auctoris tui
Deus: quoniam tu Ioſaphatum pa-
trem tuum, aut Aſam Iudææ regem
13 imitatus non es, ſed iſraelitico-
rum regum exemplo, non modo
Iudæos et Hieroſolymitanos ad
achabicæ ſtirpis impudicitiam ad-
duxiſti, ſed etiam tuos fratres, eo-
dem tecum patre natos, te meliores
interfeciſti: ſcito fore, vt Ioua 14
ingenti clade tuum populum, natos,
vxores, omnia denique tua adficiat,
et tu tanto torminum morbo labo- 15
res, vt præ morbo inteſtina tua con-
tinuis diebus eiiciantur.

Igitur excitauit Ioua aduerſus 16
Ioramum animos Palæſtinorum et
Arabum Aethiopibus proximorum:
qui, facta impresſione in Iudæam, 17
præter omnes in domo regis inuen-
tas facultates, etiam eius filios et v-
xores abduxerunt, relicto vno Io-
achazo, eius filiorum natu minimo.
Poſt hæc omnia Ioua eum tam in- 18
ſanabili inteſtinorum morbo adfe-
cit, vt, continuatis diebus, peracto
biennnii ſpatio, eiectis cum morbo
inteſtinis, mortuus ſit morbo gra-
uisſimo: neque ei fecere ſui ro- 19
gum, quales rogi fuerant eius ma-
iorum. Regnum iniit annos natus 20
triginta duos: regnauit Hieroſo-
lymis annos octo: discesſit a nul- 21
lo deſideratus: et in vrbe Dauidis, 22
ſed non in regum ſepulcreto, ſe-
pultus eſt.

CAPVT XXII.

Ochozias Iorami heres Hieroſolymæ. Huius impietas. Ochoziæ mater. Athalia ſæua in regiam ſtirpem. Ioas ſubreptus ex cæde.

PRo eo in regnum ſubrogatus 1
eſt a HieroſolymitanisOchozias
eius filius, natu minimus: nam
omnes grandiores occiderat agmen
illud latronum, quod cum Arabibus
caſtra inuaſerat. Igitur Iudææ 2
regnum adeptus eſt Ochozias Io-
rami filius, anno ætatis ſuæ qua-
drageſimo ſecundo: regnauit Hie-
roſolymis vnum annum: matrem
habuit Athaliam ex Amri natam.
Hic quoque Achabi ſtirpem imita- 3
tus, (quippe matre ei impietatis con-
ſultrice,) Iouam Achabicorum ex-
em-

emplo offendit, vtpote illis poſt ſui
patris interitum conſultoribus vſus
4 ad ſuam perniciem. Nam eorum
conſilium ſecutus, profectus eſt cum
Ioramo, Achabi filio Iſraelitarum
rege, in bellum contra Hazaelem,
Syriæ regem, ad Ramotha, Galaa-
5 ditarum. Vbi quum vulneratus a
Syris Ioramus Achabi filius Iezrael
reuertisſet ad ſananda vulnera, quæ
in eo contra Hazaelem Syriæ re-
gem prœlio apud Ramam acce-
6 perat: deſcendit ad eum viſen-
dum, Iezraele ægrotantem, Ochozi-
7 as * Iorami filius Iudææ rex. Quæ
quidem res ſiniſtro Ochoziæ fato
diuinitus accidit, vt Ioramum vi-
8 ſeret. Quum enim illuc venisſet,
et ad Iehum Namſis filium, quem
Ioua ad exſcindendam Achabi ſtir-
pem vnxerat, egresſus esſet cum
9 Ioramo: Iehus, dum in Achabi
ſtirpem pœnas irrogat, quum Iu-
dææ proceres et fratrum Ochoziæ
filios, Ochoziæ adminiſtros, nactus
peremisſet; conquiſiuit Ochoziam:
10 qui Samariæ latitans comprehen-
ſus, et ad Iehum adductus, inter-
ficitur, et ideo ſepelitur, quod e-
rat Ioſaphato natus: qui Ioſapha-
tus ad Iouæ ſtudium totam men-
11 tem ſuam adplicauerat. Quum
autem in Ochoziæ familia non es-
ſet, qui regnum vendicaret: Athal-
ia, Ochoziæ mater, videns, filium
ſuum interiisſe, conata eſt omnem
iudaicæ domus regiam ſtirpem
12 perdere. Sed Ioſaba regis Iora-
mi filia, Ioiadæ pontificis vxor,
Ioam Ochoziæ filium, (cuius Ocho-
ziæ ipſa ſoror erat,) ex media re-
giorum filiorum cæde ſubripuit:
eumque et eius nutricem, in cubi-
culi conclaui abditum, Athaliæ cæ-
di ſubduxit.

CAPVT XXIII.

Ioas Iudææ rex. Seuæ mors Athaliæ extra fanum. Idolorum deſtructio. Pax. Athalia trucidata.

Poſtquam is apud eos ſex annos 1
in fano, Athalia regnum tenen-
te, occultus fuit: anno ſepti-
mo Ioiada, ſumto animo, centu-
riones aduocauit, Azariam Ieroha-
mi filium, Iſmaelem Ioannis, A-
zariam Obedi, Maaſeiam Adaiæ et
Eliſaphatum Zechris, qui ex com- 2
poſito Iudæam obiuerunt: et, con-
gregatis ex omnibus oppidis Iudææ
Leuitis et iſraeliticarum familia-
rum primariis, Hieroſolymam ve-
nerunt. Et quum in fano cœtus 3
omnis cum rege fœdus iniuisſet:
Ioiada ſic loquitur: ecce regis 4
filium, ad quem regnum pertinet,
quemadmodum promiſit Ioua Da-
uidis poſteris. Hoc ergo facietis: 5
tertia pars veſtrum, qui ſabbato ad
ſacerdotes et Leuitas commeatis,
liminum ianitores aget: tertia erit
ad regiam: tertia ad portam fun-
damenti: reliquum omne vulgus 6
erit in atriis templi Iouæ. Atque
in templum quidem Iouæ nemo
intret, præter ſacerdotes et Leui-
tarum adminiſtros: qui propterea
intrabunt, quod ſacri ſunt: reli-
qui omnes Iouæ diſciplinæ pare-
bunt. Leuitæ autem regem vn- 7
dique circumuallabunt, tela mani-
bus gerentes, ita vt, qui in templum
intrauerit, moriatur: et intran-
tem exeuntemque comitabuntur.
Hæc omnia Ioiadæ pontificis im- 8
perata exſequuntur Leuitæ, o-
mnesque Iudæi, et ſuos quisque
homines adſumunt, tum quibus
venire, tum quibus decedere ſab-
bato mos erat: non enim clasſes
exauctorauerat Ioiada. Tum 9
centurionibus haſtas clipeosque et
pharetras regis Dauidis, quæ erant
in templo, tradit Ioiada pontifex:
armatisque cunctis militibus, re- 10
gem a templi parte dextra ad ſini-
ſtram, qua templum araque pate-
bat, circumſtantibus: produ- 11
cunt regis filium, eique coronam
et oraculum imponentes, regem

creant et vngunt Ioiada et eius filii,
et regem ſalutant.
12 Hic Athalia, audito accurrentium
hominum ſtrepitu, regemque col-
laudantium, venit ad eos in Iouæ
13 templum: et regem conſpicata
pro ſuggeſtu in aditu adſtantem,
principesque et tubicines apud re-
gem, et omnes incolas lætantes, et
tubis perſonantes, et muſicis inſtru-
mentis concinentes, et laudationem
præfantes: veſtimenta ſua diſcerpit,
et coniurationem esſe etiam atque
14 etiam clamat. At Ioiada pontifex
centuriones militum præfectos e-
ducit, iisque imperat, vt illam extra
templi ſeptum educant, ac, ſi quis
eam ſecutus fuerit, eum ferro tru-
cident; nolebat enim pontifex eam
15 in templo Iouæ interfici. Illi, in-
iectis in eam manibus, eductam ad
introitum portæ equorum regiæ,
ibi necant.
16 Tum Ioiada inter ſe et omnem
populum regemque pactionem fe-
17 cit, vt Iouæ populus esſent. Dein-
de vniuerſi templum Baalis adgres-
ſi, diruunt, et eius aras et ſimulacra
perfringunt, et Mattanem Baalis ſa-
18 cerdotem ante aras occidunt. De-
inde Ioiada templi Iouæ procurati-
ones mandat ſacerdotibus Leuitis,
quos Dauid in Iouæ templum diſ-
tribuerat, vt ſolida Iouæ facerent
ſacrificia, ſicut in Moſis lege ſcri-
ptum eſt, cum lætitia et cantu, pro-
19 curante Dauide. Poſtea collocatis
ad templi Iouæ portas ianitoribus,
ne quis vlla re pollutus eo intraret,
aduocatis centurionibus nobilibus-
que, et populi primariis, omnibus-
20 que incolis, regem de templo Io-
uæ deducit. Atque vbi ad mediam
regiæ portam ſuperiorem ventum
eſt: collocatur in regio ſolio rex,
21 et omnes lætantur incolæ: otium-
que nacta eſt vrbs, Athalia ferro
trucidata.

CAPVT XXIIII.

Inſtauratio fani per Ioam. Honorarium in arcam nouam. Pecuniarum vis magna pro fano. Ioiadæ pontificis mors. Ioæ impietas noua. Zachariæ lapidatio in fano. Syrorum victoria in Iudæos. Vrbs capta. Ioæ infelix mors.

AGebat autem Ioas annum ſe- 1
ptimum, quum regnum iniit:
regnauit Hieroſolymis annos
quadraginta, matre berſabenſi no-
mine Sebia. Is Ioas Iouæ, toto 2
Ioiadæ pontificis tempore, paruit.
Ioiada ei duas vxores locauit, ex 3
quibus vtriusque ſexus liberos ſuſ-
tulit. Poſtea quum haberet in a- 4
nimo Ioas templum Iouæ reficere:
congregauit ſacerdotes Leuitas, eis- 5
que præcepit, vt, in oppida Iudææ
profecti, redigerent ab omnibus
Iſraelitis pecuniam quotannis, ad
ipſorum Dei templum inſtauran-
dum, eamque rem celeriter exſe-
querentur. Sed quum non pro- 6
perasſent Leuitæ: rex, vocato Io-
iada præſule, queſtus eſt, quod is
a Leuitis non poſtulasſet, vt ex Iu-
dæis et Hieroſolymitanis, et ex Iſ-
raelitarum ciuitate in oraculi ta-
bernaculum inferrent ſtatutum a
Moſe Iouæ cultore honorarium.
Nam impiæ illius Athaliæ filii non 7
ſolum fanum disſipauerant, ſed et-
iam omnia templi Iouæ ſacra ad
Baales transtulerant. Itaque ius- 8
ſit rex arcam fieri, quæ in introi-
tu templi Iouæ foris poneretur.
Deinde per Iudæam et Hieroſoly- 9
mis edictum eſt, vt adſerretur Io-
uæ honorarium, a Dei cultore
Moſe Iſraelitis in ſolitudine impo-
ſitum; Itaque omnes tum prin- 10
cipes, tum plebeii hilariter adſere-
bant, et in arcam coniiciebant,
donec abſoluta res eſt. Adfere- 11
batur autem arca ad Leuitas, qui-
bus ea prouincia fuerat a rege
mandata: qui quum videbant, ſa-
tis esſe pecuniæ: aderant ſcriba
regis, et is, qui erat huic rei præ-
fectus a præſule: qui, exhauſta ar-
ca, pecuniam auferebant et arcam
eodem referebant: atque, ita quo-
tidie

tidie facientes, magnum pecuniæ numerum congerebant. Eam rex et Ioiada operis templi Iouæ curatoribus tradebant, qui ea lapicidas et fabros ad inſtaurationem templi Iouæ conducerent, nec non fabros ferrarios et ærarios, ad Iouæ templum reficiendum. Ita laborantes operis curatores, proficiente per eos operis inſtauratione, fanum in integrum reſtitutum confirmarunt: et, abſoluto opere, reliquam pecuniam ad regem et ad Ioiadam retulerunt, ex qua ille vaſa ad Iouæ templum miniſtratoria fecit: tum mortaria et capedines, et aurea argenteaque vaſa, quibus in Iouæ templo fiebant iugiter ſacrificia, quamdiu vixit Ioiada. Qui deinde ſenex et maturus æui mortuus eſt, annos tum natus centum triginta, et in vrbe Dauidis apud reges ſepultus eſt: quoniam fuerat de Iſraelitis, et quod ad Deum, et quod ad Dei templum attinet, bene meritus. Poſt mortem Ioiadæ quum veniſſent ad regem principes Iudææ; eumque colerent: obſecuto illis rege, relictum eſt Iouæ, patrii illorum Dei, templum, et lucis ſtatuisque ſeruitum eſt: cuius quidem illorum criminis Iudæi et Hieroſolymitani pœnas luerunt. Quum enim mitterentur eis vates, qui eos ad Iouam reuocarent: admoniti non obtemperabant. Quumque diuino ſpiritu inſtinctus Zacharias, Ioiadæ pontificis filius, ex Dei mandato ſtans apud populum monuiſſet, quoniam Iouæ præcepta violaſſent, fore infortunatos: quoniamque Iouam deſeruiſſent, ab eo deſerendos eſſe: Illi eum, facta coniuratione, lapidibus iuſſu regis obruerunt in atrio templi Iouæ, rege ſane immemore beneficiorum, quibus a Ioiada illius patre fuerat adfectus, qui eius filium interfecerit. Atque ille quidem moriens hæc dixit: Animaduertet

Ioua et vlciſcetur. Igitur ver- 23
tente anno Syri fecerunt aduerſus
eum expeditionem: et Iudæam
Hieroſolymamque adgreſſi, omnes
populi optimates interfecerunt,
eorumque prædam omnem ad re-
gem Damaſcum miſerunt. Et 24
quamquam pauci numero venerant
Syri milites: tamen victoriam de
maximo exercitu, dante Ioua,
quem illi maiorum ſuorum Deum
deſeruerant, reportarunt, et Ioæ
pœnas irrogarunt. Atque, illis 25
ab eo digreſſis, quum eum multis
adfectum doloribus reliquiſſent:
coniurarunt in eum ſui, propter
cædem filii Ioiadæ pontificis: eum-
que in ipſius lecto peremerunt, et
mortuum in vrbe Dauidis, ſed non
in regum ſepulcreto, inhumarunt.
Fuerunt autem, qui coniurarunt, hi, 26
Zabadus Semaathæ Ammonitidis
filius, et Iozabadus Semarithæ Mo-
abitidis filius. Ac de eius qui- 27
dem filiis, et exacto per eum hono-
rario, fundatoque fano, ſcriptum
extat in hiſtoria libri regum.

CAPVT XXV.

Iudææ rex Amaſias, eius pietas non ſincera, facta cædes in patris percusſores. Cenſus populorum. Victoria in Idumæos. Amaſiæ idololatria. Vatis in iſtum minæ. Amaſias in Ioam. Huius victoria. Amaſiæ nex a coniuratis.

EI ſucceſſit in regno filius eius 1
Amaſias, anno ætatis ſuæ vice-
ſimo quinto: regnauit Hiero-
ſolymis annos nouem et viginti,
matre Ioadana Hieroſolymitana.
Et Iouæ quidem paruit; ſed non 2
integro pectore. Regnum ad- 3
eptus, eos ſuorum interfecit, qui
ipſius patrem regem occiderant:
ſed eorum filios non necauit, vt 4
poſtulat ſcriptum legis in libro Mo-
ſis, vbi iubet Ioua, ne parentes pro
liberis, neue liberi pro parentibus
moriantur, ſed ſuum quisque ob
peccatum moriatur. Hic Amaſias, 5

 con-

conuocatos Iudæos, et in curias
milliarias et centurias distributos,
quicunque vel Iudæi erant, vel
Beniamitæ, recenſuit, qui viceſi-
mum ætatis annum exceſſerant: et
inuenit trecenta millia electorum
ad militiam idoneorum, haſtato-
6 rum et ſcutatorum. Præterea ex
Iſraelitis centum militum millia
centum argenti talentis conduxit.
7 Sed adgreſſus eum quidam diuinus
ita monuit: noli, rex, Iſraelitis
militibus vti: neque enim adeſt
Ioua Iſraelitis, id eſt, omnibus
8 Ephraimitis. Sed proficiſcere tu,
et bellum fortiter gere: alioquin
Deus, (cuius eſt et opem et detri-
mentum ferendi poteſtas,) te hoſti
9 ſubiiciet. At Amaſias diuinum
ſic adloquitur: quid ergo fiet cen-
tum talentis, quæ ego Iſraelitis mi-
litibus dedi? Et diuinus: penes
Iouam eſt, inquit, tibi plura iſtis
10 dare. Ita diuiſit Amaſias militi-
bus, qui ad eum ex Ephraimitis
venerant, illa talenta, vt patriam
11 repeterent. Atque illi, Iudæis ve-
hementer iraſcentes, in patriam
12 iracunde reuerterunt. Amaſias
autem cum ſuis audacter profectus
in vallem ſalis, occidit Seiriorum
decem millia, et Iudæi decem capti-
uorum millia in rupis faſtigium
duxerunt, viuosque de rupe ſum-
ma præcipitauerunt: atque ita o-
13 mnes illi dirupti ſunt. Milites
autem, quos Amaſias remiſerat,
ne ſe ad bellum comitarentur, im-
preſſionem fecerunt in ea oppida
Iudææ, quæ ſunt a Samaria ad Beth-
horonem: et interfectis Iudæorum
tribus millibus, multam prædam
diripuerunt.
14 At Amaſias, ex Idumæorum
cæde reuerſus, Seiriorum deos,
quos attulerat, deos ſibi conſtituit,
eosque adorans, eis adoleuit.
15 Quo facto iratus in eum Ioua, mi-
ſit ei vatem, qui eum ita monuit:
cur illorum diis ſtudes, qui ſuos a
te non defenderant? Hæc dicen-
tem interpellans Amaſias dixit:
num tu regi conſiliarius adpoſi- 16
tus es? define, ne occidaris. Tum
vates deſinens, ſcio, inquit, Dei
conſilium eſſe perdere te; qui,
quum iſtud feceris, meum conſi-
lium non audis.

At Amaſias Iudææ rex conſilium 17
cepit, et miſſis ad Ioam Ioachazi
filium, Iehu nepotem, Iſraeli-
tarum regem, nuntiis, eum ad
congrediendum prouocauit. Cui
Ioas ita ſignificauit: Libani car- 18
duus miſit ad Libani cedrum, qui
illius filiam ſuo filio in matrimoni-
um poſcerent: ſed præteriens quæ-
dam Libani fera carduum procul-
cauit. Tu cogitatione victorum
a te Idumæorum animos gloriando 19
tollis. Iam mane domi tuæ, ne
tibi malum adſciſcas, et vna cum
Iudæis cadas. Sed non obtempe- 20
rauit Amaſias, Deo ita volente, vt
illos hoſti dederet, qui Idumæo-
rum diis ſtuduiſſent.

Itaque profectus Ioas, Iſraeli- 21
tarum rex, congreſſus eſt cum
Amaſia Iudææ rege, apud Beth-
ſamem Iudææ. Ibi victis Iu- 22
dæis ab Iſraelitis, fugaque do-
mum dilapſis, Amaſiam Iudææ 23
regem Ioæ filium, Ioachazi ne-
potem, cepit Ioas Iſraelitarum rex
apud Bethſamem: eoque Hiero-
ſolymam ducto, diruit ex mœni-
bus Hieroſolymæ, a porta Ephrai-
mitarum ad portam anguli, qua-
dringentos cubitos: ablatoque, 24
quidquid auri, argenti, vaſorum
inuentum eſt in fano apud Obede-
domum, regiæque theſauris, et
obſidibus Samariam rediit. Vi- 25
xit autem Amaſias Ioæ filius, Iu-
dææ rex, poſt mortem Ioæ, Ioacha-
zi filii, Iſraelitarum regis, annos
quindecim. De reliquis Ama- 26
ſiæ rebus, a primis ad vltimas,
ſcriptum exſtat in libro regum Iu-
dææ et Iſraelitarum. Ex quo 27
autem defecit a Ioua Amaſias, fa-
cta

ɑ eſt in eum Hieroſolymæ coniuratio: et, quum Lachim profugisſet, misſi ſunt, qui eum Lachim perſecuti, ibi necauerunt;
4 equisque reportatus, apud maiores ſuos ſepultus eſt in vrbe *L. G.* [b] Dauidis. *H.*

CAPVT XXVI.

Ozias Amaſiæ heres. Eiusdem pietas, victoriæ multæ, ſtructuræ, opulentia, potentia, defectio a Ioua, lepra. Eſaias de iſto ſcripſit.

TVm omnis Iudææ populus Oziam, annos natum ſexdecim, regem in eius patris Amaſiæ
locum ſubrogauit. Is, poſtquam rex ad ſuorum manes concesſit, Elotha inſtaurauit, et Iudææ reſtituit. Regnum iniit anno ſuæ ætatis decimo ſexto: regnauit Hieroſolymis annos duos et quinquaginta, matre Iechelia Hieroſolymi-
4 tana. Iouæ paruit, Amaſiam patrem ſuum imitatus, deditque operam, vt Iouæ ſtudioſus esſet, Zachariæ temporibus, hominis diuinarum præſenſionum periti: ac, donec Iouæ ſtudioſus fuit, Deo vſus eſt ſecundo, et in Palæſtinos expeditionem fecit, in qua Gethæ, Iabnæ et Azothi mœnia diruit, et oppida in Azothiis et Pa-
7 læſtinis ædificauit, atque a Deo adiutus eſt contra Palæſtinos et Arabas gurbaalenſes, contraque Ammonitas, qui Ammonitæ ei tribu-
8 tum penſitarunt, atque eo excellentiæ prouectus eſt, vt eius nomen in Aegyptum vsque perue-
9 nerit. Conſtruxit turres Hieroſolymis ad portam anguli, et ad portam vallis, et ad verſuram:
10 easque muniuit. Conſtruxit et turres in ſolitudine, multosque puteos cauauit: habebat enim multa pecora tum in vallibus, tum in campeſtribus: aratores item et vinitores, quum in ceteris montibus, tum in Carmelo, quippe agriculturæ ſtudioſus. Habuit autem 11
Ozias militum exercitum, qui in aciem prodirent, numero deſcriptum, Iehieli ſcribæ et Maaſeiæ, qui magiſtratum gerebat, ſubiectum, ſub Anania, qui erat de regiis proceribus. Familiarum mi- 12
litum primarii erant omnino numero duo millia ſexcenti: qui- 13
bus ſuberant militum trecenta ſeptem millia, quingenti, qui bellis militari virtute gerendis regem contra hoſtes iuuarent. Huic to- 14
ti exercitui comparauit Ozias clipeos, iacula, galeas, loricas, arcus et fundas ad lapides. Fecit et 15
Hieroſolymis tormenta artificioſe: quibus per turres et pluteos diſpoſitis, tela, ingentiaque ſaxa iacerentur. Itaque longe patuit eius fama, qui ſibi tam egregias opum vires comparasſet.

Sed vires nactus, animo in ſuam 16
perniciem ſuperbiit, contraque Iouam Deum ſuum peccauit. Nam in Iouæ cellam ad ſuffiendum ad aram ſuffitoriam ingresſus eſt. Quem 17
ſecuti Azarias pontifex, et cum eo Iouæ ſacerdotes octoginta, homines egregii, eum adſtantes ita monuerunt: non eſt tuum, Ozia, 18
Iouæ ſuffire; ſed ſacerdotum Aharone prognatorum, qui ſunt ad ſuffiendum conſecrati. Exi ex ſacrario: crimen enim committis, nec tibi iſtud apud Iouam Deum laudi ducetur. Hic indignatus 19
eſt Ozias, manu turibulum ad ſuffiendum tenens: ac, dum ſacerdotibus ſuccenſet, enata eſt in eius fronte lepra coram ſacerdotibus in templo Iouæ apud aram ſuffitoriam. Quumque eum intuentes Azarias 20
pontifex et omnes ſacerdotes, animaduertisſent in eius fronte lepram: eum illinc confeſtim exturbarunt, alioquin egredi feſtinantem propter illatum a Ioua morbum. Ita fuit Ozias rex leproſus vsque

b) Heb. Iudææ.

vsque ad mortem : ſemotamque do-
mum leproſus, ex Iouæ templo
exactus, habitauit: Iothamo eius
filio regiam tenente, et incolarum
22 rationes procurante. De reliquis
Oziæ rebus ab initio ad finem ſcri-
pſit Eſaias Amoſi filius vates.

CAPVT XXVII.

Oziæ Iothamus heres. Huius pietas, ſtructuræ, bella, accepta ſtipendia.

1 OZia vita defuncto, et apud
maiores ſuos in fundo ſepul-
creti regum, (quod leproſus
eſſet,) ſepulto: ſucceſſit in regnum
Iothamus eius filius, anno ætatis
ſuæ viceſimo quinto: regnauit
Hieroſolymis annos ſexdecim, ma-
2 tre Ieruſa Sadoci filia. Iouæ pa-
ruit, Oziam patrem ſuum imita-
tus; niſi quod in Iouæ cellam non
intrauit: ſed adhuc erant populi
3 mores deprauati: portam tem-
pli Iouæ ſuperiorem inſtaurauit:
in ophelio muro multum ædifica-
4 uit: oppida in montanis Iudææ
conſtruxit, tum caſtella et turres
5 in nemoribus. Bellum geſſit cum
rege Ammonitarum, in quo victi
ab eo Ammonitæ ei ſoluerunt illo
anno centum argenti talenta, et
tritici decem cororum millia, et
hordei totidem: idemque ei pen-
6 derunt anno ſecundo et tertio. At-
que ita vires nactus eſt Iothamus:
quoniam mores ſuos Iouæ Deo ſuo
7 probabat. De reliquis Iothami
rebus et bellis omnibus atque fa-
ctis ſcriptum exſtat in libro regum
8 Iſraelitarum et Iudææ. Anno
ætatis ſuæ decimo quinto regnare
ingreſſus, regnauit Hieroſolymis
annos ſexdecim.

CAPVT XXVIII.

Oziæ ſucceſſor. Achazus filius. Huius impietas exſecranda, captiuitas in Damaſco. Iudæorum memoranda clades. Odedus vates pro captiuis Iudæis. Horum abſolutio. Achazi idololatria fœdiſſima.

IOthamo ad maiorum ſuorum 1
manes profecto, et in vrbe Da-
uidis ſepulto: ſucceſſit in re-
gnum Achazus eius filius, anno æ-
tatis ſuæ viceſimo, regnauit Hie-
roſolymis annos ſexdecim: nec 2
Iouæ, patris ſui Dauidis exemplo,
paruit: ſed regum Iſraelitarum 3
facta imitatus, non ſolum Baalibus
ſimulacra conflauit, ſed etiam in
valle filii Hennomi adoleuit,
et filios ſuos, (gentium flagitia imi- 4
tatus, quas Ioua Iſraelitarum cauſ-
ſa depopulatus erat,) igni crema-
uit, inque ſacellis et collibus, et 5
paſſim ſub frondoſis arboribus, ſa-
cra ſuffitumque fecit. Itaque Io- 6
ua, eius Deus, eum Syrorum regi
dedidit: qui, eo victo, magnum ab
eo captiuorum numerum abege-
runt, et Damaſcum abduxerunt.
Neque non Iſraelitarum regi dedi- 7
tus, magnam ab eo cladem accepit:
occiditque Phaca Romeliæ filius Iu-
dæorum centum viginti millia
vno die, qui omnes erant milites:
quoniam Iouam maiorum ſuorum
Deum deſeruerant. Interfecit et 8
Zechris, miles Ephraimita, Maaſe-
iam regis filium, et Azricamum, fa-
miliæ magiſtrum, et Elcanam ſe-
cundum a rege: abduxeruntque 9
Iſraelitæ a ſuis conſanguineis du-
centa captiuarum mulierum, pue-
rorumque et puellarum millia, et
præterea multam ab illis prædam
diripuerunt, quam Samariam ab-
duxerunt.

Erat autem ibi Iouæ vates Ode- 10
dus nomine, qui obuiam egreſſus
exercitui, Samariam venienti, eos
huiuſmodi verbis excepit: quum 11
Ioua, maiorum veſtrorum Deus, Iu-
dæis iratus, eos vobis dediderit: vos
eos tanta atrocitate occidiſtis, vt ea
ad cælum vſque pertingat. Et 12
nunc Iudæos et Hieroſolymitanos
vobis ſeruos et ſeruas redigere cogi-
tatis? an non iſtud eſt contra Io-
uam, Deum veſtrum, committere?
Quamobrem auſcultate mihi, et ca- 13
pti-

ptiuos iſtos, quos a veſtris fratribus
abigitis, reducite: alioqui Iouæ
4 iram ſentietis. Deinde quidam de
Ephraimitarum primariis, Azarias
Ioannis filius, Barachias Meſillemo-
thi, Ezechias Sellumi, et Amaſa Ha-
dalis in eos, qui ex militia venie-
bant, incitati, eis ita dixerunt:
5 non introducetis huc captiuos: nam
iſta ratione crimine nos contra Io-
uam obligaretis, noſtrum peccatum
et crimen augentes; quaſi id non
ſatis magnum ſit, aut parum irarum
6 ſit in Iſraelitas. Tum milites ar-
mati captiuos prædamque coram
proceribus totoque cœtu omiſe-
runt; et homines ſupra nominatim
7 dicti ſurrexerunt, ſumtisque ca-
ptiuis, omnes eorum nudos de ſpo-
liis veſtiuerunt, et veſtitos atque
calceatos cibo et potione curarunt
atque vnxerunt; et impoſitos aſinis,
præſertim omnes defetiſcentes, Hi-
erichuntem vrbem palmiferam du-
xerunt ad ipſorum conſanguineos,
8 deinde Samariam redierunt. Eo
tempore miſit rex Achazus ad re-
gem Asſyriæ, petitum auxilium.*
Nam inſuper Idumæi Iudæos ador-
ti vicerant, captiuosque abduxerant,
9 et Palæſtini, impresſione facta in
oppida Iudææ campeſtria et meridi-
ana, ceperant Bethſamem, Aialonem,
Gaderotha, Sochonem, Thamnam
et Gamzonem, cum eorum coloniis:
10 ibique conſederant, perdomante Iu-
dæos Ioua, propter Achazum Iu-
dææ regem, qui Iudæis ad nequi-
tiam abducendis contra Iouam
commiſerat. Itaque ad eum pro-
fectus Teglathphalnaſar Asſyriæ
11 rex, eum grauauit, non leuauit. Et
quamuis templi Iouæ et regiæ pro-
cerumque facultatum partem ce-
pisſet Achazus, et Asſyriæ regi de-
12 disſet; nihil eum iuuit. Atque
is quidem, (de Achazo rege dico,)
in ſuis temporibus aduerſis am-
13 plius in Iouam commiſit. Et Da-
maſcenorum diis, a quibus cæſus
fuerat, ſacrificauit, dicens, deos
regum Syriæ Syris opitulari: ita-
que ſeſe ſacra facturum, vt ab eis
adiuuetur. Atque illi quidem 24
tum ei, tum omnibus Iſraelitis de-
trimento fuerunt. Congesſit au- 25
tem Achazus vaſa templi, iisque
mutilatis, et oſtiis templi Iouæ
clauſis, aras ſibi in omnibus Hiero-
ſolymæ angulis exſtruxit, et pas- 26
ſim in omnibus Iudææ oppidis ſa-
cella fecit, ad adolendum diis alie-
nis, Iouamque maiorum ſuorum
Deum irritauit. De reliquis eius 27
rebus, omnibusque factis amplis-
ſime ſcriptum exſtat in libro regum
Iudææ et Iſraelitarum.

CAPVT XXIX.

Ezechiæ religio pura. Templi luſtratio: ſacrificia.

Achazo vita defuncto, et in vr- 1
be Hieroſolyma ſepulto, (ne-
que enim in ſepulcra regum
Iſraelitarum illatus eſt,) ſucceſ- 2
ſit in regnum Ezechias eius filius,
annum ætatis agens viceſimum
quintum: regnauit Hieroſoly- 3
mis annos vndetriginta, matre Ab-
ia Zachariæ filia. Paruit autem 4
Iouæ, Dauidem conditorem ſuum
imitatus, atque anno regni ſui pri-
mo, menſe primo, templi Iouæ
valuas aperuit ac refecit: addu- 5
ctosque et in platea orientali con-
gregatos ſacerdotes et Leuitas ſic
adlocutus eſt: audite me, Leuitæ:
luſtramini iam, et Iouæ maiorum
veſtrorum Dei templum luſtrate,
et ex ſacro profana efferte. Nam 6
patres noſtri tanto Iouam, Deum
noſtrum, crimine offenderunt, et
deſeruerunt, vt Iouæ tabernaculum
auerſati, ei tergum obuerterent,
etiamque clauſis veſtibuli valuis, 7
exſtinctisque lucernis neque ſuffi-
tum, neque ſolidum ſacrificium
Iſraelitarum Deo in ſacrario face-
rent. Itaque adeo iratus eſt Ioua 8
in Iudæos et Hieroſolymitanos, vt
eos mirandum in modum vexandos
exſi-

exſibilandosque curauerit, vt ipſi
9 veſtris oculis videtis. Ergo et pa-
tres noſtri, vt videmus, armis pro-
pterea ceciderunt, et noſtri liberi
atque coniuges captiuitatem ſub-
10 ierunt. Quapropter ego in ani-
mo habeo, fœdus cum Ioua, Iſrae-
litarum Deo, ferire, eius incenſæ
iræ a nobis auertendæ gratia.
11 Nunc, mei nati, nolite ſocordes
eſſe: vos enim elegit Ioua, vt ei
adparentes miniſtretis,et miniſtran-
tes ſuffitum faciatis.
12 Tum ſurrexere Leuitæ, Maha-
thus, Amaſais filius, et Ioel, Azariæ,
ex Cahathitis: ex Merarenſibus au-
tem Cis, Abdis filius, et Azarias Ia-
laleelis: ex Gerſoniis Ioa, Zemmæ
13 filius, et Eden, Ioæ: ex Eliſapha-
nenſibus, Samris et Iahiel: ex A-
ſaphanis, Zacharias et Mathanias:
ex Hemanenſibus Iahiel et Semeis:
14 ex Ieduthunenſibus, Semeias et O-
15 ziel: qui, congregatis ſuis con-
ſanguineis, luſtrati, iusſu regis Io-
uæ templum, (vt ipſius Iouæ dicta
poſtulabant,) purificare ingresſi
16 ſunt: et introgresſi ſacerdotes
in penetrale templi Iouæ, ad id pu-
rificandum, omnia polluta, quæ in
Iouæ cella inuenerunt, in atrium
templi Iouæ extulerunt, eaque
ſublata Leuitæ foras ad torrentem
17 Cedronem exportarunt. Ac primo
die menſis primi luſtrationem ex-
orſi octauo die menſis venerunt
18 in Iouæ veſtibulum. Atque ita lu-
ſtrato Iouæ templo diebus octo, die
menſis primi decimo ſexto abſolu-
to opere, ad Ezechiam regem intro-
gresſi, renuntiant, ſeſe totum Iouæ
19 templum purificauisſe: aram
victimariam et menſam ordinari-
am, cum earum omni inſtrumen-
to, omniaque vaſa, quæ regnans
Achazus rex ſuo crimine inceſta-
uerat, * parasſe atque luſtrasſe, ea-
que nunc apud aram Iouæ eſſe.
20 Tum rex Ezechias,vbi mane ſur-
rexit, conuocatis primoribus ciui-
tatis, in Iouæ templum adſcendit,

adductisque tauris, arietibus, a- 21
gnis et capris ſeptenis, regni et
ſanctuarii et Iudææ piacularibus,
præcepit Aharoniis ſacerdotibus,
vt ad Iouæ aram ſolidum ſacri-
ficium facerent. Itaque ſacerdo- 22
tes, mactatis tauris, exceptum ſan-
guinem in aram effundunt: item-
que, mactatis arietibus, eorum ſan-
guine aram conſpergunt. Deinde 23
adductos ad regem reliquumque
cœtum capros piaculares, impoſi-
tis eis manibus, mactant ſacerdo-
tes, et eorum ſanguine ad aram 24
piaculum faciunt, omnium Iſrae-
litarum propitiatorium: nam o-
mnium Iſraelitarum nomine ſoli-
dum ſacrificium et piaculum rex
inſtituerat. Tum Leuitas in Io- 25
uæ templo ſtatuit cum cymbalis,
nablis et citharis, ex præcepto
Dauidis, et Gadi fatidici regii, et
Nathanis vatis: erat enim ea diſci-
plina a Ioua per eius vates profe-
cta. Igitur adſtantibus Leuitis, Da- 26
uidis inſtrumenta, et ſacerdotibus
tubas tenentibus, iusſit Ezechias
ſolidum ſacrificium ad aram fieri:
eodemque momento et ſolidum fie- 27
ri ſacrificium cœpit, et carmen Io-
uæ cantari, et tubæ reſonare, et
Dauidis Iſraelitarum regis inſtru-
menta pulſari, et vniuerſus cœ- 28
tus, perſonante carmine, tubis clan-
gentibus, adorare: quæ omnia du-
rarunt, donec abſolutum ſacrifici-
um eſt: quo peracto, rex, et o- 29
mnes, qui cum eo aderant,honorem
Deo ſubmisſe præbuerunt. De- 30
inde Leuitis præcepit rex Ezechias
et proceres, vt Dauidis et Aſaphi
fatidici verbis Iouam laudarent.
Quumque illi læti laudasſent,et ſup- 31
pliciter adorasſent: iusſit Ezechi-
as, vt iam manus ſuas Iouæ ſacra-
rent et accederent, hoſtiasque et
grati animi victimas in Iouæ
templum adducerent.

Itaque adduxit cœtus hoſtias et 32
grati animi victimas, præter eas o-
mnes, quas nonnulli ſua ſponte ad-
duce-

ducebant ſolidas hoſtias: quarum ſolidarum hoſtiarum a cœtu adductarum numerus fuit, tauri ſeptuaginta, arietes centum, agni ducenti: atque hæc omnia ad ſolidum ſacrificium Iouæ faciendum. Conſecratorum autem fuere tauri ſexcenti, et balantum tria millia. Ceterum quoniam pauciores erant ſacerdotes, quam vt posſent omnes deglubere victimas: adiuuerunt eos Leuitæ, eorum conſanguinei, donec peracta res eſt, et luſtrati ſunt ſacerdotes: nam Leuitæ promtiores fuerant ad luſtrandum ſe, quam ſacerdotes. Erat etiam magna victimarum copia, præter adipes pro ſalute, et libandum vinum ad victimas. Ita, conſtituta templi Iouæ operatione, lætatus eſt Ezechias et omnes reliqui, populum esſe, tam celeriter acta re, diuinitus expeditum.

CAPVT XXX.

Sub Ezechia piisſimo paſcha. Iudæorum felicitas.

DEinde miſit Ezechias ad omnes Israelitas et Iudæos, etiamque epiſtolas ſcripſit ad Ephraimitas et Manasſenſes, vt Hieroſolymam conuenirent in Iouæ templum, ad paſcha Iouæ Israelitarum Deo agendum. Statuit autem rex, eiusque proceres, et omnis hieroſolymitana respublica, paſcha ſecundo menſe agere. Non enim potuerant ſuo tempore facere: ſacerdotibus nondum omnino luſtratis, neque populo Hieroſolymis congregato. Itaque viſum eſt, tum regi, tum omni conuentui, ſtatuere, vt per omnes Israelitarum fines, a Berſaba ad Danem, ediceretur, vt Hieroſolymam ad paſcha Iouæ Israelitarum Deo agendum conueniretur. Id enim iam diu ex præſcripto factum non fuerat.

Igitur profecti curſores cum epiſtolis, a rege eiusque proceribus ac-
ceptis, per omnes Israelitarum Iudæorumque fines regium mandatum expoſuerunt, quod erat huiusmodi: redite ad Iouam, Israelitæ, 6
Abrahami, Iſaaci et Israelis Deum,
vt ipſe vicisſim redeat ad veſtrum
reliquias, quæ regum Asſyriæ manus euaſerunt: neue patres aut 7
conſanguineos veſtros imitamini:
qui, quia contra Iouam Deum ſuum
patrium commiſerunt, ab eo ſunt
mirifice multati, vt videtis.
Quamobrem nolite ceruices ve- 8
ſtras patrum veſtrorum exemplo
obfirmare: date manus Iouæ, et
adeundo ſacrarium, quod ille in
ſempiternum conſecrauit, Iouam
Deum veſtrum colite, vt a vobis
auertatur illius incenſa ira. Nam 9
vobis ad Iouam conuerſis, veſtri
conſanguinei et liberi, iis, apud
quos captiui ſunt, eorum miſertis,
in hanc reuenient terram. Etenim
exorabilis et miſericors Ioua, Deus
veſter, non vos auerſabitur, ſi ad
eum redieritis. Sed quum curſo- 10
res Ephraimitarum Manasſenſiumque fines vsque ad Zabulonios oppidatim peragrarent: irriſione ludebantur ab illis. Quamquam 11
Aſerianorum et Manasſenſium Zabuloniorumque nonnulli ſeſe ſubmisſius gesſerunt, et Hieroſolymam venerunt, neque non Iu- 12
dæorum diuinitus impulſorum
mens vna fuit, ad regis procerumque mandatum ex Iouæ præſcripto
exſequendum. Itaque Hieroſo- 13
lymam congregati homines maxima copia ad agenda azymalia ſecundo menſe, protinus ſublatis aris, 14
quæ erant Hieroſolymæ, tum ceteris, tum ſuffitoriis, et in torrentem Cedronem proiectis, pa- 15
ſcha die ſecundi menſis decimo
quarto immolarunt. Et ſacerdotes ac Leuitæ præ pudore luſtrati,
victimas in Iouæ templum introduxerunt: et ſuo munere, vt 16
eorum ritus ferebat, ex lege diuini
Moſis functi ſunt, ita vt ſacerdotes

tes acceptum a Leuitis ſanguinem
17 ſpargerent. Erant autem in eo
cœtu multi non luſtrati, Leuitis
occupatis in mactandis victimis
paſchalibus omnium non mundo-
rum, eorum Iouæ conſecrando-
18 rum gratia. Itaque multo ma-
xima pars Ephraimitarum, Ma-
nasſenſium, Isſacharianorum et
Zabuloniorum, quum purificati
non esſent, paſcha non ex præſcri-
pto polluxerunt, Ezechia pro eis
19 precato, et ita locuto: bonum
illum Iouam fore propitium omni-
bus, qui mentes ſuas ad Dei, ad
Iouæ, inquam, ipſorum patrii Dei
ſtudium adplicuisſent; etiamſi non
agerent, vt poſtulabat ſacra puri-
20 ficatio. Iis Ezechiæ precibus ex-
auditis, Ioua illis remedium ad-
21 hibuit. Ita egerunt Israelitæ,
qui Hieroſolymis aderant, azy-
malia ſeptem dies, magna lætitia;
quum Leuitæ et ſacerdotes Iouam
quotidie validis Iouæ organis lau-
22 darent. Atque Ezechias omni-
bus Leuitis Iouanarum rerum bene
peritis blanda oratione perſuaſit,
vt illud ſolemne ſacrum ſeptemdia-
le pollucerent, ſacrificia pro ſalu-
te facientes, et Iouæ, maiorum ſuo-
23 rum Deo, gratias agentes. Dein-
de ſtatuit vniuerſa reſpublica ſe-
ptem alteros dies agere: eosque
ſeptem dies egerunt cum lætitia.
24 Nam Ezechias Iudææ rex multitu-
dini exceperat tauros mille, et
balantum ſeptem millia, et pri-
marii totidem, magna ſacerdotum
25 copia luſtrata. Ita lætatus eſt
omnis conuentus tam Iudæorum et
ſacerdotum atque Leuitarum, quam
eorum, qui ex Israelitis venerant,
et peregrinorum vel ab Israelita-
rum finibus profectorum, vel Iu-
26 dææ incolarum: fuitque Hiero-
ſolymæ lætitia, quanta a tempore
Solomonis Dauidis filii Israelita-
27 rum regis ibi non fuerat. Dein-
de ſacerdotes Leuitæ ſurrexerunt,
et populo bene precati ſunt: eſt-
que eorum exaudita vox, et preces
in cælum ad ſacrum Dei domicili-
um peruenerunt.

CAPVT XXXI.

Idolorum corruptio. Sacerdotii inſtitutiones per Ezechiam.

PEractis his omnibus, profecti omnes, qui aderant, Israelitæ in oppida Iudææ ſtatuas perfregerunt, lucos ſucciderunt, ſacella et aras ex tota Iudæa, et Beniamitarum, et Ephraimitarum Manasſenſiumque finibus funditus euerterunt, atque ita in ſuæ quique posſesſionis oppida reuerterunt. Conſtituit autem Ezechias ſacerdotum Leuitarumque clasſes, ita deſcriptas, vt cuiusque ſacerdotum et Leuitarum muneris ratio poſtulabat ad ſolida ſacrificia et pro ſalute faciendum, ad miniſtrandum, ad Iouam celebrandum et collaudandum in portis caſtrorum Iouæ. Conferebat autem rex ex ſuis facultatibus ad ſolida ſacrificia, tum matutina et veſpertina, tum ſabbatorum et nouiluniorum atque ſollemnium, ex Iouanæ legis præſcripto. Itemque iusſit Hieroſolymitanis, vt in ſacerdotes et Leuitas conferrent, quo Iouæ legem tenerent. Qua re diuulgata, Israelitæ primitias frumenti, muſti, olei, mellis, omnisque reditus terræ, omniumque decumas magna copia attulerunt. Tum autem præter Israelitas, etiam iudaicorum oppidorum incolæ Iudæi boum, balantumque, et eorum, quæ eorum Deo Iouæ conſecrata erant, decumas adferebant, et in aceruos digerebant, qui tertio menſe fundari cœpti, ſeptimo ſunt abſoluti. Eos aceruos quum viſisſet Ezechias et principes: Iouæ eiusque Israelitis gratias egerunt. Interrogantique Ezechiæ ſacerdotes et Leuitas de aceruis, reſpondit Azarias ſummus pontifex, ex Sadoci

oci familia, poſtquam in Iouæ
emplum cœptum ſit inferri hono-
arium, ea tam multa ad id, *a* quod
d ſatietatem comeſum ſit, ſuper-
ſſe: tantam Iouam ſuis, et illi
eliquæ multitudini abundantiam
argitum eſſe. Tum Ezechias iuſ-
it cœnacula in Iouæ templo com-
oni, in quæ compoſita honorari-
um, et decumæ, et conſecrata fide-
iter illata ſunt, curatore Cho-
enia Leuita, et Semei eius fratre
ecundum illum: quibus Chonen-
æ et Semei parere iuſſi ſunt Ie-
iel, Azarias, Nahathus, Aſael,
eremothus, Iozabadus, Eliel, Ieſ-
nachias, Mahathus et Banaias, ab
Ezechia rege conſtituti. Azarias au-
em erat æditimus. Cores Iemnæ
ilius Leuita ianitor orientalis, mu-
eribus, quæ Deo vltro offereban-
ur, præpoſitus, ad Iouæ honora-
ium et ſacroſancta diſtribuenda.
Huic attributi erant Eden, Minia-
nin, Ieſua, Semeias, Amarias et
echenias, qui per oppida ſacerdo-
um diſtributi, conſanguineis ſuis
er claſſes fideliter præberent, par-
is iuxta ac magnis, id eſt, tum
maribus, qui tertium ætatis annum
excedentes recenſebantur, tum o-
mnibus in Iouæ templum ad quo-
tidianum munus obeundum in-
trantibus, prout eorum procurati-
ones et claſſes poſtulabant, videlicet
ſacerdotibus per familias recenſi-
tis, et Leuitis, viceſimum ætatis
annum ſuperantibus, pro ratione
eorum procurationis atque claſ-
ſium; tum præterea omni par-
uulorum, vxorumque eorum, et
liberum promiſcuæ multitudini,
recenſitæ, quæ quidem in illorum
functione erat ſancte conſecrata;
nec non Aharone prognatis ſacer-
dotibus, paſſim in ſuorum oppido-
rum pomœriis manentibus: præ-
berent, inquam, ſupra nominatim
poſiti homines, demenſum omni-
bus ſacerdotum maribus et Leui-
tarum cenſis. Atque id fecit Eze- 20
chias in omni Iudæa, ſeque ex bono
et æquo et officio erga Iouam De-
um ſuum geſſit: et omnem rem, 21
quam circa fani opus, circaque le-
gem et diſciplinam, Dei ſui ſtudio
tota mente adgreſſus eſt, egit feli-
citer.

CAPVT XXXII.

*In Iudæam Senacheribus. Ezechiæ muni-
tiones. Rabſacis verba atrocia in Deum.
Copiarum Senacheribi clades per angelum.
Ezechiæ morbus, gratia, ingratitudo, pœ-
na cum populo, eiuſdem opes, mors.*

POſt eas res atque officium Se- 1
nacheribus Aſſyriæ rex Iudæ-
am adortus, caſtra poſuit con-
tra munitas vrbes, easque vi capere
ſtatuit. Tum Ezechias videns, 2
eum bello Hieroſolymam adgredi
parare, decreuit cum ſuis pro- 3
ceribus et militibus fontanas aquas,
quæ extra vrbem erant, obturare.
Itaque adiuuantibus illis, coacta 4
hominum ingenti multitudine, ob-
ſtructi ſunt omnes fontes, et fluui-
us, qui per mediam regionem ma-
nabat; ne, ſi veniſſent Aſſyriæ
reges, tantum aquæ inuenirent.
Deinde quum confirmaſſet ipſe ſe: 5
omnem dirutum murum inſtaurat,
turres, et foris alterum murum ex-
citat, Mellonem Dauidis vrbem re-
ficit, miſſilium et clipeorum ma-
gnam copiam facit, belli duces co-
piis præficit, eosque ad ſe in 6
plateam portæ vrbis conuocatos,
comiter adloquitur in hunc mo-
dum: eſte fortes et infracti, neue 7
Aſſyriæ regem, aut illam tantam
turbam, quæ eum comitatur, per-
timeſcite, aut exhorrete: nam plu-
res nobis adſunt, quam illi. Adeſt 8
illi brachium corporeum: at nobis
adeſt Ioua, Deus noſter, qui nos
adiuuet, et noſtra prœlia gerat.
Hac Ezechiæ Iudææ regis oratione
confirmati ſunt homines. Poſtea 9
Senacheribus Aſſyriæ rex, qui tum

 apud

a) quod Leuitis ſuperfuerat, qui decumis veſcebantur.

apud Lachim vna cum toto ſuo
dominatu erat, miſit Hieroſolymam
ſuos ad Ezechiam Iudææ regem,
et ad omnes hieroſolymitanos Iu-
dæos, qui ita dicerent: ita dicit
10 Senacheribus Aſsyriæ rex: qua
tandem re freti, Hieroſolymis in-
tra munimentum vos continetis?
11 An vobis ſcilicet imponit Ezechias,
vt vobis mortem fame ſitique con-
ciliet, dum fore promittit, vt vos
Ioua, Deus veſter, a regis Aſsyriæ
12 manu vindicet? Annon Ezechias
iſte illius ſacella araſque ſuſtulit,
et Iudæis atque Hieroſolymitanis
iuſsit, vt apud vnam aram adorent,
et ad eam ſuffiant? An neſcitis,
quid fecerim ego, maioresque mei,
omnibus terrarum nationibus?
13 Num potuere Dii gentium cetera-
rum terrarum ſuas terras a mani-
14 bus meis defendere? Quis eſt ex
omnibus illarum gentium diis, quas
mei maiores euerterunt, qui potue-
rit ſuos a mea manu tutari, vt vos
Deus veſter a me defendere poſse
15 videatur? Quocirca nolite ab E-
zechia decipi, aut eo induci, vt
ei credatis. Nec enim potuerunt
omnes omnium gentium regno-
rúmque dii ſuos a me meisque
maioribus defendere, nedum vt
vos dii veſtri contra me defendant.
16 Hæc et plura Senacheribiani con-
tra Iouam Deum contraque eius
cultorem Ezechiam locuti ſunt.
17 Scriptis a Senacheribo litteris, qui-
bus de Ioua Iſraelitarum Deo de-
trahens, atque maledicens, adfir-
mabat, quemadmodum dii genti-
um ceterarum terrarum ſuos ab
ipſo non defendiſsent: ſic Ezechiæ
Deum non eſse ſuos ab ipſo defen-
18 ſurum. Itaque illi magna voce
iudaice clamarunt ad Hieroſolymi-
tanos, qui erant in muris, vt eis
perterritis, atque perturbatis vr-
19 bem caperent, non aliter in Hie-
roſolymorum Deum locuti, quam
in ceterarum orbis nationum deos,

hominum manu factos. Sed quum ſuper ea re precati Ezechias rex, et Eſaias Amoſi filius vates ad cælum queſti eſsent, miſit Ioua angelum, qui omnes in caſtris regis Aſsyriæ milites ducesque et principes interfecit. Qua ille accepta ignominia, patriam repetiit: vbi Dei ſui templum ingreſsus, ab iis ipſis, qui ex eius viſceribus exierant, ferro trucidatus eſt. Ita quum Ioua Ezechiam et Hieroſolymitanos quum ab omnibus aliis, tum a Senacheribo Aſsyriæ rege tutatus eſset, illis vndique abactis multi et Iouæ munera, et Ezechiæ Iudææ regi ſtrenas Hieroſolymam adferebant, atque ita apud omnes gentes dignitate auctus eſt.

Per id tempus letaliter ægrotauit Ezechias, precatusque Iouam, promiſsionem ab eo et oſtentum obtinuit. Verum tantum abfuit, vt ei parem beneficio gratiam tribueret, vt etiam animo inſoleſceret: cuius rei pœnas luit tum ipſe, tum Iudæa et Hieroſolyma. Atque ob eam animi ſuperbiam ſubactus eſt ipſe et Hieroſolymitani: quamquam eis pœna a Ioua irrogata non eſt viuente Ezechia.

Abundauit autem Ezechias diuitiis et gloria, ſibique theſauros comparauit, argenti, auri, gemmarum, aromatum, clipeorum et omnis elegantis ſupellectilis: tum cellas ad frumenti, muſti, oleique prouentum, et ſtabula ad omne armenti genus caulasque ad pecora. Oppida quoque et magnam minoris maiorisque pecoris facultatem ſibi comparauit, quippe ingentes diuinitus opes adſecutus. Item Ezechias ſuperiores aquæ Gehonis ſcatebras obſtruxit, eamque ſubter occidentalem vrbis Dauidis partem deriuauit, et ſe in omni opere ſuo geſsit feliciter: niſi quod in legatione principum babyloniorum, miſsa ad eum ſuper [b] oſtento, quod in ea regione acci-

b) quum ſolari vmbra retroceſsit.

cciderat, interrogandum, deſeruit um Deus, vt eum tentaret, et diſce- et, ecquid omnino haberet in ani- no. De reliquis Ezechiæ rebus et ietate ſcriptum exſtat in oraculis ſaiæ vatis Amoſi filii, et in libro egum Iudææ et Iſraelitarum. zechia ad maiorum ſuorum ma- es profecto, in cliuo ſepulcreti)auididarum ſepulto, et honorifico unere ab omnibus Iudæis et Hie- oſolymitanis elato, ſucceſſit in egnum eius filius Manaſſes.

CAPVT XXXIII.

Manaſſes Ezechiæ ſucceſſor. Huius idololatria, flagitia. Aſſyriorum victoria in Manaſſem. Huius captiuitas, vincula. Manaſſis ad Iouam precatio. Dei placatio. Manaſſis reſtitutio, emendatio, mors. Amonis regnum, impietas, per coniuratos nex. Ioſias filius heres.

QVi anno ætatis ſuæ duodecimo regnum adeptus, regnauit Hieroſolymis annos quin- ue et quinquaginta. Is gentium agitia, quas Ioua Iſraelitarum auſſa deleuerat, imitatus, Iouam ffendit: ſacella a patre ſuo E- echia euerſa inſtaurauit: aras aalibus erexit: lucos fecit: omnes æli copias adorauit coluitque: ras in Iouæ templo conſtruxit: uum Ioua dixiſſet, nomen ſuum lieroſolymis fore in ſempiternum: ltaria omnibus cæleſtibus copiis n duobus templi Iouæ atriis con- ruxit: filios ſuos per ignem in alle filii Hennomi traiecit: hario- atione, auguriis et præſtigiis vſus ſt, ventriloquosque et magos in- ituit: quibus tot ſceleribus com- nittendis Iouam irritauit: et ctitium ſimulacrum a ſe factum oſuit in fano: quum Deus Dauidi iusque filio Solomoni promiſiſſet, ſe in eo templo et Hieroſolymæ, uam ex omnibus Iſraelitarum tri- ubus delegiſſet, collocaturum es- nomen ſuum in ſempiternum, cturumque, vt numquam dein-

ceps pedem mouerent Iſraelitæ ex
ea terra, quam eorum maioribus
adſignaſſet, ſi modo curaſſent ex-
ſequenda omnia eis ab ipſo præ-
cepta: id eſt, omnem legem, de-
creta et iura per Moſem tradita.
Igitur, quum ita deprauaſſet Ma- 9
naſſes Iudæos et Hieroſolymita-
nos, vt peiora quam gentes, quas
Ioua Iſraelitarum gratia euerterat,
facerent; quumque admonitus 10
a Ioua Manaſſes et ſui negligerent:
immiſit eis Ioua duces exercitus 11
regis Aſſyriæ, qui captum Manaſ-
ſem, et compedibus catenisque vin-
ctum, Babylonem duxerunt. In 12
ea anguſtia Iouam Deum ſuum in-
terpellauit, ſeque maiorum ſuorum
Deo multum ſubmiſit, et eum ſup-
plicauit in hunc modum: *L.*

Domine omnipotens Deus maio- 13
rum noſtrorum Abrahami, Iſaaci et
Iacobi, eorumque iuſti ſeminis,
qui cælum terramque feciſti, cum 14
omni eorum ornatu, qui mare tui
præcepti verbo terminaſti, qui pe-
lagus terribili et laudabili tuo no-
mine concluſum definiiſti, cuius
virtutem pauent omnes ac tremunt,
cuius gloriæ maieſtas eiusmodi eſt, 15
vt ferri non poſſit, et minarum i-
ra ſontibus eſt intolerabilis, im-
menſa vero et inexplicabilis cle-
mentia promiſſionis: quippe 16
qui dominus ſis toto orbe terrarum
ſupremus, benignus, lentus, in pri-
misque miſericors, et ab hominum
pœnis abſtinens: tu quidem Do- 17
mine, pro tua ſingulari bonitate
ac miſericordia, promiſiſti ſonti-
bus, et iis, qui in te peccauerint, ſi
modo eos pœniteat, veniam pec-
catorum, ac ſalutem. Atqui, o 18
Domine iuſtorum Deus, non tu iu-
ſtis pœnitentiam deſtinaſti, Abra-
hamo, Iſaaco et Iacobo, quippe qui
in te non peccauerint, ſed mihi
ſonti: qui quoniam arenæ maris 19
numerum meis tot peccatis et vitiis,
domine, meis tot peccatis et vitiis
ſuperaui, propter quæ tot vitia di-

gnus non ſum, qui cæli ſublimita-
tem adſpiciam, ita ferreis crucior
vinculis, vt non ſit attollendi capi-
tis, aut reſpirandi poteſtas; ad-
20 eo iram tuam incendi, et te
tot, tanta, tam nefaria ſcelera com-
mittens, dum tuæ voluntati non
obtempero, nec tua præcepta exſe-
21 quor, offendi. Quamobrem fle-
xis animi genibus precor, vt in me
22 vtare clementia, Domine. Pecca-
ui, Domine, peccaui, et culpas me-
23 as cognoſco. Te ſupplex oro,
Domine, ignoſce, ignoſce mihi,
ne me prorſum propter mea vitia
perde, æterniſue pœnis iratus per-
ſequere, aut ad intima terræ loca
24 damnato: ſed qui Deus es, Deus,
inquam, eorum, quos peccasſe pœ-
nitet, exſere in me tuam bonitatem
ſingularem, ſeruando indignum me
25 pro tua tanta miſericordia. Ego
te per omnem vitam meam lauda-
bo: te, quem omnis laudat cælo-
rum poteſtas, gloria præditum ſem-
26 piterna. Amen. *H.* Itaque paca-
tus eſt ei Ioua, eumque, exaudita
eius ſupplicatione, Hieroſolymam
in regnum ſuum reduxit: atque ita
didicit Manasſes, Iouam esſe Deum.
27 Deinde Dauidis vrbi exteriorem
murum in alueo adſtruxit, qua Ge-
hon eſt ad occaſum, et qua per por-
tam piſcium itur, circumque Ophel:
28 cumque murum fecit altisſimum.
Item militiæ duces per omnia mu-
nita Iudææ oppida diſpoſuit: deos
peregrinos et ſignum ex Iouæ tem-
plo, omneſque aras, quas vel in
monte templi Iouæ, vel Hieroſoly-
mis exſtruxerat, ſuſtulit, et extra
29 vrbem proiecit: aramque Iouæ
inſtruxit, et ad eam pro ſalute et
grati animi ſacrificia fecit, Iudæiſ-
que, vt Iouam Iſraelitarum Deum
30 colerent, imperauit. Quam-
quam homines adhuc in ſacellis ſa-
crificabant, ſed Iouæ, Deo ſuo.
31 De reliquis Manasſis rebus, et pre-
catione ad Deum, verbiſque fati-
dicorum, qui eum Iouæ Iſraelitarum Dei nomine adlocuti ſunt, habetur in regum Iſraelitarum hiſtoria.

Tum de eius precatione et impetratione, deque eius cunctis ſceleribus et criminibus, et de locis, in quibus vel ſacella conſtruxit, vel lucos atque ſimulacra inſtituit, antequam ſeſe ſubmiſiſſet, ſcriptum exſtat in libro Hozais. Manasſe vita defuncto, et domi ſuæ ſepulto, ſucceſſit in regnum filius eius Amon, anno ætatis ſuæ viceſimo ſecundo: regnauit Hieroſolymis annos duos. Iouam exemplo Manasſis patris ſui offendit, omnibuſque ſimulacris a Manasſe factis ſacrificauit Amon atque ſeruiuit: neque ſe Iouæ ſubmiſit, vt fecerat Manasſes, ſed multa deliquit. Itaque ſui eum per coniurationem domi ſuæ peremerunt: quos omnes coniuratores incolæ occiderunt, et Ioſiam eius filium in illius locum regem ſuffecerunt.

CAPVT XXXIIII.

Ioſiæ pietas. Libri legis inuentio. Mulie Hoida vates, eius vaticinium.

IOſias regnum anno ætatis ſua
octauo adeptus, regnauit Hiero
ſolymis annum vnum et triginta
Is Iouæ paruit: et Dauidis condi
toris ſui facta imitatus, nec a
dextram nec ad ſiniſtram deflexit
Atque anno regni ſui octauo, pue
adhuc, cœpit Dauidis auctoris ſu
Deo ſtudere. Anno autem duo
decimo cœpit Iudæos et Hieroſo
lymitanos a ſacellis, lucis, ſimu
lacris aut ſculptis aut conflatis pur
gare: dirutiſque præſente ſ
Baalum aris, impoſita eis ſimulacr
diſcerpſit: lucos et ſculpta confla
taque ſimulacra perfregit atqu
comminuit, et in eorum ſepulcra
qui eis ſacrificauerant, ſparſit
oſſaque ſacrificorum in ipſorun
cremauit altaribus, et Iudæam a
Hieroſolymam expurgauit. I

Manaſ

Manasſenſium quoque et Ephrai-
miticorum Simeoniorumque vſque
adNephthalenſes oppidorum deſer-
tis circumquaque locis, aras et lu-
7 cos euertit: ſigna minutatim
contudit, et, diſcerptis omnibus
totius Iſraelitarum regionis ſimu-
8 lacris, Hieroſolymam rediit. An-
no autem regni ſui duodeuiceſimo,
terra temploque purificato, miſit
Saphanem Aſaliæ filium, et Maa-
ſeiam prætorem vrbanum, et Io-
ham Ioachazi filium commentari-
enſem, ad Iouæ Dei ſui templum
9 reficiendum. Atque hi ad Helci-
am pontificem maximum profe-
cti, accepta pecunia, quam in
Iouæ templo prouenientem Leuitæ
liminis cuſtodes ex Manasſenſibus
et Ephraimitis, et ex omnibus Iſ-
raelitarum reliquiis, exque omni-
bus Iudæis et Beniamitis redege-
10 rant, Hieroſolymam reuerte-
runt, eamque tradiderunt operis
curatoribus Iouæ templo præpo-
ſitis: quam porro operis curatores
in opere templi Iouæ occupati im-
penderent ad ſarciendum reficien-
dumque templum in fabros et ſtru-
11 ctores: ad comparanda ſaxa qua-
drata, lignaque ad commisſuras,
et ad contignationem domorum,
quas Iudææ reges deſtruxerant.
12 Faciebant autem homines opus fi-
deliter: quibus præfecti erant Ia-
hathus et Abdias Leuitæ Merari
prognati, Zachariasque et Moſol-
lamus ex Cahathitis ad vrgendum
opus, qui Leuitæ omnes muſico-
13 rum organorum erant periti. Præ-
erant et baiulis, et totius operis di-
uerſa munera vrgebant: atque ex
Leuitis item erant ſcribæ et magi-
ſtratus atque ianitores.

14 In depromenda autem pecunia,
quæ in Iouæ templum illata fuerat,
nactusHelcias pontifex librum legis
Iouæ per Moſem latæ, indicauit Sa-
phani ſcribæ, ſe librum reperisſe
legis in templo Iouæ, eumque li-
15 brum Saphani tradidit. Saphan
librum ad regem tulit, eique nego-
tium retulit, videlicet regios omnia
ſibi mandata fecisſe: argentum in 16
Iouæ templo repertum conflauisſe,
idque præfectis et operis curatori-
bus tradidisſe. Tum præterea regi 17
indicauit idem Saphan ſcriba, li-
brum ſibi ab Helcia pontifice da-
tum, eumque apud regem legere
cœpit. Rex audita legis oratione, 18
ſcisſa veſte imperauit Helciæ et
Ahicamo Saphanis filio, et Abdoni
Michæ filio, et Saphani ſcribæ, et
Aſaiæ regio ſtipatori, vt Iouam 19
percontatum irent tum pro ipſo
tum pro Iſraelitarum atque Iudæo-
rum reliquis, ſuper verbis libri
reperti: magnam enim Iouæ 20
bilem in ipſos effuſam esſe, quo-
rum patres non curasſent, vt ex Io-
uæ mandato omnia in libro ſcripta
exſequerentur.

Tum Helcias et ceteri regii Hol- 21
dam adeunt vatem Sellumi Thoco-
athi filii, Hasræ nepotis, veſtium
cuſtodis, vxorem, Hieroſolymis in
altera vrbis parte habitantem, eique
rem exponunt. Quibus illa ſic re- 22
tulit. Sic dicit Ioua Deus Iſraelita-
rum: dicite homini, qui vos ad me 23
miſit: ſic dicit Ioua: ego ſum 24
malo adfecturus locum iſtum, et
eius incolas, videlicet omnibus di-
ris in libro, qui apud Iudææ regem
recitatus eſt, deſcriptis: quo- 25
niam, relicto me, diis adoleuerunt
alienis; quo me ſuis omnibus fa-
ctis irritarent. Itaque adeo fluit
in locum iſtum ira mea, vt reſtin-
guenda non ſit. Regi autem Iu- 26
dææ, qui vos ad Iouam percontan-
dum miſit, ſic referetis: ſic dicit 27
Ioua, Deus Iſraelitarum: quod ad
ea pertinet, quæ audiuiſti, quoniam
tu te molli animo Deo ſubmiſiſti,
auditis eius in locum iſtum et eius
incolas minis, mihique ſubmiſ-
ſus, ſcisſa veſte apud me fleuiſti:
ego quoque te exaudiui, inquit Io-
ua, teque, vt hoc ſcias, tuis addam 28
maioribus, faciamque, vt ſepultu-

ram

ram bona cum pace adipiſcaris,
neque tuis oculis tantum malum
videas, quod ego ſum iſti loco eiuſ-
que incolis importaturus.
29 Hæc res poſtquam relata regi eſt:
curauit ad ſe conuocandos omnes
ſenatores iudæos et hieroſolymita-
30 nos, cumque omnibus Iudæis
et Hieroſolymitanis, et ſacerdoti-
bus et Leuitis, breuiter cum vni-
uerſo a minimo ad maximum po-
pulo, in Iouæ templum adſcendit,
et illis audientibus, omnia libri
fœderis, in Iouæ templo reperti,
31 verba recitauit, et in pulpito
ſtans, pepigit apud Iouam, ſeſe
Iouam ſecuturum eſſe, eiusque
præcepta, monita, decreta, tota
mente totoque animo conſeruatu-
rum, exſequendo fœderis dicta in
32 libro illo deſcripta. Adſtabant
autem omnes, qui Hieroſolymis
aderant, et Beniamitæ. Ita in di-
uinum ſui patrii Dei fœdus con-
33 ſenſere Hieroſolymitani. Idem
Ioſias ex omnibus Israelitarum
terris ſuſtulit omne nefas: et o-
mnes qui tum reperti ſunt Israeli-
tas, ita ad Iouæ ipſorum Dei cul-
tum traduxit, vt toto eius æuo a
Ioua patrio ipſorum Deo non de-
fecerint.

CAPVT XXXV.

Sacrorum inſtitutor Ioſias. Paſcha. Eius nex in prælio per Aegyptios. Ieremiæ xenia de Ioſia.

1 EGit etiam Ioſias Iouæ paſcha
Hieroſolymis, quod paſcha
die menſis primi decimo quar-
to immolatum eſt; et ſuas ſa-
2 cerdotibus prouincias adſignauit,
eosque ad operationem templi Io-
3 uæ confirmauit; et Leuitis omni-
um Israelitarum doctoribus, Iouæ
conſecratis, præcepit, vt ſacram
arcam in æde a Solomone Dauidis
filio Israelitarum rege conſtructa
reponerent, ne eis eſſet humeris
4 ferenda; iamque Iouæ Deo ſuo
et eius Israelitis inſeruirent, et in
familias per claſſes tum ex Dauidis
Israelitarum regis, tum ex eius fi-
lii Solomonis præſcripto distributi,
adeſſent in ſacro ad familiarum 5
ſuorum conſanguineorum popu-
larium partitionem, ex leuiticæ
familiæ distributione, et paſcha
immolarent, luſtratique, co- 6
gnatos ſuos ad exſequendum Iouæ
mandatum, a Moſe traditum, inſtru-
erent. Excepit autem Ioſias po- 7
pularibus ouinum caprinumque
pecus, videlicet agnos et hædos,
idque omne ad paſchæ victimas,
pro eorum numero, qui aderant,
videlicet triginta millia, et boum
tria millia, atque hæc ex regiis
facultatibus. Eius quoque pro- 8
ceres ſua ſponte ſacerdotum Leui-
tarumque nationi hæc exceperunt.
Helcias, Zacharias et Iehiel æditi-
mi ſacerdotibus dederunt ad paſcha
victimas ſexcentas et duo millia,
boues autem trecentos; Chonen- 9
ias autem, et Semeias, et Natha-
nael, eius fratres, et Haſabias,
et Ieiel, et Iozabadus, Leuitarum
principes, Leuitis largiti ſunt vi-
ctimarum quinque millia, et bo-
ues quingentos. Ita inſtructo
negotio, et ſacerdotibus in ſuas
prouincias, et Leuitis in ſuos or-
dines distributis, iuſſu regis
immolatum eſt paſcha, ſacerdoti-
bus ſanguinem ex Leuitarum ma-
nu ſpargentibus, Leuitis autem
deglubentibus, detractis ſolidi ſa-
crificii hoſtiis, quæ ad partitionem
familiarum popularium accom-
modatæ, Iouæ libarentur, vt præ-
ſcriptum eſt in libro Moſis. At-
que ita in bubus factum eſt. Et pa-
ſchæ quidem victimas igni, vt ritus
eſt, torruerunt Leuitæ: ſacra au-
tem ollis, cacabis et ahenis cocta,
protinus in omnem plebem diui-
ſerunt. Deinde ſibi et ſacerdoti- 14
bus cibum pararunt: quippe ſa-
cerdotibus Aharonis circa ſolida
ſacrificia et adipes et noctem vsque
occu-

occupatis: propterea Leuitæ ſibi et ſacerdotibus Aharone natis eſcas pararunt. Cantores autem, Aſapho prognati, ſuum munus obibant ex mandato Dauidis, et Aſaphi, et Hemanis, et Ieduthunis regii fatidici: et ianitores ad quamque portam aderant, nullo eorum ſuum munus omittente, quoniam eorum cognati Leuitæ cibum eis parabant. Ita inſtructo eo die omni Iouæ operatu ad agendum paſcha, et ad ſolida ſacrificia ad aram Iouæ facienda iuſſu Ioſiæ regis: egerunt tum Iſraelitæ, qui aderant, paſcha et azymalia ſeptem diebus, quale paſcha nullum in Iſraelitis actum erat a tempore Samuelis vatis: nec tale egerant vllum vlli reges Iſraelitarum, quale egerunt Ioſias, et ſacerdotes, et Leuitæ, et omnes, qui aderant Iudæi et Iſraelitæ atque Hieroſolymitani. Atque hoc quidem paſcha actum eſt duodeuiceſimum annum regnante Ioſia.

Poſteaquam hoc maxime pacto templum inſtruxit Ioſias: Necho Aegypti rex expeditionem faciebat in Charcamim ad Euphratem ſitam. Cui quum obuiam proficiſceretur Ioſias: miſit ad eum Necho legatos cum huiusmodi mandatis; quid tibi mecum rei eſt, Iudææ rex? iam non ego te, ſed perduellium meorum ſtirpem adgredior, a Deo properare iuſſus. Sine Deum, qui mihi adeſt, ne te perdat.
2 Sed Ioſias ab illo inuadendo non
deſtitit: verum cum illo dimicandi auidus, non auditis Nechonis diuinitus dictatis verbis, venit in certamen in campum Mageddonem.
3 donem. Ibi iaculatis in eum
ſagittariis, iuſſit ſuis, vt ſe alio transferrent: ſeſe enim vehemen-
4 ter eſſe vulneratum. Ita trans-
latus a ſuis ex quadriga, et in altera, quam habebat, quadriga collocatus, Hieroſolymam inuehitur: ac mortuus, in patrio ſepulcreto conditur, atque ab omnibus Iudæis et Hieroſolymitanis lugetur.
Condidit autem Ieremias ſuper Io- 25
ſia næniam, faciuntque adhuc omnes cantores et cantrices in ſuis næniis mentionem Ioſiæ: ea re apud Iſraelitas in conſuetudinem adducta, id quod ſcriptum in næ-
niis exſtat. De reliquis Ioſiæ re- 26
bus atque pietate ad ſcriptum legis Iouæ accommodata, tum de eius geſtis, a primis ad vltima, ſcriptum exſtat in libro regum Iſraelitarum et Iudææ.

CAPVT XXXVI.

Ioachazi regnum breuiſſimum. Populi multa per Pharaonem. Eliacimus, et idem Ioacimus rex. Huius impietas. In eum Nabuchodonoſor. Huius victoria. Ioacimi captiuitas. Ioachin ſucceſſor, impius, captiuus Babylone. Sedecias rex impius. Iudæorum flagitia, captiuitas, internecio miſerrima, fani conflagratio, Hieroſolymæ exciſio. Cyri decretum de fano reficiendo.

IN Ioſiæ locum ſuffectus eſt ab 1
incolis in regnum Hieroſolymis Ioachazus eius filius annum ætatis agens viceſimum tertium: qui 2
quum Hieroſolymis tres menſes regnaſſet: abdicauit eum Aegypti rex Hieroſolymis, et multata 3
gente centum argenti talentis, et vno auri, regem creauit Iudææ et Hieroſolymæ Eliacimum illius fratrem, mutato eius nomine in Ioacimum; captumque Ioachazum 4
eius fratrem abduxit in Aegyptum.
Is Ioacimus anno ætatis ſuæ vice- 5
ſimo quinto regnare ingreſſus, regnauit Hieroſolymis annos vndecim, et Iouam Deum ſuum offendit. Aduerſus eum expeditionem 6
fecit Nabuchodonoſor Babyloniæ rex, vinctumque catenis abduxit Babylonem, et partem ſupellecti- 7
lis templi Iouæ Babylonem aſportauit, et in ſuo palatio Babylone repoſuit. De reliquis Ioacimi re- 8
bus, commiſſiſque ab eo flagitiis,

et quibus fuerit moribus præditus,*
ſcriptum exſtat in libro regum Iſ-
raelitarum et Iudææ.
9 Ei ſucceſsit in regnum Ioachin
eius filius, annum ætatis agens c
10 octauum. Is quum contra Io-
uæ voluntatem viuens, regna-
uiſset Hieroſolymis menſes tres
et dies decem: ineunte vere mi-
ſit rex Nabuchodonoſor, qui
eum Babylonem cum eleganti-
ore templi Iouæ ſupellectile ab-
ducerent; et eius fratrem Sedeci-
am Iudææ et Hieroſolymæ regem
11 conſtituit. Sedecias anno ætatis
ſuæ vndecimo regnum adeptus, re-
gnauit Hieroſolymis annos vnde-
12 cim, et contra Iouæ Dei ſui vo-
luntatem agens, non ſe Ieremiæ
vati ſubmiſit, a quo ex Iouæ man-
13 dato monebatur, ſed contra
regem Nabuchodonoſorem, cui
Deum iurauerat, rebellauit, et ad
Iouam, Iſraelitarum Deum, non
redire, obfirmata ceruice et perti-
14 naci animo, perſeuerauit. Omnes
quoque, tum ſacerdotum, tum po-
puli principes, omnia gentium imi-
tati flagitia, crimen auxerunt, et Io-
uæ templum ab eo Hieroſolymis
conſecratum polluerunt.
15 Quumque ad eos Ioua, eorum pa-
trius Deus, mandata per ſuos nun-
tios ſedulo miſsitaret; quod ſuo
16 populo et domicilio parcebat: illi
Dei et nuntios deridebant, et dicta
contemnebant, et vatibus illude-
17 bant; donec tandem concitus in
ſuos Ioua ira irremediabili, immiſit
eis Chaldæorum regem, qui eorum
pubem in ipſorum ſacrarii domo
armis trucidauit, non iuuenibus,
non virginibus, non ſenibus aut de-
crepitis parcens, omnibusque in
eius poteſtatem traditis, omnia fani
maiora minoraque vaſa, omnes
templi Iouæ regisque et eius pro-
cerum theſauros Babylonem depor-
tauit. Fanum igni crematum eſt:
muri Hieroſolymæ diruti: omnia
ſplendida ædificia combuſta, omnia-
que elegantia vaſa corrupta ſunt.
Si qui ferro ſuperfuerant, hi ab illo
Babylonem in captiuitatem ducti;
ei eiusque filiis ſeruiuerunt, donec
viguit regnum Perſicum: vt id
eueniret, quod Ioua Ieremiæ voce
minatus erat, id eſt, vt interea terra
ſuis frueretur ſabbatis, quæ quidem
tamdiu feriata eſt, quamdiu deſerta
fuit, ad peragendos annos ſeptua-
ginta.
Anno autem primo Cyri Perſa-
rum regis, vt accideret id, quod
Ioua Ieremiæ ore prædixerat, Cy-
rus Perſarum rex, inſtinctu Iouæ,
edictum in toto imperio ſuo pro-
mulgauit, idque ſcriptum hoc mo-
do: ſic dicit Cyrus Perſarum rex:
omnia mihi regna orbis terrarum
dedit Ioua Deus cæleſtis, idemque
mihi conſtruendum ſibi templum
Hieroſolymis in Iudæa mandauit.
Si quis omnino in vobis eſt, qui ſit
ex illius populo: proficiſcatur ſane,
ſecundo Ioua, eius Deo.

c) octauum decimum.

ESDRAE

ESDRAE LIBER I.

CAPVT I.

Cyri diuinus inſtinctus de inſtaurando Hieroſolymæ fano, edictum. Reſtituta vaſa.

1 ANNO primo Cyri Perſa-
rum regis, vt accideret id,
quod Ioua Ieremiæ ore
prædixerat, Cyrus Perſa-
rum rex, inſtinctu Iouæ, edictum
in toto imperio ſuo promulgauit,
2 idque ſcriptum hoc modo: ſic
dicit Cyrus Perſarum rex: omnia
mihi orbis terrarum regna dedit
Ioua Deus cæleſtis, idemque mihi
conſtruendum ſibi templum Hiero-
3 ſolymis in Iudæa mandauit. Si
quis omnino in vobis eſt, qui ſit ex
illius populo: proficiſcatur ſane,
ſecundo eius Deo, Hieroſolymam,
quæ eſt in Iudæa, ad inſtaurandum
templum Iouæ Dei Iſraelitarum,
4 qui Deus eſt Hieroſolymis. Atque
omnes reliquos ex omnibus locis,
vbi peregrinantur, iuuent ipſorum
conterranei argento, auro, faculta-
tibus et beſtiis, præter voluntaria
munera ad fanum hieroſolymita-
num:
5 Tum iudæarum et beniamiti-
carum familiarum primarii, et ſa-
cerdotes, et Leuitæ, quicumque
diuinitus excitabantur, ſeſe ad pro-
ficiſcendum pararunt, ad inſtauran-
dum Iouæ templum hieroſolymi-
6 tanum: eisque opitulati ſunt o-
mnes finitimi argentea aureaque
ſupellectile, facultatibus, beſtiis et
ſtrenis, præter omnia, quæ vltro
collata ſunt.
7 Tum Cyrus Perſarum rex, tem-
pli Iouæ vaſa, quæ Nabuchodono-
ſor Hieroſolymis exportata, in Dei
8 ſui templo poſuerat, depromſit per
Mithridatem quæſtorem ſuum, qui
ea Sasbaſari Iudææ præſidi nume-
rauit, quorum quidem numerus hic
9 eſt: phialæ aureæ triginta: argen-
teæ mille: cultri vndetriginta:
ſcyphi aurei triginta: ſcyphi argen- 10
ti ſecundarii quadringenti decem:
vaſa alia mille. Omnium aureo- 11
rum argenteorumque vaſorum
ſumma eſt, quinque millia quadrin-
genta, quæ omnia Sasbaſar cum his
qui ex captiuitate diſcedebant, Ba-
bylone Hieroſolymam deportauit.

CAPVT II.

Redeuntium Hieroſolymam duces. Collata pro fano dona.

ATque hi ſunt prouinciales, 1
qui ex captiuis, quos Nabu-
chodonoſor Babyloniæ rex
Babylonem deportauerat, diſceſ-
ſerunt, et Hieroſolymam et in Iu-
dæam ſua quique in oppida redie-
runt: qui quidem venerunt cum 2
Zorobabele, Ieſua, Nehemia, Saraia,
Reeleia, Mardochæo, Belſane, Meſ-
phare, Beguai, Rehumo et Baana.
Hominum, inquam, Iſraelitarum
numerus hic eſt. A Pharoſo orti, 3
duo millia centum ſeptuaginta duo.
A Sephatia trecenti ſeptuaginta 4
duo. Ab Ara ſeptingenti ſeptua- 5
ginta quinque. A Phahatmoabo 6
ex Ieſuaioabi natis duo millia o-
ctingenti duodecim. Ab Elamo 7
mille ducenti quinquaginta qua-
tuor. A Zathu nongenti quadra- 8
ginta quinque. A Zachæo ſeptin- 9
genti ſexaginta. A Bani ſexcenti 10
quadraginta duo. A Bebai ſex- 11
centi viginti tres. Ab Azgado 12
mille ducenti viginti duo. Ab 13
Adonicamo ſexcenti ſexaginta ſex.
Ab Beguai duo millia quinquaginta 14
ſex. Ab Adine quadringenti quin- 15
quaginta quatuor. Ab Atere ex 16
Ezechia nonaginta octo. A Beſai 17
trecenti viginti tres. A Iora cen-
tum duodecim. Ab Haſumo du- 18
centi viginti tres. A Gibbare no- 19

20 naginta quinque. A Bethlehemo
21 centum viginti tres. Netophaen-
22 ſes quinquaginta ſex. Anathoten-
23 ſes centum viginti octo. Ab Az-
mauetho orti quadraginta duo.
24 A Cariathiarimo Cephirani et Be-
rothenſes ſeptingenti quadraginta
25 tres. Ab Harama et Gaba ſexcenti
viginti vnus. Machmantini cen-
26 tum viginti duo. Bethelenſes et
27 Haienſes ducenti viginti tres. A
Nebone orti quinquaginta duo.
28 A Magbi centum quinquaginta ſex.
29 Ab Elamo altero mille ducenti
30 quinquaginta quatuor. Ab Hari-
31 mo trecenti viginti. A Lodadide
et Onone ſeptingenti viginti quin-
32 que. A Ierechone trecenti qua-
33 draginta quinque. A Senaa tria
34 millia ſexcenti triginta. Sacerdo-
tes a Iadaia orti ex ſtirpe Ieſuæ
35 nongenti ſeptuaginta tres. Ab
Emmere mille quinquaginta duo.
36 A Phashure mille ducenti quadra-
37 ginta ſeptem. Ab Harimo mille
38 ſeptemdecim. Leuitæ Ieſua et
Cadmiele ex Odauiæ natis prognati
39 ſeptuaginta quatuor. Cantores ex
Aſapho orti centum viginti octo.
40 A ianitoribus orti, a Sellumo, ab
Atere, a Talmone, ab Accubo, ab
Hatita, a Sobai, in ſumma centum
41 triginta nouem. Dedititii pro-
gnati Siha, Haſupha, Tabbaotho,
42 Ceroe, Siaa, Phadone,
43 Lebana, Hagaba, Accubo,
44 Hagabo, Samlai, Hanane,
45 Giddele, Gahare, Raaia,
46 Raſine, Necoda, Gazamo,
47 Vza, Phaſea, Beſai, Aſna,
48 Munimo, Nephuſimo, Bachuco,
49 Hacupha, Harhure, Baslutho,
50 Mahira, Harſa, Barcomo,
51 Siſara, Thama, Naſia, Hatipha.
52 Tum Solomoniis prognati, Sotai,
53 Sopheretho, Pharuda, Iala, Dar-
54 cone, Giddele, Saphatia, Hattile,
55 Phochereto, Sebaimenſes, ex A-
mi: quorum omnium dedititio- 56
rum et Solomonis prognatorum
ſumma eſt trecenti nonaginta duo.
A Thelmela autem profecti, Thel- 57
harſa, Cherubus, Addan et Emmer,
non potuere ſuam familiam et ſtir- 58
pem oſtendere, an ex Iſraelitis eſ-
ſent. Dalaiæ, Tobiæ, et Necodæ 59
poſteri ſexcenti quinquaginta duo.
Ex ſacerdotum genere autem orti 60
ab Habaia, Haccoſo, Berzelai,
qui, ducta de Berzelais Galaaditæ 61
filiabus vxore, in illud nomen con-
ceſſerat: hi inquam, quum ſuæ 62
ſtirpis codicem ſcrutati non exſta-
rent, abdicati ſunt ſacerdotio,
vetiti ab Aterſatha, veſci ſacroſan- 63
ctis, donec exſiſteret pontifex d) cla-
ritatis et integritatis. Totius 64
omnino multitudinis ſumma erat
quadraginta duo millia trecenti
ſexaginta: præter eorum ſeruos 65
et ancillas, qui erant ſeptem millia
trecenti triginta ſeptem, et in his
cantores et cantrices ducenti. Eo- 66
rum equi ſeptingenti triginta ſex:
muli ducenti quadraginta quinque:
cameli quadringenti triginta quin- 67
que: aſini ſex millia ſeptingenti
viginti. Ex familiarum autem 68
primariis, quum ad Iouæ tem-
plum hieroſolymitanum veniſſent,
fuere, qui ad fanum in integrum 69
reſtituendum ſua ſponte conferrent
pro viribus ad operis impenſas,
auri drachmarum vnum et ſexa-
ginta millia, argenti minarum quin-
que millia, et ſacerdotales tunicas
centum. Conſederunt autem ſa- 70
cerdotes, et Leuitæ, et plebeii, can-
toreſque, et ianitores, et dedititii,
in ſuis oppidis, itemque omnes
Iſraelitæ in ſuis oppidis.

CAPVT III.

Ara noua, et ſacrificia. Templi inſtauratio. Præfecti ad opus intenti.

Iam-

d) qui ex Dei oraculo (adhibito Aharonis monili, in quo CLARITAS ET INTEGRITAS ſcriptum erat) ſciſcitaretur, an illi ex ſacerdotum genere eſſent

IAmque propinquante menſe ſe-
ptimo, quum Iſraelitæ ſuis de-
gerent in oppidis, conuenit totus
ad vnum populus Hieroſolymam,
2 et Ieſua Ioſedeci filius, eiusque
cognati ſacerdotes, et Zorobabel
Salathielis filius, eiusque cognati,
aram Dei Iſraelitarum inſtituerunt
conſtruere ad facienda in ea ſolida
ſacrificia, vt in diuini Moſis lege
3 præſcriptum eſt: inſtructaque
in ſuis fundamentis ara, quamuis
impendente eis terrore a ceterarum
regionum nationibus, fecerunt in
ea ſolida Iouæ ſacrificia, videlicet
4 matutina et veſpertina, et vm-
braculorum feſtum ex præſcripto
egerunt, et quotidiana ſolida ſa-
crificia, ad numerum, vt cuiusque
diei ritus atque ratio poſtulabat,
5 fecerunt. Deinde iuge ſolidum
ſacrificium, et nouiluniorum, et
omnium Iouæ conſecratarum ſol-
lemnitatum, et omnium, qui Iouæ
6 ſua ſponte libabant. A primo die
menſis ſeptimi cœperunt Iouæ
ſolida facere ſacrificia, nondum fun-
7 dato Iouæ fano. Itaque pecuni-
am dederunt lapicidis et fabris, et
cibum potionemque, et oleum
Sidoniis et Tyriis, ob vehendam
cedrinam materiem ex Libano ad
mare iopicum, vt eis erat a Cyro
Perſarum rege conceſſum.

8 Anno autem ſecundo aduentus
eorum ad fanum hieroſolymitanum,
menſe ſecundo, adgreſſi negotium
Zorobabel Salathielis, et Ieſua Ioſe-
deci filius, reliquique eorum con-
ſanguinei ſacerdotes et Leuitæ, et
quotquot Hieroſolymam ex capti-
uitate venerant, Leuitas eos, qui
viceſimum ætatis annum exceſſe-
rant, vrgendo operi templi Iouæ
9 præfecerunt: fueruntque pariter
intenti Ieſua cum ſuis filiis et co-
gnatis, Cadmiel eiusque filii Iuda
prognati, ad inſtandum iis, qui in
fano opus faciebant: nec non He-
nadabo nati, eorumque filii et co-
10 gnati Leuitæ. Quumque iaceren-
tur a ſtructoribus fundamenta cel-
læ Iouæ: ſtatuerunt indutos ſacer-
dotes cum tubis, et Aſapho pro-
gnatos Leuitas cum cymbalis, ad
Iouam auctore Dauide Iſraelita-
rum rege laudandum. Atque his 11
Iouæ bonitatem, et æternam erga
Iſraelitas clementiam, cum lau-
dum celebratione cantantibus, in
hac Iouæ laudatione iaciendis tem-
pli Iouæ fundamentis, vniuerſus
ingenti ſtrepitu populus perſona-
bat. Sed multi ſacerdotum, et 12
Leuitarum, et familiarum pri-
marii ſenes, qui prius templum
viderant, quum hoc templum,
ſpectantibus ipſis, fundaretur, fle-
bant ingenti voce: rurſumque 13
multi cum læto ſtrepitu clamorem
edebant, ita vt hominum lætitiæ
ſonus a flebili voce non discerne-
retur, illis ingentem ſonitum voce
procul audienda reddentibus.

CAPVT IIII.

Aduerſarii contra fani inſtauratores. Impedita fabricatio. Ad Artaxerxem aduerſarii. Perſuaſus male rex contra pios.

POſtquam Iudæorum et Benia- 1
mitarum aduerſarii audiuere,
Iouæ Iſraelitarum Dei fanum
a captiuis inſtaurari: Zorobabe- 2
lem et familiarum principes ad-
eunt, et ad ædificationis ſocietatem
admitti poſtulant: ſeſe enim eius-
dem cum illis Dei ſtudioſos eſſe,
eique ab Eſarhaddonis Aſſyriæ re-
gis tempore, a quo eo deducti fuiſ-
ſent, ſacrificare.

Quibus Zorobabel et Ieſua reli- 3
quique iſraeliticarum familiarum
primarii, reſpondent, non eſſe ſui
Dei templum ab illis ſimul et a ſe
conſtruendum: ſed vnos ſe Iouæ Iſ-
raelitarum Deo ſimul eſſe ædifica-
turos, quemadmodum ipſis eſſet a
Cyro Perſarum rege mandatum.
Ita factum eſt, vt incolæ Iudæos im- 4
pedirent, et ab ædificando deterre-
rent, atque in eos conſultores 5
ſubor-

ſubornarent, qui eorum conſilium
diſſoluerent, toto tempore Cyri
Perſarum regis, vsque ad regnum
6 Darii Perſarum regis. Atque in
initio regni Aſſueri ſcripſerunt
aduerſus Iudæos et Hieroſolymi-
tanos criminationem, ac tem-
7 poribus Artaxerxis ſcripſit Biſla-
mus, Mithridates, Tabeel, et
reliqui eius collegæ ad Artaxerxem
Perſarum regem epiſtolam et litte-
8 ris et ſermone ſyriaco. Item Re-
humus rationum magiſter et Sam-
ſais ſcriba epiſtolam contra Hiero-
ſolymitanos ſcripſerunt ad Arta-
xerxem regem in hunc modum.
9 Exemplar epiſtolæ, quam tum ad
eum miſerunt Rehumus rationum
magiſter, Samſais ſcriba, et reliqui
eius ſocietatis Dinæi, Apharſatha-
cæi, Tharphelæi, Apharſæi, Arca-
uæi, Babylonii, Suſanechæi, Deani,
10 Elamitæ et reliquæ nationes, quas
Aſenaphar ille magnus et celebris
transtulerat, et in vrbibus Samariæ
collocauerat, reliquique in Syria et
11 Chananæa degentes. Artaxerxi
regi homines eius in Syria et Cha-
12 nanæa ſerui. Scito rex, Iudæos
huc iſtinc profectos, veniſſe Hiero-
ſolymam, vrbem rebellem et im-
probam, quam inſtaurant, mœnia-
que iactis fundamentis ponunt.
13 Nunc ſcito, rex, ſi ea vrbs inſtaura-
ta fuerit, eiusque muri conſtructi:
eos non eſſe tributum, vectigal,
portoria ſoluturos: ita fiet, vt re-
gii reditus detrimentum capiant.
14 Quamobrem nos, qui aulæ ſale con-
diti, regis dedecus videre non ſuſ-
tinemus, propterea hoc tibi, rex,
ſignificandum curamus, vt librum
geſtorum maiorum tuorum inſpi-
cias. Inuenies enim in iis com-
15 mentariis, et cognoſces, hanc vr-
bem eſſe rebellem, et regibus atque
prouinciis incommodam, in eaque
defectiones olim factas eſſe, eo vs-
que vt vaſtata ſit. Igitur hoc tibi,
rex, indicamus, hac vrbe inſtaurata,
eiusque muris refectis, fore vt in
Syria nihil iuris habeas.

Tum rex Rehumo rationum 16
magiſtro, et Samſai ſcribæ, reli-
quisque eorum ſociis Samariam
incolentibus, et ceteris in Syria
degentibus, reſponſum cum ſalu-
tatione miſit in hunc modum:
quam ad nos miſiſtis epiſtolam, 17
explicata coram me eſt: meoque
iusſu quum quæſitum esſet: com-
pertum eſt, vrbem iſtam iam
olim regibus repugnauiſſe, et
in ea rebelliones ac defectiones
extitiſſe, regesque præpotentes 18
Hieroſolymis fuisſe, quibus o- 19
mni Syriæ regioni imperantibus,
tributa, vectigalia, portoriaque ſol-
uerentur. Quamobrem edictum 20
proponite, vt ceſſent homines iſti,
neue vrbs iſta inſtauretur, niſi a me
fuerit aliter decretum. Cauete, 21
ne iſtud non fiat: ne inde oriatur
damnum: quod ſit regibus detri-
mento. Hoc epiſtolæ regis Arta- 22
xerxis exemplar ſimulac apud Re-
humum rationum magiſtrum, et
Samſaim ſcribam eorumque ſocios,
recitatum eſt: illi celeriter Hiero- 23
ſolymam ad Iudæos profecti ſunt,
eosque per poteſtatem atque vim
impediuerunt. Ita intermisſum 24
fani hieroſolymitani opus iacuit,
vsque ad annum ſecundum regni
Darii Perſarum regis.

CAPVT V.

Zorobabelis, ac Ieſua ſtudium in templi in-ſtauratione. Prætores ad regem Darium rurſum de inſtauratoribus probis. Ad eumdem prætorum conſilium.

VAticinantibus autem Haggæo 1
vate, et Zacharia Addonis fi-
lio vate, nomine Dei Iſraeli-
tarum, quo erant præditi ad Iu-
dæos, qui vel in Iudæa vel Hiero-
ſolymis erant, excitati Zoroba- 2
bel Salathielis, et Ieſua Ioſedeci
filius, cœpere hieroſolymitanum
inſtaurare fanum, diuinis vatibus
præſentibus, eosque confirmanti-
bus. Eo tempore venerunt ad nos 3
Tha-

Thathanais Syriæ prætor,et Sthar-
bozanais, eorumque ſocii, qui ex
eis quæſiuerunt, cuiusnam man-
dato id templum inſtaurarent, mu-
4 rosque reficerent? Ad quæ nos
ita reſpondimus, nomina indican-
tes auctorum eius ædificationis,
5 vt reſpiciente Deo ſenatores Iu-
dæos, prohibiti non ſint, donec
causſa ad Darium relata referretur
6 ſuper ea re epiſtola. Eſt autem
in exemplari litterarum, quas Tha-
thanais Syriæ prætor et Stharboza-
nais, ſociique Apharſechæi in
Syria degentes ad Darium regem
miſerunt ſcriptum in hanc ſenten-
7 tiam: Dario regi ſalutem plu-
8 rimam. Scito rex, veniſſe nos
in iudæam prouinciam ad tem-
plum Dei magni, quod ingentibus
ſaxis ſtruitur, lignisque parietes
integuntur, atque ab illis et dili-
9 genter fit opus, et feliciter. Nos
ex ſenibus illis ſciſcitati ſumus,
cuiusnam mandato templum illud
ædificarent, murosque reficerent,
10 eosque de eorum nominibus per-
contati ſumus, qui ſunt eorum
principes, vt ea ſcriberemus, ti-
11 bique id ſignificaremus. Illi no-
bis in hanc ſententiam reſponde-
runt: nos, cæli terrarumque Dei
cultores, templum inſtauramus,
quod multis ante ſæculis a maximo
regum Iſraelitarum conſtructum
12 fuerat, atque abſolutum. Sed
irritatus a maioribus noſtris cæli
Deus, eos Nabuchodonoſori Ba-
byloniæ Chaldæorum regi dedidit,
qui hoc templum euertit, illiusque
populum Babylonem captiuum
13 transtulit. Verum rex Cyrus an-
no primo ſui Babyloniæ regni
edictum de hoc inſtaurando fano
14 propoſuit, fanique vaſa aurea
atque argentea, quæ Nabuchodo-
noſor ex hieroſolymitano templo
ſublato in babylonicum fanum de-
portauerat, abstulit ex babylonico
fano: iisque cuidam nomine Sas-
baſari, (quem prætorem fecerat,)
traditis, ei imperauit, vt ea in 15
templo hieroſolymitano poſitum
iret,vtque fanum eodem fundamen-
to conſtruendum curaret. Tum 16
Sasbaſar ille profectus hieroſoly-
mitani fani fundamenta iecit, atque
ex eo hactenus ædificatur, nec dum
abſolutum eſt. Quamobrem ſi 17
tibi, rex, ita videtur, quæratur
in regio tablino, quod iſtic Baby-
lone eſt, an ſit a Cyro rege decre-
tum, vt hieroſolymitanum fanum
inſtauretur, et nobis ſignificato
tuam ſuper hac re ſententiam.

CAPVT VI.

Cyri decretum inuentum pro fani conſtructione. Darii mandatum de reficiendo fano. Paſcha reducum Hieroſolymæ celebratum.

TVnc rex Darius imperauit, vt 1
in libraria, vbi theſauri Ba-
bylone conditi erant, veſtiga-
retur. Inuentusque eſt Ecbata- 2
nis*(quod caſtrum eſt inMedia pro-
uincia,) liber quidam, in quo ſic
memoriæ proditum erat. Anno 3
primo regni ſui Cyrus rex edicto
ſanxit, vt hieroſolymitanum tem-
plum conſtrueretur, vbi ſacrifi-
cia fierent, ea amplitudine, vt al-
titudo ſexaginta, et latitudo toti-
dem pateret cubitos, trinis in- 4
gentium ſaxorum ordinibus, et
ſingulis ligni: ſumtus autem ex
regia ſuppeditaretur. Vaſa quo- 5
que fani aurea et argentea, quæ
Nabuchodonoſor ex hieroſolymi-
tano ſublata fano Babylonem de-
portauerat, redderentur, et in
Hieroſolymæ relata fanum, ſuum
in locum in æde reponerentur.
Quamobrem tu Thathanai, Syriæ 6
prætor, et Stharbozanai, veſtrique
ſocii Apharſechæi in Syria degen-
tes, faceſſite iſtinc, iſtudque fa- 7
num fieri, et a Iudææ prætore iu-
dæisque ſenatoribus in ſua ſede
conſtrui ſinite. Impero autem 8
vt ita cum iſtis Iudææ ſenatoribus
ad

ad iſtius fani conſtructionem aga-
tis, vt de regio fiſco, id eſt, de
tributis, quæ in Syria penduntur,
ſedulo ſuppeditetur iſtis ſumtus:
9 ne opus intermittatur. Ac quæ
opus erunt, tauri, arietes, agni
ad ſacrificandum cæli Deo, tum
frumentum, ſal, vinum, oleum;
hæc vti illis hieroſolymitanorum
ſacerdotum arbitratu quotidie ſine
10 dubio ſubminiſtrentur: vt ha-
beant, vnde cæleſti Deo ſuauiter
olentia libent, proque regis et e-
11 ius filiorum vita ſupplicent. At-
que hoc impero, vt quisquis ho-
minum hoc mandatum immutaue-
rit; is in tigno ex ipſius ædibus
detracto et erecto ſuspendatur, eius-
que domus hanc ob rem publicata
complanetur.
12 Deus autem, qui ſuum nomen
ibi collocauit, omnem vel regem
vel priuatum hominem perdat, qui
ad iſtud hieroſolymitanum tem-
plum vel immutandum vel corrum-
pendum manum admouerit. Ego
Darius hoc ſedulo faciendum im-
pero.
13 Tum Thathanais Syriæ prætora
et Stharbozanais, eorumque ſocii
Darii regis mandatum diligenter
14 exſecuti ſunt. Igitur iudæi ſenatores
feliciter ædificantes, vaticinantibus
Haggæo vate, et Zacharia Addonis
filio, tum Dei iusſu, tum Cyri et
Darii et Artaxerxis Perſarum regis,
15 ædificium abſoluerunt. Et eo
templo ad diem tertium menſis A-
daris, anno regni Darii ſexto exæ-
dificato, egerunt Israelitæ ſacer-
dotes et Leuitæ reliquique exſules
eius templi dedicationem cum læ-
16 titia: ad quam dedicationem im-
molauere tauros centum, arietes
ducentos, agnos quadringentos,
17 capros caprinos ad vniuerſorum
Israelitarum expiationem duode-
cim, pro numero tribuum israeliti-
18 carum: ſacerdotibus in ſuas cu-
rias, et Leuitis in claſses ad hiero-
ſolymitanum Dei cultum, ex libri
Moſis præſcripto, distributis. E- 19
gerunt etiam exſilii reduces paſcha
die menſis primi decima quarta:
luſtratisque ſacerdotibus et Leuitis, 20
et omnibus ad vnum puris, Leuitæ
paſcha tum omnibus exſulibus, tum
ſacerdotibus ſuis conſanguineis, et
ſibi ipſis immolarunt: et epulati 21
ſunt tam omnes ex captiuitate re-
uerſi Israelitæ, quam omnes, qui
apud eos ex incolarum gentibus
impuritatem depoſuerant Iouæ Is-
raelitarum Dei ſtudio: egerunt- 22
que azymalia ſeptemdialia cum læ-
titia; quod eos Ioua lætitia adfecis-
ſet, eisque regis Asſyriæ beneuolen-
tiam conciliauisſet, ad eos in opere
ſani Dei Israelitarum iuuandos.

CAPVT VII.

Esdræ ſacerdotis Babylone profectio, pietas mira. Artaxerxis ad Esdram litteræ benignæ.

POſt eas res regnante Artaxer- 1
xe Perſarum rege, Esdras ad
Aharonem pontificem per Sa-
raiam, Azariam, Helciam, Sellu-
mum, Sadocum, Achitobum, Ama-
riam, Azariam, Maraiothum, Zara-
iam, Ozim, Boccim, Abiſuam, Phi-
neem et Eleazarum genus referens,
vir moſaica lege a Ioua, Israelita- 2
rum Deo, tradita acute eruditus, *
Babylone discesſit, impetratis a 3
rege, Iouæ Dei ſui auxilio, omni-
bus ſuis poſtulatis. Cumque eo 4
nonnulli Israelitarum, et ſacerdo-
tum, et Leuitarum, et cantorum,
et ianitorum dedititiorumque Hie-
roſolymam profecti ſunt, anno re-
gis Artaxerxis ſeptimo. Peruenit 5
autem Hieroſolymam primo die
menſis quinti anni regis ſeptimi,
quum primo die menſis primi Ba-
bylone profectus esſet: tam pro- 6
penſo Dei ſui auxilio vſus eſt.
Adplicuerat enim animum ſuum 7
Esdras non ſolum ad Iouæ legis
ſtudium atque exſecutionem, ve-
rum

rum etiam ad Iſraelitas æquo et iu-
re erudiendos
8 Dederat autem rex Artaxerxes
epiſtolam Eſdræ ſacerdoti profeſ-
ſori, et verbis præceptorum et
inſtitutorum Iſraelitis a Ioua
9 traditorum erudito: cuius epi-
10 ſtolæ hoc eſt exemplar. Artaxer-
xes rex regum, Eſdræ ſacerdoti le-
gis Dei cæleſtis profeſſori eximio
11 Chananæo. A me decretum eſt,
vt cuicumque iſraelitici populi ſa-
cerdotum Leuitarum libuerit ex
meo regno Hieroſolymam profici-
12 ſci, tecum proficiſcatur: quan-
doquidem a rege et eius ſeptem
conſiliariis mitteris, vt Dei tui
quam habes legem, Iudæorum et
Hieroſolymitanorum gratia, excu-
13 tias: nec ſolum argentum et au-
rum, quod rex et eius conſiliarii
largiuntur Iſraelitarum Deo, cu-
ius domicilium Hieroſolymis eſt,
feras, ſed etiam quidquid argenti et
auri nactus fueris in tota Babylo-
niæ regione, vna cum iis, quæ po-
pulus et ſacerdotes ad ſui Dei tem-
plum hieroſolymitanum vltro con-
14 tulerint. Emes igitur iſta pecu-
nia ſedulo tauros, arietes, agnos,
eorumque ferta et prolibandum vi-
num, quæ Hieroſolymis ad aram
15 templi Dei veſtri libes. Reliquo
argento et auro vtimini tuo et tu-
orum conſanguineorum arbitrio,
16 ex Dei veſtri ſententia. Vaſa au-
tem, tibi ad cultum templi Dei tui
tradita, referto ante Deum hiero-
17 ſolymitanum. Cetera, quæ tibi
ad Dei tui templum fuerint impen-
18 denda, ſolues de fiſco regis. Ego
vero Artaxerxes rex omnibus im-
19 pero in Syria degentibus, vt
quidquid a vobis petierit Eſdras
ſacerdos, legis Dei cælorum pe-
ritus, id ſedulo præſtetur, vsque ad
argenti talenta centum, tritici co-
ros centum, vini et olei batos cen-
tenos, et ſalis ſine vlla præſcripti-
20 one. Denique, quidquid cæleſti
Deo placuerit, id ad eius templum
diligenter exhibeatur: ne regis
et regnum et liberi dent pœnas.
Hoc quoque vobis ſignificamus, 21
ne vlli ſacerdotum, Leuitarum,
cantorum, ianitorum, dedititiorum,
et iſtius templi adminiſtrorum tri-
butum, vectigal, portorium im-
poni liceat. Tu vero Eſdra, pro 22
Dei tui ſapientia, qua præditus es,
ſtatuito iudices et præſides, eos- 23
que omnes legis Dei tui peritos, qui
omnibus Syriam incolentibus ius
dicant, imperitos autem docetote.
Ac quisquis tui Dei et regis legi 24
non paruerit; in eum ſine dubita-
tione animaduertatur vel morte,
vel exſilio, vel bonorum multatio-
ne, vel vinculis.

CAPVT VIII.

Eſdras pius ad Iouam. Reduces cum Eſdra Hieroſolymam. Supellex tradita ſacerdotibus. Hoſtiæ mactandæ.

GRatias ago Iouæ, Deo noſtro 1
patrio, qui regi eam ornandi
hieroſolymitani Iouæ templi
mentem dederit, mihique regis et
eius conſiliariorum, omniumque
regiorum militiæ ducum clemen-
tiam conciliauerit. Ego igitur 2
Iouæ Dei mei ope confirmatus,
Iſraelitarum primarios, qui me co-
mitarentur, congregaui.

Atque hi ſunt ſuarum familiarum 3
principes, eorumque genus, qui re-
gnante Artaxerxe mecum Babylone
profecti ſunt. Ex Phinee progna- 4
tis Gerſomus. Ex Ithamare Daniel.
Ex Dauide Hattus. Ex Sechenia 5
per Pharoſum Zacharias, et cum eo
recenſiti in ſua ſtirpe mares centum
quinquaginta. Ex Phahathmoabi 6
poſteris Elioenais Zarahiæ filius,
et cum eo mares ducenti. Ex *G.* 7
Zathoe *H.* Sechenias Iahazielis fi-
lius, et cum eo mares trecenti.
Ex Adine Ebedus Ionathanis filius, 8
et cum eo mares quinquaginta.
Ex Elamo Eſaias Athaliæ filius, et 9
cum eo mares ſeptuaginta. Ex 10
Sapha-

Saphatia Zabadias Michaelis filius,
11 et cum eo mares octoginta. Ex
Ioabo Abdias Iehielis filius, et
cum eo mares ducenti octodecim.
12 Ex *G.* Baani *H.* Solomithus Ioſiphiæ
filius, et cum eo mares centum ſexa-
13 ginta. Ex Bebai Zacharias Bebais
filius, et cum eo mares octo et vi-
14 ginti. Ex Azgado Ioannes Hacca-
tanis filius, et cum eo mares cen-
15 tum decem. Ex Adonicamo po-
ſtremi, quorum nomina ſunt Eli-
phelethus, Iehiel et Samaias, et cum
16 eis mares ſexaginta. Ex Begui
Vthais et Zabudus, et cum eo mares
ſeptuaginta.
17 His ego ad fluuium, qui ad Aha-
uam defertur, coactis, quum ibi
triduum moratis nobis, quum ce-
teros, tum ſacerdotes recognouiſ-
ſem, neque vllos ex Leuitis ibi in-
18 uenisſem: miſi Eliezerem, Arie-
lem, Semeiam, Elnathanem, Ia-
ribum, Elnathanem, Nathanem,
Zachariam et Moſollamum prin-
cipes, et Ioiaribum, et Elna-
thanem, homines prudentes:
19 iisque ad Eddonem Chaſphiæ
loco præpoſitum mandata dedi,
20 et verba ſuggesſi, quibus Ed-
doni et eius cognatis dedititiis
apud Chasphiam locum perſua-
derent, vt adminiſtri nobis ad
Dei noſtri templum adduceren-
21 tur. Itaque adduxere nobis, (hoc
efficiente Deo noſtro nobis propi-
tio,) peritum quemdam hominem
Moholi Leuis filio Iſraelis nepote
22 prognatum, et Serebiam eius-
que filios et fratres octodecim, et
Haſabiam, et cum eo Eſaiam Mera-
ri prognatum, eiusque fratres, et
23 eorum filios viginti; tum dedi-
titios a Dauide et proceribus mu-
neri Leuitarum attributos, ducen-
tos viginti, omnes nominatim ad-
24 pellatos. Ibi ad fluuium Ahauam
ieiunium indixi, vt Deo noſtro
ſubmisſi, rectam ab eo viam nobis
noſtrisque paruulis et rebus omni-
25 bus peteremus. Puduerat enim
me, milites et equites a rege pete-
re, qui nos ab hoſtibus in itinere
defenderent: nam regi dixera- 2
mus, Dei noſtri ope omnes eius ſtu-
dioſos iuuari: omnibus autem e-
ius deſertoribus, eius viribus et ira
noceri. Igitur quum ieiunauis- 2
ſemus, et poſtulatum noſtrum a
Deo noſtro impetrasſemus: delegi
ex ſacerdotum principibus duode-
cim, videlicet Serebiam et Haſab- 2
iam, et cum eis decem ex ipſorum
fratribus, quibus argentum, aurum,
vaſa, templi Dei noſtri donarium,
tum a rege eiusque conſiliariis et
principibus: tum ab omnibus, 2
qui aderant, Iſraelitis collatum ad-
pendi, idque in manum: videlicet 3
argenti talenta ſexcenta quinqua-
ginta, argentea vaſa centum talen-
torum, auri centum talenta, crate-
res aureos viginti, mille drachma-
rum, æris vaſa fulgentis et probi
duo, perinde elegantia, ac ſi esſent
aurea. Deinde eis demonſtraui, 3
et ipſos eſſe Iouæ ſacros, et vaſa
ſacra, et argentum atque aurum
Iouæ, patrio ipſorum Deo, ſponte
donatum. Proinde vigilanter ea
cuſtodirent, donec ſacerdotum Le-
uitarumque et Iſraelitarum famili-
arum principibus Hieroſolymæ in
templi Iouæ cœnaculis adpendiſ-
ſent. Quumque ſacerdotes et Le-
uitæ argenti aurique pondus et va-
ſa Hieroſolymam in templum Dei
noſtri deportanda recepisſent:
profecti ab Ahaua fluuio, die men-
ſis primi duodecimo, Hieroſoly-
mam ire contendimus. Eo poſt-
quam a Deo noſtro adiuti, et ab ho-
ſtibus et itineris inſidiis defenſi,
peruenimus, ibique triduum mo-
rati fuimus: quarto die argen-
tum, aurum, et vaſa in Dei noſtri
templo adpenſa in manum ſunt
Meremotho Vriæ filio ſacerdoti,
cum quo aderat Eleazarus Phinee
natus, et præter eos Iozabadus Ie-
ſuæ, et Noadias Bennois filius Le-
uitæ; et adpenſa ſunt omnia ad-
nume-

numerum, eademque hora omne
5 deſcriptum pondus eſt. Captiui
autem, qui ab exſilio venerant,
hoſtias adduxerunt Iſraelitarum
Deo, tauros duodecim omnium
Iſraelitarum nomine, arietes no-
naginta ſex, agnos ſeptuaginta ſe-
ptem, capros piaculares duodecim,
omnes Iouæ ſolido ſacrificio ma-
6 ctandas. Ac poſtquam regis man-
data regiis ſatrapis et prætoribus
Syriæ tradita ſunt: populum et fa-
num iuuerunt.

CAPVT IX.

Iudæorum cum extraneis mulieribus connubia. De vetitis nuptiis Esdræ lacrimæ.

HIs ita peractis conuenere me
primates, et oſtenderunt, ho-
mines Iſraelitas, ſacerdotesque
que et Leuitas, non ſe a ceteris ter-
rarum nationibus abſtinere, ſed
Chananæorum, Hettæorum, Phe-
rezæorum, Iebuſæorum, Ammo-
nitarum, Moabitarum, Aegyptio-
rum et Amorræorum flagitia imi-
2 tari. Nam illorum filias ſibi ſu-
isque filiis adſciſcere, et ſacrum
ſemen cum ceteris terrarum natio-
nibus confundere, et quidem prin-
cipes et magiſtratus in eo crimine
3 primas tenere. Hac ego re audi-
ta, mea veſtimenta et pallium la-
cerare, crines et barbam mihi vel-
4 lere, et mæſtus ſedere. Tum ad
me conuenerunt quicumque Dei
Iſraelitarum dicta in exſulum cri-
mine reformidabant. Et ego poſt-
quam ad horam veſpertini ferti
5 hærens ſedi: ſub eam horam
ex adflictione mea ſurrexi: et
ſciſſa veſte pallioque meo, flexis
genibus, et pasſis ad Iouam Deum
6 meum palmis, ita dicebam: o mi
Deus, vix audeo præ pudore, me-
um ad te, mi Deus, vultum attol-
lere: nam culparum noſtrarum
multitudo caput exſuperat, crimi-
nis noſtri magnitudo cælum per-
tingit. Iam a maiorum noſtro- 7
rum temporibus ad hunc diem
magno fuimus in crimine, et ob
delicta noſtra dediti fuimus nos,
noſtri reges, et ſacerdotes, cetera-
rum regibus terrarum, ferro, capti-
uitate, rapinis, probris, vt res in-
dicat. Nunc nonnulla ex parte 8
noſtri miſertus Ioua, Deus noſter,
noſtrum aliquot reliquos fecit, no-
bisque *a* palum in ſuo ſacro loco
conceſſit, vt noſtros Deus noſter
illuſtraret oculos efficiendo, vt pau-
ci noſtrum in ſeruitute noſtra con-
ſeruarentur. Sumus enim ſerui: 9
quumque in ſeruitute Deum no-
ſtrum non reliquerimus: concili-
auit nobis regum Perſarum cle-
mentiam, quo noſtrum nonnulli
conſeruarentur, vt Dei noſtri tem-
plum exſtrueretur, et eius ruinæ
reficerentur, vtque nobis in Iudæa
et Hieroſolymis ſeptum aliquod
tribueretur. Iam vero quid dice- 10
mus, o Deus noſter, poſteaquam 11
tua præcepta reliquimus? qui
per tuos cultores vates ita præce-
peras, terram, quam occupatum
veniebamus, terram eſſe incola-
rum populorum impuritate pollu-
tam, qui eam flagitiorum ſuorum
fœditate confertim repleuiſſent.
Proinde ne filias noſtras illorum 12
filiis elocaremus, neue illorum fi-
lias noſtris filiis adſciſceremus,
neue illorum ſaluti aut bono vm-
quam ſtuderemus: vt confirmati
et terræ bonis veſceremur ipſi, et
ea liberis noſtris hereditaria re-
linqueremus in perpetuum. Igi- 13
tur poſt omnia, quæ propter noſtra
praue facta et tanta crimina pasſi
ſumus, quum tu, Deus noſter,
delictis noſtris ignoueris, et has
noſtrorum reliquias ſeruaueris,
nosne tuis iterum violatis præce- 14
ptis adfinitatem cum his ſceleratis
contraxiſſe nationibus? nonne tu
merito in nos ſæuias ad exitium,
ita vt nullus ſuperſit, qui euadat?

 O Io-

a) firmitatem et manſionem.

15 O Ioua, Deus Iſraelitarum, qui
iuſtus es, ecce nos, qui hodie ſer-
uati reſtamus, tibi ob noſtra cri-
mina obnoxios, coram quo hac in
re ſtari non poteſt.

CAPVT X.

Populus ad Eſdram conſolandum, incuſatio in Iudæos per Eſdram. Coniugatorum contra legem nomina.

1 INterea dum flens Eſdras, et an-
te fanum iacens, orat, et pecca-
tum confitetur: conuenit ad
eum ingens Iſraelitarum, virorum,
mulierum, puerorum frequentia.
2 Et magnum populo ploratum eden-
te, Sechenias Iehielis filius, Elamo
prognatus, Eſdram ſic adloquitur:
nos quidem in Deum noſtrum com-
miſimus, qui vxores alienas ex in-
colis nationibus duxerimus: ſed
tamen eſt Iſraelitis hac in re ſpes.
3 Agedum, paciſcamur Deo noſtro,
omnes feminas, et ex iis natos a-
mandare, vt fert et domini, et eo-
rum, qui Dei noſtri diſciplinam re-
uerentur, decretum: atque ita ex
4 lege fiat. Surge, nam tua æque
ac noſtra refert: confirma te, age.
5 Tum Eſdras ſurrexit, et ſacerdo-
tes primarios Leuitas, omneſque
Iſraelitas ad iurandum adegit, ita
6 facturos. Atque vbi iurarunt,
digreſſus a fani veſtibulo, cubicu-
lum petiit Ioannis Eliaſibi filii:
idque et a cibo ieiunus et a potio-
ne, tantopere exſulum crimen lu-
7 gebat. Deinde per Iudæam et
Hieroſolymis edictum eſt, vt o-
mnes exſules conuenirent Hieroſo-
8 lymam: ac quiſquis intra triduum
non veniſſet, vt erat a principibus
et ſenatoribus decretum, eius vt o-
mnia bona ſacrarentur, et ipſe ex-
9 ſulum ciuitate priuaretur. Igitur
congregati omnes Iudæi et Benia-
mitæ Hieroſolymam illis tribus die-
bus, die menſis noni viceſima adfue-
runt vniuerſi in templi area, tre-
mentes tum propter rem ipſam,
tum propter pluuiam.
Ad quos Eſdras ſacerdos quum 10
ſurrexiſſet, ita locutus eſt: vos cri-
men commiſiſtis, qui alienas duxe-
ritis vxores, vt Iſraelitarum crimen
augeretis. Quamobrem tribuite 11
hanc Iouæ, maiorum veſtrorum
Deo, gloriam, vt eius obtemperantes
arbitrio, et ab incolarum nationi-
bus, et ab alienis feminis abſtineatis.
Ad hæc tota concio clara voce re- 12
ſpondit in hanc ſententiam: iſto
quidem modo faciendum nobis eſt.
Sed et populus multus eſt, et tem- 13
pus pluuium, nec foris ſtari pot-
eſt, nec opus vnius eſt aut alterius
diei: nam hac in re multum pec-
cauimus. Quocirca præficiantur 14
toti reipublicæ principes noſtri, ad
quos quicumque noſtris in oppi-
dis vxores duxerunt alienas, con-
ueniant ad certa tempora, cum-
que iis adſint cuiusque oppidi ſe-
natores et iudices, donec hac tan-
dem re ira Dei noſtri a nobis auer-
tatur. Igitur præfectis huic neg- 15
otio Ionathane Aſaelis, et Iaazia
Thecuæ filio, adiutoribus Moſol-
lamo et Sebethai Leuita, parue-
runt exſules: delectique Eſdras 16
ſacerdos, et homines ſuarum pa-
triarum familiarum primarii: ii-
que omnes nominatim adpellati,
conſedere primo die menſis deci-
mi, vt de re quærerent, eſtque 17
tranſactum omnium negotium, qui
vxores adſciuerant extraneas, intra
primum diem menſis primi. In- 18
uenti ſunt autem de genere ſacer-
dotum, qui vxores duxerant exter-
nas, nati Ieſua Ioſedeci filio, et e-
ius fratribus Maaſeias, Eliezer, Ia-
ribus et Godolias: qui ad dimit- 19
tendas vxores ſuas conſenſerunt,
et arietem ſui criminis piaculum
dederunt. Ab Emmere orti Ha- 20
nanis et Zabadias. Ab Harimo 21
Maaſeias, Elias, Semeias, Iehiel et
Ozias. A Phashure Elionais, Ma- 22
aſeias, Iſmael, Nathanael, Iozaba-
dus

23 dus et Elaſa. Ex Leuitis Iozaba-
dus, Semeis, Celaias, qui et Calita,
24 Phataias, Iudas et Eliezer. Ex
cantoribus Eliaſibus. Ex ianitori-
bus Sellumus, Telemus et Vris.
25 Ex Israelitis a Pharoſo orti Rami-
as, Iezias, Malcias, Miiamin, Elea-
26 zarus, Melchias et Banaias. Ab
Elamo Mattanias, Zacharias, Ie-
hiel, Abdis, Ieremothus et Elias.
27 A Zattu Elioenais,Eliaſibus,Mattan-
ias, Ieremothus, Zabadus et A-
28 ziza, a Benai Ioannes, Hananias,
29 Zabbais et Athlais. A Bani Mo-
ſollamus, Malluchus, Adaias, Iaſu-
30 bus, Saal et Ramothus. A Pha-
hathmoabo Adna, Chalal, Banaias,
Maaſeias, Mattanias, Baſaleel, Ben-
31 nuis et Manaſſes. Ab Harimo
Eliezer, Iſsias, Melchias, Semeias,
Simeon, Beniamin, Malluchus 32
et Samarias. Ab Haſomo Mattan- 33
ias, Mattatta, Zabadus, Eliphele-
tus, Ieremais, Manaſſes et Semeis.
A Bani Maadais, Amramus, Vel, 34
Banaias, Bedias et Celuus, 35
Vanias, Meremotus,Eliaſibus, 36
Mattanias, Mattenais, Iaaſaus, 37
Banis, Bennuis, Semeis, 38
Selemias, Nathan, Adaias, 39
Machnadebais, Saſais, Sarais, 40
Azarel, Selemias, Samarias, 41
Sellumus, Amarias et Ioſephus. 42
A Nebone Ieiel, Mathathias, Zaba- 43
dus, Zebina, Iaddaus, Ioel et Bana-
ias. Hi omnes duxerant vxores 44
extraneas, quarum nonnullæ libe
ros genuerant.

ESDRAE LIBER II.

CAPVT I.

Nehemiæ Hachaliæ filii hiſtoria, lacrimæ, precatioque ad Iouam.

1 ANNO b) viceſimo, menſe
Casleu, quum ego in arce
2 Suſis eſſem: aduenit
Hananis quidam de meis
cognatis, et alii quidam ex Iudæa,
qui mihi de Iudæis, qui ex captiui-
tate reliqui euaſerant, et de Hiero-
3 ſolymis interroganti reſponderunt,
reliquos ex captiuitate illic in
prouincia magno eſſe in malo at-
que probro, Hieroſolymæ muros
diſſipatos, et portas igni crematas.
4 His ergo rebus auditis, ſedens ali-
quot dies ploraui atque luxi, et ie-
iunans cæleſtem Deum huiusmodi
5 precibus interpellaui: o Ioua,
Deus cæleſtis, Deus magne et ter-
ribilis, qui pacto ſtas, et clementia
vteris erga tui amantes, tuaque
præcepta conſeruantes, habe 6
quæſo et aures attentas, et oculos
apertos, ad exaudiendas preces,
quibus ego tuus te hodie noctes
diesque pro tuis Israelitis inter-
pello, Israelitarum peccata confi-
tens. Quæ nos contra te,ego mea- 7
que domus patria, commiſimus,
dum a te abhorrentes, præcepta,
inſtituta, iura, quæ tu Moſi tuo
mandaſti, non conſeruamus. Me- 8
mento quæſo illius rei, quam Moſi
tuo promiſiſti, quum diceres, nos
eſſe contra te commiſſuros, et te
nos eſſe per ceteras nationes diſſi-
paturum. Quumque ad te reuerſi, 9
tua præcepta conſeruaremus atque
exſequeremur, etiamſi eſſemus ad
cæli extrema diſperſi: te inde nos
eſſe collecturum, et in locum, quem

b) ſcilicet regni Artaxerxis.

tuo nomini collocando delegiſſes,
10 adducturum. Atque tui ſerui
ſunt, et populus, quem tu iſta ma-
gna vi et valida manu redemiſti.
11 Obſecro, Domine, præſta aurem
attentam tum meis, qui tuus ſum,
tum ceterorum tuorum reuerendi
tui nominis cupidorum precibus:
et mihi tuo ſic hodie propitius eſto,
vt mihi apud hunc virum miſeri-
cordiam concilies.

CAPVT II.

Nehemias regis præguſtator. Ad illum rex, benignus, exoratus. Muri hieroſolymitani ruina. Piorum deriſiones ab improbis.

1 ERam autem regis præguſtator.
Igitur in menſe Niſan, an-
no regis Artaxerxis viceſi-
mo, quum adpoſitum ei vinum
cepiſſem, et ei miniſtraſſem, id-
que apud eum præter ſolitum
triſtis: ita me rex adlocutus eſt:
2 qui fit, vt vultu ſis adeo triſti?
quum non ægrotes. Mirum ni
3 animæ triſtitia eſt. Hic ego ma-
iorem in modum territus: rex in
perpetuum viue, inquam. Poſ-
ſumne non triſti vultu eſſe, euerſa
vrbe, in qua ſepulcra ſunt maio-
rum meorum, eiusque portis igne
4 conſumtis? Et rex: quidnam
ergo petis? Cui ego cæleſtem Deum
5 precatus, ita dixi: ſi tibi, rex, ita
videtur, et ſi tuus ego tibi placeo,
peto, vt me dimittas in Iudæam
ad vrbem, quæ maiorum meorum
ſepulcra continet, inſtaurandam.
6 Et rex adſidente coniuge: quamdiu
autem, inquit, in itinere futurus
es? et quando rediturus? Tum ego,
quum regi dimittere me viſum eſ-
ſet, tempus ei ſtatui, atque ita re-
7 ſpondi: ſi tibi placet, rex, cura-
bis, vt mihi ad Syriæ prætores den-
tur epiſtolæ, qui me, donec in Iudæ-
8 am peruenero, deducant. Præter-
ea litteræ ad Aſaphum regiæ ſiluæ
cuſtodem, qui mihi ligna ſuggerat
ad reſarciendas portas arcis, quæ
ad templum ſita eſt, vrbisque mu-
ros et domum, in quam diuertam.
Tum rex mihi, Dei mei ope adiuto, 9
illa dedit, et ego Syriæ prætores
adgreſſus, eis regias tradidi litteras,
comitantibus me militum ducibus
et equitibus, a rege miſſis. Quod 1
vbi audiuit Sanaballatus Horonius,
et Tobias ſeruus Ammonita, æ-
gerrime tulerunt, veniſſe homi-
nem, qui Iſraelitarum bono ſtude-
ret.
Ego poſtquam Hieroſolymam 1
veni, atque ibi triduum fui: no-
ctu ſurrexi cum paucorum homi-
minum comitatu: neque cui- 1
quam hominum indicaueram, quid
mihi Deus Hieroſolymis facere
mentem dediſſet, nec vllum iu-
mentum habebam, præter id, in
quo equitabam. Igitur noctu per 1
portam vallis egreſſus, et fontem
draconis prætergreſſus, ad portam
fimi perueni: et dirutos Hieroſo-
lymæ muros portasque igne comb-
uſtas contemplatus, perrexi ad 1
portam fontis, et ad regiam piſci-
nam. Vbi quum iumento, cui in-
ſidebam, locus ad transeundum de-
eſſet: adſcendi per torrentem 1
noctu, et inſpectis muris, reuerſus
ad portam vallis, et, per eam ingreſ-
ſus, redii. Neſciebant autem ma- 1
giſtratus, quo iuiſſem, aut quam
rem agerem: neque id Iudæis, ne-
que ſacerdotibus, neque primati-
bus, neque magiſtratibus, aut reli-
quis opus facientibus adhuc indi-
caueram. Tum eis demonſtraui,
ipſos videre, quanto eſſemus in
malo, vaſtata Hieroſolyma, eiusque
portis igne combuſtis. Itaque no-
bis inſtaurandos eſſe muros Hiero-
ſolymæ, ne amplius eſſemus pro-
broſi. Quumque eis oſtendiſſem,
quanta me Deus meus ope iuuiſſet,
et quæ mihi rex dixiſſet: illi probe
confirmati, cœperunt ad ædifican-
dum inuicem cohortari. Quod
vbi audiuere Sanaballatus Horoni-
us,

us, et Tobias ſeruus Ammonita, et Geſemus Arabs: deridebant nos, et cum contentione noſtri quærebant, quidnam rei ageremus? num contra regem rebellaremus. Quibus ego reſpondi, nos cæleſtis Dei cultores eo propitio, ædificationem adgredi: ipſos vero nullam partem, aut ius, aut monumentum habere Hieroſolymis.

CAPVT III.

Muri vrbis inſtauratio. Inſtauratores.

ERgo excitati Eliaſibus ſummus pontifex, eiusque cognati ſacerdotes, portam balantum exſtruxerunt: et iidem, erectis eius oſtiis, eam luſtrarunt, idque vsque ad turrim centenariam, quæ Hananeelis vocatur. Secundum hunc ædificauerunt Hierichuntii, et porro Zacchur Amris filius. Portam autem piſcium inſtaurarunt Hasnaæ filii, eamque contignarunt, et eius oſtia, ſeras et repagula poſuerunt. Secundum hos refecit Meremothus Vriæ filius, Haccoſi nepos: et porro Moſollamus Barachiæ filius, Meſezabelis nepos: deinde Sadocus Baanæ filius. Secundum hos refecere Thecuani: quorum tamen nobiles colla ſua domini ſui operi non ſubdidere. Portam veterem refecere Ioiada Phaſææ, et Moſollamus Beſodiæ filius: eamque contabularunt, et eius oſtia, ſeras et repagula poſuerunt. Secundum eos refecere Malatias Gabaonenſis, et Iadon Meronotita, Gabaonenſes, et Masphani *c* vsque ad ſolium prætoris Syriæ. Secundum hos refecit Oziel Haraiæ filius, aurifex, et ſecundum hunc Ananias Haracaimi filius: atque hi Hieroſolymam vsque ad dirutum murum reſtituerunt. Secundum hos refecit Raphaias Huris filius, præfectus dimidiæ partis Hieroſo-
lymorum. Et porro Iadaias Haro- 10
maphi filius, idque contra ſuas ædes:
deinde Hattus Haſabaniæ filius. Al- 11
teram partem et turrim furnorum
refecere Melchias Harimi, et Haſu-
bus Phahathmoabi filius. Secun- 12
dum hunc refecit Sellumus Halois
filius, præfectus dimidiæ Hieroſo-
lymorum partis, vna cum ſuis fi-
liabus. Portam vallis refecit Ha- 13
num et Zanoenſes, qui et eam ædi-
ficarunt, eiusque oſtia et ſeras re-
pagulaque poſuerunt: et præterea
muri mille cubitos vsque ad portam
fimariam, quam refecit Melchias 14
Rechabi filius, præfectus tractus
Bethaccaremæ: eaque inſtaurata
ſeras et repagula poſuit. Portam 15
fontis refecit Sellum Cholhozis fi-
lius, Maspenſis tractus præfectus,
eamque ædificauit ac operuit: o-
ſtia, ſeras, repagula fixit: itemque
murum piſcinæ Siloæ ad hortos
regis, vsque ad gradus, quibus ex
vrbe Dauidis deſcenditur. Poſt 16
hunc refecit Nehemias Azboci fi-
lius, præfectus dimidiæ partis tra-
ctus bethzurenſis, vsque contra
Dauidis ſepulcrum, et vsque ad piſci-
nam factam, et ad domum heroum.
Poſt eum refecerunt Leuitæ Rehu- 17
mus Banis filius, et ſecundum eum
Haſabias præfectus ex dimidia
parte ceilani tractus, in ſuo tractu.
Poſt eum refecerunt eorum cognati 18
Bauais Henadadi filius, præfectus
ex dimidia parte tractus ceilani.
Secundum hunc refecit Ezer Ieſuæ 19
filius, Maſphæ præfectus, alteram
partem contra cliuum armorum
angularem. Poſt hunc ad mon- 20
tem refecit Baruchus Zabbais filius
partem alteram a verſura ad in-
greſſum domus Eliaſibi pontificis
maximi. Poſt eum Meremothus 21
Vriæ filius, Haccoſi nepos, partem
alteram ab ingreſſu domus Elia-
ſibi vsque ad eiusdem extremum.
Poſt hunc ſacerdotes pagorum. 22
Deinde Beniamin et Haſubus con- 23

c) vsque ad eum locum, ſecundum quem ſolium prætoris erat.

tra domos ſuas: deinde Azarias
Maaſeiæ filius, Ananiæ nepos, apud
24 ædes ſuas. Deinde Bennuis He-
nadadi filius, partem alteram ab
Azariæ domo ad verſuram et ad
25 angulum vsque. Deinde Phalal
Vzais filius, a verſuræ regione, et
turri, quæ ex ſuperiore prominet
regia, ad atrium carceris. Poſt eum
26 Phaadias Pharoſi filius, et dediti-
tii, Ophel incolentes, vsque contra
portam aquæ ad orientem et promi-
27 nentem turrim, Deinde Thecua-
ni partem alteram a regione turris
magnæ prominentis vsque ad O-
28 phelis murum. A porta equorum
refecere ſacerdotes contra ſuam
29 quisque domum. Deinde Sado-
cus Emmeris filius contra ſuam
domum: poſt quem Semeias Se-
cheniæ filius, cuſtos portæ orienta-
30 lis. Deinde Ananias Selemiæ fi-
lius, et Hanun Salaphi filius ſextus,
partem alteram. Deinde Moſolla-
mus Barachiæ filius, contra ſuum
31 cubiculum. Deinde Melchias au-
rificis filius vsque ad ædes dediti-
tiorum et negotiatorum contra
portam præfecturæ vsque ad cœ-
32 naculum anguli. Inter cœnacu-
lum anguli et portam balantum
refecerunt aurifices et negotiato-
res.

CAPVT IIII.

Deriſores aduerſarii. Muri abſolutio per armatos. Inſtauratorum adſiduitas, et ſtudium.

1 POſtquam intellexit Sanaballa-
tus, nos inſtaurare muros: ma-
gna cum indignatione iratus,
2 cœpit deridere Iudæos. Quid
faciunt imbelles iſti Iudæi? (in-
quiebat apud cognatos ſuos et mili-
tes ſamaritanos,) idne permittetur
eis, vt ſacrificent? vt aliquando
perficiant? vt ruderum lapidibus,
iisque combuſtis, vtantur rediui-
3 uis? Et Tobias Ammonita, qui
apud eum erat, equidem ſi vel vul-
pes, inquit, in eorum ædificationem
adſcenderit, facile eorum lapideum
murum diruet. Exaudi, Deus no- 4
ſter, vt contemtui ſimus, et conuer-
te ipſorum ignominiam in ipſo-
rum caput, vt captiui in aliqua re-
gione ſint contemtui. Ne eorum 5
culpam tegito, ne eorum peccatum
de tuo conſpectu deleatur, qui con-
tra ædificantes indignentur. Igi- 6
tur quum ædificantibus nobis mu-
rum et eo iam dimidia parte plane
compacto, populus animum operi
intentum haberet; poſtquam au- 7
diuere Sanaballatus, Tobias, Ara-
bes, Ammonitæ et Azotii, Hieroſo-
lymæ muros, cœpta iam dirutorum
obſtructione, refici: id adeo ægre
tulerunt, vt vniuerſi communi- 8
ter ad bellum Hieroſolymæ infe-
rendum, eius interturbandæ gratia,
conſpirarent. At nos Deum no- 9
ſtrum comprecati, ſtatuta contra
illos diurna nocturnaque cuſtodia,
noſtros muniuimus: quamuis 10
conquerentibus Iudæis, ſe diminu-
tis baiulorum viribus, quum tanta
esſet intrita, muros exſtruere non
poſſe. Statuerant autem hoſtes 11
noſtri, nos nec opinantes de impro-
uiſo opprimere, nobisque inter-
fectis opus impedire. Sed id 12
quum nobis Iudæi illorum finitimi
d decies ex omnibus locis, in quibus
nobis accolebant,* indicatum venis-
ſent: collocaui inferioribus locis 13
poſt muros in fosſis homines gene-
ratim, gladiis, haſtis, et arcubus
armatos, et prouiſa re, optima- 14
tes, magiſtratus, reliquumque vul-
gus monere inſtiti, ne illos metue-
rent, ſed magni illius et terribilis
Domini memores, pro ſuis cogna-
tis liberis, coniugibus et domibus
dimicarent. Ita poſtquam audi- 15
tum eſt hoſtibus noſtris, rem nobis
esſe notam: fractum eſt diuinitus
illorum conſilium, et nos ad ſuum
quisque opus in muros rediimus.
Atque

d, ſæpe.

6 Atque ex eo die dimidia pars meo-
rum famulorum opus faciebant;
altera haſtas, clipeos, arcus et lori-
cas habebant, ducibus poſt totam
Iudæorum ſtirpem collocatis in
7 muro ædificantium. Qui onera
portabant aut collocabant, altera
manu opus faciebant, altera telum
8 tenebant. Aedificatores gladiis
accincti ædificabant. Tubæ ſignum
9 apud me erat. Monueram autem
primates et magiſtratus, reliquum-
que vulgus, eſſe magnum opus, et
late patens, et nos in muris longe
0 alios ab aliis eſſe diſperſos. Pro-
inde quo in loco tubæ ſonitum au-
diuiſſent, eo ad nos conuenirent:
Deum noſtrum eſſe pro nobis cer-
1 taturum. Ita nobis opus facien-
tibus, illorum dimidia pars haſtas
tenebant ab exortu auroræ, donec
2 exſtarent ſtellæ. Atque eodem
tempore populo præceperam, vt
cum ſuo quisque famulo in media
Hieroſolyma pernoctarent: atque
ita noctu in excubiis, interdiu in
3 opere eſſemus: nec ego, nec mei
cognati et famuli, et me comitantes
cuſtodes, veſtimenta exuebamus,
ſuum quisque telum dextra tenen-
tes.

CAPVT V.

Fæneratorum iniquitas. Nehemiæ concio, probitas, preces ad Iouam.

INterea exoritur magna homi-
num, eorumque vxorum, con-
tra ſuos cognatos Iudæos que-
2 rela. Erant qui ita dicerent: ma-
gnus eſt noſtrum noſtrorumque
liberum numerus: comparandum
eſt nobis inde frumentum, quo vi-
3 uamus. Alii ſic: oppignorandi
ſunt nobis fundi noſtri, et vineæ
et domus, vt frumentum in fame
4 comparemus. Nonnulli ita: at
pro noſtris fundis et vineis ad tri-
butum regi pendendum pecuniam
5 ſumſimus mutuam. Iam quum
eiusdem ſint corporis noſtri cogna-
ti atque nos eorumque liberi at-
que noſtri: nos tamen liberos no-
ſtros in ſeruitutem dedimus, iam-
que emancipatas filiarum noſtra-
rum nonnullas vindicare nequi-
mus; quum fundos noſtros et vine-
as teneant alii. Hac ego illorum 6
querimonia et verbis auditis, eam
rem ægerrime tuli. Ac poſtquam 7
rem animo perpendi: primates et
magiſtratus obiurgaui, qui fœnus
a ſuis conſanguineis exigerent: at-
que aduocata frequenti propter eos
concione, ita locutus ſum: ergo 8
nos conſanguineos noſtros Iudæos,
in exteras gentes venditos, pro no-
ſtris viribus redimemus: et vos
conſanguineos veſtros a nobis red-
emtos emetis? Quumque illi ſi-
lentes non inuenirent, quod re-
ſponderent: iſtud non recte faci-
tis, inquam ego. Nonne in me- 9
tu Dei noſtri viuetis, vt extraneo-
rum hoſtium noſtrorum vitupera-
tionem euitetis? Ego quoque et 10
mei cognati famulique argentum
eis frumentumque mutuauimus:
agite, remittamus hoc nomen:
reddite eis hodie agros ſuos, vi- 11
neas, oliueta et domos: tum cen-
teſimam condonate pecuniæ, fru-
menti, vini et olei, quæ eis mu-
tua dediſtis. Tum illi ſe reddi- 12
turos promiſerunt, neque quid-
quam exacturos, facturosque, vt
ego dixiſſem. Et ego vocatos ſa-
cerdotes iurare coegi, ita facturos.
Deinde gremium meum excutiens, 13
ſic excutiat Deus, inquam, omnem,
qui non hoc præſtiterit, ex ſua do-
mo atque labore, et ita excuſſus
eſto atque vacuus Et vniuerſa con-
cio, ita faxit, inquiunt: Iouaque
laudato, ita fecit populus. Cete- 14
rum ex quo mihi mandata Iudææ
prætura eſt, id eſt, ab anno regis
Artaxerxis viceſimo, ad triceſi-
mum ſecundum, per eos, inquam,
duodecim annos, ego meique co-

gnati victu e) prætorio non viximus:
15 quum deceſſores mei prætores po-
pulum onerauiſſent, quadragenos
argenti ſiclos panis vinique nomine
adſidue exigendo: vt interim de
famulorum in plebem petulantia
taceam, quos equidem Dei metu
16 imitatus non ſum. Nec ſolum
hoc reficiendorum murorum opus
adiuui ipſe, ſed etiam neque fun-
dum emimus, et omnes mei famu-
17 li ſimul illic aderant operi. Iu-
dæi autem et magiſtratus, homines
centum quinquaginta, tum qui ad
nos ex finitimis gentibus ventita-
18 bant, mea vtebantur menſa. Ita-
que mihi quotidie mactabatur bos
vnus, et balantes ſex opimæ, præ-
ter aues: adde decimo quoque die
magnam omnis generis vini copi-
am: et tamen victum prætorium
non exigebam: quandoquidem po-
pulus is ſatis ipſo opere onerabatur.
19 Memento, vt meo bono conſulas, mi
Deus, eorum omnium cauſſa, quæ
ei populo feci.

CAPVT VI.

In Nehemiam inſidiæ ab aduerſariis. Iſtius ad inſidiatores reſponſio virilis.

1 POſtquam auditum eſt Sanabal-
lato, et Tobiæ, et Goſemo
Arabi, ceterisque noſtris ho-
ſtibus, me ita muros inſtauraſſe,
vt nihil in eis dirutum reſtaret;
(quamquam nondum fores collo-
2 caueram in portis:) miſerunt ad
me Sanaballatus, et Goſemus, vt
ad eos venirem, quo ſimul in pa-
gis, in campo Onone, conſultare-
mus. Habebant autem in animo,
3 mihi nocere. Quibus ego miſſis
nuntiis ſignificaui, me in tanto
opere occupatum, non poſſe diſ-
cedere: ne, ſi eo omiſſo ad
eos deſcendiſſem, intermitteretur.
4 Quumque ad me quater eadem
miſiſſent, et ego eis eadem reſpon-
diſſem: miſit ad me quinto Sa- 5
naballatus eadem per puerum ſu-
um, apertam ferentem epiſtolam
in hunc modum ſcriptam: fama 6
eſt inter gentes, et Goſemus dicit,
te et Iudæos rebellionem cogitare;
teque ideo muros inſtaurare, vt ea
ratione rex eorum fias. Quin 7
etiam vates ſtatuiſſe, qui te Hiero-
ſolymis Iudææ regem ſalutent.
Quamobrem quum ea ſit rex audi-
turus: ades, vt ſimul conſultemus.
Ad hæc ego reſpondi, non eſſe ita, 8
vt ipſe diceret, ſed ea ipſum ſua
ſponte comminiſci. Omnes enim 9
terrebant nos, eo conſilio, vt omit-
teretur a nobis opus, neque effi-
ceretur. Itaque confirmaui ipſe
me. Quumque domum veniſſem 10
Semeiæ Dalaiæ filii, Metabeelis
nepotis, quæ domus erat ſemota
ab aliis, et ille ſuaderet, vt nos in
mediam fani cellam reciperemus,
cellæque oſtia obſeraremus; ven-
turos enim, qui me interficerent,
et venturos noctu: reſpondi, 11
non eum eſſe me, vt fugerem, aut
in ædem euadendi cauſſa intrarem:
itaque non eſſe intraturum. De- 12
inde intellexi, non id ei fuiſſe di-
uinitus mandatum, ſed a Tobia et
Sanaballato mercede perſuaſum,
vt illud oraculum mihi diceret:
et ideo perſuaſum, vt id præ metu 13
facerem, atque ita peccarem, et
apud eos male audirem, atque ab
eis vituperarer. Memento, mi 14
Deus, illorum Tobiæ et Sanabal-
lati facinorum, nec non Noadiæ
mulieris vatis, et ceterorum va-
tum, qui me deterrebant.

Eſt autem abſolutus murus die 15
viceſima quinta Elulis, die quinqua-
geſimo ſecundo. Cuius rei fama 16
poſtquam apud omnes hoſtes no-
ſtros increbuit: territæ omnes nobis
finitimæ gentes, multum de arro-
gantia depoſuerunt, intelligentes,
id opus a noſtro factum eſſe Deo.
Atque illo quidem tempore com- 17
pluri-

e) collato a populo cellæ nomine, vt ſolebat prætoribus conferri.

plurium Iudææ primatum epiſto-
læ ad Tobiam, et viciſſim Tobiæ
8 ad ipſos ferebantur. Erant enim
Iudæorum multi iureiurando cum
eo ſociati; quippe qui Secheniæ
Aræ filii gener eſſet, cuiusque fi-
lius Ioannes filiam Moſollami Ba-
rachiæ filii in matrimonium duxiſ-
9 ſet: atque eius laudes apud me
prædicabant, et mea dicta ei re-
ferebant, quæ erant hæc: Tobi-
am mei terrendi gratia miſiſſe lit-
teras.

CAPVT VII.

Muri hieroſolymitani cuſtodes. Reduces familiæ iudææ. Collata munera ad murum inſtaurandum.

1 EXſtructis muris portarum fo-
res collocaui; conſtitutisque
ianitoribus, cantoribus et Le-
2 uitis: præcepi Hanani fratri
meo, et Ananiæ arcis hieroſolymi-
tanæ præfecto, homini fideli et
3 inprimis religioſo, vt Hieroſo-
lymorum portæ neque ante ſolis
æſtum patefierent: et, ipſis adhuc
præſentibus, clauderentur atque
obſerarentur, ſtatutis Hieroſoly-
mitanorum cuſtodibus, qui contra
ſuam quisque domum excubarent.
4 Quumque et vrbs ſpatioſa ampla-
que foret, et exiguus in ea populus
eſſet, domibus nondum conſtru-
5 ctis: ego diuino impulſu prima-
tes et magiſtratus atque plebem re-
cenſendi gratia conuocaui, nactus-
que codicem, in quo ratio confe-
cta erat, qui numerus primum
adueniſſet, ſic in eo ſcriptum re-
6 peri: qui prouinciales ex capti-
uis, quos Nabuchodonoſor Baby-
loniæ rex transtulerat, discesſe-
rint, et Hieroſolymam et in Iudæ-
am ſua quique in oppida redierint,
7 qui quidem venerunt cum Zoroba-
bele, Ieſua, Nehemia, Azaria,
Raamia, Nahamani, Mardochæo,
Belſane, Miſperetho, Beguai,
Nahumo et Baana, hominum in-
quam Iſraelitarum numerus hic eſt.
A Pharaſo orti duo millia centum 8
ſeptuaginta duo. A Sephatia tre- 9
centi ſeptuaginta duo. Ab Ara 10
ſexcenti quinquaginta duo. A 11
Phahathmoabo, ex Ieſua et Ioabo
natis duo millia octingenti octode-
cim. Ab Elamo mille ducenti 12
quinquaginta quatuor. A Zattu 13
octingenti quadraginta quinque.
A Zachæo ſeptingenti ſexaginta. 14
ABennoi ſexcenti quadraginta octo. 15
A Bebai ſexcenti viginti octo. 16
Ab Azgaddo duo millia trecenti 17
viginti duo. Ab Adonicamo ſex- 18
centi ſexaginta ſeptem. A Beguai 19
duo millia ſexcenti ſeptem. Ab 20
Adine ſexcenti quinquaginta quin-
que. Ab Atere ex Ezechia nona- 21
ginta octo. Ab Haſumo trecenti 22
viginti octo. A Beſai trecenti 23
viginti quatuor. Ab Haripho 24
centum duodecim. A Gabaone 25
nonaginta quinque. Bethlehemi- 26
tæ et Netophaenſes centum octo-
ginta octo. Anathotenſes centum 27
viginti octo. Bethazmauetani 28
quadraginta duo. Cariathiari- 29
menſes, Cephirani et Berothenſes
ſeptingenti quadraginta tres. Ha- 30
ramani et Gabaenſes ſexcenti vi-
ginti vnus. Machmantini cen- 31
tum viginti duo. Bethelenſes et 32
Haienſes centum viginti tres.
Nebonis alterius homines quin- 33
quaginta duo. Ab Elamo altero 34
orti mille ducenti quinquaginta
quatuor. Ab Harimo trecenti 35
viginti. Ab Hierichone trecenti 36
quadraginta quinque. A Lodha- 37
dide et Onone ſeptingenti vnus et
viginti. A Senaa tria millia non- 38
genti triginta. Sacerdotes Iadaia 39
prognati, ex ſtirpe Ieſuæ nongenti
ſeptuaginta tres. Ab Emmere mil- 40
le quinquaginta duo. A Phashu- 41
re mille ducenti quadraginta ſe-
ptem. Ab Harimo mille ſeptem- 42
decim. Leuitæ Ieſua ex Cadmie- 43
le prognati ex natis Odauiæ ſeptua-
ginta quatuor. Cantores Aſapho 44

prognati centum quadraginta octo.
45 Ianitores Sellumo, Atere, Talmo-
ne, Accubo, Hattita, Sobai progna-
46 ti centum triginta octo. Dedititii
prognati Siha, Haſupha, Tabbao-
47 tho, Ceroſo, Cia, Phadone,
48 Lebana, Negaba, Salmai,
49 Hanane, Giddele, Gahare,
50 Raaia, Raſine, Necoda,
51 Gazamo, Vza, Phaſea,
52 Beſai, Munimo, Nephusſimo,
53 Bacbuco, Hacupha, Harehure,
54 Baslitho, Mahida, Harſa,
55 Barçoſo, Siſara, Thamna,
56 Naſia, Hatipha:
57 tum prognati Solomoniis Sotai, So-
58 pheretho, Pharida, Iaala, Dar-
59 cone, Giddele, Saphatia, Hatti-
le, Pocheretho, Sebaimenſes, Amo-
60 ne prognati, quorum dedititio-
rum et Solomoniis prognatorum
ſumma efficitur trecenti nonagin-
61 ta duo. A Thelmela autem pro-
fecti Thelharſa, Cherubus, Addon,
et Emmer, non potuere ſuam fa-
miliam et ſtirpem ostendere, an ex
62 Iſraelitis esſent. A Dalaia, To-
bia et Necoda orti fuere ſexcen-
63 ti quadraginta duo. De ſacerdo-
tibus autem orti, ab Habaia, Hac-
coſo et Berzelai, qui ducta de Ber-
zelais Galaaditæ filiabus vxore,
f in illorum nomen concesſerat.
64 Hi inquam, quum originis ſuæ ta-
bulas ſcrutati non inuenirentur:
65 ſacerdotio priuati ſunt, vetiti ab
g Aterſatha veſci ſacroſanctis, do-
nec claritatis et integritatis exſi-
66 ſteret pontifex. Totius omnino
multitudinis ſumma erat quadra-
ginta duo millia trecenti ſexaginta,
67 præter eorum ſeruos et ancillas
ſeptem millia trecentos triginta ſe-
ptem: quorum cantores et cantri-
ces erant ducenti quadraginta
68 quinque: equi ſeptingenti tri-
ginta ſex: muli ducenti quadra-
69 ginta quinque: cameli quadrin-
genti triginta quinque: aſinorum
ſex millia ſeptingenti viginti.
Nonnulli de familiarum prima- 70
riis ad opus contulerunt: Aterſa-
tha, quæ conderentur, dedit auri
drachmas mille, phialas quinqua-
ginta, tunicas ſacerdotales quingen-
tas triginta. Tum quidam famili- 71
arum primarii reponenda ad opus
dederunt auri drachmarum vigin-
ti millia, argenti minarum duo
millia ducentas. Reliqua plebs 72
dedit auri drachmarum viginti
millia, argenti minarum duo mil-
lia, tunicas ſacerdotales ſexaginta
ſeptem. Conſederunt autem ſa- 73
cerdotes, Leuitæ, ianitores, canto-
res, plebeii, dedititii, omnes deni-
que Iſraelitæ ſuis in oppidis.

CAPVT VIII.

Esdras ſacerdos ad populum. Vmbraculorum feſtum. Quotidiana legis recitatio.

IAmque propinquante menſe ſe- 1
ptimo, quum Iſraelitæ degerent
in ſuis oppidis: conuenit totus
ad vnum populus in aream, quæ
eſt ante portam aquæ, iusſeruntque
Esdræ profesſori, vt librum mo-
ſaicæ legis adferret, quam Ioua
tulerat Iſraelitis. Tum Esdras 2
ſacerdos, præſente omni multitu-
dine tum virorum, tum mulierum,
et omnium, qui, quæ dicerentur,
intelligere posſent, legem attulit,
die primo ſeptimi menſis, eam- 3
que recitauit ante aream, quæ eſt
ante portam aquæ, a diluculo ad
meridiem, coram viris mulieri-
busque, et iis, qui posſent intelli-
gere, totius populi auribus in li-
brum legis intentis, idque e 4
ſuggeſtu ligneo ad eam rem facto,
adſtantibus ei ad dextram Matha-
thia, Sema, Ania, Vria, Helcia et
Maaſeia, ad ſiniſtram autem Pha-
daia, Miſaele, Melchia, Haſumo,
Hasba-

f) Galaadita factus fuerat. *g*) Is erat Nehemias, vt ſequenti capite declaratur.

Hasbadana, Zacharia et Moſolla-
5 mo. Igitur Esdras profesſor, a-
perto in oculis totius adſtantis po-
puli libro, (nam totum populum
ſupereminebat, et eo librum ape-
6 riente adſtabat totus populus) Io-
uam Deum magnum collaudauit:
et vniuerſus populus ſublatis ma-
nibus, amen, amen, reſpondit,
demisſisque ad terram vultibus, Io-
7 uam ſuppliciter adorauit. Ieſua
autem, Banis, Serebias, Iamin, Ac-
cubus, Sabethais, Hodias, Maaſe-
ias, Celita, Azarias, Iozabadus, Ha-
nan, Phalaias et Leuitæ populum
ſuo ſe loco tenentem lege erudie-
8 bant. Igitur diuinæ legis libro
ita aperte recitato atque declarato,
vt inter recitandum intelligeretur:
9 Nehemias, qui idem eſt Atherſa-
tha, et Esdras ſacerdos profesſor,
et Leuitæ, qui populum erudie-
bant, omnem populum ita monu-
erunt: hic dies Iouæ Deo veſtro
ſacer eſt: nolite lugere, aut plo-
rare, (plorabat enim cunctus po-
10 pulus, audito legis ſermone,) ite,
epulamini laute, et iis partem mit-
tite, quibus prouiſum non eſt:
nam Domino noſtro ſacer hodier-
nus dies eſt: neue dolete, nam in
iouana lætitia ſita eſt veſtra firmi-
tudo. Leuitæ quoque omnem
compeſcuere populum, monentes,
vt ſe continerent, neue eo ſacro
die mærerent. Ita discesſit o-
mnis populus ad epulandum, et
aliis impertiendum, magnamque
lætitiam agitandum: quippe qui
verba ipſis declarata percepisſent.
Altero die omnium populi familia-
rum primarii ſacerdotes et Leuitæ
Esdram profesſorem diſcendorum
legis verborum gratia conueniunt;
et inuentum eſt in lege, quam Ioua
per Moſem tulerat, præſcriptum,
vt Israelitæ menſis ſeptimi feſto
manerent in vmbraculis, vtque
quum in ceteris omnibus eorum
vrbibus, tum Hieroſolymis, edi-
ceretur, vt ex montibus peterent
oliuæ, cupresſi, citri, palmarum et
myrti ramos, quibus ex præſcripto
fierent vmbracula.
Itaque vulgo petiuerunt, ſibique 16
pasſim fecerunt vmbracula *h* apud
ſua tecta, et in atriis tum ſuis tum
fani, tum in platea portæ aquæ et
Ephraimitarum: atque in iis a ſe 17
factis vmbraculis omnis eorum
multitudo, qui ex captiuitate redie-
rant, manſit: id quod a Ioſuæ Nunis
filii temporibus ad eum diem non
fecerant Israelitæ, fuitque ea maxi-
ma lætitia: quum interea legis di- 18
uinæ liber quotidie a primo ad vlti-
mum diem recitaretur: ac peracto
ſeptemdiali feſto, octauo die fue-
runt, vt mos erat, feriæ.

CAPVT IX.

Ieiunia Israelitarum. Leuitarum laudationes de Ioua. Beneficia Dei, populi peccata.

EIusdem menſis die viceſimo 1
quarto congregati Israelitæ
ieiuni, et centonibus induti,
terraque conſperſi, israeliticam 2
ſtirpem ab omnibus alienigenis ſe-
pararunt: adſtantesque tum ſua pec-
cata, tum maiorum ſuorum com-
misſa confesſi ſunt; ſuoque loco 3
ſtantes, quum quater in die ex li-
bro legis Iouæ Dei ſui recitaretur,
quater peccata confesſi ſunt, et
Iouam Deum ſuum adorarunt.
Deinde conſcenſo leuitico pulpito 4
Ieſua, Banis, Cadmiel, Seban-
ias, Bonnis, Serebias, Banis et
Benanis, Iouam Deum ſuum ma-
gna voce inuocauerunt: dixe- 5
runtque Leuitæ Ieſua, Cadmiel,
Banis, Haſabnias, Serebias, Hod-
ias, Sebanias et Phathahias: agi-
te, collaudate Iouam, Deum ve-
ſtrum per omnem æternitatem:
et tuum, o Ioua, glorioſum nomen 6
ita celebretur, vt ſupra omnem
celebrationem atque laudem extol-
latur.

h) hæc extra vrbem fieri iusſerat Deus. Sed hic metuebantur hoſtes.

7 latur. Solus tu Ioua, tu cælos
cælorumque cælos, et omnes eo-
rum copias condidiſti: terram et
quæcunque ſunt in ea, maria et
quidquid eſt in eis: tu vitam con-
fers vniuerſis, teque cæleſtis ado-
8 rat exercitus. Tu Ioua Deus es,
L. inquit Eſdras, *H.* qui Abramum
elegiſti, et Vre Chaldæorum edu-
ctum Abrahamum nominaſti, et
expertus eum fideli erga te mente
præditum, pepigiſti te Chananæ-
am, Hettæam, Amorræam, Phere-
zæam, Iebuſæam, et Gergeſæam
terram eius eſſe ſtirpi daturum:
quod quidem tuum promiſſum, vt
9 iuſtus es, præſtitiſti. Etenim ma-
iorum noſtrorum in Aegypto de-
gentium miſeriam reſpexiſti, eo-
rumque querelam apud mare ru-
10 brum exaudiuiſti: et, editis in
Pharaonem omnesque Pharaonios,
et in omnem eius terræ populum,
prodigiis atque portentis, (ſciebas
enim,illos ab eis ſuperbe premi,) fa-
mam tibi, vt perſpicuum eſt, com-
11 paraſti: ac fiſſo ante illos mari,
eis per medium mare in arido
transgreſſis, eorum perſecutores
in vehementium fluctuum fun-
dum, tamquam ſaxa, deieciſti.
12 Tum illos interdiu in nubis, noctu
in ignis columna duxiſti, vt eis
viam, qua irent, colluſtrares.
13 Deinde in montem Sinam deſcen-
diſti, eoſque de cælo adlocutus, eis
rectas ſententias, veras leges, bo-
na inſtituta præceptaque tradidiſti,
14 ſacrum tuum ſabbatum declaraſti,
præcepta, decreta, legem per Mo-
15 ſem tuum præcepiſti, panem fa-
mentibus de cælo ſuppeditaſti, a-
quam de rupe ſitientibus elicuiſti,
et terram, quam te eis daturum
promiſeras, inuadere iuſſiſti.
16 Quumque et illi et maiores noſtri
ſuperbe et contumaciter tuis præ-
ceptis non obediuerint, ſed pare-
re recuſantes, et eorum, quæ apud
eos edideras, miraculorum obliti,
17 ducem ſibi ad ſuum repetendum
cultum contumaciter creauerint:
tu tamen eos, o facilis, exorabilis,
miſericors, ad iram tarde, ad cle-
mentiam propenſe Deus, non de-
ſeruiſti. Quin etiam quum ſibi 18
vitulum fuſilem feciſſent, et hunc
ſuum eſſe Deum, a quo eſſent ex
Aegypto educti, prædicauiſſent,
magnaque et impia commiſiſſent:
tu tamen pro tua ſingulari miſeri- 19
cordia non eos in deſertis deſti-
tuiſti, non eis nubis interdiu colu-
mnam, qua per viam ducerentur,
non ignis noctu, quæ eis prælu-
ceret, et qua foret eundum via oſ-
tenderet, abstuliſti, ſed tuum 20
bonum ſpiritum eorum erudien-
dorum gratia dediſti, neque tu-
um Manna eorum ori ſubtraxiſti,
et aquam ſitientibus dediſti, eoſ- 21
que annis quadraginta in deſertis
ſic aluiſti, vt neque eguerint, ne-
que eorum veſtimenta obſoleue-
rint,aut pedes intumuerint. Tum 22
eis regna et nationes tribuiſti, ita
vt vltro citroque diſperſi, Sehonis
heſebonii regis, Ogique Baſanæ
regis terras occupauerint. Dein- 23
de eorum natos ad cæleſtium ſtella-
rum multitudinem auctos, in ter-
ram introduxiſti, cuius poſſeſſio-
nem inuaſuros eſſe eorum maio-
ribus promiſeras. Ita terram 24
ingreſſi eorum nati occuparunt.
Quumque tu ſubactos eis Chana-
næos incolas, eorumque reges, et
eius terræ populos dedidiſſes, vt
eis ad ſuum vterentur arbitrium:
cepere munitas vrbes, et terram 25
pinguem,et omnibus refertas bonis
domos occuparunt, exciſas ciſter-
nas, vineas, oliueta, et veſcas arbo-
res, magna copia: quibus tuis tan-
tis bonis veſcendo ſatiati, ſaginati,
fruiti, contumaces in te rebella-
runt, et tua lege poſt tergum re- 26
iecta, tuos vates, (a quibus, vt ad te
redirent,admonebantur,) interfece-
runt, et impia patrauere facinora.
Itaque tu eos ipſorum hoſtibus 27
dedidiſti: a quibus infeſtati, quum
te

te implorasſent ; tu de cælo exau-
diuiſti : et, qua es miſericordia, de-
fenſores eis, per quos ab hoſtibus
28 defenderentur, dediſti. At illi
otium adepti, iterum, tibi quod diſ-
pliceret, faciebant, et tu eos in ho-
ſtium poteſtatem tradebas : quorum
imperio presſi, quum te iterum
implorarent, tu de cælis exaudiens,
eos, qua es clementia, tuebare diu,
et admonebas, vt ad tuam redirent
29 legem. At illi, vt erant inſolentes,
tua præcepta et ſententias, in qui-
bus exſequendis homini poſita vita
eſt, non audiebant : ſed in ea pec-
cantes, humeris detrectantibus et
obfirmatis ceruicibus, non obedi-
30 ebant; ac ne te quidem multos
annos ſuper eis cunctante, et eos
tuo nomine tuorum vatum opera
commonefaciente, auſcultabant.
Ergo tu eos ceterarum regionum
31 nationibus dedidiſti, ſic tamen,
vt pro tua ſingulari miſericordia
non eos prorſum deſertos exſtinxe-
ris : quippe Deus exorabilis atque
32 miſericors. Quamobrem, o Deus
noſter, Deus magne, fortis, terribi-
lis, qui pacta ſeruas et clementiam,
noli tantam parui facere calamita-
tem, quæ nobis, noſtris regibus,
primatibus, ſacerdotibus, vatibus,
maioribus, denique tuis omnibus,
ab Asſyriæ regum temporibus ad
33 hunc vsque diem accidit. Et tu
quidem in omnibus, quæ nobis
euenere, iuſtus es, æquumque feci-
34 ſti : et nos impie egimus, noſtri-
que reges, principes, ſacerdotes et
maiores tuam legem non ſunt ex-
ſecuti ; tuis præceptis et oraculis,
quibus eos monuiſti, non dederunt
35 operam, inque ſuo regno, et in
tantis bonis, in eos a te collatis, et
in ampla illa et pingui terra, eis a
te conceſſa, non tibi ſeruierunt,
neque a ſuo prauo deſciuerunt in-
36 genio. Ecce nos hodie ſeruos,
terramque, quam tu maioribus no-
ſtris dederas, vt eius fructibus bo-
niſque veſcerentur : ecce nos in ea
ſeruos, quæ tantos regibus edit
prouentus, quos tu reges nobis
propter noſtra peccata impoſuiſti :
quibus in noſtra et corpora et pe- 37
cora ſuo arbitratu dominantibus,
in magna ſumus anguſtia. Et ta- 38
men firmum fœdus percutimus at-
que ſcribimus, quod a noſtris prin-
cipibus Leuitisque et ſacerdotibus
obſignetur.

CAPVT X.

Fœdus nouum cum Ioua. Signatores. Populi iusiurandum. Annua munera pro templo. Miniſtri varii in fano.

ERant autem ſignatores, Nehe- 1
mias Aterſatha Hachaliæ fi-
lius, Sedecias, Saraias, Azar- 2
ias, Ieremias, Phashur, Amarias, 3
Melchias, Hattus, Sabanias, Mal- 4
luchus, Harimus, Meremothus, 5
Abdias, Daniel, Genthon, Baru- 6
chus, Moſollamus, Abias, Miia- 7
min, Maazias, Belgais et Sema- 8
ias, qui quidem erant ſacerdotes.
Leuitæ autem, Ieſua Azaniæ filius, 9
Bennuis ex Henadadi natis, Cad-
miel : et eorum fratres, Secheni- 10
as, Hodias, Celita, Phalaias, Ha-
nan, Micha, Rohobus, Haſabias, 11
Zaccur, Serebias, Sabanias, 12
Hodias, Banis, Beninus. 13
Populi primarii Pharoſus, Phahath- 14
moabus, Elamus, Zattus, Banis,
Bunis, Azgadus, Bebais, 15
Adonias, Begoais, Adin, 16
Ater, Ezechias, Azur, 17
Hodias, Haſumus, Beſais, 18
Hariphus, Anathotus, Nebais, 19
Magpias, Moſollamus, Hezir, 20
Meſezabeel, Sadocus, Iadua, 21
Phalatias, Hanan, Anaias, 22
Oſea, Ananias, Hasſubus, 23
Hallohes, Phileha, Sobecus, 24
Rehumus, Haſabna, Maaſeias, 25
Achias, Anan, Malluchus, 26
Harimus et Baana. 27
Reliquus populus, ſacerdotes, Le- 28
uitæ, ianitores, cantores, dedititii,
et quicumque a ceterarum regio-

num

num populis ad diuinam legem ſe
receperant, vna cum ſuis vxoribus
et liberis, quicumque erant intel-
29 lectus capacis, hi conſanguineis
ſuis nobilibus adiutores fuerunt,
et ſacramento dixerunt, iurarunt-
que, ſeſe ex lege diuina, per Moſem
Dei cultorem lata, victuros, omnia-
que Iouæ Dei noſtri præcepta, iura,
placita ſeruaturos atque obituros,
30 neque nos filias noſtras indigenis
elocaturos, neque eorum filias no-
31 ſtris filiis adſcituros, neque ab
indigenis, merces aut vllam rem
venalem die ſabbati ad vendendum
importantibus, accepturos die ſab-
bati, aut die ſacro, et annum ſepti-
mum, atque omne *i* debitum remiſ-
32 ſuros. His quoque nos imperatis
ſubiecimus, vt nobis ſinguli ſicli
quadrantes quotannis imperaren-
tur ad templi Dei noſtri munia,
33 ad panem ordinarium, et fertum
perpetuum, ad ſabbatorum et no-
uiluniorum ſolidum ſacrificium
perpetuum, ad ſolemnia, ad ſacra,
ad piacula, quibus pro Iſraelitis
ſupplicaretur, denique ad omne
34 opus templi Dei noſtri. Præterea
ſuper lignorum collatione ſortes
iecimus, ecqui ſacerdotum Leuita-
rum et plebeiorum ea in Dei noſtri
fanum generatim certis tempori-
bus quotannis aduehetent, in altari
Iouæ Dei noſtri ad præſcriptum
35 legis comburenda: itemque de
terræ noſtræ et omnium cuiuscum-
que arboris fructuum primitiis
quotannis in Iouæ templum infe-
rendis, et de filiorum pecorum-
36 que noſtrorum primogenitis, ſicut
eſt in lege præſcriptum: de boum
et balantum noſtrarum primogeni-
tis, in Dei noſtri templum ad ſacer-
dotes in eo miniſtrantes ſiſtendis.
Item vt frugum noſtrarum primi-
37 tias, et exceptitia, et omnium fru-
ctus arborum, muſtum et oleum
ſacerdotibus in templi Dei noſtri
cellas adferremus: terræque noſtræ
decumas Leuitis, qui Leuitæ omnia
agriculturæ noſtræ oppida decima-
rent: *k* Pontifex autem Aharone 38
prognatus, cum Leuitis Leuitas
decimaret, et Leuitæ decumarum
decumas in templum Dei noſtri in
repoſitorii cellas inferrent. De- 39
bent enim Iſraelitæ et Leuitæ ex-
ceptum frumentum, vinumque et
oleum in cellas, vbi ſacrarii vaſa
ſunt, inferre: ſacerdotes autem et
ianitores cantoresque miniſtrare,
ne Dei noſtri templum deſeramus.

CAPVT XI.

Hieroſolyma ſacra vrbs. Incolæ vrbis a ciuitate. Claſſium ſocietas Iudæi, et Beniamitæ.

HAbitauerunt autem populi 1
primores Hieroſolymis, et
reliqua plebs decimum quem-
que ſortita eſt, qui Hieroſolymam
vrbem ſacram incolerent: nouem
autem partes in reliquis oppidis ha-
bitarent. Collaudauitque popu- 2
lus omnes, qui vltro Hieroſolymam
incolere voluerunt. Atque hi 3
ſunt prouincialium principes, qui
Hieroſolymis conſederunt, (nam
ceteras quidem Iudææ vrbes in ſua-
rum quique ciuitatum patrimoniis
incoluerunt Iſraelitæ, ſacerdotes,
Leuitæ, dedititii, et a Solomoniis
orti,) Hieroſolymis inquam, qui 4
conſederunt, Iudæi erant et Benia-
mitæ. Iudæi Athaias ad Pharem
per Vziam patrem ſuum, Zachari-
am, Amariam, Saphatiam et Maha-
laleelem genus referens: et Maa- 5
ſeias Baruchi filius, Chalhozis ne-
pos, Hazaiæ pronepos, Adaiæ ab-
nepos, Ioiaribi atnepos, Zachariæ
Silonis filii trinepos. Omnium 6
Phare prognatorum, qui Hieroſo-
lymis conſederunt, ſumma fuit qua-
dringenti ſexaginta octo, homines
militares. Beniamitæ vero, Sallus 7
Moſollami filius, Ioedi filii, Pha-
daiæ

i) vide Deuteron. 15, 1. *k*) vide Numer. 18, 8. et infra.

daiæ filii, Colaiæ filii, Maaſeiæ filii,
8 Ithielis filii, Eſaiæ filii: et poſt
eum Gabbaiſallais, nongenti viginti
9 octo, quibus præfectus fuit Ioel
Zechris filius, Iudas autem Senuæ
filius ſecundum in ciuitate locum
10 dignitatis obtinuit. Ex ſacerdo-
tibus Iedaias Ioiaribi filius, Iachin,
11 Sareias ab Achitobo deinceps per
patrem ſuum Helciam, Moſolla-
mum, Sadocum, Meraiothum genus
12 ducens: æditimus, eorumque
cognati, qui opus in templo face-
rent, octingenti viginti duo: et
Adaias Ierohami filius, Phalaliæ
nepos, Amſis pronepos, Zachariæ
abnepos, Phashuris atnepos, Melch-
13 iæ trinepos, et eius cognati fa-
miliarum primarii ducenti quadra-
ginta duo: tum Amasſais, Azareelis
filius, Ahzais nepos, Meſillemothi
14 pronepos, Emmeris abnepos, et
eorum cognati, homines militares
centum viginti octo, præfecto Zad-
15 biele Gedolimi filio. Ex Leuitis
Semaias Hasſubi filius, Azricami
nepos, Haſabiæ pronepos, Bunnis
16 abnepos. Exteriori fani operi
præfuit Sabbethais et Iozabadus ex
17 Leuitarum principibus. Exordi-
endæ precum celebrationis prin-
ceps fuit Mathanias Michæ filius,
Zabdis Aſapho prognati nepos:
item Bacbucias ſecundæ inter co-
gnatos ſuos dignitatis, et Abda Sam-
muæ filius, Galalis nepos, Ieduthu-
18 nis pronepos. Leuitæ in vrbe
ſacra fuerunt in ſumma ducenti
19 octoginta quatuor. Ianitores Ac-
cubus, Talmon, et eorum conſan-
guinei, cuſtodias in portis agentes,
20 centum ſeptuaginta duo. Reliqui
Israelitæ ſacerdotes Leuitæ in o-
mnibus oppidis Iudææ ſua quique
21 in hereditate manſerunt. Dedi-
titii Ophel incoluerunt præfectis
22 Siha et Giſpa. Leuitarum autem
hieroſolymitanorum præfectus fu-
it Ozis Banis filius, Haſabiæ nepos,
Mathaniæ pronepos, Michæ abne-
pos, ex prognatis Aſapho cantori-
bus, operi fani vacantibus. Nam 23
de eis ita fuerat a rege imperatum,
vt cantoribus ſuum quoque die
munus adſignaretur. Phathahias 24
Meſezabelis filius, a Zara Iudæ filio
genus ducens, regi erat ab omni-
bus popularibus negotiis. Apud 25
pagos in ſuis agris incoluerunt a
Iuda orti, Cariatharbam et Dibo-
nem, earumque colonias: Cabſeel
et eius pagos: Ieſuam, Moladam, 26
Bethphalet, Haſalſual, Berſabam 27
et eius colonias: Siceleg, Mocho- 28
nam et eius colonias: Enremmo- 29
nem, Saraam, Iarmutham, Zano- 30
am, Odollamam, et earum pagos.
Lachim et eius agros. Azecam et
eius colonias: occupaueruntque a
Berſaba vsque ad vallem Hennomi.
Beniamitæ autem a Gabo Mach- 31
mas, Aiam, Bethel et eius colonias:
Anathota, Nobam, Ananiam, 32
Haſor, Ramam, Gettaim, 33
Hadid, Seboim, Neballatum, 34
Lodam, Ononem, et fabrorum 35
vallem. Leuitarum autem claſſes 36
Iudæorum erant et Beniamitarum
communes.

CAPVT XII.

Sacerdotes, Leuitæque cum Zorobabele. Leuitæ in dedicando vrbis ſacræ muro. Rituum priſcorum obſeruatio.

SAcerdotes autem et Leuitæ, qui 1
cum Zorobabele Salathielis fi-
lio et Ieſua venerunt, ſunt hi:
Saraias, Ieremias, Esdras, Amar- 2
ias, Malluchus, Hattus, Sechen- 3
ias, Rehumus, Meremothus,
Iddo, Genthon, Abias, 4
Miniamin, Maadias, Belga, 5
Semeias, Ioiaribus, Iadaias, 6
Sallus, Amocus, Helcias et Iadaias. 7
Hi cum ſuis conſanguineis Ieſuæ
tempore fuerunt principes ſacerdo-
tum. Leuitæ autem, Ieſua, Ben- 8
nuis, Cadmiel, Serebias, Iudas et
Matthanias, eiusque cognati hy-
mnis præerant. Bacbucias et Vn- 9
nis, quibus attributi erant ipſo-
rum

rum cognati, cuſtodias agebant.
10 Genuit autem Ieſua Ioacimum, Io-
acimus Eliaſibum, Eliaſibus Ioia-
11 dam, Ioiada Ionathanem, Iona-
12 than Iaduam. Ac Ioacimi tem-
poribus fuere ſacerdotes familia-
rum primarii, Saraiæ filius Ma-
13 raias, Ieremiæ Ananias, Esdræ
Moſollamus, Amariæ Ioannes,
14 Miliconis Ionathan, Secheniæ Io-
15 ſephus, Harimi Adna, Meraio-
16 thi Helcais, Iddonis Zacharias,
17 Genthonis Moſollamus, et Ab-
iæ Zechris, Miniaminis Moadiæ fi-
18 lii Piltais, Belgæ Sammua, Sema-
19 iæ Ionathan, Ioiaribi Mathanais,
20 Iadaiæ Ozis, Sallais Callais, A-
21 moci Heber, Helciæ Haſabias,
22 Iadaiæ Nathanael. Leuitæ Elia
ſibi tempore, Ioiada, Ioannes et
Iaddua, ſcripti ſunt familiarum pri-
marii, et ſacerdotes ſub regno Da-
23 rii Perſæ, qui Leuitæ familiarum
primarii in annalibus deſcripti fu-
erunt ad tempus Ioannis Eliaſibi fi-
24 lii: quorum principes fuerunt
Haſabias, Serebias et Ieſua Cad-
mielis filius, iisque attributi ipſo-
rum conſanguinei ad laudes ex di-
uini Dauidis diſciplina celebran-
25 das, cuſtodiis inter ſeſe ita com-
paratis, vt Mathanias, Bacbucias,
Abdias, Moſollamus, Talmon et
Accubus portarum cuſtodias age-
26 rent in veſtibulis. Atque hæc
quidem temporibus Ioacimi Ieſuæ
filii, Ioſedeci nepotis, et Nehemiæ
prætoris, et Esdræ ſacerdotis pro-
27 feſſoris. Ad dedicationem vero
muri Hieroſolymæ conquiſiti ſunt
ſuis omnibus ex locis Leuitæ, qui
Hieroſolymam deducti, dedicatio-
nem cum lætitia et carminum ce-
lebritate, cymbalis, nablis et cytha-
28 ris agerent. Ita congregato can-
torum genere, tum ex planitie cir-
cum Hieroſolymam poſita, tum ex
29 pagis netophatiis, exque Beth-
galgale et Gabanis agris, Azmotha-
niſque, (nam pagos ſibi circum
Hieroſolymam exſtruxerant can-
tores,) purificati ſunt ſacerdotes 30
et Leuitæ, populumque et portas
et muros purificauerunt. Et ego 31
Iudæorum principes murum iuſſi
conſcendere: ſtatuique prolixos
ordines laudatorum duos, quorum
vnus dextrorſum ſuper muro ad
fimariam portam procederet, ſe- 32
quentibus eum Oſaia cum dimi-
dia parte principum Iudææ, A- 33
zaria, Esdra, Moſollamo, Iuda, 34
Beniamine, Semeia,.Ieremia: et 35
ex ſacerdotum genere cum tubis
Zacharia, qui ab Aſapho deinceps
per patrem ſuum Ionathanem, Se-
meiam, Mathaniam, Michæam,
Zaccurem genus ducebat: eius- 36
que conſanguineis Semeia, Azare-
le, Malalai, Maai, Nathanaele, Iu-
da et Hanani, cum diuini Dauidis
muſicis inſtrumentis, præceden-
te eos Esdra profeſſore. Atque 37
hi quidem per portam fontis, e re-
gione aliorum per gradus vrbis
Dauidis adſcenderunt, per adſcen-
ſum muri, ſupra Dauidis domum,
vsque ad aquæ portam orientalem.
Alter ordo ſiniſtrorſus ibat, ſe- 38
quente me et dimidia parte populi
ſuper muro, a turri furnorum, ad
latum murum: et a porta Ephrai- 39
mitarum, per portam antiquam,
et portam piſcium, turrimque Ha-
naneelis, et turrim Meam vsque
ad portam balantum, ſtatum eſt ad
portam carceris. Ita conſtitere 40
duo laudatorum ordines in templo,
nec non ego vna cum magiſtratuum
parte dimidia. Sacerdotes Eliaci- 41
mus, Maaſeias, Miniamin, Mi-
chæas, Elioenais, Zacharias et A-
nanias tubas habebant. Maaſeias, 42
Semeias, Eleazar, Ozis, Ioannes,
Melchias, Elamus et Azer cantores
perſonabant, præfecto Iezrahia.
Eo die facta ſunt magna ſacrificia, 43
actaque lætitia eſt, quippe quam in-
gentem eſſent diuinitus conſecuti:
et acta etiam a mulieribus et pue-
ris, ita vt ea hieroſolymitana pro-
cul exaudita ſit lætitia. Eodem- 44
que

que die præpoſiti ſunt cellis homi-
nes, qui in eas exceptitia, primi-
tias, et decumas ex oppidorum
agris comportari condique cura-
rent, quæ legitimæ ſacerdotibus
5 eſſent et Leuitis portiones. Læ-
tabantur enim Iudæi, ſacerdotes et
Leuitas adeſſe, et Dei ſui luſtra-
tionisque diſciplinam ſeruare, can-
toresque et ianitores in Dauidis et
eius filii Solomonis inſtituto ma-
5 nere. Nam Dauidis et Aſaphi
ſæculo cantorum magiſtri, lau-
dumque et celebrationis Dei car-
mina fuerant antiquitus inſtituta.
7 Itaque omnes Iſraelitæ Zorobabe-
lis et Nehemiæ tempore cantori-
bus et ianitoribus quotidianum
demenſum conferebant, idque ipſi
Leuitis, et Leuitæ porro Aharo-
niis conſecrabant.

CAPVT XIII.

Moſis lex in Ammonitam, ac Moabitam. Abdicatio alienigenarum. Cellarum purificatio. Decumarum vſus. Ad Iouam Nehemias. Sabbati obſeruatio. Vxorum alienarum repudiatio. Mulierum vis in Solomonem effeminatum. Primitiarum inſtitutio. Pro ſemet Nehemias ad Iouam.

QVodam die quum Moſis liber
audiente populo recitaretur:
inuentum eſt in eo ſcriptum,
ne Ammonita aut Moabita vm-
quam in diuinam admitteretur ciui-
tatem: quoniam non ſolum Iſ-
raelitas cibo et potione non iuuiſ-
ſent, verum etiam contra eos Ba-
laamum pretio conduxiſſent, qui
eis imprecaretur: quamquam De-
us noſter diras in fauſtum conuer-
tiſſet omen. Hac audita lege, o-
mnis alienorum turba ex Iſraeli-
tarum eſt numero ſubmota. Iam
vero antea Eliaſibus pontifex, cel-
læ templi Dei noſtri præpoſitus,
Tobiæ, cui propinquus erat, in-
gentem cellam fecerat, vbi prius
reponi ſolebant fertum, tus, vaſa
et frumenti, vini oleique decumæ,
Leuitis cantoribus et ianitoribus
inſtitutæ, et ea quæ ſacerdotibus ex-
cipiebantur. Quæ quum fierent, 6
ego Hieroſolymis non eram. Nam
ad Artaxerxem Babyloniæ regem
anno eius regni triceſimo ſecundo
veneram. Igitur quum aliquan- 7
to poſt regis conceſſu Hieroſoly-
mam veniſſem, perſpecto Eliaſibi
circa Tobiam facinore, cui cellam
in atriis templi feciſſet; valde im-
probaui, proiectisque extra cel- 8
lam omnibus domeſticis Tobiæ
vtenſilibus, iuſſi cellas purifica- 9
ri, eoque fani ſupellectilem, fer-
tum et tus retuli.

Quumque cognouiſſem, Leuitas 10
et cantores miniſtros, quoniam Le-
uitis demenſum non daretur, paſſim
in ſuos agros diffugiſſe: eos, ob- 11
iurgatis magiſtratibus, quod dice-
rem, nobis fanum non eſſe deſeren-
dum, conuocaui, et in priſtinum
ſtatum reſtitui. Ita factum eſt, vt 12
Iudæi vulgo frumenti, vini, oleique
decumas in cellam adferrent: quem 13
ego penum Selemiæ ſacerdoti, et
Sadoco profeſſori, et Phadaiæ ex
Leuitis commiſi: iisque Hananem
Zaccuris filium, Mathaniæ nepo-
tem, attribui: qui pro ea, quam
habebant, fidelitatis opinione,
conſanguineis ſuis distribuerent.
Memento mei, mi Deus, ob hanc 14
rem, neue mea erga Dei mei tem-
plum eiusque cærimonias benefi-
cia aboleto.

Eodem tempore quum vidiſſem, 15
per Iudæam ſabbato torcularia cal-
cari, manipulos vehi, onerari aſinos,
etiamque vinum, vuas, ficus, deni-
que omne onerum genus Hieroſo-
lymam die ſabbati importari: eos
commonefeci, quo die cibaria eſ-
ſent vendenda. Quumque Tyri 16
incolæ piſces, et omnia promercalia
adferrent, et Iudæis in ſabbato Hie-
roſolymæ venderent: obiurga- 17
ui Iudææ optimates: quodnam, in-
quam, facinus admittitis, dum ſab-
bati diem profanatis? Nonne 18

propter ſimile maiorum veſtro-
rum factum Deus noſter et nos et
hanc vrbem hisce tot malis adfe-
19 cit? Et vos Iſraelitarum pœnas
violando ſabbato augetis? Itaque
quum primum Hieroſolymorum
portæ ante ſabbatum inumbratæ
ſunt: iusſi eas occludi, nec niſi poſt
ſabbatum aperiri: meorumque fa-
mulorum quosdam ad portas collo-
caui, ne quod onus die ſabbati im-
20 portaretur. Quumque mercato-
res et cuiusque rei venditores ex-
tra Hieroſolymam ſemel atque ite-
21 rum pernoctasſent: eos admo-
nui, ne ad muros pernoctarent:
quod ſi iterarent, manum eis ad-
laturum. Itaque ex eo tempore in
22 ſabbato non veniebant. Leuitis
etiam præcepi, vt luſtrati porta-
rum capesſerent cuſtodiam die ſab-
bati ſancte agendi gratia. Huius
quoque rei gratia memento mei,
mi Deus, et mihi pro tua ſingu-
23 lari clementia ignoſce. Tum
quoque videns, Iudæos vxores a-
zoticas, ammoniticas et moabiti-
24 cas duxisſe, eorumque natos ſe-
miazotice loquentes, iudaice ne-
ſcire, ſed diuerſorum ſermone po-
25 pulorum vti: eos in iurgio de-
teſtatus, nonnullos eorum verbera-
ui, vulſisque capillis Deum iura-
re coegi, neque filias ſuas illorum
filiis daturos, neque filias illorum
ſuis filiis aut ſibi adſcituros. Ni- 26
mirum in eo (inquiebam) offendit
Iſraelitarum rex Solomo, cui
quum par nullus in tot gentibus
rex esſet, qui licet ita Deo ſuo ca-
rus esſet, vt regnum in omnes ſit
Iſraelitas diuinitus adeptus, eum
tamen ad peccandum mulieres per-
duxerunt extraneæ. Et nos ſci- 27
licet vobis in hoc tam turpi com-
mittendo facinore obtemperabi-
mus? vt ducendis externis vxori-
bus contra Deum noſtrum crimen
admittamus? Item vnus ex Io- 28
iadæ filiis, Eliaſibi maximi pontifi-
cis filii, gener erat Sanaballati,
quem ego a me fugaui. Memen- 29
to eorum, mi Deus, qui ſacerdoti-
um et ſacerdotale leuiticumque fœ-
dus inquinant. Igitur poſtquam 30
eos ab omnibus extraneis purgaui,
ſacerdotibus et Leuitis ſuæ cuique
procurationis opus adſignaui, et de
aduehendis certis temporibus li-
gnis, deque primitiis caui. Me-
mento mei, mi Deus, ad meam v-
tilitatem.

ESDRAE LIBER III.

CAPVT I.

Paſcha Ioſia regnante renouatum. Eius ab Aegypti rege nex in prælio. Succesſor Ioachazus. Huius abdicatio. Ioacimi fratris ſuffectio, impietas, mors. Ioachin impius. Captiuus in Babylonem. Sedecias rex impius, Iudæorum depopulatio per Chaldæos, clades miſera, vrbis demolitio.

G. L.

1 EGIT autem Ioſias Domino
ſuo paſcha Hieroſolymis:
idque decimo quarto die
primi menſis immolauit:
quum quidem ſacerdotes in Do- 2
mini ſacro veſtitos in ordines red-
egisſet. Tum Leuitis iſraeliti- 3
corum ſacrorum adminiſtris iusſit,
vt ſeſe domino luſtrarent, ad ſa-
cram domini arcam in templo, quod
Solomo rex Dauidis filius exſtruxe-
rat, collocandam; ne eis esſet hu-
meris ferenda; iamque Domino 4
Deo ſuo et eius Iſraelitis vacarent;
et in familias tribusque ſuas ex Da- 5
uidis Iſraelitarum regis, eiusque
magni-

magnifici filii Solomonis præſcri-
pto redacti, adesſent in ſacro, vt
poſtularet ipſorum Leuitarum par-
titio familiarum, conſanguineis
5 ſuis Israelitis miniſtrantium; et
ordine ſacra immolarent, ſacrificia-
que cognatis ſuis pararent, et pa-
ſcha ex domini præcepto Moſi dato
agerent.
7 Largitus eſt autem Ioſias populo,
qui aderat, agnorum et hædorum
triginta millia, et vitulorum tria
millia. Atque hæc ex regiis facul-
tatibus populo, ſacerdotibus et Le-
uitis ex promiſſo data ſunt. Hel-
cias, Zacharias et Iehiel æditui ſa-
cerdotibus ad paſcha dederunt oues
duo millia ſexcentas, vitulos trecen-
tos. Iechonias, Semeias, Natha-
nael frater, Sabias, Ochiel et Ioramus
tribuni dedere Leuitis ad paſcha
ouium quinque millia, vitulos ſe-
ptingentos. His decenter effectis
ſtetere non fermentatos panes ha-
bentes Leuitæ, in patrias cognatio-
nes et curias digeſti, apud populum:
vt Domino ad præſcriptum libri
Moſis libarent; idque mane. Tum
paſchalem victimam igni rite tor-
rent, et hoſtias in ahenis et lebeti-
bus cum ſuaui coctas odore, in o-
mnes partiuntur populares. De-
inde ſibi dapes ſuisque conſangui-
neis ſacerdotibus Aharone progna-
tis parant Leuitæ: et ideo pa-
rant, quod ſacerdotes circa adipes
erant ad intempeſtiuum vsque
tempus occupati.
Cantores ſacri Aſapho prognati
ſuum munus obibant, quemadmo-
dum fuerat a Dauide, Aſapho, Za-
charia et Idythune regio inſtitutum.
Ianitores ad quodque veſtibulum
aderant, nullo eorum ſuam vicem
intermittente, quandoquidem eo-
rum conſanguinei Leuitæ victum
iis parabant. Ita inſtructis eo die
rebus, ad domini ſacrificium perti-
nentibus, vt ageretur paſcha, et
hoſtiæ ad diuinam immolarentur
aram: iusſu Ioſiæ regis egerunt Is-
raelitæ, qui per id tempus aderant,
paſcha et azymalia ſeptem dies, 19
quale paſcha nullum in Israelitis
actum erat a tempore Samuelis va-
tis: nec vllum tale egerant vlli re- 20
ges Israelitarum, quale egerunt Io-
ſias, ſacerdotes, Leuitæ, et omnes,
qui aderant, Iudæi et Israelitæ, et
Hieroſolymæ habitatores. Atque 21
hoc quidem paſcha actum eſt, octa-
uum decimum annum regnante
Ioſia. Ac Ioſiæ quidem res, mente 22
pietatis plena præditi, recte ſe per
eius Dominum habuerunt. Ve- 23
rum de eius rebus ſcriptum ſuperi-
oribus temporibus eſt, vbi de eis
agitur, qui tot peccatis et ſceleribus,
(quibus omnes nationes regnaque 24
vicerunt,) Dominum ſic offenderunt
atque commouerunt, vt, quæ mina-
tus erat Israelitis, euenerint. Poſt 25
hanc omnino a Ioſia actam rem, ac-
cidit, vt Aegypti rex Pharao in Car-
chamim, apud Euphratem ſitam,
expeditionem faceret. Cui quum 26
obuiam proficiſceretur Ioſias: mi-
ſit ad eum rex Aegypti in hunc mo-
dum: quid tibi mecum rei eſt, Iu-
dææ rex? Non ad te a Domino 27
Deo mittor: nam mihi bellum eſt
apud Euphratem. Itaque quum
mihi adſit Deus, et me ſimul vrgeat:
omitte me, et noli Domino repu-
gnare. Verum Ioſias ab illo inua- 28
dendo non deſtitit, ſed cum illo di-
micare conatus eſt; nec auditis 29
Ieremiæ vatis a domino dictatis
verbis, prœlium cum eo in campo
Mageddone commiſit: vbi iacula- 30
tis in eum ſagittariis, iusſit famulis
ſuis, vt ſe ex prœlio educerent:
nam valde infirmum esſe. Ita con- 31
tinuo ſubductus a ſuis famulis ex
acie, et conſcenſo altero ſuo curru
Hieroſolymam deportatus, vitam
finiuit, et in patrio ſepulcro con-
ditus eſt, inque tota Iudæa defle-
tus; eſtque Ieremias vates Io- 32
ſiam lamentatus, eumque lamen-
tantur adhuc, qui huic rei præ-
ſunt, vna cum mulieribus, quæ res

in toto genere iſraelitico in perpe-
tuam conſuetudinem verſa eſt.
33 Atque hæc ſcripta ſunt in libro ea-
rum rerum, quæ,de Iudææ regibus
memoriæ proditæ ſunt. Ac de ſin-
gulis Ioſiæ rebus geſtis, gloria, do-
minicæ legis prudentia, breuiter
et de ceteris, et de hiseius rebus
geſtis, memoriæ traditum eſt in li-
bro regum Iſraelitarum et Iudæo-
rum.
34 In Ioſiæ locum adlectus in re-
gnum a populo eſt Ioachazus eius
filius, annum agens viceſimum ter-
35 tium. Qui poſtquam Hieroſoly-
mæ in Iudæa menſes tres regnauit:
abrogauit ei Hieroſolymæ regnum
36 Aegypti rex, gentemque argenti
talentis centum, et auri talento v-
37 no multauit, et Ioacimum illius
fratrem Iudææ et Hieroſolymæ re-
38 gem creauit, vinctosque prima-
tes et eius fratrem Ioachazum ab-
duxit in Aegyptum.
39 Ioacimus anno ætatis ſuæ viceſi-
mo quinto Iudææ et Hieroſolymæ
regnum adeptusDominum offendit.
40 Aduerſus eum expeditionem fecit
Babyloniæ rex Nabuchodonoſor;
æneoque conſtrictum vinculo Ba-
41 bylonem duxit, et partem ſacro-
rum Domini vaſorum abſtulit et
Babylone in templo ſuo poſuit.
42 Sed de eius rebus geſtis, impurita-
te et infamia litteris proditum eſt
in annalibus regum.
43 Ei ſucceſſit in regnum Ioachin
eius filius, annos tum natus octo-
44 decim: qui vbi menſes tres et dies
decem Hieroſolymis impius in Do-
45 minum regnauit: ineunte vere
curauit eum Nabuchodonoſor Ba-
bylonem, vna cum ſacris domini
46 vaſis, transferendum; Sedeciam-
que Iudææ et Hieroſolymæ regem
conſtituit, annum agentem viceſi-
47 mum primum. Regnauit is annos
vndecim. Dominum offendit, nec
dictis Ieremiæ vatis a Domino di-
48 ctatis motus eſt, quin,dato Nabu-
chodonoſori regi per Domini no-
men iureiurando, periurus defice-
ret, Dominique Iſraelitarum Dei
iura et ceruice et corde obſtinato
violaret. Populi quoque et ſacer- 49
dotum principes multa peccaue-
runt, et omnia omnium gentium
flagitia ſupergreſſi, Domini fanum
Hieroſolymis conſecratum pollue-
runt. Quumque patrius ipſorum 50
Deus eos miſſo nuntio ſuo reuo-
caret; quod et ipſis et ſuo parcebat
tabernaculo: deridebant eius nun-
tios. Ac tum, quum Dominus lo- 51
queretur, eius vates ludificabantur:
donec ille, ſuis propter flagitia ira- 52
tus, incitauit in eos Chaldæorum
reges, qui eorum pubem ferro 53
circum ſacrum eorum templum
trucidarunt, neque iuuenibus, ne-
que virginibus, neque ſenibus, ne-
que paruulis pepercerunt, o- 54
mnibusque potiti, omnia ſacra Do-
mini vaſa ſiue maiora, ſiue minora,
diuinæque arcæ inſtrumentum, et
regias opes deprædati, Babylonem
aſportarunt, Domini templum 55
combuſſerunt, Hieroſolymæ mœ-
nia demoliti ſunt, turres igni cre-
mauerunt, omnibusque vrbis 56
ornamentis in nihilum redactis,
eos, qui ferrum euaſerant, Babylo-
nem abduxerunt, vbi regi eiusque 57
natis ſeruiuerunt, donec regnum
obtinuere Perſæ: vt id eueniret,
quod Dominus ore Ieremiæ mina-
tus erat: hoc eſt, vt ſuis terra 58
ſabbatis frueretur, quæ tamdiu fe-
riata eſt, quamdiu deſerta fuit, ad
peragendos annos ſeptuaginta.

CAPVT II.

Cyri decretum de muro Hieroſolymæ inſtaurando. Ad regem Artaxerxem litteræ contra inſtauratores. Rex ab iniquis perſuaſus.

ANno primo regni ſui a Domi- 1
no inſtinctus Cyrus Perſarum
rex, (vt accideret id, quod fu-
erat a Domino Ieremiæ voce præ-
dictum) edixit per totum impe- 2
rium

rium ſuum, idque ſcripto in hunc
modum: hæc dicit Perſarum rex
3 Cyrus: orbis regem me creauit
Dominus Iſraelitarum, Dominus
ſupremus: mihique mandauit, vt
templum ſibi Hieroſolymis in Iu-
4 dæa conſtruerem. Si qui ſunt
igitur veſtrum ex illius gente, pro-
ficiſcantur ſane, illo ſuo Domino
ſecundo, Hieroſolymam, quæ eſt
5 in Iudæa, ad ædificandum Do-
mini Iſraelitarum templum, qui
Dominus Hieroſolymis habitat.
6 Ac quicumque eorum conterranei
ſunt, quemcumque locum incolant;
iuuent eos auro, argento, donis,
7 equis, iumentis, præter alia,
quæ hieroſolymitano Domini tem-
8 plo votiua dicantur. Tum iu-
daicæ et beniamiticæ tribus famili-
arum primarii et ſacerdotes atque
Leuitæ, omnesque a Domino in-
ſtincti, proficiſci parant ad hiero-
ſolymitanum templum Domino in-
9 ſtaurandum: quos omnibus re-
bus adiuuere vicini, argento, au-
ro, equis, iumentis, et plurimis
multorum rebus votiuis, qui ad id
0 impulſi ſunt. Præterea rex Cy-
rus ſacra Domini vaſa protulit, quæ
Nabuchodonoſor, Hieroſolymis ab-
lata, in ſuo deaſtrorum templo po-
1 ſuerat. Hæc depromta Cyrus
Perſarum rex Mithridati quæſtori
2 ſuo tradidit, per quem Abasſaro
3 Iudææ prætori tradita ſunt. Eo-
rum numerus erat hic: aurea pocula
mille: argentea totidem: mortaria
argentea vndetriginta: phialæ au-
reæ triginta, argenteæ duo millia
quadringentæ decem, et alia vaſa
4 mille. Omnium vaſorum tum
aureorum tum argenteorum, quæ
relata ſunt, ſumma eſt quinque mil-
lia quadringenta ſexaginta nouem,
5 quæ a Sannabasſaro vna cum capti-
uis Babylone Hieroſolymam de
6 portata ſunt. Temporibus au-
tem Artaxerxis Perſarum regis
ſcripſerunt ad eum contra Iudææ et
Hieroſolymæ incolas, Belemus,

Mithridates, Tabellius, Rathy-
mus, Beeltethmus et Semellius ſcri-
ba, reliquique eiusdem ordinis in
Samaria aliisque locis habitantes,
infra ſcriptam epiſtolam: regi 17
Artaxerxi domino, homines qui
in eius poteſtate ſunt, Rathymus
commentarienſis, Semellius ſcriba,
reliquique eorum conſilii, et præ-
ſides in Cœleſyria et Phœnicia.
Scito, rex, Iudæos huc iſtinc pro- 18
fectos, veniſſe Hieroſolymam,
vrbem rebellem et improbam,
eamque inſtaurare: fora et muros
reficere, et templi fundamenta ia-
cere. Quod ſi hæc vrbs inſtau- 19
rata, eiusque mœnia exædificata
fuerint: non ſolum tributum pen-
dere non ſuſtinebunt, verum etiam
regibus reſiſtent. Et quia templi 20
fit opus: viſum eſt nobis hanc rem
non negligere, ſed te, domine 21
noſter rex, ſubmonere, vt, (ſi tibi
ita videatur,) maiorum tuorum li-
bri inſpiciantur. Inuenies in 22
commentariis proditum litteris de
his rebus: cognoſcesque, ciuita-
tem illam fuiſſe rebellem, regibus-
que et ciuitatibus incommodam:
Iudæosque eius incolas rebelles, 23
et defectionum iam olim auctores:
propter quam etiam cauſſam ea va-
ſtata vrbs eſt. Quamobrem hoc 24
tibi, domine rex, demonſtramus,
ſi ea vrbs inſtaurata, eiusque mu-
ri fuerint refecti, fore, vt tibi
deinceps in Cœleſyriam et Phœni-
ciam reditus non pateat. Tum 25
reſcripſit rex Rathymo commenta-
rienſi, et Beeltethmo, et Semellio
ſcribæ, ceterisque eiusdem ordinis
Samariam Syriamque et Phœnicem
incolentibus ea, quæ infra poſita
ſunt. Legi epiſtolam, quam mi- 26
hi miſiſtis. Itaque inſpici iusſi, et
inuentum eſt, ciuitatem illam anti-
quitus eſſe regibus contrariam,
hominesque defectionum et bello- 27
rum in ea auctores, et reges po-
tentes atque acres fuiſſe Hieroſoly-
mis, qui Cœleſyriæ et Phœniciæ

imperarent, tributaque legerent.
28 Quapropter impero, homines illos
ab vrbis ædificatione impediri:
29 ac, ne quid præterea fiat, prouide-
ri: ne malum longius ad regum
30 detrimentum procedat. Tum le-
ctis, quæ ab Artaxerxe rege ſcri-
bebantur, Rathymus et Semellius
ſcriba, eorumque gregales, Hie-
roſolymam celeriter cum equitatu
et agmine tumultuario profecti,
cœperunt ædificatores impedire:
31 iacuitque hieroſolymitani templi
conſtructio, vsque ad ſecundum
annum regni Darii Perſarum regis.

CAPVT III.

Darii conuiuium. Trium de tribus vim ingentem habentibus diſputatio. Vini vires.

1 IS Darius regnum adeptus, ma-
gno conuiuio accepit ſuos omnes
ſubditos, et vernas, omnesque
2 Mediæ et Perſiæ magnates, o-
mnes ſatrapas, duces et prætores,
ſibi ab India ad Aethiopiam vsque
in centum viginti ſeptem ſatrapiis
ſubditos.
3 Poſtquam epulatum abunde, et
diſcesſum eſt: Darius rex in ſuum
cubiculum ſe recipit, et ſomno cor-
4 reptus dormit. Hic tres iuuenes ſti-
patores, regis corpus cuſtodientes,
5 cœperunt inter ſe cohortari, vt
ſuam quisque ſententiam dicerent,
ea lege, vt qui vicisſet, cuiusque di-
ctum, quam aliorum, ſapientius vi-
ſum fuisſet, huic Darius rex tanta
munera et victoriæ ornamenta con-
6 ferret, vt purpura veſtiretur, auro
biberet, in auro dormiret, aureis
frenis currum, bysſinamque cida-
rim, et torquem circum collum
7 haberet, et ſecundus a Dario pro-
pter ſuam ſapientiam ſederet, Darii-
8 que familiaris diceretur.* Igitur
ſuam quisque ſententiam ſcribunt,
et obſignatas regis Darii puluino
9 ſubiiciunt, eo conſilio, vt exper-
gefacto regi ſcriptum dent, et cu-
ius ſententiam rex et Perſiæ ſum-
mates ſapientisſimam iudicauerint,
huic victoriæ præmium detur ex
ſcripto. Vnus ſcripſit; præpo- 10
tens eſt vinum. Alter: præpo- 11
tens eſt rex. Tertius: præpoten- 12
tes ſunt mulieres: ſed vincit omnia
veritas. Deinde experrecto regi 13
ſcripta tradunt: quibus ille le- 14
ctis; curat euocandos omnes Perſi-
dis et Mediæ ſummates, ſatrapas,
duces, prætores et conſules: et 15
in tribunali ſedens, ſchedulam
apud illos recitari iusſit: deinde 16
iuuenes euocari, qui ſuas decla-
rarent ſententias: eisque acces- 17
ſitis et ingresſis, iubet, vt ipſi ſcri-
ptorum rationem reddant.
Tum primus, qui de vini viribus 18
dixerat, ſic orationem exorditur:
quantum pollet vinum? o viri. O-
mnes, a quibus bibitur, homines de-
cipit: eadem vt ſit regis ac pupilli, 19
ſerui ac liberi, pauperis ac diuitis
mens, efficit: omnium animos ad 20
lætitiam et hilaritatem conuertit:
omnium dolorum et debitorum
memoriam eximit: omnium ani- 21
mos diuites reddit: regum aut ſa-
traparum meminisſe non patitur:
omnia vt per talenta dicantur effi-
cit: vtque poti homines, et 22
amicitiæ et fraternæ necesſitudinis
memoriam deponant: et non mul-
to poſt gladios ſtringant: neque 23
poſtea, vbi a vino reſipuerint,
quid fecerint, recordentur. Non- 24
ne igitur multum pollet vinum, o
viri, quod hæc fieri cogat?

CAPVT IIII.

Regis vires. Mulieris vis. Veritatis virtus. Zorobabel Darium exorans de fano inſtaurando. Exoratus rex. Eius de fano litteræ.

HAec poſtquam ille locutus ſi- 1
luit: cœpit alter, qui de regis
viribus dixerat, loqui in hunc
modum; o viri, nonne perma- 2
gnam

gnam habent vim homines, qui terras et maria, et omnia, quæ in eis inſunt, teneant? Atqui rex his omnibus antecellit et imperat, atque ita dominatur, vt, quidquid iusſerit, faciant. Si iubet inter ſeſe bellum gerere; faciunt: ſi in hoſtes mittit; vadunt, et montes, muros, turres demoliuntur, occidunt et occiduntur, neque regis dictum excedunt. Quod ſi vicerint, tum quæ prædati ſunt, tum cetera referunt ad regem omnia. Rurſum qui a militia et bello abstinentes terram colunt: vbi ſata mesſuerunt, ad regem referunt; cogentesque alii alios, tributa regi adferunt. Is vnus ſi iubet interficere, interficiunt: ſi dimittere; dimittunt: iusſerit verberare, verberant: iusſerit vaſtare, vaſtant: ædificare, ædificant: euertere, euertunt: ſerere, ſerunt: cunctusque eius vel populus vel magiſtratus vni obediunt. Præterea accumbentem, cibum capientem, dormientem circum vndique cuſtodiunt, neque cuiquam diſcedere et ſua curare negotia licet, neque ei non obediunt. Quocirca viri, nonne præpotens rex eſt, cui ſic obtemperetur? His ille dictis tacuit. Tertius autem, qui de mulieribus et veritate dixerat, ſcilicet Zorobabel, ſic orationem incipit. Magnus ſane rex eſt, viri, et homines multi, et vinum multum poteſt. Quid qui his dominatur? quis autem his imperat? nonne mulieres? Mulieres regem genuerunt, et omne hominum genus, maris terræque dominum, ab his ortum eſt. Hæ ipſos educauere vinearum ſatores, ex quibus vinum gignitur. Hæ hominum veſtes faciunt: hæ hominibus gloriam conciliant: nec posſunt abſque mulieribus homines esſe. Quod ſi aurum, argentum, aut quiduis paullo elegantius comparauerint: nonne cuiuſpiam for-
ma et pulchritudine præſtantis mu-
lieris amore capti, illis omnibus 19
omisſis, in hanc oculos defigunt?
hanc hianti ore intuentur? hanc
omnes auro, argento, omni re-
rum pulchritudini anteponunt?
Relinquit homo ſuum ipſius pa- 20
trem, a quo educatus eſt, et pa-
triam, et ſuæ vxori adhæreſcit:
cumque vxore, et patris et matris 21
et patriæ immemor, vitam finit.
Atque vt cognoſcatis, mulieres in 22
vos imperium tenere: nonne quæ
multo labore paratis, omnia femi-
nis datis, atque adfertis? Sumit 23
homo gladium, et foras ad latro-
cinandum et furandum profectus,
maria tranat et flumina. Leones 24
videre ſuſtinet, et per tenebras in-
greditur: atque vbi furatus, præ-
datus, grasſatus eſt, ad amicam
reportat: plusque diligit homo 25
ſuam coniugem, quam parentes:
multique propter mulieres mente 26
alienati ſunt, multi ſerui facti, 27
multi perierunt, multi propter fe-
minas lapſi peccauerunt. Quid? 28
an mihi non creditis? nonne in-
gens regis poteſtas eſt? nonne o-
mnes eum nationes vel tangere for-
midant? Et tamen videbam viri 29
præclarisſimi Bartaci filiam Apa-
men, regis concubinam, regi dex-
tram adſidentem, ei de capite 30
diadema auferre, ſibique impone-
re: tum regis malam ſiniſtra manu
ferire: quum rex interea eam ore 31
hianti intueretur, et arridenti arri-
deret, et ſuccenſenti blandiretur,
quo eam ſibi reconciliaret. Annon 32
multum pollent mulieres, o viri,
quæ hæc faciant? Hic quum rex 33
et proceres inter ſeſe contuerentur:
ille verba de veritate ſic facere inſti-
tit: multum ſane, o viri, mu- 34
lieres pollent, et ingens terra eſt,
et excelſum cælum, et ſol curſu ve-
lox, qui vno die cælum circum-
uectus, eodem recurrat, vnde pro-
fectus eſt: nonne magnus eſt, qui 35
hæc faciat? Sed maxima veritas eſt

36 et omnium potentisſima. Veri-
tatem omnis terrarum orbis vocat:
huic cælum ipſum fauet: hanc res
omnes reformidant et tremiſcunt,
nec in ea quidquam vitioſum eſt.
37 Vitioſum vinum eſt, vitioſus rex,
vitioſæ mulieres, vitioſum omne
hominum genus, et eiusdem vitio-
ſitatis ſunt eorum opera omnia, in
qua vitioſitate veritatis expertes
38 pereunt. At veritas æterna pol-
let, viuit, vigetque in omnem per-
39 petuitatem: nec ea eſt, quæ per-
ſonarum habeat rationem aut dis-
crimen, ſed æquum facit, ab omni-
busque iniquis et prauis rebus abs-
40 tinet: eiusque facta probant
omnes, nec ineſt in eius iudicio
quidquam iniquum. Ceterum et
ab hac, et a regia magnificentia,
et a potentia, et a ſæculorum omni-
um maieſtate laudetur Deus veri-
41 tatis. Hæc vbi locutus finem fe-
cit: omnes exclamarunt, maxi-
mam esſe veritatem, et præpollere.
42 Tum rex: pete quiduis, (inquit il-
lum adloquens,) etiam ſupra ea, quæ
ſcripta ſunt, et nos id tibi dabimus:
quoniam ſapientisſimus inuentus
es, et mihi proximus ſedebis, me-
43 usque vocabere familiaris. Et
ille regi: memento voti, quo te
Hieroſolymam inſtauraturum esſe
pollicitus es, tum, quum regnum
44 adeptus es. Omniaque vaſa Hie-
roſolymis exportata eo remisſu-
rum, quæ ſepoſuit Cyrus, quum
de euertenda Babylone votum fecit,
45 et ſe illo misſurum vouit. Tu
quoque te vouiſti inſtauraturum
esſe fanum, quod incenderunt Idu-
mæi, tum quum a Chaldæis vaſtata
46 Iudæa eſt. Et nunc hoc eſt, quod
a te ego poſtulo, rex domine, at-
que flagito: hæc eſt, quam a te ex-
ſpecto, magnificentia. Oro igi-
tur, vt id præſtes, quod, facturum
te, cæleſti regi tuo ipſius ore vo-
uiſti.
47 Tum Darius rex ſurrexit, eum-
que deoſculatus, ſcripſit ei epi-
ſtolas ad omnes diſpenſatores, præ-
ſides, duces et ſatrapas, vt eum o-
mnesque eius comites ad inſtau-
randam Hieroſolymam proficiſcen-
tes deducerent. Deinde omnibus 48
Cæleſyriæ, Phœniciæ et Libani
præſidibus per epiſtolas mandauit,
vt cedrina ligna ex Libano Hiero-
ſolymam transferrent, cumque il-
lo vrbem exſtruerent. Præterea 49
Iudæis omnibus, Iudæam ex regno
petentibus, ſcripto de libertate ca-
uit, ne quis poteſtate præditus,
prætor, ſatrapa, aut gubernator,
eorum habitationes adgrederetur:
et vt omnis, quam tenerent, regio 50
ipſis esſet immunis: vtque Idumæi,
quos tenerent Iudæorum vicos, di-
mitterent. Item ad templi ſtru- 51
cturam vt quotannis viginti talenta
darentur, donec exædificatum fo-
ret. Itemque ad hoſtias in ara 52
adolendas quotidie, (quas ſeptenas-
denas immolare ex præcepto habe-
rent) alia talenta decem in ſingulos
annos. Ad hæc, vt omnes qui ex 53
Babylonia ad vrbem exſtruendam
pergerent, omnesque ſacerdotes,
qui eodem irent, in libertate es-
ſent, tam ipſi quam eorum poſteri:
deſcripſit etiam ſacrum veſtitum, 54
quo in re diuina vtendum foret;
et ſumtum, qui Leuitis vsque ad 55
abſolutum templum et ædifica-
tam Hieroſolymam ſuppeditaretur.
Inſuper omnibus vrbis cuſtodibus 56
penſiones et ſtipendia adſignauit,
et omnia a Cyro ſeparata vaſa Baby- 57
lone miſit: et, quæcumque Cyrus
fieri iusſerat, ipſe quoque fieri, et
Hieroſolymam mitti imperauit.
Igitur illinc digresſus ille iuuenis 58
ſublato in cælum vultu verſus Hie-
roſolymam, cæleſti regi gratias
egit, ita dicens: a te victoria, 59
a te ſapientia eſt, tua eſt gloria, et
ego tuus tibi gratias ago, qui mihi
ſapientiam dederis: quam tibi, 60
o maiorum noſtrorum Domine,
tribuo. Deinde acceptis epiſtolis 61
Babylonem profectus, omnibus
ſuis

ſuis conſanguineis negotium nuntiauit. Atque hi Deo ſuo patrio gratias egerunt, qui ipſis miſſionem dediſſet, et remiſſionem ad proficiſcendum, et Hieroſolymam templumque ipſius inſignitum nomine conſtruendum: cumque muſicis inſtrumentis et lætitia ſeptem dies exſultarunt.

CAPVT V.

Familiarum duces regreſſi Hieroſolymam cum Zorobabele. Ara noua. Sacrificia. Fani fundamenta locata. Aduerſarii Iſraelitæ improbi, infeſti.

POſtea generatim delecti ſunt ad profectionem familiarum principes cum ſuis vxoribus, liberis, ſeruis, ancillis et pecudibus. Cum his miſit Darius equites mille, quibus imperauit, vt cum illis proficiſcerentur: eosque Hieroſolymam vsque cum muſicis tympanis et tibiis incolumes perducerent, omnibus illorum conſanguineis ludentibus. Atque hæc ſunt eorum nomina, qui profecti ſunt, generatim per claſſes in familias deſcriptorum. Sacerdotes Phinee Aharonis filio prognati, Ieſua Ioſedeci filius, Saraiæ filii: et Ioacimus, Zorobabelis filius, Salathielis filii, de ſtirpe dauidica, ex Pharis progenie tribus iudaicæ, qui Zorobabel ſub Dario Perſarum rege ſapientem ſermonem habuit, anno regni illius ſecundo, menſe Niſan, qui menſis primus eſt. Hi ſunt autem Iudæi, qui ex captiuitate, (in quam a Nabuchodonoſore Babyloniæ rege Babylonem deportati fuerant,) Hieroſolymam, inque reliquam Iudæam redierunt, et in ſua quique oppida diſceſſerunt: qui quidem venerunt cum Zorobabele, Ieſua, Nehemia, Zacharia, Reeſaia, Enenio, Mardochæo, Beelſaro, Aſpharaſo, Reelia, Roimo et Baana, ſuis ductoribus: horum inquam tam plebeiorum,
quam ducum numerus hic eſt: a
Phoro orti duo millia centum ſe-
ptuaginta duo. A Saphato quadrin- 10
genti ſeptuaginta duo. Ab Areſo
ſeptingenti quinquaginta ſex A 11
Phaathmoabo duo millia octingenti
duodecim. Ab Elamo mille ducenti
quinquaginta quatuor. A Zathui 12
nongenti quadraginta quinque. A
Corbe ſeptingenti quinque. A 13
Bani ſexcenti quadraginta octo. A
Bibai ſexcenti viginti tres. A 14
Sada tria millia ducenti viginti duo.
Ad Adonicane ſexcenti ſexaginta
ſeptem. A Bagoi duo millia ſex-
centi ſex. Ab Adino quadringenti 15
quinquaginta quatuor. Ab Atere-
zecia nonaginta duo. A Cilane et 16
Azeta ſexaginta ſeptem. Ab Azu-
rane quadringenti triginta duo.
Ab Anania 101. Ab Aromo ex 17
Baſſa 323. Ab Arſiphurito 102. 18
A Metero 3005. Ab Ecbethlomo-
ne 123. Ab Ecnetopha 55. Ab 19
Exanabotho 158. Ab Ecbethſamo
quadraginta duo. A Cariathiario 20
25. A Caphira et Berotho 743.
Pirani 700. Chadiani et Ammi- 21
dii 422. Ecciramani et Gabden-
ſes 621. Macalonii 122. Betoli- 22
ones 52. A Nephi genus ducentes
156. A Calamolalo et Ono 725.
Ab Hierichone 345. Ab Annaa 3330. 23
Sacerdotes a Ieddo Ioſuæ filio pro- 24
gnati ex ſtirpe Sanaſibi 972. A 25
Merutho 1502. A Phaſſarone 1047.
A Carme mille ſeptemdecim. Le- 26
uitæ autem a Ieſue Cadmiele Banna
et Sauia genus ducentes 74. Can- 27
tores ſacri Aſapho prognati 148.
Ianitores a Salumo, Iatale, Tolma- 28
ne, Dacobi, Teta, Sami prognati in
ſumma 139. Sacri miniſtri orti 29
ab Eſao, Aſipha, Tabaotho, Cera,
Sudo, Phaleo, Labana, Agraba,
Acua, Vta, Cetabo, Agaba, Sybai, 30
Anane, Cathua, Geddure, Airo, Dai-
ſane, Noiba, Chaſeba, Gazera, 31
Azia, Phinee, Aſarane, Baſthai, Aſa-
na, Meani, Naphiſi, Accubo, Acipha,
Aſure, Pharacimo, Baſalotho, 32

Meeda, Chutha, Chorea, Charco,
Aſerare, Thomoi, Naſitho, Atipha.
33 Item Solomoniis prognati Aſapphi-
one, Pharira, Ieili, Loſone, Iſdaele,
34 Sapheto, Agia, Phachthretho, Sa-
bie, Sarothie, Maſia, Gare, Addo,
Suba, Apherra, Barodi, Sabatho,
35 Allomo: omnium inquam, ſacro-
rum miniſtrorum, et Solomoniis
prognatorum, ſumma fuit 372.
36 (Nam qui Thermelotho et The-
lerſa duce, Charaathalare et Aalare
venerunt, ſuas familias et genus,
an ex Israelitis esſent, ostendere
37 non potuerunt.) A Ladane Banis
38 filio, ex Necodane orti 652. Ex
ſacerdotibus autem Obdia et Accoſo
prognati, et Addo, (qui vna de Ber-
zellæi filiabus in matrimonium
ducta, in illius nomen conceſſerat)
quum ſibi ſacerdotium vindica-
rent, nec quæſita eorum ſtirps in
tabulis ſcriptis inuenta foret: ab-
39 dicati ſunt ſacerdotio, eisque
iusſit Nehemias et Attarias, ne ſa-
cra participarent, donec claritate
et integritate inſtructus exſiſteret
40 pontifex. Omnium Israele pro-
gnatorum, qui duodecimum annum
ſuperarent, ſumma fuit quadraginta
millia, præter ſeruos et ancillas
41 2360. Horum ſerui et ancillæ
7347, cantores et pſaltriæ 245, ca-
meli 435, equi 736, muli 245, aſi-
42 ni 5525. Ex familiarum prima-
riis, vbi ad hieroſolymitanum Dei
templum ventum eſt, fuere, qui tem-
plum in integrum reſtituere pro
43 virili ſtatuerent, et in ſacrum
operis theſaurum conferrent auri
minas mille, argenti quinque millia,
44 veſtes ſacerdotales centum. Con-
ſederunt autem ſacerdotes et Leui-
tæ atque plebeii Hieroſolymis, et
in finitima regione: ſacrique can-
tores et ianitores, omnesque Israe-
45 litæ in ſuis oppidis. Deinde in-
ſtante menſe ſeptimo, Israelitæ, qui
ſua quique posſidebant, conuenere
ſimul in aream primæ portæ, quæ
46 ſpectat ad orientem. Deinde Ieſua
Ioſedeci filius, eiusque cognati ſa-
cerdotes, et Zorobabel Salathielis
filius, cum ſuis cognatis, adgresſi
ſunt aram inſtaurare Dei Israelita-
rum: vt in ea ſolida procuraren- 47
tur ſacrificia, quemadmodum po
ſtulant ea, quæ in diuini Moſis libro
præſcripta ſunt. Et quamuis in 48
eos conſpirarent reliquæ nationes
accolarum, qui ab eis disſidebant,
eisque vim omnes intentarent:
illi tamen, ara ſuo loco compoſita, 49
ſacrificia ſuo tempore, Dominoque
ſolida ſacrificia matutina veſperti-
naque faciebant, egeruntque vm- 50
braculorum feſtum, ſicut in lege
præſcriptum eſt, et quotidiana ſa-
crificia, vt conueniens erat: de- 51
inde perennes libationes, et ſabba-
torum, nouiluniorum, omniumque
conſecratorum feſtorum ſacrificia,
et omnium, qui vota Deo nuncupa-
uerant. Igitur a ſeptimi menſis 52
nouilunio cœpta ſunt Deo fieri ſa-
crificia, atque ita Dei templum ex-
ſtruebatur, data pecunia lapicidis
et fabris, ciboque et potione et car-
ris Sidoniis et Tyriis, qui cedri- 53
nam materiam ex Libano ratibus
in portum ioppicum adueherent, vt
eis a Cyro Perſarum rege litteris
fuerat imperatum. Anno autem 54
ſecundo, quum in hieroſolymita-
num Dei templum venisſent, ſe- 55
cundo menſe Zorobabel Salathielis,
et Ieſua Ioſedeci filius, eorumque
cognati et ſacerdotes et Leuitæ,
omnesque, qui Hieroſolymam ex
captiuitate venerant, adgresſi 56
negotium, fundamenta iecere
templi, noua luna ſecundi men-
ſis, anno ab eorum in Iudæam
et Hieroſolymam aduentu ſecundo:
Leuitasque viginti annis maiores 57
in Domini operibus conſtituerunt,
fueruntque Ieſua, natique et conſan- 58
guinei, et Cadmiel frater, et Madia-
bunis filii, nec non Iodæ Heliadu-
nis filii cum filiis et cognatis, pari-
ter in vrgendo templi opere occu-
pati. Ac, exſtruendo ab ædifica- 59
toribus

toribus templo Domini, ſtetere
ſacerdotes veſtiti, cum muſicis et
tubis, et Leuitæ Aſapho prognati
0 habentes cymbala, Dominum
laudantes et concelebrantes ad Da-
uidis Israelitarum regis præſcri-
1 ptum, hymniſque perſonantes
Dominum celebrabant, cuius boni-
tas esſet et gloria apud omnes Is-
2 raelitas æterna. Populus autem
vniuerſus cum tubarum cantu ma-
gnum edebat ſonitum, Dominum
in exſtructione eius templi laudans.
3 Sed ſacerdotum et Leuitarum prin-
cipumque familiarum ſeniores, qui
ſuperius templum viderant, quum
in huius adesſent ædificatione,
magnum cum fletu clamorem ede-
4 bant: rurſumque multi tubis
magnum cum lætitia ſonitum ede-
bant, ita vt homines tubarum
ſonitum, propter hominum plora-
tum, non exaudirent: quum homi-
num vulgus tanto tubarum ſonitu
perſtreperet, vt procul audiretur.
5 Quod vbi audiuerunt iudaicæ et
beniamiticæ tribus aduerſarii: ac-
cesſerunt, vt cauſſam ſonitus tuba-
6 rum cognoſcerent. Ac poſtquam
intellexerunt, Domino Israelitarum
Deo templum a captiuis ædificari:
Zorobabelem, Ieſuam et familia-
7 rum principes conueniunt, et ad
ædificandi ſocietatem operam ſuam
offerunt: ſeſe enim eidem cum illis
8 Domino obedire, eique iam ab
Aſcaſarethi Asſyriorum regis tem-
pore, a quo eo translati fuisſent,
9 ſacrificare. Quibus illi reſpon-
dent, non esſe Domino Deo ſuo
templum a ſe ſimul et ab illis con-
0 ſtruendum; ſed vnos ſe Domino
Israelitarum rite esſe ædificaturos,
vt eis fuisſet a Cyro Perſarum rege
1 præceptum. Itaque incolæ eos,
qui erant in Iudæa, remorando et
oppugnando, ab ædificatione auer-
2 tebant: inſidiiſque et concioni-
bus conſpirationibusque faciendis,
impediuerunt operis exædificatio-
nem toto tempore vitæ regis Cyri,
prohibitique ſunt illi ædificatione 73
duos annos, vsque ad regnum Darii.

CAPVT VI.

Zacharias, et Haggæus vates. Templi ædificatio. Prætores Syriæ ad Darium de fano. Regis codex pro fani reſtauratione. Darius fani reſtaurationem probans decreto.

SEd anno regni Darii ſecundo, 1
quum Haggæus et Zacharias
Addonis filius vates ad Iudæos,
et eos qui vel in Iudæa, vel Hieroſo-
lymis erant, Domini Israelitarum
nomine, quo erant præditi, vatici-
narentur: cœpere Zorobabel Sa- 2
lathielis, et Ieſua Ioſedeci filius
hieroſolymitanum Domini tem-
plum conſtruere, quum quidem ad-
esſent Domini vates, et eos adiuua-
rent. Per id tempus ad eos venere 3
Siſinnes Syriæ et Phœniciæ prætor,
et Sathrabuzanes, eiusque collegæ,
qui ex eis quæſiuerunt: cuius 4
iusſu id templum conſtruerent,
tectumque et alia omnia perfice-
rent, et quinam ſtructores esſent,
qui ea efficerent? Sed Domini 5
erga ſeniores Iudæos gratia, et erga
captiuos cura effectum eſt, vt ædi-
ficatione prohibiti non ſint, donec
Dario de eis ſignificatum, et ab eo
foret reſponſum.

Miſit autem ille ſcriptam ad 6
Darium epiſtolam, cuius exem-
plar eſt hoc: Siſinnes Syriæ 7
Phœniciæque prætor et Sathra-
buzanes atque collegæ in Syria
et Phœnicia præſides, regi Dario
ſalutem. Scito, noſter domine 8
rex, nos in Iudææ regionem, et in
vrbem Hieroſolymam venisſe, et
offendisſe captiuorum Iudæorum
ſenatores in vrbe Hieroſolyma,
ingens Domino templum nouum
conſtruentes, ſaxis politis et ma- 9
gni pretii, et lignis ad parietes ad-
hibendis, eaſque res ſtudioſe 10
fieri, et opus eis procedere, ſummo-
que ſplendore et diligentia perfici.
Nos

11 Nos ex illis ſenatoribus ſciſcitati ſu-
mus, cuiusnam iusſu id templum
exſtruerent, eaque opera funda-
12 rent: illos ideo interrogantes, vt
id tibi ſignificaremus, et de eius
negotii principibus ſcriberemus:
eamque ob rem deſcripta auctorum
rei nomina ab eis popoſcimus.
13 Atque illi nobis in hunc modum
reſponderunt: nos Domini, qui
cælum terramque condidit, cultores
14 ſumus. Fuerat autem templum
hoc multis ante ſæculis a magno
quodam et potente Iſraelitarum
rege exſtructum atque abſolutum.
15 Sed irritatus maiorum noſtrorum
peccatis cæleſtis Iſraelitarum Do-
minus, eos Nabuchodonoſori Ba-
byloniæ Chaldæorum regi dedidit,
16 qui et templum demoliti incende-
runt, et populum Babylonem capti-
17 uum abduxerunt. Verum Cyrus
rex anno primo, quo Babyloniæ
regionis regnum adeptus eſt, ſcripto
mandauit, vt templum hoc exſtrue-
18 retur: ſacraque vaſa aurea et ar-
gentea, quæ Nabuchodonoſor, ex
fano hieroſolymitano ſublata, in
ſuo templo repoſuerat, protulit ex
templo Babylonis: eaque tradita
ſunt Zorobabeli et Sanabasſaro præ-
19 tori; cui imperatum eſt, vt ea vaſa
in hieroſolymitanum fanum refer-
ret, ac reponeret: vtque id Domini
templum ſuo loco exſtrueretur.
20 Tunc Sanabasſarus ille acceſsit, et
hieroſolymitani Domini templi
fundamenta iecit: quod exinde hac-
tenus ædificatur, necdum ad perfe-
21 ctionem perductum eſt. Quam-
obrem ſi ita cenſes, o rex, inſpi-
22 ciantur Cyri regis tablina. Quod
ſi inuentum fuerit, de Cyri regis
ſententia factam esſe hieroſoly-
mitanam Domini templi ædifica-
tionem, et ita tibi, domine rex
noſter, videatur: reſpondeto no-
bis de hiſce rebus.
23 Tunc rex Darius iusſit regias in-
ſpici librarias, Babylone poſitas, et
inuentus eſt Ecbatanis, (quod ca-
ſtellum eſt in Media regione,) codex
quidam, in quo ſic erat memoriæ
proditum: anno primo regni ſui 24
Cyrus rex imperauit, hieroſolymi-
tanum Domini templum exſtrui, vbi
perpetuum igne ſacrificium fieret,
cuius altitudo cubitorum esſet ſexa- 25
ginta, latitudo totidem, trinis po-
litorum lapidum ordinibus, et vno
domeſtici ligni recentis ordine.
Sumtus autem ex Cyri regis fiſco
ſuppeditaretur: ac ſacra templi 26
Domini vaſa, tum aurea, tum ar-
gentea, quæ Nabuchodonoſor, ex
hieroſolymitano templo ablata, Ba-
bylonem deportauerat, ea in hie-
roſolymitanum templum, vbi po-
ſita fuerant, reſtituerentur ac re-
ponerentur. Itemque impera- 27
uit Siſinnæ Syriæ Phœniciæque
prætori, et Sathrabuzanæ, ſo-
ciisque, et ordinatis in Syria et
Phœnicia procuratoribus, vt da-
rent operam, vt ab eo loco abſtine-
rent: ſinerentque Domini culto- 28
rem Zorobabelem Iudææ prætorem
et Iudæorum ſenatores illud Do-
mini templum ſuo loco exſtru-
ere. Itaque ego quoque plane 29
ædificari impero, ac proſpici, vt re-
uocati ex captiuitate Iudæi adiu-
uentur, donec Domini templum ſit
abſolutum: vtque ex Cœleſyriæ 30
et Phœniciæ tributo ſtipendium di-
ligenter ſoluatur illis ad Domini
ſacrificia per Zorobabelem præto-
rem in tauros, in arietes et agnos:
itemque frumentum, ſal, vinum et 31
oleum adſidue quotannis, quantum
ſacerdotes hieroſolymitani oſten-
derint inſumi quotidie, ſine vlla
dubitatione, vt ſupremo Deo pro
rege eiusque liberis ſacra fiant,
proque eorum vita ſupplicetur.
Ac quisquis contra aliquid eorum, 32
quæ iam dicta et ſcripta ſunt, com-
miſerit, aut id irritum fecerit; im-
pero, vt is in tigno, ex ipſius ædibus
detracto, ſuſpendatur, eiusque bo-
na in regis fiſcum redigantur:
Dominumque adeo precor, cuius 33
no-

nomen illic inuocatur, vt omnes
vel reges vel priuatos homines per-
dat, qui illud hieroſolymitanum
Domini templum vel impedire vel
4 lædere conabuntur. Ego rex Da-
rius ita diligenter fieri decreui.

CAPVT VII.

Seduli fani ædificatores. Eiusdem abſolutio Cyro, Dario, et Artaxerxe iubentibus. Sacrificia, paſcha.

1 TVm Siſinnes Cœleſyriæ et
Phœniciæ prætor, et Sathra-
buzanes, eorumque ſocii, Da-
rii regis imperata exſequentes,
2 ſacris inſtabant operibus, ſeniori-
bus ſacerdotum et æditimis diligen-
3 ter operam dantes: procedebant-
que ſacra opera, vaticinantibus Hag-
gæo et Zacharia vatibus, eaque Do-
mini Iſraelitarum Dei iuſſu effecta
4 ſunt. Atque ex Cyri et Darii et
Artaxerxis Perſarum regum ſenten-
tia perfectum eſt ſacrum templum
ad viceſimum tertium diem menſis
Adaris, anni ſexti Darii Perſarum
5 regis. Tum Iſraelitæ et ſacerdo-
tes, et Leuitæ, reliquique ex ca-
ptiuitate reduces, moſaici libri
6 præſcriptum ſecuti, obtulerunt
ad templi Domini dedicationem
tauros centum, arietes ducentos,
agnos quadringentos, capros vni-
uerſorum Iſraelitarum piaculares
duodecim, ad numerum duodecim
7 iſraeliticarum tribuum, functique
ſunt ſacerdotes et Leuitæ genera-
tim veſtiti muneribus Domini
Iſraelitarum Dei, vt Moſis liber
8 poſtulabat, quum quidem iani-
tores ad ſingula adeſſent veſtibula.
9 Egerunt etiam Iſraelitæ ex captiui-
tate reduces paſcha die menſis pri-
10 mi decimo quarto: luſtratisque
ſacerdotibus ſimul et Leuitis, omni-
busque, qui ex captiuitate venerant,
11 immolauere paſcha Leuitæ, tum
omnibus, qui captiui fuerant, tum
conſanguineis ſuis Leuitis et ſibi-
metipſis, et epulati ſunt omnes 12
tam Iſraelitæ, qui fuerant captiui,
quam ex incolis ii, qui ſe Iouæ
ſtudio a ceterarum gentium ſce-
leribus vindicauerant: egerunt- 13
que ſeptem diebus azymalia, apud
Dominum lætantes, qui eis tan-
tam regis Aſſyriæ beneuolentiam
conciliauiſſet, vt eis ad Domi-
ni Iſraelitarum Dei opera adiutor
eſſet.

CAPVT VIII.

Esdras Hieroſolymam adit. Multi eiusdem comites. Ad Esdram Artaxerxes de fano inſtaurando. Esdras ſacerdos, et legis diuinæ profeſſor. Gratiarum actio Esdræ ad Deum. Huius comites. Arceſſiti ſacerdotes. Externæ nuptiæ in populo. Ad Deum Esdras pro vetitis coniugiis.

HIs ita conſtitutis, regnante Ar- 1
taxerxe Perſarum rege, Es- 2
dras ad Aharonem primum
pontificem, deinceps per ſuum pa-
trem Saraiam, Azariam, Helci-
am, Salumum, Sadducum, Achi-
tobum, Amariam, Eziam, Memero-
thum, Zaraiam, Sauiam, Boccam,
Abiſum, Phineem et Eleazarum
genus referens, Babylone profe-
ctus eſt, vir moſaicæ legis, ab Iſrae-
litarum Deo traditæ, egregie peri-
tus: rege adeo propitio vſus, et tan- 3
tum apud eum honorem conſecu-
tus, vt ab eo omnia poſtulata impe-
trauerit. Cum eo Hieroſolymam 4
conceſſerunt quidam Iſraelitarum
ſacerdotum, Leuitarum, cantorum-
que ſacrorum, et ianitorum, et
miniſtrorum fani, menſe quinto,
anno regnantis Artaxerxis ſeptimo.
Hi primo die menſis primi Babylo- 5
ne profecti, Hieroſolymam (primo
die menſis quinti) a peruenerunt:
tam fauentem in itinere Dominum
habuerunt. Erat autem Esdras 6
tanta præditus ſcientia, vt nihil
eum ex Domini lege et præceptis la-
teret: vtque omnes Iſraelitas in
omni

a) Hoc ( ) ex 1. Esd. 7, 9. adieci.

omni æquitate et iure inſtitueret.
7 Ad hunc Esdram ſacerdotem, legis
Domini profesſorem, adlatum eſt
ſcriptum a rege Artaxerxe decre-
8 tum, cuius exemplar eſt hoc: rex
Artaxerxes Esdræ ſacerdoti, et Do-
9 mini legis profesſori ſalutem. Ego
humanitate ductus, impero, vt in
noſtro regno degentes Iudæi, ſiue
plebeii, ſiue ſacerdotes ſint, aut
Leuitæ, ſi eis ita viſum fuerit, te-
cum in Israelitarum regionem pro-
10 ficiſcantur. Quicumque igitur
id habent in animo, pergant, quem-
admodum mihi et ſeptem amicis
conſiliariis viſum eſt, vt Iudææ et
Hieroſolymæ rem agant, quemad-
modum Domini lex poſtulat,
11 ferantque Hieroſolymam Israeli-
tarum Domino munera, quæ e-
12 go et amici vouimus, item o-
mne aurum et argentum, quod in-
uentum fuerit in Babyloniæ regio-
ne, Hieroſolymam Domino deſti-
natum, præter ea, quæ a gente ad
hieroſolymitanum Domini Dei
ſui templum collata fuerint:
13 quod quidem aurum et argentum
conferatur in tauros, arietes, a-
gnos, et in ea, quæ ad hæc perti-
neant, vt Domino ad hieroſolymi-
tanum Domini ipſorum Dei altare
14 fiant ſacrificia. Ac quidquid tu
cum tuis conſanguineis volueris
auro et argento facere, agito ex
15 Dei tui voluntate. Tum ſacra
Domini vaſa, tibi ad vſum hiero-
ſolymitani templi Dei tui tradita,
adpones Deo tuo hieroſolymitano:
ac quidquid aliud tibi ad vſum tem-
pli Dei tui opus fuerit, ſolues ex re-
16 gio fiſco. Ego vero rex Artaxer-
xes impero Syriæ et Phœniciæ
quæſtoribus, vt quæcumque ſigni-
ficauerit Esdras ſacerdos et ſupre-
mi Dei legis profesſor, ea diligen-
17 ter ei dent: vsque ad argenti ta-
lenta centum, item frumenti coros
centum, vini metretas centum, a-
liaque omnia abunde ex diuina le-
ge diligenter ſupremo præſtentur
Deo: ne regis vel regno vel natis
pœna irrogetur: vobis autem 18
denuntiatur, ne cui ſacerdoti, aut
Leuitæ, aut ſacro cantori, aut ia-
nitori, aut ſacri miniſtro, aut ope-
ram iſti templo danti, tributum
vllum, aut aliud quoduis onus im-
peretur, neu quis poteſtatem ha-
beat, eis aliquid imponendi. Tu 19
vero, Esdra, pro ea, qua præditus
es, diuina ſapientia, ſtatuito præ-
ſides et iudices, qui in tota Syria
et Phœnicia ius dicant, eosque 20
omnes legis Dei tui peritos: im-
peritos autem docebis ipſe. Ac 21
quicumque contra diuinam aut re-
giam legem commiſerint; ii ſine
dubio dent pœnas ſeu morte, ſiue
cruciatu, aut multa pecuniaria, aut
carcere. Tum Esdras profesſor, 22
gratias ago, inquit, ſoli Domino
Deo meo patrio, qui regi eam or-
nandi ſui hieroſolymitani templi
mentem iniecerit, meque apud 23
regem et eius conſiliarios, omnes-
que amicos et proceres honora-
uerit. Ego igitur Domini Dei 24
mei ope redditus audentior, homi-
nes ex Israelitis coegi, qui mecum
proficiſcerentur. Atque hi ſunt 25
cognationum et ordinum ſuorum
principes, qui mecum, regnante
Artaxerxe, Babylone profecti ſunt.
A Phinee ortorum Gerſon, ab I- 26
thamare Gamael. A Dauidis na- 27
tis LeptusSechemiæ filius. A Pho-
roſo Zacharias, et cum eo recenſi-
ti homines centum quinquaginta.
A PhalomoneAbeliaenias Zachariæ 28
filius, et cum eo homines ducenti.
A Zathoe Sechenias Iezelis, et cum 29
eo homines trecenti. Ab Adine 30
Obethus Ionathæ, et cum eo ho-
mines ducenti quinquaginta. Ab 31
Elamo Ieſias Gotholiæ, et cum
eo homines ſeptuaginta. A Sa- 32
phatia Zaraias Michaelis, et cum
eo homines ſeptuaginta. A 33
Ioabo Badias Iezelis, et cum eo
homines ducenti duodecim. A 34
Banide Asſalimothus Ioſaphiæ,
et

et cum eo homines centum ſex-
5 aginta. A Babi Zacharias Be-
bais, et cum eo homines viginti
5 octo. Ab Aſtatho Ioannes Acata-
nis, et cum eo homines centum.
7 Ab Adonicamo vltimi, quorum no-
mina ſunt Eliphalatus, Ieuel et
Mæas, et cum eis homines ſeptua-
8 ginta. A Bagoi Vthis Iſtacuris fi-
lius, et cum eo homines ſeptua-
9 ginta. Hos ego ad fluuium, qui
Thera dicitur, congregaui, ac,
poſtquam ibi triduum morati fu-
0 mus, recenſui. Quumque nul-
los illic de ſacerdotum et Leuita-
1 rum genere inuenisſem: man-
daui Eleazaro, Arieli, Maasmæ,
Alnathani, Semeiæ, Ioribo, Natha-
ni, Ennatæ, Zachariæ et Moſolla-
mo, viris primariis et peritis,
2 vt adirent Daddæum ærarii loco
præfectum, et cum eo, cumque
eius conſanguineis et illius loci
3 quæſtoribus agerent, vt nobis
mitterent, qui in Domini noſtri
templo ſacerdotium gererent. Ita-
4 que adduxere nobis, Domini no-
ſtri forti opera vſi, homines peri-
tos a Moli Leuis filio Israelis ne-
pote originem ducentes, Iſebeb-
iam, et eius filios atque conſan-
5 guineos, homines octodecim, et
Aſebiam, et Anuum, et Oſaiam fra-
trem, ex Chanunæi poſteris, eo-
6 rumque filios viginti, et ex ſa-
cris miniſtris, quos Dauid et prin-
cipes miniſterio Leuitarum attri-
buerant, ducentos viginti, omnes
nominatim adpellatos.

Illic ego ieiunium iuuenibus a-
pud Dominum Deum noſtrum in-
dixi, vt ab eo proſperum nobis
ſimul, et iis, qui vna aderant, libe-
ris noſtris et pecoribus iter petere-
mus. Puduerat enim me, equi-
tatus peditatusque comitatum a
rege poſtulare, qui nobis esſent
contra noſtros aduerſarios præſi-
dio. Nam regi dixeramus, Domi-
ni ope adiutum iri ipſius ſtudioſos
ad omnia recte agenda. Quumque
rurſum Domino ſuper hac re ſup-
plicauisſemus: eo ſumus vſi propi-
tio. Igitur delegi primatum et ſa- 52
cerdotum duodecim, et Serebiam 53
atque Aſabiam, et cum eis ex ipſo-
rum conſanguineis homines de-
cem: quibus tradidi præſens ar- 54
gentum aurumque, et ſacra templi
Domini noſtri vaſa, quæque rex 55
et eius conſiliarii atque proceres,
omnesque Israelitæ donauerant;
iis inquam, adpenſa tradidi argen- 56
ti talenta ſexcenta quinquagin-
ta, et argentea vaſa talentorum
centum: auri talenta centum: 57
aurea vaſa viginti: ærea vaſa
ex ære probo in auri modum
fulgentia duodecim. Deinde eis 58
oſtendi, et ipſos esſe Domino ſa-
cros, et vaſa ſacra, et aurum ar-
gentumque Domino maiorum no-
ſtrorum esſe votiua. Vigilarent, 59
eaque cuſtodirent, donec ſacer-
dotum et Leuitarum principibus
et israeliticarum familiarum pri-
mariis Hieroſolymæ ad templi Dei
noſtri penum ea tradidisſent. Ac 60
poſtquam ſacerdotes et Leuitæ ar-
gentum aurumque, et hieroſoly-
mitana vaſa, in Domini templum
deferenda, receperunt, profecti 61
a Thara fluuio, duodecimo die
menſis primi Hieroſolymam per-
uenimus. Quo poſtquam, valida 62
Domini noſtri ope adiuti, et ab o-
mni hoſtium iniuria in itinere de-
fenſi, peruenimus, et ibi triduum
morati fuimus: quarto die ad- 63
penſum eſt argentum atque aurum,
et in Domini noſtri templo tradi-
tum Meremotho ſacerdoti, et 64
ſimul Eleazaro Phineis filio, cum
quo erant Ioſabadus Ioſuæ, et Mo-
ethus Sabbanæ filius Leuitæ:
ſuntque omnia ad numerum et 65
pondus tradita, et eodem veſtigio
omne eorum deſcriptum pondus
eſt. Qui autem ex captiuitate 66
venerant, Deo Israelitarum Do-
mino hoſtias immolauerunt, tau-
ros duodecim omnium Israelita-
rum

rum nomine, arietes nonaginta
67 ſex, et agnos duos et ſeptuagin-
ta, capros pro ſalute duodecim:
quæ omnes hoſtiæ Domino macta-
68 tæ ſunt. Poſtquam autem regis
imperata regiis Cœleſyriæ et Phœ-
niciæ legatis et prætoribus ſunt
tradita: illi et gentem et Dei tem-
plum exornarunt.
69 His ita peractis, adgreſſi me pri-
mates, demonſtrant, israeliticum
populum, principes, ſacerdotes, Le-
70 uitas, non ſolum ab externarum
gentium commercio non abhorre-
71 re, ſed etiam cum gentis Chananæ-
orum, Hettæorum, Pherezæorum,
Iebuſæorum, Moabitarum, Aegy-
ptiorum et Idumæorum flagitiis
72 communicare. Nam cum illorum
filiabus et ipſos et ipſorum filios
conueniſſe, et ſacrum ſemen cum
externis terrarum gentibus com-
mixtum eſſe, adeoque primarios
et optimates eius ſceleris iam ab
73 initio rei fuiſſe participes. Hæc
ego ſimul ac audiui, veſtimenta et
ſacram veſtem laceraui; vulſaque
capitis cæſarie, atque barba, cogi-
74 tabundus et mæſtus ſedi. Quum-
que ad me ob ſcelus illud mæ-
rentem confluxiſſent, quicumque
Domini Israelitarum Dei dictis
mouebantur; poſtquam triſtis ad
veſpertini ſacrificii horam ſedi ie-
75 iunus: ſurrexi, et lacera habens
indumenta, ſacramque veſtem, fle-
xis genibus, et paſſis ad Dominum
76 manibus, ita dicebam: vereor,
Domine, præ pudore tuum conſpe-
77 ctum. Nam peccata noſtra ſupra
capita noſtra redundant: vitia no-
ſtra ad cælum vſque pertingunt
iam a maiorum noſtrorum ſæculo:
78 magnoque ſumus hactenus in pec-
cato, et propter peccata noſtra ma-
iorumque noſtrorum addicti fui-
mus nos noſtrique conſanguinei,
79 et reges, et ſacerdotes regibus ter-
rarum, in ferrum, in captiuitatem,
et fœdam depopulationem ad ho-
80 diernum vſque diem. Nunc ali-
quatenus tua ſumus vſi, Domine,
miſericordia, dum nobis ſtirps et
nomen in tui ſacrarii loco relin-
quitur, dum nobis in Domini Dei
noſtri templo patefit lumen, dum
nobis ſeruitutis noſtræ tempore
ſuppeditatur alimonia: neque 8
ſeruientes a Deo noſtro deſerimur,
quin tantam nobis apud Perſarum
reges gratiam conciliet, vt et no-
bis cibum ſuppeditent, et Do- 8
mini noſtri templum exornent, et
deſertam Sionem inſtaurent, quo
nobis firmum aliquid in Iudæa et
Hieroſolymæ detur. Et nunc quid 8
dicemus, Domine, his ita ſe haben-
tibus? Nam contra ea fecimus, 8
quæ tu tuorum opera vatum præ-
ceperas: videlicet terram, quam 8
ibamus occupatum, terram eſſe ali-
enigenarum, quæ in ea degerent,
gentium fœditate pollutam, et ab
eis impuritate completam. Pro- 8
inde ne illorum filias cum filiis
noſtris copularemus, neue filias
noſtras illorum filiis elocaremus,
neue vmquam cum illis pacem ha- 8
bere ſtuderemus, vt ita corrobo-
rati, et terræ bonis frueremur ipſi,
et ea liberis noſtris hereditate re-
linqueremus in perpetuum. Er- 8
go omnia nobis propter noſtra
praue facta et ſcelera tanta accide-
runt. Quum enim tu, remiſſis 8
peccatis noſtris, talem nobis ſtir-
pem conceſſeris, et nos iterato, vi-
olata lege tua, cum gentium ter-
rarum impuritate communicaueri-
mus: nonne tu merito in nos 9
ſæuias ad internecionem, ita vt no-
ſtri neque ſtirps, neque ſemen ſu-
perſit, neque nomen? O Domi- 9
ne Israelitarum, qui æquus es, ec-
ce tibi nos, quorum hodie ſtirps
ſupereſt, ob ſcelera noſtra obno-
xios. Nam hac quidem in re 9
contra te ſtari non poteſt.

Interea dum flens Esdras, humi 9
ſtratus, ante templum orat, et peccata
confitetur: conuenit ad eum ex 9
Hieroſolyma ingens virorum, mu-
lierum

5 lierum et iuuenum frequentia: et
magnum vulgo fletum edente, Ie-
chonias Ieelis filius, genere Iſrae-
6 lita, ſic clara voce loquitur: Eſ-
dra, nos in Dominum Deum pec-
cauimus, qui ex terræ gentibus v-
xores duxerimus alienas. Sed ta-
men hac in re ſpes eſt Iſraelitis.
7 Iuremus in verba Domini, repudi-
aturos omnes vxores noſtras, quas
ex alienigenis habemus, vna cum
earum natis, vt tu et omnes Domi-
ni legi obedientes decreueritis.
8 Surge age: nam et noſtra, et potiſ-
ſimum tua refert, agere fortiter.
9 Tum Eſdras ſurgit, et ſacerdotum
Leuitarumque et omnium Iſraeli-
tarum principes ad iuſiurandum
adigit, ita facturos.

CAPVT IX.

Eſdræ ægritudo propter populi peccata. Eſdras ad populum vt ableget alienas mulieres. Mariti alienarum mulierum. Lex populo ab Eſdra recitatur.

DEinde ex templi veſtibulo digreſſus Eſdras, recepit ſe in Ioannis Eliaſibi filii cubiculum: vbi commoratus, neque cibum guſtauit, neque potionem bibit, tanta vulgi ſcelera deplorans. Edictum eſt autem per totam Iudæam et Hieroſolymis, omnibus ex captiuitate reducibus, vt Hieroſolymam conuenirent: ac quicumque intra duos aut tres dies non ſtitiſſet ex præſidentium ſenatorum decreto, eius vt bona ſacrarentur, et ipſe eorum ciuitate, qui ex captiuitate redierant, priuaretur. Ita quum omnes iudaicæ et beniamiticæ tribus homines triduo Hieroſolymam coiuiſſent: viceſimo die menſis noni adfuit vniuerſa multitudo in area templi, propter præſentem pluuiam trementes. Ad quos ſtans Eſdras ſic verba fecit: vos crimen commiſiſtis, qui vxores duxeritis externas, vt Iſraelitarum peccata
augeretis. Quamobrem tribuite 8
hanc libere gloriam Domino, maio-
rum noſtrorum Deo, vt, eius ob- 9
ſequentes voluntati, ceterarum
gentium, externarumque mulie-
rum conſortio renuntietis. Hic 10
exclamauit vniuerſa multitudo ma-
gna voce: vt dixiſti, faciemus. Sed 11
magna multitudo eſt, et tempus
pluuium, nec ſub dio ſtare poſſu-
mus, et opus non vnius aut duo-
rum dierum habemus: nam mul-
tum hac in re peccauimus. Qua- 12
propter ſtatuantur, qui præſint rei-
publicæ, ad quos ſtato tempore
accedent, quicumque noſtri con-
terranei vxores habent alienas,
præſentibus cuiusque loci ſenato- 13
ribus atque iudicibus, donec hac
tandem ratione nobis ira Domini
placetur. Atque hæc Ionathan, 14
Azael et Ezechias Thocanæ filius
facienda receperunt, adiutoribus
Moſollamo, Leui et Sabbatæo:
eaque omnia exſecuti ſunt, qui fue- 15
rant captiui. Delectisque ab Eſ- 16
dra ſacerdote viris ſuarum familia-
rum primariis, iisque omnibus no-
minatim adpellatis: conſederunt
prima die menſis decimi, vt de re
quærerent, eſtque transactum id 17
negotium eorum, qui vxores tene-
bant externas, intra primum diem
menſis primi. Inuenti ſunt au- 18
tem ex congregatis ſacerdotibus,
qui alieni generis vxores haberent,
ex Ieſuæ Ioſedeci filii poſteris at- 19
que cognatis Mathelas, Eleazarus,
Ioribus et Ioadanus, qui ſuas 20
eiicere coniuges adgreſſi ſunt, et
ad placationem expiandi ſui gratia
arietes dederunt. Ex Emmere pro- 21
gnatus Ananias, Zabdæus, Eanes,
Samius, Iereel et Azarius, ex 22
Phæſo Ellionas, Maſſias, Eſmael,
Nathanael, Ocidel et Thalſas.
Ex Leuitis Iorabadus, Semis, Co- 23
lius, qui et Calitas, Pathæus, Ou-
das et Ionas. Ex ſacris cantoribus 24
Eliaſuphus et Bacchurus. Ex 25
ianitoribus Sallumus et Tolbanes.

26 Ex Iſraelitis ex Phoroſo prognatis
Iermas, Eddias, Melchias, Mael,
27 Eleazarus, Aſibias et Banaias. Ex
Elæ poſteris, Mathanias, Zachar-
ias, Ieriel, Ieremothus et Aedias.
28 Ex Zamothi Eliadas, Eliſimus,
Othonias, Iarimothus, Sabatus et
29 Sardæus. Ex Bebais Ioannes,
Ananias, Ioſabadus, et Emathis.
30 Ex Manis, Olamus, Mamuchus,
Iedæus, Iaſubus, Iaſael et Ieremo-
31 thus. Ex Addis Naathus, Moos-
ſias, Laccunus, Naidus, Mathan-
ias, Seſthel, Balnuus et Manaſſes.
32 Ex Annæ Elionas, Aſeas, Melchi-
as, Sabbæus, Simmon, Choſame-
33 us. Ex Aſomi, Altanæus, Mat-
thias, Bannaia, Eliphalathus, Ma-
34 naſſes et Semis. Ex Maanis, Ie-
remias, Momdis, Iſmaerus, Iuel,
Mamais, Pædias, Anoſus, Cara-
baſion, Enaſibus, Mamminatanci-
mus, Elcſiaſis, Bannus, Elialis,
Samis, Selemias et Nathanias. Ex
Oſeræ, Seſis, Eſril, Azael, Sa-
35 matus, Zambis, Ioſephus. Ex
Ethmæ Mazitias, Zabadaias, Edes,
36 Iuel, Banaias. Omnes hi vxores,
quas duxerant externas, vna cum
37 natis amandarunt. Quum autem
ſacerdotes et Leuitæ atque Iſraelitæ
Hieroſolymam et reliquam regio-
38 nem incolerent, ſuaque domici-
lia tenerent: primo die menſis ſe-
ptimi conuenit vniuerſa multitudo
in aream portæ ſacræ, ad orientem
39 verſæ, iuſſeruntque Esdræ ſa-
cerdoti et profeſſori, vt Moſis le-
gem adferret, a Domino Iſraelita-
40 rum Deo traditam. Tum Esdras
pontifex, præſente omni virorum,
mulierum, et ſacerdotum multitu
dine, qui legem audirent, primo
die ſeptimi menſis legem attulit,
41 et in area, quæ eſt ante ſacram por-
tam, a diluculo ad meridiem reci-
tauit, apud viros et mulieres, vni-
uerſa multitudine in legem inten-
ta. Recitabat autem ex ligneo 42
ſuggeſtu, ad eam rem effecto, ad-
ſtantibus ei ad dextram Matthath- 43
ia, Sanimo, Anania, Azaria, Vr-
ia, Ezechia et Balaſamo, ad ſi- 44
niſtram autem Phaldæo, Saale,
Melchia, Aothaſupho, Nabaria et
Analabone.

Igitur Esdras, ſumto legis libro 45
in conſpectu multitudinis, (nam
in eminentiſſimo omnium loco
ſedebat, et in explicanda lege o-
mnes recti adſtabant) Dominum 46
Deum ſupremum, Deum armipo-
tentem, omnipotentem laudauit,
et vniuerſi amen ſucclamarunt,
porrectisque ſurſum manibus, hu- 47
mi ſtrati, Dominum adorarunt,
Ieſua, Ano, Sarabia, Adino, Ia- 48
cubo, Sabbataia, Autaia, Maea-
naia, Calita, Azaria, Ioazabdo,
Anania et Biata, Leuitis Domini 49
legem docentibus, et lectioni ſimul
adminiculantibus. Deinde At- 50
tharates a) et Esdras pontifex atque
profeſſor, et Leuitæ, qui vulgum
docebant, omnes monuerunt, 51
eum diem Domino ſacrum eſſe, (o-
mnes enim audita lege flebant,)
proinde irent, et laute epularen- 52
tur, et partem mitterent egenti-
bus: nam Domino ſacrum eſſe 53
diem, neue angerentur: Domi- 54
num enim eſſe eos ornaturum.
Eadem omnia et Leuitæ populum 55
hortabantur, eum diem Domino
eſſe ſacrum, ne ſe cruciarent. Ita 56
diſceſſerunt omnes ad epulandum
et lætandum, magnamque lætitiam
agitandum: nam adhuc adflati
erant oratione, quam conuocati
didicerant.

a) hoc correximus ex 2. Esdr. 8, 9.

TOBIAS.

CAPVT I.

Tobias ad Iouam ſe laudat. In Media pecuniæ, pro captiuis depoſitam. In Iudæos Niniuitas Senacheribus. Filii Senacheribum patrem interficientes.

Tobæi liber, ex Nanathiele, deinceps per patrem ſuum Tobielem, Hananeelem, Arielem, Gabeelem, et Aſaelem genus ducentis, ex tribu Nephthalenſi, qui Samaria abductus in captiuitatem eſt cum iis, qui Oſeæ Elæ filii ſæculo abducti ſunt, Salmanaſaris Aſſyriæ regis tempore, quum quidem ex incolis fuiſſet oppidi cuiusdam nephthalenſis in Galilææ maritimis poſiti. Is igitur Tobæus in hunc modum loquitur.

MEMENTO mei, mi Deus, ad vtilitatem meam, qui me tibi per omnem vitam bene moratum præſtiterim, multaque in meos conſanguineos et populares, Niniuæ in Aſſyria exſules, benigne fecerim, officiaque contulerim. Iam vero dum puer eram in Iſraelitarum terra, quum omnes tribus nephthalenſis homines a dauidica ſtirpe defeciſſent, et Hieroſolymam commeare deſiiſſent, vrbem, a Ioua ex omnibus delectam tribubus iſraeliticis, in qua Iouæ ara omnibus eſſet Iſraelitarum conſecrata tribubus, et in eadem exſtructum Iouæ templum, vbi ei ter quotannis ſolida et pro ſalute fierent ſacrificia; quum omnes tribus nephthalenſis homines vitulis aureis, quos Ieroboamus Nabati filius Iſraelitarum rex fecerat, apud Bethel et Danem victimas immolarent, et ſolida facerent ſacrificia: ego Hieroſolymam ſtatis temporibus titabam, vt in Iouæ lege, Iſraelitis ata, præſcribitur, primitiasque et decumas, et primogenita ſacerdotibus Aharone prognatis adferebam,
et frumentum, vinum, oleum, ficus,
mala punica, breuiter omnium generum
terræ fruges, Leuitis Hieroſolymæ
Iouæ operam dantibus;
tum alteras tertiasque decumas 5
peregrinis, pupillis et viduis: hæc
inquam omnia ferens, Hieroſolymam
quotannis petebam ex Iouæ
præcepto, et vt mihi Debora mea
ex patre auia præceperat. Nam pupillus
ab vtroque parente fueram
relictus. Ac poſtquam adoleui, 6
vxorem duxi meam gentilem, nomine
Annam, ex qua filium ſuſtuli,
quem Tobiam nominaui, *L.* eumque
a pueris religioſum eſſe, et ſe
ab omni peccato abſtinere docui. *H.*
Poſtquam autem ex nephthalenſi 7
terra translatus ſum, habitaui Niniuæ,
quæ vrbs eſt maxima; meisque
conſanguineis et propinquis omnibus,
extraneorum cibo veſcentibus,
ego Iouam reueritus, ne buccea
quidem dapis illorum me pollui, ſed
Iouæ memoriam tota mente totoque
animo retinui. Itaque tan- 8
tam mihi Deus apud Salmanaſarem
Aſſyriæ regem gratiam conciliauit
et beneuolentiam, vt mihi omnia
ſua, donec mortuus eſt, concrederet,
L. mihique quolibet eundi,
et quiduis faciendi poteſtatem concederet.
Itaque, ad omnes captiuos 9
ititans, eos ſalutariter monebam. *H.*
Depoſui autem apud Gabelem fratrem
meum, *L.* quem inter multos
conſanguineos meos egentem videbam,
G. qui in Mediæ prouincia
ragenſi erat, *H.* argenti talenta decem,
L. quibus me rex donauerat. *H.*
Poſtea mortuo Salmanaſare, Aſſy- 10
riæ rege, et in eius loco regnante
Senacheribo eius filio, quum, interclusis
Mediæ viis propter bella, quæ
in illis erant finibus, argentum
meum ex Media petere non poſ-

ſem: multa tamen inopibus popu-
laribus meis, qua pupillis, qua vi-
11 duis, benefice faciebam, ac quan-
documque interfectos populares
meos, in Niniuæ vicis proiectos,
videram; numquam, donec eos ſe-
12 peliuisſem, conquieſcebam. Sena-
cheribus enim Asſyriæ rex, poſt-
quam Niniuem ex Iudæa turpiter
reuerſus eſt, (quod ei Ioua Iſraeli-
tarum Deus, propter conuicia et
probra, quibus ab eo fuerat adfe-
ctus, ingentem cladem in Iudæa in-
tulisſet,) permultos Iudæorum in-
13 terfecit. Ego vero, quum veram
inquirerem cauſſam, cur ea tribu-
bus Iſraelitarum eo tempore cala-
mitas accidisſet; (nam certo ſcie-
bam, Iouam in eos æquum, non
14 iniquum eſſe Deum;) comperie-
bam, tribus israeliticas nullam ha-
buisſe excidii conſanguineorum
ſuorum rationem, quo eos Sena-
cheribus, Asſyriæ rex, eorum mu-
nimenta incendendo, iuuenes ferro
trucidando, paruulos illidendo,
grauidas disſecando, euertisſet.
15 Quum enim propter eam, qua in
ipſorum conſanguineos ſæuitum
fuerat, calamitatem lugere, et ſe
Iouæ ſubmittere deberent: epula-
bantur, lætabantur, omne carminis
genus citharis et nablis modulaban-
16 tur. Neque Iudæorum cladem
dolebant, quæ tum noſtra tum ma-
iorum noſtrorum culpa accidit: vt
de Iudæis ſcriptum eſt, qui vinum
phialis bibebant, et vnguentis ca-
pita delibuti Ioſepheorum cladem
17 non dolebant: eamque ob cauſ-
ſam Ioua pœnas de Iudæis et Hie-
roſolymitanis ſumſit, eousque, vt
eos, immisſo rege Babyloniæ, ex ſuo
conſpectu abiecerit, et Iudæos ex
18 ipſorum patria transtulerit. Igi-
tur quos ex Iſraelitis occiſos vide-
bam extra murum proiectos, eo-
rum ſæpe corpora ſurripiebam,
et ſepulcro mandabam atque ita
19 dicebam: o Ioua, Iſraelitarum
Deus, tu in omnibus, quæ nobis
eueniunt, iuſtus es, æquumque fa-
cis, et nos egimus impie. Quum 20
autem Senacheribus, occiſorum me-
orum popularium corpora quæ-
rens, non inueniret: adgresſi eum
Niniuitæ, indicauerunt, Tobæum
eius ſeruum, cui ipſe ſua omnia
mandauisſet, misſitare ſuos homi-
nes in omnes Niniuæ vicos, qui in-
terfectos ſuos populares conquire-
rent, quos ipſe, depoſito regis metu,
clam ſepeliret. Hac audita re 21
maiorem in modum iratus in me
Senacheribus iusſit, et me et Annam
vxorem et Tobiam filium compre-
hendi, me in eo furore perimere
cupiens. Qua re mihi nunciata, 22
quum effugisſem: ille iusſit omnia
mea diripi. Eum autem latui, 23
donec viduis et pupillis Iſraelitis,
ſuper me cum animi angore, ieiu-
nio et ploratu conquerentibus, il-
lum, eius cauſſa in cælum vsque per-
lata, et in æthram euecta, dedidit
Iſraelitarum Deus duobus ipſius
filiis, a quibus propter huiusmodi
cauſſam occiſus eſt.

Quæſiuit aliquando ex ſuis conſi- 24
liariis et ſenatoribus, quamobrem
Ioua, ſanctus ille ac laudabilis Deus,
tam ſtudioſus esſet Iſraelitarum et
Hieroſolymitanorum, vt eius ange-
lus Pharaonis exercitum, omnesque
Aegypti primogenitos, et iuuentu-
tem perdiderit, vtque ſemper eis
victoriam daret in manum. Cui 25
eius ſapientes et conſiliarii reſpon-
derunt, Abrahamum Iſraelitarum
auctorem duxisſe filium ſuum ad
immolandum, vt eo ſibi Iouæ Dei
ſui fauorem conciliaret. Hanc ob 26
cauſſam et illius poſterorum cupi-
dus eſt, et tuos vltus eſt. Tum 27
rex duos ſe filios ſuos Iouæ cauſſa
immolaturum eſſe dixit, vt per eos
eius fauorem et auxilium conſe-
queretur. Quæ res vbi ad Adra- 28
melechum et Saraſarem, eius filios,
perlata eſt: eum ex inſidiis inter-
fecerunt, quum ſe ad Dagonem
ſuum deaſtrum precandum con-
tulisſet,

tuliſſet, vt habetur, vbi ita dicitur :
9 eumque Adramelechus et Saraſar
ipſius filii ferro obtruncarunt,atque
10 in Armeniam euaſerunt. Mortuo
Senacheribo Aſſyriæ regi ſucceſſit
11 Eſarhaddon eius filius. Is Eſar-
haddon Aquicarem,Hananeelis mei
fratris filium,ſuis omnibus et totius
12 Aſſyriæ imperio præfecit. Aqui-
car pro ea , quæ mihi cum eo inter-
cedebat , amicitia atque propinqui-
tate, effecit, de me bene apud regem
dicendo , vt Niniuem reuocarer,
13 mihique Anna vxor , et Tobias fi-
lius reſtituerentur , quos Aſſyriæ
rex , qua fuerat contra me ira per-
citus, comprehendi iuſſerat.

CAPVT II.

Tobei luctus, pietas in defunctum. Annæ induſtria.

1 EO anno ſeptimanalibus, quum
prandium liberaliter adpara-
uiſſem, et menſæ meæ, capien-
di cibi gratia,adſiderem : negotium
dedi Tobiæ filio meo, vt iret nobis
arceſſitum aliquos noſtrorum con-
ſanguineorum pauperes *G.* religio-
2 ſos , *H.* ad epulandum , dixique
me et omnes conuiuas ante eius
reditum non eſſe cibum capturos,
3 At Tobias profectus ad quærendos
aliquos pauperes, reuertitur triſtis :
et, mi pater, inquit, vnus de noſtris
conſanguineis interfectus iacet in
4 vrbis vico. Hoc audito turbatus
ego, magno cum angore relicta
menſa, eo : et illum, ex vico ſubla-
tum, penes me pono, vsque ad ſolis
occaſum, quo eum ſepelire poſſem.
5 Deinde domum reuerſus, cibum
6 cum lacrimis et luctu capio : illi-
us interim ſententiæ memor, quæ
eſt ab Amoſo vate contra Bethel
pronuntiata his verbis : veſtraque
feſta in luctum conuertam, etc.
7 Poſtquam permultum fleui : poſt
ſolis occaſum iui ad ſepeliendum
8 interfectum : meis interim pro-
pinquis et gentilibus me deridenti-
bus, qui nihil vitæ meæ timens in
terfectos ſepelirem. Sed ego De- 9
um magis quam regem metuens,
occiſorum corpora ſurripiebam, et
domi occulta , media nocte ſepelie-
bam. Ea nocte poſtquam mor- 10
tuum ſepeliui : vſus ſum lauacro ;
nec potui mea membra purificare
in profana terra , vt par eſſet in
Iſraelitarum terra fieri , quemad-
modum de nobis Ieremias vates his
verbis prædixerat : aliquanto poſt
non iam purificabere. Deinde vbi 11
diſceſſi cubitum , * apud parietem,
auicularum ſtercus *G.* calidum, *H.*
quas mihi in pariete imminere ne-
ſciebam, mihi in oculos, (nam aper-
to vultu eram ,) decidit, ex quo in-
nata oculis meis argema , medicos
mane medicinæ gratia adiui : ſed 12
illi me ſanare nequierunt : manſi-
que cæcus annos quatuor, omnibus
meis cognatis et propinquis oculo-
rum meorum cæcitatem dolentibus.
Aquicare autem propinquo meo 13
paſcente me. *L.* Hæc autem aduerſa
mihi euenire ideo permiſit Domi-
nus, vt mea patientia , ſicut ſancti
illius Iobi , poſteris eſſet exemplo.
Nam quum a pueris Deum ſemper 14
veritus eſſem , eiusque præceptis
paruiſſem : nihil Deo ſuccenſui,
quod eſſem morbo cæcitatis ad-
fectus , ſed immotus in religione
permanſi , Deo per omnem vitam
gratias agens. Vt enim beato 15
Iobo inſultabant reges : ita meam
vitam mei adfines et cognati deri-
debant, ita dicentes ; vbi eſt ſpes 16
tua , qua fretus benigne faciebas
egentibus et mortuos ſepeliebas ?
Quos increpans ego dicebam : no- 17
lite ita loqui , ſanctorum enim pro-
genies ſumus , et vitam illam ex-
ſpectamus , quam Deus iis daturus
eſt , qui datam ei fidem numquam
fregerint. *H.* Et per id quidem
tempus Anna vxor mea operam
ſuam mulieribus locando , et aliis
tapetia texendo quæſtum faciebat.
Ac quodam die , quum hædus eſſet 18

ei mercedis nomine datus, ego, au-
dito hædi balatu, exclamaui: vnde
venit hædus iſte? caue, inquam, ſi
19 te amas, ne ſit furtiuus. Et illa:
non ita eſt, inquit: eſt enim mihi
20 pro mercede datus. At ego ei non
credens, i redditum eum ſuis do-
minis, exclamo, ne nobis detrimen-
21 toſus ſit hædus iſte. Et Anna, vbi
eſt tua, inquit, benignitas et bene-
ficentia, quæ tibi adeo nihil in tuis
temporibus aduerſis prodeſt, vt tua
ſit mortalibus nota turpitudo? *L.*
22 His illa atque aliis huiuſcemodi
probris me inceſſebat. *H.*

CAPVT III.

Tobei angor. Idem ad Iouam. Saræ anguſtiæ. Dei erga Tobæum ac Saram clementia.

1 HIc ego dolore, angore, ægri-
tudine ob calamitatem meam
adfectus, Iouam huiuſmodi
2 verbis orabam: iuſtus es Ioua,
rectæque ſunt tuæ rationes: nam
tua omnia facta fortia ſunt, omnes
tuæ conſuetudines clementes et æ-
quæ ſunt: tu moderator orbis ter-
rarum iuſtus es in omnibus meis
caſibus, æquumque feciſti, et ego
3 improbe feci. Enim vero, pater
miſericors, Domine exorabilis: me-
mento quæſo mei pro tuæ miſeri-
cordiæ et clementiæ ingenio, et noli
mihi digna rependere meis meo-
rumque maiorum peccatis et vitiis,
qui tua præcepta non conſeruarunt,
4 tuamque legem poſt tergum reie-
cerunt, quæ cauſſa fuit, vt tu nos
omnium nationum probris, dicte-
riis et fabulis obieceris: et genti-
um, in quas diſſipaſti nos, impe-
rio ſubieceris, vt ipſa res indicat.
5 Quod niſi armipotens Ioua non-
nullos ex nobis reliquos feciſſet:
idem nobis, quod Sodomitanis et
6 Gomorranis, accidiſſet. Verum-
tamen Ioua, cuius tot tamque veræ
ſunt rationes, noli mihi digna meis
meorumque maiorum vitiis red-
dere, qui aduerſum te peccauimus,
neque tuis viis ingreſſi ſumus: ſed
age mecum, vt tibi viſum fuerit,
et mihi hanc animam eripe: nam
mihi mors, quam vita, potior eſt, ne
meam amplius audiam turpitudi-
nem. Eodem die accidit, vt Sa- 7
ram Raguelis filiam, quæ Ecbatanis
in Mediæ regione erat, vitupera-
rent et deriderent ipſius patris gen-
tiles, dicentes, non [b] Saram, ſed Za-
ram debere vocari, propterea quod
ex ſeptem, quibus elocata fuerat,
viris, nullus cum ea fuerat congreſ-
ſus, quod eos dæmonum rex Aſmo-
dæus interficiebat, antequam cum
ea more omnium gentium rem ha-
berent. Quin ipſa eius ancilla ei 8
ſic dicebat: cur tuos viros interi-
mis? et nos ob iſtud maleficium
verberas? Præſtaret tuis parentibus,
te pro illis eſſe mortuam, qui nul-
lum vmquam ex te filium aut filiam
viſuri ſint. Hoc audito probro, 9
perculſa Sara in patris ſui cubicu-
lum plorans adſcendit, et *L.* quum
triduo precibus vacans ieiunaſſet,
die tertio *H.* apud Iouam triſti voce
conqueritur in hæc verba: tu me, 10
Ioua Deus, parentibus meis iam
ſenibus, iam natu grandibus dediſti:
idem tu in viros meos, qui me
duxerant, dæmonum regem immi-
ſiſti. Es enim omnium ſpirituum, 11
omniumque Deus dæmonum, et
totius rerum naturæ creator, cu-
ius in poteſtate ſunt, quæcumque
ſunt in mundo genera furiarum.
Quamobrem ſi tibi placet, vt con- 12
fectam mærore canitiem meorum
parentum demittam ad inferos, et
ſi ita apud te decretum fixumque
contra me eſt: interfice me, quæſo,
ne deinceps hæc mea tot mala, tan-
tumque probrum videam. Scis, 13
Ioua, eſſe me ab omni hominum
fœditate puram, neque meum pa-
rentumue meorum nomen in exſi-
lii mei terra contaminaſſe. *L.* Num-
quam

[b] Sara, princeps: Zara, aduerſaria.

quam me cum ludentibus commi-
ſcui, neque leuitati deditorum com-
14 mercio vſa ſum. Viro vt nube-
rem, religione, non libidine ducta
ſum: et aut ego illis, aut illi fortaſ-
ſe me indigni fuerunt, quod tu me
forſitan alii viro reſerues: neque
enim eſt humani captus conſilium
15 tuum. Hoc autem exploratum
habent omnes tui cultores, vitam
ſuam, ſi probata fuerit, coronatum
iri, ſeque in rebus aduerſis libera-
tum iri: et ſi deprauati fuerint, ſibi
ad miſericordiam tuam aditum pa-
16 tere. Non enim pernicie noſtra
delectaris, ſed poſt tempeſtatem
tranquillum facis, et poſt lacrimas
et fletum lætitiam abunde adfers. *H.*
17 Me quidem ſolam habet meus vter-
que parens; nec ſolum filio carent,
quem heredem conſtituant, ſed ne-
que propinquum habent, qui me
ſibi vindicet, mortuis propter me
ſeptem viris: quorſum iam in mun-
18 do ſum ſuperſtes? Quod ſi tibi
necanda non videor, reſpice, exaudi
me, et miſerere mei: ne mihi me-
um ſit audiendum amplius opprobrium.
19 Eodem tempore exauditæ ſunt
apud glorioſam Dei ſedem et tri-
bunal preces amborum, videlicet
Tobæi ob cæcitatem oculorum, et
Saræ ob parentum ſuorum miſeri-
20 am orantis, miſitque Ioua medi-
cinæ magiſtrum atque auctorem
angelum Raphaelem, qui vtrique
21 mederetur, et Tobæum Tobiæ
patrem ab oculorum morbo ſana-
22 ret, et Saram Raguelis filiam Tobiæ
Tobæi filio in matrimonium tra-
deret, ex eaque dæmonum regem
Aſmodæum expelleret.

CAPVT IIII.

Tobæus ad filium de argento depoſito. Præcepta ad eumdem ſanctiſſima.

1 IGitur Tobæus, peracta ſupplica-
tione ſua, domi ſuæ manſit: et
Sara Raguelis filia, poſteaquam
orare Iouam deſiit, de ſui patris
cubiculo deſcendit. Tum recor- 2
datus argenti Tobæus, quod apud
Gabelem in ragenſi Mediæ prouin-
cia depoſuerat, ſic ſecum ratiocina-
ri cœpit: en ego vitæ meæ inter- 3
itum quotidie expeto. Vocandus
eſt mihi Tobias meus filius, et ei
de argento indicandum, antequam
morior.

Deinde euocatum filium ſic 4
adloquitur, *L.* audi, fili mi, verba
oris mei, et penitus memoriæ
mandato. *H.* Quum mortuus fuero:
ſepelito me honorifice. Tum 5
autem matrem tuam ita hono-
rato, vt eam numquam, dum
viuet, deſeras: neue ei non mo-
rigerando acerbam vitam reddas.
Recordare, fili, quot dolores per- 6
peſſa ſit propter te, quum eſſes in
eius vtero. Quum igitur vitam 7
finiuerit: eam in eodem mecum
ſepulcro honeſte ſepelito. Ac per 8
omnem vitam tuam tui creatoris ita
memor eſto, ne in eum, contra
eius præcepta faciendo, pecces: *G.*
ac per omnem vitam tuam virtu-
tem colito, neue iniuſtitiæ viis gra-
dere. Si enim quod æquum eſt 9
feceris, ſuccedent tibi res, et o-
mnibus virtutem colentibus: *H.* et
quantumcumque tibi Ioua largitus
erit, de eo ne parcito liberalitatem
exercere: et ab hominum inhuma-
norum ſocietate te continens, noli
a reſpiciendis egentibus Iſraelitis
abhorrere, ne Ioua viciſſim tuis
temporibus aduerſis a te reſpicien-
do abhorreat. Quod ſi tuæ facul- 10
tates non ferent, vt id large facias:
at pro eo, quantum id erit, quod
ſuppeditabit, ne parcito in liberali-
tatem conferre, vt diuitias tibi et
argenti aurique theſauros habeas in
beneficentia poſitos. Nihil enim 11
male parta proderunt: at beneficen-
tia a morte vindicat, G. nec ſinit
immergi tenebris. Nam boni li- 12
baminis vicem habet apud ſupre-
mum Deum beneficentia omnibus

 eam

eam exercentibus: *H.* ac quiſquis
beneficentiam exercet, Dei conſpe-
ctum videbit, vt habet ſcriptum il-
lud: ego per beneficentiam conſpe-
ctum tuum videbo, quam qui ex-
13 ercent, cæleſtes ſunt. Tu ergo,
nate, corpus tuum ab omni fœdi-
tate, et impudicitia tuere, *L.* neue
committito, vt omisſa vxore tua
flagitium admittas: *H.* et vxorem
ducito de cognatione tua, non vlli-
us generis, quod a maiorum tuorum
ſtirpe ſit alienum. Nos enim de
14 vatum progenie ſumus. Me-
moria repete, fili, Abrahamum,
Iſaacum et Iacobum, qui vxores
de ſua ſibi gente adſciuerunt, ex-
traneorum adfinitate repudiata,
eoque liberis fortunati fuerunt: *G.*
eorumque poſteri terram obtinue-
15 runt. Quamobrem, nate, dili-
ge tuos conſanguineos, neue eos aut
tuorum popularium filios aut filias
ita animo faſtidiueris, vt ex eis v-
16 xorem non ducas. *L.* Superbiam
numquam in tuo animo aut verbis
dominari ſinito: *G.* nam pernicio-
ſisſima eſt et turbulentisſima ſuper-
bia, et feritas detrimentoſa, ma-
gnæque egeſtatis auctor: eſt enim
17 famis mater immanitas. *H.* Tu
nate, animum intende ad ea, quæ
ages: et quod tibi nolis fieri, aliis
ne facito. Operarii mercedem ne
retineto noctem vnam, poſt eum
diem, quem ad diem cum eo pactus
eris, vt Deus tuo te præmio remu-
18 neretur. Corpus tuum ab ebrie-
tate abſtineto. In nulla te nequi-
19 tia oblectaueris. De tuo victu
largire famentibus, de tuo veſtitu
indue nudos: et quod tibi ſupera-
bit, id omne in liberalitatem con-
ferto, neque id grauate, atque ita
iuſtorum ſepulcra pane vinoque
tuo perfundito, * *G.* neue improbis
20 dato. *H.* Audi et auſculta cuilibet,
qui modo bonum tibi conſilium
det. Ab Ioua omni tempore poſtu-
la, vt tuas rationes conſiliaque di-
21 rigat. Neque enim homini in
manu poſitum eſt conſilium, ſed
vni Iouæ optimo maximo, qui
quidquid vult efficit, alios depri-
mens, alios efferens. Hæc mea 22
dicta et præcepta omnia conſerua-
to, et numquam non ante oculos
habeto, fortemque te et conſtan-
tem præſtato. Nam Ioua tibi au-
xilio præſidioque erit, ſi ei tota
mente totoque animo ſtudueris.
Nunc, fili, illud tibi indicabo de 23
pecunia, quam habeo apud Ga-
belem mihi cognatione propin-
quum, *L.* quam, te puero, depoſui:
H. ea eſt decem argenti talenta,
in ragenſi prouincia, in Media.
L. Quære, qua ratione posſis ad eum 24
peruenire, et ab eo argentum illud
auferre, reddito chirographo,
quod ego habeo: *H.* nam incertum
eſt, quando ſim moriturus: *G.*
neue hoc te terreat, quod paupe-
res ſumus. *H.* Tu fili, ſi Iouam 25
metuens, ab omni te ſcelere con-
ſeruaueris, *G.* illiusque voluntati
obſecutus fueris: *H.* magnas ab eo
opes conſequeris.

CAPVT V.

*Filii ad patrem reſponſum. Raphael an-
gelus ad iter accinctus. Huius et Tobiæ
colloquium. Saræ luctus.*

AD hæc Tobias patri reſpondet 1
in hunc modum: omnia, vt
mihi præcepiſti, pater, ſic fa-
ciam. Sed velim pater, mihi conſi- 2
lium des, qua ratione queam iſtam
a Gabele pecuniam recuperare: nam
neque ille me, neque illum ego
agnoſcam: neque quo ſigno pecu-
niam ab eo repetam, neque quibus
viis eatur in Mediam, ſcio. Et 3
Tobæus: quod ad ſignum pertinet,
inquit, hoc dices, eum mihi mar-
ſupium ſuum tradidisſe, et me ita
dixisſe: accipe de manu mea: atque
ex quo ei argentum in manum tra-
diderim, annum hunc esſe viceſi-
mum. De via autem, quære tibi 4
iam hominem aliquem fidelem,
qui

qui te comitetur, cui præmium
dabimus: et proficiſcere, fili, ad-
huc viuente me, argentumque
5 pete. Ioua te Deus Iſraelitarum
in omni tuo conſeruet itinere, tibi-
que et apud illum, et apud omnes
qui te viderint, gratiam, clemen-
tiam, miſericordiam conciliet, te-
que ſaluum præclare et deducat, et
ad nos reducat ante meum interi-
6 tum. Tum Tobias egreſſus ad
quærendum hominem, qui ſecum
in Mediam proficiſceretur, inue-
nit contra ſe ſtantem *L.* iuuenem
elegantem, accinctum ad iter, *H.*
Raphaelem Iouæ angelum, igno-
rans eum eſſe Iouæ armipotentis
7 angelum. *c* Et angelus: vnde es,
inquit, adoleſcens? Cui Tobias:
domine, poſſiſne mecum in Me-
diam proficiſci? *G.* aut loca illa
8 tenes? Poſſum, *H.* inquit ange-
lus: equidem noui vias omnes,
ſumque aliquando vſus hoſpitio
Gabelis noſtri conſanguinei, habi-
tantis Rage, quæ regio eſt Mediæ,
diſtans ab Ecbatanis itinere bidui,
eſtque montana; Ecbatana autem
9 in campeſtri loco ſita ſunt. Et
Tobias: præſtolare paullisper pro
tua humanitate, dum ego hanc
rem patri renuntiatum eo: nam
comitem habere te magnopere o-
pto, tibique itineris mercedem ſol-
10 uam. Et ille: i propere, inquit,
ego hic manebo, donec tu redeas:
11 noli diutius morari. Igitur Tob-
ias rem patri renuntiatum it in
hunc modum: nactus ſum virum
bonum noſtræ conſanguinitatis,
12 qui mecum proficiſcatur. Cui
Tobæus *L.* admiratus, *H.* voca eum
ad me, inquit, vt ſciam, cuias ſit,
et an fidus ſit tibi comes futurus.
13 Tum Tobias egreſſus, illum ar-
ceſſit: et angelus ad Tobæum in-
greſſus, ſalue, diuine vir, inquit.
14 At Tobæus: ſi ſalueo, inquit, cur
omnino hæc vſu veniunt mihi, vt,
oculis captus, ſedeam cæcus in te-
nebris? Cui angelus: *L.* bono 15
animo es. *H.* Qui tibi oculorum lu-
cem cæcitate ademit, idem te,
quia vir bonus es, ſanabit. Ita 16
faxit Ioua, inquit Tobæus. Sed
age frater, Tobias filius meus cu-
pit in Mediam *L.* ad Gabelem *H.*
proficiſci: poſſiſne cum eo ire? et
ego tibi, *L.* vbi redieris, *H.* mer-
cedem ſoluam. Poſſim vero, in- 17
quit angelus: nam vias omnes no-
ui, et omnes illos fines peragraui,
montesque teneo. Et Tobæus: 18
cuias es? inquit: cuius generis et
ciuitatis? cui angelus: quid 19
quæris amplius, quum mercena-
rium habeas, qui tuum filium tuo
comitetur arbitratu? Et Tobæ- 20
us: frater, inquit, aueo tuum ſci-
re nomen, et cuius ſis nationis.
Cui angelus; *L.* ne te ſollicitum 21
habeam, *H.* ego ſum Azarias Ha-
naneelis filius, de ſtirpe Solomithi
maioris, tuus conſanguineus. Et 22
Tobæus: quod ſalutare fauſtum-
que ſit, inquit. Sed noli mihi
ſuccenſere, frater, quod familiæ
ſtirpisque tuæ voluerim rationem
cognoſcere, poſtquam meus con-
ſanguineus es, honeſto et nobili
loco natus. Nimirum noſti Ha- 23
naneelem et Mathanem duos So-
lomithi maioris filios, qui me-
cum ſolebant itare Hieroſolymam,
quum Iſraelitarum terram incole-
remus, mecumque ibi adorabant,
neque vmquam ad deos peregri-
nos illius terræ deſciuerunt, quem-
admodum fecere noſtri conſan-
guinei. Quamobrem vade ſane, 24
frater, cum bona pace, cum filio
meo, et redite alui, adiuuante
Deo, ego tibi in ſingulos dies
drachmam vnam ſoluam, et victum,
vt filio. Quod ſi vos Deus opti- 25
mus maximus ſaluos reduxerit, e-
go tibi ad iſtud præmium addam
corollarium. Et angelus: omit- 26
te timorem, inquit: nam ego ita fi-
lium tuum comitabor, vt incolumes

c) L. et vnde nobis ades, bone iuuenis? inquit: Cui ille: ex Iſraelitis.

27 et eamus et redeamus. Tum To-
bæus filium euocat, et ſic adloqui-
tur: præpara tibi, quæ ſunt ad pro-
fectionem neceſſaria, et proficiſce-
28 re cum iſto fratre. Deus omni-
potens vos ſoſpites et ducat et re-
ducat, et vobis hoc iter ductu an-
29 geli ſui proſperet. Hic Tobias
patrem matremque oſculatur. Et
illi, ambula proſpere, inquiunt.
30 Illis digreſſis, *G.* comitante cane
adoleſcentis, *H.* cœpit illius plora-
31 re mater. Tunc puerum (inquit
maritum adloquens) amandare au-
ſus es, qui, noſtræ ſenectæ filius,
nobis obuerſaretur? quaſi vero
non nos ſine illo argento aliturus
32 eſſet Deus noſter? *G.* Nam
quantum nobis vitæ a Domino
conceſſum eſt, id nobis ſatis eſt,
et filii noſtri adſpectum in diuitiis
33 deputaſſemus. *H.* Cui Tobæus:
pone metum ſoror: nam et ſaluus
ibit, et incolumem ad nos reuer-
ſum tu ipſa tuis oculis adſpicies.
34 Ioua Deus noſter ei angelum ſu-
um attribuet, qui ei bene fortu-
net iter, ita vt redeat incolumis.
At illa plorabat amplius.

CAPVT VI.

Profectio Tobiæ cum angelo. Piſcis, pueri pauor. Captus piſcis, cor et fel in medicamen.

1 INterea iter ingreſſus puer, comi-
te Raphaele angelo, peruenit ad
flumen Tigrim ſub veſperum:
2 vbi quum pernoctaturi eſſent, et
deſcendiſſet Tobias ad flumen la-
uandorum pedum gratia, exiit re-
pente piſcis quidam *L.* immanis, *H.*
de flumine ad puerum deuoran-
dum.
3 Tum *L.* perterritus *H.* puer ex-
clamare *L.* voce magna: inuadit me,
4 domine. *H.* Et angelus: cape, in-
quit, piſcem *L.* branchiis, et ad te
extrahe, *H.* et noli eum dimittere.
Quumque ille cepiſſet, *G.* et in ter-
ram extraxiſſet, *L.* ante pedes pal-
pitantem, *H.* diuide medium, 5
dixit ei angelus, et cape cor et fel,
quæ penes te reponas: habent enim
vſum in medicina. Id quod puer 6
fecit, coctumque piſcem comedit,
et reliquias reſeruauit. *L.* Cetera
ſaliuerunt, quæ eis ſatis eſſent,
donec Ragem vrbem in Mediam
perueniſſent. *H.* Poſteaquam ad 7
Mediam peruentum eſt, Tobias an-
gelum ſic interrogat: Azaria frater,
quam medicinam facies ex corde
piſcis et felle? Cui ille: cor valet, 8
inquit, ad ſuffitum faciendum ho-
mini, in quo malus ſit aut dæmoni-
cus ſpiritus, ita enim fugantur ex
homine. Fel autem prodeſt, ſi eo 9
vngantur hominis oculi, in quibus
ſit albugo, eamque ſanat. Deinde 10
vbi Ecbatana ventum eſt: dicit Tob-
iæ angelus, frater, diuertemus ad
Raguelem, is ſenex eſt, *G.* tuus 11
cognatus, *H.* qui filiam habet vni-
cam forma præſtantem, nomine
Saram. Ego cum eo agam, vt eam 12
tibi det in matrimonium: *G.* nam
tibi debetur eius omnis hereditas,
qui ſolus ſis eius conſanguinitatis.
H. Eſt bonæ indolis, et patri dile-
ctiſſima. Quamobrem auſculta 13
mihi, et de ea agito: vbi ex Rage
redierimus, agemus nuptias. Scio
illum non eſſe tuis poſtulatis con-
tradicturum, neque eam contra le-
gem Moſis alienigenæ traditurum,
G. niſi velit capitale crimen com-
mittere. Nam hereditas ad te præ-
ter omnes ſpectat. *H.* Nos eam
ducemus ad patrem tuum. At 14
Tobias: audio, frater, inquit, eam
iam ſeptem nupſiſſe viris, qui prius
mortui ſint, quam venirent in eius
complexum, ab Asmodæo, vt audio,
dæmonum rege interfecti, *G.* qui
eam amans, non lædat, niſi eos qui
cum ea congrediuntur. *H.* Qua- 15
propter ne me Asmodæus interfi-
ciat, non mediocriter pertimeſco:
quod ſi fieret, parentes meos, eoſ-
que canos, mærore confectos in
orcum deducerem, qui alium nul-
lum

lum neque filium habent neque
filiam, a quo mortui ſepeliantur.
16 Cui angelus: *L.* attende et oſten-
dam tibi, in quos poteſtatem habeat
dæmon. Qui in matrimonium ita
conueniunt, vt, expertes et imme-
mores Dei more equi aut muli
brutorum animalium, vacent libi-
dini, in hos poteſtatem habet dæ-
17 mon. *H.* Verere modo Iouam,
inquit, eiusque memor eſto, patris-
que tui præceptum recordare, a
quo iuſſus es vxorem eiusdem te-
cum paternæ ſtirpis ducere: tum
me auctore nihil dæmonem timue-
18 ris. Nam ſatis exploratum habeo,
te eam hac nocte in matrimonium
19 eſſe ducturum. Igitur vbi in cu-
biculum cum ea introieris, (*L.* per
tres dies ab ea te abſtinebis, et nihil
aliud, quam precibus cum ea vaca-
bis. Secunda nocte in ſanctorum
patriarcharum conſortium admit-
20 teris. Tertia nocte eam conſe-
quere felicitatem, vt ex vobis liberi
proſpere gignantur,) *H.* ſumito cor
piſcis, et inde ſuffitum ſub eius
21 veſtes facito. Eo nidore olfacto,
dæmon puellam fugiet: nec eam
vmquam poſtea repetet. Sed quum
tibi cum ea congredi libebit, ſur-
gitote de lecto, Iouamque ſupplici-
ter oratote, vt ſua in vos clementia
et medicina vtatur, puellæque me-
22 deatur. Tum demum cum ea rem
habebis, *L.* liberorum amore ma-
gis, quam libidine ductus: *H.* ex
qua liberos mares procreabis. Sed
metum abiice: nam ea tibi deſti-
nata eſt ante orbem conditum, eam-
que tua opera Ioua a dæmone vin-
dicabit.

CAPVT VII.

Ardet Saram Tobias. Sara Tobiæ coniux.

1 HIs omnibus rebus auditis,
Tobias eſt intimo Saræ amo-
re deuinctus. Vbi Ecbatana
domum Raguelis peruenerunt, of-
fendunt eum ad fores eius ædium.
Tum Raguel ab eis ſaluere iuſſus, 2
poſtquam eos reſalutauit, ſic Ed-
nam vxorem ſuam adloquitur:
quam ſimilis eſt hic iuuenis Tobæo
fratri meo? Et Edna: vndenam 3
eſtis, fratres? inquit eos interro-
gans. Cui illi: ex captiuis, qui ſunt
Niniuæ, ex tribu nephthalenſi.
Et illa: noſtisne Tobæum fratrem 4
noſtrum? Nouimus. Valetne? Va-
let, inquiunt. Et *L.* quum ille 5
multa de eo bona prædicaret, *H.*
Tobias ita dixit: is Tobæus, quem
vos fratrem veſtrum dicitis, pater
meus eſt. Hic Raguel in illius 6
complexum accurrit, et eum flens
deoſculatus, Iouam tibi precor ſe-
cundum, inquit, fili: nam ex viro 7
bono et probo natus es. *G.* Sed
poſtquam audiuit, Tobæum oculos
amiſiſſe, fleuit præ dolore. *H.* De- 8
inde, vbi diutius apud eum fleuere,
Raguel et Edna eius vxor, et Sara
filia, conuiuium, mactato ariete, pa-
rauerunt. Ibi quum cibum eſſent 9
ſumturi, Tobias angelum ſubmo-
nuit, vt cum Raguele ageret de
Sara filia, ſibi in coniugium traden-
da. Qua re audita Raguel. (*L.* ter- 10
ritus eſt, ſciens, quid illis ſeptem
viris, cum ea congreſſis, eueniſſet,
et, ne ei idem accideret, metuens.
Igitur eo dubitante, nec vllum 11
petenti reſponſum dante: ne dubita,
inquit angelus, eam huic tradere.
Nam ei, homini religioſo, filia tua 12
debetur in matrimonium, ideoque
ea potiri nemo alius potuit. Tum 13
Raguel: non dubito, inquit, quin
Deus precibus et lacrimis meis ad-
nuerit: credoque adeo eum huc
adduxiſſe vos, vt hæc conſangui-
neo ſuo ex moſaica lege coniunge-
retur. Quare noli dubitare, quin 14
eam ſim tibi traditurus.) *H.* ſcio,
inquit Tobiæ, ſatius eſſe, eam tibi
me, quam alteri dare. Sed verum 15
tibi dicam: eam iam ſeptem viris
locaui, vt tu ſcias, qui omnes an-
te eius congreſſum mortui ſunt.
Quamobrem ſume cibum, et iſtam
rem

16 rem omitte. At Tobias: cibum
ego non capiam, inquit, quin tu
eam mihi in matrimonium conceſ-
17 ſeris. Et Raguel: accipe eam,
quandoquidem conſanguinei eſtis:
en ego eam tibi in matrimonium
trado ex inſtituto moſaico et iſra-
18 elitico. Ioua, Deus cæleſtis, vos
hac nocte tueatur incolumes, et
19 ſua erga vos lenitate vtatur. De-
inde prehendit Raguel Saram fili-
am ſuam, eamque Tobiæ in ma-
trimonium dat: et eis fauſta pre-
catus, codicillos ab Edna vxore ſua
poſcit, ibique rem perſcribit et
obſignat, adhibitis teſtibus. Tum
20 cibum læti capiunt. Deinde Ra-
guel Ednæ vxori mandat, vt *G.* al-
terum *H.* cubiculum paret, in quo
21 illos collocet. Edna Saram filiam
ſuam complexa, flens cum ea ita
loquitur: Ioua, Deus Iſraelitarum,
hac nocte ſua erga te, filia, beni-
gnitate vtatur, veſtrique miſertus,
tui miſericors, rationem ducat, de
eo angore, quem adhuc pertuliſti.

CAPVT VIII.

Suffitus ex corde piſcis ac felle, precatio coniugatorum ad Iouam. Raguelis benignitas in generum.

1 POſtquam, præparato cubiculo et
lecto, Tobias et Sara illinc ſe
2 in cubiculum receperunt, re-
cordatus admonitionem Raphaelis
Tobias, profert *L.* e pera *H.* cor
piſcis, eoque in turibulum impo-
ſito, ſuffitum ſub Saræ veſtes facit:
3 quo nidore olfacto, Aſmodæus ad
Aegypti extremitatem fugit, vbi
eum Raphael angelus colligauit.
4 Eo cubiculum egresſo, illi oſtio ſe
ambos concludunt, et Tobias de
lecto ſurgit, Saramque ſuam con-
iugem ſic adhortatur: ſurge, ſoror,
et Iouam, vt ſua erga nos ſingulari
miſericordia et clementia vtatur,
ſuppliciter oremus (*L.* hodie, cras
5 et perendie; nam his tribus no-
ctibus Deo coniungi debemus,
tertia nocte fruemur coniugio.
Quum ſimus enim ſanctorum pro- 6
genies: nefas eſt ita coniungi nos,
vt ignaræ Dei gentes ſolent. Igitur
ambo ſurrexerunt, et pro ſalute
ſua precari obnixe cœperunt.) *H.* 7
Atque ille Iouam interpellans, Io-
ua, Deus Iſraelitarum, inquit, qui
Ioua ſolus es, et in cælis et in terris,
qui Adamum creaſti, eique Euam 8
vxorem, quæ adiutrix esſet idonea,
attribuiſti, *G.* ex quibus hominum
genus ortum eſt: tu dixiſti, non
conuenit hominem eſſe ſolum, fa-
ciamus ei adiutorem ei conſimilem.
Nunc *H.* perſpectum, Ioua, cogni- 9
tumque habes, me non hanc vxo-
rem ducere libidinis gratia, ſed
bono animo ex moſaico et iſra-
elitico inſtituto. Quamobrem, 10
Ioua, ſine, te exorari, noſtrique mi-
ſertus, nos ſaluos copulato, *G.* vt
conſeneſcamus, *H.* et filiis fortu-
nato, qui tuæ legi incumbant. Et
Sara reſpondit, amen. Atque ille 11
cum ea congresſus eſt ea nocte. At
Raguel noctu ſurrexit, et famulis
mandauit, vt ſepulcrum noctu effo-
derent: idque eo conſilio facie- 12
bat, vt, ſi mortuus esſet iuuenis,
eum nocte ſepelirent: inſciis omni-
bus, ne id eis esſet dedecori. De- 13
inde vocata Edna vxore: mitte,
inquit, ancillarum vnam in cubi-
culum, quæ videat, an ſit ille viuus:
quod ſi non eſt, ſepeliemus eum 14
prius quam diluceſcat, ne quis id
reſciſcat. Tum Edna ancillam 15
mittit in cubiculum, quæ quum in-
ſpexisſet, et ambos ſimul ſaluos
ſuauiter cubantes offendisſet, egreſ-
ſa rem illis renuntiat, et illum dicit
adhuc viuere. Tum illi Iouæ 16
Deo maximo gratias egerunt. Et 17
Raguel: gratias, inquit, agimus tibi,
Ioua, Deus maiorum noſtrorum,
qui hoc tanto nos adfeceris bene-
ficio. *G.* Celebrandus es Deus o-
mnibus puris ſanctiſque laudibus:
te ſancti tui, et omnia a te creata,
te omnes angeli electique tui in
omnem

omnem collaudent æternitatem.
18 Tibi gratias ago, qui me exhila-
raueris: nec id mihi accidere paſ-
ſus ſis, quod verebar, ſed ſingulari
miſericordia erga nos vſus ſis.
19 Tibi gratias ago, qui duos vnige-
nitos miſeratus, *L.* repuleris a
nobis hoſtem, qui nos inſectabatur.
20 *G.* Vtere, Ioua, ea in eos benignita-
te, vt ſani vitam cum lætitia miſeri-
cordiaque tranſigant, vt te plenius
celebrent, et tibi ad laudem tuam
ſalutare ſibi ſacrificium faciant, vt
cognoſcant vniuerſæ gentes, te ſo-
21 lum in toto orbe eſſe Deum. *H.*
Tu quidem is es, Ioua, qui vulne-
ras et ſanas: qui occidis et vitam
das, qui circa duos hos tam mirifice
egeris: tu viuis et perſtas in omnem
omnium ſæculorum perennitatem.
22 Hæc locutus Raguel, famulis ſuis
imperat, vt ſepulcrum obducant
ante diluculum, ne quis id reſciſcat.
23 Deinde lautum lætumque prandi-
um parari iubet, quod eos Deus pro
ſua ſingulari miſericordia et cle-
mentia adfeciſſet lætitia, et a peco-
rum gregibus vitulos et arietes
curſu petitum it, eosque mactandos
curat, Tobiamque ſic adloquitur:
24 non exibis ex domo mea ante dies
quatuordecim, ſed cum mea delicata
filiola voluptatem capies, ſumtaque
omnium mearum facultatum parte
dimidia, ad tuum patrem lætus te
recipies: poſtea me et vxore mea
mortuis, omnia poſſidebis, *L.* atque
eius rei ſyngrapham fecit.

CAPVT IX.

Raphael a Tobia miſſus Ragem. Sacramentum Tobiæ. Gabelis gratulatio de nuptiis, ac fauſta precatio coniugatis.

1 TVm Tobias Raphaelem vocat,
2 et ſic cum eo agit: Azaria
frater, *L.* attende verbis meis,
ſi me tibi in ſeruitutem darem,
tamen prouidentiæ tuæ paria non
3 facerem. Sed tamen quæſo, *H.* ad-
ſume hinc quatuor tecum famulos,
et duos camelos, et Ragem ad Gabe-
lem auunculum meum profectus,
tradito ei ipſius marſupium, vt tibi
argentum det: et eum inuitato, vt
ad meas nuptias veniat. Nam 4
mihi quidem eo proficiſci non licet,
propter ſacramentum, quo me Ra-
guel obſtrinxit, non eſſe me ex eius
domo emigraturum ante dies qua-
tuordecim. Iam vero meus pater 5
et mater numerant dies: quodſi
præter dictum ſpatium transierit
vel vna dies, ſollicitudinem meis
adferam parentibus. Igitur Ra- 6
phael, adhibitis duobus camelis, et
quatuor famulis, Ragem domum
Gabelis ire contendit, eique ipſius
marſupium tradit, et Tobiam 7
Tobæi filium duxiſſe Saram Ra-
guelis filiam nuntiat, eumque ad
illius nuptias inuitat.
Tum Gabel, impoſito camelis ar- 8
gento, ad nuptias venit, et To-
biam nactus adſidentem menſæ am-
plectitur, et præ gaudio lacrimans,
ei gratulatur huiusmodi verbis:
gratias ago Iouæ, Iſraelitarum Deo, 9
qui te cum hoc viro læte coniunxe-
rit. Is tibi pro ſua miſericordia 10
det ex iſta mares liberos, qui Iouæ
legi dent operam: *L.* nam viri opti-
mi, iuſti, religioſi, et benefici filius
es. Felix dicatur vxor tua, paren- 11
teſque veſtri, ita vt natos veſtros, et
natorum natos, ad tertiam vſque
quartamque ſtirpem videatis, ſitque
veſtra progenies Iſraelitarum Deo,
qui regnat in ſempiternum, cara.
Hic quum omnes amen ſuccinuiſ- 12
ſent: inierunt epulas, et cum Do-
mini reuerentia nuptiarum conui-
uium celebrarunt, *G.* ſuæque, vxo-
ri fauſta precatus eſt Tobias.

CAPVT X.

Tobæi, et coniugis lacrimæ pro filio Tobia. Pueri ad parentes reditus. Soceri fauſtæ precatio ad coniugatos.

CEterum Tobæus et eius vxor 1
dies noctesque computabant,
et, illum a ſe dimiſſum, dole-
bant,

bant, eiusque cauſſa plorabant, et
2 ſe adflictabant. *G.* Et Tobæus,ex-
acta peregrinationis die, quum illi
non venirent, *L.* Tobia moram
nuptiarum cauſſa faciente, ſollici-
3 tus ita dicebat: cur tamdiu mora-
tur filius meus? aut quid illic eum
detinet? numnam vi detinetur? an
mortuus eſt Gabel, nec quisquam
4 ei reddit argentum? Quum ille
in hunc modum dolebat: tum vxor
ita dicebat: periit puer noſter, qui
5 tam diu moretur. Tum illum in-
ſolabiliter lugens: hei mihi, nate,
qui te oculorum meorum lumen
amiſerim, *L.* ſenectutis noſtræ ba-
culum, vitæ ſolatium, ſpem poſte-
ritatis, in quo vno quum nobis es-
ſent omnia ſita, non debuimus a-
6 mandare te. *H.* Quumque Tobæ-
us, Annam vxorem ſuam conſolans,
hortaretur, vt ſileret, illum enim
ſaluum lætumque esſe venturum:
illa conſolationem reſpuens, in vias
ſingulis diebus exibat, vt videret,
7 ſi filius veniret: neque quidquam
dies noctesque præter lacrimas
8 guſtabat. Peractis quatuordecim
nuptiarum diebus: Tobias Rague-
9 lem monet, vt ſe dimittat: nam
ſuum patrem et matrem dies nume-
rare,non putantes,eo loco rem esſe.
10 Cui Raguel ſuadet, vt amplius apud
ſe maneat: ſeſe ad eius patrem mis-
ſurum esſe, qui ei negotium omne
11 nuntiaret. Verum Tobias horta-
tur, ne ſe remoretur, ſed ad ſuum
patrem et matrem ire permittat.
12 Ita inductus a Tobia Raguel, ei
Saram filiam ſuam tradit, nec non
dimidiam ſuarum diuitiarum par-
tem, ſeruos, ancillas, oues, capras,
boues,aſinos,camelos, bysſina veſti-
menta, purpuram, argentea aurea-
que vaſa, eosque dimittit cum hu-
13 iusmodi fauſto omine: Deus Io-
ua, Deus maiorum noſtrorum, vos
fecundet, mihique ex vobis liberos
mares oſtendat, qui iouanæ legi
14 vacent. Tum eos osculando com-
plexus, Saram filiam ſuam ſic mo-
net: tuum ſocerum et ſocrum, 15
G. qui nunc tui parentes ſunt, *H.*
magno in honore habeto, *L.* mari-
tum diligito, familiam regito, do-
mum gubernato, et teipſam incul-
patam præſtato, *H.* et cum bona 16
pace profecta, efficito, vt bonam de
te famam viuentes adhuc læti hila-
resque accipiamus. Ita eos deos- 17
culatus et complexus dimiſit, *G.*
Tobiam ſic adloquens: Ioua te 18
Deus cæleſtis, fili, ſaluum perducat,
mihique ex te et Sara filia mea li-
beros Iouæ probatos, antequam
moriar, oſtendat. Ecce Saram 19
filiam meam in poteſtate tua: noli
eam, donec viues, male tractare:
ite ſane incolumes. *H.*

CAPVT XI.

Angelus procurat Tobei ſanitatem. Parentum gaudium de filii reditu. Senex iterum videns. Bene ominatur ſocer nurui et filio. Nuptiarum celebratio

TObias læto et hilari animo dis- 1
cedens, Iouæ gratias egit, qui
ſe lætum reddidisſet,et tot be-
neficiis tam mirifice adfecisſet.
Vbi ad Acrim vrbem, quæ ſecun- 2
dum Niniuen ſita eſt, *L.* vndecimo
die *H.* peruenit: ſic eum monuit
Raphael: frater, tu ſcis, quo ſta- 3
tu patrem matremque reliqueris,
quapropter antecedamus ego et tu, 4
vxore tua cum ſeruis et hominibus
noſtris ſubſequente. Quumque 5
ambo *G.* ſubſequente cane *H.* irent:
monuit Raphael Tobiam, vt ſecum
de felle piſcis ſumeret: id quod
ille fecit. Ecce autem illius ma- 6
ter, quæ in via manebat, vt vide-
ret, num filius veniret, eum con-
ſpicata procul agnouit: et, ecce 7
filium meum Tobiam, (inquit To-
bæo viro ſuo) aduenientem vna
cum eo, qui cum ipſo profectus eſt.
Hic angelus Tobiam ſic adloquitur: 8
video tuum patrem esſe cæcum:
ſed iſto felle, apertis eius oculis,
ſanabitur. *L.* Quocirca tu, quum 9
pri-

primum domum ingreſſus eris,
Dominum Deum tuum adorato,
eique gratias agito. Deinde ad
patrem accedito, et eum deoſcula-
tus, felle iſto eius oculos illinito
1 Tum ille fellis mordacitatem ſen-
tiens, ſibi oculos fricabit, atque
ita deiecta albugine, et cælum, et
te lætus videbit. *H.*
2 Igitur Anna mater illius ei currit
obuiam, et in eius illapſa collum, ita
3 loquitur: iam licet moriar, poſt-
4 quam tuum vultum adſpexi. In-
terea dum illa eius collum tenens
flet diutius: *L.* præcurrit canis, qui
fuerat itineris comes, et quaſi nun-
tius adueniens, cauda lætus blandie-
5 batur. *H.* Deinde ſurgit Tobæus,
et filio obuiam pergens, quum non
6 videret, labitur. Hic Tobias ad
patrem accurrit, (*L.* quem pater
flens, flentem præ gaudio comple-
7 xus et oſculatus eſt. Quumque
Deum adoraſſent, et ei gratias egiſ-
8 ſent: conſederunt. Et filius felle o-
culos patris illinens, *G.* bono es ani-
9 mo pater, inquit. *L.* Deinde exſpe-
ctata dimidia circiter hora, ille
compunctos oculos ſuos fricuit, at-
que ita ex eorum angulis decide-
runt quædam ſquamæ, membranis
oui ſimiles, quas Tobias prehen-
ſas reuulſit.) *H.* Et fel eius ocu-
lis admouet, quo felle illuſtratis
illius oculis, decidit ex eis albugo,
ſanatusque, viſo filio, in eius collum
inſiliit, et grates, inquit, ago
Iouæ, Iſraelitarum Deo, cæcorum
colluſtratori, qui mihi patefecerit
oculos: huic gratiæ, huius no-
mini gratiæ agantur in omnem o-
mnium ſæculorum perpetuitatem,
qui hoc tantum in me contulerit
beneficium. Is enim eſt, qui vul-
nerat et ſanat, qui interficit et in
vitam reuocat: huic, huic inquam,
grates agantur, qui tibi adeo pro-
ſperum iter dederit, vt te nobis ſal-
uum li tumque reduxerit. Dein-
de Tobæus et eius vxor Anna, Sa-
ræ Raguelis filiæ nurui ſuæ obuiam
I. poſt ſeptem dies *H.* progreſſi,
magnopere cum ea lætati ſunt,
eſtque omnibus et viſu et auditu 25
permira viſa res, ſanati Tobæi
oculi. Eſt autem Tobæus Saræ 26
nurui ſuæ bene ominatus his ver-
bis: fortunata Iouæ es, mea filia,
et Ioua laudandus: qui te nobis
lætam adduxerit. Ita magnopere 27
lætati ſunt tum ipſi, tum omnes
Iudæi Niniuitæ, de tanto Iouæ
erga Tobæum et eius filium bene-
ficio. *G. L.* Tum Achior et Naba-
thus Tobiæ conſobrini, ad Tob-
iam gaudentes venerunt, eique
de tot Dei erga ipſum beneficiis
gratulati ſunt. Atque ita Tobiæ 28
nuptiæ ſeptem diebus iucunde ce-
lebratæ ſunt ab omnibus, *H.* ſunt-
que Tobiæ, et multa, et magni
pretii donata munera.

CAPVT XII.

*Tobæi gratitudo in angelum. Pueri libe-
ralitas in bene meritum comitem. Raphael
ſe dicit angelum Dei, eiuſdem diſceſſio.*

DEinde Tobæus filium ſic ad- 1
loquitur: fili, ſoluamus iſti
homini, qui te comitatus eſt,
mercedem, et eam cum corollario.
Cui Tobias, pater, inquit, de- 2
mus ei dimidium pecuniæ, quam
illinc attuli. Nam is me ſoſpitem 3
duxit et reduxit, is vxori meæ re-
medium attulit, *L.* eamque mihi
conciliauit, et me ex piſcis fauci-
bus eripuit. *H.* Is a Gabele pecu- 4
niam abſtulit, is tibi ſanauit ocu-
los: pro quibus omnibus quænam
ei referri par gratia poteſt? De- 5
inde euocato Raphaele: Azaria fra-
ter, inquit, accipe tuam merce-
dem, videlicet dimidiam pecuniæ
partem, quam illinc attuliſti, et
vale. At Raphael *G.* ſeuocatis il- 6
lis duobus. *H.* Tobæum et eius
filium Tobiam ſic adloquitur:
canite Iouæ carmen nouum, eique
gratias agite, et eius nomen canta-
te

te pro tantis eius in vos collatis
beneficiis: crebriſque precibus,
ſupplicationibus, et beneficentia
cum adfectate, quoad viuetis.
7 (*G.* Regis arcana celare pulchrum
eſt, ſed Dei opera patefacere glori-
oſum eſt. Recte facite, et vobis
8 malum non accidet. Bona res eſt
precatio, quæ cum ieiunio, bene-
ficentia et iuſtitia coniuncta eſt.
Melius eſt parum cum iuſtitia,
quam multum cum iniuſtitia.) *H.*
Nam plus apud Iouam valet adſidu-
um beneficentiæ officium, quam
auri argentique copioſa congeries,
quum a morte vindicet beneficen-
tia, *G. L.* et omne peccatum expiet,
atque impetrata venia, perducat
9 ad vitam æternam: quam bene-
ficentiam qui liberaliter exercent,
10 vitam plene conſequentur. At
improbi ſunt ſuæ ipſorum vitæ ho-
11 ſtes. Equidem nihil vos de rei
veritate celabo. *G.* Dixi autem ar-
cana regis celare, pulchrum eſſe:
Dei autem opera patefacere, glo-
12 rioſum. *H.* Quo tempore tu, tua-
que nurus Sara, ſancti opem numi-
nis (cui grates agantur) precibus
ſuppliciter magno cum animi an-
gore implorabatis: veſtras ego pre-
ces, vt vos ſciatis, ad maieſtatis ſo-
13 lium ſubuehebam: quumque tu
mortuos ſepeliebas: aderam tibi
tuiſque difficillimis rebus a Ioua,
qui te oculorum cæcitate tentaue-
rat, (ſolet enim periculum facere
iuſtorum,) miſſus ſum ad te Saram-
14 que tuam nurum ſanandos. Sum
autem Raphael angelus, vnus de
G. ſeptem *H.* principibus, qui ad
maieſtatis ſolium famulantur *G.*
ſanctorumque preces deferunt.
15 *H.* His omnibus auditis, illi magno
timore permoti, in faciem procide-
16 runt. At Raphael, bene vobis ſe
res habet, inquit: omittite timo-
rem: agite Iouæ gratias ob hæc
tanta tam mirabilia, quæ fecit erga
17 vos. *G.* Non enim mea cauſſa
veni, ſed Dei veſtri voluntate.
H. Nam quod me, quamdiu vobis- 18
cum verſatus ſum, edere et bibere
vidiſtis: ſpecies illa fuit, quæ ve-
ſtris oculis obuerſabatur, quum
neque comesſem, neque biberem.
L. Nam equidem cibo et potu vtor 19
inadſpectabili, et ſub hominis ad-
ſpectum non cadente. *H.* Quare 20
mandate hæc omnia litteris, quæ
vos veſtri erga Deum officii per
omnem vitam admoneant, atque
hanc rem in omnem omnium æta-
tum æternitatem ſignificent et te-
ſtentur, et Iouæ gratias agite, eius- 21
que ſacram memoriam celebrate,
meque abſoluite, vt ad Deum me
recipiam, a quo ſum miſſus ad vos.
Tum illi, eo dimiſſo, Iouæ gratias 22
pro his omnibus egerunt. At 23
Iouæ angelus in cælum adſcendit,
neque poſtea Tobæo aut Tobiæ
eius filio adparuit. *G. L.* Tum illi
per tres horas humi iacentes, Deo
gratias egerunt. Deinde ſurrexe- 24
runt, et tanta illa, tam mirabilia
Dei facta, vtque eis Domini angelus
adparuiſſet, prædicauerunt. *H.*

CAPVT XIII.

Tobias facta mira conſcribit. Pietas Tobæi in Iouam.

DEinde Tobias has res omnes 1
lætus perſcripſit, et Tobæus
ita dixit: ago Iouæ Deo ma- 2
ximo gratias, qui ſua tam mira mi-
racula ſuo populo et cultoribus ex-
hibet, qui vulnerat et ſanat, inter-
ficit et vitam reddit, in orcum de-
mittit et extrahit: *G.* cuius ma-
num qui effugiat nemo eſt, *H.* a 3
quo nos inter gentes diſperſi, de-
bemus hæc tot miracula per popu-
los declarare. Vos igitur, o Iſrae- 4
litæ, fortes vos, et animis firmos,
et manibus impigros præbete:
nam veſtrum opus manet merces,
et Ioua dum veſtri miſeretur, ex-
tollitur, vt Deus æquitatis: cui
quicumque confidunt, beati ſunt,
et vos, mei nati, vtimini multa bene- 5
ficen-

ficientia, precibus et ſupplicatio-
nibus apud mundi Dominum: nam
beneficentia et preces calamitatem
propulſant, vt eſt in illa ſententia:
beneficentia a morte vindicat.
6 Laudetur Ioua, qui erga me, erga
patrem et maiores meos, denique
erga omnes ipſo fretos, tantis, tam
horrendis portentis et miraculis
vſus eſt; laudetur Ioua in ſempi-
ternum: amen, amen. (Hactenus
ex hebræo. Quæ ſequuntur præ-
terea, habentur in Græca lingua
7 et partim in Latina.) Is nos propter
delicta noſtra verberat: ſed idem
rurſus noſtri miſertus, vos ex omni-
bus, per quas diſſipati eſtis, nationi-
8 bus colliget. Si ad eum tota mente
totoque animo conuerſi, quod æ-
quum apud eum eſt, facietis: tum
ipſe quoque conuerſus ad vos, ſuum
9 vultum a vobis non abdet. Quo-
circa ſpectate, quæ vobis faciet,
eumque pleno ore celebrate, iuſti-
tiæ Dominum collaudate, mundi
regem extollite, quem ego captiuus
in hac terra celebro, eiusque vires
et magnitudinem nocentum generi
10 oſtendo. Reſipiſcite ſontes, et
coram illo iuſtitiam exercete.
11 Quis ſcit, an in vos propenſus, vo-
12 bis miſericordiam tribuat? E-
quidem Deum meum regem cæle-
ſtem animo geſtienti extollo, cu-
ius magnitudinem prædicent o-
mnes, eiusque iuſtitiam celebrent.
13 O Hieroſolyma ciuitas ſancta, ille
quidem de te propter natorum tuo-
rum facta ſupplicium ſumet: ſed
idem rurſus bonorum generis mi-
14 ſerebitur. Celebra rite Domi-
num, et mundi regem collauda,
vt iterum eius tabernaculum iſtic
cum lætitia ædificetur, et ipſe il-
los captiuos iſtic exhilaret, et cala-
mitoſos iſtic amet, in omnes ſæcu-
15 lorum ætates. Multæ gentes pro-
cul venient ad Domini Dei nomen,
dona ſecum ferentes, dona regi cæ-
16 leſti. Omnis te ſæculorum po-
17 ſteritas geſtiens laudabit. Omnes
tui et oſores deteſtabiles, et ama-
tores beati ſemper erunt. Gaude 18
et exſulta ob bonorum genus, qui
colligentur, et bonorum Domino
gratias agent. O beatos amato- 19
res tuos: nam pace tua lætabun-
tur. Beatos, qui tuas tot res ad- 20
uerſas doluerunt: nam ii de te
gaudebunt; dum tuam videbunt
tantam gloriam, et lætabuntur in
perpetuum. Laudet anima mea 21
Deum regem illum maximum: quo-
niam exſtruentur, o Hieroſolyma,
ſapphiro, ſmaragdo, et lapide pre-
tioſo tua mœnia; et turres et pro-
pugnacula auro puro: areæ autem 22
hieroſolymitanæ berillo, et carbun-
culo, et lapide ſapphirio pauientur:
dicentque omnes eius vici, alleluia:
et laudes celebrabunt dicentes: lau- 23
dandus Deus eſt, qui eam euexit in
omnia ſæcula.

CAPVT XIIII.

Tobæi ætas, Tobiæ in Mediam dimiſſio. Niniua ſubuertenda. Præcepta ad filium pia. Niniuæ a Nabuchodonoſore ruina.

HAec locutus Tobæus, Deum 1
laudandi finem fecit. Erat 2
autem annos natus octo et
quinquaginta, quum viſum amiſit:
quo poſt octo annos recuperato,
beneficentiam exercebat, Domi-
numque Deum magis reuerebatur
et celebrabat. Deinde vbi ad mul- 3
tam ſenectutem peruenit: filium
ſuum, et ſex ex eo nepotes vocat,
eumque ſic adloquitur: nate, ad- 4
ſumtis filiis tuis, (en ego ſenex, et
exitui vitæ ſum proximus,) in Me-
diam diſcede, nate. Nam mihi 5
perſuaſi, Niniuen, quemadmo-
dum Ionas vates de ea prædixit,
euerſum iri. In Media autem res 6
erunt aliquamdiu pacatiores. No- 7
ſtri vero conſanguinei ex illa felice
terra per orbem diſpergentur, erit-
que Hieroſolyma vaſta, et quod in
ea templum eſt, cremabitur, et
aliquamdiu deſertum erit. Sed 8
Kk rur-

rurſum miſeratus eos Deus, in pa-
triam reuocabit, templumque con-
ſtruent, non quale prius, ſed du-
raturum, quamdiu durabit mundus:
9 ac deinde ab exſiliis reuerſi, Hiero-
ſolymam præclare inſtaurabunt,
et in ea templum ſplendida ad o-
mnem ſæculorum perpetuitatem
ſtructura ædificabitur, vt de ea
10 prædixere vates. Atque omnes
ſe gentes ad Dominum Deum vere
11 metuendum conuertent, defoſ-
ſisque ſimulacris ſuis, Dominum
laudabunt, Deumque celebrabunt
ſui, quos ſuos Dominus ſic extol-
let, vt omnes Dominum Deum
vere et iuſte amantes lætentur, mi-
ſericordiam noſtris conſanguineis
12 tribuentes. Quamobrem, nate,
emigra Niniue: nam omnino eue-
nient, quæ ſunt a Iona vate prædi-
13 cta. Tu legem et præcepta con-
ſeruato, et te miſericordem iu-
ſtumque præſtato, vt tibi bene ſit,
meque et matrem tuam apud me
ſepelito, et nolite amplius Niniuæ
14 commorari. Vide, nate, quid fe-
cerit Aman Achiacharo nutritio
ſuo, vt eum ex luce in tenebras de-
truſerit, et qualem ei gratiam re-
tulerit; et tamen euaſit Achiacha-
rus: ille autem in tenebras detur-
batus, meritas dedit pœnas. Ma- 15
naſſes beneficentia vſus, laqueum
mortis euaſit, in quem indutus fue-
rat. At Aman in laqueum illa- 16
pſus periit. Quare, fili, vide quid
efficiat liberalitas, et quantum ha-
beat beneficentia præſidii. Hæc 17
locutus ille animam egit in lecto,
anno ætatis ſuæ centeſimo quinqua-
geſimo octauo. Sepultus eſt ho-
norifice. Anna quoque poſtquam 18
interiit, ſepulta eſt cum illius pa-
tre. Poſtea Tobias cum vxore 19
et liberis Ecbatana migrauit ad Ra-
guelem ſocerum ſuum, honeſteque
ſenuit, et ſoceris ſuis ſplendide pa-
rentauit, et eorum Tobæique patris
ſui hereditatem tenuit. Mortuus 20
eſt annum centeſimum viceſimum
ſeptimum agens, Ecbatanis in Me-
dia, quum quidem ante ſuam mor-
tem Niniuæ excidium a Nabucho-
donoſore et Aſſuero captæ audiuiſ-
ſet, et eo delectatus eſſet.

IVDITHA.

CAPVT I.

Nabuchodonoſoris Aſſyriorum regis elatio, legati ad gentes, deſpectus legatorum, furor, in Arphaxadum victoria.

1 ARPHAXADVS Medorum
2 rex fuit Ecbatanis: quam
vrbem muro circummu-
niuit, lapidibus quadra-
tis, ternos cubitos latis, ſenos au-
3 tem longis. Murum fecit in alti-
tudinem cubitorum ſeptuaginta, in
4 craſſitudinem quinquaginta. Eius
turres centenum cubitorum ex-
ſtruxit, in latitudinem ſexaginta
cubitorum fundatas, *L.* quarum
quadraturæ latera vtraque vicenos
pedes patebant. *G.* Portas in al- 5
titudinem cubitorum ſeptuage-
num erexit, in latitudinem qua-
dragenum, ad exitum tantarum,
quas habebat, copiarum et agmi-
num peditum. Hunc Arphaxa- 6
dum *L.* tam valida exercitus ſui po-
tentia et quadrigarum adparatu
gloriantem, *G.* Nabuchodonoſor
Aſſyriæ rex anno regni ſui duode-
cimo

cimo Niniuæ in magna illa vrbe re-
gnans, bello adgreſſus eſt in ma-
gno quodam campo, in finibus Ra-
7 gau poſito. Conuenerunt autem
ad eum omnes montani, et Euphra-
tis, et Tigris, et Hydaſpis acco-
læ, et campi Ariochi Elymæorum
regis incolæ, permultæque Chelo-
diorum gentes in eum conflictum
8 coiuere. Tum Nabuchodono-
ſor *L.* et imperio auctus, et animo
elatus, *G.* miſit arceſſitum omnes
Perſidis incolas, et ad occaſum ha-
bitantes, et Ciliciæ, Damaſci, Li-
9 bani et Antilibani incolas, omnes-
que maritimos tum Carmeli *L.*
Cedaris, *G.* Galaaditidis, ſuperio-
ris Galilææ, et magni Eſdrelonis
campi gentes, omnesque Samariæ
10 incolas atque ciuitates, præter-
ea trans Iordanem vsque Hieroſo-
lymam, et Bethauen, et Chellos, et
Cadem, et fluuium Aegypti, et
11 Taphnas, et Rameſſem, omnem-
que Geſamem vsque trans Tanim
et Memphim, omnesque Aegypti
habitatores vsque ad Aethiopiæ
12 confinia. Sed omnes illarum
terrarum incolæ, ſpreto Nabucho-
donoſoris mandato, ad id bellum
non conuenerunt: omnesque ad
vnum, nihil eum veriti, legatos
eius infecta re ignominioſe remi-
13 ſerunt. Quare iratus vehemen-
ter in omnes illas nationes Nabu-
chodonoſor, per ſolium regnum-
que ſuum iurauit, vlturum ſe,
et ferro vaſtaturum omnes Cili-
ciæ, Damaſci, et Syriæ fines, o-
mnesque moabiticæ terræ incolas,
et Ammonitas, et omnem Iudæ-
am, omnesque Aegypti incolas,
qua inter duo maria patet regio.
14 Igitur prœlio cum Arphaxado re-
ge totis copiis anno decimo ſepti-
mo congreſſus, vicit: verſisque o-
mnibus illius copiis, equitatu et
quadrigariis, potitus eſt eius vrbi-
bus, et ad Ecbatana vsque progreſ-
ſus, expugnatis vrbis turribus, vi-
cos depopulatus eſt, eiusque de-
cus in turpitudinem conuertit:
et Arphaxadum in montibus Ra- 15
gau conſecutus, iaculis confixit:
eoque ita profligato, Niniuen cum
omni ſuorum turba, (quæ erat mi-
litum permagna multitudo,) reuer-
ſus eſt, et ibi cum ſuis copiis otia
et conuiuia per dies centum vi-
ginti agitauit.

CAPVT II.

Conſilium regis Nabuchodonoſoris. Olofernes imperator.

ANno autem duodeuiceſimo, 1
die menſis primi viceſimo ſe-
cundo, iniecta in eius domo
mentione de vlciſcendis omnibus
illis nationibus, quemadmodum
facturum ſe dixerat: conuocat 2
omnes ſuos ſtipatores et proceres,
et cum eis conſilii ſui arcanum
communicat, et tam ingens natio-
num illarum crimen ſuo ipſius o-
re accuſat. Tum illi ſtatuunt, 3
perdendos eſſe mortales omnes,
qui ei non obediuiſſent. Pera- 4
cto conſilio vocat Nabuchodono-
ſor Olofernem ſuarum copiarum
imperatorem, ſecundum a ſe, eum-
que ſic adloquitur. Hæc dicit rex 5
magnus totius orbis terrarum do-
minus. Tu iam a me digreſſus,
adſumtis ſingularis virtutis pedi-
tum centum viginti millibus, et
equitum duodecim millibus, expe-
ditionem facies in omnes occiden-
tales nationes, quæ meo non pa-
ruerunt imperio, eisque nunti- 6
abis, vt mihi terram parent et a-
quam: me enim eſſe eos iracun-
de inuaſurum, et omne terræ ſo-
lum mearum copiarum pedibus
obtecturum, eosque ita prædæ eis
obiecturum, vt occiſi et valles et
torrentes impleant, et flumina eo-
rum, repleta cadaueribus, redun-
dent, eorumque captiuos in o-
mnes orbis vltimas terras transla-
turum. Tu vero profectus, o- 7
mnes eorum fines mihi occupa-

bis: et dedentes ſe, in diem, quo
de eis discep etur, mihi conſeruabis.
Contumacibus autem ne peperceris,
quin eos cædibus et prædæ vbique terrarum exponas: *L.*
neque vlli regno parcas, et omnes
munitas vrbes mihi ſubigas. *G.*
Nam dispeream ego et regni mei
potentia, niſi, quæ verbis dixi, re
8 præſtabo. Tu nullum domini tui
mandatum omittito, ſed omnia, vt
tibi impero, perficito, et quidem
9 ſine cunctatione. Oloſernes a
domino ſuo digresſus, conuocatis
omnibus dynaſtis et asſyriarum
copiarum ducibus atque præfectis,
recenſuit delectos ad conflictum
viros, vt ei dominus eius imperauerat,
ad centum viginti millia et
equitum ſagittariorum viginti duo
millia, eosque militari modo or-
10 dinauit. Tum maximum camelorum
aſinorumque ad ſarcinas geſtandas
numerum et oues boueſque
et capras ad commeatum innumerabiles
adſumſit, magnamque vim
cibariorum ad omnes homines *L.*
(nam frumentum quidem ex omni
Syria in transitu cogere ſtatuit,) *G.*
item ingentem auri argentique vim
11 ex fiſco regis. Cum his ſuis omnibus
copiis profectus eſt in expeditionem,
vt regem Nabuchodonoſorem
antegresſus, omne occiduæ
terræ ſolum curribus, equitibus et
peditibus delectis operiret, tanta
gregariorum comitante frequentia,
vt non magis, quam locuſtæ aut are-
12 na, posſent numerari. Igitur
Niniue tridui iter profectus verſus
campum Bectilethum, caſtra fecit
a campo Bectiletho prope montem
L. Augem, *G.* ad ſiniſtram ſuperio-
13 ris Ciliciæ poſitum. Inde cum ſuis
omnibus copiis, peditatu, equitatu
et quadrigis, montanos adortus *L.*
eorum omnia caſtella peruaſit, munita
loca expugnauit, Melothum
vrbem celeberrimam euertit, *G.*
Phudios et Lydios excidit, omnesque
Rasſenſes et Iſmaelitas contra
deſerta ad auſtrum regionis Chelleorum
depopulatus eſt. Hinc 14
traiecto Euphrate, Meſopotamiam
peruaſit, omnes arduas vrbes ad
fluuium Arbonaim ſitas vsque ad
mare complanauit: occupatisque
Ciliciæ montanis, omnes ſibi reſi-
ſtentes deleuit. Deinde ad meri- 15
diana Iaphethi montana, Arabiæ
obiecta, progresſus, omnes Madianitas
circumdedit, eorumque et tabernacula
cremauit, et tuguria per-
uaſtauit. Tum in Damaſcenum 16
campum degresſus tempore mesſis
triticeæ, eorum omnes ſegetes incendit,
L. arbores et vineas ſuccidit,
G. ouilia et bouilia ad nihilum
redegit, vrbes diripuit, campos peruaſtauit,
et omnem ſobolem ferro
trucidauit.

CAPVT III.

Populorum ad Oloſernem legati de pace. Oloſernus in dedititios crudelitas, impietas.

ITaque non mediocris ex eo ter- 1
ror maritimos peruaſit, videlicet
Sidonios, Tyrios, Surios, Ocinanos,
et omnes Iamnitas, Azotiosque
et Aſcalonitas: eoque ti- 2
more perculſi L. omnium reges et
principes ciuitatum atque regionum
Syriæ, Meſopotamiæ, Syriæ
ſobalenſis, Lyciæ, atque Ciliciæ, *G.*
legatos ad eum de pace miſerunt,
cum mandatis huiusmodi: nos 3
Nabuchodonoſoris magni regis
ſubditi, nos tibi dedimus, vt nobis
tuo vtaris arbitrio. Ecce omnia 4
domicilia noſtra, loca, L. montes,
colles, *G.* agros frumentarios, greges
L. ouium et caprarum G. armenta,
L. boum, equorum et camelorum,
G. omnesque tabernaculorum
noſtrorum caſas in tuam poteſtatem
et arbitrium permittimus,
oppidaque noſtra et oppidanos tuo
ſubiicimus imperio. Ades, et te 5
erga eos gere, vt tibi viſum fuerit,
L. et omitte iſtam in nos ſæuitiam.
Præ-

6 Præſtat enim nos tibi deditos, ſer-
uire Nabuchodonoſori regi magno
viuos, quam et miſere mori, ne-
que ſeruitutis effugere calamita-
7 tem. *G.* Hæc mandata poſtquam
homines Olofernem adgreſſi retu-
lerunt: ille cum ſuis copiis deſcen-
dit in oram maritimam, et vrbes
munitas præſidiis firmauit, atque
ex eis lectisſimos quosque homines
8 in auxilium adſciuit, L. tantus-
que eius terror nationes illas inua-
ſit, vt omnium vrbium incolæ,
principes et magiſtratus cum popu-
lis, *G.* eorumque finitimi omnes L.
venienti obuiam progresſi, *G.* eum
cum coronis, choreis et tympanis
9 exciperent. L. Quæ quamuis fa-
cerent: eius tamen pectoris feroci-
tatem adeo mitigare non potue-
runt, *G.* quin eorum fines omnes
peruaſtaret, L. vrbes euerteret, *G.*
10 lucosque ſuccideret: in animo
habens L. ex Nabuchodonoſoris
mandato *G.* omnes orbis terrarum
11 deos perdere: vt ſolum Nabu-
chodonoſorem colerent omnes
gentes atque linguæ, L. quæ potuiſ-
ſent Olofernis potentia ſubigi: *G.*
cumque nationes hæ deum inuo-
12 carent. L. Deinde peragrata Sy-
ria ſobalenſi,et omni Apamea atque
Meſopotamia, peruenit ad Idumæ-
am G. contra Esdraelonem, prope
Dothaim, quæ e regione magna-
13 rum Iudææ faucium poſita eſt, et
poſitis inter Gæbam et Scythopo-
lim caſtris, L. captis Iduinæorum
vrbibus: G. illic vnius menſis ſpa-
tium fuit, dum omnem copiarum
ſuarum colligit adparatum.

CAPVT IIII.

Iſraelitarum conſenſus in Olofernem. Pontificis Ioacimi prouidentia in Olofernem. Confirmati a pontifice Iſraelitæ.

1 ISraelitæ vero Iudæam incolen-
tes, poſtquam audiuerunt, quan-
ta Olofernes Nabuchodonoſoris
Asſyriorum regis imperator fecis-
ſet aduerſum gentes, vtque omnia
earum fana depeculatus ad nihilum
redegisſet: magno timore per- 2
turbati ſunt, ne idem in Hieroſo-
lymam et Domini Dei templum fa-
ceret, L. quod in ceteras vrbes ea-
rumque templa fecerat. G. Nam
eis recenter ex captiuitate reuoca-
tis, populus nuper congregatus erat
ex Iudæa, et vaſa atque ara et tem-
plum, quæ fuerant polluta, erant
luſtrata. Itaque dimiſerunt in 3
omnes Samariæ fines et vicos, et
Bethoronem, Belmen, Hierichun-
tem, Chobam, Eſoram, et vallem
Salem, qui omnia editorum mon-
tium iuga curarent occupanda;
et qui in eis vici esſent, muris in- 4
cluderent, et annonam in adpara-
tum belli reconderent. Nam in il-
lorum agris recens facta mesſis erat.
Scripſit etiam Ioacimus, qui per id 5
tempus Hieroſolymis erat pontifex,
ad incolas Betuliæ et Betomæſtæ,
quæ eſt contra Esdraelonem, ob-
iecta campo prope Dothaim poſi-
to, vt montanæ regionis adſcenſus,
per quos erat aditus in Iudæam,
occuparent. Erat autem facile 6
illos ſubeuntes prohibere, anguſto
transitu, qua non plures, quam bini
homines ire posſent. Igitur Iſra- 7
elitæ Ioacimi pontificis, et ſenatus
totius iſraelitici populi Hieroſoly-
mæ degentium mandato paruerunt,
Deumque obnixe inuocare, et ie- 8
iuniis intentisſimi, ipſi, mulieres,
paruuli, pecora, omnesque conue-
næ mercenarii et emtitii eorum,
centonibus amicta latera habere:
omnesque tum viri tum mulieres 9
et paruuli, Hieroſolymam incolen-
tes, ſeſe pronos ante templum ab-
iicere, capita ſua puluere conſper-
gere, centones ſuos domino obten-
dere, aram centone cingere, et ad
Iſraelitarum Deum obnixe vno a-
nimo clamare, ne ſuos paruulos
diripi, vxores prædæ haberi, vrbes
et posſesſiones deleri, ſacra tur-
piter profanari ad extranearum

 gen-

gentium lætitiam permitteret. L.
10 Tum Ioacimus, Domini pontifex,
omnes Iſraelitas obire, et ita co-
11 hortari: ſcitote, Dominum ve-
ſtras eſſe preces exauditurum, ſi in
ieiuniis et ad eum ſupplicationibus
12 perſeueraueritis. Recordamini
Moſem, Domini cultorem, qui
Amalechitam ſua virtute, potentia,
exercitu, clipeis, curribus et equi-
tibus fretum, non ferro pugnando,
ſed, ſanctis orando precibus, deie-
cit: quod idem Iſraelitarum hoſti-
bus accidet, ſi vos in inſtituto per-
13 ſeueraueritis. Hac eius exhorta-
tione illi Dominum precibus inter-
pellare pergebant. G. Itaque Deus
eorum preces exaudiuit, et angu
14 ſtias reſpexit. Ieiunabat autem
populus dies complures quum in
omni Iudæa, tum Hieroſolymis, in
conſpectu ſanctuarii Domini o-
15 mnipotentis. Nec non Ioacimus
pontifex, et omnes, qui Domino
adparebant, ſacerdotes et Domini
adminiſtri, ſuccincti latera centoni-
bus, ſolidum perennitatis ſacrifici-
um, preces, et voluntaria populi
donaria libabant, eorum infulis
16 puluere conſperſis, et ad Domi-
num ſummis viribus clamabant,
vt omnem Iſraeliticam ſtirpem be-
nigne reſpiceret.

CAPVT V.

Oloſernis ira in Iudæos. Achioris de Iudæis narratio vera.

1 POſtquam nuntiatum eſt Olo-
ferni, aſſyriarum copiarum
imperatori, Iſraelitas ſeſe ad
bellum parare, montanos aditus
præcluſiſſe, omnia editorum mon-
tium iuga muris muniuiſſe, et in
2 agris obſtacula collocauiſſe: ma-
gna ira percitus, conuocat omnes
Moabitarum principes, et Ammo-
nitarum duces, omnesque maritimæ
oræ ſatrapas, et eos ſic adloquitur:
3 narrate mihi, vos Chananæi, de
iſtius nationis hominibus, qui mon-
tana tenent, quas, L. quales et quan-
tas G. vrbes incolant: quanta ſit
eorum exercitus multitudo: qua
in re poſitum ſit eorum robur et
potentia: et cur ſoli occidentalium
mihi obuiam venire, L. meque
amice excipere G. neglexerint.
Tum Achior omnium Ammonita- 4
rum dux, verba fecit in hunc mo-
dum: audi, domine, meam, qui 5
tuus ſum, orationem, et tibi de po-
pulo iſto montano, prope te habi-
tante, vera narrabo, neque vllum
excidet ex ore meo mendacium.
Homines ſunt, a Chaldæis genus 6
ducentes, qui principio Meſopota-
miam incoluerunt. Quum enim 7
deos patrios Chaldæorum ſequi re-
cuſarent, patriisque ritibus relictis,
L. qui in deorum multitudine po-
ſiti erant, G. vnum ſibi cæleſtem
Deum ad adorandum delegiſſent:
eiecti ex illorum deorum conſpe-
ctu in Meſopotamiam profugerunt.
Ibi diu commorati, iuſſi ſunt a Deo 8
ſuo ex illo commorandi loco in
Chananæam commigrare. Itaque 9
commigrarunt, et ibi ingenti auri,
argenti et pecoris numero compa-
rato, vigente in Chananæa fame,
deſcenderunt in Aegyptum: vbi 10
tamdiu commorati, quamdiu victus
ſuppeditauit, L. videlicet annos
quadringentos, G. in tantam excre-
uere multitudinem, vt eorum ge-
nus eſſet innumerabile. Deinde 11
quum exſtitiſſet Aegypti rex, qui
eos circumueniret, et labore faci-
endorum laterum, L. et vrbium
conſtruendarum G. opprimeret,
eisque pro ſeruis vteretur: Deum
ſuum implorauere, qui totam Ae-
gyptum cladibus adfecit irremedia-
bilibus. Itaque eos Aegyptii ab ſe
eiecerunt. L. Sed quum, remiſſa 12
clade, eos retrahere, rurſumque in
ſeruitutem redigere conarentur:
G. Deus illis L. fugientibus G. mare
rubrum ſiccauit, L. ita vt ab vtro-
que latere aqua in muri firmitatem
concreta ſtaret, qua illi via in ſicco,
per

per medium maris ſolum, pertrans-
13 ierunt. Eum in locum ægyptius
exercitus eos conſecutus, aqua ſub-
merſus ita eſt, vt ex innumerabili
multitudine ne nuntius quidem
14 euaſerit. Traiecti mare rubrum,
ad montem Sinam, G. et Cadesbar-
nem L. peruenerunt, vbi mortalium
nemo conſiſtere vnquam aut ha-
15 bitare potuerat. Ibi dulces ex
amaris fontes ad bibendum habue-
runt, et victum de cælo per annos
quadraginta acceperunt; G. eiectis-
que a Deo omnibus ſolitudinis in-
colis, Amorræorum fines occupa-
runt, et omnes Heſebonios vir-
tute ſua perdiderunt, et, traiecto
Iordane, omnia montana occupa-
16 runt, exactisque Chananæis, Phe-
rezæis, Iebuſæis, Sichemitis et Ger-
geſæis omnibus, illic diu habita-
17 runt. L. Ac quocumque ingreſſi
ſunt, Deus pro eis, nullo arcu, nulla
ſagitta, nullo gladio, hoſtes debella-
uit: neque vnquam huic genti
reſiſti potuit, niſi ſi quando a ſui
18 Dei cultu deflexit. Nam quoties
alium deum, quam ſuum, colue-
runt: prædæ et ferro turpiter ex-
poſiti ſunt. Quoties autem Dei ſui
cultum repetiuerunt: Deus eis re-
19 ſiſtendi vires dedit. Ad extremum
Chananæos, Iebuſæos, Pherezæos,
Hettæos, Heuæos, Amorræos, et
fortisſimos quosque Heſebonios
deleuerunt, eorumque vrbes et
20 agros occuparunt. Ac quamdiu
ſeſe a Deo ſuo offendendo conti-
nuere: bene cum eis actum eſt,
Deoque ſuo, qui improbitatem odit,
21 proſpero vſi ſunt. Iam ſuperio-
ribus annis, quum de ea viuendi
via, quam Deus eis præſcripſerat,
deflexisſent: diuerſis diuerſarum
nationum bellis diu profligati, fre-
quentes in extraneas regiones ab-
ducti ſunt in captiuitatem, G. eo-
rumque Dei fanum ſolo æquatum,
et vrbes ab aduerſariis expugnatæ
22 ſunt. Nunc autem ad Deum ſuum
conuerſi, ex locis, in quæ diſperſi
fuerant, ſe receperunt, et Hieroſo-
lymam, vbi eorum ſanctuarium eſt,
obtinuerunt, et montana, quæ de-
ſerta fuerant, occuparunt. Qua- 23
re disquiramus, domine, ſi quid
commiſit, et ſi qua eſt in offenſa hic
populus apud Deum ſuum. Si e-
nim hoc incommodo laborant, in-
uadamus eos armis: L. eos enim
ipſorum Deus tibi dedet, et ſub tu-
am poteſtatem ſubiunget. G. Sin 24
nihil ab eis L. contra ipſorum De-
um G. commisſum eſt: bello tibi,
domine, ſuperſedendum cenſeo,
ne, eorum Domino et Deo pro ipſis
propugnante, totius orbis probra
ſubeamus.

CAPVT VI.

In Achiorem ſuorum fremitus. Imperator contra probum Achiorem. Achior ad hoſtes Iudæos deductus. Idem ad concionem Iudæorum. Betulienſes ad Iouam contra Olofernem.

POſtquam Achior orationi ſuæ 1
finem impoſuit: omnes taber-
naculum circumſtantes freme-
re, et Olofernis proceres, omnes-
que maritimi et Moabitæ conciden-
dum eſſe dicere: L. quis eſt iſte, 2
inquiebant, qui Iſraelitas poſſe di-
cat regi Nabuchodonoſori, eius-
que copiis reſiſtere? homines in-
ermes, imbelles, et rei militaris
imperitos. Vt ergo ſciat Achior, 3
ſe nobis falſa dicere: adoriamur
montanos, G. qui ab vniuerſo ex-
ercitu tuo, domine Olofernes,
conficiantur, L. vt captis illorum
principibus, ferro cum eis truci-
detur Achior: vt ſciant omnes 4
gentes, Nabuchodonoſorem deum
eſſe terrarum, nec vllum eſſe præ-
ter eum. G. Sedato tumultu ho- 5
minum conſesſum circumſtantium,
Olofernes coram omni exterorum
multitudine, coramque omnibus
Moabitis et Ephraimitis mercena-
riis, Achiorem ſic adlocutus eſt:
quandoquidem tu nobis hodie va- 6

ticinatus es, inuictum eſſe genus
hieroſolymitanum, quod eos de-
fenſurus ſit ipſorum Deus, quaſi ſit
vllus deus præter Nabuchodono-
ſorem: is, inquam, Nabuchodo-
noſor illos, miſſis copiis ſuis, au-
7 feret ex orbe terrarum, nec
eos Deus ipſorum tuebitur, quo
minus nos Nabuchodonoſoriani
eos ad vnum deleamus, et equitatu
noſtro,(cuius impetum non ſuſtine-
bunt,) ita conculcemus,vt eorum et
montes ipſorum ſanguine redun-
dent, et campi mortuis repleantur,
neque nobiscum ita pedem confe-
8 rant, vt non perdantur. Hæc eſt,
quam dico,Nabuchodonoſoris toti-
us orbis terrarum domini indecli-
9 nabilis ſententia. At tu, Achior,
Ammonitarum mercenarie, qui
iſta tuæ improbitatis verba dixiſti,
numquam ex hoc die vultum me-
um videbis, donec eorum genus
vltus fuero, qui ſunt ex Aegypto
10 profecti. Tunc mei exercitus
ferro a militibus meis latera trans-
foſſus, occumbes inter illorum in-
11 terfectos. Siquidem mandabo
meis, vt te in montana perductum
in aliquo oppidorum collocent,
quæ ſunt in adſcenſu: ne pereas,
12 ante quam cum illis perdare. Quod
ſi animo ſperas, illos non eſſe ſu-
perandos, L. ſi oraculum tuum
verum eſſe putas: G. ne eſto vultu
adeo conſternato, L. et pallorem
iſtum, qui faciem tuam occupat,
excute, ſi quidem, hæc mea dicta
13 præſtari poſſe, non arbitraris. At-
que vt intelligas, te cum illis hæc
experturum eſſe: ſcito, te iam nunc
cum illa gente eſſe coniungendum,
vt vna cum illis adfectus ſupplicio,
dignas gladio meo des pœnas. G.
14 Dixi, neque quidquam dictorum
meorum erit irritum. His dictis
Olofernes ſuis imperauit, vt com-
prehenſum Achiorem Bethuliam
perducerent,Iſraelitisque traderent.
Atque illi comprehenſum in cam-
pum extra caſtra eduxerunt, et ex
plano in montem ſubduxerunt.
Sed vbi ad fontes, Betuliæ ſubiacen- 15
tes, peruentum eſt: conſpicati eos
in vertice montis oppidani, arma
capiunt, et ex oppido in faſtigium
montis exeunt, occupatoque ad-
ſcenſu, funditores vniuerſi illos la-
pidibus protelant. At illi ad mon- 16
tem ſubeunt, et Achiorem L. ma-
nibus pedibusque arbori G. adliga-
tum, ad radicem montis proiectum
relinquunt, ſeque ad dominum
ſuum recipiunt. Iſraelitæ ex op- 17
pido digreſſi ad Achiorem veniunt,
ſolutumque Betuliam abducunt,
et ad primores ciuitatis ſiſtunt, qui
tum erant Ozias, Michæ filius,
ex tribu ſimeonia, Chabris Go-
thonielis, et Charmis Melchielis.
Tum conuocatis omnibus oppidi 18
ſenatoribus, quum omnes eorum
et iuuenes et mulieres ad concio-
nem concurriſſent: Ozias Achio-
rem in medio totius populi conſti-
tutum interrogauit, quid accidiſſet.
Quibus ille reſpondens, expoſuit 19
orationem concilii Olofernis, et
omnia, quæ ipſe in medio pro-
cerum Aſſyriæ dixiſſet, tum quæ
Olofernes contra ſtirpem iſraeliti-
cam ſuperbe dixiſſet, L. vtque ſe
Oloferniani voluiſſent interficere,
et vt ipſe Olofernes iratus iuſſiſſet
ſe Iſraelitis ideo tradi, vt eis victis
tum demum ipſum variis iuberet
interire ſuppliciis, quod dixiſſet,
cæleſtem Deum Iſraelitarum eſſe
defenſorem. G. Tum homines 20
vulgo procidere, et Dominum ado-
rare, L. eumque cum lamentis et
fletu vno animo precibus interpel- 21
lare, G. atque inuocare in hunc
modum: Domine Deus cæleſtis, 22
adſpice eorum ſuperbiam, et humi-
litatis noſtri generis miſerere, eo-
rumque faciem, qui tibi conſecra-
ti ſunt, hodierno die reſpice: L.
et oſtende, te neque tibi confidentes
deſerere, et ſe ipſis fretos, deque
ſua virtute glorian tes deprimere.
Finito fletu, et continuatis toto 23
die

die ſupplicationibus, G. Achiorem
multum laudantes, conſolabantur,
L. in hunc modum: maiorum no-
ſtrorum Deus, cuius tu virtutem
prædicaſti, hanc tibi gratiam refe-
ret, vt illorum tu potius interitum
videas: vtque, quum Dominus De-
us noſter hanc ſuis libertatem de-
derit, tu cum tuis omnibus ſe-
23 cundo Deo apud nos degas. G.
Igitur Ozias eum ex concione do-
mum ſuam abduxit lautamque cœ-
nam L. ei G. præbuit: et vocatis
ſenatoribus omnibus, peracto ie-
24 iunio, corpora curarunt. Poſtea
conuocato omni populo, totam
noctem in ſupplicationibus duxe-
runt, auxilium ab Iſraelitarum
Deo petentes.

CAPVT VII.

Ad Betuliam Olofernes. Intercepta vrbis aqua. Obſeſſorum calamitas. Conſilium deditionis. Ozias deditionem promittit.

1 POſtridie mandat Olofernes o-
mni exercitui tum ſuo, tum ſuo-
rum auxiliarium, vt Betuliam
contendant: et, occupatis montanæ
regionis adſcenſibus, Iſraelitas prœ-
2 lio laceſſant. Ita eo die caſtra mo-
uerunt milites, quorum militum
ſumma erat peditum centum [a] quin-
quaginta millia, equitum [b] duode-
cim millia, præter ingentem nu-
merum impedimentorum, L. et
captiuorum iuuenum, qui paſſim
per regiones et oppida capti fue-
3 rant. Igitur omnes ad pugnam
contra Iſraelitas parati per crepi-
dinem montis ad apicem vsque ſu-
pra Dothaim euaſerunt, G. et in
valle prope Betuliam ad fontem ca-
ſtra fecerunt, patentes in latitudi-
nem a Dothai ad Belbaim, in lon-
gitudinem autem a Betulia ad Cya-
monem, e regione Esdraelonis po-
4 ſitum. Horum animaduerſa mul-
titudine non mediocriter perturba-
ti Iſraelitæ, L. ſeſe ad terram ab-
iicere, et capitibus puluere con-
ſperſis, Iſraelitarum Deum vno
animo orare, vt ſua vteretur in
ſuos clementia, G. atque interim
ſic inter ſeſe dictitare: hi qui- 5
dem iam omnia complanabunt,
neque montes ardui, neque valles,
neque colles molem ſuſtinebunt
eorum. Itaque ſumtis armis L. 6
anguſtos aditus montibus interia-
centes inſederunt, G. et, accenſis
ignibus, excubantes, tota illa nocte
ſeſe turribus continuerunt. Al- 7
tero die Olofernes omnem equita-
tum ſuum in conſpectum Iſraelita-
rum, qui erant Betuliæ, eduxit;
et tum aditus oppidi contemplans
L. circuit, G. tubos reperit extra
vrbem patentes, per quos fons in
oppidum a meridie influebat. Hos 8
intercepit, militumque præſidio
muniuit, atque ita ad ſuos ſe recepit.
L. Sed erant non procul a muris 9
fontes, vnde furtim aquari, et ſe non
tam alere, quam tolerare videban-
tur oppidani. G. Tum omnes 10
Eſainorum principes, omneſque
Moabitarum præfecti, et maritimi
tractus duces Olofernem adeunt,
et eum adloquuntur in hanc ſen-
tentiam: audi, domine, oratio-
nem noſtram, ne quid tuæ copiæ
detrimenti capiant. Hi quidem 11
Iſraelitæ homines non haſtis, ſed
montium, quos incolunt, proce-
ritatibus confidunt. Neque enim
ad montium, quibus muniti ſunt,
cacumina ſubire facile eſt. Quam- 12
obrem noli, domine, bellum cum
eis gerere prœliando, ne quis o-
mnino tuorum occumbat: ſed te
cum tuis omnibus copiis caſtris
continens, curato, vt per tuos occu-
petur aquæ fons, qui ex radice
montis oritur: nam inde aquantur
omnes Betulienſes. Ita fiet, vt ſiti 13
confecti dedant oppidum, L. quod
in monte poſitum expugnari poſſe
non putant. G. Nos vero cum no-

a) L. viginti. b) G. viginti duo.

ſtris in propinqua montium faſtigia
ſubibimus et ibi caſtris munitis,
prohibebimus, ne quis prorſus
14 exeat ex oppido. Ita fame con-
tabeſcent et ipſi et eorum mulieres
atque liberi: ac, priusquam ferro
inuadantur, per patriæ ſuæ vicos
interibunt: atque ita eos malo mul-
tabis, qui rebellauerint, neque
tuo imperio placide paruerint.
15 Hanc illorum orationem Olofernes
cum ſuis omnibus adprobans; ſta-
tuit, ſic eſſe faciendum, vt dixerant:
et ad ſingulos fontes, qui per cir-
cuitum erant, homines centum
16 conſtituit. Tum Ammonitæ cum
quinque millibus Aſſyriorum ca-
ſtra ſua in vallem transtulerunt,
aquasque et fontes Iſraelitarum oc-
17 cupauerunt. Eſaini autem et c) Mo-
abitæ in montem ſubierunt, et ibi
contra Dothaim caſtra poſuerunt
partemque ſuorum miſerunt ver-
ſus auſtrum et ſubſolanum, e re-
gione Rebelis, quod oppidum eſt
ſitum apud Mochmur fluuium, pro-
18 pe Chuſim. Reliquus Aſſyriorum
exercitus in campeſtribus habuit
caſtra, tanta tabernaculorum et
impedimentorum multitudine, vt
totius terræ ſolum operirent.
Tum animis deficientes Iſraelitæ,
Dominum Deum ſuum inuoca-
19 bant. Nam vndique ab hoſtibus
obſeſſi, e medio effugere non pot-
20 erant. Quumque omnis Aſſyrio-
rum multitudo peditum, quadri-
gariorum, equitumque eos trigin-
ta quatuor dies obſedisſet; lan-
21 guebant omnes Betulienſes, ex-
hauſtisque omnibus vaſis aquariis
et ciſternis, quum aquam in diem
vnum ad ſatietatem non habentes,
eam bibendam admetirentur: de-
ficiebant eorum paruuli, mulie-
resque et iuuenes ſiti exanimati,
paſſim per oppidi vicos et aditus
22 portarum cadebant. Itaque, quum
amplius durare non poſſent: coi-
uit omne vulgus, iuuenes, feminæ,
pueri, ad Oziam pontificem et pri-
mores ciuitatis, et magna voce,
cuncto præſente ſenatu, conque-
rebantur in hanc ſententiam:
Deum vindicem conteſtamur, vos 23
nobis magnam feciſte iniuriam,
qui non pacem feceritis cum Aſſy-
riis, quibus nos Deus vindice caren-
tes emancipauit, vt ob oculos eo-
rum ſiti et vaſta clade ſternamur.
Quamobrem vocate illos et oppi- 24
dum totum olofernianis omnibus
militibus diripiendum dedite.
Præſtat enim nos eis eſſe prædæ,
L. et Dominum in captiuitate vi-
uentes concelebrare, aut etiam fer-
ro ſtatim trucidari, G. quam ſiti
perire, et L. omnium mortalium
probris expoſitos, G. videre ob o-
culos noſtros paruulorum noſtro-
rum interitum, vxoresque et libe-
ros noſtros exanimari. Cælum 25
nobis obteſtamur, terramque et
Deum noſtrum, maiorumque no-
ſtrorum Dominum, qui nos tum
ob noſtra, tum ob maiorum no-
ſtrorum peccata vlciſcitur, ne ſic
hodie faciat. Tum ingens eſt in 26
medio cœtu exortus ploratus, o-
mnibus vno animo magna voce
Dominum Deum L. huiusmodi
verbis per multas horas G. implo-
rantibus: L. peccauimus et nos 27
et maiores noſtri, ſcelerate et im-
pie fecimus. Sed tu, qui clemens
es, aut miſerere noſtri, aut tuis i-
pſius flagris pœnas ſume de noſtris
criminibus, neue eos, qui te agno-
ſcunt, dedideris ignaræ tui natio-
ni, ne apud gentes ita dictitetur:
vbi eſt Deus eorum? His queri- 28
moniis et fletibus defeſſi, poſt-
quam ſiluerunt: ſurrexit Ozias
perfuſus lacrimis, et, G. bono eſte
animo fratres, inquit, et dies ad-
huc quinque duremus, quibus Do-
minus Deus noſter ſuam in nos mi-
ſericordiam conuertat. L. Forſi- 29
tan enim iram ſuam ſedabit, et
gloriæ ſui nominis rationem ha-
bebit.

c) Ammonitæ legitur, ſed ii in valle caſtra poſuiſſe dicuntur.

bebit. G. Non enim nos deſeret
in perpetuum. Quod ſi præteri-
tis quinque diebus, auxilium non
venerit: faciam, quod poſtulatis.
10 Ita dimisſi milites, in caſtra mu-
roſque, et oppidi turres, diuerſi
abierunt: mulieres autem et par-
uuli domum dimisſi ſunt, fuitque
magna in oppido miſeria.

CAPVT VIII.

Iuditha vita aſpera, ieiunia, pulchritudo, opes, ad Betulienſes concio, profectio ad hoſtes.

1 ERat ea tempeſtate Iuditha ex
Iſraele genus ducens, deinceps
per patrem ſuum Merarim,
Oxum, Ioſephum, Ozielem, Helc-
iam, Ananiam, Gedeonem, Raphai-
nem, *d* Acithonem, Eliam, Eliabum,
Nathanielem, Samaelem et Salaſa-
2 daim: cuius Iudithæ vir Manas-
ſes, eius tribulis atque gentilis, mor-
tuus erat tempore mesſis hordeo-
3 rum. Nam quum in agro apud
eos, qui manipulos ligabant, ades-
ſet: æſtu in capite tentatus decu-
buit, et in oppido Betulia vita de-
functus eſt, et ſepultus apud maiores
ſuos in agro, inter Dothaim et Ba-
4 lamonem poſito. Iamque Iuditha
domi ſuæ tres annos et quatuor
menſes vidua degerat, ſibique tu-
gurium fecerat, in ſumma parte
5 ædium, L. in quo cum ſuis clauſa
puellis manebat, G. latera centone
ſuccincta habens et viduitatis ve-
6 ſtita indumentis: ac quamdiu
vidua fuit, quotidie ieiunabat, præ-
terquam pridie ſabbatorum et ſab-
batis, et pridie nouiluniorum, fe-
ſtiſque, et generis iſraelitici hila-
7 ribus. Erat autem eleganti forma,
et ſingulari pulchritudine: eique
reliquerat Manasſes vir eius au-
rum, argentum, ſeruos, famulas,
pecora atque agros: quæ tanta
cum religione tenebat, vt facile
famam ſuam ab omni cuiusquam
criminatione tueretur. Hæc Iu- 9
ditha poſteaquam tam infauſtos
populi aquæ penuria languentis
ſermones ad principem habitos in-
tellexit, itemque Oziæ reſponſum,
qui eis iurauisſet, oppidum ſe poſt
quinque dies Asſyriis esſe deditu-
rum: miſit ancillam, quam ſuis
omnibus præpoſitam fortunis ha-
bebat, quæ Oziam, Chabrim et
Charmim, ciuitatis primores arces-
ſeret: eoſque, vbi ad eam venerunt,
ſic eſt adlocuta: audite Betulien- 10
ſium principes, quam non rectum
ſit, quod hodie populo dixiſtis, qui,
interpoſito inter vos et Deum iu-
reiurando, promiſeritis, vos oppi-
dum hoſtibus noſtris poſt quinque
dies esſe dedituros, niſi interea
Dominus in veſtrum auxilium ſeſe
conuerterit. Enimuero quinam 11
eſtis vos, qui hodierno die Deum
tentaueritis, et Dei partes apud
homines occupaueritis? L. Non 12
eſt iſtud miſericordiam impetrare,
ſed potius iram excitare, et ſæuiti-
am accendere. Vos ſcilicet et Do- 13
mino tempus miſerationis præſcri-
betis, et diem arbitrio veſtro con-
ſtituetis? G. Iam vero omnipoten-
tem Dominum examinantes ſcilicet
vmquam cognoſcetis? Qui ne 14
hominis quidem ſenſus intimos in-
uenire, et mentis rationes percipere
posſitis: nedum horum omnium
auctorem Deum perueſtigare, eius-
que mentem pernoſcere, et conſi-
lium cogitare. Nihil minus, fra- 15
tres: nolite Dominum Deum no-
ſtrum irritare: qui ſi nolit intra
quinque dies ſubuenire nobis, at
poteſt intra quot volet: poteſt nos
quolibet die vel tutari, vel hoſtibus
perdendos addicere. At vos no- 16
lite Domini Dei noſtri vadari con-
ſilia: neque enim is eſt Deus, vt
aut minis, hominum more, terren-
dus, aut arbitrio cuiusquam ſit co-
ercen-

d) L. Achitobum, Melchiam, Enanem, Nathaniam, Salathielem, Simeonem, et Rubenem.

17 ercendus. Quamobrem ſalutem
ab eo exſpectantes, imploremus
eius auxilium, L. et nos ei ſub-
mittentes, eumque modeſtis animis
colentes, oremus cum fletu, vt pro
ſuo erga nos ſtudio nobis miſeri-
cordiam quamprimum tribuat, vt,
ſicut illorum ſuperbia ſumus ani-
mis conſternati, ſic rurſum de no-
ſtra gloriemur modeſtia: G. et ex-
audiet vocem noſtram, ſi ei viſum
18 fuerit. Etenim nulla hodie in
noſtro genere neque tribus exſtat,
neque cognatio, neque populus,
neque ciuitas, quæ deos fabriles
colat: quæ res ſuperioribus tem-
poribus in cauſſa fuit, vt patres
noſtri ferro et direptionibus expo-
ſiti, et ingenti clade ab hoſtibus
noſtris L. turpiter G. afflicti, peri-
19 erint. At nos alium Deum non
nouimus: vnde ſperandum nobis
eſt, fore, vt ille nos noſtrumque
20 genus non deſpiciat. L. Exſpecte-
mus ſubmiſſe eius ſolatium, et ille
noſtri ſanguinis, et iniuriarum, quas
ab hoſtibus pertulimus, pœnas ex-
petet, omnesque nobis infeſtas gen-
tes perdomabit, et honore priuabit.
21 G. Quod ſi nos capimur: capie-
tur porro Iudæa, noſtrumque ſan-
ctuarium diripietur: cuius pollu-
tionem, et conſanguineorum no-
ſtrorum metum, et nationis capti-
uitatem, et noſtrarum poſſeſſio-
num vaſtitatem Deus nobis accepta
feret, et a nobis pœnas repoſcet,
vbicumque gentium ſumus ſerui-
turi, vt apud heros noſtros indi-
gnitates omnes et contumelias per-
22 feramus. Neque enim noſtra ſer-
uitus nobis Domini Dei noſtri gra-
tia, ſed eo ipſo auctore, homi-
23 num adferet infamiam. Quam-
obrem fratres, L. qui diuini popu-
li ſenatores eſtis, G. a quibus alio-
rum animi pendent, quibus ſacra-
rium, quibus fanum, quibus ara
nititur, L. erigite eorum animos
oratione veſtra, G. et oſtendite, L.
curandum eſſe, G. vt in primis Do-
mino Deo noſtro gratias agamus,
qui nos tentat, vt etiam maiores
noſtros, L. vt adpareret, an vere
Deum colerent. G. Recordami- 24
ni, quo pacto cum Abrahamo L.
parente noſtro G. egerit, L. qui
multis rebus aduerſis probatus, Dei
amicus effectus eſt. G. Item vt Iſaa-
cum tentauerit: et quid Iacobo ac-
ciderit in Meſopotamia Syriæ, La-
banis ſui ex matre auunculi oues
paſcenti: L. et item Moſi et o- 25
mnibus Deo acceptis, quam mul-
tis ærumnis fideles perfuncti ſint?
quum contra, qui res aduerſas re-
ligioſe non tulerunt, ſed impatien-
tiam ſuam, et murmurationis tur-
pitudinem contra Dominum oſten-
derunt, ii vel ab exterminatore
illo deleti, vel a ſerpentibus per-
diti ſint. Quare ne nobis pœnam 26
arceſſamus in his, quæ patimur,
ſed exiſtimantes, hæc ſupplicia eſſe
Domini verberationem, peccatis
noſtris minorem, credamus, ea no-
bis ad noſtri correctionem, non ad
perniciem euenire. G. Vt enim 27
illos explorandi eorum animi gra-
tia quaſi igne probauit: ita nos non
punit ille quidem, ſed ſibi coniun-
ctos Dominus, correctionis gratia
verberat. Ad hæc Ozias, ſincero 28
tu quidem animo omnia, inquit,
dixiſti, et quibus nemo contradicat:
neque nunc primum innoteſcit tua
ſapientia, ſed tuam iam ab ineunte
ætate prudentiam et cogitatorum
bonitatem norunt omnes. Sed 29
nos plebs, vrgente ſiti, promittere,
et nos iureiurando obſtringere
coegit, quod iusiurandum non ſu-
mus violaturi. Quocirca tu, quæ 30
pia mulier es, ſupplica Domino pro
nobis, vt pluuiam demittat ad no-
ſtros lacus implendos, ne iam ſiti
deficiamus. Et Iuditha, L. vt 31
igitur, inquit, quod dixi, id a Deo
eſſe ſentitis: ita id etiam, quod fa-
cere decreui, an a Deo proficiſca-
tur, periculum facite, Deumque o-
rate, vt meum conſilium confirmet.
G. Sum

G. Sum enim facinus editura, quod
omnis poſteritatis noſtræ memoria
32 concelebret. Vos hac nocte ad
portam eritis: ego cum ancilla mea
exibo, atque intra dies, poſt quos
oppidi deditionem promiſiſtis, ſub-
33 ueniet per me Deus Iſraelitis. Sed
vos in meum propoſitum ne in-
quirite: neque enim vobis, quid
agam, niſi re perfecta, indicabo,
L. tantumque ad Dominum Deum
noſtrum pro me fiant vſque ad redi-
34 tum meum ſupplicationes. G. Cui
Ozias et reliqui principes: i feli-
citer, Domino tibi ad noſtrorum
35 hoſtium vltionem præeunte. His
dictis a tugurio digreſſi, ad ſua
munia diſceſſerunt.

CAPVT IX.

Ad Ionam Iuditha ſupplex contra hoſtes, et imperatorem.

1 AT Iuditha L. digreſſis illis,
ingreſſa conclaue ſuum, et in
faciem prolapſa, puluere con-
ſperſa caput, nudata centone, quo
veſtita erat, qua hora Hieroſolymis
in Domini templo ſuffitus illo ve-
ſpere fiebat, in hunc modum clara
2 voce clamans locuta eſt: Domine
Deus parentis mei Simeonis, cui
gladium in vltionem alienigenarum
3 tradidiſti, qui virginis vterum
ſtupro ſoluerant, femur turpiter
nudauerant, aluum fœde pollue-
rant, idque, te vetante, fecerant:
quam ob cauſſam tu eorum princi-
pes cædi ſic expoſuiſti, vt eorum
cubile falſum ſanguine fuerit in-
ſperſum, et ſeruos cum principibus,
et principes in ipſorum ſedibus tru-
cidaſti, et eorum mulieres direpti-
oni, puellas captiuitati, et omnia
ſpolia dilectis tibi filiis diuidenda
addixiſti, qui quidem tui ſtudio im-
pulſi, ſanguinisque ſui ſtuprationem
deteſtati, te in auxilium vocaſſent:
o mi, mi Deus, exaudi me viduam.
Nam tu et illis ſuperiora, et illa,
et quæ conſecuta ſunt, et quæ nunc
ſunt, feciſti, et futura cogitaſti, ad-
ſuntque, quæ tu decreuiſti, et ſeſe
præſto exhibent. Omnes enim 5
tuæ rationes ſunt expeditæ, et in-
ſtituta cum prouidentia ſunt con-
iuncta. L. Adſpice nunc Aſſyrio- 6
rum caſtra, vt Aegyptiorum adſpi-
cere dignatus es, tum, quum quadri-
gariis, equitatu, et bellatorum freti
multitudine, tuos armati curſu per-
ſequebantur, quum quidem, te eo-
rum caſtra intuito, tenebris fatigati
ſunt, et, impeditis profundo pedi-
bus, aqua ſubmerſi. Idem et 7
his, Domine, contingat G. Aſſyriis,
qui copiis numeroſi, equis et equi-
tibus elati, peditum manu inſolen-
tes, clipeis, gæſis, arcubus et fundis
confidunt, ignorantes te, L. iam
olim G. Dominum eſſe bellorum
confectorem, qui Dominus nomi-
neris. L. Erige, ſicut olim, tuum 8
brachium: G. rumpe tua potentia
vires eorum, et robur iratus frange.
Statuerunt enim tuum profanare
ſacrarium, tui nominis glorioſi re-
quietis domicilium polluere, et aræ
cornu ferro demoliri. Adſpice 9
eorum ſuperbiam, laxa in eorum
capita iram tuam, da meæ manui
vires, quas vidua animo concepi:
trucida per mea fallacia labra et
ſubditos ſuper principem, et prin-
cipem ſuper ſubditos, eorumque
faſtum muliebri manu frangito.
L. Effice, vt ſuo ipſius gladio iugu- 10
letur illius ſuperbia, atque oculo-
rum ſuorum quaſi laqueo in me
capiatur. Da mihi tantam animi 11
et conſtantiam, vt eum contemnam,
et virtutem, vt euertam. Hoc enim 12
ad tui nominis memoriam perti-
nebit, ſi illum feminea manus de-
iecerit. G. Neque enim in multi-
tudine ſitæ ſunt vires tuæ, aut po-
tentia in valentibus: L. neque e-
quorum viribus delectaris, neque
tibi vmquam placuerunt ſuperbi:
G. ſed es humilium Dominus, in- 13
feriorum adiutor, præſidium infir-
morum,

morum, deploratorum defenſor,
14 ſeruator deſperatorum: o mei
parentis, o iſraelitici patrimonii
Deus, cæli terræque Domine, aqua-
rum conditor, rex totius a te crea-
tæ rerum naturæ, exaudi meas pre-
ces, L. quæ miſericordia tua freta
ſum, et tui memor eſto fœderis:
15 G et effice, vt oratione mea decepti,
cladem et tui detrimentum accipi-
ant, qui contra fœdus tuum, contra
tuam conſecratam ædem, contra Si-
onis verticem, contra domum a tuis
occupatam filiis, dira cepere con-
16 ſilia. L. Confirma animi mei con-
ſilium, vt templum tuum in ea,
quam a te habet, ſanctitate maneat,
G. et omni tuæ genti et nationi
ſpecimen da, te omnis eſſe poteſta-
tis imperiique Deum, præter quem
non ſit alius defenſor gentis Iſrae-
litarum.

CAPVT X.

Iudithæ ornatus, vnguentum, profectio in caſtra. Excubitores ad Iuditham. Iſta ad imperatorem perducta. Iudithæ calliditas prudens.

1 POſtquam, finitis his omnibus
verbis, Iſraelitarum Deum in-
uocandi finem fecit: ſurgit ex
eo, in quo L. ante Dominum G. ia-
2 cuerat, loco, et, vocata ancilla, de-
ſcendit in domum, in qua ſabbatis
3 et feſtis diebus verſabatur: detra-
ctoque, quo amicta erat, centone,
et exutis viduitatis veſtimentis,
corpus aqua perlutum, vnguento
pingui vngit, et diſcriminato ca-
pillo, faſciam capiti ſuo imponit,
veſtitum lætitiæ induit, quo ornari,
viuente Manaſſe ſuo viro, ſolebat:
4 ſoleas pedibus accommodat, ar-
millas, brachialia, annulos, inaures,
denique omnem mundum ſuum ad-
hibet: et ſe ad decipiendos homi-
num, qui eam vidiſſent, oculos ele-
gantiſſime componit, L. augente
inſuper venuſtatem Domino, quod
omnis is ornatus non a libidine, ſed
a virtute proficiſcebatur. G. De- 5
inde vini vtrem, et olei obbam an-
cillæ tradit, et peram farina, pala-
this, panibus mundis, L. et caſeis
G. replet: atque ita conſarcinato
omni ſuo inſtrumento, et ancillæ
impoſito, exeunt ad oppidi Betuliæ
portam: vbi adſtantes inueniunt 6
Oziam et oppidi ſenatores, Cha-
brim atque Charmim: qui vbi 7
eam alia facie, mutatoque veſti-
tu, viderunt: eius pulchritudinem
ſupra modum admirati dixerunt:
Deus, Deus noſter patrius, tantum 8
tibi gratiæ tribuat, vt conata tua ad
Iſraelitarum gloriam, et Hieroſo-
lymæ ornamentum perficiantur,
L. tuumque nomen inter ſanctos et
iuſtos numeretur. Tum omnes, 9
qui aderant, vna voce, vtinam etiam
atque etiam dixerunt, Deumque ad-
orarunt. G. Et illa, iubete mihi 10
portam oppidi, inquit, aperiri, vt
egrediar, ad ea peragenda, de qui-
bus mecum egiſtis. Tum illi iu- 11
uenibus imperarunt, vt ei aperirent,
quemadmodum ea poſtulauerat:
quo facto exiit Iuditha vna cum an-
cilla; ſpectantibus eam oppidanis:
donec deſcenſo monte L. circa lucis
ortum G. ingreſſam in vallem e
conſpectu amiſerunt. Igitur illæ, 12
recta per vallem tendentes, incide-
runt in Aſſyrios, qui erant in prima
ſtatione: a quibus interrogata Iu-
ditha, cuias eſſet, vnde veniret, et
quo tenderet? reſpondit in hunc
modum: ego natu Hebræa ſum: 13
et ab Hebræis propterea transfu-
gio, quod eos ſcio vobis eſſe prædæ
futuros, L. qui, contemtis vobis,
vltro ſe dedere noluerint, vt veni-
am a vobis impetrarent. G. Con- 14
fero autem me ad Olofernem co-
piarum veſtrarum imperatorem,
vt ei vera nuntiem, L. et illorum
arcana aperiam, G. viamque aperte
demonſtrem, qua omnibus monta-
nis ſine ſuorum cuiusquam detri-
mento aut cæde potiatur. His 15
eius verbis auditis, homines eius
faci-

faciem contemplati, et pulchritudi-
nem vehementer admirati, ſic di-
cere: bene tuæ vitæ conſuluiſti,
quæ ad Dominum noſtrum deſcen-
16 dere maturaueris. Accede ſane ad
eius tabernaculum, deducentibus
noſtrum aliquot, donec te ei tradi-
derint: in cuius vbi conſpectum
veneris; nolito animo formidare,
quo minus ei iſta exponas, et tibi
benefaciet, L. eriſque eius animo
17 gratisſima. G. Tum delectos ex
ſe centum homines ei et eius an-
cillæ attribuunt, a quibus illa ad
Olofernis tabernaculum perduci-
18 tur. Eius aduentus vbi per con-
tubernia percrebuit: factus eſt per
tota caſtra concurſus: eamque, ex-
tra Olofernis tabernaculum ſtan-
tem, dum illi de ea nuntius ferretur,
circumſiſtebant, et non ſolum eius
pulchritudinem, ſed etiam Iſraeli-
tas propter eam admirantes, ſic in-
19 ter ſeſe dictitabant: quis L. He-
bræos G. contemnat, qui quum
tales habeant mulieres, L. pro qui-
bus merito cum illis pugnemus,
G. non expedit illorum quem-
quam relinqui, qui dimisſi pos-
20 ſint totum orbem decipere. I-
gitur egresſi, qui apud Olofernem
dormiebant, eiusque ſtipatores o-
mnes, eam in tabernaculum intro-
21 duxerunt. Quieſcebat autem Olo-
fernes in lecto ſuo, intra faſciam
cubicularem, qui lectus erat pur-
pura, auro, ſmaragdo, et gemmis
22 intextus. Is vbi de ea nuntium
accepit: prodiit in tabernaculi ve-
ſtibulum, præcedentibus argenteis
23 lampadibus. Iuditha poſtquam in
eius et ſtipatorum conſpectum ve-
nit, omnibus eius formæ venuſta-
tem admirantibus: in faciem pro-
lapſa, illi honorem præbuit.

CAPVT XI.

Olofernes ad Iuditham benignus. Ad imperatorem vidua prudens. Lenis ad viduam imperator hoſtis.

AT Olofernes, adſpectu primo 1
captus oculis, eam, a ſuis adle-
uatam, ſic adloquitur: bono
es animo, mulier, depone animi
metum. Nam ego nemini noceo,
qui totius orbis regi Nabuchodo-
noſori ſeruire velit. Quod niſi 2
me tui populares montani contem-
ſisſent: numquam equidem meam
haſtam in eos vibrasſem. Sed ho- 3
rum ipſi ſibi cauſſa ſunt. Verum
dic mihi, qua de cauſſa ab eis ad
nos transfugeris. Nam ad ſalu- 4
tem veniſti: ſume animum, viues
et in hanc noctem et in poſterum,
nec tibi quiſquam faciet iniuriam:
contraque, tecum bene agetur,
quomodo cum Nabuchodonoſoris
domini mei ſubditis fieri ſolet.
Ad hæc Iuditha: attende, quæ ego 5
tua dicam, liceatque mihi apud te
loqui. Nihil autem falſum tibi,
domine, hac nocte enuntiabo: ſed
ea dicam, quæ ſi ſecutus fueris, rem
tibi perfectam tradet Deus, neque
tuus te conatus fruſtrabitur. Nam 6
ita viuat rex totius orbis Nabucho-
donoſor, et eiusdem poteſtas, qui
te ad omnes mortales corrigendos
miſit, vt per te non ſolum homines
illi ſeruient, verum etiam feræ,
pecora, volucres ſub Nabuchodo-
noſoris, eiusque totius poſteritatis
imperio tua virtute viuent. Nam 7
tuæ ſapientiæ et acuminis ingenii
fama apud nos percrebuit, totoque
orbe peruulgatum eſt, te vnum esſe
in toto regno optimum, prudentia
præſtantisſimum, et in re militari
admirabilisſimum. Iam vero A- 8
chior quæ in tuo conſilio dixerit,
L. et, quid tu eum pati iusſeris,
G. intelleximus. Nam comprehen-
ſus a Betulienſibus, expoſuit eis,
quæ apud te elocutus esſet omnia:
cuius tu caue, domine, ne oratio-
nem negligas, ſed eam memoriæ
tradas: eſt enim vera. Neque 9
enim lædi, aut armis ſuperari natio
noſtra poteſt, niſi Deum ſuum of-
fenderit, L. ſed conſtat, Deum no-
ſtrum

ſtrum ſic eſſe peccatis offenſum, vt
populo per vates ſuos nuntiauerit,
ſe eum eſſe propter ipſius peccata
10 dediturum. Et quoniam ſciunt
Iſraelitæ, Deum ſuum tibi eſſe in-
fenſum, tui metu correpti ſunt.
G. Ac ne tuus labor irritus et in-
anis fiat, ſed illos mors occupet:
ſcelus quoddam nefarium conce-
perunt, quo committendo Deum
11 ſuum irritabunt. Quum enim
commeatu deficiantur, et ſumma
aquæ penuria laborent: ſtatuerunt
pecora inuadere, L. eorumque ſan-
guinem bibere, G. et quæ guſtare
Deus in legibus ſuis vetuit, his
omnibus veſci decreuerunt, fru-
mentique primitias, et vini oleique
decumas, (quæ ſeruabant, dicata ſa-
cerdotibus, qui Hieroſolymæ Deo
noſtro miniſtrant,) conſumere ha-
bent in animo, quæ nec manibus
tangere cuiquam plebeio fas eſt.
12 Iamque miſerunt Hieroſolymam,
(nam et Hieroſolymitani eadem
fecerunt,) qui ſibi poteſtatem a ſe-
natu adferant: qua poteſtate ad eos
relata, facturi ſunt, et tum demum
13 in tuam poteſtatem venturi. Hæc
ego omnia quum cognoſcerem: ab
eis aufugi, miſſa a Deo, L. illis
irato: G. ad eiuſmodi erga te fa-
cinus edendum, vt id quicumque
mortalium audiuerint, obſtupe-
14 ſcant. Sum enim religioſa, cæle-
ſtemque Deum nocte dieſque colo.
15 Interea apud te commorans, domi-
ne, noctu in vallem ititabo, Deum-
que precabor: qui vbi me certio-
rem de eorum perfectis ſceleribus
fecerit, id tibi veniam relatum.
16 Tum tu eos cum tuis omnibus co-
piis, nullo eorum repugnante, inua-
des. Ego te per mediam Iudæam
in Hieroſolymæ conſpectum per-
ducam, tuumque currum in media
vrbe ſiſtam, vt eos, tamquam paſtore
deſtitutas oues, agas, nullo contra
17 te vel muſſante. Hæc ego mihi
præſignificata, atque prænuntiata,
vt tibi ſignificarem, miſſa ſum.
Hac eius oratione delectati tum 1
Olofernes, tum omnes eius ſtipa-
tores, eiusque ſapientiam admirati,
negare vſquam terrarum mulierem
eſſe cum ea vel formæ elegantia, vel
orationis prudentia comparandam.
Atque hic Olofernes, recte, inquit, 1
fecit Deus, qui te populo præmiſe-
rit, vt et nobis victoria, et domini
mei contemtoribus pernicies con-
tingat. Quod ſi tu, quam es et facie 2
honeſta, et verbis eloquens, tam
præſtabis, quæ dixiſti: ego eumdem
tecum Deum habebo: tuque domi
Nabuchodonoſoris deges, et toto
orbe celebraberis.

CAPVT XII.

Iuditha ad conuiuium vocata Olofernis. [illegible] captus ardet viduam. Olofernis temulentia.

DEinde eam iuſſit in cellam ſuæ 1
argenteæ ſupellectilis intro-
duci, et ei ex ſuo penu atque
vino miniſtrari imperauit. Sed 2
Iuditha, iſtis, inquit, non veſcar, ne
id mihi noceat: ſed ex eis, quæ
mecum adlata ſunt, mihi miniſtra-
bitur. Et Olofernes: quid ſi iſta 3
defecerint? inquit: vnde tibi talia
ſubminiſtrabimus? quum tui ge-
neris cibaria non habeamus. Cui 4
Iuditha, ſic tu viuas, inquit, domi-
ne, vt ego non ante conſumſero,
quæ mecum habeo, quam Dominus
per me perfecerit, quæ decreuit.
Ita eam Olofernis famuli in taber- 5
naculum introduxerunt: vbi poſt-
quam ad mediam noctem dormiuit;
de matutina vigilia ſurrexit, et O-
loferni ſignificatum miſit, vt iube-
ret ſibi permitti ad preces egredi.
Atque Olofernes ſtipatoribus impe- 6
rauit, ne ea prohiberetur. Man- 7
ſit autem in caſtris dies tres, atque
interea noctu ititabat in vallem Be-
tuliæ, ſeque aqua in fonte caſtro-
rum lauabat: vnde vbi adſcenderat,
Dominum orabat, Iſraelitarum
Deum, vt ſe in viam recreandi po-
pula-

8 pulares ſuos dirigeret. Deinde
ingreſſa tabernaculum, pura ma-
nebat, donec ſub veſperam cibum
9 caperet. Quarto die conuiuium
habuit Olofernes ſuis tantum famu-
lis, neque eo quemquam inuitauit
eorum, qui negotiis præerant, et
Bagoæ ſpadoni ſuorum omnium
10 præfecto ſic mandauit: i per-
ſuaſum mulieri iſti hebrææ, quæ
eſt apud te, vt ad nos conuiuatum
veniat. Nam noſtræ quidem per-
ſonæ turpe fuerit, ſi eiuſmodi mu-
lierem ſine congreſſu dimiſerimus.
11 Niſi enim eam pellexerimus, de-
12 ridebit nos. Tum Bagoas ab O-
loferne digreſſus, ad eam ingredi-
13 tur, eamque ſic adloquitur: ne
te pigeat tam pulchram puellam,
dominum meum adire, et tanto
apud eum honore adfici, vt vinum
nobiſcum ad hilaritatem bibas, et
hodie eadem conditione ſis, qua
mulieres aſſyriæ, quæ domi Na-
14 buchodonoſoris adſunt. Cui Iu-
ditha: non ego ea ſum, vt domi-
no meo contradicam: quin, quid-
quid ei placuerit, libenter faciam:
inque eo, donec moriar, gloriabor.
15 Hæc locuta ſurgit: ſeque veſtitu
et omni mundo muliebri exornat.
16 Deinde proceſſit eius ancilla, et ei
e regione Olofernis ſtrauit pelles
humi, quas a Bagoa in eius quoti-
dianum vſum acceperat, ſuper qui-
bus accumbens illa cibum caperet.
17 Tum Iuditha venit et accubuit:
in qua Olofernes adeo mente ca-
ptus, et animo perculſus eſt, vt cum
18 ea congredi arderet. Quumque
eius ſollicitandæ tempus, ex quo
die eam primam viderat, aucupa-
retur: ſic eam adlocutus eſt: bibe
ſane, et voluptati nobiſcum indul-
19 ge, *L.* nam mihi places. *G.* Cui
Iuditha: bibam vero, domine:
nam hic mihi dies in omni vita
mea multo clariſſimis illuxit.
20 Hoc dicto, cœpit coram eo comeſ-
ſe et bibere, quæ eius ancilla para-
uerat. Atque ea delectatus Olofer-
nes, tantum vini hauſit, quantum
numquam per omnem vitam vno
die biberat.

CAPVT XIII.

Iudithæ ad Iouam precatio, virtus, robur. Olofernes obtruncatus. Ablatum a vidua caput. Laudes viduæ ab Ozia.

VEſpere eius famulis mature
digreſſis: Bagoas eius taber- 1
naculum concluſit extrinſe-
cus: dimiſſique a domino ii ſunt,
qui adfuerant, et in ſua cubilia di-
lapſi, quod eſſent omnes prolixio-
re defeſſi compotatione. Ita ſo- 2
la in tabernaculo relicta Iuditha,
quum Olofernes vino perfuſus in
lecto ſuo iaceret: iuſſit ancillæ ſuæ,
vt extra cubiculum ſuum adſtans,
exitum ſuum obſeruaret, ſicuti
quotidie conſueſſet: ſeſe enim 3
ad ſuas eſſe preces egreſſuram, at-
que eadem Bagoæ dixit. Igitur 4
digreſſis ab ea omnibus, neque vllo
prorſus reſtante in cubiculo: ad-
ſtans illius lecto Iuditha, ſic cum
animo ſuo loquitur: Domine, o- 5
mnium rerum præpotens Deus, re-
ſpice hac hora opera manuum mea-
rum, ad Hieroſolymæ ornamen-
tum, L. quemadmodum promiſiſti.
G. Nunc enim tempus eſt, ſubue- 6
niendi tuæ poſſeſſioni, et conata
mea, L. quæ per te fieri poſſe cre-
didi, G. perficiendi in hoſtium per-
niciem, qui in nos conſurrexerunt.
Hæc locuta accedit ad lecti columel- 7
lam, quæ erat ad caput Olofernis:
et detracto inde acinace, ad lectum
accedit: comprehenſaque illius cæ-
ſarie, ſic loquitur: confirma me
Domine, Deus Iſraelitarum hodier-
no die. Simulque illius collum 8
bis ſumma vi ferit, et eius amputa-
to capite, corpus a ſtragula veſte
deuoluit: et, ablato ex columellis
velo, paullo poſt egreditur, et
ancillæ ſuæ caput Olofernis tradit:
eoque in eſcariam peram indito, 9
exeunt ambæ, vt erant ſolitæ, ad

precandum : et caſtra prætergreſſæ,
vallem illam circumeunt : conſcen-
ſoque Betuliæ monte, ad portas ve-
10 niunt. Et Iuditha cuſtodes por-
tarum procul adloquens : aperite,
aperite ſane portam, inquit : Deus,
Deus noſter nobis adeſt, vires ad-
huc Hieroſolymis et victoriam lar-
11 giturus, vt et hodie fecit. Hac e-
ius voce audita, oppidani confeſtim
ad portam deſcendunt : et, conuo-
catis ſenatoribus, parui iuxta ac
magni concurrunt : quandoqui-
dem eis eius erat reditus incredi-
bilis : et, aperta porta, eas accipiunt,
et, facto ad lucendum igne, circum-
12 ſiſtunt. Tum illa L. in editum
locum adſcendit, factoque ſilentio,
G. clara voce ſic eos adloquitur :
laudate Deum, laudate Deum, qui
miſericordiam ſuam Iſraelis poſte-
ritati non denegauerit, L. neque ſi-
bi confidentes deſeruerit, G. ſed
hoſtes noſtros hac nocte mea manu
13 fregerit. Tum caput ex pera pro-
latum oſtendens : ecce caput, in-
quit, Oloſernis aſſyriarum copia-
rum imperatoris : ecce faſciam, in
qua iacebat ebrius : quem Domi-
nus muliebri manu trucidauit :
14 qui Dominus immortalis me in
hoc meo itinere ita conſeruauit,
vt ille, mea facie in ſuam pernici-
em deceptus, nullo meum pudo-
rem flagitio coinquinarit, L. qui-
que me vobis et ſua victoria, et ef-
fugio meo, et liberatione veſtra læ-
15 tam reduxerit. Eum omnes ce-
lebrate, qui bonus ſit, et clementia
16 præditus æterna. G. Hic omnes ve-
hementer attoniti, Deum ſupplici-
ter venerati ſunt, atque ita vno a-
17 nimo dixerunt : tibi gratias, De-
us noſter, agimus : qui hodierno
die tuorum hoſtes ad nihilum red-
18 egeris. Et Ozias : tu es, inquit,
o nata, omnium totius orbis femi-
narum Deo acceptiſſima : et gra-
tias ago Domino Deo, cæli terra-
rumque creatori, qui te ad trun-
candum principis hoſtium noſtro-
rum caput impulerit, G. L. quo
facto tantam tibi hodierno die no-
minis gloriam comparauit, vt tuæ
virtutis laus tamdiu in hominum
mentibus hæſura, et linguis cele-
branda ſit, quamdiu immortalis
Dei potentiæ memores erunt.
G. Pro qua re Deum precor, vt te
ad æternum decus bonis adficiat,
quæ quidem in noſtri generis ca-
lamitate vitæ tuæ non perperceris,
ſed tuum Deo noſtro probans in-
ſtitutum, noſtram ſubieris ruinam.
Atque idem reliqui ſeſe etiam at-
que etiam precari dixerunt.

CAPVT XIIII.

Ad populares Iudithæ de eruptione in hoſtes. Achior ad Iuditham. Populi laudes ad Iuditham celebrandam. Oloſernes obtruncatus a ſpadone inuentus.

TVm Iuditha, audite me, fratres
inquit : hoc caput ſumite, et
in pinnis murorum noſtro-
rum ſuſpendite. Deinde vbi di-
luxerit, orto in terra ſole, arma
omnes ſumetis, et erumpetis, qui-
cumque milites eſtis, ex oppido,
ſtatuto duce, tamquam in campum
ad Aſſyriorum primas ſtationes de-
ſcenſuri, neque tamen deſcendetis.
Tum illi, ſumtis armis, ſua caſtra
petent, et Aſſyrii exercitus duces
excitabunt : qui ad Oloſernis taber-
naculum current : L. quem vbi
truncum in ſuo ſanguine voluta-
tum inuenerint, G. timore correpti
fugient vos. Tum vos et omnes
montani Iſraelitæ eos inſecuti paſ-
ſim ſternitote per vias. L. Nam Do-
minus eos ſub veſtris pedibus con-
culcabit. G. Sed antequam hæc
fiant, vocate mihi Achiorem Ammo-
nitam, vt videat et agnoſcat ſtirpis
iſraeliticæ contemtorem, a quo ad
nos tamquam ad interitum miſſus
eſt. Tum arceſſitus eſt Achior ex
ædibus Oziæ : qui poſtquam venit,
et caput Oloſernis in manu cuius-
dam viri in conuentu animaduer-
tit :

tit: animo defectus in faciem ceci-
8 dit. Deinde vbi recreatus eſt,
Iudithæ ad pedes accidit, et eius
9 faciem veneratus: o te, inquit,
non ſolum in omnibus Iudæ taber-
naculis, ſed etiam apud omnes gen-
tes felicem, cuius audito nomine
obſtupeſcent. Sed age, narra mi-
hi, quid per hosce dies feceris.
10 Tum Iuditha ei in medio conuen-
tu omnia expoſuit, quæ fecerat,
ex quo die profecta erat ad id tem-
pus, quo cum eis loquebatur. L.
Deus, inquit, Iſraelitarum, cui tu
teſtimonium dediſti vltorem esſe
hoſtium ſuorum, caput omnium
infidentium hac nocte mea manu
1 truncauit. Quod vt ita esſe cre-
das, ecce caput Olofernis, qui ſu-
perbiæ inſolentia Deum Iſraelita-
rum deſpicabatur, et tibi interi-
tum minabatur, dicens, ſe victis
Iſraelitis iusſurum esſe, vt tibi
gladio latera tranſuerberarentur.
2 G. Poſtquam ea dicendi finem fecit;
exclamauit ingenti voce populus,
lætusque per oppidum ſermo disſi-
3 patus eſt. Tum Achior, viſis tot
Dei Iſraelitarum facinoribus, ma-
gnam Deo fidem habuit: et, ſui
membri præputio circumciſo, ad-
ſcitus eſt in nomen iſraeliticum,
L. cum omni generis ſui poſterita-
4 te, G. in hunc vsque diem. Poſt-
quam diluxit: ſuſpenditur de mu-
ro caput Olofernis,omnesque, ſum-
tis armis, facto agmine, in cliuum
montis exeunt. Eos conſpicati
Asſyrii, ſuorum manipulorum du-
ces certiores faciunt: qui porro du-
ces, tribunos et omnes præfectos
adeunt, atque ii ad Olofernis taber-
naculum vadunt, et eius ſummo
diſpenſatori mandant, vt dominum
expergefaciat: [a] nam ſeruos in prœ-
lium contra ſe auſos esſe deſcende-
re, vt tandem pereant. L. Igitur
contubernales veniunt, et ad in-
gresſum cubiculi tumultuantes
ſtrepitum edunt de induſtria, illius
excitandi gratia, vt non ab exci-
tantibus, ſed a perſtrepentibus ex-
pergefieret. Nemo enim asſyriæ 17
maieſtatis cubiculum pulſare, aut
introeundi cauſſa aperire audebat.
G. Deinde introgresſus Bagoas, ta- 18
bernaculi atrium pulſat; ſuſpicatus,
eum cum Iuditha dormire. L. Sed 19
quum nullum iacentis motum au-
ribus perciperet, G. dimotis fori-
bus ingresſus cubiculum, L. pro-
pius ad faſciam cubicularem acce-
dit: qua ſubducta, G. L. inuenit 20
in ſolo iacentem in ſuo cruore trun-
cum ſine capite. G. Tum ingen- 21
tem et vehementem cum fletu et ge-
mitu clamorem edens, veſtesque
ſuas diſcerpens, tabernaculum in-
trat, in quo Iuditha diuerſabatur:
et, ea non inuenta, in medium cœ-
tum proſilit, ita vociferans: ſer- 22
ui nos perdiderunt: vna mulier
hebræa regis Nabuchodonoſoris
domum dedecore adfecit: nam ecce
humi proſtratum Olofernem, ca-
pite carentem. His verbis auditis, 23
ductores exercitus asſyrii tunicas
ſuas dilacerare cœperunt, et ve-
hementer animis perturbati, ma-
gnum per caſtra tumultum et cla-
morem excitare.

CAPVT XV.

Asſyriorum trepidatio, disſipatio, clades accepta. Iuditha a Hieroſolymitanis laudibus ornata.

HAc re audita, qui erant in ta- 1
bernaculis tanto ſunt animi
terrore atque metu attoniti et
perculſi, vt nemo iam alterius con-
ſpectum ferret, ſed L. deiecto 2
capite, relictis omnibus, G. disſi-
pati pasſim, qua per campos, qua
per montes diuerſi fugerent. L. He- 3
bræos, quos armatos inſtare audie-
bant: G. neque non, qui in monti-
bus circa Betuliam caſtra fecerant,
in fugam verſi ſunt. Tunc omnes 4
Iſraelitæ milites in eos ſeſe L. cum

a) L. muros ex ſuis cauernis egresſos.

clangore tubarum atque vlulatu G.
effundere: L. et, quoniam Asſyrii
nullo ordine in fugam ruebant præ-
cipites: Israelitæ eos vno agmine
perſequentes, carpere, quoscum-
5 que poterant adſequi. Tum O-
zias in Bætomaſthaim, Bebaim,
Chobaim, et Colam, breuiter in
omnes Israelitarum fines dimiſit,
qui rem geſtam nuntiarent: iube-
rentque, vt omnes ſeſe ad perdendos
6 hoſtes effunderent. Hoc accepto
nuntio Israelitæ vniuerſi illos inua-
dunt, et ad Chobam vsque truci-
7 dant. Itemque Hieroſolymitani
adfuerunt, omnesque montani, (nam
iis quoque nuntiatum erat, quid in
8 hoſtium caſtris accidiſſet,) neque
non Galaaditæ et Galilæi magnam
eis cladem intulerunt, vsque vltra
9 Damaſcum et eius fines. Ceteri
Betuli enſes Asſyriorum caſtra ad-
greſſi diripuerunt: magnasque di-
10 uitias inde conſecuti ſunt. Reli-
quis potiti ſunt Israelitæ, a cæde re-
uerſi, nec non pagani et oppidani,
tum montani, tum campeſtres G.
L. omnes magnam omnis prædæ
vim, (quæ immenſa erat,) copiam te-
11 nuerunt. G. Deinde Ioacimus
pontifex, et Israelitarum ſenatus
hieroſolymitanus L. Betuliam G.
venerunt, tum vt beneficia, qui-
bus Israelitæ fuerant diuinitus ad-
fecti, confirmarent, tum vt Iudi-
tham viderent atque ſalutarent.
12 Qui poſtquam ad eam ingreſſi ſunt:
eam vno ore collaudarunt huius-
13 modi verbis: Tu es Hieroſoly-
mæ excellentia, tu magna Israeli-
tarum gloriatio, tu ingens generis
noſtri decus, quæ hæc tanta manu
iſta feceris, et ea Israelitis benefi-
cia contuleris, quibus beneficiis
14 Deus faueret: L. Quæ quidem
animo ad tam egregium facinus pa-
trandum confirmata es, quod caſti-
tatis amans poſt virum tuum ab
15 aliis abstinueris. G. Dominum
tibi omnipotentem propitium pre-
camur in omnem temporis æterni-
tatem. Atque idem reliqui omnes ſe precari dixerunt. Direpta ſunt autem ab illis caſtra diebus triginta, et Olofernis tabernaculum, omniaque argentea, lecti, pelues, L. gemmæ, G. denique omnis illius ſupellex Iudithæ data eſt: quam acceptam illa mulæ ſuæ impoſuit, iunctisque plauſtris ſuis, in ea congeſſit. Tum omnes israeliticæ mulieres eius videndæ gratia concurrebant, eamque collaudabant, et ei chorum ex ſe faciebant. Ipſa thyrſos manibus cepit, et eis etiam, quæ aderant, mulieribus distribuit: ſeque et ſociam olea coronauit, et, omnem hominum cœtum antecedens, cunctis mulieribus ſaltationem præibat, ſequentibus omnibus Israelitis armatis cum coronis, L. muſicis inſtrumentis et citharis, G. et laudes ore canentibus. Exorſa eſt autem Iuditha carmen hoc inter omnes Israelitas, omni cœtu huic accinente laudationi, atque ita dixit:

CAPVT XVI.

Iudithæ carmen ad Iouam. Ioue dicata manubia a victrice Iuditha.

ORdimini Dei mei laudes tympanis: cantate Dominum meum cymbalis: huic carmen modulamini, huius laudes extollite: huius inuocate nomen, qui Deus ſit bellorum profligator: qui me, poſitis in medio populo caſtris ſuis, ex infeſtorum meorum manu eripuerit. Venerat Asſyrius ex montibus, ab aquilone venerat, cum tot militum millibus, vt eorum multitudo fluuios intercluderet, et equitatus valles operiret. Statuerat fines meos incendere, iuuenes ferro tollere, lactentes humi proſternere, infantes habere prædæ, rapere virgines. Sed eum Dominus omnipotens feminea manu refellit. Non enim deiectus eſt potens ille a iuuenibus,

bus, non eum Titanum trucidauit
ſoboles, non immanes inuaſerunt
gigantes, ſed eum Iuditha Meraris
nata faciei ſuæ pulchritudine ſub-
9 egit. Nam lugubrem veſtitum
exuit, L. lætitiæ indumenta adhi-
buit, G. ad leuandos Iſraelitarum
10 labores: faciem ſuam vnguento
perunxit: crines faſcia redimiuit,
lineam pallam induit, ad illum de-
cipiendum: eique et oculum ſuis
eripuit ſoleis, et animam pulchri-
tudine abſtulit, et ceruicem trans-
11 adegit acinace. Horruere Perſæ
eius audaciam, Medi eius fidentia
12 perturbati ſunt. Tum mei ad-
flicti, L. ſiti torridi, G. vlularunt,
infirmi mei exclamarunt: quorum
clamore pauefacti illi, in fugam
13 verſi ſunt. Eos puellarum con-
fodere nati, vulneratos quaſi fu-
gitiuos ſeruos: periere Domini
Dei mei acie, cuius Domini laudes
14 ego cantu concelebrabo. O Do-
mine, tu magnus es et glorioſus,
virtute admirandus, et inſupera-
15 bilis. Tibi ſeruiat omne tuum
opus, quod, te iubente, factum, et,
miſſo a te ſpiritu tuo, conſtructum
eſt, nec eſt quidquam, quod tuo
16 dicto reſiſtat: quin ipſi a funda-
mentis montes cum aquis concu-
tiuntur, in tuo conſpectu rupes li-
17 queſcunt, tamquam cera. At tui
reuerentibus facilem te præbes.
Nam parui eſt quoduis ſacrificium
ad te odore delectandum, mini-
mum eſt omnis adeps ad tibi ad-
olendum: ſed qui Dominum re-
ueretur, is ſemper magnus eſt.
18 Væ gentibus meum genus infe-
ſtantibus, quos Dominus omnipo-
tens vlciſcetur in die iudic , i-
gnem et vermes earum corporibus
admouendo, quorum ſenſu plorent
in ſempiternum. Poſtquam autem 19
Hieroſolymam ingreſſi ſunt, Deum
adorarunt, et, *b* luſtrato exercitu, ſo-
lida ſacrificia et voluntaria, dona-
riaque libarunt: et Iuditha omnem
Oloſernis ſupellectilem, ſibi a mili-
tibus datam, velamenque, quod
ipſa ex eius cubiculo abſtulerat,
Domino dicata poſuit: fuitque 20
populus Hieroſolymis, L. huius vi-
ctoriæ G. lætitiam in conſpectu ſan-
ctuarii celebrans per tres menſes,
Iuditha cum eis manente. Poſt id 21
ſpatium discesſerunt in ſuam quis-
que patriam: et Iuditha, Betuliam
reuerſa, manſit in ſuis facultatibus:
fuitque ſui temporis toto orbe cele-
berrima: multisque eam cupien- 22
tibus, nullus tamen eius notitiam
habuit per omnem eius vitam, ex
quo mortuus eſt vir eius Manasſes,
et ad ſuos populares adgregatus.
Fiebat autem in dies clarior, et in 23
domo viri ſui conſenuit ad annos
quinque ſupra centum, ancillam-
que ſuam manumiſit. Mortua eſt 24
Betuliæ, et in Manasſis viri ſui tu-
mulo ſepulta, atque ab Iſraelitarum
genere dies ſeptem deplorata. Di- 25
uiſit autem bona ſua ante ſuum in-
teritum propinquis, tum Manasſis
viri ſui, tum ſui generis. Neque 26
deinceps exſtitit, qui lacesſeret Iſ-
raelitas, viuente Iuditha, neque diu
poſt eius interitum. L. Atque hu- 27
ius quidem victoriæ dies ſollemnis
ab Hebræis in numero ſacrorum
dierum habetur, et a Iudæis ex eo
tempore ad hanc diem colitur.

b) ſcilicet propter cædem.

* * * * * *
* * *

ESTERA.

CAPVT I.

Dierum ſeptem Asſueri conuiuium. Loci adparatus. Reginæ conuiuium. Eiuſdem reginæ pertinacia in regem. Conſilium contra reginam.

1 ASSVERVS, *c* qui ab India ad
Aethiopiam vſque centum
viginti ſeptem prouincias
2 imperio tenuit, poſtea-
quam regni ſolium Suſis, quod eſt
regni caput, adeptus eſt, anno regni
ſui tertio omnibus ſuis proceribus
3 et ſubditis conuiuium fecit, in
quo apud eum aderant Perſarum et
Medorum potentisſimi quique, vi-
delicet duces et prætores prouinci-
arum, quo ſui tam glorioſi regni
opulentiam, et tam egregium ma-
4 gnitudinis decus oſtentaret: idque
conuiuium diu durauit, videlicet
5 dies centum octoginta. Eo exacto
ſpatio, rex idem omnes homines,
qui inibi Suſis inuenti ſunt, a mini-
mo ad maximum conuiuio ſeptem
dierum excepit in atrio hortorum
6 regiæ. Ibi multitia, carbaſea, et
hyacinthina vela, lineis et purpu-
reis intenta funibus, per argenteas
trochleas de columnis marmoreis,
7 pendebant. Lecti erant aurei et
argentei in ſolo porphyritico, mar-
moreo, ſpeculari, et pyritico collo-
8 cati. Potabatur poculis aureis,
ſubinde mutandis, vinum regium
magna copia pro regiis opibus, po-
tatione legitima, nemine cogente,
9 quod ita præſcripſerat rex ſuis o-
mnibus diſpenſatoribus, vt cuius-
10 que obſequerentur arbitrio. Die
ſeptimo rex quum animum ſuum
vino exhilarasſet: mandauit Mau-
mani, Bezathæ, Harbonæ, Bagathæ,
Abgathæ, Zethari, et Charchanti,
(quorum ſeptem ſpadonum miniſte-
11 rio vtebatur,) vt reginam Vaſtim,
(quæ et ipſa muliebre conuiuium
in Asſueri regia habebat,) ad ſe re-
gie coronatam arcesſerent, quo e-
ius formæ pulchritudinem, quæ e-
rat inſignis, plebi ac primatibus oſ-
tenderet. Sed regina Vaſtis ad 12
regis mandatum, per ſpadones per-
latum, venire recuſauit. Quare 13
vehementi incenſus ira rex, ſapi-
entes rerum peritos, (ſolebat enim
rex omnibus legis iuriſque pruden-
tibus negotia proponere, et erant 14
tum ei proximi Charſena, Sethar,
Admatha, Tharſis, Mares, Marſa-
na, et Mamuchán, ſeptem Perſarum
Medorumque principes, cum rege
verſantes, et in regno primum di-
gnitatis locum obtinentes,) hos 15
inquam interrogat, quid ſit regina
Vaſti faciendum, quæ regis Asſueri
mandato, a ſpadonibus perlato,
non paruerit. Tum Mamuchan 16
apud regem et proceres verba facit
in hanc ſententiam: non ſolum in
regem peccauit regina Vaſtis, ſed
etiam in omnes vel principes vel
plebeios, qui ſunt in omnibus re-
gis Asſueri prouinciis. Omnes 17
enim mulieres, diuulgata hac de
regina fama, ſuos habebunt deſpe-
ctui maritos, quum dicetur, regi-
nam Vaſtim, ab Asſuero rege arces-
ſitam, non veniſſe. Atque hoc 18
reginæ factum obiicient aliquan-
do primariæ Perſidis et Mediæ
mulieres, quæ id audiuerint, o-
mnibus regiis proceribus: quæ
res magnum contemtum pariet,
et indignitatem. Quamobrem ſi 19
tibi rex ita placet: promulgetur
regium a te decretum, idque irre-
uocabili perſica et medica lege ſcri-
ptum, ne regina Vaſtis in conſpe-
ctum regis Asſueri veniat, eiuſque
regnum alteri, ea meliori, tradas.
Hac

c) His Græcis vocatur Artaxerxes, Xerxis filius, auctore Ioſepho.

Hac tua, rex, audita ſententia, et
per totum imperium tuum, quam
late patet, publicata: nulla mu-
lier erit, quæ non in pretio ſuum
habeat coniugem: ſiue is magnus
ſit, ſiue paruus. Placuit et regi et
proceribus ea ſententia. Mamu-
chanisque conſilium ſecutus rex,
litteras dimiſit in omnes ſuas pro-
uincias, cuiusque vel regionis lit-
teris vel populi ſermone ſcriptas,
et vernacula lingua explicatas: qui-
bus ſanciebat, vt ſuæ quisque domi
vir imperaret.

CAPVT II.

*Noua quæritur coniux Asſuero. Mardo-
chæus, et Eſtera. Iſtius forma, et fauor,
et regium diadema. Nuptiarum celebra-
tio. Coniuratio per Mardochæum de-
tecta.*

POſtea quum rex, ſedata ira,
Vaſtim eiusque factum et
contra eam decretum recorda-
retur: ſuaſerunt ei ipſius admi-
niſtri famuli, vt puellas virgines
forma præſtantes curaret ſibi con-
quirendas, et huic negotio in
omnibus imperii ſui regionibus
certos præficeret, qui omnes puel-
las virgines facie elegantes, in Suſa
caput regni congregarent, in do-
mum mulierum, ſub curam Hegæi
ſpadonis regii, mulierum cuſto-
dis, qui eis mundum muliebrem
4 miniſtraret: ac quæ puella regi
placeret, ea pro Vaſti regnaret.
Hoc conſilium rex adprobans, ſe-
5 cutus eſt. Erat Suſis Iudæus qui-
dam nomine Mardochæus, Iairis
filius, Semeis filii, Cis filii, Ie-
6 miniensis, qui Hieroſolymis eo
captiuus fuerat deportatus, vna
cum his, quos cum Iechonia Iudææ
rege tranſtulerat Nabuchodonoſor
7 Babyloniæ rex. Is erat tutor Ha-
daſæ, hoc eſt Eſteræ, patrui ſui
filiæ, vtroque parente orbatæ,
puellæ eleganti forma et facie venu-
ſta, quam patre et matre orbatam
8 ſibi adſciuerat pro filia. Hæc Es-
tera, quum, audito regis mandato
atque decreto, multæ puellæ Suſa
congregarentur in curam Hegæi,
deducta eſt in regiam in cuſtodiam
Hegæi mulierum cuſtodis. Qua 9
ille delectatus, quum eam proba-
uisſet: continuo mundum ei, et
præbenda dedit, et ſeptem pedisſe-
quas ex regia, vt ſtatutum erat, at-
tribuit: eamque cum ſuis pedisſe-
quis in lautisſimam partem domus
mulierum transtulit. Neque in-
dicauit Eſtera genus aut patriam
ſuam. Vetuerat enim Mardochæ- 10
us; isque ſingulis diebus in veſti-
bulo domus mulierum obuerſaba-
tur, quo ſciret, vt valeret Eſtera,
et quid ea fieret. Solebant autem 11
ſingulæ puellæ poſt certum tempo-
ris ſpatium, vt ferebat mulierum
ratio, ad regem Asſuerum intro-
mitti, videlicet exactis duodecim
menſibus. Nam ita peragebatur 12
earum comendi ſpatium, ſex
menſibus oleo myrtino attributis,
et totidem odoribus et pigmentis
muliebribus. Ita demum puella 13
ad regem ex gynæcio in regiam in-
tromittebatur, vt is cum ea rem
haberet, eique ad eum venturæ
dabatur, quodcumque poſtulasſet
ornamentum. Veniebat autem 14
veſpere, et mane in alterum gynæ-
cium redibat, in curam Saſagazi re-
gii ſpadonis, concubinarum cura-
toris: neque amplius ad regem in-
tromittebatur, niſi ea, delectato re-
ge, vocaretur nominatim. Igi- 15
tur transacto Eſteræ Abichailis
Mardochæi patrui filiæ, (qui Mardo-
chæus eam ſibi in filiam cooptaue-
rat,) ſpatio, quo ad regem admitte-
retur, nullum petiit ornatum,
niſi quem Hegæus regis ſpado mu-
lierum curator dixisſet, et tamen
omnium ſpectantium oculis grata
fuit: Atque vbi ad regem in pa- 16
latium menſe Tebeth, qui decimus
eſt, deducta eſt, anno illius regni
ſeptimo: ille eam ſupra omnes mu-
lieres amauit, tantoque omnium

virginum gratisſimam habuit et
carisſimam, vt eius capiti regium
impoſuerit diadema, eamque pro
17 Vaſti reginam fecerit. Deinde
Eſteræ nuptias laute celebrauit, in-
uitatis ad eas ſuis omnibus proceri-
bus et adſeclis, et immunitatem
prouinciis largitus eſt: dignaque
18 rege munera donauit. Ac quum
virgines iterum congregarentur:
Mardochæus ad regiæ fores ma-
19 nebat. Neque vero Eſtera patri-
am aut genus ſuum patefecerat,
quemadmodum præceperat ei Mar-
dochæus: cuius illa mandata non
aliter exſequebatur, quam quum
20 in eius tutela foret. Per id tem-
pus, quo Mardochæus ad regiæ por-
tam habitabat, Bagathan et Tha-
res, duo regis ſpadones, de nu-
mero atrienſium, regi Asſuero in-
fenſi, ei manum adferre conati ſunt.
21 Quam rem vbi didicit Mardochæ-
us: Eſteræ reginæ indicauit, Eſte-
ra porro regi nomine Mardochæi
22 enuntiauit. Quæſita et depre-
henſa re, illi ambo in crucem ſub-
lati ſunt, et ea res in annales apud
regem relata eſt.

CAPVT III.

Amanis fauor apud Asſuerum. Mardochæus Amanem non venerans. Aman in Iudæos perdendos.

1 POſtea rex Amanem, Amadathæ
filium, Agagæum in tantum
dignitatis faſtigium euexit, vt
ei ſedem ſupra omnes, quos apud
ſe proceres habebat, collocaret:
2 Amanemque omnes regii ad regis
portam habitantes ſubmisſe vene-
rarentur; quod ita de eo rex impe-
3 rasſet. Sed Mardochæus neque
ſe ſubmittebat, neque honorem
præſtabat, atque a regiis, qui ad
portam regis erant, caſtigatus, quod
contra regis mandatum faceret, et
aliquot diebus admonitus, tamen
4 non obtemperabat. Itaque id illi
Amani nuntiarunt, vt viderent
an Mardochæus in eo perſeueraret:
intellexerant enim, eum esſe Iudæ-
um. Aman videns, Mardochæum 5
ſibi non ſubmittere ſe, neque ho-
norem habere, ira plenus, parum
esſe ratus ſoli Mardochæo manum
adferre, conatus eſt vniuerſos 6
Iudæos, (quos esſe Mardochæi po-
pulares intellexerat,) quotquot erant
in toto Asſueri imperio, perdere.
Igitur menſe primo, qui eſt Niſan, 7
Asſuero annum regnante duodeci-
mum, curauit Aman ſortem apud
ſe iaciendam: et ductis ordine die-
bus, atque menſibus, quum men-
ſis Adar, qui duodecimus eſt, ſor-
te accidisſet, regem ſic eſt adlocu-
tus: Eſt quædam inter ceteras 8
nationes diſperſa, disſipataque per
omnes imperii tui fines hominum
natio, qui leges ab omnium genti-
um legibus alienas habent, neque
regiis parent legibus, quos quidem
tolerari, tibi, rex, non expedit. Si 9
tibi, rex, placet, ſcripto promul-
getur, vt intereant: ego decem
argenti talentorum millia procura-
toribus in manum adpendam, quæ
in fiſcum referantur. Tum rex 1
annulum ſibi de manu detrahit, et
Amani, Amadathæ filio, Agagæo,
Iudæorum hoſti tradit: ſeque ei 1
et argentum remittere, et nationem
illam dicit in poteſtatem permitte-
re. Itaque, conuocatis menſis pri- 1
mi die decimo tertio regiis ſcribis,
ſcripti ſunt Amanis arbitratu codi-
cilli ad regis ſatrapas, et ad ſingula-
rum prætores prouinciarum, ſingu-
larumque nationum principes: ii-
que cuiusque vel regionis litteris,
vel populi ſermone, nomine regis
Asſueri, eiusdemque annulo ſubſi-
gnati, qui misſi ſunt per curſores in
omnes regis prouincias, in quibus
codicillis hoc iubebatur, vt vni-
uerſi Iudæi, iuuenes, ſenes, par-
uuli, mulieres vno die exſtirpa-
rentur, interficerentur, perderen-
tur, videlicet decimo tertio die
menſis duodecimi, qui eſt Adar,
eo-

13 eorumque bona diriperentur. *G.*
Eſt autem hoc epiſtolæ exemplum.
REX MAGNVS ARTAXERXES,
rectoribus centum viginti ſeptem
prouinciarum, quæ ab India ad
Aethiopiam continentur, et præ-
toribus ſubditis, hæc ſcribit.
14 Quum multarum gentium domina-
tum, et totius orbis imperium con-
ſecutus eſſem: volui, non potentiæ
audacia ſuperbiendo, ſed mitius et
cum comitate ſemper agendo, ſub-
ditorum vitam perpetuo tranquil-
lam reddere, et, regnum vsque ad
extremos fines quietum peruium-
que præſtando, cunctis optatam ho-
15 minibus renouare pacem. Quæ
res quo pacto ad exitum perduci
poſſet, quum conſiliarios interro-
gauiſſem: vir apud nos prudentia
eximius, in beneuolentia conſtan-
tiſſimus, firma fide probatus, et
ſecundum regni decus adeptus A-
man nobis demonſtrauit, omni-
bus per orbem nationibus permix-
tum eſſe inuiſum quemdam popu-
lum, legibus omni genti contrari-
um, regum imperia perpetuo de-
trectantem, vt iam conſtitutum a
nobis imperium non poſſit inoffen-
16 ſo ſtatu manere. Quum igitur
nobis perſpectum ſit, hanc vnam
maxime gentem ita eſſe compoſi-
tam, vt omnibus ſemper homini-
bus contraria ſit, peregrina legum
ratione diſcrepet, et, noſtris inimi-
ca rebus, peſſimorum ſit malorum
cauſſa, vt regnum tranquillitatem
17 non adſequatur: imperamus, vt
qui vobis ſignificati fuerint in ſcri-
ptis Amanis rerum adminiſtrato-
ris, et alterius noſtri patris, ii o-
mnes cum mulieribus et liberis,
hoſtili ferro, ſine vlla miſericor-
dia aut venia, ſtirpitus euertantur
a decimo tertio die menſis duodeci-
mi, qui eſt Adar, inſtantis anni:
18 vt et veteres et hodierni inimici,
vno die vi in orcum demiſſi, res
nobis in poſterum quietas omnino
tranquillasque præſtent. *H.* Hac 19
perſcripta ſententia, qua edictum
per omnes promulgaretur regio-
nes, omnibus nationibus manife-
ſtum, vt eſſent homines ad illum
diem parati: profecti ſunt curſo-
res imperio regis, et edictum Suſis
promulgatum eſt; quum rex in-
terea et Aman ad epulas accumbe-
rent, et Suſa vrbs eſſet in luctu.

CAPVT IIII.

Iudæorum planctus. Eſtera ad Mardochæum conſolandum. Ad Iouam pro Iudæis Mardochæus. Regina Eſtera anxia ad Iouam pro ſuis popularibus.

HAnc omnem rem poſtquam 1
reſciuit Mardochæus: veſti-
tum ſuum diſcerpere, cento-
nem induere, conſpergi puluere, et
in mediam vrbem egreſſus, magnos
et triſtes edere clamores, G. inſon-
tem nationem deleri vociferans,
H. et vsque ad regiæ portæ con- 2
ſpectum progredi: nam ad portam
ipſam centone induto venire non
licebat. Interea vbique terrarum, 3
quocumque regis mandatum decre-
tumque perlatum erat, magno ver-
ſabantur in luctu Iudæi, ieiunantes,
plorantes, lamentantes, centonibus
et puluere magna pars conſperſi.
Quod poſtquam eſt Eſteræ reginæ 4
per eius pediſſequas et ſpadones de
Mardochæo nuntiatum: conſter-
nata vehementer, veſtitum Mar-
dochæo miſit, quem, depoſito cen-
tone, indueret. Quem quum ille 5
non accepiſſet: vocauit Eſtera
Athachum vnum de regis ſpadoni-
bus, ſibi a rege attributum, eumque
ad Mardochæum ire iuſſit, vt diſce-
ret, quidnam rei eſſet, et quæ eius
cauſſa foret? Athachus ad Mar- 6
dochæum proficiſcitur in quamdam
vrbis aream, quæ erat ante portam
regis. Cui Mardochæus omnem 7
caſum ſuum exponit, oblationem-
que pecuniæ, quam ſe Aman ſo-
Ll 5 lutu-

a) In Græco eſt decimo quarto, ſed mendum eſſe oſtendit tota hiſtoria.

luturum esſe in fiſcum promiſiſ-
ſet, dummodo perderentur Iudæi:
8 tum ei libellorum decreti, Suſis ad
euertendos Iudæos propoſiti, exem-
plum dat, quod Eſteræ oſtendat et
indicet, horteturque, vt regem ad-
eat, et eum pro ſuæ nationis homi-
9 nibus ſuppliciter oret. Athachus
ad Eſteram Mardochæi verba re-
10 fert. Tum Eſtera Athacho ad
Mardochæum huiusmodi mandata
11 dat: ſciunt omnes regis et ſtipa-
tores et prouinciales, legem ſemel
eſſe latam, vt quisquis vir feminaue
ad regem in interiorem aulam non
vocatus accesſerit, occidatur, niſi
cui rex virgam auream porrexerit,
vt viuat. Atqui ego ad regem hoc
12 iam triduo non ſum arcesſita. His
Eſteræ dictis Mardochæo renuntia-
tis: iusſit Mardochæus hæc Eſteræ
13 referri: noli putare, te ſolam Iu-
dæorum propterea euaſuram eſſe,
14 quod es in regia. Nam ſi hoc
tempore tacueris: exſiſtet Iudæis
aliunde recreatio atque ſalus, et tu
tuaque domus patria peribitis: at-
que haud ſcio, an ad huiusmodi
15 tempus regnum adepta ſis. Tum
Eſtera Mardochæo ita renuntiari
iubet: i conuocatum Iudæos o-
mnes, qui Suſis adſunt, vt pro me
ieiunent, et triduo a cibo atque
potione noctes diesque abstineant:
16 quod idem ego vna cum meis pe-
disſequis faciam, atque ita demum
regem, quamuis contra legem, con-
ueniam: quod ſi pereo, peream.
17 Hoc Eſteræ mandatum Mardochæ-
us omnino exſecutum iuit. G. De-
umque tot eius opera recordans,
18 precatus eſt in hæc verba: Do-
mine rex omnipotens, hoc quidem
totum in tua poteſtate eſt: nec eſt,
qui tibi contraueniat, volenti con-
19 ſeruare Israelitas. Nam tu cælum
et terram, et quidquid admirandum
ſub cælo eſt, feciſti, omniumque
Dominus es, nec eſt qui tibi Domino
20 repugnet. Omnia tu noſti: tu
ſcis, Domine, non me contumelia,

neque ſuperbia, neque gloriæ cu-
piditate feciſſe, vt ſuperbum Ama-
nem non colerem. Etenim liben- 21
ter vel eius pedum veſtigia pro
Israelitarum ſalute deoſcularer.
Sed id feci, ne hominis gloriam Dei 22
gloriæ præponerem, neu quem,
præter te Dominum meum, adora-
rem: nedum, vt id arrogantia fe-
cerim. Quapropter, o Domine 23
Deus rex, parce tuis nobis, quos illi
ad exitium deſignant, et tuam anti-
quam delere posſesſionem concu-
piſcunt. Noli tuam partem de- 24
ſpicere, quam ipſe tibi ex Aegypto
redemiſti: exaudi meas preces, et
tuæ ſorti propitius eſto: conuerte
luctum noſtrum in epulas, vt vi-
uentes tuum celebremus nomen,
Domine: neue tuorum ora laudato-
rum aboleueris, Domine. Omnes 25
quoque Israelitæ, quum mors eis
ob oculos verſaretur, totis viribus
querebantur. Et Eſtera regina in 26
mortis æſtu anxia, ad Dominum
confugit: depoſitoque ſplendidiore
veſtitu, angoris et luctus veſtes
induit, et pro ſuperbis odoribus
caput ſuum puluere et fimo opple-
uit, corpusque ſuum multum ad-
flictauit: et omnia, vbi lætari 27
ſolebat, loca intortis ſuis crinibus
repleuit, atque ita Domino Israeli-
tarum Deo ſupplicauit, his verbis:
Domine mi, rex noſter, tu ſolus es, 28
ſuccurre mihi ſoli, et adiutorem
nullum præter te habenti, quæ in
tam præſenti verſor periculo. E- 29
quidem audiebam iam a teneris in
mea tribu patria, vt tu, Domine, et
Israelitas ex omnibus gentibus, et
patres noſtros ex omnibus ipſorum
maioribus ad æternam deſumſisſes
posſesſionem, eisque promisſa præ-
ſtitisſes. Et nunc peccatis noſtris 30
offenſus, tradidiſti nos in hoſtium
manus: quoniam eorum diis ho-
norem habuimus, et merito tu qui-
dem, Domine. Sed illi noſtræ 31
ſeruitutis acerbitate non contenti,
ſimulacris ſuis, (manibus in manus
inſer-

inſertis,) polliciti ſunt, ſeſe tua pla-
cita reſciſſuros, tuam poſſeſſionem
abolituros,tuorum ora laudatorum
obſtructuros, tui exſtincturos glo-
riam fani atque aræ, aperturos gen-
tium ora ad vanorum virtutes de-
orum prædicandas, mortalique regi
perpetuam conciliaturos admira-
32 bilitatem. Noli, Domine, tuum
ſceptrum iis tradere,qui nihil ſunt;
ne noſtrum caſum derideant: ſed
ipſorum conſilium in ipſos retor-
que, et in huius noſtri principem
33 mali exemplum ede. Memento,
Domine, vt in noſtro difficili tem-
pore innoteſcas, et me, o diuorum
rex, et omnis moderator imperii,
34 confirmes. Suggere ori meo fa-
cundam orationem apud leonem,
et eius animum traduc ad odium
oppugnatoris noſtri, ad ipſius, et
eorum, qui cum eo ſentiunt, perni-
ciem: nos vero tua manu tuere, et
mihi deſertæ nullumque præter te
35 habenti, Domine, ſubueni. Habes
omnium cognitionem: ſcis, me im-
proborum gloriam odiſſe, et ab in-
circumciſorum, omniumque alie-
36 norum concubitu abhorrere. Tu
ſcis, me neceſſitate cogi: nam hoc
quidem meum inſigne ſuperbiæ,
quod in capite fero, tum quum
prodeo in publicum, deteſtor, et
deteſtor, tamquam menſtruis inqui-
natum pannum: neque id geſto,
37 quibus diebus e) quieſco: neque
ego tua ad Amanis menſam epulata
ſum, neque regis decoraui conui-
uium, neque libatorium vinum
bibi: neque, poſteaquam conditio-
nem mutaui, hactenus vlla re de-
lectata ſum, præterquam te, Domi-
ne, Deus Abrahami, Deus omnium
38 potentiſſime: exaudi deſperato-
rum vocem, et nos ab improborum
manu tuere, meque hoc metu li-
bera. *H.*

CAPVT V.

Eſtera ornatus, venuſtas, ſubmiſſio ad regem. Erga reginam regis clementia. Reginæ conuiuium. Pro Mardochæo crux parata.

DEinde die tertio, *G.* peracta 1
ſupplicatione L. ſeruilem ha-
bitum exuit, et *H.* ſe regie
veſtit, et *G.* ſplendorem ſuum in-
duit: L. eoque illuſtrata, inuocato
omnium inſpectore et ſeruatore
Deo, duas adſumſit pediſſequas,
quarum vni quaſi præ deliciis in-
nitebatur: altera inſequebatur, e-
ius veſtitum ſuſtentans. Ipſa pul- 2
chritudinis flore rubens, hilari, et
ad amorem compoſito vultu, animi
metu anxia, per omnes ingreſſa
ianuas, *H.* conſtitit in interiore
atrio regiæ, in fronte regiæ, *G.* an-
te regem. *H.* Rex vt in ſolio ſe- 3
debat in regia, contra ingreſſum
domus, *G.* magnifice ornatus, totus
auro gemmiſque nitens, et per-
quam terribilis, ſublato vultu, qui
ſplendore ardebat, reginam adeo
ferociter adſpexit, vt illa collabere-
tur: et deſtituta viribus, mutato
colore, in comitantis pediſſequæ
caput incumberet. Hic rex, eius 4
animo diuinitus ad manſuetudinem
verſo, trepidus ex ſolio deſilit,
eamque, ſuis exceptam vlnis, poſt-
quam illa ſe collegit, ſolatur verbis
placidis: quid eſt Eſtera? inquit: 5
ego ſum tuus frater,bono es animo:
non moriere: nam commune no-
bis imperium eſt: accede. Tum 6
H. ſublatam auream virgam, quam
manu gerebat,porrigit Eſteræ. *G.*Et
eius ceruici admouet. *H.* Et illa
virgæ caput oſculata eſt. *G.* Tum
rex, loquere mihi, inquit. Cui 7
illa, quum te diuini ſimilem angeli
vidiſſem, inquit, turbata ſum ani-
mo, metu ſplendoris tui: nam ad-
mirabilis es, domine, et venuſtate
plenum habes vultum. Hæc dum
loquitur, defecta viribus collabitur.
Tum rex turbari, et omnes eius 8
adſectatores eam conſolari, et,
H. quid vis, rex inquit, Eſtera re-
gina?

e) domi maneo.

gina? aut quid petis? Id enim vel
vsque ad regni dimidium impetra-
9 bis. Cui Eſtera: *G.* hodiernus
mihi dies, inquit, inſignis eſt, quod,
H. ſi tibi rex ita placet, venies tu
vna cum Amane hodie ad conui-
10 uium, quod tibi paraui. Tum
rex iusſit Amanem confeſtim ar-
ceſſi, vt Eſteræ obſequeretur, vene-
runtque rex et Aman ad conuiuium,
11 quod Eſtera parauerat. Atque ibi
inter pocula rex ſic Eſteram adlo-
quitur: quod eſt tuum poſtulatum?
nam id obtinebis: ac, etiamſi regni
dimidium petieris, tamen id fiet.
12 Cui Eſtera, peto, inquit reſpon-
dens, oroque, ſi tibi rex grata ſum,
et ſi tibi videtur mihi poſtulata con-
cedere, et quod oro facere, vt tu
rex, et Aman ad conuiuium, quod
vobis parabo, redeatis: et cras fa-
13 ciam, quod iubes. Igitur Aman
eo die gaudens, et læto animo
egreſſus, quum vidiſſet pro fori-
bus regiæ Mardochæum, ſibi ne-
que adſurgentem, neque cedentem,
ira plenus in eum, tamen diſſimu-
14 lauit: et domum reuerſus ami-
cos ſuos, et Zareſam vxorem arceſ-
ſit, eisque ſuam gloriam, diuitias,
et liberum multitudinem exponit:
tum in quantam eſſet a rege digni-
tatem euectus, et ſupra omnes pro-
15 ceres et regis adſeclas elatus. Quin-
etiam nullum, inquit, cum rege
vocauit Eſtera regina ad conuiui-
um, quod habuit, præter me: a
qua ſum etiam in craſtinum cum re-
16 ge inuitatus. Et tamen hæc o-
mnia nihil me iuuant, quamdiu ad
regiæ fores ſedentem video Mar-
17 dochæum Iudæum. Tum Zare-
ſa vxor, et omnes amici ſuadent,
vt curet erigendam crucem quin-
quaginta cubitorum, et mane a re-
ge contendat, vt in eam tollatur
Mardochæus, atque ita conuiuium
18 cum rege lætus ineat. Hoc conſi-
lium probauit Aman, et crucem
fecit.

CAPVT VI.

In commentariis Mardochæi ſtudium, ac fides in regem. Ad Amanem Aſſuerus. Ornans Mardochæum Aman, mærens.

EA nocte rex quum inſomnis eſ- 1
ſet: iusſit adferri rerum geſta-
rum commentarios: quibus
apud regem legendis, repertum 2
eſt ſcriptum de patefacta a Mardo-
chæo coniuratione Bagathæ et Tha-
ris duorum regis ſpadonum, qui
erant ex atrienſibus, qui regi Aſ-
ſuero manum adferre conati esſent.
Tum rex quæſiuit, quid ex ea re 3
honoris fuisſet aut dignitatis Mar-
dochæus conſecutus. Quumque 4
iuuenes regis famuli negasſent,
eum quidquam fuisſe conſecutum:
quæſiuit rex, ecquis esſet in atrio.
Venerat autem Aman ad regiæ atri- 5
um exterius, vt cum rege ageret de
ſuſpendendo Mardochæo in pati-
bulo, quod ei parauerat. Itaque 6
reſponderunt famuli, adesſe Ama-
nem in atrio. Tum rex eum 7
iusſit introduci, et intromisſum
ſic eſt adlocutus: quid homini fie-
ri debet, quem rex honore vult
adfici? Hic Aman cogitans, ne- 8
minem esſe, cui rex plus vellet ho-
noris tribuere, quam ſibi: ſic regi
reſpondet: cui rex honorem vult
haberi, huic regius adferatur ve-
ſtitus, quo rex induitur, et e-
quus, in quo rex equitat, cuiusque
capiti regia imponitur corona, at-
que is veſtitus et equus tradatur
alicui de præcipuis regis proceri-
bus: tum ille, quem rex vult ho- 9
noratum, imponatur equo in vrbis
foro, atque ante eum in hunc mo-
dum proclametur: ſic fit homini,
cui rex honorem vult haberi. Et 10
rex: cape, (inquit Amani,) propere
veſtitum et equum, vt dixiſti, et
iſto modo facito Mardochæo Iu-
dæo, ad regiæ fores manenti, neu
quid omittatur omnium, quæ ſunt
a te dicta. Tum Aman, adhibito 11
veſtitu et equo, Mardochæum or-
nauit, et in equum in vrbis foro in-
tulit,

tulit, atque ante eum proclamauit:
ſic fit homini, cui rex honorem
12 vult haberi. Deinde Mardochæ-
us ad regiæ portam rediit. Aman
autem domum lugens et operto
capite ſe recepit, vxorique ſuæ Za-
reſæ, et amicis omnibus, quid ſibi
13 contigisſet, narrauit. Cui eius
ſapientes et Zareſa coniux dixe-
runt: etſi de ſtirpe Iudæorum
Mardochæus esſet; quoniam ta-
men ipſe eo inferior esſe cœpisſet;
nihil in eum posſe, ſed inferiorem
14 fore. Adhuc eis colloquentibus,
adfuere regis ſpadones, qui Ama-
nem propere ducerent ad conui-
uium, quod Eſtera faciebat.

CAPVT VII.

Aman ab Eſtera accuſatur apud regem. Aman crucifixus.

1 IGitur quum rex et Aman ad E-
ſteræ reginæ conuiuium venis-
ſent: rex Eſteram etiam ſecun-
do die inter compotationem ſic eſt
2 adlocutus: quod rogabis, Eſtera
regina, id tibi concedetur: et quod
petes, vel ſit regni dimidium, id
3 fiet. Cui illa, ſi quid apud te, rex,
valeo, inquit, et ſi tibi placet: ro-
go petoque, vt mihi meisque po-
pularibus vita concedatur, qui ca-
lamitati, neci, exitio ſumus addi-
4 cti. Quod ſi ad ſeruitutem de-
deremur: equidem tacita ferrem:
tametſi indignum esſet, ab aduerſa-
rio regi detrimentum hoc adferri.
5 Tum rex, quis eſt, inquit Eſteræ
reginæ, aut vbi is eſt, qui iſtud fa-
cere in animum induxit? Hic eſt,
(inquit Eſtera,) conſceleratus ini-
6 micus et hoſtis Aman. Hic, A-
mane regis et reginæ adſpectu per-
turbato, rex iratus ex compotatio-
7 ne concesſit in hortos palatii. At
Aman, vt reginam pro vita ſua o-
raret, remanſit: videns, ſibi omni-
no a rege impendere malum.
8 Interea rex ex hortis in cœnatio-
nem reuerſus, et Amanem ad le-
ctum, in quo erat Eſtera, iacentem
conſpicatus, ita loquitur: etiamne
reginam apud me domi compri-
mat? Hæc elocuto rege, Amani
vultus obuelatur. Tum Harbo- 9
na vnus ſpadonum ita regem ad-
loquitur: quin hoc ſcito, crucem
esſe ab Amane factam in Mardo-
chæum, hominem de te, rex, bene
meritum, quæ crux fixa eſt ad æ-
des Amanis, in altitudinem quin-
quaginta cubitorum. Tum rex 10
iusſit Amanem in ea ſuſpendi.
Ita ſublatus eſt Aman in crucem, 11
quam Mardochæo parauerat, et re-
gis ira ſedata eſt.

CAPVT VIII.

Eſtera muneribus aucta a rege. Decretum Amanis abrogatum. Regius annulus. Exemplum epiſtolæ regiæ pro Iudæorum ſalute. Feſtus dies epiſtolæ ſalutaris. Mardochæi fauor apud regem. Iudæorum gaudium.

EO die dedit rex Asſuerus Eſte- 1
ræ reginæ domum Amanis Iu-
dæorum aduerſarii, deinde
Mardochæo ad ſe introducto, (nam
indicauerat Eſtera, quæ ſibi cum
eo intercederet necesſitudo,) de- 2
tractum ſibi annulum ſuum, quem
Amani abſtulerat, tradidit, eique
Eſtera Amanis domum concesſit.
Præterea regem adlocuta eſt, et ei 3
ad pedes iacens, cum lacrimis ſup-
plicauit, vt Amanis Agagæi ſcelus,
quod ille contra Iudæos conatus
esſet, reſcinderet. Et rex Eſteræ 4
virgam auream porrexit, atque il-
la ſurrexit, et ante regem ſtans
locuta eſt in hanc ſententiam: ſi 5
tibi, rex, ita videtur, et ſi quid apud
te auctoritatis habeo, idque tu pro-
bas, et ego tibi placeo: ſcribatur,
vt antiquentur nefariæ illæ Ama-
nis Amadathæ filii Agagæi litteræ,
quas ad perdendos ſcripſit Iudæos,
quotquot vsquam in regia ditione
degunt. Nam quomodo calami- 6
tatem, quam mei populares patien-
tur, videre ſuſtinebo? meæ ne

ſtir-

ſtirpis exitium adſpicere potero?
7 Tum rex Eſteram reginam et Mar-
dochæum Iudæum ſic adloquitur:
en ego Amanis domum Eſteræ de-
di, eumque, quod contra Iudæos
auſus esſet, in crucem tollendum
8 curaui. Vos ſcribite ad Iudæos,
quod vobis viſum fuerit, nomine
regis, et id regis annulo ſignate.
9 Quod enim regis nomine ſcribe-
batur, et regis annulo ſignabatur,
10 id erat irreuocabile. Itaque vo-
catis eo tempore ſcribis regiis, de-
cimo tertio die menſis tertii, qui
eſt Siuan, ſcriptum eſt arbitrio
Mardochæi ad Iudæos, ad ſatrapas,
ad prætores, ad centum viginti ſe-
ptem prouinciarum gubernatores,
quæ ab India ad Aethiopiam con-
11 tinentur, et ſcriptum eſt ſuis
cuiusque et prouinciæ litteris, et
populi lingua, nec non ad Iudæos
ipſorum litteris et ſermone nomi-
ne regis Asſueri, et eiusdem an-
nulo ſignatæ ſunt litteræ, et per
curſores, qui vel veredis, vel præ-
ſtantisſimis ad velocitatem mulis
12 vtebantur, dimisſæ, quibus in
litteris permittebat rex Iudæis, qui
in quaque vrbe esſent, coire, vi-
tamque ſuam defendere, et omnes
milites, plebeios, prouinciales, a
quibus esſent infeſtati, exſcindere,
interficere, perdere, vna cum par-
uulis atque feminis, eorumque bo-
na diripere eodem die in omni-
bus regis Asſueri regionibus, vi-
delicet decimo tertio die menſis
13 duodecimi, qui eſt Adar. *G.* Eſt
autem eius epiſtolæ exemplum in-
fra ſcriptum: REX MAGNVS AR-
TAXERXES centum viginti ſe-
ptem ſatrapis, qui ſunt ab India ad
Aethiopiam, prouincias regenti-
bus et iis qui ſtant a nobis, ſalu-
14 tem. Multi maxima bene de ſe
meritorum benignitate ſæpius or-
nati ſuperbiunt, nec ſolum ſubdi-
tos noſtros iniuria conantur adfi-
cere, ſed etiam rerum abundanti-
am ferre non valentes, in ipſos ſu-
os beneficos malum moliuntur:
et præterquam quod gratitudinem
ex hominibus tollunt, etiam in-
epta diuitiarum inſolentia elati,
arbitrantur ſeſe omnia ſemper vi-
dentis Dei vltrices malorum pœ-
nas euaſuros. Sæpe autem et
multos eorum, (quibus in dignita-
te conſtitutis adminiſtrandæ res
amicorum ſunt commisſæ,) veſania
factos participes inſontis ſangui-
nis, immedicabilibus implicuit ca-
lamitatibus, dum fallaci malitiæ
calliditate ſinceram dominantium
circumueniunt probitatem. Hoc
adeo cernere licet, quum ex iis,
quæ de rebus antiquis memoriæ
prodita ſunt, tum ex iis ſi quæri-
mus, quæ *f* ante pedes poſita, nefa-
rio eorum ſcelere patrata ſunt, qui
poteſtatem gerunt indigne, quo
deinceps operam demus, vt regnum
omnibus tranquillum hominibus
cum pace præſtemus, non iam ca-
lumniis intendentes, ſed ea, quæ
ſub adſpectum veniunt, cum æ-
quiore diiudicantes remedio. *L.*
Neque vero exiſtimare debetis, ſi
diuerſa iubemus, id ab animi no-
ſtri leuitate proficiſci: ſed nos ex
temporum ſtatu atque necesſitate,
vt reipublicæ poſtulat vtilitas, fer-
re ſententiam. Atque vt mani- 1
feſtius, quod dicimus, intelligatis,
G. quum Aman Amadathæ filius,
vere *g* Macedo et a Perſarum ſangui-
ne alienus, atque a noſtra probita-
te multum disſidens, nobis conci-
liatus, noſtra esſet vſus humanita-
te, qua erga omnes mortales præ-
diti ſumus, eousque, vt pater no-
ſter adpellaretur, et ab omnibus
colendus ſecundam regalis ſolii
perſonam gereret: impatiens ſu-
perbiæ, conatus eſt nos et impe-
rio priuare et ſpiritu, dum con- 1
ſeruatorem noſtrum, et optime o-
mnium de nobis meritum Mardo-
chæum, et inculpatam regni ſoci-
am

f) aperta, et præſentia. *g*) apud Ioſephum eſt Amalechita.

am Eſteram, cum vniuerſa eorum
gente, multiplicibus fallaciarum
20 viis poſtulauit ad necem. Hoc e-
nim pacto ſperabat, ſe, quum deſer-
tos nos oppresſisſet, Perſarum im-
perium ad Macedonas esſe trans-
21 laturum. Nos vero proditos ab
illo peſtilentisſimo ad exitium Iu-
dæos reperimus non esſe malefi-
cos, ſed iuſtisſimis vtentes legibus,
Dei optimi maximi immortalis na-
tos, qui et nobis et maioribus no-
ſtris regnum in optimum ſtatum
22 redegit. Itaque recte facietis, ſi
misſis ab Amane Amadathæ filio
litteris non vtemini, propterea,
quod ipſe earum auctor ad Suſo-
rum portas crucifixus eſt cum tota
ſua familia, et omnium rerum præ-
potenti Deo meritas pœnas cito per-
23 ſoluit. Sed, huius epiſtolæ ex-
emplo locis omnibus propoſito,
ſinite Iudæos libere ſuis vti legi-
bus, eosque adiuuate in eis, (a qui-
bus in ſuis aduerſis temporibus in-
feſtati ſunt,) vlciſcendis eodem die,
videlicet decimo tertio menſis duo-
24 decimi, qui eſt Adar. Hunc enim
diem omnium rector Deus, pro
funeſto generis electi, fecit eis læ-
25 tificum. Et vos ergo inter veſtra
feſta celebria diem hunc cum o-
mni lautitia inſignem agitote, vt is
et nunc et in poſterum tum nobis,
tum iis qui Perſis bene volunt, ſa-
lutis: maleuolis autem, exitii ſit
26 monumentum. Ac quæcumque
omnino ciuitas aut natio hæc ex-
ſecuta non fuerit: ea tanta cum
iracundia armis flammisque vaſta-
bitur, vt non ſolum hominibus
inuia reddatur, ſed et feris et vo-
lucribus in omne tempus maxime
27 inuiſa. Atque horum exempla
palam proponantur in toto regno,
ſintque Iudæi omnes ad eum diem
parati, ſuos vlciſci aduerſarios.
28 *H.* Igitur veredarii, vrgente regis
mandato, e veſtigio profecti ſunt,
et decretum Suſis publicatum eſt.
29 Tum Mardochæus a rege digreſ-
ſus eſt, regio veſtitu, hyacintho,
multitiis, ingentique corona orna-
tus aurea, ſericatus et purpuratus,
exſultante et lætante Suſenſi ciuita-
te, orta Iudæis luce, et lætitia geſtien-
te, et honore. Ac per omnes pro- 30
uincias et ciuitates, quocumque
perlatum erat regis mandatum at-
que decretum, geſtiebant lætitia Iu-
dæi, et conuiuiis lætos dies age-
bant: neque non multi incolarum,
quos Iudæorum terror inuaſerat,
iudaizabant.

CAPVT IX.

Iudæi generis dignitas, et auctoritas in hoſtes. Hoſtium clades a Iudæis. Filii Amanis adfixi cruci. Mardochæi litteræ de celebrando die feſto, ac ſalutari.

IGitur decimo tertio die menſis 1
Adar, qui duodecimus eſt, per-
lato regis mandato, quum edi-
ctum esſet exſequendum, quo die
ſperauerant hoſtes, fore, vt Iudæos
opprimerent, quum contra esſent
ipſi aduerſarii a Iudæis opprimen-
di: coierunt Iudæi pasſim per vr-
bes ſuas, et regis Aſſueri prouin-
cias, ad inuadendos eos, qui ipſis
malum fuerant machinati. Neque 2
ſolum eis nemo reſiſtebat, omni-
bus nationibus eorum formidine
correptis; verum etiam omnes pro-
uinciarum rectores, ſatrapæ, præ-
tores, et regis negotiorum procu-
ratores Iudæos adiuuabant, Mar-
dochæi terrore perculſi. Nam 3
præpotens erat in aula Mardochæ-
us, omnesque regiones fama per-
uaſerat, Mardochæum in dies fieri
maiorem. Itaque Iudæi ſuos ho- 4
ſtes omnes ferro, cæde, excidio per-
ſecuti ſunt, et aduerſarios ſuos tra-
ctauerunt ad ſuum arbitrium. Oc- 5
ciderunt autem atque perdiderunt
Suſis quingentos homines: præ- 6
terea Pharſandatham, Dalphonem,
Aſphatam, Phoratam, Adaliam, 7
Aridatham, Pharmaſtam, Ari- 8
ſaim, Aridaim, et Iezatham, de-
cem

9 cem Amanis Amadathæ filii, Iu-
dæorum aduerſarii, filios occide-
runt, neque eorum bona prædati
10 ti ſunt. Eo die relato ad regem
eorum numero, qui Suſis fuerant
occiſi: ille ſic eſt Eſteram reginam
11 adlocutus: Suſis interfecere Iu-
dæi et perdidere quingentos homi-
nes, præter decem Amanis filios:
quid in ceteris imperii regionibus?
et tamen quod adhuc rogabis, tibi
concedetur, et, quod petes, fiet.
12 Cui Eſtera: ſi tibi, rex, ita vide-
tur, liceat etiam cras ſuſenſibus
Iudæis idem, quod hodie, facere,
et decem Amanis filios in crucem
13 tollere. Tum rex ita fieri man-
dauit, promulgatoque Suſis edicto,
in crucem ſublati ſunt decem Ama-
14 nis filii, congregatique Iudæi
ſuſenſes etiam decimo quarto die
menſis Adaris, interfecere Suſis tre-
centos homines, neque tamen in
15 eorum bona inuaſerunt. Reliqui
Iudæi prouinciales pro ſuæ vitæ
defenſione et otio ab hoſtibus con-
ſequendo, coiuerunt, et aduerſa-
riorum ſeptuaginta quinque millia
peremerunt, quorum tamen facul-
16 tates prædæ non habuerunt. Id
quum decimo tertio die menſis
Adaris fecisſent: decimum quar-
tum diem, quo requiem esſent
conſecuti, conuiuiis et lætitiæ de-
17 dicarunt. At ſuſenſes Iudæi, qui
die decimo tertio et decimo quarto
coiuisſent, diem quintum deci-
mum, quo otium esſent adepti,
epularum et lætitiæ diem fecerunt.
18 Propterea pagani Iudæi diem men-
ſis Adaris decimum quartum læti-
tia, epulis, hilaritate celebrant,
et inter ſeſe munera misſitant.
19 Scripſit autem has res Mardochæus,
et litteras miſit ad omnes Iudæos,
qui in omnibus erant regis Asſueri
prouinciis, tum vicinos tum remo-
20 tos, quibus eis ſanciebat, vt
diem menſis Adaris decimum quar-
tum, et decimum quintum agere
deberent quotannis, quibus diebus
Iudæi esſent ab hoſtibus quietem
conſecuti, et quo menſe mæror eſ-
ſet eis in gaudium, et lugubris dies
in fauſtum conuerſus, vt eos dies
inuitationibus et lætitia celebra-
rent, ſtrenasque inter ſeſe, et dona
pauperibus misſitarent. Itaque
confirmauere Iudæi, quod iam fa-
cere cœperant, ſcriptis ad ipſos
Mardochæi litteris admoniti, qui-
bus litteris continebatur, vt Aman
Amadathæ filius Agagæus, omnium
Iudæorum aduerſarius, Iudæis ex-
itium machinatus esſet, ſortemque
ad eorum excidium et perniciem
iecisſet, tum vt rex a regina con-
uentus, iusſisſet per litteras nefarii
illius contra Iudæos conatum in i-
pſius caput conuerti, eumque et eius
filios in crucem tolli, ex quo etiam
dies illi a ſortis nomine Phuræi
denominati ſunt. His, inquam,
omnibus epiſtolæ verbis, tum iis,
quæ viderant, quæque ipſis euene-
rant, adducti Iudæi, ſtatuerunt ſan-
xeruntque, vt et ipſi, et ipſorum
poſteri, omnesque, qui ad eos ad-
gregati esſent, eos duos dies, vt ſcri-
pti conſignatique erant, agerent
quotannis ſine intermisſione. Ita-
que dies illi Phuræi ſollemnes in o-
mni hominum natione, familia, re-
gione, ciuitate aguntur, neque ex
Iudæis auferuntur, neque ex eo-
rum poſteritatis memoria recedunt.
Scripſit autem Eſtera regina Abi-
chailis filia, et Mardochæus Iudæus,
vt omnino confirmaretur hæc alte-
ra de Phuræis epiſtola, miſitque lit-
teras Mardochæus ad omnes Iudæos
in centum viginti ſeptem regis Aſ-
ſueri prouincias, quibus eos offici-
oſe ſalutatos monebat, vt eos dies
phuræos ſuo tempore obirent,
quemadmodum eis esſet a Mardo-
chæo Iudæo, et ab Eſtera regina, ſan-
citum: et quemadmodum ipſi tum
in ſe, tum in poſteros ſuos, ob ſua
ieiunia et querelas, ſanxisſent. At-
que horum quidem Phuræorum
ratio Eſteræ imperio eſt confirmata,
idque litteris mandatum eſt.

CA-

CAPVT X.

Loca Aſſuero tributaria. Secundus a rege Mardochæus. Mardochæi ſomnium tumultuoſum. Inſidiatores contra regem. Mardochæus aperit inſidias regi. In Mardochæum Aman propter ſpadones. Eſtera fluuius. Dracones duo.

1 CEterum rex Aſſuerus et terras
et maris inſulas fecit tributa-
2 rias. Ac de eius quidem o-
mnibus fortiter factis et potentia, ac
in quantam dignitatem Mardochæ-
um rex euexerit, memoriæ prodi-
tum eſt in annalibus regum Mediæ
3 et Perſidis, vbi exponitur, vt
Mardochæus Iudæus fuerit a rege
Aſſuero ſecundus inter Iudæos po-
tentisſimus, conſanguineorum ſu-
orum multitudini carus, ſuorum
vtilitatis ſtudioſus, et totius ſtirpis
4 ſuæ ſaluti conſulens.* Anno ſe-
cundo regni Artaxerxis magni, pri-
mo die menſis Niſanis, ſomnium
vidit Mardochæus, Iari filius,
Semeis filii, Cis filii, ex tribu ben-
iaminenſi, homo Iudæus, Suſo-
rum vrbis incola, vir magnus in
5 aula regia, adſectator. Erat autem
de numero captiuorum, quos Na-
buchodonoſor Babyloniæ rex Hie-
roſolymis cum Iechonia Iudææ re-
ge deportauerat. Atque hoc eſt il-
6 lius ſomnium: exſtitit tumultuo-
ſus quidam ſonitus, tonitrua, ter-
ræ motus, et turbæ in terris, et
ecce duo magni dracones prodie-
runt, ambo parati dimicare, ma-
gnumque clamorem ediderunt, quo
eorum clamore paratæ ſunt omnes
gentes ad bellum, vt iuſtorum gen-
7 tem oppugnarent. Tum exſtitit
tenebrarum et caliginis dies, adfli-
ctatio, anguſtia, calamitas et tan-
ta in orbe perturbatio, vt vniuerſa
iuſtorum natio, ſua mala metuens,
ad pereundum parata foret. Sed
quum Deum inuocasſent, exſtitit
ex eorum querimonia quaſi ex par-
uo fonte fluuius ingens, aqua ab-
undans: ortaque luce et ſole humi-
les elati ſunt, et glorioſos confe-
cerunt. Tum experrectus Mar- 9
dochæus, qui ſomnium hoc vide-
rat, quod Deus ad rem conferre
ſtatuerat: id memoriæ mandauit,
et omni ratione intelligere conatus
eſt vsque ad noctem. Quum au- 10
tem in aula cum Gabatha et Thar-
ra duobus regis ſpadonibus aulæ
cuſtodibus quieſceret, auditis eo-
rum conſiliis, curasque perſcruta-
tus: intellexit, eos parare Artaxer-
xi regi manus adferre, idque regi
indicauit. Rex habita de duobus 11
ſpadonibus quæſtione, quum eſ-
ſent confesſi, ſupplicium ſumſit,
eamque rem in commentarios re-
tulit, neque non Mardochæus his-
ce de rebus ſcripſit, eique iusſit rex,
vt in aula regia adſectator esſet, et
ei ob eam rem dona dedit. Aman 12
autem Amadathæ filius Bugæus, qui
apud regem magno erat in honore,
Mardochæum eiusque populares,
propter duos regis ſpadones, vlci-
ſci conatus eſt. Dixit autem Mar- 13
dochæus: diuinitus facta ſunt hæc.
Etenim ſomnium recordor, quod
hisce de rebus vidi, cuius ſomnii
nihil eſt omisſum. Fons ille par- 14
uus, qui fluuius factus eſt, et in
lumen, ſolemque, et copioſam
aquam mutatus, Eſtera fluuius eſt,
quam rex, ductam in coniugium,
fecit reginam. Duo dracones, 15
ego ſum et Aman. Gentes ſunt, 16
quæ ad iuſtorum nomen abolen-
dum coiuerunt, qui iuſti ſunt mei
populares Iſraelitæ, qui Deo im-
plorato conſeruati ſunt, defendit-
que Dominus ſuos, et nos ab his
tot malis tutatus eſt, tantis editis
prodigiis atque portentis, quanta
inter mortales non acciderunt.
Fecit enim ſortes duas, vnam di- 17
uino populo, alteram omnibus
ceteris gentibus, quibus duabus
Mm for-

* Quod ſequitur, id in Græca lingua partim principium eſt totius libri, partim finis. In Hebræa non exſtat, quod quia parum principio quadrare videbatur, huc adiecimus.

ſortibus ad horam, ad tempus, ad
diem iudicii coramDeo apud omnes
gentes ductis, Deus ſuorum me-
mor, poſſeſſionem ſuam abſoluit.
18 Itaque dies hi, videlicet menſis
Adaris decimus quartus et decimus
quintus, conuentu, gaudio, læti-
tia coram Deo in poſterum ab eius
populo agentur in perpetuum.

ESTERAE FINIS.

Quod ſequitur, ab auctore ſcriptum non eſt, ſed ab his, qui libros in Ptolomæi Bibliothecam inferebant, vt quando, et a quibus illati eſſent, conſtaret.

Anno quarto regni Ptolemæi et Cleopatræ, intulit Doſitheus (qui ſe ſacerdotem et Leuitam ferebat) et Ptolemæus eius filius, poſitam ſuperius epiſtolam de Phuræis, cuius interpretem eſſe dixerunt Lyſimachum Ptolemæi filium, hieroſolymitanum.

IOBVS.

CAPVT I.

Sanctitas Iobi, filii, pecora. In iſtum ſatan. Abacta pecora Iobi, filii percuſſi turbine.

1 VIR fuit in regione [a] Huſa,
nomine Iobus, qui vir in-
teger, probus, religioſus,
et a maleficiis abhorrens
2 erat. Huic ſeptem filii et filiæ tres
3 natæ ſunt. Pecus eius fuit balan-
tum ſeptem millia, camelorum tria
millia, boum iuga quingenta, et
aſinæ quingentæ, copioſiſſimum-
que ſeruitium: denique fuit is vir
omnium locupletiſſimus orienta-
4 lium. Conuenerant autem ali-
quando eius filii, et conuiuia al-
ternis diebus ſuæ quiſque domi
agitabant, arceſſitis ſuis tribus ſo-
roribus, quæ ſecum epularentur.
5 Quibus durantibus conuiuiorum
diebus, Iobus eos arceſſitos luſtra-
bat, et primo mane totidem hoſtias,
quot erant ipſi, immolabat, cogitans
fieri poſſe, vt ſui liberi peccauiſ-
ſent, et animo maledixiſſent Deo:
atque ita quotidie faciebat Iobus.
6 Accidit autem quodam die, vt diui
conuenirent, et apud Iouam adſta-
rent, quum quidem etiam ſatan vna
cum eis adeſſet. Tum Ioua ſatani:
vnde venis? inquit. Et ſatan Iouæ
reſpondens, ex peragranda, inquit,
obeundaque terra. Tum Ioua:
ecquid animaduertiſti, (inquit ſa-
tani,) Iobum meum in terris in-
comparabilem virum, integrum,
probum, religioſum, et a maleficiis
alienum? Hic ſatan Iouæ reſpon-
dens, quaſi vero gratis, inquit, re-
ligioſus ſit Iobus, quem tu ni-
mirum, eiuſque familiam et facul-
tates omnes vndique circumualla-
ueris, et eius negotia fortunes, vt
eius pecus per terram propagetur.
Sed age, iniice manum, et tange,
quidquid habet, ni tibi palam ma-
ledicet. Tum Ioua ſatani: en
quidquid habet, tibi in manum per-
mittitur: ſic tamen, vt ipſi manum
non adferas. Ita abiit ex Iouæ con-
ſpectu ſatan. Igitur quodam die,
quum Iobi filii filiæque cibum ca-
perent, vinumque biberent in domo
fratrum natu maximi: venit ad
Iobum nuntius, qui ſic ei retulit:
quum ararent boues, et aſinæ ſe-
cundum eos paſcerentur: irrue-
runt Sabæi, qui eos ceperunt, famu-
lis ferro cæſis, me vno elapſo, qui
id

a) in ea eſt Idumæa, vt adparet Lam. 4.

id tibi nuntiarem. Adhuc illo
loquente ſuperuenit alius, qui ita
dixit: lapſus de cælo *b* diuinus ignis,
et balantes et famulos incenſos con-
fecit, me vno elapſo, qui id tibi
5 nuntiarem. Adhuc loquebatur
ille, quum ſuperueniens alius ita
narrat: Chaldæi tripartito camelos
adorti ceperunt, famulis ferro tru-
cidatis, me vno elapſo, qui te cer-
7 tiorem facerem. Quum adhuc
ille verba faceret, adeſt alius, qui
8 ſic ait: filii filiæque tuæ in ædi-
bus ſui fratris natu maximi epula-
9 bantur, et ecce ventus ingens, a
ſiluæ tractu profectus, in quatuor
domus angulos impegit, qua in
iuuenes collapſa, mortui ſunt, vno
me elapſo, qui te facerem certiorem.
Tum Iobus ſurrexit, et, lacerata
toga, tonſoque capite, procidit
humi, Deumque venerans inquit:
nudus ex vtero meæ matris egreſ-
ſus, nudus eodem reuertar. Ioua
dederat, Ioua idem abſtulit, Iouæ
nomini grates agantur. Atque in
his omnibus nihil peccauit Iobus,
neque quidquam in Deum inepte
egit.

CAPVT II.

*Ad Iouam ſatan contra Iobum. Iobi vl-
cera, coniux infeſta, impia. Amici
tres conſolantes ærumnoſum.*

QVodam autem die, quum con-
ueniſſent diui, et apud Iouam
adſtarent, quum quidem et-
iam ſatan, qui inter eos venerat,
apud Iouam ſtaret: Ioua ſatanem
ſic interrogauit: vndenam ades?
Cui ſatan reſpondens, ex perlu-
ſtranda, inquit, ac perambulanda
terra. Et Ioua, ecquid animum
aduertiſti, inquit, ad Iobum meum,
cui nemo in terris par eſt? virum
integrum, probum, religioſum, et
a maleficiis abſtinentem: qui ad-
huc ſuam retinet integritatem, fru-
ſtraque mihi tu, vt eum perderem,
perſuaſiſti. At ſatan, *c* pellem pro 4
pelle, inquit: et, quidquid habet
homo, dat pro ſua vita. Verum 5
tange, iniecta manu, eius membra
atque corpus, ni tibi coram male-
dicet. Et Ioua ſatani: is tibi in 6
manum datur, inquit, ſed ab eius
vita caue. Igitur digreſſus a Iouæ 7
conſpectu ſatan, Iobum a planta pe-
dum ad verticem vſque tam diris
vlceribus adfecit, vt, ſumta teſta, 8
ſeſe ſcaberet, idque ſedens in medio
puluere. Atque eius vxor ſic ei 9
dicere: adhuc tu perſeueras in in-
tegritate tua: *d* age ſane Deo gratias,
et morere. At ille: inſanarum 10
more loqueris, inquit ei: ſcilicet
bona acceperimus a Deo, et mala
non accipiemus? Atque in his
omnibus nihil peccauit oratione
ſua Iobus. Ceterum quum audi- 11
uiſſent tres Iobi amici, quantum ei
mali eueniſſet: conuenerunt di-
uerſis ex locis, Eliphas Themanita,
Baldadus Suhita et Sophar Naama-
thita, et ſimul ad eius vicem dolen-
dam, et eum conſolandum vene-
runt. Ac eum procul conſpicati, 12
quum non agnouiſſent: ploratum
magna voce ediderunt, et, lacerata
ſua quiſque toga, ac puluere in a-
erem iacto capita conſperſi, ſede- 13
runt apud eum humi per ſeptem di-
es, totidemque noctes, nullo ei quid-
quam dicente, quippe qui viderent,
quanta doloris eſſet magnitudo.

CAPVT III.

*Iobus impatiens in Deum. Mortis deſcri-
ptio. Malorum finis.*

DEinde Iobus aperto ore diem 1
ſuam huiuſmodi verbis lo-
quens exſecratus eſt: pereat 2
meus natalis dies, et nox, in qua
dictum eſt, genitum eſſe marem,
ſit ille dies tenebricoſus, nec eum 3
deſuper curet Deus, nec ei ſplendor

fulmen. *c)* aliena vita ſuam redimere facile eſt. *d)* nonne deliras, qui Deo gratias agas, quum is te mori ſinat?

4 adulgeat. Eum fœdent tenebræ,
5 tetraque nox. Ei nubes incubet,
quæ tamquam acerbisſimum diem
6 horrificet. Noctem illam occupet
caligo, ne coniungatur cum diebus
anni, ne in menſium numerum
7 veniat. O ſit illa nox ſolitaria,
8 nec cadat in eam ouatus: *eam ex-
ſecrentur, qui deteſtantur dies, Le-
9 uiathanem excire conantes. Ca-
ligent eius diluculi ſtellæ: præſto-
lata lucem non adſequatur, neque
10 cernat auroræ lumina, quæ [e] mei
ventris oſtia non obſerauerit, at-
que ita labores meis non ſubtraxe-
11 rit oculis. Cur non ab vtero mor-
tuus ſum? cur non egresſus ex ven-
12 tre exſpiraui? quare genibus ex-
13 ceptus? quid ſuxi vbera? Nunc
enim tranquille iacerem dormiens,
atque ita demum quietus cum or-
14 bis regibus atque arbitris, qui
ſibi ruinas [f] exſtruxerunt, aut cum
principibus, qui aurum habuerunt,
qui ſuas argento referſere domus;
15 aut tamquam latens abortus nullus
esſem, ſicut infantes, qui lucem non
16 viderunt. Illic impii ſæuire de-
ſierunt, illic viribus fatigati quieſ-
17 cunt, ſimulque vincti requieſ-
cunt, nullam audientes vocem præ-
18 fectorum. Illic et infimi ſunt et
ſummi et ſerui a ſuis liberi domi-
19 nis. Cur lux ærumnoſis, cur ani-
20 mo triſtibus vita datur? qui mor-
tem exſpectantes non adſequuntur,
quum eam acrius indagent, quam
21 pecunias: qui lætitia geſtientes
exſultarent, ſi [g] ſepulcrum inueni-
22 rent: hominibus, quorum fata
23 latent operta diuinitus. Nam me-
um cibum meus anteuenit gemitus,
meaque fluunt vndatim ſuſpiria.
24 Etenim, quod pauebam, euenit mi-
hi: quod exhorreſcebam, id mihi
25 contigit. Infelix, inquietus, irre-
quietus, inuaſus ſum atrociter.

CAPVT IIII.

Eliphas obiurgans Iobum. Iobum iure cruciari. Iſtius impietas. Angelorum infirmitas.

TVm Eliphas Themanita verba 1
fecit in hanc ſententiam: ſi 2
quid tibi dicere tentemus;
forſitan ægre feres: ſed orationem
cohibere quis posſit? Tu quidem 3
multos arguiſti, [h] languentesque ma-
nus confirmaſti: tu lapſos tuis 4
verbis erexiſti, et labentia corro-
boraſti genua: at nunc, vt ad te 5
ventum eſt, ſuccumbis, tactusque
perturbaris. Nimirum [i] tantum 6
religionis, quantum exſpectationis:
quantum ſpei, tantum habebas in-
tegritatis morum. Recordare, 7
quæſo, ecquis innocens perierit, aut
quando probi deleti ſint? Quan- 8
tum video, qui crimen et facinus
machinantur atque ſerunt, idem
metunt, Dei flatu, et iræ ſpiritu 9
pereuntes atque confecti. Leonis 1
rugitus, pardi vox, et iuuenum
leonum dentes colliduntur, perit 1
inopia prædæ leo, leænarumque
catuli profligantur. Mihi quidem 1
clanculum patefacta res eſt, et de 1
ea nonnihil auribus accepi inter
nocturnorum viſorum imaginati-
ones, quum ſolet inuadere ſopor
homines. Accidit mihi pauor tre- 1
morque tantus, vt, quantum eſt ar-
tuum meorum, attonitos reddiderit,
et præter meum conſpectum trans- 1
iens ſpiritus mei corporis pilos
horrificauit. Stetit ob oculos me- 1
os ignota mihi ſpecies imaginis ta-
citæ, et huiusmodi vocem audiui.
Scilicet Deo et creatore ſuo inno- 1
centior erit et purior mortalis ho-
mo? Ille ne ſuis quidem ſeruis 1
credit, et angelos ſuos temeritatis
inſimulat: nedum cretacearum do- 1
morum incolas, humi fundatarum,
qui a tineis comminuuntur, qui [k] a
mane ad veſperum contuſi, [l] negle-
cti

e) ventris, qui me geſtauit, hoc eſt materni f) diruta loca, vt ſolent diuites. g) mortem. h) adflictos. i) non Dei, ſed tui amore, et bonorum ſpe religioſus eras. k) breui tempore. l) indefenſi: vt paullo poſt dicitur,

cti perpetuo pereunt, ſcilicet ab-
eunte, qua præditi ſunt, excellen-
tia, eis inſipienter morientibus.

CAPVT V.

Eliphas Iobum dicit impium. Aegritudo mortalibus proficua. Ioue opera arcana.

1 VOciferare ſane, ſi quis * te ex-
audiat, et in ſanctorum ali-
2 quem intuere. Nam ſtultos
et ſimplices perimit occiditque [m] ſe-
3 ueritas ac vehementia. Equidem
[n] vidi radicatum ſtultum, cuius man-
ſionem repente deteſtatus ſum;
4 cuius nati defenſione caruerunt, et
in ſenatu, nullo tutante, oppreſſi
5 ſunt; cuius meſſem comederunt
famelici, et ex ſpinis rapuerunt;
cuiusque facultates exhauſerunt
6 ſitibundi. [o] Non enim ex humo
prodit pœna, non germinat ex terra
7 ærumna. Tam enim naſcitur
homo ad ærumnam, quam ſtrictu-
ræ naturaliter in ſublime volant.
8 Verum ego Deum quærerem, ei-
que meum proponerem negotium,
9 qui magna et inexplicabilia, qui
mira et quidem innumerabilia fa-
10 cit, qui pluuiam per terras præbet,
11 qui aquam per vicos immittit, qui
collocat humiles in ſublimi, ita vt
12 pullati ad ſalutem erepant, qui
aſtutorum cogitata ita reſcindit, vt
13 conata non perficiant, qui ſapi-
entes capit in ipſorum calliditate,
verſutorum conſilium reddendo
14 temerarium, ita vt interdiu tene-
bris occurrant, et tamquam noctu
15 palpent in meridie; qui idem
pauperes ex potentium oris enſe
16 atque manu vindicat, eſtque
tenuibus ſpes, compeſcens os ne-
17 quitiæ. Beatus quidem homo,
quem Deus caſtigat, neque tu omni-
potentis emendationem repudiaue-
18 ris. Nam idem et cruciat, et me-
dicatur: idem ſuis manibus vulne-
rat, iisdemque ſanat. Is te in ſex 19
ſeptemue periculis ita tuebitur, vt
te malum non attingat. In fame 20
te adſeret a morte, et in bello ab
armorum iniuria. Linguæ ver- 21
bera euades, nec venientem time-
bis perniciem. Perniciem famem- 22
que ridebis, neque terreſtres feras
timebis. Quin tibi fœdus cum 23
terreſtribus intercedet lapidibus,
agreſtesque feras pacatas habebis,
ſentiesque pacatum tuum taberna- 24
culum, et habitationem tuam cura-
bis impune. Senties et prolem 25
poſterosque tuos terreſtribus her-
bis numeroſiores. Peruenies æui 26
maturus in ſepulcrum, ſicut aufer-
tur ſuo tempore ſeges. Ecce quod 27
a nobis conquiſitum ſic habet: tu
id audi atque cognoſce.

CAPVT VI.

Iobi excuſatio de ſe ipſo. Mortis cupidus Iobus, incuſat amicorum etiam beneuolentiam.

TVm Iobus reſpondens, ſic fa- 1
tur: vtinam mea impatien- 2
tia * cum mea miſeria in ea-
dem collocata trutina penderetur:
iam enim eſſet hæc marina graui- 3
or arena, adeo vt me verba defici-
ant. Nam omnipotentis ſagittæ 4
in me ſunt, quarum virus meum
ſpiritum haurit, colluctante me
cum Dei terroribus. Numquid 5
rudit onager apud herbam? aut
mugit, adpoſita farragine, bos?
Numquid comeduntur inſipida ſi- 6
ne ſale? aut eſt in albo oui ſapor?
Quæ ego tangere renuebam, ea mi- 7
hi pro victu ſatis eſſent. Vtinam 8
eueniat, quod poſtulo, concedatque
Deus, quod aueo, et me velit ob- 9
terere, ac, laxata manu, conficere.
Id vero mihi etiam ſolatio foret, 10
gau-

m) ſcilicet Dei. n) vidi florentes ſtultos: qui paullo poſt exſecrandum in modum deleti ſunt. o) quod pœnas dant improbi, id non ab vlla re terreſtri proficiſcitur, ſed a Deo, qui efficit, vt tam proprium ſit improborum ærumnoſos eſſe, quam naturale eſt ſtricturis in ſublime ferri.

gauderemque in dolore, illo nihil
parcente, tantum abeſt, vt Auguſti
11 verba renuam. Quod eſt meum
robur, vt durem? aut quis finis,
12 vt animo perpetiar? Num mihi
ſaxeum robur, aut æneum corpus
13 eſt? Numquid ipſe mihi deſum,
14 et tamen nihil proficio? Adflicti,
quibus ab amicis bene fit, tamen
omnipotentis metum deſerunt.
15 Mei fratres fallunt, vt torrens, vt
tranſiens per alueum torrens glacie
16 infuſcatus, et ſub niue latens, qui,
quandocumque caleſcit, ſoluitur,
et per æſtum ſuo faceſſit ex loco.
17 Qui ſuum rimantur iter viatores,
in caſſum venerunt, et pereunt,
18 quum viam ad Themam ſpectauiſ-
ſent, aut in Sabam ſperauiſſent iter.
19 Pudet eos confidiſſe, et verecun-
dantur, qui venirent ad torrentem.
20 Iam tales eſtis mihi vos, qui, viſa ca-
21 lamitate mea, reformidatis. Qua-
ſi vero poſtulem, vt mihi conferatis,
et pro viribus veſtris largia-
22 mini, meque ex rebus aduerſis
eripiatis, et ex feroci manu vindi-
23 cetis. Edocete me et tacebo, ac
24 mihi, quid errauerim, oſtendite. O
quam valida ſunt recte dicta? ec-
quid coarguit, qui veſtrum arguit?
25 Voſne arguendi cauſſa * orationem
cogitatis, et in auram verba nefa-
26 ria? Immo pupillum inuaditis,
27 et veſtrum ſubruitis amicum. Quo-
circa audete in me intueri, vtrum
28 veſtro in conſpectu mentiar. *p* Ite-
rate ſane, ne ſit iniquitas: iterate,
an maneat adhuc innocentia mea, an
ſit in lingua mea iniquitas, aut *q* me-
um palatum nequitiam non perci-
piat.

CAPVT VII.

Hominis vita ſolum cruciatus. Eiusdem breuitas.

HAbet ſane certum ſpatium in 1
terris homo, ſuntque dies eius
ſimiles dierum mercenarii.
Vt anhelat vmbram ſeruus, vtque 2
ſperat mercedem ſuam mercenari-
us: ſic ego menſes habeo calami- 3
toſos, et mihi laborioſæ *r* numeran-
tur noctes. Si decumbo; cogito, 4
quando ſim ſurrecturus, et metien-
da nocte fera iactationibus exſatior
vsque ad diluculum. Corpus ha- 5
beo putre, et terreis obſitum ſor-
dibus, pellem vlceratam atque ſpur-
cam. Aeuum meum trama cele- 6
rius ſine vlla ſpe conſumitur. *ſ* Me- 7
mento, vitam meam eſſe ventum,
neque rurſus meos oculos viſuros
eſſe bona. Non me iam ſpecta- 8
bunt oculi *t* cernentium: vix oculos
in me conieceris, quum ego perie-
ro. Vt conſumta nubes abit: ſic, 9
qui deſcendit in orcum, non adſcen-
dit, non deinceps domum ſuam 10
repetit: nec eum ſuus amplius a-
gnoſcit locus. Igitur ego meum 11
os non continebo, quo minus in
animi mei et mentis angore ac mæ-
rore loquar atque querar. Num 12
pelagus ego ſum? aut cetus? vt tu
mihi cuſtodiam adhibeas? Quod 13
ſi cogito, fore, vt me meus lectulus
conſoletur, vt meam leuet queri-
moniam meum cubile: tu me 14
perterres inſomniis, ſpectrisque
perturbas, adeo vt meus animus
ſuspendium malit, et mortem,
quam meos artus. *u* Nolo viuere 15
perpetuo: miſſum me fac, quum
tam ſit inanis ætas mea. Quid eſt 16
homo, vt eum tanti facias, eius vt
rationem habeas: eumque quotidie
cures, et per ſingula momenta ex-
plores? Quamdiu me non omit- 17
tes, non laxabis? dum meam glu-
tiam ſaliuam. Peccauerim, *x* quid 18
tibi faciam homines obſeruanti?
cur

p) iterum diſputate, ne iniquum videatur, ſi vobis non fiat redarguendi mei poteſtas. *q*) non ſentiam me nequiter verba facere. *r*) ſingulæ transiguntur. *ſ*) ſaltem hanc vitam, alioqui breuiſſimam, adeo vexare noli. *t*) ſcilicet nunc. *u*) non æternam vitam abs te peto, tantum poſtulo, vt hoc tam inane æuum ſaltem integrum mihi relinquas. *x*) non poſſum tibi ſatisfacere, qui hominum peccata obſeruas.

cur me *y* tibi contrarium feciſti, vt
9 ipſe *z* mihi ſim oneri? Aut cur
non peccatum meum tollis, et cri-
men aboles, *a* qui, quum iam humi
iacebo, ſi me vigilanter conquiras,
nusquam ero.

CAPVT VIII.

Baldadus amicus in Iobum. Non iniqua Iobi ærumna. Amici cohortatio pro Iobi correctione.

TVm Baldadus Suhita reſpondit
in hæc verba: quousque ta-
lia loquere, et vehementis
ſpiritus oratione vtere? Scilicet
ius æquumque peruertet omnipo-
tens Deus? Si tui liberi peccarunt
in eum, ideoque eos ſuo ipſorum
peccato addixit. Si tu Deo inui-
gilaueris, et omnipotenti ſuppli-
caueris; ſi quidem purus probus-
que es; næ ille iam tua cauſſa per-
motus *b* tuæ innocentiæ domicilium
beabit; adeo vt fuerit tua prior
conditio tenuis præ vt poſterior
amplificabitur. Sciſcitare enim
priſcum æuum, et ſedulo ſcrutare
maiores: (nam nos quidem *c* he-
ſterni ſumus, et ignari, quippe
quum noſtra in terris ætas ſit vm-
bra,) nimirum illi te docebunt,
et, animo dictante, huiusmodi ver-
bis adloquentur: *d* nequaquam
adoleſcit ſcirpus absque vligine,
non ſine humore creſcit carex.
Et adhuc in virore ſuo, etiamſi non
carpatur, tamen ante ceteras omnes
areſcit herbas. Talis eſt omnium
Dei immemorum conditio, perit-
que ſimulatoris ſpes, cuius fidu-
cia fragilis, cuius confidentia do-
mus eſt aranei, cui domui ſi quis
innitatur, non ſtat: ſi quis eam
prehendat, non conſiſtit. *e* No- 16
uella arbor expoſita ſoli ad eius
ſplendorem ſuos emittit ramos,
et implexas in tumulo radices ha- 17
bens, exſiſtit inter lapides. Quod 18
ſi ex ſuo eruatur loco, adeo vt ibi
nulla eius exſtent veſtigia: hoc 19
ipſum eius naturæ voluptas eſt, at-
que ex humo pullulant aliæ. Deus 20
quidem nec integros repudiat, nec
malos *f* manu prehendit, quin 21
g tibi os et labra riſu hilarique cla-
more repleat, quin inimici tui 22
pudore circumfundantur, et impi-
orum tabernaculum pereat.

CAPVT IX.

Quanta ſit iouanæ iuſtitiæ magnitudo. Quanta mortalium iniuſtitia.

ET Iobus reſpondens, 1
profecto, inquit, ſcio, ita rem 2
habere, nec poſſe inſontem
eſſe hominem apud Deum, cum 3
quo ſi velit contendere, *h* non re-
ſpondebit ei vel ad milleſimam par-
tem. Eſt mente ſagax, viribus 4
pollens, quis ei ſe saluus oppoſuit?
Qui montes ex improuiſo transfert, 5
eos iratus euertens: terram ex 6
ſua ſede conuellit, concusſis eius
columnis. Eo iubente, non oritur 7
phœbus, ſidera obſignat. Solus 8
exporrexit cælum, et maris alta
peruadit. Fecit Arcturum, O- 9
rionem, Vergilias, et auſtri pene-
tralia. Magna et incompreh[en]ſi- 10
bilia, mira facit, et innumera: qui 11
etiamſi me prætereat, non videbo:
ſi transeat, non eum animaduertam.
Si rapiat, quis eum impediet? quis 12
ab eo, quid agat, quæret? Dei 13
irreuocabilis ira eſt, ei ſuccumbunt
conſpirati ſuperbi, nedum, vt 14
ego

y) ſontem. *z*) meo peccato mihi noceam. *a*) niſi mihi in hac vita benefacias, et condones, non erit poſt mortem locus. *b*) tuum qui iuſtus es. *c*) nuper nati *d*) vt iuncus non niſi in vligine creſcit et aret, ſic impius nec niſi rebus proſperis viget, et cito perit. *e*) vt arbor etiam inter ſaxa emergit, et exciſa renaſcitur, ſic vir pius et aduerſis viget rebus, et adflictis recreatur, ſitque præſtantior. *f*) iuuat. *g*) ſi fueris integer. *h*) obruetur argumentis homo, ad quorum milleſimam partem non poterit reſpondere.

ego cum eo diſceptem, ſelectis
15 vtens verbis apud eum. Qui ſiue
nnocens eſſem; non tamen re-
16 ſponderem: *i* ſin iudici meo ſup-
plicarem, tametſi inuocantem me
exaudiret: non crederem, eum me-
17 am percepiſſe vocem. Quod ſi
me tempeſtate labefactaret, et mul-
tis vulneribus adficeret immerito:
18 non ſineret *k* reſpirare me, quem
19 acerbitatibus oppleuisſet. Si vi-
ribus agatur, inuictus eſt: ſin iu-
20 re, quis me ſubmonebit? Si in-
nocens ero; *l* meum me damnabit
os, et quamuis inculpatum peruer-
21 tet. Integer ſim: meipſum igno-
rabo, meamque damnabo vitam.
22 In ſumma ſic ſtatuo, ille integros
23 æque ac ſontes conficit. Si ver-
berando confeſtim interfecerit;
deridebit innocentum pericula.
24 Terra impiorum manibus eſt tra-
dita, cuius gubernatorum perſo-
25 nas ipſe protegit. Quod ſi non
ita eſt, *m* vbinam eſt ipſe? Mea qui-
dem ætas curſore velocior fugit,
26 neque bonis fruitur: præterit,
ceu rapidæ naues, vt eſcam inuolat
27 aquila. Si ſtatuo, meam querimo-
niam obliuiſci, et memet, omiſſa
28 triſtitia, colligere: reformido *n* me-
os tot labores, ſciens me abs te non
29 impune laturum. Ero ego *o* no-
cens: cur tandem fruſtra laborem?
30 Etiamſi me aqua niuali lauero, me-
asque manus puriſſime emundaue-
31 ro: tamen *p* in foueam demerges
me adeo, vt a me ipſa mea veſtimen-
32 ta abhorreant. Nec enim ille ho-
mo eſt, vt ego, vt cum eo diſpu-
tem, nobis inter nos iure experi-
33 entibus: non intercedit arbiter,
qui vtrique noſtrum manum im-
34 ponat. Auferat a me ſuam vir-
gam, neque me perterrendo per-
turbet: loquar nihil eum me- 35
tuens: nam *q* ſic quidem non ſum
apud me.

CAPVT X.

Iobum vitæ iam tædet, lamentatur nimiam eſſe Iouæ ſeueritatem. Ad pœnitentiam ſpatium orat. Mors qualis.

TAedet animum meum vitæ 1
meæ, permittam mihi queri-
moniam, et animo ægro lo-
quens, ſic Deum adloquar: noli 2
me condemnare: oſtende mihi,
quam ob cauſſam mecum certes.
Hoccine tibi placet, manuum tua- 3
rum laborem opprimere ac repu-
diare, et impiorum illuſtrare con-
ſilium. Tune corporeos habes 4
oculos, aut humano more vides?
Eſtne tuum æuum humano ſimile, 5
aut anni tui, qualis eſt ætas homi-
num: vt in meum crimen et 6
peccatum inquiras ac animaduer-
tas? Quum ſcias, me non eſſe 7
ſontem, nec ſit, qui contra tuam
manum defendat. Tuæ me ma- 8
nus elaborarunt, ac ſimul vndique
fecerunt, et me perdes? Recor- 9
dare quæſo, vt tu me argillæ modo
feceris, et me in puluerem rediges?
Tu me nimirum lactis in morem 10
fudiſti, et caſei ritu coagulaſti,
cute et carne induiſti, oſſibus et 11
neruis compegiſti. Vita adfeci- 12
ſti ac beneficiis, idemque mihi tua
cura ſeruas ſpiritum. Atque hæc 13
habes in animo condita: ſcio, hoc
eſſe penes te. An, ſi peccaui, tu 14
me obſeruabis, neque meum cri-
men mihi impune eſſe ſines?
Si ſum nocens; heu me miſerum: 15
ſin innocens; non attollam caput,
deſpicatione ſatur, et ecce meam
miſeriam, quem tu pardi more 16

gli.

i) ſin nocens eſſem, vt ſupplicandum eſſet. *k*) ſibi reſpondere, ne eius iniuſtitiam coarguerem. *l*) meam cauſſam deteriorem reddam, et illius eloquentia victus meipſum damnare cogar, quamuis innocentem. *m*) quid agit? cur impios non punit? *n*) mihi abs te imminentes. *o*) ſi quidem cum ſoua diſputem, damnabor, licet innocens. *p*) me adeo fœdum diſputando reddes, vt vel meis veſtimentis fœteam. *q*) dum me ita vexat.

gliſcens venaris, et iterato mirifi-
17 ce tractas, inſtaurans [r] tuos teſtes
contra me, et tuam aduerſum me
ſæuitiam augens, ita vt mihi [ſ] per
18 vices bellandum ſit. Cur me au-
tem ex vtero eduxiſti? exſpiraſ-
19 ſem, nulli viſus oculo; esſem
perinde, ac ſi non fuisſem, ex vtero
20 elatus in ſepulcrum. Quum ſit
ætas mea breuis; deſinat ille, o-
mittat me, vt me paullisper reci-
21 piam. Prius quam non reditu-
rus diſcedam in tenebricoſam te-
træque noctis terram, in obſcu-
22 ram, nempe mortiferæ caliginis et
vmbræ terram inordinatam, [t] cuius
ſplendor idem eſt, atque caligo.

CAPVT XI.

Incuſans Iobum Sophar. Deum eſſe incomprehenſibilem, itemque clementem erga redeuntes ad ſanitatem.

1 TVm Sophar Naamathita ora-
tionem excepit in hanc ſen-
2 tentiam: nihilne verboſo
contradicendum erit? aut homo
3 loquax erit innocens? Tibi tace-
bunt mortales, nec te nugantem
4 quisquam confutabit, et tuam o-
rationem mundam eſſe, dices, te-
que purum eſſe in illius conſpectu?
5 O vtinam loquatur Deus, et tecum
verba faciat, ac tibi patefaciat ar-
6 cana ſapientiæ. Nam [u] merito du-
plum esſet, vt intelligas, Deum tibi
7 de tua culpa remittere. Tunc Dei
intima perueſtiges, aut ipſam adeo
perfectionem omnipotentis inue-
8 nias? Quæ quum cælum altitu-
dine adæquet: quid ages? quum
ſit orco profundior: quid intelli-
9 ges? Quum ſit eius modus et terra
10 longior, et mari latior; ſi euer-
tet, ſi concludet, ſi congregabit:
quis eum impediet? Nouit enim 11
mortalium vanitatem, vitioſitatem-
que videt, et aget inconſiderate?
Quum homo ſit inaniter cordatus, 12
quum homo [x] naſcatur onagri pul-
lus. Quod ſi tu, compoſita mente, 13
manus ad eum tetenderis; ſi vi- 14
tioſitatem, qua præditus es, remo-
ueris, ita vt non habitet in tuis ta-
bernaculis nequitia; ita quidem 15
fiet, vt vultum intemeratus attollas,
fixus ac intrepidus; ita tu labo- 16
rem obliuiſceris, eum non aliter
recordaturus, quam præterlapſam
aquam. Ac ſurget æuum, meridie 17
clarius: tu matutini ſimilis ſplende-
bis, et ſpe tutus ages, et, quum 18
foderis, tuto quieſces, et cubabis 19
imperterritus, tibique multi ſuppli-
ces erunt, quum interea impii ta-
beſcentibus oculis effugium amit-
tent, eritque ſpes eorum anxietas
animi.

CAPVT XII.

Iobi patientia quanta. Iouæ quanta omnipotentia. Principum ſtatus inconſtantes, quia ſunt a Deo.

HIc Iobus, næ vos viri eſtis, in- 1
quit, et [y] vobiscum morietur
ſapientia. Et mihi cor eſt 2
ſicut et vobis; nihilo ſum ego vo-
bis inferior; Nam talia quidem 3
quis non posſit? Is ero, qui ſit aliis 4
deriſui, Deum inuocans, vt ſe ex-
audiat, quum deriſui ſint inſontes
et integri. [z] Fax parui penditur 5
quieſcenti, gresſibus deſtinata pe-
dum. Fortunata habent taberna- 6
cula prædones, ſuntque in tuto qui
Deum laceſſunt, quibus Deus adfert
ſua ipſius manu. Sed interroga, 7
quæſo, belluas, aut cæleſtes volucres:
quæ te erudiant, ac tibi rem expo-

r) Dei teſtes vocat ſuos amicos, a quibus tamquam teſtibus arguebatur. ſ) modo cum hoc, modo cum illo decertandum: t) quæ pro ſplendore caliginem habet. u) grauius meruiſti ſupplicium. x) natura ſit excors. y) ſoli ſapitis. z) vt facem non curat, qui non ambulat, quod ea ambulanti, non quieſcenti vſui eſt; ita vos, qui valetis, facile meum malum contemnitis. Sed ſi hic esſetis, aliter ſentiretis.

8 nant: aut colloquere cum terra,
quæ te erudiat, tibique rem piſces
9 enarrent aquatiles. Quis neſcit,
iſta omnia eſſe Iouæ manu facta?
10 Cuius in manu omnium viuentium
anima, omniumque humanorum
11 corporum ſpiritus eſt. [a] Nimirum
et auris probat orationem, et pala-
12 tum guſtat cibos. In veteribus
eſt ſapientia, et longi æui propria
13 eſt prudentia. Penes [b] illum ſapi-
entia eſt atque fortitudo: eiusdem
14 eſt conſilium atque prudentia. Si
quid demolitur, id non inſtaura-
tur: ſi hominem concludit, non
15 ſoluitur. Si cohibet aquam, are-
ſcit: ſin laxat, ea terram euertit.
16 Penes eum eſt potentia atque ra-
tio: eius ſunt et decepti et dece-
17 ptores. Conſultos abigit man-
18 cipia, et præſides infatuat. Re-
gum [c] magiſterium diſſoluit, et
eorum latera balteo conſtringit.
19 Abigit ſacerdotes mancipia, et ro-
20 buſtos euertit. Eripit adſiduis
orationem, ſenſumque ſenibus
21 aufert. Adſpergit contemtu pri-
mates, ſoluitque neruos potentum.
22 Abſtruſa profert ex tenebris, a-
tramque noctem educit in lucem.
23 Gentes et amplificat et perdit, gen-
24 tes et diſſipat et cogit. Mentem
adimit præcipuis hominum orbis
terræ, facitque, vt per deuias errent
25 ſolitudines, et, palpantes ſine luce
tenebras, errent ebriorum ritu.

CAPVT XIII.

Iobus in amicos tres. Scelera ſua non tegentium ſalus. Simulatorum iudicium miſerrimum.

1 HAec equidem omnia et oculis
vidi, et auribus audiui atque
2 percepi: vt intelligitis vos,
intelligo et ego, nihilo vobis infe-
3 rior. Sed ego cum omnipotente,
ſed cum Deo loqui ac argumentari
cuperem. Nam vos quidem falſi 4
concinnatores, vos omnes inepti
medici eſtis: atque vtinam tacu- 5
iſſetis, id vobis ſapientiæ fuiſſet.
Audite vero argumentationem me- 6
am, et orationis meæ contentiones
attendite. Voſne de Deo inique, 7
vos malitioſe loqui? Voſne eius 8
perſonæ rationem habere? An cum
Deo concertabitis? An bene erit, 9
ſi vos examinauerit? aut, quomodo
circumueniuntur homines, ſic vos
illum circumuenietis? Caſtigabit 10
vos, ſi [d] furtim perſonarum ratio-
nem habueritis. Nimirum per- 11
turbabit vos eius dignitas, eius for-
midine perculſos, [e] eritque veſtri 12
memoria pulueri ſimilis, et veſtra
corpora cretacea corpora. Præſta- 13
te mihi ſilentium, et loquar ipſe,
dum leuer aliquantulum. Cur 14
meum ipſe corpus tollo dentibus, et
vitæ meæ periculum ſuſtineo? Me 15
licet ille interimat, tamen eum ſu-
ſpiciam, ac coram eo defendam me-
os mores: ipſe quoque mihi ſa- 16
luti erit; quippe [f] quum in eius con-
ſpectum non veniant ſimulatores.
Audite mea dicta, et rationem au- 17
ribus attendite. Dummodo ego 18
cauſſam agam, ſcio, me inſontem
fore. Sed, ſi ille mecum experia- 19
tur: iam ego exanimatus tacebo.
[g] Tantum duo mihi ne facito: ita 20
demum tuum conſpectum non ſub-
terfugiam. Manum tuam a me 21
abſtine, neue me tui terrore per-
turba: deinde adpella, et ego 22
reſpondebo: aut ipſe loquar, et tu
mihi reſpondeto. Quot ſunt mea 23
crimina aut peccata? oſtende mihi
mea commiſſa atque delicta? Cur 24
tuum vultum abdis, et me pro ini-
mico habes? An in mobile foli- 25
um ſæuies, aridamque perſeque-
re ſtipulam? vt aduerſum me 26
[h] tam

a) veſtrum eſt, qui ſenes eſtis, de meo ſermone iudicare, ſicut palati eſt de cibi ſapore. Vide idem cap. 34. 3. b) Deum. c) imperium. d) ipſum iniuſte defenderitis, vt facitis. e) cito peribitis, et funditus. f) quum admittet non ſimulatores, ſed mei ſimiles bonos. g) Deum adloquitur.

h tam acerba perſcribas, et iuuentu-
27 tis meæ vitia in crimen voces, ac,
pedibus meis in compedes compa-
ctis, meas omnes ſemitas obſerues,
meorum pedum veſtigia definiens:
28 quum alioqui quaſi putre quiddam
exoleſcam, veluti pannus, quem
tinea corrodit.

CAPVT XIIII.

Quanta vitæ noſtræ miſeria. Vaticinatio de rediuiuis. Piorum ſpes ardens, mortis æternæ damna.

1 HOmo muliere natus tam bre-
uis æui, tam plenus eſt miſe-
2 riæ: qui ceu flos exortus
carpitur, ac velut vmbra fugit, ne-
3 que durat, et tamen *i* in hunc ocu-
los habes apertos, et me in iudici-
4 um contra te adducis? Qui purum
5 ex impuro efficiat, nullus eſt. Si
determinata eſt eius ætas, ſi eius
menſium numerus penes te eſt, ſi ei
terminum ſtatuiſti, quem non præ-
6 tereat. Omitte eum, vt *k* defunga-
tur, donec delectetur quaſi merce-
7 narius ſua die. Arbori quidem
ſpes eſt, ſi exſcindatur, regermina-
turam, neque deficiunt eius rami.
8 Si in terra conſenuit eius radix, et
9 humi mortuus eſt caudex: humo-
ris adflatu repullulat, agitque plan-
10 tarum more frutices. At homo
morte debilitatus ac exſtinctus vbi
11 eſt? *l* Effluit ex lacu aqua, et exſic-
12 catus aret fluuius. Itidem homi-
nes occubant non reſurrecturi, do-
nec non ſit cælum, nec ex ſuo ſomno
13 expergefaciendi aut excitandi. Vti-
nam me in orco abditum occultes,
donec tua ſedetur ira, et mihi ter-
minum definias, quo mei ſis recor-
14 daturus. Si futurum eſt, vt mor-
tuus homo reſurgat: equidem toto
mei ſpatii tempore exſpectabo, dum
15 mei mutatio veniat, quum quidem
tu operis manuum tuarum cupidus
vocabis, et ego tibi reſpondebo.
At nunc meos greſſus numeras, 16
m non obſeruans tu quidem meum
peccatum, ſed, meo delicto in 17
faſce concluſo, mihi crimen adfin-
gens. Quumque labefacti cadant 18
montes, * et rupes ex ſuo loco tol-
lantur; quum lapides exterat a- 19
qua, adluentibus eius vndis humum
terræ: tu ſpem hominis præcidiſti,
eum perpetuo ita domans, vt exo- 20
leſcente eius facie, te eum dimitten-
te, diſcedat: nec augendine ſint, 21
an minuendi ſui nati, ſciat aut per-
ſpiciat. Tantum et corpore, quo 22
præditus eſt, dolet, et animo luget.

CAPVT XV.

Eliphas in Iobum, ſapientiam et probitatem ſibi tribuentem. Impiorum excidium.

AD hæc Eliphas Themanita ſic 1
ſubiecit: eſtne ſapientis ven- 2
toſa reſpondere ſcientia, et
euro plenum habere pectus, ar- 3
gumentando oratione non profu-
tura, et verbis, quibus nihil adiu-
uetur? Tu quidem religionem 4
ſoluis, et ſollicitudinem aduerſus
Deum expellis. Nam tuo ipſius 5
ore tuum crimen doces, callida lin-
gua vtens. Ipſum tuum os te da- 6
mnabit, non ego: tuaque labra te
accuſabunt. Hominum ne tu pri- 7
mus natus es, et ante colles forma-
tus? An diuini auditor arcani 8
ſapientiam ad te adlicuiſti? Quid 9
ſcis tu, quod neſciamus nos? quid
perſpectum habes tu, quod ignore-
mus nos? Et canus et ſenex eſt 10
in nobis, natu grandior tuo patre.
An tibi *n* diuina ſolatia parui ſunt, 11
eamque rem parui facis? Adeone 12
mente captus, et ſupercilii vibran-
tis es, vt ſpiritum iſtum in Deum 13
conuertas, et iſto ore talem depro-
mas

h) omnia mea commiſſa criminere? quaſi ea ex librario recites. *i*) hunc tanti eſſe putas, vt cum eo litigare digneris. *k*) iuſtum æui curſum perficiat, donec ſuo tempore lætus obeat. *l*) vt aqua, ſic homines pereunt. *m*) non meo merito. *n*) noſtra, qui te diuinitus ſolamur.

14 mas orationem? Quid eſt homo,
vt purus ſit? vt ſit inſons muliere
15 natus? Ille vero ne ſanctis qui-
dem ſuis fidem habet, nec cælum
ipſum eius iudicio purum eſt:
16 Nedum abominandus et ſpurcus
homo, qui nequitiam effuſe imbi-
17 bit. Explicabo tibi, audi me, et,
18 quæ perſpexerim, enarrabo, quæ
quidem ſapientes prodiderunt, et
de maioribus ſuis non celarunt,
19 videlicet *o* illis vnis traditam eſſe
terram, nullis inter eos traiectis
20 peregrinis, impius quidem tor-
quetur perpetuo, ferocemque latet
21 annorum numerus. Eius aures
circumſonat terrorum vox: eum
22 in pace vaſtatio inuadit. Non
credit, euaſurum ſe tenebras, et ar-
23 ma *p* ſpeculatur. Errabundus vi-
ctum quæritat, ſcit, tibi ad manum
paratum eſſe tenebricoſam diem.
24 Eum percellunt anguſtiæ atque per-
icula, eum ſubigentia quaſi quidam
25 in aciem inſtructus rex. Quoni-
amque manum intendit aduerſus
Deum, contraque omnipotentem
26 nititur: ille ei in collum incurrit
per denſiſſima eius clipeorum ter-
27 ga. Et quamuis obductam pingue-
dine faciem, et obeſa latera habeat,
28 deletasque vrbes et incultas domos
habitet, quæ fuerant in tumulos red-
29 actæ: non tamen diteſcet, neque
ſtabiles habebit opes, nec hærentes
30 in terra facultates. Non declina-
bit tenebras: eius rami flamma
arefacti *q* illius oris flatu abripien-
31 tur. Inſtabilis eſt, temere errans,
32 adeo temere fit eius mutatio. Im-
matura die abſumitur, eiusque ſur-
33 culi non virent. Immaturam, vt vi-
tis, extrudit vuam, et ſuos oliuæ ritu
34 flores abiicit. Nam ſimulatorum
caterua ſterileſcit, et numaria con-
35 ſumit ignis tabernacula. Facinore
prægnantes pariunt crimen, et frau-
des pectore concinnant.

CAPVT XVI.

Increpatores acerbi. Iobi indignatio, calamitas, innocentia.

AT Iobus contra, iſtiusmodi 1
multa audiui, inquit: mole-
ſti conſolatores eſtis omnes.
Ecquis erit ventoſæ finis orationis? 2
aut quid te contra loqui cogit?
r Ego quoque loquerer non minus, 3
quam vos, ſi mea conditione eſſe-
tis: communicarem verba vobis- 4
cum, et *ſ* in vos caput quaſſarem,
vos hoc ore confirmans, et oratione 5
mea ſubleuans. Siue loquor, non 6
mitigatur dolor meus: ſiue non
loquor, nihil mihi decedit. Iam 7
vero ille me fatigat, depopulatus
omnes meas *t* copias, meque cor- 8
rugauit, quod ſit teſtimonio, exſtan-
te in me mea macilentia, quæ in
meo vultu *u* loquatur. Ille rapida 9
ira mihi, dentibus in me frendens,
aduerſatur, meus aduerſarius in me
ſuos acuit oculos. *x* Hi, faucibus in 10
me hiantes, mihi colaphos fœde im-
pingunt, *y* ſeſe in me ſimul explen-
tes. Addixit me Deus inſanis, et in 11
impiorum manus impegit: me, 12
quum fortunatus eſſem, contudit,
et ceruice prehenſum perfregit, ac
ſibi pro ſcopo conſtituit, et mihi, 13
ſuis ſagittariis circumſepto, renes
transadigere non parſit, meum fel
humi profundens. Me cladibus 14
aliis ſuper alias profligauit, in me
militariter incurrens. Ego ſacco 15
meam pellem inſui, meumque *z* cor-
nu terra cooperui. Vultum habeo 16
præ ploratu ſqualentem, et operta
atra nocte lumina. Quum tamen 17
intemeratas manus habeam, et pu-
ris vtar precibus? *a* terra ne tege 18
meum

o) maioribus. *p*) formidat. *q*) Dei. *r*) facile quum valemus, ægrotis conſilia damus. *ſ*) vos grauiter adloquerer. *t*) liberos et pecora. *u*) meum malum teſtatur. *x*) amici mei in me ſunt [illegible]. *y*) me [illegible] agentes quam poſſunt crudeliſſime, et ſuam iram exſaturantes. *z*) caput. *a*) pateant, ſi quas feci [illegible] aut iniurias, nec me Deus audiat, ſi feci, hoc eſt, ego ſum innocens.

meum cruorem, neue meæ ſit locus
19 querimoniæ. Iam vero quum in
cælo teſtem, in ſublimi conſcium
20 habeam: diſceptatores mei ſunt
mei familiares, quum mei ad Deum
21 *b* ſtillent oculi. Ita fit, vt idem
mortalis et homine natus et cum
Deo disputet, et cum hominibus:
22 quandoquidem *c* numerati venerunt
anni, quibus viam, mihi non rele-
gendam, ingrediar.

CAPVT XVII.

Humanæ vitæ miſeria. Iobus ad frugem hortatur maleficos. Mortem cogitat idem.

1 DEficit me ſpiritus, cogitur æ-
tas mea, inſtat mihi ſepul-
2 crum. Quid quod proterui
ſunt apud me, *d* quorum in petulan-
3 tia mei verſantur oculi? * Depone
ſane, fac mecum ſponſionem, quis
4 erit, qui mihi manum det? Nam
horum quidem mentibus tu inge-
nium ſubtraxiſti ideoque non le-
5 ges eos. *e* Qui adſentatorie loqui-
tur aliis, huius natorum oculi con-
6 ſumantur. Ille me redegit eo, vt
vulgi fabula ſim, et publicum os-
7 tentum, adeo vt mihi præ tædio
caligent oculi, et artus omnes ha-
8 beam vmbræ ſimiles. *f* Animad-
uertentes hoc probi et inſontes, ſe,
credo, aduerſum ſimulatores exci-
9 tabunt, tenebuntque iuſti ſuam
vitæ viam, et, qui puras habent ma-
10 nus, firmitatem adquirent. Cete-
rum vos omnes iterum adeſte, et
nullum in vobis ſapientem repe-
11 riam. Aetas mea præterit, irritis
12 meis conatibus: animi mei ſolli-
citudines *g* ex nocte diem faciunt,
propinquiore propter tenebras lu-
13 ce. Si ſpero, orcus mea domus eſt,
in tenebris meum lectum ſterno,
h interitum patrem, putredinem ma- 14
trem adpello ac ſororem. Vbi 15
tandem eſt ſpes mea, et meam ſpem
quis perſpicit? *i* In orci clauſtra 16
deſcendet, ſimul ac humi quietum
fuerit.

CAPVT XVIII.

In Iobum Baldadus. Non audiens amicos Iobus. Improbitatis pœnæ.

TVm reſpondens Baldadus Su- 1
hita: quem tandem loquen- 2
di finem facietis? inquit: in-
telligite, deinde loquemur. Cur 3
pro belluis habemur, ſordentes ve-
ſtro iudicio? Qui teipſum cru- 4
cias iratus, an tua cauſſa deſeretur
orbis, et rupes ex ſuo migrabunt
loco? Atqui impii lux exſtingui- 5
tur, nec eius ignis flamma ſplendet.
Caligat in eius tabernaculo lux, 6
et, quod habet, lumen exſtinguitur.
Arctantur eius viriles greſſus, eum- 7
que ſuum deiicit conſilium. In- 8
fert enim in rete pedes, ſuper ma-
culis gradiens. Capit eius calcem 9
laqueus, corripitur auide. Ei pe- 10
dica humi, decipula ad viam latet.
Eum vndique percellunt formidi- 11
nes, eiusque pedes implicant. Fa- 12
melicas habet vires, eique pericu-
lum ad latus præſto eſt. Conſumit 13
eius cutis toros, conſumit eius artus
k primaria mors. Auellitur ex eius 14
tabernaculo ipſius fiducia, et ipſe
l ad formidinum regem adducitur.
Habitat in eius tabernaculo *m* non 15
ſuus, qui eius domicilium ſulphure
conſpergat: eius et inferne radi- 16
ces arent, et ſuperne amputantur
rami. Eius memoria perit ex ter- 17
ris, nec habet in foro nomen. Pel- 18
litur ex luce in tenebras, et ex orbe
exigitur. Non filium habet, non 19
nepo-

b) lacriment. *c*) venit mihi dies fatalis, qua tum a Deo, tum a vobis oppresſus moriar. *d*) quorum petulantia mihi verſatur in oculis. *e*) adſentari nolo. *f*) ironia. *g*) faciunt vt noctu vigilem tamquam interdiu, et lucem citius habeam, hoc eſt, oculos habeam apertos et inſomnes propter res aduerſas. *h*) mihi cum morte res eſt. *i*) peribit poſt obitum. *k*) acerbisſimum leti genus, videlicet fames. *l*) ad mortem, quæ eſt formidoloſisſuma. *m*) alienus.

nepotem inter populares ſuos, nec
ſuperſtes eſt vllus in eius habitati-
20 one. Eius fatali die et poſteri ſtu-
pent, et [n] maiores corripiuntur
21 horrore. Atque hæc ſunt impro-
borum [o] ſedes, hic locus eſt [p] igno-
rantis Deum.

CAPVT XIX.

Iobi calamitates, probitas, ſpes, reſurrectio ſperata.

1 AD hæc reſpondens Iobus,
2 quouſque meum animum fa-
tigabitis, inquit, et me verbis
3 vexabitis? Iam decies me pudore
adficitis, nec vos pudet opprimere
4 me. Quod ſi reipſa errauiſſem, et
5 hæreret in me meus error; ſi
merito in me inueheremini, et me
6 probri coargueretis: tamen ſci-
tote, [q] mihi Deum iniuriam facere,
qui me ita ſua cingat indagine.
7 Si crudelitatem conqueror; non
exaudior, neque clamans ius obti-
8 neo. Mihi ſemitam obſepſit, ne
tranſeam, meoſque calles offudit
9 tenebris: me ſpoliauit mea gloria,
10 et capitis corona priuauit. Me
vndique ita conuulſit, vt diſcedam,
et ſpe, tamquam arborem, priuauit,
11 et, in me ira ardens, me hoſtium
12 loco habuit. Me ſimul inuaſerunt
eius agmina, et, facta contra me ex-
peditione, meum tabernaculum cir-
13 cumſederunt vndique. Meos fra-
tres a me remouit, meique famili-
14 ares etiam ſunt a me alieni. Mihi
deſunt propinqui, meique neceſſa-
15 rii mei ſunt obliti. Meæ domus
inquilini atque ancillæ me pro ali-
eno ducunt, et extraneum iudicant.
Meus ſeruus me vocantem non au- 16
dit, quum ei hoc ore ſupplicem.
Meum halitum auerſatur vxor 17
mea, [r] meique ventris filiis ſum ſup-
plex. Stulti quoque me deſpiciunt, 18
et adſurgenti obloquuntur. Me 19
abominantur omnes mei mortales
intimi: et quos amaui, ſunt mihi
contrarii. Meæ pelli atque carni 20
adhærent oſſa mea, ita vt ſuperſim
cum dentium meorum pelle. Mi- 21
ſeremini mei, miſeremini mei, vos
amici mei, quoniam Dei manus me
tangit. Cur me vos inſectamini, vt 22
Deus? [s] carne mea inſatiabiles,
Quod vtinam ſcribantur mea dicta, 23
vtinam in libro exarentur, ferreo 24
plumbeoque ſtilo in perpetuum in-
ſculpta ſaxo. Equidem ſcio, vin- 25
dicem meum viuere, et poſtremo
[t] in terram ſurrecturum eſſe, et 26
poſtea, [u] hoc ipſum circumdatum iri
mea cute, et me ex meo corpore
viſurum eſſe Deum, quem qui- 27
dem ego ipſe viſurus ſum, et meis
ipſius non alterius oculis adſpe-
cturus, ego, [x] cuius renes in me pe-
nitus conſumuntur. Itaque dole- 28
bitis, vos inſectatos eſſe me, in
quo [y] rei fuerit inuenta radix. Me- 29
tuite vobis a gladio: nam gladio
crimina punientur, vt iudicium
ſciatis.

CAPVT XX.

Sophar docet florentes eſſe malos, ad tempus eſſe gauiſa, finem tandem impiorum eſſe infelicem.

TVm Sophar Naamathita re- 1
ſpondit in hanc ſententiam:
ergo me cogitationes impel- 2
lunt meæ: et quia feſtino, [z] igno- 3
minio-

n) qui eo moriente viuunt, qui quidem ſunt poſterorum maiores. o) conditio. p) contemtoris Dei. q) me grauius punire quam dignus ſim. r) eis, qui mihi per ætatem poſſent eſſe filii. s) non poteſtis ſatiari me comedendo, hoc eſt adfligendo. t) Chriſti reſurrectio, quam hominum reſurrectio ſequitur. u) meum corpus. x) quamuis nunc conficiar. y) Hoc de reſurrectione myſterium, poſtquam omnibus exſpectanda ſunt præmia, quæ vos ne quidquam quæritis in hac vita. z) loquar, vt tu me poſtea turpiter refellas, et meam cauſſam meis verbis agam.

miniosam mihi caſtigationem au-
diam, et meæ prudentiæ ſpiritu
4 pro me reſpondebo. Nonne ſcis
hoc antiquitus, ex quo collocatus
5 eſt in terris homo, impiorum
triumphatus eſſe breues, et ſimu-
6 latoris lætitiam caducam? Qui
ſi vel in cælum ſublimitate adſcen-
7 dat, et tangat capite nubila, tan-
dem perit non minus, quam ipſius
ſtercus, ita vt qui eum viderant,
8 quærant, vbi ſit. Somnii more
auolat, ita vt nusquam exſtet, no-
9 cturni viſi modo profligatus. Qui
eum viderat oculus, non amplius
viſurus eſt, nec eum deinceps ſuus
10 [a] cernit locus. Eius liberi ſuppli-
cant mendici, [b] ſuisque manibus
11 vires recreant. Membra habet
occultis plena peccatis, [c] quæ cum
12 eo cubabunt humi. Quod ſi dulce
eſt ei in ore [d] ſcelus, quod abscondit
ſub lingua ſua, cui indulget, nec
id deſerit, ſed in medio palato ſuo
13 cohibet: eius cibus in eius inte-
ſtinis ita vertitur, vt fiat in eius ven-
14 tre virus aſpidum. Quas ligurit
facultates, euomet, Deo ei de ven-
15 tre extrahente. Fel aſpidum ſugit,
16 eum viperæ lingua perimet. Non
videbit vndas fluminum melle buty-
17 roque torrentium. Reddet [e] labo-
rem, nec eum abliguriet, aut tam-
18 quam ſui mancipii re fruetur, qui
tenues non ſolum deſerat, ſed per-
uertat, quas non ædificauit domos
19 diripiens. Itaque nullam ſentit
in pectore ſuo felicitatem, neque
20 ſuas cupiditates explet. Nihil ei
cibi ſupereſt, ideoque non durat
21 eius bonum. Si rebus multum
abundat, angitur, et ei omni mo-
22 do labores accidunt. Dum [f] in ex-
plendo ventre ſuo occupatur, [g] ille
in eum laxans ardorem iræ ſuæ,
23 compluit epulantem. Effugerit
arma ferrea, excipit eum chalybeus
arcus: Depromta et eius egreſſa 24
corpus ſagitta, eius felle ſplendet,
terroribus perculſi. [h] Omnes te- 25
nebræ ei penitus reconditæ ſunt,
eum conſumit [i] non adflatus ignis:
adfliguntur eius domi ſuperſtites.
Et cælum crimen eius patefacit, et 26
terra conſurgit in eum. Faceſſit 27
eius domus germen effluens, quum
de eo ſupplicium ſumitur. Hæc 28
ſors eſt, quæ impium manet a
Deo: hæc eſt hereditas ei dicta 29
diuinitus.

CAPVT XXI.

Iobus de malorum hominum proſperitate, Iouæ iuſtitia. Purgat ſe Iobus non ſua puniri ſcelera.

AD hæc Iobus reſpondens, 1
facite, vt orationem meam 2
audiatis, inquit, [k] quod ſit pro
veſtris conſolationibus. Ferte 3
me, dum loquor: et, poſtquam lo-
cutus fuero, deridebitis. * An mi- 4
hi cum hominibus diſputatio eſt?
aut ſi eſt, cur non eſt oratio mea
breuior? Adſpicite me, et, ad- 5
mota ad os manu, obſtupeſcite, qui 6
ipſa recordatione perturbor, et cor-
poris horrore corripior. Cur 7
impii viuunt, durant, et pollent
opibus? Eorum progenies coram 8
apud ipſos, eorum poſteritas, ſpe-
ctantibus ipſis, conditur: domus 9
habent a pauore ſaluas: non vapu-
lant diuino verbere: eorum bo- 10
ues fecundi ſunt, non inertes:
vaccæ educant, non ſunt ſteriles.
Emittunt ouium ritu ſuos paruu- 11
los, eorumque nati ſaliunt. Tym- 12
panis citharisque perſonant, et ſe
muſicorum inſtrumentorum voce
delectant. Tranſigunt feliciter æ- 13
tatem, et ſubito perduntur orco,
[l] dicuntque Deo: abi hinc: tuas 14
qui-

a) habet. b) mercenarii ſunt ob victum. c) in quibus morietur. d) cibus male partus. e) alieno labore parta, quæ ſibi iniuſte vendicauerit. f) cibum capit. g) Deus. h) omnes ei calamitates imminent et reſeruantur. i) rapidus et ſua ſponte ſine flatu flagrans. k) pro eo quod me conſolari debetis. l) Deum nihil curant.

quidem noſſe vias vobis non libet.
15 Quis eſt omnipotens, vt ei ſeruia-
mus, aut quid nobis eum inter-
16 pellare proderit? * Si non habent
in manu ſuum bonum, me præter-
17 it impiorum conſilium. Si quan-
do lux impii exſtinguitur, eique
ſuum contingit exitium, Deo ei
18 dolores ira ſua impertiente: *m* eſt
quaſi quædam acta vento palea,
19 aut rapti turbine acceres. At ipſi-
us dolorem reſeruat Deus eius na-
20 tis: remuneretur ipſum, ita vt
exitium ſuum ſentiat, ſuiſque cer-
nat oculis, et omnipotentis bilem
21 potet. Nam *n* quæ eſt eius ex ſuc-
ceſſura ſibi progenie delectatio,
22 truncata eius æui ſumma? *o* Num-
quid Deus eius rei certior fiet,
23 quum alte iudicet? Hic mori-
tur robuſtus et integer, totus quie-
24 tus et felix, mammis lacte ple-
nis, et oſſium medullis ſucculentis.
25 Ille mæſto moritur animo, poſt-
26 quam iniucunde vixit, pariter-
que iacent humi, et vermibus ob-
27 teguntur. Neque vero me latent
veſtræ cogitationes et nefarii co-
28 natus aduerſum me. Quæretis
enim, vbi ſint primariorum do-
mus, vbi impiis habitata taberna-
29 cula? Nimirum ſi facias iter,
hoc tibi ſciſcitandum eſſe, quippe
30 illorum iudicia non agnoſci: Pro-
rogari enim differrique ad exitii
31 ſuppliciique diem malos. *p* Quis
eis coram eorum euentus indica-
bit? aut, quod fecerunt ipſi, quis eis
32 rependet? Quum ferantur in ſe-
pulcra, et *q* metæ inſtent, quum
r ſint eis ſuaues ſcrobium glebæ,
quumque et poſt eos trahantur o- 33
mnes homines, et eos anteceſſe-
rint innumeri. Quomodo igitur 34
me tam inaniter conſolamini, vt
ex reſponſis veſtris ſola ſuperſit
moleſtia?

CAPVT XXII.

Eliphas in Iobum. Huius meritas pœnas eſſe. Hortatur amicus Iobum ad meliorem frugem.

TVm Eliphas Themanita re- 1
ſpondit hunc in modum:
quaſi vero quidquam confe- 2
rat mortalis Deo, aut quaſi non ſi-
bimetipſi commodet, qui ſapit:
quaſi vel iucunditati vel vtilitati 3
ſit omnipotenti, ſi tu ſis innocens
integriſque moribus, aut *ſ* quaſi 4
te ob tuam religionem caſtiget, te-
cum iudicio congreſſus. Enim- 5
uero tua ſcelera multa, et crimina
ſunt infinita. Tu tuos fratres 6
pignoratus es iniuria, et homines
veſtibus ſpoliaſti, atque nudaſti.
Non aquam laſſo dediſti bibere, et 7
famelico negaſti panem: quum 8
interea *t* neruoſi terram *u* obtinue-
runt, et auctoritate præditi eam
habitarunt. Tu viduas inanes 9
dimiſiſti, pupillorumque extenua-
ſti lacertos. Propterea circum- 10
datus es laqueis, teque ſubita for-
mido conturbat. Alioqui *x* tene- 11
bras non videres, nec aquarum
obruereris inundatione. Nonne 12
Deus cælum æquat altitudine?
Adſpice vero ſiderum verticem, 13
quam ſint alta, et negas, quidquam
ſcire Deum? Perinde ac ſi per 14
ca-

m) non languet, ſed cito perit. *n*) non magis poteſt dolere ſuorum vicem mortuus, quam gaudere. Nam in quem non cadit delectari, in eumdem non cadit dolere *o*) non poteſt de iis, quæ fiunt in terris, admoneri quum ſit in ſublimi et ideo infima parum diiudicet: hinc fit, vt impune peccent improbi. *p*) quid attinet eorum poſteros dare pœnas, quas ipſi ſontes non ſentiant? *q*) in mortuorum aceruum congerantur, ſicut frumenta in metam. *r*) ſepulcro, hoc eſt, morte delectent, quæ eis cum omnibus communis eſt. *ſ*) non quia religioſus es, ſed quia religioſus non es, ideo te caſtigat. *t*) potentes. *u*) ſcilicet per te, hoc eſt, fauiſti potentibus. *x*) non eſſes in malis.

caliginem iudicet, et, quum ſit in
nubium latebra, non cernat, in or-
5 be cæleſti ambulans. Obſeruaſti-
ne priſcos mores, quibus vixere
6 *a* mortales ſcelerati? Qui imma-
turo tempore perditi ſunt, eorum
7 fundamento fluctibus offuſo: qui
Deo dicebant: abi hinc, et *b* quid fe-
8 cerit eis omnipotens, qui eorum
domos impleuisſet bonis? *c* et me
9 præterit impiorum conſilium? Hoc
viſo, lætantur boni, illosque deri-
0 dent innocentes, quippe qui *d* fue-
rint ex rerum natura ſublati, quo-
rumque reliquias ignis conſumſe-
rit. Compone cum illo, (mihi
crede,) et ſaluus eris, atque ita fiet,
vt tibi bene eueniat. Accipe ex
eius ore legem et eius verba in ani-
mum reconde. Si te ad omnipo-
tentem conuerteris, reficieris, re-
mota ex tabernaculo tuo nequitia:
et *e* humi tantum auri Ophirisque
pones, quanta ſunt fluuiatilia ſaxa,
et auri vim immenſam, et argenti
cumulos habebis. Tunc enim te
omnipotente oblectabis, et ad De-
um vultum attolles, isque te o-
rantem exaudiet, et vota tua ſol-
ues: quamque rem decreueris,
rata erit, *f* tuasque vias ſplendor il-
luſtrabit. Deprimuntur enim,
quos tu dicis elatos, et ille mode-
ſtos conſeruat. Regionem libe-
rat innocens, *g* eaque tuarum ma-
nuum puritate liberatur.

CAPVT XXIII.

Iobi timor de iudicis mente, atque ſententia: ſe purgat idem, non dare ſe pœnas dignas.

ET Iobus, etiamnum triſtis eſt
oratio mea, inquit, ingra-
ueſcit meum vulnus meo ge-
mitu. Vtinam illum ſciam ac in-
ueniam: venirem ad eius ſedem,
agerem apud eum cauſſam, et os 4
plenum haberem argumentis: co- 5
gnoſcerem, quibus ille verbis mi-
hi reſponderet, et, quid mihi di-
ceret, conſiderarem. Vtrum nu- 6
meroſis copiis mecum decertaret,
an potius ipſe me inuaderet? Ibi 7
h probus cum eo diſceptaret, tan-
demque meum iudicem euaderem.
Sed, ſiue orientem verſus eam, nus- 8
quam eſt; ſiue retro, non animad-
uertam eum: ad ſiniſtram ſi 9
quid faciet, non cernam: ſi ſe ad
dextram abdet, non videbo. Quum 10
autem mores iuxta mecum nouerit,
ſi me exploret, *i* aureus exibo. In 11
eius veſtigiis pedes meos continui,
eius viam tenui, nec ab eius labio- 12
rum præceptione deflexi, nec meum
mutaui inſtitutum, quin eius oris
dicta recondita habui. Sed, *k* ipſe ita 13
vniusmodi eſt, vt retrahi nequeat,
quo minus, quod animo concupi-
uit, id faciat. Perficiet enim, quod 14
de me decretum eſt, *l* qualia multa
ſunt in eo. Itaque perturbarer 15
eius præſentia, et vel ipſa contem-
platione eum pertimeſcerem, me- 16
umque cor molliret Deus, et me
turbaret omnipotens. *m* Nec enim 17
a tenebris abeſſem, nec ille meo
conſpectui caliginem ſubduceret.

CAPVT XXIIII.

Iobi peccatum in Iouæ prouidentiam, quod gaudeant mali. Diuini iudicii altitudo ex breui malorum lætitia, pœnisque perpetuis.

* CVr ab omnipotente non ſunt 1
occultata tempora, ita, vt qui
eum norunt, non viderent

eius

a) ante diluuium. *b*) obſeruaſtine quid eis. *c*) et tamen negas te intell. *d*) Per tertiam perſonam transtuli, vt poſtulat ſententia, et Græcus habet ac Latinus interpres, quum tamen in Hebræo ſit prima. *e*) tantum auri et Ophiris (id erat aurum præſtantisſimum) habebis, vt id humi ponas aceruatim. *f*) tuæ actiones erunt proſperæ. *g*) alicuius innocentia. *h*) oſtenderem me eſſe inontem. *i*) innocentisſimus ero. *k*) quamuis ſim innocens, nihil apud eum efficiam, qui ſit immutabilis. *l*) qualis fere eſt eius conſuetudo. *m*) inter diſputandum cum Deo manerem in hac miſeria.

2 eius dies? Submouentur limites:
3 rapti paſcuntur greges: pupillo-
rum abiguntur aſini: viduæ bos
4 pignori capitur: euertuntur ſuis
fortunis pauperes, adeo, vt latitare
5 cogantur terrarum inopes: ecce
autem prodeunt in ſiluas [n] onagri,
ex profeſſo inuigilantes prædæ, qui-
bus ſolitudo victum ſuppeditat ad
6 [o] pueros. Ruri ſuam metunt farra-
ginem, vineasque vindemiant [p] im-
7 pii, ita vt illi nudi veſtis defectu
pernoctent, nec habeant in frigo-
8 re tegumentum, et montanis im-
bribus vuidi, penuria perfugii [q] cau-
9 tes amplexentur. Diripiunt per-
nicioſi pupillos, et inopum damno
10 pignorantur. [r] Nudos ire cogunt
ſine veſtitu, et famelicos portare
11 mergites. Qui intra eorum parie-
tes oleum exprimunt, et calcant tor-
12 cularia, ſitiunt. Per vrbem con-
queruntur mortales, et cæſorum
quiritantur animæ, [s] et Deus nihil
13 deſignat abſurde? Quum illi aper-
te contumaces nec eius vias agno-
ſcant, nec in eius verſentur ſemitis?
14 [t] Luce ſurgit homicida, qui inopes
et pauperes interficit, et eſt noctu
15 furi ſimilis. Tum adulteri oculus
obſeruat crepuſculum, eo conſilio,
ne quis ſe oculus adſpiciat, et laruam
16 adhibet. Perfodiunt in tenebris
domos, quas ſibi interdiu notarunt,
17 [u] neſciunt lucem, nam eis et matu-
tinum pro tætra nocte, et agnoſci
pro tætræ noctis horroribus eſt.
18 * Celeres ſunt in humore, celer eſt
eorum in terra conditio, neque
19 ſpectant vinearum naturam. Vt
æſtus calorque niuales aquas, ſic or-
20 cus peccantes depopulatur, eos
obliuiſcitur vterus, eis dulcis eſt
putredo, nulla ſuperſtite eorum
memoria: ac, velut lignum, fran-
guntur improbi, qui feminas 21
reddunt ſteriles, vt non pariant,
nec viduis proſunt, trahuntque 22
generoſos vi ſua, et ita inſurgunt,
vt illi de vita diffidant. Oppri- 23
munt eos tutos atque ſecuros, [x] ocu-
lis in illorum vias conuerſis. Vbi 24
aliquamdiu viguerunt, pereunt, et
omnium more depreſſi compeſcun-
tur, quaſi quædam capita ſpicarum
deciſi. Quod ſi non ita eſt: con- 25
uincat ſane aliquis me mendacii,
meamque confutet orationem.

CAPVT XXV.

Baldadus in Iobum. Neminem eſſe coram Deo probum.

AD hæc Baldadus Suitha reſpon- 1
dit huiuſmodi verbis: quum 2
illius ſit potentatus atque ter-
ror, qui [y] præſtat in ſuo faſtigio pa-
cem; quum eius et agmina ſint 3
innumera, et lux in nullum non
oriatur: ſcilicet innocens ſit ho- 4
mo apud Deum? ſcilicet purus ſit
femina natus? Quum in eius ocu- 5
lis ne luna quidem ſplendeat, ne-
que ſidera niteant: nedum mor- 6
talis et homine natus, qui putredo
et vermis eſt.

CAPVT XXVI.

Irriſus a Iobo Baldadus. Iouanæ prouidentiæ contemplatio.

CVi Iobus, [z] quemnam tu adiu- 1
uas? inquit: imbecillum 2
credo defendis, inualidi lacer-
ti. Cuinam conſulis? inſipien 3
ti videlicet, et multum acuminis
oſtendis. Cui orationem expo- 4
nis? et apud quem verba facis?
Quem manes eorumque contermi- 5
ni

n) impii ferique homines o) ſuos alendos. p) hoc eſt, impie, hoc eſt, alienas. q) iaceant in antris. r) meſſores factoresque ſuos male veſtiunt et paſcunt. s) et tamen Deum negatis abſurde quidquam facere. t) interdiu dormit, ſub noctem, quum adhuc lux eſt, ſurgit ad latrocinandum. u) qui mala facit, odit lucem. x) eis inſidias ſtruentes. y) cæleſtia pacate regit. z) inepte facis, qui Deo patrocinere, quaſi tuo egeat patrocinio, quum ſit potentiſſimus.

ni ſub aquis contremiſcunt, apud
quem nudus eſt orcus, et ſine tegi-
mine Pluto. Qui ſeptemtrionem
extendit ſuper inane, et terram
ſuper nihil ſuſpendit. Qui aquam
ſuis in nubibus ita cohibet, vt ſub
ea non rumpantur nubes. Qui
a folii faciem tenet, id ſua nube con-
ſternens. Terminum definiuit
aquis duraturum, donec lux ſimul
et tenebræ deficiant: quo incre-
pante labefiant attonitæ cæli co-
lumnæ. Cuius vi diſsilit mare,
cuius prudentia altum percellitur.
Qui ſuo ſpiritu cælum ornauit,
ſua manu teretem formauit an-
guem. Atque hæc ſunt eius ope-
rum pars, et quantula portio eius
audita eſt: et quis eius *b* virtutum
tonitru perſpicit?

CAPVT XXVII.

Iobi de ſe defenſio, quod ſit innocens. Accuſatus a Iobo Ioua. Sceleratorum ærumnæ. Locupletum calamitas, vanaque ſpes.

TVm ſententiam perſequens Io-
bus, per Deum immorta-
lem, inquit, qui me meo iu-
re priuauit, per omnipotentem, qui
mihi conciliauit animi dolorem,
3 quamdiu durabit in me flatus, et in
naſo *c* diuinum habebo ſpiritum:
4 nihil iniquum labiis eloquar, nihil
5 lingua fraudulentum effabor. Ab-
ſit a me, vt, a vobis ius eſse, fatear:
potius animam agam, quam *d* mihi
6 integritatem detraham. Innocen-
tiam meam tenebo, nec remittam:
nec vmquam, donec viuam, mihi
7 mens erit irreligioſa. Sit hoc ini-
micorum et aduerſariorum meo-
rum, vt iniuſti ſint et iniqui.
8 Quid enim ſperandum erit ſimu-
latori, qui quæſtum fecerit, quum
9 Deus animam eripiet? Num
eius clamorem exaudiet Deus, quum
10 contigerint aduerſa? aut ſeſe
omnipotente delectabit, Deum iu-
giter inuocans? Docebo vos *e* di- 11
uinitus, et ea, quorum auctor eſt o-
mnipotens, non celabo. Nam vos 12
quidem, ſi quidem omnes fatidici
eſtis, cur vos tam futiles præbetis?
Hæc eſt hominum impiorum a Deo 13
conditio, et hereditas, quam ab
omnipotente conſequuntur feroces:
quod ſi liberis abundant: pereunt 14
ferro, eorumque progenies non
habet victum ad ſaturitatem. Eo- 15
rum ſuperſtites ſepeliuntur mortui,
viduis non plorantibus. Si tantum 16
argenti congeſſerit, quanta humus
eſt, et tantum veſtis comparauerit,
quanta eſt argilla: quod compa- 17
rauerit, induet aliquis iuſtus, argen-
tique particeps erit innocens. Con- 18
ſtruit *f* tinearum more domum ſu-
am, aut ſicut vmbraculum facit *g* cu-
ſtos. Iacet diues intumulatus, et 19
intra oculi momentum perit. Eum 20
inuadunt vndatim terrores, et no-
cturna ſurripit tempeſtas. Au- 21
fert abeuntem eurus, et ex ſuo lo-
co abripit. Eum Deus, nihil par- 22
cens, vrget, nec is illius manum ef-
fugit. Ille eum manibus explo- 23
dit, et ex ſuo exſibilat loco.

CAPVT XXVIII.

Iobus de arcana Iouæ ſapientia.

* EſSt quidem argentum inueni- 1
re, et locus, vnde conſletur
aurum. Ferrum ex humo 2
petitur, et fundit æs lapis. Tene- 3
bris imponitur finis, et, quidquid
perfectum eſt, rimantur, *h* caliginis
et atræ noctis gemmas. Deriuan- 4
tur ex peregrino ſolo flumina, et
ignorata pedibus, et, quæ caruerant
hominibus, vagantur. Tellus, 5
ex qua victus oritur, ſubter quaſi
incendio euertitur. Sapphiri lo- 6
cus eſt in eius lapidibus, habetque
pulueres auri, quam viam neque 7

a) cæli, quod eſt eius ſolium. *b*) valentiſsimum. *c*) diuinitus inditum. *d*) me ſontem eſse confitear. *e*) oracula. *f*) ad breue tempus. *g*) ſcilicet vineæ aut aliarum rerum, quæ ſub die ſunt. *h*) ſub terra abditas.

noverant alites, neque vulturi ad-
8 ſpexerat oculus, neque trucium
ferarum genus calcauerat, neque
9 peruaſerant leones. Cautibus ad-
ferunt manus, euertunt a ſtirpe
10 montes, exſcindunt in rupibus
amnes, et rariſſima quæque adſpi-
11 ciunt oculis. * Ex lacrima perſcru-
tantur fluuios, et abdita proferunt
12 in lucem. Sed ſapientia vnde in-
uenietur? et vbinam prudentiæ
13 locus eſt? Neſcit homo, quan-
ti ſit æſtimanda, nec ea in viuenti-
14 um terra inuenitur. Eam negat
profundum in ſe, negat mare apud
15 ſe eſſe. Ea non auro comparatur,
non argenti pretio rependitur.
16 Non auro compenſatur ophireo,
non onyche pretioſo, non ſapphiro.
17 Non eam aurum, non murrha æ-
quiparat, non eſt cum obrizo per-
18 mutabilis. [i] Ramot et gabis [k] me-
moranda non ſunt, gemmas præ-
19 ponderat ſapientia. Non eam to-
pazius æquiparat æthiopicus, non
eſt cum puro compenſanda auro.
20 Vnde autem veniet ſapientia? aut
vbi tandem prudentiæ locus eſt?
21 Ea vero et omnium mortalium latet
oculos, et aereis abdita volucribus
22 eſt. Pluto letumque dicunt, [l] ſe
23 eius quidem audiuiſſe famam: qua
ſit adeunda, et quo ſit in loco, no-
24 uit Deus; vtpote qui ad extrema
terrarum conſpiciat, videns, quod
25 toto ſub cælo eſt, is qui et vento
pondus facit, et aquam menſura
26 condit, qui et pluuiæ legem, et
fulgentibus tonitruis viam præſcri-
27 bit. Is eam olim et vidit et decla-
rauit, eam et condidit et peruesti-
28 gauit hominique dixit, Domini
metum eſſe ſapientiam, et maleficii
declinationem prudentiam.

CAPVT XXIX.

Iobus de transacta proſperitate. Gratitudo eiusdem in Deum.

HAec fatus Iobus, ſententiis vti 1
perrexit in hunc modum: O 2
ſi eo ſtatu eſſem, quo menſibus
præteritis, quo me tempore custo-
diebat Deus, quum caput meum 3
colluſtraret illius lucerna, cuius ad
lumen incederem per tenebras,
* qualis eram mei veris tempore, 4
quum meo tabernaculo familiaris
eſſet Deus, quum adhuc et mihi 5
adeſſet omnipotens, et me mei ſti-
parent famuli. Quum quidem 6
[m] mea butyro lauabam veſtigia, et
apud me fundebat rupes riuos olei.
Quum in curiam per vrbem profi- 7
ciſcebar, aut in foro meam ſedem
parabam, videntes me iuuenes 8
[n] abdebant ſeſe, et ſenes adſurge-
bant atque ſtabant. Principes a 9
verbis abſtinebant, admota ad os
manu. Latebat procerum vox, et 10
palato adhærebat lingua: quippe 11
quum me quæ auris audiebat, bea-
tum ferre, et qui ſpectabat oculus,
de me teſtaretur. Nam et [o] conque- 12
rentes inopes liberabam, et adiuto-
re carentes pupillos. Mihi gratias 13
agebant periclitantes, et viduarum
mentes exhilarabam. Indutus e- 14
ram iuſtitia, et æquitate, tamquam
toga et tiara, veſtitus. Eram ego 15
et cæcis oculorum, et claudis pe-
dum loco. Ego et pauperibus pa- 16
ter eram, et [p] nihil ad me pertinen-
tes cauſas indagabam, et iniquo- 17
rum molares rumpebam, eisque
prædam extorquebam ex dentibus.
Itaque cogitabam, me in meo ex- 18
ſpiraturum nido, et tamdiu proro-
gaturum ætatem, quam numeroſa
eſt arena. Mea radix erat in hu- 19
morem explicata, et in mea mane-
bat ſegete ros. Mihi et honos 20
perpetuabatur, et arcus in manu vi-
geſcebat. Me audientes ſuſpicie- 21
bant, ad meam ſententiam taciti,
nec mea dicta retractabant, per- 22
fundente eos oratione mea. Me 23
tam-

i) pro gemmas. k) cum ea conferenda. l) eam ſibi tantum auditione notam eſſe. m) butyro et oleo circumfluebam. n) auctoritate et grauitate mea territi. o) quibus fiebat iniuria. p) alienas.

tamquam pluuiam ſuſpiciebant, ó-
ribus, ſicut ad ſerotinum imbrem,
hiantes. Si quando cum eis lude-
bam, q non credebant, neque vultus
mei lumen deiciebant. Si cum
eis verſari placebat, ſedebam ſu-
premus, et tamquam in agmine rex
habitabam, perinde ac qui lugentes
conſolaretur.

CAPVT XXX.

Iobi querelæ contra hominum acerbitatem, et inſolentiam, contra Iouæ iram. Mortem cunctos exci; ere tandem.

AT nunc me derident mino-
res me natu, quorum ego
patres dedignatus eſſem cum
neis pecuariis ponere canibus,
iihil eorum manuum viribus in-
igens, quibus periiſſet vigor æta-
is. Qui præ egeſtate atque fame
oca ſenta, obſcura, vaſta ſqualen-
aque ſectabantur, carpentes a-
ud arbuſta maluas, et iuniperinis
adicibus veſcentes. Pellebantur
medio, et eis tamquam furibus oc-
lamitabatur, itaque in torren-
ium ſcrobibus in terræ et ſcopu-
orum cauernis habitabant, inter
irgulta muſſantes, et ſe ſub ruſco
ontrahentes, homines et inſani et
nglorii, mortalium infimi. At
unc eis dicterio, eis fabula ſum,
ſe abominantes recedunt a me,
nec ſe a mea facie conſpuenda con-
nent. Quoniam Deus, laxato
neruo, me adflixit: adoleſcentes,
iecto erga me t freno, conſurgen-
es ad dextram, meos pedes labe-
iciunt, et in me pernicioſi ferun-
ur. Impediunt meos aditus, col-
atis ad euertendum me viribus,
cui nullus ſubueniat. Me ceu
er latam muri labem adoriuntur,
ſubter ruinam ruentes. Verſi ter- 14
rores in me, præſtantiam ſalutem-
que meam, quaſi quidam ventus
nubesque peruadens, perſequuntur.
Itaque verſat ſeſe meus animus: 15
me miſera inuaſere tempora. No- 16
ctu mihi perfodiuntur artus, in-
feſtorque ſine vlla intermiſſione.
Tanta me u vis, x tamquam meæ tu- 17
nicæ ora, circumcingit, vt mea 18
veſtis y tentetur, z illo me in lutum
redigente, ita vt ſim perinde ac hu-
mus atque puluis. Ad te ſi queror, 19
non exaudis me: a ſin ſto, b contem-
plaris me: mihi crudelis factus es,
et robore tuæ manus aduerſaris.
c Me ſublatum vento impoſuiſti, et, 20
ne proficiam, diſſoluiſti. Sed fu- 21
turum ſcio, vt me mors et cun-
ctis deſtinata mortalibus domus re-
creet. Et certe non adferet ille 22
manum tumulis, carebuntque 23
quos dederit exitio querimonia.
Equidem eos defleui, quorum e- 24
rant dura tempora: pauperum 25
vicem animo dolui. Sed quum 26
bonum ſperarem, venit malum, et
lucem exſpectanti venit caligo. In- 27
teſtina mihi ſine intermiſſione fer-
uent, mihi miſera acciderunt tem-
pora. d Ater nec tamen inſolatus 28
dego, et ſtans in cœtu quiritor.
e Germanus ſum draconum, et ſtru- 29
thionum familiaris. Mihi præ 30
æſtu et pellis nigrat et membra æ-
ſtuant: mea cithara in luctum, 31
mea inſtrumenta muſica ſunt in
vocem conuerſa flebilem.

CAPVT XXXI.

Iobus de propria puritate. Deſiderium eiuſdem de ſcriptore ſuæ cauſſæ.

PActionem feci cum meis ocu- 1
lis, nequaquam adſpicere vir-
gines. Nam quæ me ſors et 2

 con-

) ſcilicet me ludere ſed ſeria agere, nec mihi deo minorem tribuebant auctoritatem. r) hoc eſt, me contumelioſiſſime tractant. s) ſcilicet arcus ſui. t) verecundia. u) morbi. x) vndique. y) adficiatur et putreſcat. z) Deo.) non queror. b) cernis et adfligi ſuſtines. c) effeciſti, vt non magis obniti aut proficere valeam, quam ſi in aere penderem, vbi nullum ſolidum eſſet ſolum. d) non æſtu ſolis atratus, ſed luctu. e) vociferor vt.

conditio ab omnipotente Deo ſu-
3 perne maneret? Nimirum per-
nicies et interitus improbos ma-
4 net et maleficos. Nimirum vi-
det ipſe meas vias, omneſque meos
5 greſſus numeratos habet. Si me
geſſi nequiter, et ad fraudem pedi-
6 bus feſtinaui: ponderet me iuſta
ſtatera, cognoſcatque Deus integri-
7 tatem meam. Si greſſu de via
deflexi, et [f] oculos meos mente ſe-
cutus ſum, aut adhæſit manibus
8 meis macula: quod ſeminauero
comedant alii, meique fetus eradi-
9 centur. Si mentem habui ad mu-
lieres procliuem, aut pro foribus
10 alterius inſidiatus ſum: molat
mea coniux alteri, eique incubent
11 alii. Eſt enim hoc flagitium cri-
12 menque puniendum, eſt, inquam,
ignis ad interitum vſque edax;
qui omnem meum prouentum ex-
13 ſtirparet. Si ſerui aut ancillæ meæ
ius detrectaui, quum mecum con-
14 tenderent: ecquid agam, quum
ſurget Deus, quumque inquiret,
15 quid ei referam? Quum idem il-
lum, qui me, fecerit in ventre, idem
16 nos condiderit in vtero? Si te-
nuibus, quæ cuperent, negaui, aut
17 [g] viduarum oculos confeci, me-
umque cibum ſolus comedi, ita vt
18 non comederent ex eo pupilli, ac
non mecum adoleuit miſericordia,
eamque ex vtero meæ matris eduxi;
19 ſi vidi veſtis penuria pereuntem et
carentem tegumento pauperem;
20 ſi non mihi bene precata ſunt eius
latera, ac non concaluit ouium vel-
21 lere mearum; ſi attuli pupillo
manus, quod viderem, habere me
22 præſidium in ſenatu: excidat mi-
hi ex humero ſcapula, meumque
brachium ab vlna abrumpatur.
23 Nam mihi terrori fuit a Deo peri-
culum, contra eius excellentiam
24 nihil poſſem. Non in auro ſpem
mihi collocaui, aut in obryzo fi-
duciam ſtatui. Non ſum lætatus, 25
habere me multas opes, grandem-
que facultatem comparaſſe. Si 26
ſplendentem ſolem, ſi præclare in-
cedentem lunam vidi: non ſum 27
animo clam ita deceptus, vt [h] ore
manum meam oſcularer. Nam 28
et id vindicandum crimen eſt: ne-
gaſſem enim ſupremum Deum.
Non ſum lætatus inimici mei infor- 29
tunio, nec exſultaui, quod ei ma-
lum contigiſſet, neque commiſi, 30
vt ita meo palato peccarem, illius
vt vitæ imprecarer: quamuis mei 31
contubernales [i] illius carnem inſa-
tiabiliter exoptarent. Foris non 32
pernoctauere peregrini: fores meas
viatoribus pateſeci. Non celaui, 33
ſicut Adamus, meum peccatum,
meum crimen occultans in meo ſi-
nu, [k] quod turbæ frequentiam re- 34
formidarem, et vulgi contumelia
deterritus ſilerem, nec extra fores
prodirem. Vtinam ille me audiat: 35
* mea quidem cupiditas eſt, vt me-
cum diſputet omnipotens, [l] codi-
cem ſcribente ipſo aduerſario meo:
næ ego eum humeris circumfer- 36
rem, eo pro corona redimitus; illi 37
[m] meorum paſſuum numerum ex-
ponerem, cum eo [n] principaliter
congreſſus. Si [o] de me mea terra 38
conqueritur, ſimulque plorant eius
ſulci; ſi [p] vires eius ſine pecunia 39
comedi, aut eius dominorum ani-
mos vexaui: pro tritico tribu- 40
lus, pro hordeo oriatur ebulus.
Hactenus Iobi ſermo.

CAPVT XXXII.

In alios amicos Elius, quod inepti ſint. Iouannm ſpiritum prudentem facere, non ætatem.

HIc quum tres illi viri cum Io- 1
bo diſputare deſiiſſent; quo-
niam ſibi innocens eſſe vide-
retur:

[f]) cupidus fui. [g]) feci, vt plorarent. [h]) admirabundus et tacitus ſolem adorarem. [i]) eam perdere ac deuorare ardent. [k]) quaſi mihi male conſcius eſſem. [l]) vobis diſputationem ſcribentibus. [m]) omnem meam vitam. [n]) præclare, non timide. [o]) male parta eſt. [p]) non emta a me occupaui inuitis dominis.

2 retur: indignatus eſt Elius Bara-
chelis filius Buzita, ex cognatione
ramia, et indignatus eſt tum in
Iobum, qui ſuam cauſſam iuſtio-
rem eſſe contenderet, quam Dei,
3 tum in tres eius amicos, qui quod
contradicerent non inuenirent,
4 quod damnarent Iobum. Suſti-
nuerat autem Elius loquentem Io-
bum, quod eſſent illi ætate ſe proue-
5 ctiores. Sed quum videret Elius
Barachelis filius Buzita, illos tres
viros nihil habere, quod contradi-
cerent: indignatus ſic contra verba
6 fecit. Ego natu minimus, vos
grandiores eſtis: quæ cauſſa fuit,
vt dubitauerim, veritus meam vo-
7 bis aperire ſententiam. Cogita-
bam grandæuitatis eſſe loqui, et
tot annorum exſerere ſapientiam.
8 Verum adflatu aguntur homines,
eosque præpotentis aura reddit in-
9 telligentes. Non ſapiunt q magi-
ſtri, non ſenes rationem perſpici-
10 unt. Quapropter audi me, in-
quam, dum meam et ipſe ſententi-
11 am profero. Equidem exſpecta-
ui veſtra verba, veſtra argumenta
auſcultans, dum conquiritis orati-
12 onem. Sed dum vos attendo,
nullus veſtrum Iobum refellit, aut
13 ad eius dicta reſpondet, r ne for-
te dicatis, inueniſſe vos ſapientiam,
eum a Deo perſequendum eſſe, non
14 ab hominibus. Nec ipſe in me
direxit orationem, nec ego ei ve-
15 ſtris reſpondebo verbis. Territi
nihil iam contradicunt, verbis ſu-
16 perſedent. Et quia ſic, vt exſpe-
ctabam, non loquuntur, ſed ceſ-
ſantes nihil iam contradicunt:
17 contradicam ego quoque pro mea
parte, adferam et ipſe meam ſen-
18 tentiam. Nam oratione plenus
19 mei ſpiritu pectoris vrgeor. Me-
um quidem pectus, incluſo vino ſi-
20 mile, crepat, vt vtres noui. Lo-
quar, vt habendo ſermone et contra-
dicendo recreer. Neque vero cu- 21
iusquam rationem habebo, nec vlli
homini indulgebo, quippe indul-
gendi neſcius: alioqui periculum 22
eſſet, ne me tolleret meus creator.

CAPVT XXXIII.

Iobi peccat. per Eliam detecta. Non diſceptandum cum Ioua, neque ipſius opera curioſius indaganda.

CEterum audi, Iobe, meam ora- 1
tionem, meaque verba omnia
auſculta. En ego meum os 2
aperio, loquitur in meo palato mea
lingua. Mea mens recta dictabit 3
verba, et labra puram eloquentur
ſententiam. s Me omnipotentis 4
Dei ſpiritus adflatusque fecit, ac
vita donauit. Si potes, reſponde 5
mihi, mecumque congreſſus conſi-
ſte. Ecce me pro Deo, ſicuti po- 6
ſtulabas, qui quum et ipſe ſim ex
luto fictus: neque te mei terror 7
perturbabit, neque premet aucto-
ritas. Dixiſti ſane in meis auri- 8
bus, audiente me orationis tuæ
vocem, licet a peccato et culpa 9
purus mundusque ſis, eum occaſi-
ones inueniſſe contra te, et te 10
pro hoſte habere, tuosque pedes
in cippum conieciſſe, et tuas obſer-
uare vias omnes. Iniuſte tu qui- 11
dem iſtud, vt tibi contradicam.
Nam * ſi maior eſt homine Deus; 12
cur cum eo contendis, qui nullius
rerum ſuarum rationem reddat?
Siquidem ſemel locutus Deus, ite- 13
rare neſcit. Per nocturni ſomnii 14
viſum, quum ſopore oppreſſi ſter-
tunt homines in cubili: tum eis 15
patefacit aures, eorum pœnam con-
cludens, vt homini facta detra- 16
hat, faciatque, vt abſit a viro ſu-
perbia. Eius animam vitamque 17
retrahit ab interitu, ne per tela

q) vos. r) neque vero eſt quod dicatis, vos ideo ei non contradicere, quod ſatis iam a Deo prematur malis, ne ſit inſuper oratione veſtra vexandus. Immo ideo non refellitis, quia eſtis indocti. s) homo ſum vt et tu, ne tibi cum Deo impar certamen eſſe conqueraris.

18 tranſeat. Quum vehementi dolo-
re multatur in cubili ſuo, per quot-
19 quot habet membra, animo et
adpetitu omnem quamuis delica-
tum cibum et eſcam abhorrente,
20 et carne ſic tabente, vt non adpa-
reat, et, artubus ita depopulatis, vt
21 non exſtent, adeo vt prope in-
22 tereat, animamque agat, t ſi quis
ei adſit orator angelus vel vnus ex
mille, qui homini u ſuum oſtendat
23 officium: Deus eius miſertus
iubet, eum a deſcendendo in interi-
tum vindicari, x ſeſe inueniſſe mul-
24 tam. Fit eius corpus iuuenili de-
licatius, rurſum ad eius adole-
25 ſcentiæ tempora. Exoratus Deus
ei fauet, et y eius vultum ouantis
adſpicit, z hominique ſuam reddit
26 innocentiam. Et ille a homines
intuens, fatetur, ſe peccaſſe, illum
27 autem æquum eſſe: ſe improbe
feciſſe, illum non ſibi b par retuliſſe,
qui ſuam animam, ne iret in interi-
tum, vindicauerit, ita vt vitæ lumen
28 adſpiciat. Hoc prorſus modo agit
non parum ſæpe cum homine De-
29 us, eius animam ab interitu re-
uocans, eumque vitali luce collu-
30 ſtrans. Attende, Iobe, audi me
31 tacitus, dum ego loquar: ſi ſup-
32 petit oratio, reſponde mihi: lo-
quere: nam equidem te inſontem
33 eſſe cupio: ſin minus, audi tu
me tacitus, et te ſapienter docebo.

CAPVT XXXIIII.

Elius argumentatur iniquum non eſſe iudicem Iouam. Amicus in Iobum, quod merito vexetur. Regna mutans, Iouæ nutu. Eodem volente malum eſſe magiſtratum.

1 TVm loqui pergens Elius,
2 audite ſapientes, inquit, ora-
tionem meam, et intelligentes
3 auſcultate mihi. Nam auris eſt,
orationem probare, vt palati, de
cibi ſapore iudicare. Agamus ex 4
æquo, videamus inter nos, quid ſit
c bonum. Dicit Iobus, ſe inſontem 5
a Deo iure ſuo priuatum eſſe, ſibi
in ſuo iure iniuriam fieri, ſe telis 6
ſæuiter peti nullum ob peccatum.
Quis homo eſt cum Iobo conferen- 7
dus? qui nugis abunde imbutus eſt,
et maleficis ſocium ſe præbens, 8
verſatus eſt cum hominibus impiis:
et tamen d dicit, nihil profecturum 9
hominem, ſi cum Deo curſu con-
tendat. Quare, viri cordati, audite 10
me: abſit, vt iniuſtus Deus, vt ini-
quus ſit omnipotens, quin homi- 11
nes pro merito remuneratur, et, vt
dignum eſt cuiusque moribus, ad-
ficit. Certe quidem non agit in- 12
iuſte Deus, non ius euertit omni-
potens. e Qui homini terram 13
commiſit, et orbem condidit vni-
uerſum. Idem ſi animum induce- 14
ret, ſuum ſpiritum flatumque ad ſe
recipere: exſpirarent vniuerſa 15
corpora, et in puluerem redirent
homines. Quod ſi quid eſt inge- 16
nii: audi hoc, auſculta meis dictis.
*Fierine poteſt, vt qui tam recte 17
curat, quæ agit, is ſit iuris inimi-
cus? Tune excellentem illum in- 18
ſontem damnabis? Qui reges ne- 19
bulones, qui primates adpellat im-
pios, qui nullam habet principali-
um perſonarum rationem, nec 20
locupletem anteponit tenui: quippe
qui ſint vtrique eius manuum opus.
f Repente moriuntur, et vel media 21
nocte commoti decedunt homines,
tolluntur que generoſi, g nulla ad-
hibita vi. Habet enim coniectos 22
in hominum mores oculos, eorum-
que greſſus omnes videt. Nullæ 23
tenebræ, nulla tam atra nox eſt, vbi
lateant malefici. Non enim hoc 24
iam

t) ægroto. u) perſuadeat, vt mores ſuos corrigat, Deoque ſupplicet. x) ſibi illa hominis correctione ſatisfactum dicens. y) eum adſpiciens efficit, vt ouet. z) hominem pœna liberat data venia. a) palam. b) pro merito puniuiſſe. c) iuſtum. d) queritur ſe inſontem opprimi, quod cum Deo certet tanto inferior. e) qui homini et terram dedit et vitam, ſi vtrumque adimat, non facit iniuriam. f) ſcilicet interdum. g) diuinitus, nulla vi extrinſecus adhibita.

iam homini permittet, vt cum Deo
5 iure experiatur. Frangit excellen-
tes infinitos, et in eorum locum
6 ſubrogat alios. Igitur eorum ope-
ra nota facit, dum [h] vertente nocte
7 contunduntur, eo illos vt impi-
os percutiente in conſpicuo loco,
propterea quod ab eo ſequendo de-
8 clinauerint; neque ſe prudenter
in omnibus traditis ab eo viuendi
9 rationibus gesſerint, adferendo
ei tenuium querelas, et efficiendo,
vt inopum querimonias audiret.
0 Eo quidem quietum reddente, quis
1 damnabit? Eo faciem vel genti
vel homini cuipiam ſubtrahente,
2 quis eum adſpiciet? Qui facit, vt
regnet ſpurcus homo [i] ad populi
3 detrimenta. Nam Dei eſt dicere:
4 condono, non perimam. Si quid
me latuit, tu ſubmone me: ſi quid
improbe feci, non amplius faciam.
5 [k] An id a te perficietur, vt tu impro-
bes, tu idem probes, ego non item?
6 quod ſi quid ſcis, dicito. Cordatus
ſapiensque vir mecum colloquere-
7 tur, et me vicisſim audiret. Iobus
indocte loquitur, et parum pruden-
8 ter verba facit. Volo Iobum eo-
usque [l] exerceri, dum recantet apud
9 [m] homines improbos. Alioquin
addet ſuo delicto peccatum: [n] plau-
dens inter nos, et in Deum garriens.

CAPVT XXXV.

Improbitas non Deo, ſed improbo damnoſa: itidem pietas.

1 DEinde disſerere pergens Elius,
2 hoccine æquum esſe, arbitra-
ris, inquit, quod dixiſti, te
iuſtiorem habere cauſſam quam
3 Deum, negans tibi prodesſe aut
4 conducere innocentiam? Ad quæ
ego tibi reſpondebo, et tuis amicis
5 vna tecum. Suſpice et intuere
cælum, et adſpice, quanto ſit æther
ſublimior te. Siue delinquas et 6
multa pecces: quid illi facies, aut
officies? ſiue ſis iuſtus, quid illi
conferes? aut quid accipiet ex tua 7
manu? Tuæ conditionis homi- 8
nem et homine natum tua vel im-
pietas attingit, vel virtus. Quum 9
multorum vi et iniuriis opprimun-
tur homines, clamant illi quidem
et quiritantur, ſed [o] non dicunt:
vbi eſt Deus creator noſter? qui 10
[p] noctu cantare dat, qui nos et be- 11
ſtiis terreſtribus, et aereis volucri-
bus doctiores fecit ac ſapientiores?
Igitur tum de malorum ſuperbia 12
quiritantes non exaudit: vtpote 13
quum nequitiam non exaudiat
Deus, non adſpiciat omnipotens.
Enimuero quamuis, vt dicis, viſu- 14
rus eum non ſis: eſt tamen apud
eum iuris obtinendi locus; modo
eum exſpectes. Nunc, quum non 15
irate animaduertat, [q] nec ſciat esſe
vehementior: Iobus temere ver- 16
ba facit, et garrulitate vtitur in-
docta.

CAPVT XXXVI.

Elius Iouanam aperit iuſtitiam. Cur caſti- get, ac percutiat Iona. Simulatorum iudicium nil niſi deſperatio.

TVm orationem continuans E- 1
lius: ſuſtine me paullisper, 2
inquit, dum tibi edisſero: ha-
bet enim Deus adhuc, quod [r] dicat.
Longe petam meam ſententiam, et 3
iuſtitiam conditori meo tribuam.
Nam profecto non falſa eſt oratio 4
mea; tecum agitur ſinceris ſenten-
tiis. Quum ſit Deus excellens, 5
quum ſit, inquam, et excellens et
magnanimus: non eſt tam disſo- 6
lutus, vt vel impios conſeruet, vel

b) cito et ex improuiſo. *i*) vt ita populum mulret. *k*) cur plus iuris habeas in disputando, quam ego, vt quæ videantur vel improbes, vel probes. *l*) disputando agitari. *m*) nos, quos dicit improbos. *n*) ſe tamquam victor iactans et nos explodens. *o*) non ſe ad Deum toto pectore conuertunt. *p*) lætitiam conciliat in rebus triſtibus. *q*) non te puniat tam grauiter quam dignus eras. *r*) ſcilicet per me, qui eius cauſſam ago.

7 ius inopibus non concedat. Adeo
viris bonis non ſubtrahit oculos
ſuos, vt etiam eos cum regibus in
duraturo ſolio collocet ac euehat.
8 Quod ſi catenis vincti et calamito-
9 ſis capti funibus fuerint: declarat
eis opera ipſorum, et quam vehe-
10 mentia ſint eorum peccata, eisque
aurem vellit, et, vt ſe corrigant, at-
que ab improbitate recedant, ad-
11 monet. Si obediunt ac obſequun-
tur: bene et eleganter transigunt
12 ætatem annosque ſuos: ſin minus
obediunt; pereunt armis, et im-
13 prudentes intereunt. Et ſimula-
tores ſupplicii ſui cauſſa fiunt, qui
ab eo vincti non implorent eum.
14 Vita defunguntur ac moriuntur in
15 iuuenta *s* inter effeminatos: quum
interim inopes liberet ille ex eo-
rum miſeria: et eis in calamitate
16 *t* aures vellat. Te quoque ex an-
guſto eripiet in latum ſpatium, cui
nullum ſubeſſet periculum, ita vt
u menſam habeas et quietam et adi-
17 pe ſcatentem. Sed ſi *x* iniuſto iu-
dicio fungeris: te iudicium atque
18 ius tenebunt. Nam ita ſit, vt
vt te nec rerum copia eripiat, nec
19 mulctæ magnitudo adiuuet. Nihili
fient opes tuæ aut aurum, aut
quidquid denique viribus pollet.
20 Noli *y* anhelare noctem, qua e ve-
21 ſtigio tolluntur homines. Caue,
ne te conuertas ad nequitiam, quod
22 eam præ miſeria adpetes. Deus
quidem *z* doctor incomparabilis,
maior eſt viribus, quam vt ab eo
quisquam facti rationem exigat, aut
23 eum inique feciſſe dicat. Memen-
to, vt eius opus extollas, quem
24 mortales ſuſpiciunt, quem omnes
homines intuentur, quem mortales
25 procul ſpectant. Deus quidem
præſtantior eſt, quam vt id intelli-
26 gamus, et annis eſt infinitus. Nam,
eo aquæ guttas eliciente, funditur
ex eius vapore pluuia, adeo vt 27
manans æther defluat in plurimos
homines. Iam vero quis nubium 28
diſtenſiones perſpiciat? Quæ ſunt 29
eius vmbraculi elationes, * in quas
quidem ſuum lumen explicans ma-
ris radices tegit. Per eas autem et 30
populos vlciſcitur, et victum co-
pioſe largitur. Lucem palmis te- 31
git, curatque, vt ei occurratur,
cui dum nuntiat alteram: accedit 32
aduerſus adſcendentem ira.

CAPVT XXXVII.

Elius admirabilem demonſtrat ſapientiam, potestatemque Dei ex operibus eiusdem.

AD hoc quoque expaueſcit mi- 1
hi cor, ex ſuo commotum
loco. Audite eius horribi- 2
lem ſonum, et prodeuntem ex eius
ore fragorem, quem ſub toto ia- 3
culatur cælo, colluſtrante eius luce
tractus terræ. Poſt lucem ſtrepit 4
ſonitus, dum ille ſua ſuperba voce
intonat, nec cetera differt, audita
ſua voce. Intonat Deus ſua voce 5
mirifice: maiora facit, quam vt ea
perſpicere poſſimus. Iubet enim 6
niui, vt ſit in terris, et nimboſa plu-
uia ſuæ potentiæ concludit omnes
homines, vt intelligant mortales 7
omnes eius opera, ſubeuntque 8
latibula feræ, et in ſuis luſtris de-
gunt. Ab auſtro venit tempeſtas, 9
et ab aquilone frigus. Ad Dei fla- 10
tum exſiſtit glacies, aqua late con-
creta. Eius quoque ſplendor at- 11
que lux nubes vrget et diſſipat,
eæque illius induſtria ſeſe circum- 12
agunt atque verſant, efficientes,
quidquid eis imperauerit in orbem
terræ, ſiue in nationem eas, ſiue 13
in nationis territorium, ſiue bene-
ficii gratia immiſerit. Hoc auſcul- 14
ta, Iobe, ſta et Dei contemplare
miracula. Noſtine, quando in- 15
cum-

s) in iuuentute, nam libido mortem accelerat. *t*) ſalutem nuntiet atque con-
ferat. *u*) diues ſis et quietus. *x*) male de Deo iudicans, dabis pœnas. *y*) ne
conare improbos imitari, vt noctu repente pereas, ſicut iam dixi. Vide cap. 34.
z) cuius eſt decere et imperare, non rationem reddere.

cumbat eis Deus, et ſuæ nubis lu-
6 mine fulgeat? Noſtine diuerſita-
tem nubium, miracula perfectæ
7 ſcientiæ? Aut quo pacto tua veſti-
menta caleant, illo [a] terras ab auſtro
8 quietas reddente? An æthera cum
eo diduxiſti, ita firmum, vt concre-
9 tus eſſe videatur? Præmonſtra
nobis, quid ei ſimus dicturi, qui
propter [b] tenebras ſumus impares.
10 [c] Scilicet illi exponetur, ſi loquar,
aut fabitur homo, quum fuerit ab-
11 ſorptus? Quum [d] ne fulgentem
quidem lucem adſpicere poſſint ho-
12 mines, quæ eſt in æthere, quem
præteriens ventus expurgauit, ve-
niente a ſeptemtrionibus [e] auro.
13 [f] Dei terribilis eſt maieſtas. Omni-
potens is eſt, quem inuenire non
poſſimus: viribus, æquitate, et iu-
ſtitiæ præſtantia tantus, vt [g] reſpon-
14 dere non debeat. Quare metuant
eum homines, quem nullus vel ani-
mo ſagacisſimorum videt.

CAPVT XXXVIII.

Ad Iobum Ioua. Dei iuſtitia patens ex operibus eiusdem.

1 TVm Ioua Iobo ex turbine ſic
2 reſpondit, quis iſte eſt, qui
tam indocta oratione [h] pru-
3 dentiam abolet? Accingere ſane,
vt virum decet, et mihi, quæ te in-
4 terrogabo, declarato. Vbi eras,
fundante me terram? expone, ſi ea
5 eruditione es. Quis ei dimenſio-
nes adhibuit, ſi noſti? quis in eam
6 regulam intendit? In quam rem
inſertæ ſunt eius baſes? aut quis
eius angularem lapidem demiſit,
7 ouantibus pariter matutinis ſideri-
bus, vniuerſoque [i] diuorum genere
8 lætum perſonante? Quis foribus
mare concluſit, quum egresſum eru-
9 pisſet ex vtero? Quum quidem id
ego nubis amictu texi, et caliginis
faſcia obligaui, ac meo circum- 10
ſcriptum decreto, repagulis et fori-
bus cohibui, dicens: hucusque 11
non vlterius venies: et hic ponet
tuorum fluctuum altitudo. An 12
ætate tua matutino præcepiſti? ſu-
um auroræ locum adſignaſti? vt 13
alas terrarum obtineat, * et ab ea
diſiiciantur impii? Qui impii, 14
mutato tamquam rubricæ ſigillo,
fiunt veſtis ſimiles, et ſua luce pri- 15
uantur, ſublimesque lacerti fran-
guntur. An in maris fundum per- 16
ueniſti, et in penitisſimo profundo
ambulaſti? Num tibi patefactæ 17
ſunt leti portæ, et tætræ noctis oſ-
tia vidiſti? Num ipſam adeo ter- 18
ræ amplitudinem perſpexiſti? in-
dica, ſi hoc totum noſti. Qua- 19
nam via eſt eo, vbi lux habitat? aut
tenebrarum vbinam locus eſt? Vt 20
eas finibus ſuis comprehendas, et,
quibus ad earum domicilium ſe-
mitis iri poſſit, teneas? Sciebas- 21
ne futurum, vt tum naſcereris, et
diu ætatem degeres? Numquid 22
in niuis cellas perueniſti, grandi-
nisque cellas vidiſti, quam ego 23
[k] in aduerſorum tempus reſeruo, in
conflictus pugnæque diem? Vbi- 24
nam via eſt, qua diuiditur lux, eu-
rum diſpergens in terram? Quis 25
nimbis aditum, quis intonanti ful-
guri viam aperit, pluendo in de- 26
ſertam terram, in qua nulli ſint ho-
mines? Inculta vaſtaque ſatiando, 27
et terræ redditum germinando?
Habetne [l] patrem pluuia? aut quis 28
roris guttas gignit? Cuius ex 29
ventre prodit glacies? aut cæleſtem
pruinam quis generat? Aqua [l] la- 30
pidea deliteſcit, vndarum ſuper-
ficie conſtricta. An tu vel [m] Ver- 31
giliarum delicias cohibere, vel Ori-
onis rigores aperire potes? Num 32
Luci-

a) ſerenitatem inducente. b) ignorantiam. c) ſi volet cum Deo diſputare homo, conficietur. d) ne ſolem quidem, nedum Dei maieſtatem. e) aureo ſereno. f) Deus metuendus eſt, non cum eo diſputandum. g) facti rationem reddere. h) negat prudentiam re. i) angelorum. k) ad fontes vlciſcendos. l) indurata gelu. m) veris amœnitatem, quæ fit per Vergilias.

Luciferum ſuo tempore deprome-
re, et Arcturum cum ſuis filiis edu-
33 cere? Num cæli leges noſti, aut
eius rationem exponere potes in
34 terris? Posſisne efficere, vt ſi ad
nubes vocem tollas, *n* aquæ copia te
35 operiat? Num te mittente fe-
rentur fulgura, et ſe tibi præſto ex-
36 hibebunt? Quis in pectoribus
ſapientiam poſuit? quis collocauit
37 in præcordiis prudentiam? Quis
ætheris rationem tam ſapienter ex-
plicauit, et cæli fluxiones quis coer-
38 cuit, quum denſata concreſceret
humus, et glebæ coaleſcerent?

CAPVT XXXIX.

Ex pullis coruorum confidentiam in Deum agnoſcimus. [illegible] ex mirandis actionibus atque creaturis.

1 NVm tu leænæ prædam venabe-
ris, et iuuenum leonum ad-
2 petitum explebis: quum cu-
bant in luſtris, manentes in teſ-
3 quis ad inſidias? Quis ſuam cor-
uo eſcam ſuppeditat, eius pullis
ad Deum vociferantibus, dum ſine
4 paſtu vagantur? An tempus noſti
partionis rupicaprarum, aut par-
5 turientes ceruas obſeruaſti? Nu-
meraſti earum grauiditatis menſes,
earumque pariendi tempus noſti?
6 Quum procumbentes excludunt fe-
tus ſuos, ſuis defungentes dolori-
7 bus? Gliſcunt earum pulli farre
creſcentes, et digresſi non reuer-
8 tuntur ad eas. Quis onagrum di-
miſit liberum, et ſilueſtrem aſinum
9 quis vinculis ſoluit? Cui ego
ſolitariam domum, cui *o* ſalſas adſi
10 gnaui manſiones. Ridet oppida-
nam turbam, nec agaſonis clamo-
11 res audit. Explorati montes præ-
bent ei pabulum, omneſque ſecta-
12 tur virentes herbas. Num tibi
ſeruire volet vnicornis, aut ad tua
præſepia manebit? Num tu v- 13
nicornem ſubiugio ligabis in ſul-
cis, vt poſt te liras occet? Tune 14
ei, qui ſit magni roboris, confides,
aut laborem tuum committes?
An credes fore, vt tibi ſata referat, 15
et in tuam comportet aream? *p* V- 16
trum generoſiores ſunt alæ ſtru-
thiocameli, an pennæ plumæque
ciconiæ? At ille ad terram ſua 17
relinquit oua, eaque fouet humi,
non cogitans, ea pedibus concul- 18
tum et a terreſtribus beſtiis com-
minutum iri: tam durus in ſuos 19
pullos, quam ſi ſui non esſent, nihil
formidans, ne inutilis ſit ſuus labor.
Nam priuauit eum ſapientia Deus, 20
nec ei prudentiam impertiuit. Si 21
quando alte ſe tollit, et equum de-
ludit et equitem. Tune equo ro- 22
bur dediſti, aut eius clamoſam cer-
uicem induiſti? Tune eum, *q* ceu 23
locuſtam, commouebis, quum *r* ter-
ror ſit eius naribus decorus? Ca- 24
uat ſcrobem, exſultat fortiter, ad-
uerſus arma prodit. Pauenda ri- 25
det imperterritus, nec gladio cedit.
Stridente aduerſus eum *s* pharetra, 26
micante haſta atque lancea, fer- 27
uens tremensque terram disſipat,
t nec id habet pro tubæ ſonitu.
Ad tubæ clangorem geſtit, et emi- 28
nus pugnam, ſtrepitum clamorem-
que ducum odoratur. Tuane pru- 29
dentia volat accipiter, alis auſtrum
petentibus? An arbitratu tuo ſub- 30
lime petit aquila, et in alto nidu- 31
lata, in rupe habitat, et in prærupti
ſcopuli arce degit? Inde pabulum 32
rimatur, oculis procul intuens,
lambendumque ſuis pullis ſangui- 33
nem præbet: et, vbi ſunt cadauera,
ibi adeſt. Tum Iobum adloquens 34
Ioua: an, qui cum omnipotente
contendit, inquit, eum coarguet?
Qui contra Deum argumentatur, ei 35
contradicet? At Iobus Iouæ re- 36
ſpon-

n) pluat? *o*) ſteriles. Nam ſalſa terra eſt tæterrima. *p*) vt ſtruthiocamelus formoſior, ſic ciconia ſapientior eſt. *q*) tamquam pauidum. *r*) ad formidabilia ſi met generoſe naribus nihil formidans. *ſ*) ſagittis. *t*) non metuit tubæ ſonitum ceu rem terribilem.

ſpondens, tam vilis ego, inquit,
17 quid tibi reſpondeam? meam ma-
18 num meo ori admoueo; ſemel
locutus non contradicam, nec idem
amplius iterabo.

CAPVT XL.

Humanæ infirmitatis et Iouanæ omnipotentiæ collatio per Dei opera.

1 ET Ioua Iobum ex turbine ad-
2 loquens: accingere ſane,
vt viro dignum eſt, inquit,
et mihi, quæ ex te quæram, decla-
3 rato. Tune mihi ius meum ex-
torquebis? me condemnabis, vt
4 abſoluaris ipſe? Quod ſi lacertos
habes, vt Deus, et voce tonas, vt
5 idem: ornare ſane excelſitate ac
ſublimitate, et maieſtatem atque
6 decus indue. Sparge iræ tuæ ſæ-
uitiam, et omnes adſpiciens elatos
7 deprime, adſpiciens elatos o-
mnes deturba, et impios contunde
8 protinus. u Eos humi ſimul obrue,
eorum facies in obſcurum demerge.
9 Ita fatebor ego, tua te poſſe dextra
10 te ipſum tueri. Ecce tibi elephas,
quem vna tecum feci, qui fœno
11 boum ritu paſcitur; is, inquam,
vires et robur habet in lateribus,
12 et ventris vmbilico. Stringit cau-
dam tamquam cedrum, * ramoſis
13 ſummæ caudæ neruis. Eius mem-
bra tubi ſunt ænei, oſſa vectes fer-
14 rei, denique is eſt x opificii diui-
ni caput, eumque armis adgredi
ſolus is audeat, qui condidit.
15 Nam ei pabulum ferunt montes,
ludentibus ibi cunctis beſtiis ter-
16 reſtribus. Sub vmbroſis cubat
arboribus, in arundinis latebra ac
17 palude, vmbra tectus opacarum
arborum, fluuialibusque circumfu-
18 ſis ſalicibus: adeoque flumen
ſorbet intrepidus, vt, ſe Iordanem
faucibus hauſturum, confidat,
19 tantum abeſt, vt ſe capi y cernat na-
20 re laqueis perforata. An tu ba-
lænam hamo trahes, aut eius lin-
guam fune comprimes? Scilicet 21
eius roſtro vncum admouebis, et
buccam cuſpide perforabis? Sci- 22
licet multis illa tibi ſupplicabit,
aut te molliter adloquetur? Pa- 23
ciſcetur, credo, tecum, vt tu eam
in æternum ſeruitium abducas:
ludes videlicet ea quaſi auicula, 24
eamque tuis ligabis puellis: eam 25
ſocii mercatores concident atque
diuident. Scilicet eius pelle e- 26
uerriculum, et capite naſſam re-
plebis piſcatoriam. Confere cum 27
ea manum, z memineris, non repe-
tendum prœlium, * adeoque ſpes 28
tua fallax erit, vt vel ad eius con-
ſpectum conſternere.

CAPVT XLI.

Ex balænæ natura manifeſta Iouæ maieſtas.

NEmo tam ferox eſt, vt illam 1
excitet; tantum abeſt, vt mihi
reſiſtere quis poſſit. Quis me 2
officiis anteuertit, vt ei gratiam re-
feram? quod vsquam ſub cælo eſt,
meum eſt. Non ſilebo eius membra, 3
viriumque rationem, et compoſiti-
onis elegantiam. Quis eius ſum- 4
mum veſtitum patefaciat? quis ge-
minum roſtrum ſubeat? Faciei 5
fores quis aperiat? eius dentibus
formidine circumdatis. Superbe 6
clipeata ſquamis eſt, arcta com-
pagine concluſis, quæ inter ſeſe 7
commiſſæ ne auræ quidem peruia
iunctura, adeo aliæ aliis com- 8
pactim cohærent, vt ſint indiſſolu-
biles. Eius ſternutatio ſplendore 9
collucet, oculique ſunt tamquam
auroræ lumina. Ex faucibus prod- 10
eunt faces, abſilientibus, tamquam
ſtricturis igneis. Ex naribus prod- 11
it fumus, tamquam aheni feruentis
ac vndantis. Flatus ardet carbo- 12
nibus, manante ex eius ore flamma.
Collo tanta vis ineſt, vt ab ea quæ- 13
uis difficultas perrumpatur. Cor- 14
poris

u) interfice et e rerum natura tolle, ſicut ego. x) Dei opus excellentiſſimum, et ſoli Deo ſuperabile. y) ſinat. z) et memento tibi ab ea percundum.

poris toros habet immobili ſolidi-
15 tate compactos. Cor et ſaxo et
16 inferiore mola firmius. Ea ſe
commouente formidant a) diui, fra-
17 ctique labefactantur. Eius con-
greſſum non enſes ſuſtinent, non
haſtæ, non miſſilia, non loricæ.
18 Ferrum pro palea, chalybem pro
19 putri ligno ducit. Non eam fu-
gauerint ſagittæ, ei b) vertuntur in
20 ſtipulam fundarum ſilices. Pro
ſtipulis habentur catapultæ, ridet-
21 que vibratam lanceam. Sub ea
ſunt aculeati murices, proſternit
22 in limum ſcopulos. Feruefacit
ollæ ritu gurgites, vtens mari pro
23 mortario, poſt ſe relinquit lu-
cidum veſtigium, vt pelagi canos
24 putes eſſe. Ei nihil par eſt in ter-
25 ris, facta eſt impauida. Altiſſi-
ma quæque deſpicit, ea regina eſt
in omne genus ferarum.

CAPVT XLII.

Iobus ad ſanitatem rediens. Amici tres a Deo increpati. Iobus orans pro neceſſariis. Fortunatus iterum a Ioua Iobus.

1 HIc Iouæ reſpondens Iobus:
2 ſcio, te omnia poſſe, inquit,
et eſſe tuos conatus ineluctа-
3 biles. Qui c) prouidentiam tollit,
imperitus eſt: itaque, quæ ego ex-
poſui, non intelligebam: et maiora
ſunt, quam pro meo captu, mira-
4 cula. Audi, quæſo, quæ ego di-
cam, et mihi, quæ ex te ſciſcita-
5 bor, exponito. De te aurium
auditione acceperam, ſed nunc his-
6 ce oculis te video. Itaque mihi
diſpliceo, meque humi in puluere
pœnitet.
7 Poſtquam huiusmodi verbis
Iobum adfatus eſt Ioua: Eli-
pham Themanitam ſic adloqui-
tur; iraſcor tibi tuisque duobus
amicis, quoniam de me non recte
locuti eſtis, ſicut meus Iobus.
Quamobrem ſumite ſeptem tauros, 8
et totidem arietes, et Iobum meum
adite, ac ſacrificium pro vobis fa-
cite, et Iobus meus pro vobis ora-
bit, et ego in eius gratiam non agam
vobiscum, vt veſtra meretur inſa-
nia, qui non recte de me locuti ſi-
tis, ſicut meus Iobus. Igitur iue- 9
runt Eliphas Themanita, Baldadus
Suhita, et Sophar Naamathita, et
Iouæ mandatum exſecuti ſunt. Et 10
Ioua Iobo pro amicis ſupplicanti
exoratus, ab eo calamitatem depu-
lit pro ſuis amicis deprecato, eique
omnia, quæ habuerat, conduplicauit
Atque ad eum venerunt omnes eius 11
cognati et cognatæ, et antea noti, et
cum eo in eius domo epulati ſunt,
eiusque vicem dolentes, eum ſuper
tot malis, quæ ei Deus inuexerat,
conſolati ſunt, eique ſingulas queſ-
ſitas, ſingulasque aureas armillas
donarunt. Ioua autem Iobum 12
poſtea fortunatiorem fecit, quam
fuerat antea, ita vt habuerit quatu-
ordecim balantum millia, camelo-
rum ſex millia, mille boum iuga,
et mille aſinas. * Habuit et ſeptem 13
filios et tres filias, quarum vnam 14
Iemiam nominauit, alteram Caſ-
ſiam, tertiam Querenappucam,
quibus Iobi filiabus pulchritudine
pares nullæ in orbe exſtabant. Iis 15
pater hereditatem tribuit inter i-
pſarum germanos. Vixit autem 16
Iobus poſtea annos centum quadra-
ginta, viditque ſuos natos et nepo-
tes ad quartum genus, atque ita 17
ſenex Iobus et plena ætate mortuus
eſt.

a) homines primarii. b) non plus nocent, quam ſtipula. c) te prudenter orbem regere neget.

PSAL.

PSALMORVM
LIBER I.

PSALMVS I.

Proborum atque piorum felicitas, impiorum ærumnæ, beatorum gratia.

G. Dauidis vatis et regis carmen. *H.*

1 BEATVS homo, qui in impiorum conſilio non verſatur, nec improborum viam
inſiſtit, nec in ſede ſcurrà-
2 rum ſedet. Sed Iouæ lege delectatur, de ea dies noctesque cogitans.
3 Hic arbori ſimilis eſt ad aquæ riuum ſatæ, fructum ſuum ſuo ferenti
tempore, foliis non deciduis, omnia-
4 que facit proſpere. Impii contra
ſimiles ſunt paleæ, quam ventus
5 agitat. Itaque impii in iudicio,
ſcelerati in bonorum cœtu non con-
6 ſiſtent. Nam et bonorum viam
curat Ioua, et malorum via peritura eſt.

PSAL. II. 2

Tyrannorum in Deum coniuratio. Ad reges Dauid vti Deo ſint audientes. De Chriſto vaticinium.

QVid tumultuantur gentes? populi vana conantur? Conſpirant orbis reges? coeunt optimates contra Iouam atque eius vnctum? Abrumpamus eorum nexus: abiiciamus eorum vincula. Ridet cælicola: Ludificatur eos Dominus. Tandem eos iracunde adloquetur, et ſic incandeſcens perturbabit. Ego vero regem meum in Sionem meum ſacrum montem creaui. Narrabo Iouæ decretum, qui mihi dixit: tu filius meus es, ego te hodie genui, poſtula a me, et tibi gentes in hereditatem, orbis
fines in poſſeſſionem dabo: quos 9
tu ſceptro regens ferreo, tamquam
fictile collidas. Quamobrem ſa- 10
pite, o reges, corrigimini, o terra-
rum gubernatores. Seruite Iouæ 11
cum timore, exſultantes cum tremore. Oſculamini natum, ne, ſi
indignetur, veſtras res perdatis, 12
illius ira protinus incenſa: cui felices quicumque confidunt.

PSAL. III. 3

In Dauidem filius. Patris ad Iouam refugium, ſpes, gaudium de felici rerum euentu.

Cantio Dauidis, Abſalomum filium 1
ſuum fugientis.

O Ioua, quam multi me infe- 2
ſtant? quam multi in me conſurgunt? quam multi negant, 3
vllam animæ meæ in Deo ſalutem
eſſe poſitam? Sela. Atqui tu, 4
Ioua, meus es clipeus, et gloria, quique meum caput extollis. Qui 5
mea voce inuocatus, me ex tuo ſa-
cro monte exaudis: quo quidem 6
tutante me, ita cubo, dormio, expergeſio, vt hominum legiones, quæ me circumſideant, non reformidem. Age, Ioua, defende me, 7
mi Deus, qui meis omnibus aduerſariis malas feris, impiorum dentes
confringens. Tuum eſt, Ioua, con- 8
ſeruare, tuoque tuos fauore proſequi. Sela.

PSAL. IIII. 4

Abſalon in patrem. Senex ad Iouam contra coniuratos. Principes Iſraelis increpati.

increpati. Preces ad Iouam contra hoſtiles inſidias

1 Præcinenda fidibus cantio Dauidis.

2 INuocantem me exaudi, o Deus
æquitatis meæ, qui me ex rebus
aduerſis explicas! miſerere mei,
3 et meas exaudi preces. O homi-
num genus, quouſque meam glori-
am *d* in infamiam? quouſque falſa
ſtudentes, amabitis friuola? Sela.
4 At cognoſcite, vt Ioua me pium ſibi,
vt eximium, ſecreuerit, quem ſe in-
5 uocantem exaudiat. Horrete pec-
care, hæc cum animis veſtris cogi-
tantes, in veſtris cubilibus, et ſilete.
6 Sela. Facite ſacrificia iuſtitiæ,
7 Iouæ confidentes. Verum quis
nobis exhibebit bona? (inquiunt
multi) *e* colluſtra nos luce tui vultus
8 Ioua, qui meum animum volu-
ptate adficis ob annonam frumen-
ti, atque vini, quibus abundant:
9 quique me ſolus ita in tuto collo-
cas, vt quiete cubem ſimul, atque
dormiam.

PSAL. V. 5

Dauidis ærumnæ profugi, preces ad Iouam et lacrimæ. Spes perdendorum hoſtium. Reditum ſperans Dauid, implorans a Ioua ſubſidium. Aduerſariorum prauitas.

1 Præcinenda ad lyram cantio Daui-
dis. *f*

2 VErbis meis auſculta, Ioua: per-
pende cogitationem meam:
attende meæ querelæ vocem,
mi rex atque Deus. Te enim oro.
Ioua, *g* mane vocem meam audis,
3 mane tibi præſto ſum intentus.
4 Neque enim is Deus es, cui placeat
improbitas, cui familiares ſint mali,
5 cuius oculis obuerſentur inſani:
6 odiſti maleficos omnes: falſilo-
quos perdis: abominaris ſangui-
7 narios et fraudulentos, Ioua. At
ego, pro tua ſingulari clementia,
te, ædem tuam ingreſſus, religioſe
ad tuam ſacram cellam veneror.
Ioua, deduc me per tuam iuſtitiam, 8
propter aduerſarios meos: dirigens
ante me tuam viam. Nam in eo- 9
rum ore nihil certi eſt: pectus eis
dirum eſt: guttur ſepulcrum pa-
tens: lingua blandiuntur. Per- 10
uerte eos, Deus: decidant de ſuis
conſiliis: ob eorum tot ſcelera pro-
fliga eos, qui ſint in te contumaces.
Lætentur autem perpetuo, quicum- 11
que tibi confidunt: ouent, te eos pro-
tegente, exſultent in te tui nominis
amantes. Nam tu, Ioua, iuſtos 12
beas, eos fauoris ſcuto coronans.

PSAL. VI. 6

Dauidis venatio. Iouam ille rogat, vt minus angatur. Clementiam implorat. Mortuorum inepta conditio ad Iouæ laudes, calamitas Dauidis quanta, ſpes auxilii.

Præcinenda fidibus ad octauam *h* 1
cantio Dauidis.

IOua, noli in me iracunde anim- 2
aduertere: noli me atrociter
punire. Miſerere mei ægrotan- 3
tis, Ioua: ſana me, Ioua, et membris
et animo valde perturbatum: tu
vero, Ioua, quid cunctaris? re- 4
conciliare, Ioua: libera hanc ani-
mam: conſerua me pro tua clemen-
tia. Nam in morte quidem quæ 5
tui fiet mentio? apud inferos quis
tibi gratias aget? Feſſus ſum ge- 6
mendo: lectum meum totas noctes
madefaciens: cubile lacrimis hu-
mectans. Oculi mihi præ mæro- 7
re contabeſcunt, et inter tot hoſtes
meos conſeneſcunt. Faceſſite a 8
me omnes malefici: nam exaudit
Ioua meam vocem flebilem. Ex- 9
audit Ioua meam ſupplicationem:
Ioua meas preces admittit. Pude- 10
at cum vehementi perturbatione
omnes inimicos meos; auerſos pu-
deat protinus.

PSAL.

d) ſcilicet conuertetis. *e*) effice, vt intelligantur tua in eos beneficia, qui eis fruges præbeas, de quo equidem gaudeo. *f*) Confer cum Pſalmo 14. & 53. *g*) mature. *h*) ſcil chordam.

PSAL. VII. 7

Sperans Dauid in hoſtes ad Iouam. Eiuſdem adflicti innocentia. Regnum poſtulat promiſſum. In hoſtes impios preces. Ad Iouam gratiarum actio.

1 Defenſio Dauidis, quam Iouæ ce-
cinit ob [a] Aethiopem Ieminien-
ſem.
2 IOua mi Deus, cui confido, de-
fende et libera me a meis tot in-
feſtis, ne ille quaſi leo raptam
meam vitam laceret indefenſam.
3 Ioua mi Deus, ſi id feci: ſi ſontes
4 manus habeo: ſi malum malo
rependi, aut mihi immerito aduer-
ſantem ſpoliaui: inſectetur hoſtis
hanc animam: adſecutusque meam
vitam ad terram proculcet, et glo-
5 riam pesſumdet humi. Sela. In-
ſurge, Ioua, in iram: incitare
propter aduerſariorum meorum
ſæuitiam, et, de me quod decre-
6 uiſti, iudicium repræſenta, po-
puloſaque ſtipatus concione, eam
7 ob cauſſam in ſublimi ſedeto. O
Ioua, populorum arbiter, iudica
de me ex innocentia atque integri-
8 tate, qua ſum præditus. Quæſo
te, vt, coercita impiorum peruer-
ſitate, iuſtos confirmes, o iuſte
Deus, qui [b] corda exploras atque re-
9 nes. Meum quidem præſidium in
Deo ſitum eſt, conſeruatore homi-
10 num frugi. Qui quidem Deus iu-
dex iuſtus eſt: Deus quotidie mina-
11 tur. At iſte non ſolum non ſe cor-
rigit, ſed etiam gladium ſuum acu-
it: arcum intendit, et componit,
12 comparatis ad hoc telis mortiferis,
et factis ad inſtandum ſagittis;
13 en parturit iniquitatem: et facino-
14 re grauidus * nefas pariet. Foſſam
exſcindit, et cauat, caſurus in fo-
15 ueam a ſe factam. Retorquebitur
eius conatus in caput ipſius, eius
iniuſtitia in ipſius verticem defere-
16 tur. At ego Iouam, vt eius iuſtitia
dignum eſt, celebrabo, Iouæ nomen
cantans ſupremi.

PSAL. VIII. 8

Iouæ celebrata maieſtas, in mortales benignitas. Humana dignitas. Dei magnificentia.

Præcinenda ad Githith cantio Da- 1
uidis.
O Ioua Domine noſter, quam 2
nobile tuum nomen eſt in to-
to orbe terrarum? qui quum
tuam maieſtatem in cælis colloca-
ueris, per os infantium et lacten- 3
tium potentiam, propter aduerſa-
rios tuos, fundas in coercendis ho-
ſtibus eſt infeſtis. Equidem quum 4
cælos, opera digitorum tuorum,
quum lunam et ſtellas a te conditas
video: quid eſt homo, vt eius 5
memineris? quid eſt homine natus,
vt eum cures? Atqui eum prope- 6
modum Deum feciſti, tantaque glo-
ria et auctoritate ornaſti, [c] vt ope- 7
rum tuarum manuum dominum fe-
ceris, omniaque eius pedibus ſub-
ieceris, non ſolum pecora omnia, 8
tam maiora, quam minora, verum
etiam beſtias agreſtes, volucres 9
aereas, et piſces marinos, marina
peragrantes itinera. O Ioua Do- 10
mine noſter, quam nobile tuum
nomen eſt in toto orbe terrarum?

PSAL. IX. 9

Ad Iouam regis gratiarum actio. Hoſtes videt Dauid. A Ioua ſpes omnis. Ad Iouam hortatur adflictus, Ioua in improbos. Vexatorum fiducia. Oratio pro deprimendo homine.

Præcinenda ad Muthlabben cantio 1
Dauidis.
CElebrabo te, Ioua, tota men- 2
te, narrans tua tot miracula:
lætabor et exſultabo in te, 3
tuum cantans ſupremum nomen:
quum retro verſi hoſtes mei per te 4
lapſi perierint. Nam tu cauſſam, 5
litemque meam agis, pro iuſti iu-
dicis tribunali ſedens. Tu gentes 6
protelas: impios perdis, eorum
nomen in omnem abolens æternita-

Oo tem

a) Saulum hominem nigrum, id eſt malum. b) mentes et animi affectiones.
c) Adludit ad illud Gen. 1. Faciamus hominem, qui dominetur.

7 tem. O hoſtis, deſiere perpetuo
vaſtationes: tu quidem vrbes ſic
euertiſti, vt earum memoria ſimul
perierit. Sed Ioua, compoſito
ad iudicium tribunali ſuo, ſedet in
9 perpetuum: et mundum iuſte iu-
dicans, ius populis ex æquo dicet:
10 eritque Ioua præſidio tenuibus,
præſidio in temporibus aduerſis.
11 Et ibi Ioua confident, qui tuum
nouere nomen qui quidem tui ſtu-
12 dioſos non deſeras. Cantate Sionis
habitatorem Iouam, prædicando
13 per populos eius naturam: qui
eorum, quos curat, iniurias perſe-
quatur, haud immemor inopum
14 querimoniæ. Miſerere mei, Ioua:
adſpice, vt a meis opprimar oſori-
15 bus: retrahe me de ianua leti: vt
in tua exſultans tutela, tuas tot lau-
des intra puellæ Sionis portas ſic
16 enarrem Demerguntur in factam
a ſe foueam gentes: capitur earum
17 pes occultato ab ipſiſmet reti: pa-
tet Iouam ius facere, impiis ſuarum
opere manuum irretitis. Higaion
18 Sela. Retro labentur in tartara
impii, gentes omnes immemores
19 Dei. Neque enim perpetuo erunt
in obliuione pauperes, non ſemper
20 erit irrita ſpes inopum. Inſurge,
Ioua, ne corroborentur homines,
21 iudicentur apud te gentes. Statue
eis, Ioua, documentum, quo, ſe
homines eſſe, gentes intelligant.
Sela.

PSAL. X.

Ploratus addicti pii. Ingenium, et gaudia impii. Oratio pro mærentibus. Derelictorum cuſtos Ioua. Contra ſceleſtos Dauid.

1 CVr, Ioua, procul abes? cur la-
tes in temporibus aduerſis?
2 Impii ſuperbe inſectantur in-
opes, ſuis ipſi conatibus capiendi.
3 Nam ſibi placet impius in ſua libi-
dine, et ſibi Iouæ contemtor auarus
4 gratulatu . Impius, (qua eſt arro-
gantia, non ſolum Deo non ſtudet,
verum etiam omnes eius conatus
eo ſpectant, nullus vt Deus eſſe vi-
deatur. Eius facta ſemper atrocia 5
ſunt: et ſublatis ab eius conſpectu
tuis placitis, omnes infeſtos ſuos
floccifacit. Et quoniam in malo 6
non eſt, numquam ſe conuellendum
cogitat. Periurio plenum os ha- 7
bet, fraudibusque et perfidia: ſub-
eſt eius linguæ facinus atque ſcelus.
Subſidet in inſidiis triuiorum, ex 8
occulto occiſurus inſontes, oculis
in deſertos intentis. Inſidiatur ex 9
occulto, veluti leo ex luſtris: inſi-
diatur ad inopes inuadendos: ino-
pes inuaſurus, in ſuum rete pertra-
ctos. Contrahit humiliter ſe, vt 10
eius impotentia cadant derelicti:
cogitans, Deum immemorem eſſe, 11
abditoque vultu, numquam hæc ad-
ſpecturum. Surge, Ioua Deus, 12
effer manum tuam, noli inopum
obliuiſci. Cur Deum contemnat 13
impius, te non eſſe animaduerſu-
rum, cogitans? Vides enim, et ita 14
facinoroſam cernis improbitatem,
vt eam in poteſtatem tuam redigas:
tu derelictorum tutor, et pupillo-
rum defenſor. Frange *d* brachium 15
impiorum atque peruerſorum, ita
vt eorum impietas, ſi quæratur, non
exſtet. Ioua, tu rex es in omnem 16
æternitatem, cuius de terra pere-
unt gentes. Inopum vota exaudis, 17
Ioua, eorum mentes componens,
aurem præbens, pupillis, tenui- 18
busque patrocinans, ne deinceps
amplius terreſtres graſſentur ho-
mines.

PSAL. XI.

In inclementes Dauid profugus. Ex Ioua merentis conſolatio, Iouæ iuſtitia, et iuſtorum pæces.

Præcinendum Dauidis. 1
QVum Iouæ confidam, cur ani- 2
mæ meæ ſic dicitis? faceſſe
in veſtrum montem volucris.
Ecce autem arcus intendunt impii, 3
adaptatis ad neruum ſuis ſagittis,
vt

d) vires, et (vt loquuntur Latini) neruos.

vt clam in homines frugi iaculen-
tur. Quod [e] ſi fundamenta diruun-
tur, quid agent iuſti? Ioua in ſuo
ſacro palatio, Ioua in cælis habens
ſolium, ſuis oculis adſpicit, ſuis lu-
minibus hominum genus probat.
Ioua, iuſtos adprobans, impios
autem et iniuſtitiæ amantes, animi
odio proſequens, [f] in impios ten-
diculas, ignem, ſulphur, atrocem-
que ventum depluet, * hæc ſors eſt
eis exantlanda. Iuſtus enim Ioua
virtutes amat, præſensque probita-
tem contemplatur.

PSAL. XII. 12

Dauidis queſtus de piorum inopia. In adulatores imprecatio. Deus pro merentibus, certæ iouanæ promisſiones. Ad Iouam rex pro perturbatis.

Præcinenda ad octauam cantio Dauidis.

SVccurre, Ioua: nam defecere
pii, deſierunt fideles esſe in ho-
minum genere. Nequiter lo-
quuntur inter ſeſe blandis labris,
mente duplici loquuntur. Exſcin-
dat Ioua omnia blanda labra, lin-
guam magniloquam, ita dicenti-
um: nos linguis noſtris pollebi-
mus: labra noſtra penes nos ſunt:
quis noſter eſt dominus? Propter
inopum calamitatem, propter ege-
norum gemitum, iam iam ſe ſur-
recturum Ioua promittit, et eis ſa-
lutem contra illos eorum contemto-
res adlaturum. Promisſa Iouæ
promisſa pura ſunt, vt in argillacea
exploratum fornace argentum, ſe-
pties perpurgatum. Tu Ioua,
conſerua eos, tuere nos ab hac na-
tione in perpetuum. Vbique ob-
uerſantur impii, dum extollitur
apud hominum genus nequitia.

PSAL. XIII. 13

Ad Iouam fere oblitum querela. Oratio vehementior.

Præcinenda cantio Dauidis. 1

QVousque tandem Ioua, imme- 2
mor eris mei? quousque mi-
hi tuum vultum ſubtrahes? 3
Quem ad finem interim animo ſol-
licitus, mente anxius ero? quouſ-
que mihi meus inſultabit hoſtis?
Reſpice, exaudi me, Ioua mi Deus, 4
illuſtra meos oculos, ne mortem
dormiam: ne meus hoſtis me a ſe 5
victum iactet: ne, me labefacto,
mei exſultent aduerſarii. Ego vero 6
tua fretus clementia, in tuo præſidio
mente exſultabo, Iouam ſic de me
promeritum canens.

PSAL. XIIII. 14

In atheos rex. Contra deriſores bonorum Deus. Vnctum exſpectans Dauid.

Præcinendum Dauidis. 1

COgitant cum animis ſuis inſa-
ni, non esſe Deum: adeo de-
prauata et deteſtanda ſunt na-
tura, vt nullus recte faciat. Ioua 2
de cælo deſpexit hominum genus,
vt videret, num quis ita ſaperet, vt
Deum curaret. Vniuerſi, (proh 3
ſcelu!) deflexerunt, vt non ſit, qui
recte faciat? ne vnus quidem. An 4
non intelligunt tot malefici, qui
meos comedunt, ſeſe [g] panem com-
esſe Iouæ, quem non inuocant?
Sed aliquando pauore corripientur: 5
nam Deus adeſt generi iuſtorum.
Vos inopum conſilium turpificatis, 6
quod eorum fiducia Ioua ſit. Quis 7
ex Sione ſalutem det Iſraelitis? vt,
Ioua ſuos reuocante captiuos, ex-
ſultent Iacobæi, lætentur Iſraelitæ?

PSAL. XV. 15

Fidelium quale ingenium in ſacro monte.

Dauidis cantio.

IOua, quis deget in tabernaculo 1
tuo? quis in tuo ſacro monte
habitabit? Qui ſincere ſe gerit,
æquumque facit, et verum ex ani- 2
mo

[e]) ſi ego qui tibi confido, tamen pereo: cui confident viri boni, hoc fiduciæ fundamento quaſi labefactato. [f]) Adludit ad Ioſ. 10. [g]) a Ioua ali, vide Pſ. 4. et 53.

3 mo loquitur. Qui lingua ſua non
detrectat: non maleſacit alteri:
4 dedecus aliis non imponit. Qui
improbos deſpectui habens, Iouæ
reuerentes honorat: * quodque iu-
5 rauit alteri, non reuocat. Non
pecuniam ſuam fenerat, non do-
num aduerſus innocentem accipit.
6 Hæc qui facit, numquam conuel-
letur.

PSAL. XVI.

Ad Iouam precatio. Rex inutilis. Non confugientium ad Iouam infelicitas. Cuſtos, et patrimonium regis Ioua. Rediuiuus Chriſtus.

1 Dauidis ſegmentum.
2 CVſtodi me, o Deus, qui tibi
3 confido. Quique Iouæ ſic
dico: quum tu ſis Dominus,
meorum bonorum non indigus:
4 ego me ſanctis et nobilibus in ter-
5 ra verſantibus vnice oblecto. At
eorum, qui multo cum labore alio
properant, neque libamina cruenta
libo, neque nomina meis vſurpo
6 labiis. Tu Ioua, qui mihi pro
legitima poſſeſſione et conditione
7 es, meam ſortem ſuſtines. Accidit
mihi amœna regio: euenit mihi
8 elegans hereditas. Grates ago Io-
uæ, qui mihi ſic conſulit, *h* vt et-
iam mei renes me noctu caſtigent.
9 Iouam mihi iugiter habeo propo-
ſitum, quo mihi dextro non labe-
10 fiam. Itaque non tantum animo
et mente lætor, et exſulto, verum
etiam ipſum corpus meum tuto
degit: quoniam tu non es animam
meam relicturus orco, non es paſ-
ſurus, vt pius tuus corruptionem
11 patiatur. Sed me vitæ viam do-
cebis tu, apud quem plena gaudio-
rum adeſt copia, cuius in dextra
perennes ſunt voluptates.

PSAL. XVII.

Ad Iouam Dauid in diſcrimine. Innocentia profugi. Impiorum inſolentia, et potentia. Implorans opem rex. Pœnas dignas luens Dauid. Iouana facies.

Dauidis precatio.
AVdi, Ioua, innocentiam, atten- 1
de meæ querimoniæ: auſculta
precibus, quas non fallacibus
profero labiis. A te meum ius 2
proficiſcatur: ſpectent oculi tui
æquitatem. Probes licet meum 3
cor, et me nocte adgreſſus explores:
non deprehendes, me aliud in pe-
ctore, aliud in ore habere. Quod 4
ad hominum facta attinet, ego ex
tuorum labiorum ſententia inhu-
manorum vias euito. Suſtine gres- 5
ſus meos in tuis orbitis, ne mea la-
befiant veſtigia. Ego te ideo in- 6
uoco, quoniam tu mihi exoraris,
Deus: præbe mihi tuam aurem, et
exaudi meam orationem. Vtere 7
tua mirifica clementia, qui tua fre-
tos dextra defendis ab inſurgenti-
bus in ipſos. Cuſtodi me, vt oculi 8
pupillam, abdens me in alarum
vmbra tuarum, ob impios, qui 9
me infeſtant: ob hoſtes meos, qui,
meæ necis cupidi, me circumual-
lant: et, ore obeſitate farcto, ſu- 1
perbe loquuntur: iamque gres- 1
ſus noſtros obſident, oculis ita com-
poſitis, vt ad terram conquiniſcant:
ſimiles rapturienti leoni, aut in 1
latibulis ſedenti leunculo, exſur- 1
ge, Ioua: præuerte atque perdoma
illos: defende hanc animam ab 1
impiis, gladio tuo: a mortalibus, 1
manu tua, Ioua, a mortalibus mun-
danis, qui ſua habent in hac vita,
te eorum ventres de tuo penu ita
replente, vt ſatientur inde nati, re-
liquiasque ſuas poſteris ſuis relin-
quant. At ego per iuſtitiam vul- 1
tum tuum videbo, *i* tum ſatiandus,
quum tua experrecta fuerit imago.

PSAL. XVIII.

Euaſio Dauidis. Actio gratiarum ad Iouam. Iouana contra impios ira. Puritas Dauidis.

h) vt meæ nocturnæ coërceantur libidines: nam renes pro cupiditate dicuntur et 4 Esdr. 5. *i*) per Chriſti reſurrectionem, qui Dei imago eſt, plenam conſecuturus iuſtitiam et felicitatem.

uidis. Benignitas in probos Iouæ. Irreprenenſibilis Ioua. Celebrandus Deus.

1 Præcinendum cultoris Iouæ Dauidis, qui Iouæ huius verba carminis dixit, quum eum Ioua liberasſet, quum a ceteris omnibus eius hoſtibus, tum a Saulo,

ADamo te, Ioua, meæ vires.
Ioua mea rupes eſt, arx mea,
meus liberator, meus Deus,
meum numen, cui confidam, meus
clipeus, et meæ cornu ſalutis, me-
umque propugnaculum. Quem
Iouam quum laudatum inuoco, de-
fendor a meis hoſtibus. Quum
me mortis lora circumcingerent,
improborum torrentes turbarent,
orci lora circumdarent, mortis la-
quei præpedirent: in hac mea
anguſtia inuocatus a me Ioua, im-
ploratus a me Deus meus, meam
vocem de ſuo exaudiuit palatio,
meaque ad eum querimonia ad eius
peruenit aures. Tum commota
tellus contremiſcere, et concus-
ſæ montium moles cohorreſcere:
namque iratus ille, fumum nari-
bus exhalans, ardentem ignem fau-
cibus eiaculans, et carbonibus ex-
ardeſcens, proclinato cælo de-
ſcendebat, ac, ſubiecta pedibus ſuis
caligine, in Cherubo inequitans
volabat, ſeque alis venti librabat.
Circumdederat autem ſibi quaſi
latebram tenebrarum, atrarumque
aquarum, et ætheriarum nubium
quaſi vmbraculum. Quibus nu-
bibus ad eius præſentiæ fulgorem
discusſis, grando et candentes emi-
cabant carbones. Tum Ioua ſu-
premus de cælis intonare, cumque
fragore grandinem et igneos agere
carbones. Telaque ſua iaculans
illos disſipare, et crebris reddere
fulguribus attonitos. Ad has Io-
uæ minas, et ſpirantem ex eius na-
ribus ventum, aperti ſunt aquarum
gurgites, et fundamenta patefacta
mundi. Tum ille me deſuper re-
cipiendum, et ex tam multis aquis
curauit extrahendum, me libe- 18
rauit ab hoſte meo tam valido, ab
aduerſariis meis, qui erant me po-
tentiores. Illi quidem me meo 19
periculoſisſimo tempore inuaſe-
rant: ſed Ioua mihi adminiculatus,
me in apertum eduxit, et pro ſuo 20
erga me fauore tutatus eſt. Re- 21
muneratus eſt me Ioua digna mea
innocentia mercede, et digno mea-
rum manuum puritate præmio ad-
fecit. Nam Iouæ præſcripta con- 22
ſeruaueram, nec impius erga Deum
meum fueram. Quin eius omnia 23
iura mihi habueram propoſita, nec
eius inſtituta a me reieceram: ſed
erga eum integer, a vitio me abs-
tinueram. Ergo mihi Ioua di- 24
gnum innocentia mea, et manuum
ſinceritate ſibi perſpecta, præmium
rependit. Tu te benignis beni- 25
gnum, integris viris integrum,
puris purum, peruerſis intractabi- 26
lem præbes. Nam et inopes homi- 27
nes defendis, et ſuperborum depri-
mis ſupercilia. Etenim tu mihi 28
k lucem accendis, tu Ioua mi Deus,
meas tenebras lumine disiicis. Ergo 29
per te cuneos perrumpo, per Deum
meum transſilio muros: cuius Dei 30
ratio ſimplex, cuius Iouæ promisſa
proba ſunt: qui omnibus ſibi fi- 31
dentibus eſt quaſi clipeus. Nam 32
quis eſt Deus præter Iouam? quod
eſt numen, excepto Deo noſtro?
Qui Deus me viribus accingit, et 33
mores meos reddit integros: qui 34
meos pedes ceruinos efficiens, in
edita me loca ſiſtit: qui manus 35
meas ad bellum ſic edocet, * ferreos
vt arcus hisce frangam lacertis.
Tu mihi defenſionis tuæ clipeum 35
ſubminiſtras. Tu me tua et dextra 37
ſuſtentas, et manſuetudine auges,
adeoque gresſus meos ſub me ex- 38
plicas, vt mea non titubent veſtigia.
Ergo meos perſequens hoſtes adſe- 39
quor, nec niſi confectis illis reuer-
tor: et eos ita trucido, vt ſurgere 40
nequeant, mihi ſub pedes collapſi.

k) auxilium fers.

41 Tu mihi, virtute ad bellum accin-
ćto, meos aduerſarios ſubiicis:
42 mihi hoſtes terga dare cogis, ita vt
43 infeſtos meos euertam. Inuocan-
tes illos quidem, ſed indefenſos, Io-
44 uam, ſed non exaudientem, dum
ego eos quaſi puluerem in auras
comminuo, et tamquam vicorum
45 lutum contundo. Tu me ex po-
puli ſeditionibus liberas, et gentium
46 caput efficis, adeo vt mihi ignoti
ſeruiant homines, et ad nutum obe-
47 diant. Genus extraneum mihi
perdomatur: genus extraneum con-
cidit, intra ſua clauſtra formidans.
48 Viue Ioua, tibi grates numen me-
um, extollendus es Deus meæ ſalu-
49 tis, Deus, qui mihi ſupplicia ſu-
50 mere das, populoſque domas: qui
me ex hoſtibus meis eripis, ab in-
fenſis meis vindicas, a crudeli ho-
51 mine liberas. Quare te celebrabo
apud gentes, Ioua, tuum nomen
52 cantans. Qui tantas regi tuo vi-
ćtorias concilies, in vnćtum tuum
Dauidem, inque eius ſtirpem bene-
ficia conferens æterna.

PSAL. XIX.

Iouanam gloriam celebrantia ſidera. Legis abſolutio. Veniam ſcelerum poſtulans rex.

1 Præcinenda cantio Dauidis.
2 CAeli enarrant Dei gloriam, et
opus eius manuum oſtendit
3 æther. Cuius rei cognitio-
nem parit dierum nośtiumque vi-
ciſſitudo, quaſi fundens orationem:
4 idque ita, vt nullus ſermo, nulla
lingua ſit, vbi non audiatur eorum
5 vox: quorum regula ad omnes
terras, quorum oratio ad vltimum
pertingat orbem: in illis quidem
6 tabernaculum poſuit ſolis, qui
quaſi ſponſus prodit ex ſuo lećto ge-
niali, exſultans vt athleta ad decur-
7 rendum curriculum. Atque ab
vltimis cæli carceribus profećtus,
ad alterum pergit extremum, nec
quidquam eſt, quod eius lateat ar-
dorem. Iouæ lex integra ani- 8
mum recreat: Iouæ fidum oracu-
lum ex infante reddit ſapientem.
Iouæ mandata reća mentem exhi- 9
larant: Iouæ pura diſciplina illu-
ſtrat oculos. Iouæ caſtus metus 10
perpetuo manet: Iouæ ſententiæ 11
veræ ſimul et æquæ ſunt, longe 12
et auro obrizoque iucundiores, et
fauorum dulciores nećtare. Et 13
quidem ego tuus eis inſtrućtus
ſum, in quibus ſane obeundis am-
plum quæritur præmium. Sed 14
errores quis perſpiciat? ab occultis
expia me, tum etiam ab eis, quæ 15
volens commiſi, vindica tu me,
ne dominentur in me: tum inte-
ger ero, et a tot peccatis innocens.
Mastę eſto hac et oris mei oratio- 16
ne, et mentis cogitatione, Ioua
meum numen, atque vindex.

PSAL. XX.

Populi ad Iouam preces pro rege. Populi ſpes vrgens in hoſtes.

Præcinenda cantio Dauidis. 1
EXaudiat te Ioua temporibus ad- 2
uerſis: protegat te nomen Dei
Iacobæorum. Mittat auxi- 3
lium tibi ex ſano, ex Sione tibi opi-
tuletur. Memor ſit tuorum tot 4
fertorum, hoſtiamque tuam ¹ vertat
in cinerem. Sela. Det tibi, quod 5
habes in animo, et omne tuum con-
ſilium perficiat. Nos in tua vi- 6
ćtoria ouabimus, in Iouæ Dei no-
ſtri nomine ſigna extollentes, qui
Ioua omnia poſtulata tua perficiat.
Nunc intelligimus, Iouam, de ſuo
ſanćto cælo exoratum, defendere 7
vnćtum ſuum, ſalutaris dextræ ſuæ
viribus. Alii currus, alii equos: 8
at nos Iouæ Dei noſtri nomen me-
moramus. Illi ſubaćti cadent: at
nos erećti conſiſtemus, Ioua re- 9
gem defendente, et nos inuocantes 10
exaudiente.

PSAL.

¹) hoc eſt, ea placetur.

PSAL. XXI.

Populi de victoria gratiarum actio ad Iouam. Rex æquus Ioue donum. Impiorum exitus quais

1 Præcinenda cantio Dauidis.
IOua, in tua potentia gaudet rex,
inque tua defenſione exſultat
2 maiorem in modum: vt cui tu
mentis optata conceſſeris, nec ora-
tionis poſtulata denegaueris. Sela.
3 Nam eum egregiis adfeciſti benefi-
ciis, eiusque capiti auream impo-
ſuiſti coronam: et, vitam a te ro-
ganti, ætatis longitudinem dediſti
perennem. Magna eius eſt tuo
præſidio gloria, qui præter decus
et auctoritatem, quam ei tribuiſti,
etiam fauſtitatem concilies æter-
nam, eum tui voluptate vultus læ-
tificans. Nam Ioua, ſupremique
clementia fretus rex, non conuel-
letur. At hoſtes tuos omnes ad-
ſequetur iſta manus: iſta dextra tu-
os aduerſarios deprehendes: eos-
que tum, quum iraſceris, o Ioua,
quaſi in ardentem redactos forna-
cem, ira tua conficies, atque igne
conſumes: eorumque fetum ex
orbe terrarum, eorum ſtirpem ex
hominum genere tolles. Moliun-
tur enim tibi malum, conantur ſce-
lus, quod non poterunt. Nam tu,
eis pro ſcopo collocatis, recta in
eos tuis neruis collineabis. In-
ſurge, Ioua, cum tua potentia:
nos tuam carminibus virtutem can-
tabimus.

PSAL. XXII.

Ad Iouam in anguſtiis Dauid. Chriſti languentis imago. Vulgi et principum contumeliæ. In Deo ſpes omnis. Hoſtium copia, atque vis. IEſu Chriſti vota. Quæ regni iouani amplitudo.

Præcinenda * ſuper auroræ cerua,
cantio Dauidis.
MI Deus, mi Deus, cur me de-
reliquiſti? cur a meis verbis
querulis remota ſalus eſt?
Ego voco, mi Deus, interdiu, nec
tu exaudis: noctu et quidem ſine
vlla intercapedine. Atqui tu ſan- 4
ctus ille manes, laus Iſraelitarum.
Tibi confiſi ſunt maiores noſtri, et 5
tu confidentes liberaſti. Te in- 6
uocantes liberati ſunt: tibi confi-
dentes non ſunt fruſtrati. At ego 7
vermis ſum, non homo: hominum
opprobrium, et populi contemtus.
Quicumque me vident, ſannis et 8
capitis nutu ſic illudunt: Ioua ni-
xus eſt, liberet eum, eripiat eum,
poſtquam eius tam cupidus eſt.
Tu quidem is es, qui me ex aluo 9
extraxiſti, qui mihi etiam ſub ma-
ternis vberibus fiduciam dediſti.
Tibi iam ab vtero commiſſus ſum, 10
ab aluo matris meæ tu mihi Deus es.
Noli a me abeſſe in tam præſenti 11
periculo, ſubueniente nullo. Tot 12
me tauri circumdant, opimi boues
m baſanici circumſident, faucibus in-
hiant mihi leones rapaces et rugi-
entes. Diffluo vt aqua: diſſoluun- 13
tur omnes artus mei: cor mihi me-
diis in viſceribus quaſi cera colli-
queſcit. Areſcunt tamquam teſta 14
vires meæ: lingua mihi faucibus
adhæret: denique tu me in mortis
cinerem redigis. Circumſiſtunt 15
enim me canes, me circumuallat
improborum caterua, qui mihi ma-
nus et pedes perfoderunt. Enu- 16
merare poſſem omnia oſſa mea,
ipſi me intuentes adſpiciunt: me- 17
aque inter ſeſe veſtimenta partiti,
ſuper veſte mea ſortem iecerunt.
Tu vero, Ioua, abeſſe noli: o 18
meæ vires, ad ſuccurrendum mihi
feſtina: eripe animam meam ex 19
gladio, hanc vnicam ex caninis vn-
guibus. Defende me ab ore leo 20
nis: adſere me a cornibus monoce-
rotiis. Prædicabo nomen tuum 21
meis fratribus, in medio te cœtu
collaudans. Qui Iouam reuere- 22
mini, laudate eum: hunc omnes
Iacobi poſteri honorate, hunc for-
mida omnis iſraelitica progenies:
qui quidem inopum inopiam non 23

m) pingues, quales fert baſana regio.

deſpiciat aut abhorreat: nec eos
auerſetur, ſed clamantes exaudiat.
24 * A te mea laudatio in frequenti
conuentu, dum mea vota reddam
25 apud tui reuerentes. Comedent
inopes ad ſatietatem: Iouam lau-
dabunt eius ſtudioſi, animiſque vi-
26 uent in perpetuum. Iouæ me-
mores ad eum ſe conuertent omnes
orbis regiones, et te coram omnes
27 gentium nationes adorabunt: Io-
ua regnum tenente, et gentibus
28 imperante. Comedent, et ado-
rabunt omnes orbis opulenti, ei ſe
ſubmittent omnes, qui in pulue-
29 rem rediguntur: eorumque pro-
genies, quorum vita non perdurat,
eum colent, et Domini fiet in futu-
30 rum mentio: venientque, qui
poſteris exponant, qua ſit vſus
iuſtitia.

PSAL. XXIII. 23

Paſtor et grex. Iouana prouidentia. Aeterna miſericordia clementiaque.

1 Dauidis cantio.
PAſtor meus eſt Ioua, nihil mihi
2 deeſt: In graminoſis paſcuis
me ſtabulat: me ad tranquillas
3 ducit aquas, meum recreat ani-
mum, me per iuſtitiæ ſemitas pro-
4 pter ſuum nomen deducens. Ita-
que licet per atram letiferamque
vallem ingrediar, nihil mali metu-
am, quod tu mihi adſis, meque tua
5 virga conſoletur et pedum. Tu
mihi menſam inſtruis in aduerſari-
orum conſpectu meorum, meum-
que caput vnguento perungis, exu-
6 berante meo poculo. Quin etiam,
me bonitas et benignitas, quamdiu
viuam, ſequetur, incolamque Iouæ
domum longo æuo.

PSAL. XXIIII. 24

Creatura omnis Dei eſt. Sionis gratia apud Iouam, et populi ſelecti. Templi capita conſtructio.

Dauidis cantio. 1
IOuæ eſt terra, et quidquid ea
continetur: orbis, et eius in-
colæ. Nam ipſe eam ſuper ma- 2
ri n fundauit, ſuperque fluminibus
fixit. Quis adſcendet in montem 3
Iouæ? quis in eius ſacro loco ſtabit?
Qui et inſontibus manibus, et pu- 4
ra mente præditus eſt: * qui non ani-
mo ſuo ad nequitiam vtitur, neque
malitioſe iurat. Is a Ioua felici- 5
tatem, a Deo ſeruatore ſuo benefi-
centiam conſequetur. Hoc eſt ge- 6
nus ſtudioſorum Iouæ, videlicet
Iacobæorum, qui ſunt eius præſen-
tiæ cupidi. Sela. Attóllite portæ 7
capita veſtra: efferte vos aditus æ-
terni, rex vt glorioſus intret. Quis 8
eſt iſte rex glorioſus? Ioua potens,
et fortis, Ioua fortis bellator. At- 9
tollite portæ capita veſtra, efferte
vos aditus æterni, rex vt glorioſus
intret. Quis eſt iſte rex glorioſus? 10
Ioua armipotens rex eſt glorioſus.
Sela.

PSAL. XXV. 25

Vexatus Dauid ad Iouam vt inſtituatur. Diuina bonitas, viæ. Piorum beatitudo. Veniam ſcelerum poſtulat Dauid.

Dauidis. 1
o AD te, Ioua, animum meum
attollo, tibi, mi Deus, con- 2
fido, effice, ne fruſtrer, ne
mihi inſultent hoſtes mei. Et ſa- 3
ne, quicumque in te ſperant, non
fruſtrantur: fruſtrantur perfidioſi
nequam. Vias tuas ostende mihi, 4
Ioua, ſemitas tuas doce me. Di- 5
rige me per tuam veritatem, me
docens: nam tu Deus es meæ ſalu-
tis, in quo perpetuam ſpem habeo.
Memento tuæ miſericordiæ, Ioua, 6
atque benignitatis, quæ ſunt ab o-
mni æternitate. Meæ iuuentutis 7
peccata atque delicta meminiſſe
noli, vt poſtulat tua clementia:
memento mei pro bonitate tua,
Ioua. Bonus et æquus eſt Ioua, 8
itaque

n) mare fluminaque ſupereminentem.

o) Huius carminis verſus in Hebræo ſcripti ſunt ordine litterarum.

9 itaque ſontes, viam docet: inopes
ad æquitatem dirigit, eosque ſuam
10 docet viam. Omnes Iouæ ratio-
nes clementia ſunt, et veritas iis,
qui eius fœdus et oracula conſer-
11 uant. Propter nomen tuum, Io-
ua, da veniam meæ culpæ, quæ
12 multa ſane eſt. Si quis homo eſt,
qui Iouam metuat, huic ille viam
13 demonſtrabit, quam eligat. Et
ipſe in bonis verſabitur, et eius po-
14 ſteritas terram poſſidebit. Iouæ
metuentibus patefit eius arcanum,
15 atque fœdus. Iouam in oculis
ſemper habeo: nam is meos pedes
16 explicat ex retibus. Reſpice me,
et miſerere mei, qui deſertus et in-
17 ops ſum. Ingentibus animi pre-
mor angoribus: educ me ex meis
18 periculis: adſpice meam miſeri-
am et labores, et ignoſce meis o-
19 mnibus peccatis. Adſpice, quam
multi ſint hoſtes mei, qui me atro-
20 ci perſequuntur odio. Serua hanc
animam, et me libera, ne me tibi
21 confidiſſe pudeat. Conſeruent
me integritas et æquitas, qui in te
22 ſpem habeam. Vindica, Deus,
Iſraelitas ex omnibus eorum an-
guſtiis.

PSAL. XXVI.

Ad Iouam Dauid, vt iudicet cauſſam ſuam. Innocentia perculſi, ſacrificiaque.

1 Dauidis.

PAtrocinare mihi, Ioua, qui me
innocenter gero, immotam in
2 Ioua fiduciam habens. Ex-
perire et tenta me, Ioua, meos p) re-
3 nes atque cor explorans. Equi-
dem benignitatem tuam mihi ob
oculos poſitam habeo, et in tua ve-
4 ritate verſor. Non ago cum ho-
minibus nequam: non cum faci-
5 noroſis verſor. Odi cœtum ma-
6 lorum, cum impiis non ago. La-
uo meas manus innocentia, et a-
7 ram tuam, Ioua, circumdo, vt lau-
des voce perſonem, et tua tot enar-
rem miracula. Ioua, amo tui fa- 8
ni domicilium, tuique glorioſi lo-
cum tabernaculi. Noli meam ani- 9
mam ad improbos, vitam ad ſan-
guinarios adgregare: quorum 10
manus flagitiis, quorum dextræ
corruptelis refertæ ſunt. Ego me 11
gero innocenter, adſere me, et
miſerere mei. Pes meus recte 12
conſtat, in cœtibus agam Iouæ gra-
tias.

PSAL. XXVII.

Ex diſcrimine Dauid ad Iouam. Regis in Deum ſtudium, deſiderium reditus ad cœtum piorum. Implorat opem a Ioua rex. Cohortatio ad Iouam inuocandum.

Dauidis, *G.* cantio priusquam vn- 1
geretur, *H.*

IOua mea lux et ſalus eſt, ecquem
metuam? Ioua meæ vitæ firma-
mentum eſt, ecquem formidem?
ſi me ſcelerati, aduerſarii et hoſtes 2
mei inuadant, vt meum corpus
comedant, offenſuri ſint atque ca-
ſuri. Si contra me caſtra fiant, 3
non metuam animo: ſi in me bel-
lum ſurgat, tamen confidam. V- 4
num a Ioua petii, idemque oro, vt
in Iouæ domo per omnem vitam
meam habitem: Iouæ contem- 5
plans amœnitatem, et eius cellam
perluſtrans. Is enim me tempori- 6
bus aduerſis abdit in ſuo tentorio:
me abſcondit in tabernaculi ſui late-
bra, me in rupem euehit. Iam-
que meum caput efferet ſupra meos 7
hoſtes, qui me circumſiſtunt, ita-
que in eius tabernaculo mactabo vi-
ctimas adoreæ, canens, cantansque
Iouam. Exaudi, Ioua, meam
inuocantis vocem, miſerere mei, 8
exoratus a me. Sic animo cogito,
velle te tuum quæri conſpectum: 9
tuum conſpectum, Ioua, quæro.
Noli tuum mihi conſpectum ſub-
trahere, noli me tuum iracunde 10
auerſari, qui meum ſis præſidium;
ne me deſertum relinque, Deus meæ
ſalutis. Nam etiamſi me pater,
ma- 11

p) adfectus atque mentem.

materque deſerant, tu me, Ioua, re-
12 ceptas. Doce me, Ioua, tuam vi-
uendi viam, et me recta ſemita de-
duc, propter meos aduerſarios.
13 Ne me hoſtium meorum libidini
dedito: nam in me ſurgunt falſi
teſtes, et eſt, qui crimen conflet.
14 Quamquam confido, me Iouæ bo-
na viſurum in terra viuentium.
15 q Spem habe in Ioua, fortis et con-
ſtantis animi esto, in Ioua ſpem
habens.

PSAL. XXVIII. 28

Exſul Dauid, ad Iouam preces in impios. Implorata contra hoſtes vindicta. Gratiarum actio de liberatione.

1 Dauidis.

TE, Ioua, inuoco, meum nu-
men: noli te mihi præbere
ſurdum, ne neglectus a te r fi-
am, quales, qui deſcendunt in bara-
2 thrum. Exaudi meam vocem ſup-
plicem, qua te, ſublatis ad tuum
ſacrum penetrale manibus, implo-
3 ro. Noli me impiorum et male-
ficorum habere numero, qui cum
aliis amice loquentes, malitiam ge-
4 runt in pectore. His tu digna ſuis
factis, et morum prauitate præ-
mia repende: hos, vt poſtulant eo-
5 rum actiones, remunerare: his
dignam ipſorum meritis ſolue mer-
cedem: qui Iouæ facta et manuum
opera non perpendant, idcirco per
6 eum a ſtirpe euertendi. Gratias
ago Iouæ, qui meam ſupplicantis
7 vocem exaudiat. Ioua meæ vires
et clipeus eſt, cui animo confido:
a quo adiutus, animo exſulto, eum-
8 que meo carmine celebro. Ioua
ſuorum potentia eſt, et victoriarum
9 vncti ſui firmamentum. Serua
tuos, tuæque hereditati faue, eos
regens atque euehens in perpe-
tuum.

PSAL. XXIX.

Ad reges Dauid, vti bona Iouæ accepta referant. Dei omnipotentia.

Dauidis cantio, *G.* incenſionis ta- 1
bernaculi, *H.*

TRibuite Iouæ, o diuum genus,
tribuite Iouæ gloriam atque
potentiam. Tribuite Iouæ 2
nomini gloriam, colite ſacra præ-
ditum maieſtate Iouam. Iouæ 3
s ſonitus aquis incumbit, Deus glo-
rioſus tonat, Ioua multis incum-
bit aquis. Iouæ ſonitus robore, 4
Ioua ſonitus præditus eſt auctorita-
te. Iouæ ſonitus frangit cedros, 5
perfringit Ioua cedros Libani:
efficitque, vt vitulorum ritu ſubſili- 6
ant Libanus et Sarion, more pullo-
rum vnicornium. Iouæ ſonitus 7
flammas erumpit igneas, Iouæ ſoni-
tus tremefacit ſaltum, tremefacit
Ioua ſaltum Cadem. Iouæ ſonitus 8
ceruas parere facit, ſiluasque nudat,
cuius gloriam in eius fano cuncti
prædicent. Ioua manet in nimbis, 9
et manet Ioua rex in ſempiternum.
Ioua ſuis potentiam dat, Ioua ſuos 10
pace felicitat.

PSAL. XXX.

Ad Iouam gratiarum actio, laudes. Excitatis mortales ad Iouæ laudes. Rerum immutationes multarum.

Cantio carminis dedicationis do- 1
mus Dauidis.

EXtollam te, Ioua, qui me adle- 2
uaueris, neque meos hoſtes de
me lætificaueris. Ioua mi 3
Deus, tu me inuocantem ſanaſti:
tu Ioua, meam animam reuocaſti 4
ab orco, et me a funere vindicaſti.
Cantate Iouam vos eius pii, eius ſa- 5
cram celebrantes memoriam:
cuius ea eſt et iræ breuitas, et fauo- 6
ris longinquitas, vt, ſi veſpere fle-
tus incumbat, adſit mane lætitia.
Equidem quum in tanta felicitate 7
fuiſſem, vt mihi numquam labefa-
ctandus viderer, (quandoquidem 8
tu, Ioua, pro tuo fauore t meum
montem in tuo collocaueras) de-
inde, te vultum tuum abſcondente,
per-

q) ſe ipſum adloquitur. r) moriar. s) hoc eſt tonitru. t) me in tuto monte.

9 perturbatus eſſem. Inuocaui te,
Ioua, ſupplicaui Domino in hunc
10 modum: quodnam futurum eſt
in meo lucrum ſanguine, ſi ad interitum adactus fuero? num quid
te puluis celebrabit? numquid tu-
11 am fidem prædicabit? Exaudi,
Ioua, et miſerere mei, teque mihi
12 defenſorem præbe, Tum tu meum mærorem in chorum vertiſti,
meque exutum centone, amiciui-
13 ſti gaudio. Itaque ſine intermisſione honorifice cantaberis, Ioua
mi Deus, me tibi immortales agente gratias.

PSAL. XXXI.

Ad Iouam Dauidis in ſolitudine precatio, liberati gratiarum actio. Anguſtia circumuallati. In prauos imprecatio. Ad Iouam colendum cohortatio.

1 Præcinenda cantio Dauidis, *G.* ecſtaſis, *H.*

2 Tibi, Ioua, confido, ne me vmquam pudeat, me pro tua æquitate libera. Præbe au-
3 rem mihi, propera, me eripere: esto mihi firma rupes, tuta domus
4 ad me conſeruandum. Nam tu mihi petra et propugnaculum es,
qui me tui nominis cauſſa ducas
5 atque perducas: qui me ex reti expedias, quod contra me occultatur: quandoquidem tu meum es
6 firmamentum. Tibi in manum commendo ſpiritum meum: qui me redimis, Ioua Deus fidelis.
7 Odi eos, qui improbitatem nequiter retinent, ipſe Iouæ confidens.
8 Exſultabo lætus in tua clementia, qui meam reſpexeris inopiam, co-
9 gnitis animi mei angoribus: neque me in hoſtilem manum impegeris, ſed meos explicaueris pedes.
10 Miſerere mei, Ioua, qui tanta ſum in anguſtia, vt mihi præ mærore et oculi, et animus, et venter contabeſcat. Me præ ægritudine et gemitu vita deficit, et ætas: mihi
carpuntur in hoc ſupplicio vires, et
membra conſeneſcunt. Omnibus 12
inimicis meis oſtentui ſum, et maxime vicinis: abhorrent me mei 13
familiares: qui me foris vident, a
me recedunt. Animi obliuioni 14
traditus, perinde ac mortuus, ſum
quaſi vas perditum. Nam a mul- 15
tis audio contumelias, terrore circumfesſus conſpirantium contra
me, et mihi animam eripere conantium. Ego vero te, Ioua, fre- 16
tus, Deum meum adpello. Cu- 17
ius in manu *a* tempora ſunt mea: libera me ex hoſtium meorum manu, et ex meis infeſtis. Illuſtra 18
tuum me tuo conſpectu, conſerua
me pro tua clementia. Ioua, ne 19
fruſtrer, qui te inuoco: fruſtren- 20
tur impii, et compeſcantur orco.
Obmuteſcant labra mendacia, quæ 21
contra iuſtos arroganter et faſtidioſe dicunt atrocia. O quam mul- 22
ta ſunt bona tua, quæ tui metuentibus recondidiſti, quibus tibi confidentes adficis coram humano genere? Tu eos in tui conſpectus 23
latebra ſubtrahis hominum importunitatibus, eos quaſi tegmento protegens a linguarum iurgiis.
Gratias ago tibi, Ioua, qui tua 24
in me clementia mirifice vſus ſis
in vrbe munita: qui quum ego in 25
rerum mearum trepidatione putarem, me ab oculorum tuorum conſpectu eſſe reiectum, tamen
meam ſupplicem vocem a me imploratus exaudiſti. Amate Iouam 26
omnes eius pii, qui Ioua et fideles
tuetur, et ſuperbe agentes cumulate remuneratur. Este fortes, et 27
animis conſtantes, quicumque Iouam ſuſpicitis.

PSAL. XXXII.

Dauidis ægrotatio, preces ad Iouam. Quis iuſtus. Veniam exorans rex. Impiorum et ſelectorum diſcrimen.

Dauidis inſtitutio.

Beatus, 1

a) rerum ſtatus.

BEatus, cui remiſſum delictum,
cuius obductum eſt peccatum.
2 Beatus homo, cui non impu-
tat Ioua culpam, et cuius in animo
3 dolus non eſt. Equidem quum
tacitus totos dies ingemiſcerem,
ſublabebantur membra mea:
4 quumque me dies noctesque ma-
nus tua premeret, vertebatur ſuc-
cus meus in æſtiua cremia. Sela.
5 Ergo meum tibi peccatum decla-
raui, meam culpam non te celaui,
meum delictum Iouæ confitendum
eſſe duxi, et tu mei peccati culpæ
6 ignouiſti. Sela. Hanc ob rem te
pii omnes tempeſtiue precabuntur:
itaque quantumuis redundent [x] flu-
7 ctus, eos non attingent. Tu mi-
hi latebra es, qui me in rebus ad-
uerſis tueris, et liberationis oua-
8 tione circumfundis. Sela. Eru-
diam vos, et, qua via vobis ſit eun-
dum, oſtendam, vobis [y] oculo meo
9 conſulens. Nolite ſimiles eſſe e-
quis aut mulis, ratione carentibus,
quorum maxillæ frenis ſunt et lu-
patis coercendæ, ne quem inua-
10 dant. Multis doloribus adficien-
tur impii: qui vero Iouæ confidunt,
ii benignitate circumfundentur.
11 Gaudete in Ioua, et exſultate iuſti:
ouate omnes probæ mentis ho-
mines.

PSAL. XXXIII.

Inflammat ad Iouam celebrandum Dauid omnes. Ex creaturis creatoris omnipotentia. Diuina prouidentia. Humana conſilia. Felix natio. Refugium probis Ioua.

1 G. Dauidis cantio. H.
OVate, iuſti, in Ioua, probos
2 decet laudatio. Celebrate
Iouam cithara: hunc nablio
3 cantate decem chordarum. Hunc
canite nouo carmine, ſcite cum
4 læto ſonitu fidibus ludentes. Nam
Iouæ et dicta recta, et facta omnia
5 [z] vera ſunt. Amat iuſtitiam atque
ius: Iouæ benignitate plenus eſt
orbis terrarum. Ad Iouæ dictum 6
facti ſunt cæli, et ad eiusdem oris
ſpiritum omnes eorum copiæ.
Is maris aquas quaſi in cumulum 7
aceruauit, vndis in cellas condi-
tis. Ergo Iouam metuant omnes 8
terræ, hunc omnes reformident
habitatores orbis. Nam quod 9
ipſe dicit, id fit: quod iubet, ex-
ſiſtit. Ioua gentium conſilia dis- 10
ſoluit, populorum conatus reddit
irritos. Iouæ conſilium in ſem- 11
piternum: Iouæ mentis cogitata in
alias atque alias durant ætates. Fe- 12
lix eſt natio, cuius Ioua Deus eſt:
populus, quem ille ſibi poſſiden-
dum delegit. De cælis deſpectans 13
Ioua cernit omne genus hominum.
Ex habitationis ſuæ domicilio con- 14
templatur omnes orbis terrarum
incolas, quorum et corda finxit, 15
et omnia facta perſpicit. Non 16
rex copiarum multitudine ſerua-
tur, non miles virium præſtantia
liberatur. Fallax eſt equus ad de- 17
fenſionem, neque ſui magnitudine
roboris eripit ex periculo. Enim- 18
uero intentum habet oculum Io-
ua in ſui metuentes, in eos, qui
ſuſpiciunt eius clementiam: vt 19
eorum animas a morte liberet, eos-
que in fame conſeruet. Anima 20
nobis in Iouam ſpectat, adiuto-
rem et propugnatorem noſtrum:
in quo mente gaudemus, cuius ſa- 21
cro nomine confidimus. Vtere tua 22
erga nos, Ioua, clementia, vti nos
te ſuſpicimus.

PSAL. XXXIIII.

Euaſio Dauidis a rege Achis. Celebrandus Ioua, pro iuſtorum ſalute facilis. Piorum non vanæ preces.

Dauidis, quum geſtum ſuum apud 1
Abimelechum immutaſſet, atque
ita ab eo eiectus disceſſiſſet.
[a] AGam Iouæ gratias omni tem- 2
pore, eius laudes ſemper ha-
bens in ore. De Ioua me ia- 3
ctabo,

x) res aduerſæ. y) cura. z) æqua. a) Et hoc carmen apud Hebræos ſcriptum eſt ordine litterarum.

ctabo, quo audito lætabuntur ino-
4 pes. Magnificate Iouam vna mecum,
eiusque nomen pariter extollamus.
5 Iouam oraui, qui exoratus ex o-
mnibus me liberauit terroribus.
6 Hunc qui intuebuntur, renidebunt,
7 nihil vultu erubeſcentes. Hunc in-
opem Ioua inuocantem exaudiuit,
et ex omnibus vindicauit anguſtiis.
8 Circummunit Iouæ angelus eius
9 metuentes, atque defendit. Gu-
ſtate, et videte, quam bonus ſit Io-
ua, quamque felix ſit homo, qui ei
0 confidit. Reueremini Iouam vos
eius ſancti, nam eum reuerentibus
1 nihil deeſt. Etiam iuuenes leo-
nes penuria et fame laborant: at
Iouæ ſtudioſi nullo bono carent.
2 Adeſte, nati, audite me, dum vos
3 Iouæ metum doceo. Si quis es
homo vitæ cupidus, æui amans, vt
4 potiare bonis: contine linguam
tuam a malitia, et labia a loquen-
5 do fraudulenter. Abſtine a malo,
et fac bene: ſtude paci, eamque ſe-
6 quere. Habet Ioua intentos ocu-
los in iuſtos: et aures ad eorum
7 implorationem. Habet Ioua in-
tentam in maleficos faciem, vt eo-
rum memoriam ex terris exſtirpet.
8 Illos inuocantes exaudit Ioua, et
9 ex omnibus eripit anguſtiis. Ad-
eſt Ioua mente fractis, et animo
0 adflictos conſeruat. Quamuis mul-
ta ſint iuſtorum mala, ex omnibus
1 eos Ioua liberat, eorum mem-
bra omnia ſic ſeruans, vt eorum
2 nullum frangatur. Perimet im-
probitas impios, et euertentur iu-
3 ſtorum inimici. Adferet ſuorum
animam Ioua, nec quisquam euer-
tetur eorum, qui habent in eo fi-
duciam.

PSAL. XXXV.

Ad Iouam rex. Cauſſa iudex Ioua. Hoſtium prauitas. Regis innocentia. Hilaritatem procurans Dauid.

Dauidis.

Ontende, Ioua, cum iis, qui
contendunt mecum: pugna
cum meis oppugnatoribus.
Cape clipeum ſcutumque, et mihi 2
ſurge in auxilium. Haſtam expe- 3
di, et infeſtus occurre meis infeſtis,
pronuntians, mihi eſſe te meam
ſalutem. Turpiter fruſtrentur, 4
qui meæ neci ſtudent: fœde retro-
cedant, qui mihi malum cogitant.
Similes ſint aceri per auras, agitan- 5
te Iouæ angelo. Sit eorum via te- 6
nebricoſa, atque lubrica, perſe-
quente Iouæ angelo. Nam con- 7
tra me ſine cauſſa ſuum pernicio-
ſum rete abdunt: ſine cauſſa foue-
am in meum faciunt periculum.
Accidat ei nec opinanti pernicies: 8
capiat eum rete, quod ipſe occu-
luit, eo delapſum ad exitium. Tum 9
meus animus in Ioua exſultabit,
Iouæ defenſione lætus. Omnia 10
mea membra ſic dicent: O Ioua,
quis tibi par eſt? qui inopes a po-
tentioribus, inopes et pauperes ab
ipſorum tuere deprædatoribus.
Surgunt teſtes iniurii, quæ ignoro, 11
eorum me poſtulantes. Mihi ma- 12
lum pro bono reddunt, vt me vita
orbent. Atque mihi, ægrotanti- 13
bus eis, veſtis erat cento: adflicta-
bam meipſum ieiunio, preces *b* in
ſinu meo iterans. Perinde ac ſi 14
meus neceſſarius aut frater eſſet,
ſic me gerebam: tamquam in mater-
no funere pullatus, atque deiectus.
At illi in meo caſu gaudent, et coe- 15
unt: coeunt in me nec opinantem
mutili, ſine intermiſſione proſcin-
dentes, *c* et impurorum heluonum 16
ritu dentibus in me ſtridentes.
O Domine, ecquando hæc adſpicies: 17
retrahe hanc animam ab eorum
ſæuitia, a leonibus hanc vnicam.
Celebrabo te ingenti in conuentu, 18
te in magna hominum frequentia
laudabo. Effice, ne de me gau- 19
deant, qui mihi falſo ſunt hoſtes:
ne *d* oculis ſignificent, qui me imme-
rito odere. Qui quidem tantum 20
abeſt,

b) apud me. *c*) vt heluones cibum, ſic illi me mordent. *d*) inter ſeſe gaudeant.

abeſt, vt amice loquantur, vt in
hominum quietisſimos malitioſa
21 verba excogitent: et, diducto
contra me ore, ita dictitent: oho,
22 oho, videmus oculis noſtris. Vi-
des, Ioua, ne conniueto, Domine,
23 noli a me abesſe. Excitare et ex-
pergiſcere ad iudicium meum, mi
Deus et Domine, ad cauſſam meam.
24 Iudica me pro tua iuſtitia, Ioua mi
Deus, et effice, ne de me lætentur:
25 ne ſic cum animis ſuis cogitent, ſe
voti compotes esſe, iactantes me a
26 ſe deuoratum. Pudeat ignomi-
nioſe eos, qui meo malo gaudent:
pudore et turpitudine circumfun-
dantur, qui contra me inſoleſcunt.
27 Ouent et gaudeant innocentiæ meæ
cupidi, ſemper dictitantes, magni-
ficandum esſe Iouam, cui ſui cul-
28 toris ſalus placeat. Et mea lingua
tuam iuſtitiam, tuas meditabitur ad-
ſidue laudes.

PSAL. XXXVI.

Impius Iouam negligens Iouana clementia in feras etiam. Implorans clementiam Dauid. Impiorum qui finis.

1 Præcinendum cultoris Iouæ Da-
uidis.
2 IMpii peruerſitas mihi penitus in
mente loquitur, cum nullam ob
oculos habere propoſitam reli-
3 gionem. Adeo ipſe ſibi blanditur
et placet, vt eius vitia reperiantur
4 odioſa. Eius oris verba impro-
ba ſunt, et fraudulenta: a recta vel
ſententia, vel actione abſtinet.
5 Improba in lecto ſuo excogitat, vi-
am inſiſtit non bonam, a malo non
6 abhorret. O Ioua, tua cæleſtis
eſt benignitas, ætheria fides:
7 iuſtitia proceris montibus altior,
iudicia oceano profundiora: ho-
mines tu beſtiasque conſeruas, Ioua.
8 Tam excellenti præditus es cle-
mentia Deus, vt hominum genus
in alarum tuarum vmbra fiduciam
9 habeat, tuæ domus vbertate cir-
cumfluat, eos te tuarum flumine 1
deliciarum perfundente. Nam te
penes eſt vitæ fons, et in lumine 1
tuo [e] lumen videmus. Extende
tuam clementiam in eos, qui te no-
runt, iuſtitiam in probæ mentis 1
homines. Ne me ſuperborum
pes adgrediatur, ne manus vexet 1
impiorum. Eo delabantur ma-
lefici, ſic agitati, vt ſurgere non
posſint.

PSAL. XXXVII.

Ad pios rex conſolandos. Ad Iouam confugiendum. Piorum et impiorum præmia. Parens proborum Ioua. Malorum interitus.

Dauidis. 1
[f] NOli propter malos te torque-
re, noli maleficis inuidere.
Nam gramine citius ſucciden- 2
tur, et vt herbæ viriditas marce-
ſcent. Confide Iouæ, et * benefac: 3
incoles terram, et firme paſceris.
Fruere Ioua, et tibi animi tui po- 4
ſtulata concedet. Reclina in Io- 5
uam tuas rationes, eique confide,
et ipſe rem transiget. Tuamque 6
innocentiam luce euidentiorem,
tuum ius meridie clarius efficiet.
Exſpecta Iouam tacitus, ne te cru- 7
cia propter fortunatos homines fla-
gitioſos. Deſiſte ab ira, deſine 8
ſuccenſere, ne te crucia, vt quidem
malefacias. Nam mali exſcinden- 9
tur: qui vero in Ioua ſpem habent,
terram posſidebunt. Paullo poſt 10
iam nusquam erit impius, eiusque
locum ſi contemplere, nusquam
exſtabit. At inopes terram poſ- 11
ſidebunt, multa fruentes pace.
Conantur impii nocere bonis, et 12
dentibus in eos frendent. Ridet 13
eos Dominus, quod videt eorum
aduentare diem. Gladios ſtrin- 14
gunt impii, arcusque ſuos inten-
dunt, vt inopes et pauperes deii-
ciant, vt recte viuentes trucident.
Eorum

e) viuimus. f) Huius cantionis alterni verſus in Hebræo ſcripti ſunt ordine litterarum.

5 Eorum et gladius ipſorum cor pe-
netrabit, et arcus frangentur.
5 *Multo præſtat tenuis res iuſtorum,
7 quam impiorum opulentia. Nam
impiorum lacerti frangentur: at
8 bonos Ioua ſuſtinet. Habet Io-
ua eam vitæ hominum integro-
rum rationem, vt eorum ſit here-
ditas in perpetuum duratura.
9 Non pudebit eos calamitoſo tem-
pore, et vigente fame ſaturabun-
tur. Quum interim impii peri-
bunt, Iouæ inimici conficientur,
vt opimi in fumum euaneſcentes
agni. Mutuatur impius, neque
reddit: bonus vero miſeratur, at-
que largitur. Nam quibus ille
bene vult, terram poſſidebunt:
quibus autem male vult, exſcin-
dentur. Eiusmodi hominis greſ-
ſus a Ioua firmantur, eiusque vitæ
via illi accepta eſt. Si cadit, non
peſſum it, Ioua eum manu ſuſtinen-
te. Puer fui, et iam ſenui, neque
tamen vidi iuſtum derelictum, aut
eius progeniem deſiderare victum.
Quotidie miſeretur, et commodat,
et eius progenies abundat. Rece-
de a malo, et benefac, et durabis
in perpetuum. Nam Ioua iuris a-
mans, pios ſuos non deſerit, quin
in æternum cuſtodiantur. *G.** Im-
probi vero dabunt pœnas, *H.* et ſe-
men impiorum exſcindetur. Iu-
ſti terram poſſidebunt, et in ea du-
rabunt in perpetuum. Iuſtus ore
ſapienter diſſerit, linguaque ius lo-
quitur. Et Dei legem in mente
habens, greſſibus non titubat.
Speculatur impius iuſtum, eumque
ſtudet necare. Sed Ioua eum non
deſeret in illius manu: neque da-
mnabit quum iudicabitur. Spera
Iouam, eiusque viam tene, et eue-
het te in terræ poſſeſſionem, impi-
osque videbis euerti. Vidi fe-
rocem impium, et frondentis mo-
re lauri virentem: qui deinde
præteritus, iam non exſtabat, quæ-
rentique mihi non inueniebatur.
Obſerua homines integros, conſi-
dera probos, et inuenies huiusmo-
di hominum exitum eſſe felicem:
quum improbi ſimul pereant, ſit- 39
que impiorum exitus exitium.
Iuſtorum ſalus a Ioua eſt, qui eſt 40
eorum firmamentum temporibus
aduerſis. Qui Ioua eis ſuccurrit, 41
eosque liberat: liberat ab impiis,
atque conſeruat, quandoquidem
habent in eo fiduciam.

PSAL. XXXVIII.

In morbo Dauid excruciatus. Dolor propter culpas. Infeſti neceſſarii. Ad Iouam confugit implorans opem.

Cantio Dauidis admonitoria. *G.* 1
de ſabbato, *H.*

IOua, noli in me ſæuius animad- 2
uertere: noli me iracunde puni-
re. Nam mihi tua tela infixa 3
ſunt, tua me vrget manus. Nihil 4
eſt ſanum in meo corpore, tanta eſt
tua ſæuitia: nihil eſt in meis mem-
bris illæſum, propter peccatum
meum. Nam mea delicta meum 5
ſupergreſſa caput, me quaſi graue
quoddam onus opprimunt. Pu- 6
tridæ fœtent vomicæ meæ, propter
meam inſaniam. Adfligor et de- 7
primor vehementer, adſidue pulla-
tus incedens. Nam ilia mea ple- 8
na ſunt fœditate, nec quidquam eſt
ſanum in meo corpore. Vehe- 9
menter eneruor et atteror, præ
animi ægrimonia congemiſcens.
Domine, quid omnino cupiam, 10
tibi perſpicuum eſt: quid ſuſpirem,
non te præterit. Cor mihi palpi- 11
tat, vires me deficiunt, adeo vt ne
oculos quidem, nedum lumen ha-
beam. Amici neceſſariique mei 12
a meo vulnere abſiſtunt: mei pro-
pinqui procul abſtant. Qui vero 13
meæ neci ſtudent, inſidias tendunt,
qui mihi malum cupiunt, ſcelerate
deliberant, et fraudes adſidue com-
miniſcuntur. At ego non magis 14
quam ſurdus audio, neque magis
hiſco quam mutus. Sumque, 15
per-

perinde ac ſi quis non audiat, nec
16 in ore confutationem habeat. Ete-
nim in te, Ioua, ſpem habeo, cui
tu reſponde, Domine, mi Deus.
17 Sum ſane ſollicitus, ne ſim eis vo-
luptati, ne mihi, ſi pede vacillaue-
18 ro, inſultent. Nam equidem ſum
in caſum pronus, meo dolore mihi
19 ſemper obuerſante. Ergo meum
vitium ostendo, anxius ob meum
20 peccatum. At hoſtes mei viuunt,
valentque, et frequentes ſunt, qui
21 me iniuria oderunt. Malumque
pro bono rependunt, mihi aduer-
22 ſantes, qui ſequar honeſtum. Ne
deſere me, Ioua, mi Deus, ne mi-
23 hi abesto. Propera mihi ſuccur-
rere, o Domine, mea ſalus.

PSAL. XXXIX.

Mala æquo animo ferenda. Vanitas mortalitatis. Venia culparum petita, et cruciatuum ſedatio.

1 Præcinenda Ieduthuni cantio Da-
uidis.
2 g STatueram eam vitæ viam tene-
re, vt ne quid lingua peccarem:
meumque os frenare, quam-
diu mihi obuerſarentur impii.
3 Sed quum tacitus obdurarem, tan-
tum aberat, vt aliquid proficerem,
vt etiam meus dolor crudeſceret:
4 adeoque mihi cor in pectore in-
caleſceret, cogitationis igne arde-
5 ſcens, vt ita lingua loquar: osten-
de mihi, Ioua, meum exitum, et
quis ætatis meæ ſit modus, vt ſciam,
6 quam ſim longæuus. En tu mihi
ætatem concesſisſti dodrantalem,
meumque æuum fere nihil eſt apud
te: adeo omnino nihili eſt omnis
7 hominis natura. Sela. Adeo ima-
ginariam vitam ducit homo: adeo
temere tumultuatur, congerens,
quæ quis ſit percepturus, ignorat.
8 Et nunc quid ſperem, Domine:
niſi vt in te ſitam ſpem habeam?
Ex omnibus meis delictis libera 9
me: ne me inſanorum ludibriis
expone. Obmuteſco, ne mutiens 1
quidem, te negotium transigente.
Aufer a me tuum vulnus: tuæ ma- 1
nus ſæuitia deficio. Qui quum de 1
homine vitii ſumis ſupplicium,
eius elegantiam tineæ more ſideras,
adeo nihili eſt omnis homo. Sela.
Exaudi meas preces, Ioua, meam 1
attendens querelam: ad meas la-
crimas ne obſurdeſce, qui h peregri-
nus apud te ſum, aduena, ſicut o-
mnes mei maiores. Relaxa me, 1
vt me colligam, priusquam eo de-
uenio, vt nullus ſim.

PSAL. XL.

Dauidis ad Iouam gratiarum actio. Iuſtitia Iouæ mirifica, miſericordia Iouæ expetita. Deus pro ſuis vigilans.

Præcinenda Dauidis cantio. 1
IOuam ſperaui, et mihi flexus eſt, 2
meamque exaudiuit imploratio-
nem. Et me ex horrida vora- 3
gine, ex cœnoſo luto extraxit, meos-
que pedes in rupem euexit, meos
greſſus confirmans: et ori meo 4
carmen nouum ſuppeditauit, Dei
noſtri laudationem. Quo viſo, 5
multi Iouam verebuntur, ei confi-
dentes. Beatus homo, qui collo- 6
cat in Ioua ſuam fiduciam, nec in
arrogantes falſique ſectatores in-
tuetur. Tam multa facis tu, Io- 7
ua mi Deus, vt tua erga nos mira-
cula, atque cogitata ſint inæſtima-
bilia: adeo vt mihi, de te prædi-
care et loqui volenti, occurrant in-
numera. Sacrificium et fertum 8
tibi non placet: aurem i mihi vel-
lis, te victimas et piacula non po-
ſtulare. Ergo ita dico: en adſum, 9
k mecum ſcriptum libri volumen fe-
rens. Mihi tuam, mi Deus, vo- 1
luntatem exſequi placet, tuam le-
gem

g) confer hoc carmen cum 90. h) æui breuis. Hæc vita mihi propria, hoc eſt, diuturna non eſt, ſicut nec peregrino terra, in qua habitat. i) me familiariter mones. k) de tua lege cogitans, eique obediens.

gem in imis | habenti viſceribus.
11 Iuſtitiam frequenti conuentu præ-
dico, labra mea nequaquam conti-
12 nens, vt tute ſcis, Ioua. Iuſtitiam
tuam in meo pectore non tego, tu-
am fidelitatem et defenſionem præ-
dico, de tua clementia et fide fre-
3 quentem cœtum minime celans. Tu
Ioua, noli me a tua excludere mi-
ſericordia, quin me tua clementia
4 et fide ſemper tueare. Nam me in-
numerabilia mala circumcludunt:
tot me mea vitia opprimunt, vt ea
perſpicere nequeam: adeoque mei
capitis capillos ſuperant, vt animum
5 deſpondeam. Placeat tibi, Ioua,
liberare me: Ioua, ad mihi ſuccur-
6 rendum feſtina. Fruſtrentur fœ-
de, qui mihi animam exſtinguere
conantur: retrocedant turpiter, qui
7 mihi malum | cupiunt. Euertan-
tur ob ſuam impudentiam, qui [a] de
8 me ſic dicunt: oho, oho. Exſul-
tent et lætentur in te omnes tui
ſtudioſi, iugiterque Iouam extol-
lendum eſſe dictitent amatores tuæ
9 tutelæ. Me vero inopem et pau-
perem, Ioua, curato: tu, qui defen-
ſor liberatorque meus es, mi Deus,
ne cunctare.

PSAL. XLI.

Beati qui, cordi mærentium ſalus. Ad Iouam oratio. Hoſtium prauitas.

Præcinenda cantio Dauidis. 1
BEatus, qui egentium habet ra- 2
tionem: eum aduerſo tempo-
re liberauit Ioua. Atque ita 3
tuebitur et conſeruabit, vt ſit in
terris felix: nec eum libidini dedet
inimicorum: Ioua eum in lecto 4
ægrotantem recreabit, [b] laborantis
cubile prorſus euertens. Equi- 5
dem ita dixi: Ioua, miſerere mei,
medere animo meo, qui in te pec-
caui. Inimici mei mihi maledi- 6
cunt: quando morietur, eiusque
nomen peribit? Quod ſi quis me 7
viſit, falſum loquitur, animo im-
probum aliquid apud ſe conflans,
quod foras egreſſus eloquatur. In 8
me ſuſurrant vniuerſi aduerſarii
mei, mihi malum cogitantes. Nem- 9
pe me mala re vrgeri, neque iam,
poſtquam decubui, ſurrecturum.
Quin etiam meus amicus, cui fide- 10
bam, meus conuictor calce me petit.
Tu vero, Ioua, miſerere mei, et 11
me ſic attolle, vt illis merita repen-
dam. Hinc intelligo, te mihi fa- 12
uere, quod de me non triumphat
inimicus meus. Quodque me tu- 13
eris incolumem, et in tuo conſpe-
ctu conſtituis in perpetuum. Col- 14
laudetur Ioua Deus Iſraelitarum,
per omnem æternitatem, etiam
atque etiam.

PSALMORVM LIBER II.

PSAL. XLII.

Abſalon in parentem. Dauidis dolor, quod a piorum cœtu diſtet. Querimonia in calamitate. Liberatio ſperanda ex ærumnis.

1 Præcinenda inſtitutio Coranida-
rum.
2 QVemadmodum cerua mugit
ad aquæ riuos, ſic meus ani-
mus mugit ad te, Deus. Si-
tit meus animus Deum, ad immor-
talem Deum quando veniam, et in
Dei præſentia comparebo? Lacri-
mis paſcor dies atque noctes, dum
hoc mihi quotidie obiicitur: vbi
eſt Deus tuus? Equidem hæc (ani- 5
mi mei adfectionem apud me effun-
dens) recordor, ſolitum me illis
[c] numeroſe præire ad fanum, cum
læta voce laudumque celebratione,
turba feſtum agente. Quid te ab- 6
iicis, anime mi, et in me turbaris?
ſpem habe in Deo, quem adhuc 7
celebrabo, præſentem conſecutus
ab eo ſalutem. O mi Deus, in me 8
ſe

a) mihi inſultant. b) hoc fit perſanato morbo. c) compoſito greſſu, in numerum.

ſe deiicit meus animus, ideoque tui
memini in regione iordanenſi,
9 et Hermone, monte exiguo. Vn-
da vndam inuitat, ſonantibus tuis
torrentibus: omnes me tuæ impreſ-
10 ſiones et fluctus obruunt. Solebat
quidem Ioua ea interdiu conferre
beneficia, vt noctu carminibus et
precationibus ad Deum vitæ meæ
11 vterer. Nunc mihi ſic ad Deum
rupem meam conquerendum eſt:
12 cur ita mei immemor es? cur pul-
13 latus incedo, hoſte ſæuiente? Ad-
uerſariis membra mihi proſcinden-
tibus, dum conuiciantur, ita quo-
tidie dictitantes: vbi eſt Deus tuus?
14 Quid te deiicis, anime mi? aut
15 quid in me turbaris? Spem habe
in Deo, quem adhuc celebraturus
ſum, meum præſentem ſeruato-
rem atque Deum.

PSAL. XLIII.

Dauidis anguſtiæ, ad Iouam preces, vti liberet verbo ſuo calamitate preſſum.

1 PAtrocinare mihi, Deus, et me-
am cauſſam age: ab inhumana
natione, ab homine malitioſo
2 et iniquo libera me. Nam tu, qui
meæ potentiæ Deus es, cur me re-
pellis? cur pullatus ingredior, ho-
3 ſte ſæuiente? Mitte *d* lucem fidem-
que tuam, quæ mihi duces ſint,
meque in ſacrum tuum montem, et
4 in tuas perducant ſedes. Et acce-
dam ad aram diuinam, ad Deum,
meæ voluptatis delicias, teque ci-
thara celebrabo, Deus, mi Deus.
5 Quid te deiicis, anime mi? aut quid
6 in me turbaris? Spem habe in
Deo, quem adhuc celebraturus
ſum, meum præſentem ſeruatorem
atque Deum.

PSAL. XLIIII.

Iouana erga patres benignitas. Lamentans Dauid in Philiſtæos, ſpes adflictorum, ac fere deſtitutorum. Ad Iouam Dauid, vti piis patrocinetur contra improbos.

1 Præcinenda Coranidarum inſti-
tutio.

DEus, auditione, et maiorum 2
noſtrorum narratione accepi-
mus, quale tu opus olim eo-
rum temporibus patraueris. Qui 3
eos, (expulſis tua manu gentibus,)
conſeueris, * ceteriſque nationibus
malo adſectis immiſeris. Neque 4
enim ſuis armis quæſiuere terram,
neque ſuiſeis lacerti peperere victo-
riam ſed tua dextra, tuum bra-
chium, tui vultus lumen, quod eis
fauebas. Tu rex noſter es, o De- 5
us, adfice victoria Iacobeos. Per 6
te noſtros profligamus hoſtes: per
tuum nomen peſſundamus aduer-
ſarios. Non enim arcubus noſtris 7
confidimus, non nos noſtri defen-
dunt enſes. Sed tu nos ab hoſti- 8
bus defendis, oſoresque noſtros
fœde fruſtraris. In Deo nos ſem- 9
per iactamus, tuum nomen cele-
brantes perpetuo. Sela. Atqui tu 10
nos repulſos adficis ignominia, ne-
que cum noſtris copiis egrederis.
Nos hoſti vertere terga cogis, ab 11
oſoribus noſtris diripiendos. Nos 12
pro comedendis ouibus habes, per
ceteras gentes diſſipatos. Tuos 13
ſine vlla vtilitate vendidiſti, nihil ex
eorum pretio auctus. Nos vici- 14
norum probris, finitimorum deri-
ſioni et ludibriis expoſuiſti. Nos 15
gentium dicteriis, nationum ſannis
obieciſti. Adſidue nobis obuerſa- 16
tur noſtra turpitudo, vultusque pu-
dore velamur. Propter maledi- 17
corum conuiciatorumque voces,
propter hoſtes et infeſtos. Hæc 18
omnia patientes, non tamen tui ſu-
mus immemores, fœdusue tuum
violamus. Non mentibus retro- 19
cedimus, aut greſſibus de viis tuis
deflectimus. Quum tamen nos in 20
feralem detruſos locum, tætra nocte
operias. Quod ſi Dei noſtri no- 21
men obliti, manus ad alienum De-
um porrigeremus: eſſet, quod id 22
Deus animaduerteret, qui mentis
arcana nouit. Sed tua cauſſa quo- 23
tidie interficimur, et pro ouibus
lanienæ

d) præſidium.

24 lanienæ ducimur. Excitare, cur
dormis, Domine? expergiſcere, ne
25 nos perpetuo reiicias. Cur tuum
vultum abdis? immemor noſtræ
26 miſeriæ et calamitatis: qui, humi
peſſundati, pectoribus adhæremus
27 terræ? Agedum ſuccurre nobis,
et nos vindica pro tua clementia.

PSAL. XLV.

Solomonis laudes per patrem. Verbum Dei quantum in impio. Vnctus in regem et ſacerdotem. Sacri cœtus perfectio. Seruatoris gloria.

1 Præcinenda ad roſas. Coranidarum
inſtitutio. Carmen amatorium.
2 DIctat meus animus elegantem
orationem: eloquor ego me-
um opus regi, lingua vtens
3 pro ſtilo velocis notarii. Tu ge-
neris hominum formoſiſſimus, la-
bra habes gratia perfuſa: ergo tibi
4 fauet Deus in perpetuum. Accin-
ge femori gladium tuum, heros,
5 tuum decus et grauitatem. Atque
iſta grauitate feliciter inuehere, fi-
dei et tam mitis iuſtitiæ ergo: et
tua tibi dextra res oſtendet ſtupen-
6 das, tela iſta acuta, (populis tibi
ſuccumbentibus,) in hoſtium [e] regis
7 corda dirigendo. Solium tuum,
o diue, in omnem permanet æterni-
tatem, ſceptrum æquitatis, ſceptrum
8 regni tui eſt. Iuſtitiam amas per-
oſus impietatem: propterea Deus,
tuus Deus, oleo te lætifico potius
9 inunxit, quam tuos ſocios. Nihil
niſi myrrha et ſtacte et caſia ſunt
veſtimenta tua, intra eburnea pa-
latia, vnde voluptatem percipis.
Regiæ puellæ tibi ſunt in deliciis:
adſtat tibi ad dextram auro ophirio
exornata ſponſa. Audi, puella,
vide, vt aurem præbeas, et tuos
populares patriamque obliuiſcare
domum: et tuæ pulchritudinis a-
more capietur rex: is enim tuus
eſt dominus tibi colendus. Tum
puella Tyrus, ditiſſimi quique tibi
cum muneribus coram ſupplica-
bunt. Omnis puellæ regiæ ſplen- 14
dor eſt intimus, veſte auro ſegmen-
tata: ea ducitur ad te, o rex, in 15
veſtibus phrygiis, eamque ſequentes
virgines eius amicæ, tibi adducun-
tur. Adducuntur cum gaudiis et 16
exſultatione in regiam intrantes.
*Parentibus tuis ſuccedent tui liberi 17
quos toto orbe principes conſtituas.
Ego vero tui nominis memoriam o- 18
mni poſteritatis ætati mandabo, ita
vt te populi in omnem ſæculorum
perpetuitatem concelebrent.

PSAL. XLVI.

David de liberata Hieroſolyma. Spes in Ioua ſumma. Opera Iouæ miranda. Ad hoſtes Deus.

Præcinendum Coranidarum ad 1
Alamoth carmen.
DEus nobis fiducia et robur eſt, 2
præſidium rebus in aduerſis,
præſentiſſimum. Itaque non 3
metuemus, licet terra moueatur,
et montes in medium mare transfe-
rantur: tantaque tempeſtate tur- 4
bentur maris vndæ, vt ad eius æſtus
montes contremiſcant. Sela. Di- 5
uinam quidem vrbem, ſacrum ſu-
premi domicilium, ſuus delectabit
amnis fluuii. Quæ, (quum in ea 6
verſetur Deus,) non commouebi-
tur, *Deo ei mature ſuccurrente.
Tumultuentur gentes, regna con- 7
citentur, [f] illo vocem emittente, tel-
lus ipſa colliqueſcet. Ioua nobis 8
armipotens adeſt, nobis munimen-
to eſt Deus Iacobeorum. Sela.
Adeſte, contemplamini Iouæ opera, 9
quam ſtupenda edat in terris. Bel- 10
la placat ad vltimas vsque terras:
perfringit arcus, detruncat haſtas,
currus igne cremat. Deſiſtite, et 11
me Deum agnoſcite, extollendum
in gentibus, extollendum in terris.
Ioua nobis armipotens adeſt, nobis 12
munimento eſt Deus Iacobeorum.
Sela.

e) tuorum. f) confer cum Pſalm 76, 9.

PSAL. XLVII.

Solomonis exhortatio ad Deum laudandum. Nationes cum Abrahamo coitæ.

1 Præcinenda Coranidarum cantio.
2 Omnes nationes, adplaudite,
acclamantes ouante voce Deo.
3 Nam Ioua ſupremus terribi-
lis eſt, rex magnus in toto orbe ter-
4 rarum, qui nobis ceteras natio-
nes, qui populos noſtris ſubiicit
5 pedibus, qui nobis poſſeſſionem
6 deligit pro Iacobeorum, quos amat,
dignitate. Sela. Adſcendit cum
iubilatione Deus, Ioua cum tubæ
7 ſonitu. Cantate Deum, cantate,
cantate regem noſtrum, cantate.
8 Nam rex eſt totius orbis Deus, can-
9 tate ſcite. Regnat Deus in gentes,
Deus in ſuo ſacro ſedens ſolio.
10 Populorum primarii colliguntur,
hoc eſt populus Dei Abrahami, in
cuius tam ſublimis Dei tutela eſt
orbis terrarum.

PSAL. XLVIII.

Iouana magnificentia. Victor David. Seruator missus. Ecclesiæ magnitudo, et splendor.

1 Coranidarum cantionis carmen. G.
ſecunda ſabbati. *H.*
2 Magnus eſt Ioua, et præcipue
laudandus in vrbe Dei noſtri,
ſacro eius monte. Amœnus
3 tractus, totius orbis terrarum vo-
luptas mons Sion eſt, ſeptemtriona-
4 lis, regis vrbs magni, cuius in
arcibus notus eſt propugnatione
5 Deus. Nam quum reges congre-
gati ſimul proceſſiſſent, ſimul ac
vrbem viderunt, attoniti, pertur-
6 bati, trepidi, tremore correpti
ſunt, qualis dolor eſt parturien-
7 tium. Quemadmodum frangit
8 curus naues cilicas. [g] Qualia audi-
uimus, talia videmus in vrbe Iouæ
armipotentis, in vrbe Dei noſtri,
eam Deus condit in æternum. Sela.
9 Manemus quieti, Deus, tuam cle-
10 mentiam, in medio fano tuo. Vt
tuum nomen, Deus, ſic tua laus per-
tingit ad vltimas terras, qui dextram
habeas iuſtitia plenam. Gaudet 11
mons Sion, exſultant Iudææ [h] puellæ,
propter tua iudicia. Circuite, et 12
circumdate Sionem: numerate tur-
res eius. Aduertite animum ad 13
eius propugnaculum, notate eius ar-
ces, vt hæc narretis poſteritati.
Nam Deus hic, Deus noſter eſt ſem- 14
piternus, perpetuo recturus nos.

PSAL. XLIX.

Mortalium adhortatio ad verbum. Chriſti imago. Locupletum ſtudia et caſus. Cum Chriſto piorum exſuſcitatio. Diues non timendus propter opes.

Præcinenda cantio Coranidarum. 1
AVdite hoc, nationes omnes: 2
attendite, omnes orbis incolæ:
obſcuri iuxta ac illuſtres, di- 3
uites æque ac pauperes, ore do- 4
cta eloquar, prudenter a mente co-
gitata. Aures intendam ſententiis, 5
pandens ænigma meum cithara.
Cur metuam malorum tempori- 6
bus,* circumſtante me meorum pœ-
na calcaneorum [f] qui ſuis fidunt 7
opibus, et in ſuarum abundantia
diuitiarum gloriantur. Non red- 8
iment alius alium, non ſuæ red-
emtionis pretium Deo ſoluent:
tanti eſt cuiusque animæ redemtio, 9
vt quis æternum duret. Iterum- 10
que perpetuo viuat, non paſſurus
interitum. Adparet enim, ſapien- 11
tes ſimul et ſtultos fatuosque mori
atque perire, aliis ſuas relinquentes
opes. Cogitant illi quidem, ſuas 12
domos æternas fore, ſuaque domi-
cilia in alias atque alias ætates du-
ratura, terras ex ſuis adpellantes
nominibus. Sed homines in exi- 13
ſtimatione non permanent, ſimiles
beſtiis intereuntibus. Quumque 14
hic eorum mos tam ſtultus ſit, ta-
men eorum inſtituto poſteri de-
lectantur Sela. Illi quidem tam- 15
quam pecudes mandabuntur orco,
imperante morte, in eosque domi-
nabuntur probi [i] ad matutinum, et
eorum

g) quod verbis promiſſum erat a Deo, id re nobis præſtitum eſt. *h)* ciuitates. *i)* quum reuiuiſcent mortui.

eorum ſpecies abolenda eſt, eiſque
16 domicilium futurus eſt orcus. At
meam animam vindicabit ab orco
Deus, quandoquidem me adſci-
17 ſcet. Sela. Ne metue, ſi quis
diues ſit, domumque multi ſplen-
18 doris habeat. Nam in morte
non auferet quidquam, non eum
19 ſua ſequetur deorſum gloria. Pla-
cent illi quidem ſibi in hac vita, et,
20 ſi tu tibi indulgeas, laudant. Sed
deuenient ad maiorum ſuorum ge-
nus, ad extremum non viſuri lu-
21 men. Homo, qui in pretio eſt,
neque ſapit, ſimilis eſt beſtiis, quæ
intereunt.

PSAL. L.

Chriſti aduentus. Euangelii initium. Gentis electæ ſegregatio. Sacrificiorum confutatio, Deus inflammat ad ſe inuocandum in ærumnis. Impiorum abſtinentia a ſancto verbo.

1 Aſaphi cantio.
DEus deorum Ioua dicit ſe con-
uocaturum orbem terrarum,
2 ab ortu ſolis ad occaſum. Ex
Sione, cuius perfecta pulchritudo
3 eſt, Deus exſiſtet: veniet Deus
noſter ſine dubio, igne ante eum
vorante, vehementi circumdatus
4 tempeſtate. Vocabit ſuperne cæ-
los atque terras, ad ſuos iudicandos.
5 Conuocentur ad me pii mei, cum
quibus mihi fœdus ictum eſt per
6 ſacrificium. Tum cælis ipſis iu-
ſtitiam eius oſtendentibus, qui De-
7 us iudex ſit. Sela. Audi, mi po-
pulus, inquiet, dum loquor, Iſ-
raelita, dum te commonefacio, De-
8 us, Deus ego tuus. Non equidem
te propter ſacrificia tua, propter
tuas ſolidas hoſtias apud me perpe-
9 tuandas reprehendam. Non tau-
ros ex tua domo, non hircos ex tu-
10 is accipiam caulis. Nam mea ſunt
omnia ſilueſtria animalia, omnes
11 in mille montibus beſtiæ. Omnes
ego montanas volucres recognoſco,
terreſtreſque belluæ me penes ſunt.
Quod ſi eſurirem, non id tibi di- 12
cerem, meus quum ſit mundus, et
quidquid eo continetur. Scilicet 13
taurina carne veſcar, aut hircinum
bibam ſanguinem? Sacrifica 14
Deo gratiis agendis, et ſolue ſu-
premo tua vota. Tum me rerum 15
aduerſarum tempore inuocato: et
ego te ita defendam, vt tu me ho-
nores: impium autem ſic adlo- 16
quetur Deus: quorſum tu mea nar-
ras inſtituta, meumque fœdus in
ore habes? quum diſciplinam 17
exoſus, mea dicta poſt tergum re-
iicias. Si furem conſpexiſti, cur- 18
ris cum eo: et cum adulteris habes
commercium. Os tuum laxas ad 19
malum, lingua fraudes conflans.
Sedens contra tuum fratrem loque- 20
ris, de eo detrahens, cum quo ti-
bi communis mater eſt. Et iſta, 21
me diſſimulante, faciens, arbitraris,
me tui fore ſimilem: ego vero co-
arguam, et præſentem conuincam.
Quæſo, hoc aduertite, qui Dei 22
eſtis immemores, ne corripiam in-
defenſos. Qui gratiis agendis 23
ſacrificat, is me honorat: hac via
qui graditur, huic ego diuinam
ſalutem præſtabo.

PSAL. LI.

Adulter Dauid, dolens, obſecrans iouanam clementiam. Naturæ noſtræ vitioſitas. Cordis et ſpiritus renouatio petita. Grata Deo ſacrificia. Cœtus piorum euangelio inſtituendus.

Præcinenda cantio Dauidis, quum 1
cum conuenisſet Nathan vates,
congresſum cum Bethſaba.
MIſerere mei, Deus, pro tua 2
clementia, pro tua ſingulari
miſericordia, dele meam no-
xam. Ablue me multum a meo
vitio, a meo peccato purga me. 3
Nam meam noxam agnoſco, me-
umque peccatum mihi ſemper ob- 4
uerſatur. In te, in ſolum te pec-
caui, teque offendi, vt dictorum 5
tuorum æquitas, iudiciique puri-
tas adpareat. Equidem in vitio 6

genitus ſum, et in peccato me con-
7 cepit mea mater. Equidem tu ve-
ritatem in præcordiis amas, et oc-
culte *k* ſapientiam mihi demonſtras.
8 Expia me hyſſopo, et purus ero:
ablue me, et ero niue candidior.
9 Nuntia mihi lætitiam atque volu-
ptatem: exſultent contuſa a te mem-
10 bra. Abde tuam faciem a meis
peccatis, et omnia mea vitia dele.
11 Cor mundum crea mihi, Deus,
compoſitumque ſpiritum in meo
12 pectore renoua. Ne me a tuo
conſpectu reiice: neue mihi tuum
13 ſanctum ſpiritum aufer. Redde
mihi tuæ lætitiam defenſionis, et
14 me principali ſpiritu ſustenta. Do-
cebo peccantes tuas vias, ita vt no-
15 centes tibi reconcilientur. Vin-
dica me *l* a ſanguine, Deus, Deus
meæ ſalutis: mea lingua tuam mo-
16 dulabitur iuſtitiam. Domine,
mea labia aperi, et os meum tuam
17 laudem prædicabit. Non enim
ſacrificio delectaris, vt id exhibe-
am: non tibi acceptæ ſunt victimæ.
18 Diuina ſacrificia ſunt fractus ſpiri-
tus: fractam adflictamque mentem
19 tu, Deus, non deſpicis. Bene-
fac pro tuo fauore Sioni: conſtrue
20 muros Hieroſolymæ. Tunc iu-
ſtis ſacrificiis, victimis, et ſolida
re diuina delectabere: tunc immo-
labuntur ad aram tuam tauri.

PSAL. LII.

Prauitas Doeg. Ab impio pius addiſcit. Proborum ſpes in Iouana benignitate.

1 Præcinenda Dauidis inſtitutio,
quum Doegus Idumæus Saulo
nuntiatum iuisſet, Dauidem
veniſſe ad Abimelechum.
2 QVid gloriaris in praue factis,
o ferox? quum quotidiana
3 ſit Dei clementia. Tu ſce-
lera lingua meditaris, quaſi acuta
4 nouacula fraudes faciens. Malum
quam bonum mauis, falſa quam
iuſta loqui. Sela. Amas omnem 5
orationem temerariam, o fraudu-
lenta lingua. Etiam te Deus e- 6
ruet ad extremum: ſublatumque et
auulſum ex tabernaculo, exſtirpabit
ex terra viuorum. Sela. Quo vi- 7
ſo territi iuſti, te deridebunt: en
hominem, qui vires ſuas in Deo
non collocabat: ſed ſuarum diuiti-
arum copia fretus, ſua nitebatur
prauitate. At ego quaſi virens 8
olea in Dei domo verſabor, diuina
fretus clementia in omnem ætatem.
Teque, Deus, huius rei auctorem 9
celebrabo perpetuo, in tua tam mi-
ti apud pios tuos nomine ſpem ha-
bens.

PSAL. LIII.

Infidelium ingenia. Prædictum impiorum exitium. Seruatur deſperatus tandem.

Præcinendum ad Mahalat Dauidis 1
inſtitutio.
COgitant inſani cum ſuis ani- 2
mis, non eſſe Deum: adeo
nefariis ſceleribus corrupti
ſunt, nullus vt recte faciat. Deus 3
de cælo deſpicit in hominum genus,
vt videat, an ſit aliquis ſanus et re-
ligioſus. Omnes pari improbi- 4
tate deflectunt, adeo vt non ſit, qui
recte faciat, ne vnus quidem. An 5
ignorant malefici, meorum con-
ſumtores, *m* ſe Dei victu veſci, quem
non inuocant? aliquando percel- 6
lentur incredibili pauore, tum
quum Deus membra *n* tuorum dis-
cerpet oppugnatorum, te eos fœ-
dante, quos Deus abhorreat. Vti- 7
nam detur ex Sione ſalus Iſraelitis,
vt, reuocante Deo ex captiuitate
ſuos, exſultent Iacobei, gaudeant
Iſraelitæ.

PSAL. LIIII.

Ad Iouam confugiens Dauid. Ziphæorum inſidiæ in profugum. Conſolatio mœrentis Dauidis, et ad Iouam gratiarum actio.

Præ-

k) oſtendit ſapientiam eſſe, puram habere religioſamque mentem. *l*) a cæde et ſcelere. *m*) confer et Pſ. 14, 4. *n*) ſe ipſum adloquitur, vt et Pſ. 55, 22.

1 Præcinenda fidibus Dauidis inſtitutio, quum Ziphæi Saulo indicatum iuisſent, Dauidem apud eos latitare.

2 DEus, per tuum nomen ſerua
me, per tuas vires patrocina-
3 re mihi. Deus, audi meas
preces, attende verbis oris mei.
4 * Nam hoſtes conſurgunt in me, et
crudeles meæ neci ſtudent, Deum
5 ſibi non proponentes. Sela. En
Deus mihi ſuccurrit: ' Dominus is
eſt, qui mihi vitam ſuſtentet, ma-
lumque rependat meis aduerſariis.
6 Eos tu, Ioua, pro tua fide disper-
de: ego vltro ſacrificabo, tuum tam
mite nomen, Ioua, celebrans:
7 qui me ex omnibus rebus aduerſis
ita eripueris, vt ipſe meis oculis
pœnas hoſtium viderim meorum.

PSAL. LV.

Dauid ad Iouam contra hoſtes vrgentes. Contra Iudæos precatio. Proditor amicus. Rerum omnium gubernator Deus. Impii qui finis.

1 Præcinenda fidibus Dauidis inſtitutio.

2 AVſculta, Deus, meas preces,
et ne te meæ ſubtrahe ſuppli-
3 cationi. Intende mihi, et
concede, quod oratione querula ac
4 turbulenta peto. Propter hoſti-
um voces, propter impiorum im-
portunitatem, qui comminiſcuntur
in me crimen, mihi acerbe aduer-
5 ſantes. Cor mihi in pectore tre-
pidat, leti me terrores inceſſunt:
6 timor et pauor inuadit, et horror
tantus obruit, vt ita loquar: vti-
nam alas haberem, vt columba, qui-
7 bus in tutum euolarem. Equidem
procul discederem, deſertis man-
8 ſurus in locis. Sela. Et ocyus
euaderem, quam rapidus eſt ven-
9 tus, aut turbo. Perde, Domine,
diuelle linguas eorum: nam video
crudelitatem et discordiam in vrbe,
quæ eam per muros dies noctesque 10
circumdant: verſantur in ea cri-
mina et facinora: verſatur in- 11
humanitas, nec abscedit ex eius vi-
cis dolus atque perfidia. Non 12
enim hoſtis in me bacchatur, vt id
feram: non aduerſarius meus in
me inuehitur, vt eum deuitem.
Sed tu mei ordinis homo, præci- 13
puus familiarisque meus, qui 14
arcana ſuauiter inter nos commu-
nicabamus, qui in fanum coniun-
cte ventitabamus. Tollat iſtos 15
mors: º viui deſcendant in tartara:
quandoquidem inter eos in eadem
verſantur habitatione ſcelera. Ego 16
Deum inuocabo, meque Ioua con-
ſeruabit. Et veſpere, et mane, 17
et meridie quiritans orabo, et
meam vocem exaudiet, vitam- 18
que meam incolumem tutabitur a
meis oppugnatoribus: ᵖ tam multi
mihi adſunt. Exaudiet Deus, eos- 19
que opprimet is, qui manet æter-
nus, Sela, quorum nulla fiat mu-
tatio, quique Deum nihil reuerean-
tur. Ille quidem iis manus ad- 20
fert, ᑫ qui erant cum eo pacati, ſua
pacta violans. Et in ore dulciora 21
butyro habens, in corde bellum ge-
rit, verbis vtitur oleo mollioribus,
quum ſint ſpicula. ʳ Reiice tuum 22
onus in Iouam, qui te fouebit:
numquam permisſurus iuſtum la-
befactari. Tu vero, Deus, illos 23
in foueam interitus detrudes: ho-
mines ſanguinarii et fraudulenti ad
ætatis ſuæ medium non prouehen-
tur, quum ego interea tibi confi-
dam.

PSAL. LVI.

Ad Iouam Dauid. Ab hoſtibus Dauidis discrimen. Sauli artes, et fraus. Celebratus a Dauide Ioua.

Præcinendum ˢ de columba procul 1
muta

o) adludit ad exſcidium Dathanis et Abirami. p) Deus mihi pro multis adeſt. q) mihi. r) ſe ipſum adloquitur. s) de ipſo Dauide, qui inter extraneos, tamquam columba, præ metu obmuteſcebat.

muta Dauidis ſegmentum,
quum eum Palæſtini Gethæ ce-
piſſent.

2 MIſerere mei, Deus: nam me
opprimunt homines, adſidue
3 acriter impugnantes. Op-
primunt aduerſarii mei adſidue,
nam multi me ſumma ope oppu-
4 gnant. Equidem meis periculo-
5 ſis temporibus tibi confido. *t* In
Deo promiſſa laudabo: in Deo fi-
duciam habens, non metuam, ne
6 quid mihi faciant mortales. Ad-
ſidue meis rationibus negotium
exhibent, ſuas omnes cogitationes
in meam perniciem conferentes.
7 Coeunt, deliteſcunt, meos calces
obſeruant, ſcilicet meæ necis aui-
8 di. Deiice, Deus, homines iratos,
qui habent in nequitia perfugium.
9 Tu, qui meas vagationes numera-
tas habes, *u* refer meas lacrimas in
tuum ſacculum, hoc eſt, in tuum
10 commentarium. Ita retro agen-
tur hoſtes mei, inuocante me, qui
11 ſciam a me ſtare Deum. In Deo
promiſſa laudabo: in Ioua pro-
12 miſſa laudabo. In Deo fiduciam
habens non metuam, nequid mihi
13 faciant mortales. Tibi, Deus, vota
debeo, tibi ſoluam gratiarum actio-
14 nes, qui meam vitam a morte,
hoc eſt, meos pedes a caſu ſic defen-
deris, vt ingrediar coram Deo in
luce viuorum.

PSAL. LVII.

Dauidis anguſtiæ, preces pro euaſione. Hoſtium atrocitas. Iouæ ope imploratur. Laudes ad Iouam bene merentem

1 Præcinendum ne corrumpe Daui-
dis ſegmentum, quum Saulum
fugeret in ſpelunca.

2 MIſerere mei, Deus, miſerere
mei tu, in quo animi fiduci-
am habeo, in cuius alarum
vmbra fiduciam habeo, dum trans-
it inhumanitas. Inuoco Deum 3
ſupremum, Deum mearum trans-
actorem rerum: qui vtetur de 4
cælo, quo me defendat ab iniuria,
qua opprimor, Sela: vtetur Deus
ſua clementia atque fide. Verſa- 5
tur inter leones vita mea: iaceo
inter incendiarium genus homi-
num, quorum et dentes ſpicula ſunt
atque ſagittæ, et lingua gladius a-
cutus. Euehere ſupra cælos, De- 6
us, cuius gloria toto patet orbe ter-
rarum. Rete meis componunt 7
greſſibus, ad meæ vitæ ruinam:
cauant ante me ſcrobem in quam
mediam caſuri ſunt ipſi. Sela.
Compoſito ſum animo, Deus, com- 8
poſito ſum animo ad canendum
modulate. Expergiſcere mea glo- 9
ria: expergiſcere nablium et citha-
ra: expergiſcar primo mane. Ce- 10
lebrabo te apud nationes, Domine,
te apud populos cantabo: cuius 11
clementia ad cælos, cuius fides ad
æthram vsque porrigitur. Eue- 12
here ſupra cælos, Deus, cuius gloria
toto patet orbe terrarum.

PSAL. LVIII.

Adſentatorum pernicies. Qui finis adſentantium. Vindictam in iſtos implorat adflictus. Piorum gaudia, impiorum in ærumnas.

Præcinendum ne corrumpe Daui- 1
dis ſegmentum.

VEre ne certe iuſta pronuntia- 2
tis? ex æquo iudicatis? o ge-
nus humanum. Immo et ani- 3
mis iniquitates agitatis in terris, et
manibus iniuriam libratis. De- 4
flectunt impii iam ab vtero: errant
ab aluo matris falſiloqui. Vene- 5
num habent, quale anguis venenum
eſt: quale ſurdæ aſpidis, quæ ſibi
aurem obturat, ne magi vocem au-
diat, diuini incantamentorum pe-
riti. Deus, elide eorum dentes 6
in

t) Stabit Deus promiſſis, idque laudabo. Vide animaduerſa in Pſalmo 138.
u) memor eſto mearum lacrimarum.

in ipſorum ore, leoninos maxilla-
7 res euelle, Ioua. Diffluant, vt a-
qua: accidat eis, quod ſagittas in ir-
8 ritum iaculanti: quod limaci in
limum abeunti: quod mulieris ab-
9 ortui, qui ſolem non vidit. *Ac
veluti ſi cuius ollæ y) ſpinas nondum
ſenſerint, ſic illi tamquam crudi per
10 iram vexentur. Lætabuntur bo-
ni viſo ſupplicio, ſuaque veſtigia in
11 impiorum ſanguine lauabunt. At-
que ita confitebuntur homines, bo-
nis eſſe fructum, Deumque eſſe,
qui terras moderetur.

PSAL. LIX.

In diſcrimine Dauid ad Iouam. Hoſtium rabies. Dauidis candor. Spes in Ioua certa. In hoſtes diſſipandos preces.

1 Præcinendum ne corrumpe Daui-
dis ſegmentum, quum miſiſſet
Saulus, qui eius domum cuſtodi-
rent, eius occidendi cauſſa.
2 DEfende me a meis hoſtibus, mi
Deus: contra meos infeſtos
3 me protege. Defende me a
maleficis, me ab hominibus tuere
4 ſanguinariis. Etenim meæ vitæ
inſidiantur, coeuntes contra me ho-
mines præualidi, nullo meo delicto
5 aut peccato, Ioua. Nullo meo vi-
tio concurrunt, ſeque parant.
6 Tu vero age, mihi obuiam veni, et
hæc adſpice, Ioua Deus armipo-
7 tens. Deus Iſraelitarum, exper-
giſcere ad vindicantes gentes o-
mnes, nulla in quemquam perfido-
rum ac maleficorum vſurus miſeri-
8 cordia, Sela. Qui veſpere reuerſi
ſtrepunt, vt canes, vrbemque cir-
9 cumeunt, et heu qualia ore vo-
munt, gladios habentes in labris, ſi
10 quis audiat. At tu, Ioua, ludis
11 eos, deridens gentes omnes. *Ti-
bi vires meas acceptas fero, Deo
12 propugnatori meo, Deo erga me
ſua clementia vſuro, Deo mihi in
aduerſarios meos exemplum edi-
turo. Noli eos interimere, ne 13
hoc mei populares obliuiſcantur:
agita eos tua vi, atque deprime, o
propugnator noſter, Domine. Ob 14
ſui ſcelus oris, ob ſuorum dicta la-
biorum capiantur in ſua ſuperbia,
propterque periuria et mendacia,
quæ comminiſcuntur. Sela. Con- 15
fice ſeuere, confice, et in nihilum
eos redige, vt intelligatur, Deum eſ-
ſe inter Iacobidas dominantem ad
vltimas terras. Sela. Qui veſpere 16
reuerſi ſtrepunt, vrbemque circum-
eunt, vt canes. Qui ob cibum va- 17
gantur, et niſi ſaturati ringuntur.
Ego vero tuam canam potentiam, 18
tuamque benignitatem mature re-
ſonabo: qui mihi munimento per-
fugioque fueris in meis periculo-
ſis temporibus. Te meam po- 19
tentiam cantabo, qui Deus ſis me-
us propugnator, Deus erga me cle-
mens.

PSAL. LX.

Ad Iouam gratiarum actio. Populus propter peccata multatus, ad frugem rediens, confirmatus. Victoriæ ſpes. Iouanæ promiſſionis conſtantia.

Præcinendum ad roſam, oraculum, 1
Dauidis ſegmentum docendum;
quum certauit cum Meſopotami-
anis, Syriſque Sophenes, reuer-
ſusque Ioabus occidit Idumæ-
orum in valle ſalis duodecim
millia.
DEus, qui nos adſpernatus i- 2
racunde diſſipaſti, reconci-
liare nobis. Tu regionem 3
hanc impreſſionibus concusſiſti,
medere eius calamitatibus: nutat e-
nim. Tuos duriter tractaſti, tætrum 4
vinum bibere nos cogens. Præſta 5
tui metuentibus ſignum, *ad arcus
effugiendos, vt euadant tui dilecti:
defende nos iſta dextra, mihi exo-
ratus. Promittit Deus in ſuo ſa- 6
crario, quæ læter: diuidam Si-

 che-

*) pereant ætate immatura, vt ſi carnes ex olla extrahantur ſemicrudæ. y) ignem, qui fieri ſolet ex ſpinis.

chemam, vallemque Sochotha di-
7 metiar. Meus eſt ᵃ Gaaladus, me-
us Manasſes, et Ephraimus mei ca-
pitis firmamentum: Iudas meum
8 eſt imperium: ᵃ Moabus meum a-
henum eluacrum: ad Idumum ia-
ciam meum calceamentum: tu mi-
hi, Palæſtina, adoream acclama.
9 Quis me ad vrbem ſiſtet munitam?
quis perducet ad Idumæum?
quum tu nos, Deus, reieceris, ne-
que cum noſtris profi iſcare co-
10 piis? Fer nobis auxilium con-
tra periculum: quando vana eſt
11 humana tutela. Per Deum fortia
patrabimus, eo noſtros proterente
perduelles.

PSAL. LXI.

Inuocatus a Dauide Ioua. Discrimen imminens. Perpetuum Dauidis, atque Chriſti regnum. Vota gratiarum actionis.

1 Præcinendum fidibus Dauidis.
2 EXaudi, Deus, meam querimo-
niam, attende meis preci-
3 bus: qui te ᵇ ex vltimis im-
ploro terris, cum animi ægrimo-
nia: peruehe me in rupem me ſub-
4 limiorem. Nam tu mea fiducia
es, validaque turris aduerſus ho-
5 ſtem. Manebo in tuo tabernaculo
in perpetuum, tuarum fretus ala-
6 rum præſidio. Tu enim, Deus,
mea vota exaudis, tu posſesſionem
das tuum nomen reuerentibus.
7 Aetatem ætati ᶜ regis adiice, vt eius
8 anni perpetuentur ſæculis. Habi-
tet æternum apud Deum, ſub cle-
9 mentiæ fideique cuſtodia Ita tuum
cantabo nomen in perpetuum, meis
votis quotidie ſoluendis.

PSAL. LXII.

Quanta in Ioua ſit nobis conſolatio. Cohortatio ad colendum Iouam. Dei quum potentia, tum clementia mira.

1 Præcinenda Ieduthuni cantio Da-
uidis.

SAne in Deo meus animus adqui- 2
eſcit, a quo Deo mea ſalus pen-
det. Sane is meum numen et 3
ſalus eſt, et eiusmodi munimen-
tum, vt nihil admodum commo-
uear. * Quousque in me iniurioſi 4
eritis vniuerſi perimere me conan-
tes, tamquam parietem inclinan-
tem, tamquam conuulſam maceri-
am? Sane de me de ſtatu deiicien- 5
do conſultant: falſique ſtudioſi ore
bene, pectore male precantur. Sela.
Attamen in Deo adquieſce, anime 6
mi: nam in eo ſita eſt mea ſpes.
Sane is meum numen et ſalus eſt, et 7
eiusmodi munimentum, vt non
commouear. In Deo mea ſalus eſt 8
atque gloria: meæ potentiæ numen,
mea fiducia in Deo eſt. Ei confidite 9
omni tempore mortales: effundite
apud eum veſtros adfectus, qui
Deus eſt noſtra fiducia, Sela. Sane 10
adeo vana res eſt genus hominum,
adeo friuolum quiddam eſt mortale
genus, vt ſi ſimul in ſtatera ponan-
tur, ſint ipſa vanitate leuiores. Ne 11
confidite fraudibus et rapinis: ne
vos vsque adeo vanos præbete: opes
ſi adfluant, ne in eas animum inten-
dite. Vnum pronuntiat Deus, 12
id quod ego non ſemel audiui, Dei
esſe potentiam. Tuamque, Do- 13
mine, esſe benignitatem, qui pro
ſuo quemque facto remunereris.

PSAL. LXIII.

In ſolitudine Dauid, exſul, profugus, ad ſuos regredi cupiens. Iouana ſanctitas immenſa. Eius excogitatio ſuauis. Proximum inimicorum excidium.

Dauidis cantio, quum esſet in ſil- 1
uis Iudææ. 1 Reg. 23, 14.
DEus, qui meus es Deus, ego 2
te vigilanter requiro, te a-
nimo ſitio: te ipſo corpore
deſidero, in ſqualida, torrida, ſiti-
culoſaque terra. Te quaſi in fano 3
contemplor, tuæ potentiæ et glo-
riæ videndæ gratia. Te, cuius 3
man-

a) Galaaditæ, Manasſenſes. a) Moabitas et Idumæos ad infimam redigam ſer-
uitutem. b) vide Pſ. 63. c) hoc eſt, meæ.

manſuetudo eſt vel vita melior, his
5 labiis commendo: atque ita, dum
viuam, collaudabo, manus in tuo
6 nomine attollens. Equidem mihi
adipe quodammodo, et pingui ſa-
tiari videor, dum te ore cum labio-
rum modulatione laudo. Quan-
7 documque tui memor in meo cu-
bili, de te per vigilias cogito. Nam
8 mihi tu auxilio es, in cuius alarum
9 vmbra ouo. Tibi animo adhæreo,
qui me tua dextra ſuſtines. Qui
10 vero meæ vitæ moliuntur exitium,
ii ad telluris ima deuenient: ferri-
11 que mucrone trucidati, eamdem
cum vulpibus ſortem ſubibunt.
12 At rex per Deum lætabitur, [d] per
quem quicumque iurant, gloria-
turi ſunt, falſiloquorum oribus
obſtructis.

PSAL. LXIIII.

Contra virulentos precatio. Detractorum ingenia. Non remota eorumdem ruina.

1 Præcinenda Dauidis cantio.
2 EXaudi, Deus, orationis meæ
vocem: ab hoſtili terrore vi-
tam meam tuere. Subtrahe
3 me improborum conatui, inſultui
maleficorum. Qui ſuas linguas
4 vt enſes acuunt, dirorum ſpicula
verborum iaculantes. Vt ex oc-
5 culto in homines integros colline-
antes, eos de improuiſo figant, * ni-
hil tale metuentes. Confirmant
6 ſeſe ad rem malam, de absconden-
dis pedicis conſultantes, ſolliciti,
ne quis eas animaduertat. Com-
7 miniſcuntur iniqua, quæ excogita-
ta perficiant, et quidem adhibitis
ad id penitisſimis cuiusque mentis
ſenſibus. Sed eo figet eos telo
8 Deus, vt inexſpectatis percutian-
tur ictibus. Adeo vt perculſis ex
9 ea re linguis hæſitent, eos quicum-
que viderint. Quo viſo, homines
10 omnes Dei prædicabunt opus, eius-
que factum rite perpendent. Tum
11 boni gaudebunt in Ioua, eique con-
fident gloriantes omnes mente
probi.

PSAL. LXV.

Ad Iouam Dauidis gratiarum actio. Populi ſolatium poſt calamitates. A Deo fecundatur, et attenuatur ſolum.

Præcinenda Dauidis cantio muſica. 1
TIbi deſtinata laus eſt, Deus in 2
Sione, votaque ſoluenda ſunt.
Ad te, qui preces exaudis, 3
mortales omnes conuenient. Me 4
quidem vitiorum negotium ſupe-
rauerat, ſed tu delicta noſtra expias.
Beatus, quem tu deligis, et coo- 5
ptas: in tuis habitaturum portici-
bus, ſatiandum tuæ domus, tuæ ſa-
cræ cellæ bonis. Tu nobis miri- 6
fica æquitate indulges, Deus noſtræ
ſalutis, qui es omnium terræ fini-
um, et mari remotorum fiducia.
Qui montes tua virtute conſtabilis, 7
accinctus fortitudine. Qui pelagi 8
murmur coerces, murmur eius vn-
darum, tumultumque populorum.
Cuius prodigia formidant, qui vs- 9
quam habitant: qui et matutini
ortum, et veſperum exhilaras.
Qui terram curando, perpetuan- 10
doque multum locupletas, diuino
riuo aqua pleno hominibus fru-
menta ſuppeditans. Sic enim eam 11
paras, dum ſulcos eius irrigas, gle-
bas deprimis, eam imbre emollis,
eiusque germina fecundas. An- 12
nonam bonis tuis ornas, tuique
greſsus manant vbertate. Manant 13
ſaltuum paſcua, colleſque lætitia
cinguntur. Veſtita plana pecudi- 14
bus, et farre valles obductæ, hilari
cantu perſonant.

PSAL. LXVI.

Ad omnes mortales Dauid vti celebretur Ioua. Formidabilis impio Dei virtus. Ad populum adhortatio quo laudetur Deus. Ad gratias agendas hoſtia.

Præ-

d) quem qui colunt. Quem enim colunt homines, per eumdem iurare ſolent.

1 Præcinendum carmen muſicum.
SOnate Deum totus orbis:
2 Cantate nominis eius gloriam,
laudis ei præſtantes honorem.
3 Dicite Deo, o quam horrenda ſunt
tua facta? tibi, propter magnitu-
dinem tuæ potentiæ, tui ſubiiciun-
4 tur hoſtes. Te vniuerſus orbis
terrarum colet, atque cantabit: tu-
5 um nomen cantabit. Adeſte, con-
ſiderate Dei opera, quam ſit erga
genus humanum natura mirificus.
6 *e* Mare conuertit in ſiccum: traie-
ctum eſt flumen pedibus, nobis ibi
7 eo lætantibus. Qui ſua virtute
dominatur æternum, oculis ita gen-
tes ſpeculans, vt ſe contumaces non
8 efferant. Sela. Commendate, po-
puli, Deum noſtrum, eius lauda-
9 tionis voce perſonantes. Qui no-
ſtras vita donat animas, pedes no-
10 ſtros labare non paſſus. Expertus
es tu quidem nos, Deus: nos ex-
ploraſti, ſicut exploratur argentum.
11 Nos in retia egiſti: nos cruciatu
12 *f* laterum adfeciſti. Homines im-
poſuiſti capitibus noſtris, venimus
per ignes et per aquas: et idem
13 nos in vbertatem eduxiſti. Veni-
am in ædem tuam cum victimis,
14 mea tibi vota perſoluturus, quæ
labiis nuncupaui, quæ ore promiſi
15 in meis aduerſis. Victimas tibi
pingues immolabo, cum arietino
ſuffitu: faciam cum hircis boues.
16 Sela. Adeſte, audite, dum narro,
omnes Dei reuerentes, qui mihi
17 præſtiterit. Eum ore inuocaui
18 et lingua ſubuexi. Quod ſi cu-
iuspiam criminis mihi conſcius
fuiſſem, non exaudiuiſſet Domi-
19 nus. Atqui exaudiuit Deus, ad
vocem meæ precationis intentus.
20 Gratias ago Deo, qui meas preces
non repudiarit, neque ſuam mihi
negauerit clementiam.

PSAL. LXVII.

Dauid populi nomine ad Iouam. Expetita iouanis regni amplitudo.

Præcinenda fidibus cantio muſica, 1
G. carmen Ieremiæ et Hezechie-
lis, captiui populi, quum eſſent
profecturi, *H.*
DEus, miſerere noſtri, et no- 2
bis faue, tuo nos illuſtrando
vultu. Sela. Vt in terris 3
tua ratio, vt apud omnes gentes tua
cognoſcatur tutela. Te populi, 4
Deus, celebrent, te populi celebrent
vniuerſi. Gaudeant ouentque 5
nationes, quod populos ex æquo
regas, et nationes moderere per ter-
ras. Sela. Te populi, Deus, ce- 6
lebrent, te populi celebrent vniuer-
ſi. Edente ſuum terra prouen- 7
tum, Deus nobis Deus faueat no-
ſter. Faueat nobis Deus, eum- 8
que omnes terrarum tractus reue-
reantur.

PSAL. LXVIII.

In prepotentes hoſtes victoriæ Dauidis. Ad Iouam gratiarum actio. Euaſio ex Aegypto. In Iſraelem Iouæ merita. Calamitatum cum tenebris, felicitatis cum luce collatio. Sionis felicitas. Dauidis in hoſtem fauor. Laudandus Ioua.

Præcinenda Dauidis cantio muſica. 1
* *g* EXſurget Deus, diſſipabuntur 2
eius hoſtes, fugientque ante
eum eius oſores. Vt fumus 3
diſiicitur, ſic eos ille diſiiciet: vt
liqueſcit igni cera, ſic a Deo per-
ibunt impii. Boni vero geſtientes 4
gaudebunt apud Deum, fruentur-
que voluptate. Canite Deum, 5
cantate nomen eius: extollite eum,
qui polis vehitur, cuius nomen eſt
in Ioua: et apud hunc lætitia ge-
ſtite. Pater eſt pupillorum, pa- 6
tronus viduarum: Deus in ſuo ſa-
cro domicilio. Deus, qui *h* ſoli- 7
tarios domi collocat, compedibus
vinctos educit: quum interim re-
bellatores ſiticuloſa loca incolant.
Deus, quum tuo populo præires, 8
quum per ſolitudinem incederes:
Sela. Terra contremiſcebat, ipſi- 9
que cæli fluebant, ad illius ſinaien-
ſis

e) Exitus ex Aegypto. *f*) graui. *g*) vide huius Pſalmi declarationem. *h*) vide Pſal. 113. 8.

fis Dei præſentiam, ad Dei, Iſrae-
o litarum Dei præſentiam. Tu *i* plu-
uia magnifice tuum, Deus, patri-
monium conſpergebas, feſſumque
1 recreabas, atque illic tuæ conſe-
dere copiæ, te, Deus, (quæ tua
bonitas eſt,) inopibus proſpici-
2 ente. Suppeditabit Dominus ar-
gumentum nuntiis magni exercitus
3 mulieribus: ceſſere, ceſſere co-
piarum reges, et domi reſides ſpo-
4 lia partiuntur. Etiamſi iacue-
ritis inter cortinas, ſimiles colum-
binarum eritis alarum, argentei
coloris, plumis in aurum viren-
5 tibus. Profligatis quidem in ea
ab omnipotente regibus erit ipſa
6 niuoſo Salmone candidior. Mons
Dei mons eſt fertilis, mons tumi-
7 dus, mons eſt fertilis. (Cur in-
ſoleſcitis, montes tumidi?) mons,
in quo Deus amat habitare, quem
ipſe Ioua incolet in perpetuum.
8 Iouæ quadrigæ ſunt non ſemel de-
cem millia: multiplicia millia, in
quibus eſt Dominus ſinaienſis in
9 fano. Adſcendis in altum: capti-
uos abducis: donis fungeris inter
homines, et quidem etiam contu-
maces, vt permaneat Ioua Deus.
o Laudetur Dominus in dies in nos
munificus, noſtræ Deus ſalutis.
1 Sela. Qui Deus nobis Deus eſt ad
ſalutem, et Iouæ Domino ad mor-
2 tis exitum. Sane Deus caput trun-
cabit hoſtium eius, verticem co-
matum verſantium in ſuis crimini-
3 bus. Dominum (inquit) ex Ba-
ſana retraham, retraham ex pelagi
4 gurgitibus: vt et tu tuos in hoſti-
um ſanguine pedes, et tui canes eo-
5 dem linguam lauent. Spectatur
tuus inceſſus, Deus, inceſſus mei
6 Dei, mei regis in fano, præeunti-
bus cantoribus, ſequentibus fidici-
nibus, in medio pulſantibus tym-
7 pana puellis. Collaudate Deum
Dominum gregatim, vos ex fonte
8 Iſraelis. Princeps adſit puſillus
Beniamin, et iudæi proceres in pri-
mis, proceres Zabulonii, proceres
nephthalenſes. Conſtituit tuam 29
Deus tuus potentiam: confirma,
Deus, quod nobis facis. Ob tuum 30
fanum tibi Hieroſolymam munera
reges adferent. Territa gregem 31
lanceariorum, rempublicam eo-
rum, qui ſunt quaſi tauri quidam
inter populorum vitulos, demerſam
in argenti ſegmentis, profliga po-
pulos certandi cupidos. Adueni- 32
ent ex Aegypto laudiſſimi quique.
Aethiopia Deo manus ſuas curret. 33
Terreſtria regna, canite Deum: 34
cantate Dominum. Sela. Qui cælos, 35
qui antiquos cælos inſidet, vehe-
mentem ſua voce ſonitum daturus.
Tribuite Deo potentiam, *k* cuius 36
excellentia eſt erga Iſraelitas, et
in æthere potentia. Qui Deus in 37
ſuo mirificus ſacrario, Deus Iſrae-
litarum, potentiam viresque dat
populo diuinitus fortunato.

PSAL. LXIX.

Lamentans Dauid ab hoſte vexatus. Fideles rogati, ne recedant ab adflicto. Contumeliæ propter Deum acceptæ. Ioua inuocatus a Dauide. Ex libro vitæ deleti. Laudandus Ioua. Chriſti regnum.

Præcinendum ad roſas Dauidis. 1
Conſerua me, Deus, in aqua 2
de vita periclitantem, de- 3
mergor in tantam paludis vo-
raginem, vt nullum ſit fundum:
venio in tantam aquæ profundita-
tem, vt fluctibus obruar. Mihi 4
et guttur clamandi laſſitudine rau-
cum eſt, et oculi Deum meum ſu-
ſpiciendo deficiunt. Me plures, 5
quam ſunt mei capitis capilli, ode-
runt immerito: tot me hoſtes in-
iuria inceſſunt, vt, *m* quod non ra-
pui, tamen reddam. Deus, tu 6
ſcis, an ſim in vitio, neque te mea
latent crimina. Ne in me pudeat 7
eos, qui in te ſpem habent, Domi-
ne Ioua armipotens: ne ignominia
adfi-

i) in iſraelitas manna depluebas. *k*) curſim dabit. *l*) vid. Deut. 33. ad fin. *m*) immerito dem pœnas.

adficiantur in me tui cupidi, Deus
8 Iſraelitarum. Nam tua cauſſa
infamiam ſuſtineo, faciem ignomi-
9 nia tectam habens. Alienus et ex-
traneus meis habeor fratribus, ea-
10 dem mecum matre natis. Quo-
niam tuæ domus ſtudio conficior,
tuorumque conuiciatorum conui-
11 ciis impetor. Quodque me flebi-
liter ieiuniis adfligo, hoc mihi
12 probro datur. Et dum centone
pro veſte vtor, ſum eis dicterio.
13 De me fabulantur in curia ſedentes,
et cantilenas habent inter pocula.
14 Ego vero a te precibus, Ioua, con-
tendo, tempore accepto, Deus,
vt pro tua ſingulari clementia, mi-
hi, (quæ tuæ tutelæ fides eſt,) exo-
15 reris. Eripe me ex luto, ne ſub-
mergar: liberer a meis oſoribus, ex
16 aquæ profunditate. Ne me flu-
ctus obruat aquæ: ne gurges hau-
riat, ne hiatu abſorbeat vorago.
17 Exaudi me, Ioua, pro tua tam be-
nigna clementia: pro tam præſtan-
18 ti humanitate reſpice me, neue
me tuum auerſare, qui ſum in pe-
riculo: propera exaudire me.
19 Accede ad vitam meam vindican-
dam, me propter hoſtes meos red-
20 ime. Tu meum probrum, pu-
dorem, et ignominiam nouiſti, ha-
bes omnes aduerſarios meos in
21 conſpectu. Cor mihi probro
rumpitur: anxius exſpecto com-
miſerationem, quæ nulla eſt: con-
ſolationem, quam nullam adipi-
22 ſcor. Quin mihi pro cibo fel,
et ſitienti acetum porrigunt biben-
23 dum. Sit eis appoſita menſa la-
queus, et pacatiſſima quæque de-
24 trimentoſa. Caligent oculis, ne
videant, eisque latera iugiter ob-
25 tunde. Effunde in eos tuam bi-
lem, et eos ardenti ira opprime.
26 Fiat eorum habitatio deſerta, ne-
mine in eorum domiciliis habi-
27 tante. Quandoquidem, quem tu
cecidiſti, inſectantur, fauciorum
tuorum dolorem adaugentes.
28 * Eorum vitia vitiis accumula, neue
in tuam veniant iuſtitiam. De- 29
leantur ex libro viuorum, neque
iuſtis adſcribantur. Me vero 30
inopem et ægrum tua, Deus, pro-
tegat tutela. Laudabo Dei no- 31
men carmine, eum gratiis agendis
magnificans. Id quod erit Iouæ 32
gratius, quam bos, quam taurus
cornutus cornipes. Quo viſo 33
lætabuntur inopes, Dei ſtudioſi
mente viuent, quod exaudiat 34
pauperes Ioua, vinctos ſuos non
contemnens. Eum cæli atque ter- 35
ræ, eum maria, quæque in eis mo-
uentur omnia, collaudabunt. Si 36
quidem Deus Sionem conſeruabit,
vrbesque Iudææ conſtruet, vt ea
incolatur et poſſideatur. Eamque 37
tenebit eius cultorum progenies,
et eius amatores nominis habita-
bunt.

PSAL. LXX.

Subſidium a Deo poſtulatum in hoſtes. Fidelium quanta gaudia ex Dauidis abſolutione.

Præcinendum Dauidis ad admo- 1
nendum. G. ad Seruet me Do-
minus. *H.*

DEus, ad me defendendum, 2
Ioua, ad mihi ſubueniendum
feſtina. Turpiter fruſtren- 3
tur, qui meæ neci ſtudent: fœde
retro cedant mei maleuoli. Au- 4
ferant hoc impudentiæ ſuæ præmi-
um, vt vertantur, qui dictitant
oho, oho. Exſultent et lætentur 5
in te omnes tui ſtudioſi, ſemperque
dictitent, magnificandum eſſe De-
um, amatores tuæ tutelæ. Mihi 6
vero inopi et pauperi, Deus, pro-
pera, qui meus es propugnator, at-
que liberator, Ioua, ne cunctare.

PSAL. LXXI.

In Abſalomum præſidium a Ioua. Et iuuenis, et ſenex Deum inuocans Dauid. Fidei conſtantia. Poſt angores quanta a Deo ſolatia. Pro meritis collatis ad Iouam actio gratiarum.

G. Da-

G. Dauidis cantio Ionadabitarum,
et eorum, qui primo in captiui-
tatem ducti ſunt. *H.*
1 TIbi Ioua confido, ne fruſtrer
2 vmquam. Pro tua iuſtitia
defende et libera me: præbe
mihi aurem, ſic vt me conſerues.
3 Eſto mihi pro firma rupe, in quam
me ſemper recipiam: tu qui me
mandas conſeruandum, qui mihi
4 rupis et arcis es loco. Mi Deus, li-
bera me ab impiorum manu, ab
iniquorum atque ſæuorum manu.
5 Nam tu mea ſpes es, Domine Ioua,
6 mea iam a teneris fiducia. Te
nixus ſum iam ab vtero: tu me ex
meæ parentis ventre extraxiſti:
in te mea perpetuatur laudatio.
7 Equidem multis ſum quaſi porten-
tum quoddam: ſed tu mihi firma
8 fidentia es. Tuis plenum laudi-
bus os et honore continenter ha-
9 beo. Ne me reiice tempore ſene-
ctutis: ne me viribus effetum de-
10 ſere. Etenim contra me delibe-
rant hoſtes mei: quique meam
vitam captant, in hunc modum con-
11 ſultant: Deus eum deſeruit: per-
ſequendus eſt, et capiendus, dum
12 nullus defendit. Deus, noli a me
abeſſe, mi Deus, ad mihi ſuccur-
13 rendum feſtina. Pudore confician-
tur meæ vitæ aduerſarii: infamia
et turpitudine cooperiantur, qui
14 meo malo ſtudent. Ego vero
ſpem perpetuo fouens, ad tuas tot
15 laudes addam. Ore tuam adſidue
iuſtitiam et victorias exponam,
16 quarum ignoro numerum. Obi-
bo fortia Domini Iouæ facinora,
tuam ſolius iuſtitiam commemo-
17 rans. Deus, tu me a pueris do-
cuiſti, et hactenus tua prædico mi-
18 racula. Ne ad ſenectam quidem
et canos, Deus, me deſere, dum
tuum *n* brachium poſteris, dum tu-
am futuris omnibus prædico virtu-
19 tem: et arduam, o Deus, iuſtitiam,
qui Deus tam magna facis, vt ſis in-
20 comparabilis. Qui, quum mihi
multa exhibuiſſes aduerſa atque
triſtia, mihi vitam reconciliatus
defenderis: qui me ex ima tellure
reconciliatus extraxeris: qui me- 21
am amplificaueris magnitudinem:
qui me, pacatior factus, recreaueris.
Ego quoque te inſtrumento nablo, 22
tuam fidem celebrabo, mi Deus, te
cithara cantabo, o auguſte Iſraeli-
tarum. Te ouantibus cantabo la- 23
bris, atque animo, quem redeme-
ris. Nec non lingua tuam totos 24
dies meditabor iuſtitiam, quod tur-
piter offenderint, qui mihi malum
moliebantur.

PSAL. LXXII.

Preces, vt adueniat regnum. Pax, et piorum frequentia futura. Gentium cultus ad ſeruatorem. Regni chriſtiani opulentia. Eiusdem monumenta. Ad Iouam gratiarum actio.

De Solomone. *G.* Cantio Dauidis. *H.* 1
DEus, iura tua regi, iuſtitiam
tuam regis filio da. Popu- 2
lum tuum ex æquo, tuos
inopes ex iure iudicabit. Ferent 3
montes pacem populo, et colles iu-
ſtitiam. Hominibus patrocinabi- 4
tur inopibus: tuebitur genus pau-
perum, fraudatores attenuans. At- 5
que ita dum ſol, et diutius, quam
luna durabit, æternis timebere ſæ-
culis. Erit quaſi deſcendens in 6
detonſa prata pluuia, vt terram
irrorans imber. Florebunt eius 7
tempore boni, multaque pax, donec
deſinat eſſe luna. Imperabitque 8
ab altero mari ad alterum, *o* a flumi-
ne ad extremum terræ. Ei ſiluani 9
ſuccumbent, eiusque hoſtes lingent
puluerem. Ei Ciliciæ inſularum- 10
que reges munera penſitabunt: ei
Arabes Sabæique ſtipendium adfe-
rent. Eumque colent omnes re- 11
ges, omnes ei gentes ſeruient.
Liberabit enim conquerentes pau- 12
peres, et defenſore carentes inopes.
Tenues miſerabitur et egenos, pau- 13
perumque vitam tuebitur, eos a 14
frau-

n) vires. *o*) ſcilicet Euphrate.

fraude et iniuria vindicando, et eo-
rum ſanguinem in pretio habendo.
15 Viuet, eique ſuppeditabit aurum
arabicum, et pro eo fient adſiduæ
preces, cum quotidianis in eum
16 fauſtis ominationibus. Fietque,
vt farris pugilli terræ mandati fru-
ctus in montano vertice ſtrepat, vt
Libanus, florentibus terreſtrium
17 herbarum more ciuibus. Erit
nomen eius in perpetuum: quam-
diu ſol manebit, eius fama propa-
gabitur: in eoque ſibi placebunt
omnes gentes, eum beatum feren-
tes. Laudetur Ioua, Deus Iſraeli- 18
tarum, Deus ſolus mirificus. Lau- 19
detur et eius glorioſum nomen in
æternum, eiusque gloria repleatur
vniuerſitas orbis terrarum: etiam 20
atque etiam.

* Hactenus precationes Dauidis, Iſæi filii

PSALMORVM LIBER III.

PSAL. LXXIII.

Piorum conſolatio dum adfliguntur gaudentibus malis. Improbi finis infelix, piorum beatus. Exitus vitæ vitam diiudicans. Vexatio probi gaudente improbo. Spiritualis quæ fermentatio.

1 Aſaphi cantio.
EST quidem bonus Iſraelitis De-
2 us, mente puris. Verum ego
fere pedibus deflexi, greſſu
3 propemodum labefactato, quod
indignarer in vecordes, res impio-
rum proſperas animaduertens.
4 Non ſunt enim neceſſitates, quæ
eos enecent: ſed vigent valentque.
5 Humanis laboribus non agitantur,
neque cum ceteris clades patiuntur.
6 Itaque ſuperbia torquati, iniuſtitiæ
7 amictu palliantur. Eis oculi præ
obeſitate prominent, animi vota
8 ſuperant. Occalluerunt, atrocia-
que loquuntur facinora, faſtidioſe
9 loquuntur. Et ore cælos attin-
gunt, et lingua peragrant terras.
10 Propterea eo rediguntur p illius ho-
mines, quaſi vndantibus fluctuan-
11 tes in aquis, vt in hunc modum
ratiocinentur: ſcilicet hæc intelli-
git Deus, ſcilicet habet horum co-
12 gnitionem ſupremus. En impii
hi, in hac vita fortunati, opes con-
13 ſequuntur. Næ ego fruſtra et
mentem meam expurgo, et manus
14 innocentia perluo, quum quoti-
dianas calamitates, adſiduaque per-
15 feram ſupplicia. Si hunc in mo-
dum argumentari cogito: en in-
iuriam facio q tuorum filiorum ge-
neri. Itaque hoc mihi perſpicere 16
conanti, videbatur arduum. Do- 17
nec r ingreſſus in Dei ſanctuarium,
conſideraui illorum exitum. E- 18
nimuero tu in lubrico collocatos
deiicis in exitium. Adeo, vt quam 19
repentina deleti calamitate, horri-
bili modo conficiantur. Vt ſo- 20
mnium euaneſcit expergefactis, ſic
tu eorum imaginem, Ioua, in ciui-
tate aboles. Sed mihi cor erat in 21
fermento, meique renes exſtimula-
bantur. Adeo apud te bardus et 22
imperitus, adeoque brutus eram.
Quum apud te ea ſemper conditio- 23
ne ſim, vt tu me dextra mea pre-
henſum, tuo conſilio ducas, de- 24
inde ad honorem cooptes? Ec- 25
quem, excepto te, vel in cælis ha-
beo, vel in terris, quem adamem?
Deficiat licet corpus, corque meum, 26
mei cordis numen eſt, meaque con-
ditio, Deus in perpetuum. Nam 27
certe perituri ſunt, qui a te rece-
dunt: perdes omnes, qui a te me-
retricio more deficiunt. Mihi 28
vero ſuauis cum Deo familiaritas
eſt, fiduciam in te, Domine Ioua,
collocatam habenti, tuis tot operi-
bus enarrandis.

PSAL. LXXIIII.

Populi lamentatio de templi ruina. Hoſtium crudelitas. Iouana benignitas. Liberatio ſperata. In hoſtes precatio. Fœderis diuini commemoratio.

Aſa-

p) ſc. Dei, hoc eſt, homines pii. Vide Pſal. 125. 13. q) quaſi Deo curæ non ſint. r) penitus contemplatus Dei mentem arcanumque conſilium.

1 Aſaphi inſtitutio.

CVr, o Deus, tanta ira in oues
tuorum paſcuorum exarſiſti,
vt eas prorſum reieceris?
2 Memento ciuitatis tuæ, quam olim
comparaſti: nationis tui patrimo-
nii, quam vindicaſti: montis illius
3 Sionis, quem incolis. Incede
ſublimis, ad euertendos funditus
4 omnes ſacro nocentes hoſtes. Per-
ſtrepunt tui perduelles, poſitis ſuis
ſignis, hoc eſt tropæis, in mediis
5 tuis curiis. Ita vt videantur in
denſas arbores alte ſecures immitti.
6 Iamque eius valuas bipennibus ſi-
7 mul, et malleis demoliti, inie-
cerunt ignem in tuum ſacrarium,
humi polluto tui nominis taberna-
8 culo. Et habentes in animo ea ſe-
mel depopulari, cremarunt omnes
9 Dei curias in hac regione. Signa
noſtra non videmus: non iam va-
tes, non nobis adeſt, qui ſciat quo-
10 usque duratura ſint hæc. Quous-
que tandem, o Deus, conuiciabun-
tur aduerſarii, proſcindent hoſtes
11 nomen tuum? cur iſtam manum,
cur dextram intra ſinum tuum o-
12 mnino contrahis? quum ſis iam
olim Deus rex noſter, victoriarum
13 per terras auctor. Tu diuulſo
iſta potentia mari, capita *a* cetorum
14 in aquis perfregiſti. Tu diſſectis
b balænæ capitibus, eam ſiluanorum
15 populo dediſti ad paſtum. Tu
fontem flumenque expresſiſti: tu
vehementia exſiccauiſti *c* flumina.
16 Tua dies, ipſa tua nox eſt: tu lucem
17 ſolemque condidiſti. Tu omnes
terrarum ſtatuiſti terminos: æſta-
18 tem tu hiememque creauiſti. Me-
mineris huius tam contumelioſi ho-
ſtis, o Ioua, et inſanorum homi-
num tuum nomen proſcindentium.
19 Ne prode feris vitam tuæ turturis:
noli perpetuo gregis inopum tuo-
20 rum esſe immemor. Specta fœdus,
quandoquidem refertæ ſunt terræ
21 latebræ domiciliis iniuſtitiæ. Effice,
ne turpiter abeant tenues, vt inopes
et pauperes nomen tuum laudent.
Agedum, Deus, age tuam cauſſam: 22
memento ignominiæ, qua te quo-
tidie adficiunt inſani. Ne im- 23
memor eſto vocis aduerſariorum,
tumultus infeſtorum tuorum cre-
ſcentis adſidue.

PSAL. LXXV.

Seruatoris ingenium et a patre virtus. Dehortatur omnes propheta, ne quid in Chriſtum cogitent. Impiorum caſus, et piorum felicitas.

Præcinenda, ne corrumpe, Aſaphi 1
muſica cantio.

d AGimus tibi gratias, Deus, tibi 2
gratias agimus, cuius præſens
adeſt nomen tua narrantibus
miracula. Quum certum tempus 3
adeptus fuero, equidem ex æquo iu-
dicabo. Diſſoluitur et tellus, et o- 4
mnes eius incolæ, cuius ego conſta-
biliui columnas, Sela. Edico veſa- 5
nis, ne inſanite: et impiis, ne cornu
efferte. Ne tam alte iſtud efferte 6
cornu, loquentes ceruice præfra-
cta. Nam nec ab ortu occaſuue, 7
nec a meridie proficiſcitur excel-
lentia. Sed rerum Deus arbiter, 8
hunc deprimit, illum extollit.
Habet enim in manu Ioua calicem, 9
rubente vino plenum turbido, vn-
de fundit ille quidem, ſed ita, vt e-
ius expresſam fæcem bibant omnes
terrarum impii. At ego Iacobi- 10
darum Deum in æternum cantans
prædicabo. Et impiorum omnia 11
rumpam cornua, bonorum corni-
bus extollendis.

PSAL. LXXVI.

Clades inimicorum coram vrbe ſancta. Laudandus Ioua. Diuina potentia, vota et laudationes piorum.

Præcinenda fidibus Aſaphi muſica 1
cantio *G.* in Aſſyrios *H.*

NOtus eſt in Iudæa Deus, ma- 2
gni apud Iſraelitas nominis
Eſtque in Solymis eius tento- 3
Qq rium,

a) Aegyptiorum. *b*) Pharaonis. *c*) Iordanem. *d*) vide Pſal. 28.

4 rium, et in Sione domicilium. I-
bi fregit arcuum ſpicula, et clipeos,
5 et enſes, et bellum, Sela. Tu cla-
rior es, et generoſior, quam ſunt
6 montani prædones. Direpti ſunt
magnanimi [e] ſuo ſomno ſopiti, [f] nec
inuenere tot bellatores ſuas manus.
7 Ad tuas, Deus Iacobidarum, minas
conſopiti ſunt et quadrigarii et e-
8 qui. Tu, tu adeo terribilis es,
vt ante te, quandocumque iraſceris,
9 ſtare quis poſſit? Quo de cælo
ſententiam pronuntiante, tellus i-
10 pſa territa ſileſcit: inſurgente ad
iudicium Deo, ad defendendos o-
11 mnes terrarum inopes. Sela. Nam
tibi rabies hominum laudi eſt: tu
exſuperantibus furoribus decora-
12 ris. Vouete, et vota ſoluite Iouæ
Deo veſtro omnes eius neceſſarii:
13 adferte munera terribili. Qui po-
tentibus præcludit ſpiritum, for-
midabilis regibus terrarum.

PSAL. LXXVII.

In ærumnis Vates lamentans, inſomnis. Iouana in vatem beneficia. Spes conſolationis a Deo.

1 Præcinenda Ieduthuni Aſaphi can-
tio.

2 INuocatus voce mea Deus, mea
voce inuocatus Deus mihi auſcul-
3 tauit, quum eſſem in angu-
ſtiis, Dominum oraui, ſuppurante
noctu meo vulnere ſine intermiſ-
ſione, animo meo conſolationem
4 reſpuente. Memor eram Dei tur-
bidus, et cogitabundus, animo ſeſe
5 cruciante. Sela. Et [g] te meorum
cuſtodiam oculorum agente, ſic ad-
6 ficiebar, vt nihil loquerer. Sed
præteritum tempus, priſcos annos
7 reputans, recolebam meam can-
tilenam noctu, cum mente mea co-
gitabundus, animo hunc in modum
8 ſciſcitante. Adeone in perpetu-
um adſpernatur Dominus, vt dein-
9 ceps fauturus non ſit? Prorſum-
ne finita eſt eius clementia? De- 10
ſieruntne eius promiſſa in omnia
ſæcula? Oblitusne facilitatem 11
Deus, miſericordiam ſuam præ ira-
cundia cohibet? Sela. Tum co- 12
gitans mihi ſperandam eſſe vicis-
ſitudinem dextræ ſupremi, me- 13
moria repetebam Iouæ naturam,
recolendis tuis priſcis miraculis,
tuaque tot facinora recogitans, de 14
tuo ſic ratiocinabar ingenio. Tu, 15
Deus, te ſancte geris, cui Deo quis
par Deus eſt? Tu mirifice, Deus, 16
tuam apud populos oſtendiſti po-
tentiam, dum tuos potenter vin- 17
dicaſti, Iacobi Ioſephique poſteros.
Sela. [h] Viderunt aquæ te, Deus, 18
viderunt aquæ trepidantes, cohor-
rentibus ipſis fluctibus. Quum 19
quidem nubes aquis manarent: nu-
bila fragorem ederent, tua [i] tela fer-
rentur: tuum in æthere tonitru 20
ſonaret, fulgura coruſcarent per
mundum, tellus tremefacta cohor-
reſceret. Tu per mare menſus 21
iter, per vaſtas ingreſſus aquas,
tuis non exſtantibus veſtigiis,
tuos tamquam oues per Moſem et 22
Aharonem duxiſti.

PSAL. LXXVIII.

Ad populares Vates. Beneficia Iouæ in populum collata. Rebellio Iudæorum in Deum. Calamitas populi in prælio propter impietatem. Qui ſimulando quærant Iouam. Calamitates Aegypti a Ioua pro populo Iudæorum. Arca in Philiſtæis. Ephraimitis neglectis Iudæorum fauor.

Aſaphi inſtitutio. 1

AVdite, mei populares, meam
diſciplinam, præbete aures o-
rationi meæ, aperiam os 2
meum in ſententiam, antiqua elo-
quens ænigmata. Quæ auditio- 3
ne didicimus, narrantibus noſtris
patribus, non celabimus eorum 4
prognatos, enarrandis poſterorum
generi Iouæ laudibus, potentia et
editis miraculis. Sanxit enim a- 5
pud

e) occiſi. f) non potuerunt reſiſtere. g) inſomnis. h) ſcilicet in traiectu maris rubri. i) fulmina.

pud Iacobeos oraculum, legemque
6 tulit apud Iſraelitas. Qua præ-
cepit maioribus noſtris, vt ea ſuis
7 natis declararent, quæ ſciat po-
ſteritas, quique procreandi ſucce-
dent, ſuis porro natis enarrent.
8 Quo ſuam in Deo ſpem collocent,
diuinique moris haud immemo-
9 res, eius præcepta tueantur: ne-
que ſint, quales eorum maiores,
natio degener atque contumax:
natio vecors, et animi erga Deum
10 infidi: Ephraimitæ, armati ſa-
gittarii, terga verterunt tempore
11 dimicandi. Non conſeruauere
Dei fœdus, ex eius lege viuere re-
12 cuſantes, eiuſque morum imme-
mores, et miraculorum, quæ eis
13 exhibuerat. Qui quidem apud
eorum maiores mira fecerat in Ae-
14 gypti agro tanenſi. Eos mare
partitus traduxerat, aquis quaſi in
15 aceruum congeſtis. Et per nu-
bem interdiu, totaſque noctes per
16 lumen ignis duxerat. Tum diſ-
cluſis in ſolitudine cautibus, vndas
eis adfatim dederat ad bibendum.
17 Et prolectis ex rupe laticibus, quaſi
18 fluuiorum corriuauerat aquas. At
illi in eum peccare, ſupremum ir-
ritare in deſertis perrexerunt.
19 Deumque animis tentarunt, cibum
20 ad victum poſtulando. Et Deo
obloquentes, ita dixerunt: num-
quid poterit Deus menſam in ſoli-
21 tudine inſtruere? Eſto, cautem
percusſit, manatque lympha, et
exundant flumina: num et panem
ſuppeditare poterit, aut carnis co-
22 piam ſuis facere? Itaque ea re
audita, indignato Ioua, exarſit in
Iacobidas ignis, et in Iſraelitas ſæ-
23 uitum eſt: qui Deo diffiſi, eius
24 tutelæ non confidisſent. Ergo il-
le ſublimi imperauit ætheri, aper-
tiſque cæli foribus, eis mannam
ad veſcendum depluit, et cæleſte
dedit frumentum. * Tam nobilem
panem comederunt homines, miſ-
ſo eis ab illo commeatu ad ſatie-
tatem. Tum acto per cælum eu- 27
ro, immisſoque vi ſua auſtro,
pluit eis carnes puluere crebriores,
alatas aues marinis numeroſiores 28
arenis. Quas in media eorum
caſtra iniecit, circum eorum taber- 29
nacula. Igitur quum veſcentes
ſeſe ingurgitarent, ab illo, quæ con- 30
cupiuerant, adepti: nondum cu-
piditatem depoſuerant, adhuc ſu- 31
um in ore cibum habentes, quum
eos adgresſa Dei ira, interfecit eo- 32
rum *k* vnctisſimos quoſque, et Iſrae-
litarum lectisſimos edomuit. At
quum ſic quoque peccare perge- 33
rent, non adiungentes eius mira-
culis fidem, ille eorum æuum
celeriter, eorum annos perniciter 34
conſumſit. Quod ſi quando, eo
interficiente, eum requirebant, 35
Deoque reſipiſcentes inuigilabant:
recordantes, Deum eſſe ipſorum
numen, Deum ſupremum ipſorum 36
vindicem: quamuis ore eum
fallerent, et lingua ei mentirentur: 37
non bene erga eum animati, ne-
que in eius fœdere fideles: ipſe 38
tamen exorabilis, data venia, eos 39
non perdebat: ſæpeque iram ſu-
am coercens, non totam bilem ſu-
am incitabat, memor, eos carnem
eſſe, ſpiritu abeunte, neque rede- 40
unte. Quoties eum in ſolitudi-
ne irritarunt? quoties ei in deſer- 41
tis negotium faceſſerunt? et ite-
rato Deum tentauerunt, auguſto Iſ- 42
raelitarum præſcribentes? im-
memores eius manus, tum quum e- 43
os ex periculis vindicarat. Qui ſua
in Aegypto oſtenta, in agro tanenſi 44
prodigia ediderat. Eorumque
verterat amnes in ſanguinem, ita vt 45
flumina non biberentur. Immi-
ſerat eis et inſecta, quæ eos con- 46
ficerent, et ranas, quæ peruaſta-
rent. Et bruchis fruges eorum,
et locuſtis laborem addixerat. 47
Et grandine vites, et imbre congla-
ciato peremerat ſycomoros. Et 48
eorum veterina grandini, et peco- 49

k) locupletisſimos.

50 ra preſteribus expoſuerat. Vſus
erat in eos iræ ſuæ feruore, indi-
gnatione, ſeueritate, et aſperitate,
51 opera malorum angelorum. La-
xauerat in eos iræ ſuæ impetum,
et nihil parcens, quo minus eorum
animas neci dederet, eorum vitam
52 peſti addixerat. Omniaque in
Aegypto primogenita, primordia
virilitatis in *l* chameis domiciliis
53 occiderat. Et deportatos inde
ſuos tamquam oues, veluti gregem
54 per deſerta deduxerat. Atque im-
perterri ſos tuto perduxerat, eorum
55 hoſtibus mari obrutis. Et in ſuos
ſacros fines adduxerat, in montem
56 illum ſua dextra quæſitum. Exa-
ctisque eorum gratia gentibus, is-
raeliticas tribus in illarum collo-
cauerat domiciliis, hereditate ſor-
57 te eis diſtributa. At illi ſummum
Deum tentando exaſperarunt, eius
58 monita non conſeruantes. Re-
troque cedentes præuaricati ſunt,
vt ipſorum maiores: inuerſi, vt
59 fallax arcus. Et eum ſuis ſacellis
irritarunt, ſuisque ſimulacris in-
60 cenderunt. Quo audito indigna-
tus Deus, et ab Israelitis magno-
61 pere abhorrens, Siluntis tentori-
um deſeruit, quod tabernaculum
62 apud homines collocauerat. *m* Su-
amque potentiam captiuitati, ſu-
um decus hoſtili expoſuit manui.
63 Et ferro ſuos obiecit, indignatus
64 in ſuum patrimonium. Eorum
et iuuenes igne confecti ſunt, et
65 virgines *n* ingloriæ. Sacerdotes
occubuere ferro: nec viduis defle-
66 ti ſunt. Ac quaſi ex ſomno ex-
citus Dominus, velut heros a vino
67 vociferans, *o* hoſtium ſuorum
terga cecidit, æternam eis impo-
68 nens ignominiam. Et repudiato
Ioſephidarum tabernaculo, impro-
bataque Ephraimitarum tribu,
69 delegit tribum iudæam, montem
70 Sionem ſibi dilectum. Et ſuum
quam magnifice ſacrarium exſtru-
xit, in terra a ſe fundata in æter-
num. Delectumque ſuum Daui- 71
dem a caulis arcesſiuit, atque ab 72
agendis fetis abduxit, ad regendos
ſuos Iacobeos, ſuumque patrimo-
nium Israelitas. Quos ille ſin- 73
cera mente, peritisque manibus pa-
uit atque duxit.

PSAL. LXXIX.

Vates populo lamentans. Vrbis et fani ruina: populi cædes. In hoſtes precatio, pro populo liberando. Laudes eruentis Dei.

Aſaphi cantio.

O Deus, gentes tuum adgresſæ 1
patrimonium polluunt tuum
ſacrum fanum, Hieroſoly-
mam redigentes in rudera. Tuo- 2
rum cadauera cultorum volucribus
aereis, tuorum corpora piorum be-
ſtiis obiiciunt comedenda terreſtri-
bus. Effundunt eorum ſanguinis 3
vndas circum Hieroſolymam, ſepe-
liente nemine. Sumus vicinis no- 4
ſtris oſtentui, finitimis deriſui et
ludibrio. Quousque tandem ſæui- 5
es, Ioua, iſto impetu quaſi igne exar-
deſcens? Effunde bilem iſtam in 6
gentes ignaras tui: in regna, quæ
tuum non inuocant nomen. Nam 7
conſumti ſunt Iacobidæ, eorum ha-
bitatione vaſtata. Noli in nos 8
animaduertere præterita commiſ-
ſa: propera in nos vti tua miſeri-
cordia, nam valde ſumus attenuati.
Succurre nobis, Deus noſtræ ſalu- 9
tis, tui nominis gloriæ causſa:
nosque libera, et noſtris peccatis
veniam da, tui nominis gratia.
Ne quærant gentes, vbinam ſit no- 10
ſter Deus? cernatur apud gentes
in noſtris oculis vltio effuſi tuo-
rum ſanguinis. Veniat in tuum 11
conſpectum gemitus vinctorum:
pro tui magnitudine lacerti reli-
quos fac eos, qui ſunt morti deſti-
nati. Noſtrisque vicinis *p* in ſinum 12
ſeptuplo repende ignominiam,
quam

l) apud Aegyptios, qui ſunt a Chamo prognati per Misraimum. *m*) arcani fœderis. *n*) innuptæ. *o*) ſcilicet Israelitarum, vt et Eſa. 11. 4. vocantur. *p*) penitus.

13 quam tibi, Ioua, inurunt. Nos
vero tuus populus, et oues tui pa-
ſcui, te in omnem ſæculorum per-
petuitatem, tuas enarrando laudes,
concelebrabimus.

PSAL. LXXX.

Preces ad Iouam pro populi beneficio, et ſalute. Collata in hominem Iouæ merita. Luctus pro ruina Hieroſolymæ.

1 Præcinendum ad roſas oraculum
cantionis Aſaphi G. de Aſſyriis H.
2 O Paſtor Iſraelitarum, auſculta,
qui Ioſepheos agis, vt oues:
cherubis inſidens adfulge.
3 Apud Ephraimitas, Beniamitas, et
Manasſenſes excita tuam fortitudi-
nem, et nobis ſuppetias veni.
4 Deus, reconcilia nos, tuoque vultu
5 colluſtra, et ſalui erimus. Ioua
Deus armipotens, quem ad finem
ſuccenſebis tuis precantibus?
6 quos tergeminarum cibo potuque
7 lacrimarum paſcis. Tu nos fini-
timis q) certamen expoſuiſti, noſtris
8 deridendos hoſtibus. Deus armi-
potens, reconcilia nos, tuoque vul-
9 tu colluſtra, et ſaluti erimus. Vi-
neam ex Aegypto transtuliſti, quam,
10 exactis gentibus, plantaſti. Eique
ita purgauiſti ſolum, vt, actis radi-
11 cibus, repleuerit terram: et vm-
bra montes operuerit, ramis diui-
12 nas æquantibus cedros: ſuoſque
palmites ad mare, ſua ſarmenta r) ad
13 flumen vsque diſtenderit. Cur
eius diruiſti ſepem, vt ab omnibus
14 carpatur viatoribus? vt ab apris
ſilueſtribus deuaſtetur, vt depaſca-
15 tur a feris? Deus armipotens,
reconciliare quæſo: adſpice de cæ-
lis, et hanc vineam reſpice atque
16 cura: vitiarium, tua quod dex-
tra conſeuit, ſcilicet natos, quos tu
17 tibi confirmaſti. Conflagrat igni
ſuccifa, ad tui vultus truculentiam
18 pereunt. Adſit iſta manus homi-
nibus, iſta dextra hominum gene-
19 ri, quos tu tibi confirmas. Ne
nos a te recedamus, ſed, a te conſer-
uati, nomen tuum inuocemus.
Ioua Deus armipotens, reconcilia 20
nos, tuoque vultu colluſtra, et ſal-
ui erimus.

PSAL. LXXXI.

Cohortatio ad iouanas laudes, beneficia Dei commemorata. Deo fidens, is felix. Iſraelitæ pertinaces, ac ceruicoſi.

Præcinendum ad Gittith, Aſaphi. 1
O Vate Deo, potentiæ noſtræ: 2
reſonate Iacobeorum Deum.
Vtimini cantione, adhibito 3
tympano, ſuauique cithara cum na-
blo. Clangite in nouilunio tu- 4
ba, noſtro ſolemni die feſto. Nam 5
is Iſraelitarum ritus eſt, iure Dei
Iacobeorum, qui id inter Ioſe- 6
pheos oraculo inſtituit, quum ter-
ram inuaderet ægyptiam, vbi igno-
tum ſermonem audiebamus. * s) Sub- 7
duxi veſtros humeros oneri, ve-
ſtris manibus a figlina deductis.
Voſque in anguſtiis inuocantes li- 8
beraui, t) vobis occultus in tonitru
poſtulata conceſſi, quum vos ad a-
quam iurgii exploraſſem. Sela.
Audi, mi populus, dum te commo- 9
nefacio: Iſraelita, ſi mihi obedies,
non habebis alienum Deum, neque 10
peregrinum Deum coles. Ego 11
ſum Ioua Deus tuus, qui te ex Ae-
gypto deportaui: u) aperi os tuum,
et ego id implebo. Sed meus po- 12
pulus mihi dicto audiens non fuit:
Iſraelitæ mihi non obtemperarunt.
Itaque eis libidinum ſuarum licen- 13
tiam conceſſi, vt ſuis obſequantur
conſiliis. Quod ſi mihi meus 14
populus obediret, ſi Iſraelitæ meis
graderentur viis: confeſtim eo- 15
rum hoſtes domarem, conuerſa in
eorum aduerſarios manu. Subie- 16
ctiſque eis Iouæ inimicis, durarent
in æternum, me eos flore pa- 17
ſcente tritici, et melle ſatiante
rupis.

q) certatim illudendos. r) ſcilicet Euphratem. s) verba Dei. t) ſcilicet quum legem in Sina tradidit. u) tantum accipe, quod dabo, et te paſcam.

PSAL. LXXXII.

Adſiſtens iudicibus Ioua. Iudices caſtigans Deus. Iudicia conficiens Ioua.

1 Aſaphi cantio.
x DEus adſtat in conſeſſu diui-
no, in medio y diuorum iu-
2 dicans. Quouſque iudi-
cabitis inique, et impiis indul-
3 gebitis? Sela. Agite tenuium pu-
pillorumque cauſſam, inopes et
4 pauperes abſoluite. Tenues et
egenos liberate, eos ab impiorum
5 defendentes iniuria. Indocti im-
peritique ſunt, in tenebris gradi-
untur, nutant omnia terrarum fun-
6 damenta, equidem vos vniuer-
ſos adpello diuos, et Supremi filios.
7 Verum tamen vt homines morie-
mini, z vtque quiuis de principibus
8 cadetis. Surge, Deus, iudica ter-
ras, tu qui gentes omnes heredita-
te obtenturus es.

PSAL. LXXXIII.

Vates pro populo contra potentiſſimos hoſtes. Contra iſtos, vti Deo dent pœnas dignas.

1 Aſaphi cantio muſica.
2 O Deus, ne ceſſa, ne conniue,
3 neque quieſce, Deus. Nam
ecce tumultuantur hoſtes tui,
4 oſores tui caput efferunt. Contra
tuum populum malitioſe conſul-
tant, conſpirantes contra tuos inti-
5 mos in hunc modum: agite, de-
leamus eos ex hominum genere, ne
amplius memoretur nomen Iſraeli-
6 tarum. Nam conſpirant vno ani-
mo, icto contra te fœdere, a taber-
nacula Idumæorum Iſmaelitarum-
que: Moabitarum, et Hagareno-
7 rum: Gebalenſes, et Ammonitæ
atque Amalechitæ: Palæſtina cum
8 Tyriis. Aſſyrii quoque ſeſe eis
coniunxere, b Loto prognatis opitu-
9 lantes. Fac eis, vt Madianitis, vt Si-
ſaræ, vt Iabini apud Ciſonem fluui-
um, qui apud Endor deleti ſterco- 10
rauerunt humum. Tracta eorum 11
duces, vt Orebum, vt Zebum, vt Ze-
bam et vt Salmunam omnes eorum
gubernatores, qui ſtatuunt diui- 12
nas occupare ſedes. Mi Deus, vtere 13
eis, vt rota, vt ſtipula iactata vento.
Vt ſiluam comburit ignis, vt mon- 14
tes incendit flamma: ſic tu illos 15
tua tempeſtate vexa, tuoque turbi-
ne perturba. Reple vultus eo- 16
rum dedecore, et tuum requiratur
nomen, Ioua. Fœde perturben- 17
tur perpetuo, turpiterque pereant:
vt intelligatur, te ſolum iſto nomi- 18
ne, Ioua, ſupremum eſſe toto orbe
terrarum.

PSAL. LXXXIIII.

Vates lamentans, quia non interſit cum piis in fano. Laudantes in eccleſia Deum felices. Petit reditum in vrbem. Beatus, qui Deum colit.

Præcinenda ad Gittith cantio Co- 1
ranidarum.
O Amabiles tuas ſedes, Ioua ar- 2
mipotens. Conficior animi 3
deſiderio atriorum Iouæ, et
mente et corpore ad Deum immor-
talem ouans. Etiam paſſer ſibi 4
domum inuenit, et hirundo ni-
dum, vbi pullos ſuos ponat tuas ad
aras, armipotens Ioua, mi rex at-
que Deus. Beati, qui domi tuæ 5
habitant, te continenter collaudan-
tes. Sela. Beati, qui eas mente 6
vias tenent, vt habeant ſitam in te
potentiam. *Qui, ſi per flebilem 7
transeant vallem, c eam reddent fon-
talem, etiam ciſternas prætexente
pluuia. Semperque proficient in 8
opibus, apud Deum in Sione ad-
parituri. Ioua Deus armipotens, 9
audi meas preces, auſculta, Deus
Iacobidarum. Sela. Propugnacu-
lum noſtrum adſpice, Deus, et tui
vncti perſonam reſpice. Præ- 10
ſtat

x) vide Pſal. 76. y) gubernatorum. z) vt dignum eſt principe; hoc eſt, mortales, non deos immortales. a) Caſtra et porro milites, et populi. b) Ammonitis et Moabitis. c) Alludit ad fontem, quem Moſes elicuit ex rupe.

ſtat enim dies vnus in tuis atriis,
quam mille: malim in Dei mei do-
mo ad limen eſſe, quam in impio-
11 rum tabernaculis habitator. Nam
ſol et propugnaculum Ioua Deus,
Ioua gratiam gloriamque confert
iis, qui ſe gerunt innocenter, eis
12 bona non denegans. O armipo-
tens Ioua, beatus homo, qui tibi
confidit.

PSAL. LXXXV.

Populi verbis agit Ioua gratias Vates. Inuocatus in auxilium Deus, delictorum venia per ſeruatorem, piorum facta.

1 Præcinenda cantio Coranidarum.
2 [d] Fauiſti, Ioua, terræ tuæ, re-
uocatis ex captiuitate Iacobeis.
3 Dediſti tuis veniam, obductis
omnibus eorum peccatis. Sela.
4 Cohibuiſti tantam iſtam ſeuerita-
tem, iſtius iræ feruore coercito.
5 Reconcilia nos, Deus noſtræ ſalu-
tis, tua aduerſum nos ſæuitia re-
6 preſſa. Perpetuone in nos deſæ-
uies, iram iſtam per æterna ſæcula
7 retinens? nonne tu nos reconci-
liatus conſeruabis, vt tui lætentur
8 in te? exhibe nobis tuam, Ioua,
clementiam, tuamque defenſionem
9 præſta. Audio, quid promittat
Deus Ioua: promittit enim pacem
ſuo populo, ſuisque piis, ita, vt
ad dementiam non reuertantur.
10 Certe adeſt eum reuerentibus, eius
præſidium, vt habitet in noſtra ter-
11 ra gloria. Pietas veritasque in-
ter ſeſe occurrent: iuſtitia et pax
12 deoſculabuntur inuicem. Veri-
tas ex terra germinabit, et iuſtitia
13 de cælo exſiſtet. Ioua quoque bo-
na dabit, et terra noſtra ſuas fruges
14 edet. Illum antecedet iuſtitia, in
via veſtigia ponentem.

PSAL. LXXXVI.

Vates adflictus ad Iouam, iouana potentia. Gentium agnitio ſalutaris. Preces ad Iouam pro ſalute. Querela in aduerſarios. Mirifica Iouæ clementia.

Dauidis precatio. 1
PRæbe mihi aurem tuam, et ex-
orare, Ioua, inopi atque pau-
peri. Tuere meam animam, 2
qui pius ſum: ſerua cultorem tu-
um, mi Deus, tibi confidentem.
Miſerere mei, Ioua, qui te totos 3
dies inuoco. Exhilara meam, 4
qui tuus ſum, animam, qui ad te,
Domine, animum attollo. Nam 5
tu, Domine, bonus et facilis es,
et ad clementiam procliuis, erga
omnes te inuocantes. Auſculta, 6
Ioua, meas preces, attentus ad me-
am vocem ſupplicem: qui te tum, 7
quum ſum in anguſtiis, imploro,
quod tu mihi exorari ſoleas. Nul- 8
lus tibi deorum par eſt, Domine:
nulla cum tuis facta ſunt comparan-
da. Omnes a te factæ gentes te 9
coram adoratum venturæ ſunt, Do-
mine, tuumque veneraturæ no-
men. Nam ſolus tu magnus, tu 10
mirificus es Deus. Erudi me Ioua
ad viam tuam, vt in tua fide gradi-
ar: adplica meam mentem ad tui
nominis reuerentiam. Celebra- 11
bo te, Domine mi Deus, tota men-
te tuum nomen honorans in æter-
num: qui, pro tuæ erga me cle- 12
mentiæ magnitudine, meam ani-
mam ab imo liberaris orco. Deus, 13
conſurgunt in me ſuperbi, crude-
liumque caterua mihi necem ma-
chinatur, te ſibi propoſitum non
habens. Tu vero, Domine, 14
Deus exorabilis, et miſericors, ad
iram tarde, ad clementiam et au-
xilium propenſe, reſpice me, et 15
miſerere mei: præbe tuam poten-
tiam tuo ſeruo, et ancillæ tuæ fili-
um tuere. Ede mihi fauſtum o- 16
men: quo viſo meos pudeat oſores,
quod tu mihi Ioua ſuccurreris, me-
que fueris conſolatus.

PSAL. LXXXVII.

Ad captiuos populares Vates. Horum capti-

d) confer cum Pſalm. 103.

uitas mox terminanda. Ciues adſciſcendi captiui cæleſtis Hieroſolymæ.

1 Coranidarum muſica cantio.
2 CVius fundamentum eſt ſanctis
in montibus, [e] amat Ioua por-
tas Sionis præ cunctis Iacobi-
3 darum domiciliis. Glorioſa di-
cuntur de te, vrbs diuina. Sela.
4 [f] Quum Aegyptum et Babylonem
apud meos notos commemoro.
5 Adde Palæſtinam et Tyrum cum
6 Aethiopia,* [g] ille ibi natus eſt. [h] De
Sione vero dicetur, alium atque
alium in ea natum, eamque ab ipſo
7 Supremo eſſe conditam. Si Ioua
ſcripto numeret populos, ille ibi
8 natus eſt. Sela. At in te cantores
ſimul et tripudiantes, omnes mei
fontes ſunt.

PSAL. LXXXVIII.

Anxius, et ferme deſperans Vates. Mors non grata, quia mortui Deum non laudent. Non exorari Iouam a ſe queritur Vates.

1 Coranidarum cantio muſica, præ-
cinenda ad Mahalath alternis, in-
ſtitutio Hemanis Ezrahitæ.
2 IOua meæ Deus ſalutis, apud quem
dies noctesque conqueror, ad-
3 mitte meas preces, præbe aurem
4 meæ querimoniæ. Nam animus
mihi malis ſatur eſt, meaque vita ad
5 inferos vſque accedit, inter hu-
matos habeor, vt homo inualidus,
6 [i] inter mortuos defunctus, vt inter-
emti in ſepulcro iacentes, quorum
tu iam non meminiſti, quique ſunt
7 ex tua procuratione exemti. Tu
me ad imum detrudis barathrum,
8 in profundæ caliginis locum. Et
9 iracunde vrgens toto premis impe-
tu. Sela. Atque ita meos a me fa-
miliares alienaſti, vt me eis abomi-
nandum reddideris: ita incluſum,
vt exitu caream. In hac ego mi- 10
ſeria, languentibus oculis, te, Io-
ua, totos dies inuoco, paſſis ad te
palmis. Numquid tu mortuis fa- 11
cies admiranda? aut ad te celebran-
dum manes reſurgent? ſcilicet 12
in ſepulcro tua clementia, tua fides
in interitu prædicetur? ſcilicet 13
tua miracula in tenebris, tua iu-
ſtitia [k] in obliuionis terra cognoſca-
tur? Equidem te, Ioua, imploro, et 14
mane meis interpello precibus.
Cur hanc animam, Ioua, reiicis, 15
tuum mihi vultum abdens? In- 16
ops ego et moribundus a pueritia,
tuos perfero terrores æſtuans.
Tuæ me iræ obruunt, tuæ perua- 17
dunt formidines. Vndatim cir- 18
cumdantes adſidue, et ſimul obſi-
dentes. Quum tu a me amicos 19
neceſſariosque remoueris, famili-
aresque mei deliteſcant.

PSAL. LXXXIX.

De fœdere perpetuo cum piis conſtituto laudandus Deus. Iouana potentia, iuſtitia, populi felicitas. Promiſſa requies Vati. Dauidici regni ruina. Vitæ caducæ conditio.

Inſtitutio Ethanis Ezrahitæ. 1
TVam, Ioua, clementiam per- 2
petuo canam, tuam fidem in
alia atque alia ſæcula hoc ore
demonſtrans. Etenim cogito tu- 3
am clementiam perpetuo propagan-
dam, qui tuam fidem cælis in ipſis
conſtitueris hunc in modum. Per- 4
cuſſi fœdus cum delecto meo, ſic
iurans Dauidi, meo cultori. Ego 5
tuam prolem in æternum condam,
tuumque ſolium in perpetuas æta-
tes conſtruam. Sela. Ergo cæli 6
ipſi tua miracula, Ioua, tuamque
fidem

e) vide Eſa. 54. f) Dei verba ſunt. g) ita pauci ſunt illarum gentium homines, vt poſſint facile numerari, ſi cum Sioniis conferantur. h) eadem ſententia eſt, ſi ego Ioua ceterorum populorum hominum numerum deſcribam, certos et paucos inueniam. At ſi tuorum, o Sion, hoc eſt chriſtianorum, tantus erit fons, vt ſit præ multitudine canendum. i) liber a terreſtribus dominis atque negotiis. Vide Iob. 3. k) apud inferos.

fidem in ſanctorum cœtu concele-
7 brant. Nam quis in æthere cum
Ioua comparandus? quis Iouæ ſimi-
8 lis eſt in genere diuorum? Deus
eſt in frequenti ſanctorum concilio
formidandus, omnibusque ſuis ſti-
9 patoribus terribilis. Ioua Deus
armipotens, quis tibi par eſt? Io-
ua præpotens, qui tua fide ſtiparis.
10 Tu ſuperbiæ maris imperas, et
11 fluctus quum attollit, coerces. Tu
Aegyptum clade attriuiſti, tuos ho-
ſtes tuæ lacerto potentiæ profli-
12 gans. Tui ſunt cæli, tua et tel-
lus: mundum tu, et quidquid eo
13 continetur, fundauiſti. Aquilo-
nem tu *l* dextramque creauiſti: in
tuo nomine ouant *m* Tabor et Her-
14 mon. Tu lacertum robore præ-
ditum, tu manum potentem, tu
15 dextram habes excellentem. Tu-
um ſolium iuſtitia et æquitate a-
ptum eſt: tibi præſto adſunt beni-
16 gnitas atque fides. Beatus popu-
lus, qui te Ioua cantare norunt, in
17 tui vultus lumine gradientes. Qui
in tuo nomine geſtiunt adſidue, in
18 tua ſeſe iactantes iuſtitia. Nam tu
eorum virium ornamentum es,
tuoque fauore cornu noſtrum eue-
19 his. Etenim Ioua eſt noſtrum
propugnaculum, et ſancti Iſraelita-
20 rum eſt rex noſter. Tu aliquan-
do per prædictionem tuis piis pol-
21 licitus es in hanc ſententiam: *n* au-
xilium heroi accommodaui, ele-
22 ctum ex plebe extuli. Nactus ſum
Dauidem meum cultorem, quem
23 meo ſacro oleo vnxi. Quem ſic
mea manu ſtabiliam, ſic meo lacer
24 to confirmabo, vt eum non ho-
ſtes ſuperent, non iniqui homines
25 opprimant. Et eius hoſtes ei con-
tundam, et oſores euertam, tanta-
que eum fide proſequar, et beni-
gnitate, vt in meo numine eius *o* cor-
26 nu euehatur. *p* Eiusque manum
mari, eius dextram fluminibus im-
ponam. Ipſe me ſuum patrem, 27
Deumque et ſuæ numen ſalutis ad-
pellabit. Ego quoque eum pri- 28
mogenitum efficiam ſummum re-
gum terrarum. Perpetuo meam 29
erga eum benignitatem retinebo,
meumque fœdus ei fixum manebit.
Et eius ſemen in æternum, eius ſo- 30
lium, dum cæli durabunt, propaga-
bo: quod ſi ex eo prognati, re- 31
licta mea lege, non ſe gesſerint, vt
meæ ſententiæ poſtulant: ſi, pro- 32
fanatis meis placitis, mea præcepta
non conſeruauerint: eorum e- 33
quidem noxam virga, eorum cul-
pam plagis vindicabo. Sed meam 34
erga eum benignitatem non inter-
rumpam, neque fidem fallam.
Non meum fœdus violabo, non 35
oris mei pronuntiatum mutabo.
Semel per ſanctitatem meam iuro, 36
Dauidi non mentiturus, eius ſe- 37
men æternum fore, eiusque ſoli-
um vt ſolem apud me, vtque lu- 38
nam duraturum ſemper, vt ſit *q* te-
ſtis fidus in æthere. Sela. Atqui 39
tu vncto tuo repudiato et repulſo
iraſceris. Reſcidiſti, quod tuo cul- 40
tori pactus eras, eius diademate hu-
mi proſtrato. Dirutisque omni- 41
bus eius ſeptis, eius munitiones in
ruinam redegiſti. Prædæ eſt o- 42
mnibus viatoribus, oſtentui vici-
nis. Extuliſti eius aduerſario- 43
rum dextram, exhilaraſti omnes
eius hoſtes. Eius etiam enſis a- 44
ciem retudiſti, eum in prœliis non
ſtabiliens. Ei dignitatem abro- 45
gaſti, eius ſolium ad terram demo-
litus. *r* Eius iuuentutis tempus de- 46
curtaſti, eum turpitudine veſtiens.
Sela. Quouſque tandem Ioua 47
latebis, ira iſta quaſi igne flagrans?
Memineris, ego quantuli ſim æui, 48
quam friuolum creaueris omne
genus hominum. Quis homo viuit, 49

l) auſtrum. *m*) occidens et oriens. *n*) quæ hic Dauidi promittuntur, ad Chriſtum ſucceſſorem Dauidis ſunt referenda. *o*) poteſtas. *p*) ei imperium a mari ad Euphratem dabo. *q*) ſcilicet ſol et luna. *r*) effeciſti, vt præ malis conſenuerit canusque ſit factus.

qui non ſit mortem ſenſurus? qui
ſit animam ſuam ab orco vindicatu-
50 rus? Vbi eſt antiqua illa clemen-
tia, Domine, qui Dauidi fidem,
interpoſito iureiurando, dediſti?
51 Memento, Domine, ignominiæ tu-
orum, quam ego penitus a tam
multis populis perfero: quanta 52
ignominia tui hoſtes, Ioua, quan-
ta ignominia tui vncti calces adfici-
ant. Laudandus Ioua in perpe- 53
tuum; etiam atque etiam.

PSALMORVM LIBER IIII.

PSAL. XC.

Fidelium eſt præſidium Ioua æternus, vitæ noſtræ miſeria propter culpas. Ad Iouam precatio pro populi bonis, et pietate.

1 Moſis diuini viri precatio.
DOmine, tu nobis receptacu-
lum es perpetuis ſæculis.
2 Tu, qui ante natos montes,
ante formatam terram atque or-
bem, ab æterno in æternum Deus
3 es, redigis homines in puluerem,
et humanum genus redire iubes.
4 Nam apud te mille anni habentur
pro heſterno die præterito, proque
5 nocturnis excubiis. Spargis eos,
ſomnium ſunt, vt mane gramen
6 adoleſcit. Mane florens adoleſcit,
7 et veſpere reciſum areſcit. Nam
ira tua conſumimur, tua perturba-
8 ti ſæuitia. Tu vitia noſtra in tuo
conſpectu, abdita noſtra, in tui vul-
9 tus lumine, collocas. Etenim to-
ta ætas noſtra, irato te, cedit: finimus
10 annos noſtros dicto citius. Aeta-
tis noſtræ ſpatium ſeptuaginta ter-
minatur annis: aut, (vt ſit bona va-
letudo,) octoginta: quorum tamen
potiſſima pars labores ſunt, et in-
commoda: tam celeri ſectione auo-
11 lamus. * Quod ſi quis iræ tuæ vim
norit, ſæuitia tua eſt, prout tui re-
12 uerentia eſt. Aetatem metiri no-
ſtram ſic ostende, vt mentem ad-
13 quiramus ſapientem. Reconcili-
are, Ioua, quid differs? et placare
14 tuis. Satiato nos mane tua cle-
mentia, et ouantes gaudebimus
15 per omnem ætatem noſtram. Ex-
hilara nos pro tempore, quo nos
adfligis: pro annis, quibus malum
patimur. Exhibeatur tuis opus, 16
decusque tuum apud eorum natos,
Dominique Dei noſtri voluptatem 17
conſequamur, et opus noſtrarum
manuum nobis perage, et opus no-
ſtrarum manuum perage.

PSAL. XCI.

Quanta ſperantium in Deo felicitas. Piorum propter Iouam ſecuritas. Promiſſa iouana pro iis, qui norunt, qui diligunt et inuocant Iouam

G. Laudatorium carmen Dauidis. H.
QVi habitas in præſidio ſupre- 1
mi, qui degis in omnipoten-
tis vmbra, ſtatue, Iouam 2
tibi esſe fiduciam, arcemque, et
Deum, cui confidas. Is enim te a 3
laqueo venatorio, ab exitiali peſte
defendet. Te ala ſua proteget, 4
ſubque pennis eius tutus eris, eius
fidei ſcuto atque parma. Non tu 5
nocturnos terrores, non volucres
interdiu ſagittas formidabis. Non 6
peſtem in caligine peruadentem,
non meridie grasſantem luem.
Etiamſi tibi ad læuam mille, ad 7
dextram decem millia occumbant,
non modo id te non attinget, ve- 8
rum etiam tuis ipſis oculis adſpi-
cies, et videbis impiorum pœnas,
quoniam in Ioua fiduciam, quoni- 9
am in Supremo perfugium tibi col-
locaueris. Nihil tibi mali acci- 10
det, neque clades tuam domum ac-
cedet.

*) recordaris atque punis. vt Pſal. 109.

11 cedet. Nam de te ſuis mandabit
angelis, vt te, quocumque perges,
12 tueantur: qui te manibus ſuſti-
neant, ne pedem ad lapides offen-
13 das. Pardos peruades et aſpides:
leones conculcabis, et dracones.
14 [1] Quoniam mei percupidus eſt, eum
liberabo: eum protegam, qui me-
15 um nomen agnoſcat, et ab eo
inuocatus exorabor: ei in aduerſis
adero, eum liberans et honorans.
16 Eum æui longitudine ſatiabo, me-
amque ei ſalutem præſtabo.

PSAL. XCII.

Ad populum Vates quo celebretur Ioua. Ex Dei operibus gaudium vatis. Inſanorum ignorantia. Impii leuis felicitas. Solida piorum lætitia.

1 Muſica cantio ad diem ſabbati.
2 COnuenit te, Ioua, concelebra-
re, tuumque, o Supreme, no-
3 men cantare, tuam clemen-
tiam mane, tuam fidem noctu præ-
4 dicando, decachordo atque na-
5 blo, citharæque modulamine. Sic
enim me, Ioua, tuis operibus de-
lectas, vt ad manum facta tuarum
6 lætus exclamem: o quam magna
facta tua, Ioua, quam profundæ ſunt
7 cogitationes? Hoc neſciunt ſtu-
pidi, hoc non intelligunt inſani:
8 ideo germinare impios ſicut her-
bas, et omnes florere maleficos, vt
in perpetuum intereant, te in ſem-
9 piternum excellente, Ioua. Nam
certe tui hoſtes, Ioua, nam certe tui
hoſtes perituri ſunt, et profligandi
10 omnes malefici. Quum interea
extolles, velut vnicornis, meum cor-
11 nu, viridique delibutus oleo. Pœ-
nas hoſtium meorum, et infeſtanti-
um me improborum, et oculis cer-
12 nam et auribus audiam. Boni ve-
ro vt palmæ florebunt, vt cedri in
13 Libano proficient. Sati in domo
14 Iouæ, in Dei noſtri atriis florebunt,
et adhuc in ſenio pingues virentes-
15 que fetificabunt, vt feratur æ-

1) Dei promiſſum.

quum eſſe Iouam meum numen, in-
iquitatis expers.

PSAL. XCIII.

Ex mundi creatione Iouæ omnipotentia. Sternens populos Deus rebelles.

G. Ad pridie ſabbati quum inhabi-
tata terra eſt: laudatorium car-
men Dauidis, H.
IOua regnat excellentia veſtitus, 1
veſtitus Ioua accinctusque viri-
bus mundum ipſum condidit im-
mobilem. Conditum eſt olim tuum 2
ſolium, qui es ab omni æternitate.
Edant licet flumina, Ioua: edant 3
flumina ſonitum, edant ſuum flu-
mina ſtrepitum: tu tot aquarum 4
ſonitibus, tam inſignibus maris fra-
goribus inſignior es in ſublimi,
Ioua. Oracula tua certiſſima ſunt: 5
domum tuam decet, Ioua, diuturna
ſanctitas.

PSAL. XCIIII.

In improbos ad Iouam Vates. Inſontium adflictio. Impii cogitata Deus intelligens. Mœrentium conſolatio. Fidelium in infideles a Deo ſubſidium. Cum nefariis Ioua non conſentiens.

G. Dauidis cantio ad trinam ſab-
bati. H.
DEus vltor Ioua, Deus vltor 1
adfulge. Inuehere terra- 2
rum arbiter: redde ſuperbis
præmium. Quouſque impii, Io- 3
ua, quosque exſultabunt impii:
intoleranda verba proferunt, inſo- 4
leſcentes omnes malefici. Popu- 5
lum tuum, Ioua, atterunt: tuum
patrimonium adfligunt. Viduas 6
et peregrinos interimunt, et pupil-
los occidunt: et id videre Iouam, 7
id Iacobidarum Deum negant in-
telligere. Intelligite, o hominum 8
ſtupidiſſimi, et inſani: ecquando
ſapietis? Scilicet aurium ſator 9
non audiet? aut oculorum forma-
tor non cernet? ſcilicet gentium 10
punitor non pœnas ſumet? qui ſci-
re docet homines, Ioua ſcit, ho-
minum 11

minum cogitationes eſſe vanas.
12 Beatus homo, quem tu, Ioua, cor-
13 rigis, tuamque legem doces, vt
ſecurum reddas a malis tempori-
bus, dum cauatur impiis fouea.
14 Non enim deſtituet Ioua ſuum po-
pulum, non deſeret ſuum patrimo-
15 nium: *u* quin ad iuſtitiam redeat
iudicium, quam ſequantur omnes
16 homines frugi. Quis mihi reſiſtit
improbis? quis mihi cum maleficis
17 congreditur? niſi Ioua mihi ſuc-
curreret, periculum eſſet, ne apud
18 inferos habitarem. Sed quum
mihi pedem labefieri cogito, tua
mihi Ioua adminiculatur clementia.
19 In tot mei pectoris ſolicitudini-
bus tua mihi conſolatio recreat
20 animum. Nihil enim tibi com-
mune eſt cum ſolio ſceleratorum,
qui facinora patrant ex inſtituto:
21 coeuntes contra iuſtas animas, et
innocentem ſanguinem conde-
22 mnantes. Sed mihi Ioua præſidio
eſt: mihi Deus meus numen eſt,
23 cui confidam: qui illis iniuriam
rependet, et ob ipſorum improbi-
tatem perdet eos, perdet eos Ioua
Deus noſter.

PSAL. XCV.

Ad Iouam venerandum Vatis cohortatio. Deus piorum paſtor. Dei verbum haud negligendum. Patrum prauitas, ac rebellio.

G. Laudatorium carmen Dauidis. *H.*

1 ADeſte, cantemus Iouam, re-
ſonemus numen ſalutare no-
2 bis. Interpellemus eum ce-
lebrando, et cantionibus reſonan-
3 do. Etenim Deus magnus eſt Io-
ua, et rex omnium maximus deo-
4 rum. Cuius in manu terræ pene-
tralia, cuius ſunt montium altitu-
5 dines. Cuius eſt mare, quod ipſe
fecit, ſiccumque, ſuis quod manibus
6 formauit. Agite veneremur ſup-
plices, flexis ante Iouam creatorem
noſtrum genibus. Is enim Deus 7
noſter eſt, et nos eius gubernatio-
nis populus, eiusque procuratio-
nis oues. Cuius vocem ſi hodie 8
audieritis, nolite indurare cor- 9
da veſtra, vt in illo iurgio, vt
in die tentationis in ſolitudine,
quum me tentauere maiores veſtri, 10
quum me probauere, quamuis me-
um vidiſſent opus. Quorum ge- 11
neris ego quadraginta pertæſus an-
nos, cogitans homines eſſe ſocor-
des, meæque ignaros viæ, iratus 12
iuraui, non eſſe in meam requie-
tem peruenturos.

PSAL. XCVI.

Ad creata cuncta Vates. Laudes Iouæ tractandæ. Eiusdem actus, et opera commemoranda.

G. Laudatorium carmen dauidi-
cum, quum templum ædificatum
eſſet poſt captiuitatem. *H.*

CAntate Iouam nouo carmine, 1
cantate Iouam totus orbis ter-
rarum. Cantate Iouam, eius 2
nomen commendantes, eiusque tu-
telam quotidie prædicantes. Eius 3
gloriam in gentibus, eius miracu-
la in omnibus narrate nationibus.
Nam maximus eſt Ioua, et laudabi- 4
liſſimus, omniumque deorum for-
midabiliſſimus. Omnes enim ce- 5
terarum nationum dii deaſtri ſunt:
at Ioua cælorum conditor eſt,
quem penes eſt maieſtas, et aucto- 6
ritas, cuiusque in ſacrario potentia
eſt atque decus. Tribuite Iouæ, 7
o populorum genera, tribuite Iouæ
gloriam atque potentiam. Tri- 8
buite Iouæ nomini gloriam, et mu-
nera ferentes venite in eius atria.
Veneramini Iouam cum decenti 9
ſanctimonia: hunc contremiſcite
vniuerſus orbis terrarum. Dicti- 10
tate per gentes, Ioua regnat, is qui
mundum condidit immobilem, po-
pulos ex æquo iudicaturus. Gau- 11
deant cæli, exſultetque tellus: in-
tonet

u) quin Meſſias æquum iudicium faciat. Vide finem Pſal. 96. et initium Eſaiæ 42.

ſonet mare, et quod eo continetur.
12 Geſtiant et agri et quidquid ineſt, tuum omnes ſiluarum ouent arbo-
13 res. In aduentum Iouæ, qui venit, qui venit iudicatum terras, orbem iuſte, et populos fideliter iudicaturus.

PSAL. XCVII.

Chriſti reſtauratoris regnum. Gentium lætitia propter Chriſtum. Idololatræ damna, Israelis gaudia. Probitas laudata.

G. Dauidis cantio, quum in eius poteſtatem venisſet terra, *H.*

1 IOua regnat, exſultet tellus, læten-
2 tur tot inſulæ. Nube circumdatus et caligine, ſolium habet ex
3 iuſtitia et æquitate aptum. Eum præcedit ignis, eius hoſtes vndique
4 inflammans. Micant per orbem eius fulgura, quo viſo, terra concu-
5 titur. Montes, vt cera, liqueſcunt, aduentu Iouæ, aduentu Domini to-
6 tius terræ. Eius prædicant iuſtitiam cæli: eius gloriam vident o-
7 mnes nationes. Pudeat omnes ſimulacricolas, de deaſtris gloriantes: eum veneramini omnes dii.
8 Quo audito gaudeat Sion, læntenturque Iudææ x puellæ, propter tua,
9 Ioua, iudicia: qui toto orbe terrarum ſummus, deorum omnium
10 longe ſupremus es. Odio habete malum, amatores Iouæ, qui piorum ſuorum vitas tuetur, eos ab impio-
11 rum manu defendens. Lux ſeritur iuſtis, et mente probis gaudium.
12 Gaudete iuſti in Ioua, eius ſanctam celebrantes memoriam.

PSAL. XCVIII.

Vates ad creata cuncta. Laudes Iouæ canendæ. In populum Iouæ merita. Dauid ſeruatoris imago.

Cantio. *G.* Dauidis. *H.*

1 CAntate Iouam nouo carmine, qui mira facit, dum ſibi ſua dextra, ſuo ſacro brachio vi-
2 ctoriam parit. Oſtendit Ioua ſuam victoriam, in oculis gentium ſuam patefacit iuſtitiam: memor 3
ſuæ erga domum iſraeliticam manſuetudinis, atque fidei, ſpectantibus Dei noſtri victoriam omnibus terrarum finibus. Reſonate Iouam 4
totus orbis: prorumpite, ouate et cantate. Cantate Iouam cithara et 5
canora voce. Buccinis et tubæ 6
ſonitu perſonate ante regem Iouam. Reboet et mare, et quod eo conti- 7
netur: orbis, et eius habitatores. Ipſi manibus plaudant amnes, ſi- 8
mulque montes ouent in aduentum Iouæ: qui venit iudicatum terras, orbem iuſte, et populos iudicaturus ex æquo.

PSAL. XCIX.

In Iſraele Iouæ regnum, omnipotentia. Hoſtium admiratio de Deo. Moſes, Aharon, et Samuel Iouam laudantes nos inflammant. Piorum preces non irritæ.

G. Cantio Dauidis. *H.*

IOua regnat, contremiſcant popu- 1
li: Cherubis inſidet, commoueatur tellus. Ioua in Sione adeo 2
magnus eſt, omnes vt populos ſupereminat. Celebretur magnum 3
iſtud et terribile nomen, quod ſanctum eſt. y Regia quidem po- 4
tentia ius amat: tu æquitatem conſtituis, tu ius æquumque facis apud Iacobeos. Extollite Iouam 5
Deum noſtrum, eiusque pedum ſubſellium veneramini, qui ſanctus eſt. Moſes et Aharon ex eius ſa- 6
cerdotibus, et Samuel ex eius nomen inuocantibus, Iouam inuocantes exorabant, eosque ipſe in 7
columna nubis adloquebatur, conſeruantes oracula et inſtitutionem, ipſis ab eo traditam. Tu Ioua 8
Deus noſter, qui te ſic facilem Deum eis præbebas, vt ab eis exorareris, tamen z eorum factum vltus es. Ex- 9
tollite Iouam Deum noſtrum, eiusque ſanctum montem veneramini: nam ſanctus eſt Ioua Deus noſter.

PSAL.

x) ciuitates. y) tu qui regia es potentia. z) quod eis aditum in Chananæam negauit. Vide Num. 20, 12. et Deut. 32. ad finem. et Pſ. 106, 32.

PSAL. C.

Iouana ſanctitas. Gentium contemplatio in Deo. Laudatio in tempio, et adoratio.

1 Cantio agendis gratiis. *G.* Daui-
dis, *H.*
2 PErſonate Iouam totus orbis:
ſeruite Iouæ cum lætitia: ve-
nite in eius conſpectum cum
3 modulis. Cognoſcite Iouam De-
um eſſe, a quo, non a nobis ipſis
facti ſimus, eius populus eiusque
4 paſcui oues. Ingredimini eius
portas cum commendatione, atria
cum laudibus: eum celebrantes, eius
5 nomen collaudantes. Nam bonus
eſt Ioua, perpetuæ clementiæ, et
ſempiternæ fidei.

PSAL. CI.

In regendo populo Vatis conſilium. Probitas, et puritas fouenda. Improbitas abigenda.

1 Dauidis cantio.
CLementiam iusque canam, te,
2 Ioua, cantans. Innocentiæ vi-
am prudenter inſiſtam: quan-
do ad me venies, ſincera me mente
3 geram in mea familia. Non mihi
nequitiam proponam: maleficen-
tiam ſic exoſus, vt apud me non
4 hæreat. Peruerſa mens a me fa-
5 ceſſet, ignaro mali. Detrahentes
occulte alteri euertam, ſupercili-
um et animi elationem non feram.
6 Regionis fideliſſimos quosque in
oculis ferens, contubernales habe-
bo: qui ſe gerent innocenter, mihi
7 miniſtrabunt. Non manebunt do-
mi meæ perfidioſi, non falſiloqui
8 conſiſtent ante meos oculos. Ma-
ture euertam omnes regionis im-
pios, exſcindendo ex Iouæ ciuitate
omnes maleficos.

PSAL. CII.

Ad Iouam Vates, eiusdem anguſtiæ. Contumelioſi hoſtes in Vatem. Exoptata vrbis ac fani inſtauratio. Pro populo Vates adflictiſſimo. Spes in Deo conſtans.

Inopis precatio, quum angitur, et 1
apud Iouam fundit orationem.
a IOua, audi meas preces, et meam 2
admitte querimoniam. Noli 3
tuum mihi vultum abdere,
quum verſor in anguſtiis: præbe mi-
hi aurem, inuocanti protinus exora-
tus. Nam mea, quaſi fumus, eua- 4
neſcit ætas, meaque membra, veluti
torris, areſcunt. Cor mihi velut 5
icta ſiccatur herba, immemori ca-
piendi cibi. Tam gemebunda eſt 6
mea vox, vt mihi adhæreant oſſa
carni. Refero onocrotalum ſil- 7
ueſtrem, ſolitario ſimilis cuculo.
Peruigilo, qualis eſt ſolus in tecto 8
paſſerculus. Quotidiana me igno- 9
minia adficiunt hoſtes mei, et in me
debacchantes coniurant: adeo vt 10
puluere pro pane veſcar, meamque
potionem fletu diluam: ob tu- 11
am ſæuitiam atque iracundiam, qui
me ſublatum abieceris. Aetas 12
mea vmbræ modo inclinat, me her-
bæ ritu areſcente. At tu Ioua, 13
qui manes æternus, cuiusque ſem-
piterna eſt memoria, tu age mi- 14
ſerere Sionis: nam tempus, nam
eius miſerandi venit occaſio.
Deſiderant enim tui cultores eius 15
lapides, eius miſerti pulueris.
Ita gentes tuum, Ioua, nomen, ita 16
omnes terrarum reges tuam re-
uerebuntur gloriam: quod in- 17
ſtaurauerit Ioua Sionem, in ſua
conſpicuus gloria, et ſollicito- 18
rum preces non adſpernatus reſpe-
xerit. Scribetur hoc ad poſteri- 19
tatem, hominesque futuri Iouam
collaudabunt: qui Ioua de ſuo 20
ſublimi fano deſpexerit, de cælis
terras adſpiciens, audiendo vin- 21
ctorum gemitus, ſoluendo morti
deſtinatos, vt Iouæ nomen in 22
Sione, vt Iouæ laus Hieroſolymis
prædicetur, quum populi eo- 23
dem, regnaque ad Iouam colendum
conuenerint. Quem equidem 24
meas

a) Confer cum Pſal. 86.

meas vires in vitæ curſu adfligen-
tem, meum æuum decurtantem,
25 ſic adloquor: mi Deus, noli me in
media ætate tollere, tu, qui annis
26 ſempiternus, olim terram fun-
daſti, cuiusque manuum opus ſunt
27 cæli. Et illi quidem peribunt, te
permanente, omnesque, tamquam
indumentum, inueteraſcent, veſtis
in modum te mutante obſoleſcentes.
28 At tuorum cultorum nati, (qui
annorum es infinitorum) perdura-
bunt, eorumque ſtirps erit apud te
ſtabilis.

PSAL. CIII.

Ardens Vates in Iouæ laudationes. Multa Dei beneficia. Clementia Iouæ mirifica. Vitæ leuitas et vanitas. Angelos, et homines cohortans Vates ad Iouam laudandum.

Dauidis *G.* cantio. *H.*

1 COllauda, *b* anima mea, Iouam,
2 et totum meum pectus ſacrum
eius nomen. Collauda, ani-
ma mea, Iouam, tot eius benefici-
3 orum haud immemor. Qui tuis
tot vitiis ignoſcens, tuos tot mor-
4 bos ſanat. Qui vindicat ab inter-
itu tuam vitam, clementia te et
5 miſericordia coronans. Qui bo-
nis tuas ſatiat maxillas, tuam quaſi
6 aquilæ iuuentam renouans. Qui
Ioua æquum iusque facit omnibus
7 oppresſis. Qui ſuas Moſi vias, qui
ſuam naturam oſtendit Iſraelitis.
8 Miſericors et exorabilis Ioua, ira
9 tardus, clementia multus: Non
perpetuo rixatur, non ſemper in-
10 iuriæ memor eſt. Non nos pro
noſtris peccatis tractat, non nos, vt
digna ſunt noſtra vitia, remunera-
11 tur. Quin quantum terras ſuper-
eminent cæli, tantum excellit eius
erga ipſius reuerentes clementia.
12 Quantum diſtat oriens ab occiden-
te, tantum remouet a nobis delicta
13 noſtra. Vt miſeretur filiorum pa-
14 ter, ſic Ioua ſui reuerentium. No-
uit enim conditionem noſtram, me-
15 mor, nos eſſe puluerem. Homi-
nis ætas ſimilis eſt graminis: floret,
vt flos terreſtris, qui a vento in- 16
uaſus nusquam eſt, eumque ſuus
amplius *c* neſcit locus. At Iouæ 17
clementia ab æterno durat in æter-
num erga eius reuerentes, et iuſti-
tia erga natos natorum: erga eius 18
fœderis conſeruantes, et obeundo-
rum eius placitorum memores:
qui Ioua ſolium ſibi compoſuit in 19
cælis, regno ſuo omnibus impe-
rans. Collaudate Iouam eius an- 20
geli virtute præſtantes, eius exſe-
quentes iuſſa, auditis eius man-
datis. Collaudate Iouam omnis 21
eius exercitus, eius miniſtri, eius fa-
cientes voluntatem. Collaudate 22
Iouam vniuerſa eius opera, in vni-
uerſis eius imperii locis: collauda,
anima mea, Iouam.

PSAL. CIIII.

Ad celebrandum Iouam ſeſe cohortans Vates. Iouana quum potentia, tum prouidentia pro homine, nec non bellua. Laudes ad Iouam, et in improbos preces.

G. Dauidis cantio ſuper mundi ſta-
tu. *H.*

COllauda, anima mea, Iouam:
Ioua mi Deus, perquam ma- 1
gnus es, auctoritate veſtitus,
et maieſtate. *d* Qui lumine, quaſi
veſte, indutus, cælos, tamquam ve- 2
lum, intendis. Tuas aulas in aquis
contabulas, et nubium vehiculo 3
vtens, venti alis incedis. Facis
tibi ex ſpiritibus nuntios, ex igne 4
flammanti miniſtros. *e* Terram
in ſuis baſibus ita fundaſti, vt nullo 5
commoueatur æuo. Quam quum
profundo, tamquam veſte, operuis- 6
ſes, quæ ſuper montes ſtabant
aquæ, te increpante fugerunt: et
ad tui tonitrui ſonum, in locum 7
ſibi a te deſtinatum, (adſcendentibus
montibus, deſcendentibusque val-
libus,) præcipitauerunt. Eis tu
terminum ſtatuiſti, quem non trans- 8
eant, neque terras iterum operi-
ant. Emittis fontes in flumina,
quæ montes intermeent, vnde o- 9
mnia

b) animam ſuam vocat ſe ipſum. *c*) non habet. *d*) Dei opera cæleſtia. *e*) terreſtria.

mnia terreſtria bibant animalia, et
10 onagri ſitim exſtinguant. Ad ea
cæleſtes habitant volucres, de me-
diis vocem frondibus emittentes.
11 Tu montes ex tuis irrigans *f* forni-
cibus, terram tuorum operum fru-
12 ctu exſaturas. Gramina pecudi-
bus germinare facis, et herbas ad
vſum hominum, eliciens ex terra
13 victum: et vinum, quod homi-
num exhilaret animos, et oleum,
quo niteant facies, et panem, qui
14 hominum corda ſuſtentet. Satu-
rantur et arbores Iouæ, Libani ce-
15 dri, ab eo ſatæ. Vbi nidulentur
auiculæ, et in pinis ædificans ci-
16 conia. Montes ardui damis, ru-
17 pes cuniculis perfugio ſunt. Tu
lunam ſtatorum temporum cauſſa
feciſti, ſolemque peritum occaſus
18 ſui. Si tenebras inducis, fit nox,
in qua omnia ſilueſtria gradiuntur
19 animalia. Leones ad prædam fre-
mentes, et a Deo pabulum ſibi pe-
20 tentes. Oritur ſol, ſeſe recipi-
unt, inque ſuis luſtris recubant.
21 Prodit homo ad opus munusque
22 ſuum, vsque ad veſperum. O
quam multa ſunt opera tua, Ioua?
qui cuncta ſapienter feciſti, cuius
23 rerum plena tellus eſt. *g* Tum va-
ſtum illud, lateque patens pelagus,
vbi natantia ſunt innumera, ani-
mantes minutæ ſimul et magnæ.
24 Illac eunt naues, tum balæna illa,
quam tu, vt in eo ludat, condidi-
25 ſti. A te pendent omnia, vt eis
ſuo tempore paſtum ſuppedites:
26 quem, te dante,colligunt,te manum
27 aperiente, ſatiantur bonis. Si fa-
ciem tuam abdis, conturbantur:
ſi eorum ſpiritum comprimis, ex-
ſpirant, et in ſuum puluerem rede-
28 unt. Si ſpiritum tuum emittis,
recreantur, et terræ faciem reno-
29 uas. Duret Iouæ gloria in æter-
30 num, lætante Ioua ſuis factis: cu-
ius adſpectu tellus concutitur, ta-
31 ctu montes fumant. Canam Io-
uam, dum viuam: cantabo Deum
meum, donec ero, cui dum mea 32
placeat oratio, in Ioua lætabor.
Quum interea ſcelerati omnino ex 33
orbe tollentur, et impii iam nuſ-
quam erunt: collauda, anima mea,
Iouam. *h* Halleluia.

PSAL. CV.

Laudandus, quærendus Ioua. Eiuſdem geſta, et cum patribus iſtum fœdus. Prouidentia Dei pro patribus in fame, et pro Ioſepho. In Aegyptum populus, et caſus varii. Ex Aegypto populus in ſanctas terras.

CElebrate Iouam, eius et no- 1
men inuocantes, et naturam
in populis demonſtrantes.
Hunc canite, hunc cantate, tot eius 2
miracula meditantes. Huius in 3
ſancto nomine vos iactate, gauden-
tibus animis cupidorum Iouæ.
Studete Iouæ, eiusque potentiæ, 4
eius vultum requirentes continen-
ter. Recolite, quæ edidit miracu- 5
la, prodigia, et latas ab eo ſenten-
tias. O Abrahami ſtirps eius cul- 6
toris: o Iacobo prognati, eius ele-
cto: is Ioua Deus noſter eſt, cu- 7
ius iura toto patent orbe terrarum:
memor in æternum ſui fœderis, rei, 8
quam in mille ſæcula mandauit,
quod cum Abrahamo percuſſit, 9
quod Iſaaco iureiurando confirma-
uit, idque Iacobo ſtatuto, Iſra- 10
eli pacto ſtatuit æterno, promit- 11
tens ſeſe eis chananæam daturum
terram, eorum patrimonii ſor-
tem. In qua quum eſſent exigui 12
numero, pauci, et ii peregrini:
quumque ex aliis gentibus ad alias, 13
ex aliis regnis ad alias migrarent
nationes: non permiſit, eis a quo- 14
quam iniuriam fieri: quin eorum
cauſſa animaduertit in reges. No- 15
lite meos vnctos tangere, meiſue
nocere *i* vatibus. Deinde quum in 16
ea regione famem excitaſſet, fracto
omni alimentorum adminiculo,
præ-

f) nubibus. *g*) marina. *h*) Laudate Iouam. *i*) nam Abrahamum vocat vatem Deus, Geneſ. 20, 7. et Iacobus moriens vaticinatur.

17 præmiſit illis hominem, in ſerui-
18 tutem venditum Ioſephum, cu-
ius pedes compedibus vexati, cuius
19 anima tentata ferro eſt, vſque ad
id tempus, quo venit, quod erat de
eo decretum: eumque Iouæ iuſſu
20 exploratum, rex hominum do-
minator eruendum ſoluendumque
curauit: et domus ſuæ dominum,
omniumque ſuarum facultatum
21 gubernatorem conſtituit: vt et
proceres eius arbitratu ſuo cogeret,
22 et ſenatores *a* erudiret. Ergo venit
Iſrael in Aegyptum, peregrinatus
23 eſt Iacobus in terra *b* chamea. At-
que ille populum ſuum ita fecunda-
uit, vt eum ſupra ipſius hoſtes au-
24 geret. Itaque illorum animos ad
populi ſui odium, ad ſuos cultores
25 circumueniendos, conuertit. Tum
Moſem cultorem ſuum, et a ſe de-
26 lectum Aharonem miſit, qui a-
pud illos mandata ab eo oſtenta et
prodigia ediderunt in terra chamea.
27 Tum tenebrarum obſcuritatem in-
uexit, illis eius mandata non detre-
28 ctantibus, mutauit illorum a-
quas in ſanguinem, eorumque pi-
29 ſces necauit. Scatuit eorum ter-
ra ranis, etiam in ipſorum pene-
30 tralibus regum. Iuſſit et inſecta
prouenire, et pediculos in omni-
31 bus eorum finibus. Eis pluuiæ
loco grandinem, flammanteſque
immiſit ignes in eorum terram,
32 et eorum vites ficuſque contudit,
arboreſque finium eorum perfre-
33 git. Iuſſit et locuſtas bruchoſque
34 exſiſtere innumerabiles, qui o-
mnes in eorum territorio herbas,
35 terræque fruges pererderunt. Oc-
cidit et omnia in eorum regione
primogenita, omnis eorum virili-
36 tatis primordium. Atque ita ſuos,
aurum argentumque ferentes, edu-
xit, nemine in eorum tribubus im-
37 pedito, gaudentibus eorum emi-
gratione Aegyptiis, vtpote eorum
38 terrore perculſis. Ille nubem
explicuit in operimentum, ignem-
que ad noctu prælucendum. Pe- 39
tentibus coturnices inuexit, eoſque
cæleſti pane ſatiauit. Cautem 40
diſcluſit, vnde ſcatente lympha,
manauit per deſerta fluuius. Me- 41
minerat enim, quid Abrahamo
cultori ſuo ſancte promiſiſſet.
Igitur populum ſuum cum lætitia, 42
delectos ſuos cum cantu eduxit:
eiſque gentium aliarum terras, eis 43
populorum laborem dedit poſſi-
dendum: vt eius decreta legeſque 44
tuerentur et conſeruarent. Hal-
leluia.

PSAL. CVI.

Populi nomine Vates ad gentes, vt laudent Iouam. Preces ad Iouam, quo ſit clemens, vti pollicitus. Populi abſolutio captiui, eiuſdem ingratitudo. Coniuratio in Moſem, et fratrem. Detractores exploratorum, fornicatio cum Moabitis. Tumultus in aquarum anguſtia. Iouana continens benignitas in rebellem populum.

Halleluia.

CElebrate Iouam, qui bonus, 1
qui æternæ eſt clementiæ.
Quis Iouæ virtutes, quis o- 2
mnes fando laudes exprimat? Be- 3
ati, qui ius tuentur, qui æquum fa-
ciunt omni tempore. Memento 4
mei, Ioua, pro tuo erga tuos fauore,
adfice me tua ſalute: vt electorum 5
tuorum bona videam, vt tuæ gentis
voluptate fruar, cum tua glorians
hereditate. Peccauimus cum ma- 6
ioribus noſtris, vitioſe et impie
egimus. Maiores noſtri in Aegy- 7
pto tua miracula non rite perpen-
derunt, tuorumque tot beneficio-
rum immemores, in ora maris
rubri rebellarunt. Et tamen eos 8
propter ſuum nomen conſeruauit,
vt ſuam oſtenderet potentiam.
Increpitoque et exſiccato mari ru- 9
bro, per profunda duxit, tamquam
per ſiluam, et ab aduerſariorum 10
manu defendit, ab hoſtium manu
vindicauit: quum interim eorum 11
hoſtes

a) facienda præſcriberet. *b*) Chamus pater fuit Miſraimi, a quo Aegyptii.

hoſtes ſic obruti fuerint aquis, vt
ex eis ne vnus quidem ſuperfuerit.
12 Itaque illi, eius dictis credentes, eius
13 cecinere laudes. Sed eius facto-
rum protinus obliti, non exſpecta-
14 to eius conſilio, capti cupidine
in ſiluis, Deum in ſolitudine tenta-
15 runt: qui eis ita poſtulata dedit,
16 vt eis vitæ luem immiſerit. Item
inuiderunt Moſi in caſtris, et Aha-
17 roni Iouæ ſacro. Itaque tellus
hians, Dathanem deuorauit, Abira-
18 mique gregem obruit: et, incen-
ſo in eorum cœtum igne, impios
19 flamma combusſit. Præterea fe-
cere vitulum in Horebo, conflatum-
20 que venerati ſunt, gloriam ſuam
permutantes cum herbiuori bouis
21 imagine: obliti ſui conſeruatoris
Dei, qui tam magna in Aegypto,
22 tam mira in terra chamea, tam hor-
renda ad mare rubrum fecerat.
23 Itaque ſtatuerat, eos exſtinguere,
niſi Moſes eius electus eum inter-
pellasſet in illa ſtrage, vt eius ſæ-
uitiam ab illorum internecione re-
24 traheret. At illi tam elegantem
terram adſpernati ſunt, eius dictis
25 non credentes: et, in ſuis mur-
murantes tabernaculis, Iouæ dicto
26 audientes non fuere. Ergo ille
manum illis attulit, eos per ſiluas
27 ſternendo: eorumque progeniem
per gentes deiiciendo, et eos di-
28 ſpergendo per terras. Itemque
cum Baale Phegore copulati, mor-
29 tuales polluxere victimas: qui-
bus eorum moribus irritato Deo,
30 grasſata in eos clades eſt. Quum
quidem exſtitit Phinees, ad cuius
31 preces cohibita clades eſt: id
quod ei iuſtitiæ datum eſt, in o-
mnem ſæculorum perennitatem.
Adhæc ei ad aquam iurgii moue- 32
runt iram, adeo vt Moſi nocuerit
eorum culpa. Nam per eos offen- 33
ſus animo, perperam verba fecit.
Non deleuere nationes, quas eis 34
Ioua iusſerat: ſed cum ceteris per-
mixti gentibus, earum et facta di-
dicerunt, et ſtatuas coluerunt, 35
quæ eis fuere detrimento, ſuosque
filios et filias ſacrificarunt cacodæ-
monibus: atque ita inſontem 36
fudere ſanguinem, videlicet libero-
rum ſuorum, quos Chananæorum
immolauere ſtatuis, quo ſanguine
inceſtata terra eſt. Adeo ſuis fa- 37
ctis polluti, et moribus meretri-
cati ſunt, vt, iratus ſuo populo Io-
ua, ſuam abhorruerit hereditatem,
et illos gentibus in poteſtatem tra- 38
ditos, inimicorum imperio ſubie-
cerit: a quibus hoſtibus vexati 39
ſunt, et ſub eorum ditionem ſub-
iuncti. Ille eos ſæpenumero li- 40
berauit, quum ipſi ſuo conſilio ei
aduerſarentur, ſuaque culpa atte-
nuarentur: et in aduerſis re- 41
ſpexit rebus, auditis eorum quere-
lis. Memorque fœderis, quod 42
ipſi cum eis intercedebat, reconci-
liatus eſt pro ſua ſingulari clemen-
tia: et in eos miſericordiam 43
commouit omnium, apud quos
erant captiui. Serua nos, Ioua, 44
Deus noſter, et ex ceteris gentibus
collige, vt tuum ſanctum celebre-
mus nomen, in tuis nos laudibus
iactantes. Collaudetur Ioua De- 45
us Iſraelitarum per omnem æterni-
tatem, dicatque populus omnis:
amen. Halleluia.

PSALMORVM LIBER V.

PSAL. CVII.

Ex ærumnis ereptos laudare Iouam cupiens Vates. Errantes reducens Ioua, famelicos alit ac ſe quærentes. Liberatio vinctorum. Nauigantium liberatio, ſi confugiant ad Iouam. Caritas eſt a delictis. Ditiones mutans Ioua. Inflammati ad Iouam iuſti.

G. Halleluia. *H.*

CElebrate Iouam, qui bonus, 1
qui æterna eſt clementia. Di- 2
cant

cant hoc Iouæ clientes, quos ille
3 vindicat ex periculis: et diuerſis
ex terris, ex oriente, occidente,
ſeptemtrione atque mari colligit.
4 Qui per ſiluas et auia loca errant,
oppidum, quod incolatur, non in-
5 uenientes: famelici et ſitibundi,
animoque anxii: ſi in ea anguſtia
Iouam inuocant, ille eos liberat ex
6 periculis: rectaque via eo dedu-
cit, vt in *c* oppidum veniant, quod
7 habitetur. Celebrent illi Iouæ cle-
mentiam et miracula apud homi-
8 num genus, qui ſatiauerit indigos,
9 bonisque repleuerit famelicos. Qui
in tenebris et funeſta nocte ſedent,
10 miſeria et ferro conſtricti, quoni-
am ſupremi Dei dictis et conſilio
11 contumelioſe aduerſati ſint: quo-
rum ille mentes labore domat, qui-
12 que iacent indefenſi, ſi in ea an-
guſtia Iouam inuocant, ille eos ad-
13 ſerit ex periculis: eos ex tenebris
et funeſta nocte eripit, abruptis eo-
14 rum vinculis. Celebrent illi Iouæ
clementiam, et miracula apud ho-
15 minum genus: qui oſtia perrupe-
rit ærea, ferreaque clauſtra perfre-
16 gerit. Veſani, qui propter peccan-
di conſuetudinem, propterque ſua
17 vitia torquentur: qui animo ci-
bum omnem abhorrentes, ad leti
18 portas adpellunt: ſi in ea angu-
ſtia Iouam inuocant, ille eos adſe-
19 rit ex periculis. Suoque iuſſu ſa-
nandos curat, et ab interitu libe-
20 randos. Celebrent illi Iouæ cle-
mentiam, et miracula apud homi-
21 num genus, faciantque grati ani-
mi ſacrificia, eius opera cum can-
22 tu narrantes. *Qui nauibus in ma-
re deſcendunt, negotia in vaſtis ex-
23 ercentes aquis: ii Iouæ facta et
miracula vident in profundo.
24 Nam ille ſuo iuſſu ventum excitat
tempeſtuoſum, quo fluctus maris
25 attollente, adſcendunt in cælum,
deſcendunt in gurgites, animis in
26 tanto malo fatiſcentibus. Vacil-
lant et titubant ebriorum more,
abſumta omni eorum peritia.
Quod ſi in ea anguſtia Iouam inuo- 27
cant, ille eos eripit ex periculis,
tempeſtatem tranquillans, illosque 28
fluctus ſedans: qua illi tranquil- 29
litate læti, ab eo in optatum ducun-
tur portum. Celebrent illi Iouæ 30
clementiam et miracula apud homi-
num genus, eum in hominum 31
cœtu extollentes, et in ſenum con-
ſeſſu collaudantes, qui fluuios 32
in ſiluam, aquarum ſcatebras in lo-
ca ſiticuloſa, terram fertilem in 33
d ſalſam redigit, ob ſcelus incola-
rum. Qui ſolitudinem reddit aqua 34
ſtagnantem, aridumque ſolum lym-
phis ſcatens, ibique famelicos col- 35
locat, qui habitandum condant op-
pidum, agros conſerant, vineas 36
pangant, fructuoſum edituras pro-
uentum. Atque eos ille multum 37
fecundans auget, nec minus eo-
rum pecus, quum oppreſſi ma- 38
lorum neceſſitate et mærore, fuiſ-
ſent diminuti. Adſpergit contem- 39
tu primates, eosque per deuia ſen-
taque loca errare facit. Pauperes 40
autem a calamitate protegit, effi-
ciens quaſi ouium gentilitates.
Id quod videntes probi lætantur, 41
quum omnis improbitas obmute-
ſcat. Qui ſapiet, hæc obſeruabit, et 42
intelliget beneficia Iouæ.

PSAL. CVIII.

Semetipſum excitans Vates ad Iouæ laudationes. Orat Vates ne reiiciatur.

Muſica cantio Dauidis. 1
e Compoſito ſum animo, Deus, 2
ad canendum, atque cantan-
dum. Age, mea gloria: ex- 3
pergiſcere nablum et cithara, ex-
pergiſcar primo mane. Celebra- 4
bo te apud nationes, Ioua, te apud
populos cantabo. Cuius clemen- 5
tiæ magnitudo cælos exſuperat, cu-
ius fides attingit æthera. Euehe- 6

c) Hebræa vox communis eſt vrbis, oppidi, vici et pagi. d) ſterilem. e) Pſalmus hic confectus eſt ex Pſal. 57. et 60.

re ſupra cælos, Deus, cuius gloria
7 toto patet orbe terrarum. Vt eua-
dant tui dilecti, conſerua nos iſta
8 dextra, mihi exoratus. Promittit
Deus in ſuo ſano, quæ læter: diui-
dam Sichemam vallemque Sochota
9 dimetiar. Meus eſt Galaadus,
meus Manasſes, et Ephraimus mei
10 capitis firmamentum. Iudas me-
um eſt imperium: Moabus meæ
lebes lotionis: ad Idumum iaciam
meum calceamentum: in Palæſti-
11 nam adoream ſonabo. Quis me
ad vrbem ſiſtet munitam? quis me
12 perducet ad Idumæum? Quum
tu nos, Deus, reieceris, neque cum
13 noſtris proficiſcare copiis. Fer
nobis auxilium contra periculum,
quando vana eſt humana defenſio.
14 Per Deum fortia patrabimus, eo
noſtros proterente perduelles.

PSAL. CIX.

In calumniatores ad Iouam ſupplex Vates, confugiens ad Iouam in ærumnis. Celebratio beneficiorum Dei promiſſa.

1 Præcinenda cantio Dauidis.
O Deus, mea f laus, ne disſimu-
2 la. Nam impium perfidum-
que os in me aperitur: aduer-
ſum me loquitur lingua mendax:
3 verbis circumſesſus inimicis, oppu-
4 gnor immerito. Pro amore meo
infeſtor, idque g comprecatione v-
5 ſus: maloque pro bono, et odio pro
6 meo amore adficior. Præfice ei
impium, eique ſatan ad dextram
7 adſtet. Quum iudicabitur, abeat
damnatus, eiusque preces ei ſint
8 criminis. Sit eius ætas breuis, eius
9 munus excipiat alius: ſint eius
10 nati pupilli, et vxor vidua: er-
rantesque mendicent eius liberi, in-
11 digentes, vtpote derelicti. Irre-
tiat creditor omnes eius facultates,
eiusque labore parta diripiant alie-
12 ni. Ne ſit, qui eum benignitate
proſequatur, ne ſit, qui eius pupil-
13 lorum miſereſcat. Sit eius exitus
excidium, in poſterum deleto h illo-
rum nomine. Recolatur eius pa- 14
rentum culpa apud Iouam: nec e-
ius matris crimen oblitteretur. Il- 15
losque ſemper habens propoſitos
Ioua, exſtirpet ex terris eorum me-
moriam. Quandoquidem exer- 16
cendæ beneficentiæ immemor, ho-
minem inopem, pauperem, animo-
que ægrum perſequitur ad necem.
Et poſtquam infelicitatem amat, ea 17
contingat ei: poſtquam felicitate
non delectatur, faceſſat ab eo.
Veſtiatur infelicitatis amictu, quæ 18
vt aqua in eius viſcera, vt oleum in
artus penetret: quæ ſit ei pro 19
veſtis amictu, proque cinctu iugi-
ter cingendo. Hæc merces a Io- 20
ua meis aduerſariis eueniat, meæ-
que vitæ perniciem cogitantibus.
Tu vero, Ioua Domine, transige 21
meum negotium propter tuum no-
men: pro tuæ beneficentiæ boni-
tate libera me. Nam inops et 22
pauper ego ſum, cor in pectore
ſaucium habens. Vt inclinans 23
vmbra diſcedo, locuſtarum more
ſtridens. Genua mihi labant præ 24
inedia, meo corpore defectu pin-
guitudinis tabente. Sumque illis 25
probro, qui me ſpectantes motu ca-
pitis derident. Succurre mihi, 26
Ioua mi Deus, conſerua me pro tua
clementia: vt ſciatur, hoc opus 27
esſe tuum, hoc te, Ioua, feciſſe.
Deteſtentur illi, tu faueas: eisque 28
turpiter confutatis, tuus ego gau-
deam. Veſtiantur aduerſarii mei 29
ignominia, ſuæque turpitudinis
pallio induantur. Agam Iouæ gra- 30
tias ingentes hoc ore, et eum in fre-
quenti corona laudabo: qui pau- 31
peri dexter adſtiterit, eum ab eius
vitæ condemnatoribus defendens.

PSAL. CX.

Regnum Chriſti rediuiui in cælis. Lubens et alacer Dei populus Deo ſe dans. Hoſtium ruina impendens.

Dauidis cantio. 1

Ait

f) quem laudo. g) Deum pro illis comprecatus. h) eius liberorum.

AIt Ioua Domino meo: ſede
ad meam dexteram, donec
tuos hoſtes effecero ſcabel-
2 lum pedum tuorum. Sceptrum
tuæ potentiæ mittet ex Sione Ioua,
ad dominandum inter hoſtes tuos.
3 Tuæ copiæ voluntariæ erunt, qua
die expeditionem cum ſacra maie-
4 ſtate facies, * *i* ex vtero auroræ
habebis rorem tuæ iuuentutis.
5 Iurat Ioua, non mutaturus ſenten-
tiam, te ſacerdotem eſſe in æter-
num, *k* ad rationem Melchiſedeci.
6 Dominus tibi dexter, tum quum
7 iraſcetur, reges obtruncabit. Vl-
ciſcetur gentes cum vaſta ſtrage
8 corporum: caput obtruncabit,
quod amplæ terræ præeſt, ita vt *l* ex
torrente bibat in via, atque ideo
m caput attollat.

PSAL. CXI.

Seſe inflammans Vates ad Iouam laudandum. Dei geſta memoranda. Quæ vera hominum ſapientia.

1 Halleluia.
CElebrabo Iouam toto corde in
proborum concilio, atque cœ-
2 tu. Magna ſunt facta Iouæ,
ſtudenda, quibuscumque placent,
3 Eius et opus auctoritatis et maieſta-
tis eſt, et iuſtitia ſtat in æternum.
4 Famam ſibi ſuis comparauit mira-
culis exorabilis et miſericors Ioua.
5 Prædam dedit ſui metuentibus,
6 memor ſemper ſuæ pactionis. Fa-
ctorum ſuorum vim ſuis oſtendit,
dum eis gentium poſſeſſionem de-
7 dit. Eius manuum opera vera
atque æqua ſunt, fida ſunt eius o-
8 mnia mandata, fixa ad perpe-
tuitatem, in fide et æquitate conſti-
9 tuta. Redimendos curauit ſuos:
ſanxit in æternum ſuum fœdus,
ſanctum et terribile nomen habens.
10 * *n* Sapientiæ caput eſt Iouæ metus:
recte ſapiunt, hæc quicumque
præſtant, quorum laus æterna ma-
net.

PSAL. CXII.

Quanta piorum beatitudo. Eorumdem ingenium, et mores. Impiorum liuor in probos.

Halleluia. 1
o BEatus homo, qui Iouam reue-
rens, eius præceptis multum
delectatur. Potens in terris 2
erit eius progenies: genus probo-
rum fortunabitur. In eius domo 3
erunt opes et diuitiæ, eius libera-
litate in perpetuum manente. Pro- 4
bis lux oritur in tenebris, qui man-
ſueti, miſericordes et liberales
ſunt. Vir bonus miſeretur et 5
commodat, ſua verba iudicio tem-
perans. Numquam enim com- 6
mouetur, eſtque benefici hominis
æterna memoria. Malorum au- 7
ditu non terretur, tutum animum
habens Iouæ fiducia. Adeo fixo 8
animo eſt, vt nihil formidet, quin
viſurus ſit hoſtium ſuorum pœnas.
Diſpergit largiens pauperibus, durat 9
ſemper eius liberalitas, eiusque
cornu extolletur glorioſe. Id 10
quod videntes impii, ſic ægre fe-
rent, vt dentibus frendentes con-
tabeſcant, eorumque cupiditas per-
ibit.

PSAL. CXIII.

Inflammans Vates populos ad Iouam canendum. Diuina in rebus omnibus prouidentia, præſertim erga inopes ac ſteriles.

Halleluia.
LAudate, o Iouæ cultores, lau- 1
date Iouæ nomen. Commen- 2
detur Iouæ nomen deinceps
in perpetuum. Ab ortu ſolis ad
occaſum laudabile Iouæ nomen eſt. 3
Excellit gentes omnes Ioua, glo-
ria 4

i) tot habebis diſcipulos, per quos hoſtes vincas, quam denſus eſt ros matutinus. Vide Mich. 5, 7. *k*) vide Hebr. 5, 6. et 6, 20. *l*) ex redundante cæſorum ſanguine bibi poſſit. *m*) victor regnet. *n*) vide Iob. 28, 28. *o*) Huius Pſalmi verſus et dimidii verſus in Hebræo incipiunt ordine litterarum.

5 ria cæleſti, quis eſt Iouæ Deo no-
ſtro conferendus? * qui alta inco-
6 lens, humilia videt, cælos inco-
7 lens videt terras. Qui tenuem ex-
citat ex puluere, pauperem adle-
8 uat ex fimo: eum inter præci-
puos collocans, inter præcipuos
9 ſuorum. Sterili familiam conci-
liat, liberos, quibus mater gaudeat.
Halleluia.

PSAL. CXIIII.

Eduſio populi ex Aegypto. Ioua miracula pro populo.

G. Halleluia. *H.*

1 QVum Iſraelitæ ex Aegypto,
quum Iacobea domus emi-
graret ex populo barbaro,
2 Iudæi Iſraelitæ*p* Deo fuere ſanctitati
3 atque poteſtati. Quo viſo mare
4 fugit, et Iordanis retroceſſit. Mon-
tes arietum, colles oue natorum
5 ritu exſiliuerunt. Quid tibi acci-
derat, mare, vt fugeres? quid tibi,
6 Iordanis, vt retrocederes? Quid
vobis, montes, vt arietum, quid vo-
bis colles, vt oue natorum ritu ex-
7 ſiliretis? Ad Domini præſenti-
am *q* contremiſce tellus, ad Dei Iaco-
8 beorum præſentiam: Qui pe-
tram in aquæ ſtagnum, cautem in a-
quæ fontem conuertit.

PSAL. CXV.

Gloria non hominum ſed Iouæ. Idolorum et Iouæ diſcrimen. Spes omnis in Deo collocanda. Felicitatio piis promiſſa.

1 NE nobis, Ioua, ne nobis, ſed
tuo nomini gloriam tribue,
ob tuam benignitatem atque
2 fidem. Ne quærant gentiles, vbi-
nam ſit Deus noſter: quum ſit Deus
noſter in cælis, quidquid ei libet,
3 faciens. Illorum ſimulacra argen-
tum aurumque ſunt, humanarum
4 opus manuum. Os habent, neque
loquuntur: oculos habent, neque vi-
5 dent. Aures habent, nec audiunt:
nares habent, nec olfaciunt. Manus 6
habent, neque tangunt: pedes ha-
bent, nec ambulant: nihil ſuo gut-
ture ſonant. Tales erunt, qui ea 7
faciunt, quicumque fidunt eis. Vos 8
Iſraelitæ confidite Iouæ, quorum
ille præſidium et propugnaculum
eſt. Vos domus Aharonis confi- 9
dite Iouæ, quorum ille præſidium et
propugnaculum eſt. Vos Iouæ re- 10
uerentes confidite Iouæ, quorum il-
le præſidium et propugnaculum eſt.
Ioua noſtri memor fortunabit, for- 11
tunabit Iſraelis domum, fortunabit
Aharonis domum, fortunabit Io- 12
uæ reuerentes, paruos iuxta atque
magnos. Amplificabit Ioua vos, 13
vos, veſtroſque natos. Fauorabiles 14
eritis Iouæ cæli terræque creatori.
Qui cælum, qui Ioua cælum ha- 15
bens, terram dedit hominum ge-
neri. Quem Iouam non mortui, 16
non vlli *r* ad ſilentium degreſſi col-
laudabunt. Sed nos Iouam com- 17
mendabimus, deinceps in ſempi-
ternum. Halleluia.

PSAL. CXVI.

Gratus erga Iouam bene merentem. Ad ſemetipſum Vates, quo redeat in vrbem; ad arcem. Gratiarum actio cum laude, et precibus ad Iouam. Adflictorum a Deo fauor. Vota laudationum ad Iouam præſtanda.

G. Halleluia. H.

AMo Iouam, qui meam ſuppli- 1
cem vocem exaudiuerit:
quoniamque mihi aurem præ- 2
buit, ideo eum per omnem vitam
inuocabo. Quum me mortis lo- 3
ra circumdarent, et ſtygiæ inua-
ſiſſent anguſtiæ: quum in pericu-
lum et ſollicitudinem incidiſſem.
Iouæ nomen inuocaui: obſecro 4
Ioua, libera hanc animam. Exo- 5
rabilis, iuſtuſque Ioua, Deus noſter
miſericors. Cuſtos Ioua ſimpli- 6
cium, me conſeruauit adflictum.
Redi, anima mea, ad tuam quietem, 7
poſt-

p) in eis ſanctitatem, poteſtatemque ſuam oſtendit. *q*) contremiſcendum eſt.
r) eo vbi ſiletur, hoc eſt ad interitum.

8 poſtquam tibi Ioua benefecit: qui
et animam meam a morte, et oculos
a lacrimis, et pedes a caſu libera-
9 uit, ita vt verſer apud Iouam in
10 viuorum terris. Equidem credi-
di, ideoque locutus ſum, quum
11 tantopere vexarer. Atque in hac
trepidatione dixi, s omnem homi-
12 nem eſſe fallacem. Quid Iouæ
rependam pro tot eius aduerſum
13 me meritis? t Poculum ſumam ſa-
14 lutis, Iouæ nomen inuocans, Io-
uæ mea vota ſoluam, idque eius o-
15 mni populo præſente: qui Ioua
u ſuorum mortem piorum tanti du-
16 cat. Euge Ioua: nam ego ſeruus
tuus, ego ſeruus tuus ſum, ancillæ
tuæ filius, qui x mea rupiſti vincula.
17 Tibi ſacrificium animi grati faci-
18 am, Iouæ nomen inuocans. Iouæ
mea vota ſoluam, idque eius omni
19 populo præſente, in atriis tem-
pli Iouæ, in medio tui Hieroſolyma.
Halleluia.

PSAL. CXVII.

Ad gentes omnes Vates, vti Iouam collaudent.

G. Halleluia. *H.*

1 LAudate Iouam, gentes omnes,
hunc celebrate, nationes o-
2 mnes: cuius Iouæ et elemen-
tia erga nos excellit, et fides æterna
eſt. Halleluia.

PSAL. CXVIII.

Ab hoſtibus euaſus Vates omnes hortatur, vt Iouam laudent. Quanta a Ioua ſecuritas. In tabernaculum Vates ad Iouam laudandum. Ad ſacerdotes Vates vti ſacra faciant pro Ieſu aduentante.

G. Halleluia. *H.*

1 CElebrate Iouam, qui bonus,
2 qui æterna clementia eſt. Di-
cant Iſraelitæ eius æternam
3 clementiam. Dicat Aharonis do-
mus eius æternam clementiam.
Dicant Iouæ reuerentes eius æter- 4
nam clementiam. Iouam in peri- 5
culis inuocaui, Ioua me exoratus
explicuit. Iouam habens non 6
metuo, ne quid mihi faciant homi-
nes. Iouam habens defenſorem, 7
viſurus ſum inimicorum meorum
pœnas. Iouæ præſtat fidere, 8
quam homini. Iouæ præſtat fi- 9
dere, quam primatibus. Omne 10
genus gentes me obſederant, quas
tamen Iouæ nomine excidi. Ob- 11
ſederant me etiam atque etiam,
quas tamen Iouæ nomine excidi.
Obſederant me apum more, quas 12
tamen quaſi ſpinarum ignem ex-
ſtinctas Iouæ nomine excidi. Tu 13
me quidem impuleras ad caden-
dum, ſed mihi Ioua ſuccurrit.
Ioua mea potentia atque cantus, 14
mihi ſaluti fuit. Ergo victoriæ 15
cantu bonorum domus perſonant:
Iouæ dextra fortiter facit. Iouæ 16
dextra excellens, Iouæ dextra for-
titer facit. Non moriar, ſed vi- 17
uens Iouæ facta narrabo. Caſti- 18
gauit me quidem Ioua, ſed neci non
dedidit. Aperite mihi iuſtitiæ 19
portas, vt per eas ingrediar ad agen-
das Iouæ gratias. Hæc Iouæ por- 20
ta eſt, qua boni ingrediuntur.
Gratias ago tibi, qui mihi exoratus 21
ſalutem attuleris. y Lapis ab ædi- 22
ficatoribus improbatus, adhibitus
eſt ad caput anguli. A Ioua pro- 23
fectum eſt hoc, quod nobis mirum
videtur. Hanc diem Ioua fecit, 24
in qua lætemur exſultantes. Eia 25
Ioua, ſerua age: eia Ioua, faue a-
ge. Bene ſit ei, qui venit in Io- 26
uæ nomine: fauſta vobis omina-
mur, o Iouæ domeſtici. Deus Io-
ua nobis illucet: adligate feſtam 27
hoſtiam reſtibus ad aræ cornua.
Tibi, mi Deus, ago gratias: te, mi
Deus, extollo. Celebrate Iouam, 28
qui bonus, qui æterna clementia eſt. 29

 PSAL.

s) a nullo homine ſperandam ſalutem eſſe, ſed tantum a Deo. t) Iouæ libabo vinum, qui me conſeruauerit. u) tanti ſuos faciat, vt eos perire non ſinat. x) me liberaſti. y) expulſus Dauid, tamen rex euaſit, quod idem accidit et Chriſto.

PSAL. CXIX.

Vatis ardor ad legem Dei capeſſendam. Ex legis obſeruantia felicitas. Lux mortalibus Dei verbum. In inuidos Vates et Dei deriſores.

G. Halleluia. *H.*

Aleph.

1 [x] BEati, qui bene morati ex Iouæ
2 lege viuunt. Beati, qui eius
obeunt oracula, toto corde
3 ſtudentes ei. Qui ſane nihil ini-
quum agentes, viuunt ad eius nor-
4 mam. Tu ſane inſtituta tradidi-
5 ſti diligenter ſeruanda. Vtinam
moribus ſim ad ſeruanda tua de-
6 creta comparatis. Ita demum
non fruſtra ero, ſi omnia tua præ-
7 cepta ſpectabo. Agam tibi ſin-
cera mente gratias, quum tuas iuſtas
8 ſententias didicero. Tua decreta
ſeruabo: ne me deſere omnino.

Beth.

9 Quanam re purget adoleſcens ſuos
mores? exſequendis tuis verbis.
10 Tibi toto corde ſtudeo, ne me a
11 tuis auoca præceptis. In mente
mea habeo recondita tua dicta, ne
12 quid in te peccem. Tu laudande
13 Ioua, doce me tua decreta. His
ego labiis enumero omnes oris
14 tui ſententias. Oraculorum tuo-
rum ratione perinde oblector, ac
15 ſumma opulentia. Tua manda-
ta meditor, intuens in tua inſtituta.
16 Tuis decretis oblecto me, tuo-
rum dictorum haud immemor.

Gimel.

17 Adſice me tuum vitæ beneficio, et
18 tua dicta exſequar. Reuela meos
oculos, vt videam tuæ legis miracu-
19 la. Peregrinus in terris ego ſum:
ne mihi ſubtrahe tua præcepta.
20 Mihi languet animus perenni tu-
arum ſententiarum cupiditate.
21 Deteſtabiles obiurgas ſuperbos, a
22 tuis præceptis deerrantes. Auol-
ue a me probrum atque contem-
23 tum, qui oracula tua obeo. Quam-
uis contra me deliberantes ſedeant
principes, tamen tuus ego tua decre-
ta meditor: tamen oracula tua, meæ 24
deliciæ, mihi ſunt pro conſiliariis.

Daleth.

Humi proſtrata eſt anima mea: 25
conſerua mihi vitam ex tuis pro-
miſſis. Mores meos expono, vt 26
tu exorere mihi: doce me tua de-
creta. In tuorum mandatorum 27
ratione inſtrue me, et tua medita-
bor miracula. Mihi perfluit ani- 28
mus præ anxietate: erige me, vt
ferunt tua promiſſa. Falſam vi- 29
am a me remoue, et mihi per gra-
tiam largire tuam legem. Viam 30
veritatis elegi, tuas mihi ſententias
proponens. Adhæreo tuis oraculis, 31
Ioua, ne me fruſtra, habueris. Vi- 32
am præceptorum tuorum curram,
quum mihi mentem [a] explicueris.

He.

Inſtitue me, Ioua, in ratione tuo- 33
rum decretorum: et ea prorſus ex-
ſequar. Erudi me in exſequenda 34
tua lege: et eam obibo toto corde.
Dirige me per iter præceptorum 35
tuorum: nam id mihi placet. Effi- 36
ce mihi mentem propenſam ad tua
oracula, non ad auaritiam. Auerte 37
meos oculos ab intuenda nequitia,
vitam mihi in tuo conſeruans in-
ſtituto. Præſta mihi tuo promiſſa 38
tua, qui te reuereor. Aufer meum 39
dedecus, quod exhorreo: nam tuæ
ſententiæ bonæ ſunt. Quum ſim 40
tuorum mandatorum cupidus, con-
ſerua mihi vitam pro tua iuſtitia.

Vau.

Mihique tua contingant beneficia, 41
Ioua, tua defenſio, vt fert tuum pro-
miſſum. Et dabo meo conuiciato- 42
ri reſponſum, tua fretus oratione.
Neue mihi prorſus ex ore eripias 43
verum verbum, qui a tuis ſententiis
pendeam. Et tuam legem exſe- 44
quar iugiter in omnem perpetuita-
tem. Atque ita expeditus ince- 45
dam, quod tuis ſtudeam mandatis.
Neque me de tuis apud reges ora- 46
culis

x) Scriptum eſt in Hebræo carmen hoc ordine litterarum, quæ ſingulæ ſingulorum octonariorum verſus incipiunt. a) ſcilicet ex anguſtiis.

47 culis loqui pudebit. Meque tuis ob-
48 lectabo præceptis,quæ amo. Attol-
lamque manus ad tua præcepta mi-
hi dilecta, et tua decreta meditabor.

Zain.

49 Memento, quid mihi tuo promiſe-
50 ris, quo mihi ſpem feciſti. Quæ
quidem mea conſolatio eſt in mea
miſeria, tuo promisſo me conſer-
51 uante. Arrogantes mihi magno-
pere illudunt, neque tamen a lege
52 tua deflecto. Memor tuarum ſem-
piternarum, Ioua, ſententiarum,
53 me conſolor. Horrore corripior
ob impios tuæ legis deſertores.
54 Cantilenæ mihi ſunt tua decreta
[b] in peregrinationis meæ domicilio.
55 Recolo noctu nomen tuum, Io-
56 ua, tuamque legem obeo. Hoc
teneo, vt tua mandata exſequar.

Heth.

57 Tu mihi conditio es, Ioua, cuius
58 dictis parere ſtatui. Te coram
oro toto corde, miſerere mei, vt
59 promiſiſti. Recogito meos mo-
res, meosque pedes ad oracula tua
60 conuerto. Feſtino ſine cuncta-
tione ad obeunda tua præcepta.
61 Impiorum lora me implicant, non
62 tamen legis oblitum tuæ. De me-
dia nocte ſurgo ad te celebrandum,
63 ob tuas iuſtas ſententias. Coniun-
go me cum omnibus tui reuerenti-
bus,tuaque mandata exſequentibus
64 Benignitate tua, Ioua, plenus eſt or-
bis terrarum: doce me tua decreta.

Teth.

65 Benefacis mihi tuo cultori, Ioua,
66 ex tuo promisſo. Bonum ſenſum
et ſcientiam doce me, qui tuis præ-
67 ceptis fidem habeo. Priusquam
vexarer, errabam: nunc tuis dictis
68 pareo. Tu bonus et beneficus,
69 doce me tua decreta. Connectunt
contra me mendacium arrogantes,
tua mandata toto corde obeuntem.
70 Illorum cor quaſi obeſitate obtu-
ſum eſt, quum ego me tua lege ob-
lectem. Mihi vexari conducit, 71
vt tua decreta diſcam. Mihi vti- 72
lior eſt oris tui diſciplina, quam
aureorum argenteorumque millia.

Iod.

Manus tuæ me fecerunt atque con- 73
diderunt: erudi me, vt diſcam tua
præcepta. Tui reuerentes, me 74
viſo, lætabuntur, qui in tuo ſpem
habeam promisſo. Scio, Ioua, 75
æquas eſſe tuas ſententias: meque
[c] vere a te premi. Sit mihi, quæ- 76
ſo, tua clementia ſolatio, vt tu
mihi tuo pollicitus es. Contin- 77
gat mihi tua miſericordia,vtviuam:
nam tua lex meæ ſunt deliciæ.
Pudeat ſuperbos, qui mihi exitium 78
falſo machinantur: ego tua man-
data meditabor. Concilientur mi- 79
hi, qui te verentur: tuaque no-
runt oracula. Sit mea mens in 80
tuis integra decretis, ne me pudeat.

Caph.

Animus mihi languet exſpectatio- 81
ne tuæ defenſionis, in tuo promisſo
ſpem habenti. Oculi mihi lan- 82
guent exſpectatione tui promisſi,
cogitanti, ecquando ſis me conſo-
laturus. [d] Sum enim, vt vter in 83
fumario, haud immemor tamen
tuorum decretorum. Quodnam 84
mihi tuo ſpatium ſtatuitur? ec-
quando de meis infeſtis ſumes ſup-
plicium? Cauant mihi ſuperbi 85
ſcrobes, [e] non ſane ex tua lege.
Omnia tua præcepta vera ſunt: 86
ſuccurre mihi, quem illi inſectan-
tur iniuria. Fere me humi con- 87
ficiunt, neque tamen tua mandata
deſero. Pro tua clementia conſer- 88
ua me, et oris tui oraculo parebo.

Lamed.

In æternum Ioua tuum verbum 89
permanet in cælis. Sempiterna 90
præditus es veritate, qui ſtaturam
terram condidiſti. Quæ quidem 91
ex tua ſententia ſtant hodie: nam
omnia tibi ſeruiunt. Niſi tua 92
mihi

b) in hac vita, in qua peregrinus ſum, æuique breuis. *c*) recte. *d*) arco et conta-
beſco. *e*) contra tuam legem, vt Græci dicunt, ἀ φημὶ nego.

mihi lex eſſet in deliciis, equidem
93 in mea perirem inopia. Num-
quam tuorum mandatorum obliui-
ſcar: nam per ea mihi vitam tue-
94 ris. Tuus ſum, ſerua me, qui
95 tuis ſtudeo mandatis. Imminent
impii meo exitio, qui tua oracu-
96 la perpendo. Omnium interi-
turarum rerum finem video: tu-
um præceptum f) perquam late patet.

Mem.

97 Adeo tuam legem amo, vt hæc ſit
98 mea quotidiana meditatio. Sapi-
entiorem me, quam ſunt hoſtes mei,
reddit tua diſciplina, quam perpe-
99 tuo habeo. Plus ſapio, quam mei,
doctores vniuerſi, quod oracula tua
100 mea ſunt meditatio. Senes intel-
ligentia ſupero, quod tua mandata
101 teneo. Ab omni via mala contineo
meos pedes, vt tuis dictis paream:
102 de tuis ſententiis non deflecto,
103 quod tu me erudias. Multo ſunt
verba tua meo palato et ori melle
104 dulciora. A tuis mandatis diſco,
ideoque omnes falſos mores odi.

Nun.

105 Lucerna meo pedi ſunt tua dicta,
106 meoque lux itineri. Iuraui; (id
quod præſtabo,) me ſeruaturum eſ-
107 ſe tua iuſta iura. Crucior vehe-
menter, Ioua, medere mihi, vt
108 fert tua promiſſio. Mei oris li-
beralitatem gratam habe, Ioua,
109 et me tuas ſententias doce. Ver-
ſor in perpetuo vitæ diſcrimine,
110 neque tuæ legis obliuiſcor. Mihi
laqueum obtendunt impii, ne-
que tamen ex tuis mandatis aber-
111 ro. Poſſideo oracula tua perpe-
tuo, quæ ſunt mei cordis gaudia.
112 Animum ad obeunda tua decre-
ta adplico, in perpetuum prorſus.

Samech.

113 Male cogitantes odi, et tuam legem
114 amo. Tu mihi latebra et propu-
gnaculum es, a cuius verbis pen-
115 deo. Faceſſite a me, improbi,
vt exſequar Dei mei præcepta.
Suſtine me oratione tua, vt viuam: 116
neue meam exſpectationem fru-
ſtrato. Fulci me, vt conſeruer, 117
et tuis decretis ſemper oblectabor.
Conculcas omnes, a tuis recedentes 118
decretis, quorum fallax ſit calliditas.
Vt ſcoriam deles omnes terra- 119
rum impios, ideo tua amo decre-
ta. Horret mihi corpus tui pauo- 120
re, tuas reformidanti ſententias.

Ain.

Ius æquumque facio, ne me per- 121
mitte meis oppreſſoribus. Ac- 122
commoda me tuum cultorem ad
bonum, ne mihi ſuperbi faciant in-
iuriam. Oculi mihi languent ex- 123
ſpectatione tuæ defenſionis, iuſtæ-
que promiſſionis. Tracta me tu- 124
um, vt tua fert clementia, meque
tua decreta doce. Tuus ego 125
ſum, erudi me, vt ſciam tua ora-
cula. Tibi, Ioua, agendi tempus 126
eſt, quum tua lex violatur. Itaque 127
tua præcepta plus, quam aurum et
obrizum, amo. Itaque tuis omni- 128
bus mandatis prorſum recte vtens,
omnem falſam conſuetudinem odi.

Pe.

Mira ſunt oracula tua: ideo ea 129
animo teneo. Rudimenta tuo- 130
rum dictorum rudes colluſtrant, et
erudiunt. Quæ quidem hianti ore 131
haurio: tantopere tua amo præ-
cepta. Reſpice me, et miſerere 132
mei, pro tua erga tui nominis a-
mantes æquitate. Veſtigia mea in 133
tuis dictis conſtabili, ne vllum do-
minetur in me maleficium. Vin- 134
dica me ab hominum iniuriis, et tu-
is parebo mandatis. Illuſtra tuum 135
me tuo vultu, et tua me decreta do-
ce. Riuis aquæ manant oculi mei: 136
quoniam non ſeruatur tua lex.

Zade.

Iuſtus es Ioua, rectæque ſunt tuæ 137
ſententiæ. Oracula tradidiſti æ- 138
quiſſima, atque veriſſima. Con- 139
ficior indignatione, quod hoſtes
mei tuorum dictorum ſint imme-
mores.

f) infinitum eſt.

140 mores. Probatiſsima eſt oratio
141 tua, quam tuus ego diligo. Paruus
ego et contemtus, tua mandata non
142 oblitus ſum. Iuſtitia tua, iuſti-
tia eſt ſempiterna, tuaque lex vera.
143 In aduerſis periculisque deprehen-
ſus, habeo tua præcepta in delici-
144 is. Tuorum æquitas orac[illegible]um
æterna eſt: erudi me, et viuam.

Coph.

145 Toto corde inuoco: exaudi me,
146 Ioua, et tua tenebo decreta. Te
inuoco, ſerua me: tuis oraculis pa-
147 rebo. Diluculum querelis præ-
148 uerto, a tuis dictis pendens. Ocu-
lis vigilias anticipo, tuis dictis me-
149 ditandis. Vocem meam exaudi
pro tua clementia, Ioua, pro tua
150 æquitate vitam mihi cuſtodi. Ad-
ſunt perſequentes flagitia, a le-
151 ge tua remoti. Ades, tu Ioua,
cuius omnia præcepta vera ſunt.
152 Iam diu de tuis oraculis hoc ſcio,
te ea in perpetuum fundasſe.

Res.

153 Vide meam miſeriam, et me libe-
ra: qui tuæ legis oblitus non ſum.
154 Age meam causſam, meque adſere,
et ex tua promisſione conſerua.
155 Abeſt ſalus ab impiis, quoniam tuis
156 decretis non ſtudent. Multa præ-
ditus es miſericordia, Ioua, conſer-
157 ua me pro tua æquitate. Multi
ſunt, qui me inſectantur, mihi-
que aduerſantur: neque tamen a
158 tuis oraculis deflecto. Videns
perfidos crucior, quod tuis dictis
159 non parent. Conſidera, me tua man-
data amare, Ioua: pro tua clemen-
160 tia conſerua me. Tuorum dicto-
rum caput eſt veritas, ſuntque tuæ
omnes iuſtæ ſententiæ ſempiternæ.

Sin.

161 Me principes inſectantur immeri-
to, qui mente tua dicta formido.
162 Lætor ego tuis verbis, perinde ac
qui multam nactus eſt prædam.
163 Falſa odi atque deteſtor, amans
tuam legem. Septies quotidie te 164
laudo, ob tuas iuſtas ſententias.
Multa pax eſt tuæ legis amatoribus, 165
nec eſt eis impedimentum. Intu- 166
eor tuam tutelam, Ioua, tuaque præ-
cepta exſequor. Animo tua oracu- 167
la teneo, ea multum amans. Seruo 168
tua mandata atque oracula: nam
mei mores omnes tibi ſunt expoſiti.

Thau.

Accedat in tuum conſpectum ora- 169
tio mea, Ioua: ex tuo promisſo
erudi me. Veniat in tuum con- 170
ſpectum mea ſupplicatio: defende
me, vt pollicitus es. Fundent mea 171
labra laudem, quod tua me decreta
docueris. Eloquetur lingua mea 172
tua dicta, cuius omnia præcepta
iuſta ſunt. Sit mihi tua manus 173
auxilio, qui tua mandata elegi.
Cupidus ſum tuæ defenſionis, Io- 174
ua, tuaque lex meæ ſunt deliciæ.
Viuat hæc anima, vt te laudet, tuæ- 175
que ſententiæ me iuuent. Erro, 176
velut ouis perdita, quære me tuum,
qui tuorum præceptorum memo-
riam non depoſui.

PSAL. CXX.

Exoratus a Vate Ioua. Contra vitilitigatores idem. A detractore quanta calamitas impendeat.

Carmen gradarium. 1
QVum Iouam rebus in aduer-
ſis inuoco, exaudit me. Io- 2
ua, libera hanc animam a fal-
ſis labiis, a lingua perfida. Quid 3
tibi *a* dabit, aut quid addet tibi lin-
gua fraudulenta, *b* ſagittæ milita- 4
res acutæ, carbonesque iuniperini?
Hei mihi, qui tamdiu peregriner, 5
habitans cum *c* cedarianis taberna-
culis. Ego diutius habito cum 6
pacis oſoribus, qui, me pacis 7
mentionem faciente, ad bellum in-
clinant.

PSAL.

a) proderit. *b*) quæ et pungit vt ſagitta, et vrit vt carbo. *c*) inhumanis, quales ſunt Cedare Iſmaelis filio prognati.

PSAL. CXXI.

Ex cælis Vates auxilium exſpectans. Verba ſacerdotum, ac populi pro rege conſolando.

1 Carmen gradarium.
ATtollo oculos in montes, vnde
2 mihi venit auxilium. Auxilium meum a Ioua eſt, cæli
3 terræque creatore. k Non ſinet
tuos labefieri pedes, non dormita-
4 bit cuſtos tuus. Scito, non dormitaturum, neque dormiturum cu-
5 ſtodem Iſraelitarum. Ioua tuus
cuſtos, Ioua vmbra tua, tibi dex-
6 ter adeſt. Te neque ſol interdiu,
7 neque luna noctu feriet. Ioua te
ab omni malo, Ioua tuam animam
8 tuebitur. Ioua te et euntem et
redeuntem tuebitur, deinceps in
ſempiternum.

PSAL. CXXII.

Populus percupiens reuerti in urbem cum fidelium cœtu ad Iouam laudibus ornandum.

1 Carmen gradarium, Dauidis.
DElector eis, qui me ſic adhortantur: eamus in Iouæ do-
2 mum. Adſtant noſtri pedes
3 in tuis portis, Hieroſolyma. Hie-
roſolyma exſtructa, vt vrbs l ſibi ſi-
4 mul coniuncta. Quo quidem tribus
adſcendunt, tribus Iouæ, m ex edito
Iſraelitis oraculo, ad Iouæ nomen
5 celebrandum. Illic enim ſita ſunt
tribunalia iudicialia, tribunalia
6 domus Dauidis. Orate pacem
tuam, Hieroſolyma, cuius amato-
7 res ſoſpites ſunt. Sit pax in tuo pro-
pugnaculo, felicitas in tuis palatiis.
8 Propter fratres cognatoſque meos
9 tuæ paci conſulam. Propter do-
mum Iouæ Dei noſtri tuo bono
ſtudebo.

PSAL. CXXIII.

Contumeliis adfecti pii contra inſolentes ad Iouam ſeſe recipiunt.

Carmen gradarium, Dauidis. 1
AD te oculos attollo, o cælicola. Et quidem, vt ſeruo- 2
rum oculi dominorum manum, vt ancillæ oculi heræ manum: ſic noſtri Iouam Deum noſtrum intuentur, dum miſereatur
noſtri. Miſerere noſtri, Ioua, 3
miſerere noſtri, qui multo ſumus
contemtu ſaturi: quorum ani- 4
mi multa ſunt opulentorum deriſione, faſtuoſorum contemtu ſaturi.

PSAL. CXXIIII.

Populus Iſraelita ex hoſtibus infeſtiſſimis euadit. Ioua refugium fideli.

Carmen gradarium. 1
NIſi Ioua nobis adfuisſet,(dicant 2
Iſraelitæ,) niſi Ioua nobis adfuisſet, quum in nos conſurgerent homines: iam pridem 3
nos viuos deuorasſent, quum in
nos arderent ira, iam pridem 4
nos aquæ inundasſent, obrutos tor-
rente: iam pridem nos impoten- 5
tes obruisſent aquæ. Agimus Io- 6
uæ gratias, qui nos non pasſus ſit
prædam eſſe dentibus illorum.
Vita noſtra, ſicut auicula, euaſit au- 7
cupum laqueum: rupto laqueo nos
euaſimus. Nobis auxilium eſt in 8
Iouæ nomine, cæli terræque creatoris.

PSAL. CXXV.

Qui Iouam in auxilium obſecrant, ii per ipſum in tuto nauigant procul ab impietate. Pro iuſtis oratio.

Carmen gradarium. 1
QVi Iouæ confidunt, ſimiles
ſunt Sionis montis, qui perpetuo manet immobilis. Et 2
montes Hieroſolymam, et Ioua
ſuum populum circumdat hinc in
ſempiternum. n Non enim reſi- 3
debit impietatis ſceptrum in iuſtorum ſortem, ne iuſti manus admo-
ueant

k) ſe ipſum adloquitur. l) concors, et ideo duratura. m) vt Iſraelitis oraculo præceptum eſt. n) non dominabuntur impii in bonos. vide Pſ. 73, 10.

4 ueant nequitiæ. Benefac, Ioua,
5 bonis, et mente rectis. Qui ve-
ro ad ſuas peruerſitates declinant,
eos *o* ducet Ioua cum maleficis, ſaluis
Iſraelitis.

PSAL. CXXVI.

Libertatem populus conſequitur. Eiuſdem gaudia. Precatio ad Iouam, vti poſt lacrimas adſit riſus.

1 Carmen gradarium.
QVum reuocaret Ioua *p* ſionios
captiuos, videbamur nobis
2 ſomniare. Tunc et ora
noſtra riſu, et linguæ cantu plenæ
3 erant: tunc dictitabatur inter
gentes: Ioua his magna præſtitit.
4 Ioua nobis magna præſtiterat, id
5 quod lætabamur. Reuoca, Ioua,
noſtros captiuos, *q* amnium ritu me-
6 ridianorum. *r* Qui ſerunt cum
lacrimis, cum cantu mesſuri ſunt.
7 Qui flendo it, carum ſemen ferens,
rediturus eſt cum cantu, ſuos fe-
rens manipulos.

PSAL. CXXVII.

Nulla mortalis vita Ioua non defendente. Sunt a Ioua filii parentes ſuſtentandi gratia.

1 Carmen gradarium, Solomonis.
NIſi Ioua domum *s* inſtruat, fru-
ſtra laborant, qui eam inſtru-
unt: niſi Ioua vrbem cuſtodi-
2 at, fruſtra vigilat cuſtos. *t* Fru-
ſtra et ſummo mane ſurgitis, et tar-
de reſidetis, victu veſcentes labori-
oſo, adeo ille dilectis ſuis ſomnum
3 conciliat. Liberorum quidem
hereditas a Ioua eſt: fetus ventris
4 præmio datur ab eodem. Quales
ſunt in manu viri fortis ſagittæ, ta-
5 les ſunt iuuentutis nati. Felices,
qui talibus refertas habent phare-
tras: *u* non illi fruſtrabuntur, quum
diſceptabunt cum aduerſariis in
curia.

PSAL. CXXVIII.

Coniugio vinctorum felicitas, dum pietatem, et vias Iouæ ſequantur.

Carmen gradarium. 1
BEatus eſt, quicumque Iouam
reuerens, viuit ad eius nor-
mam. Labore manuum tua- 2
rum ſi veſceris, beatus es, et bene
tibi erit. Vxor tua ſimilis erit 3
fecundæ vitis, in lateribus domus
tuæ: liberi tui, quaſi oliuarum plan-
tæ, circum tuam menſam. Sic
quidem certe fortunabitur homo 4
Iouæ metuens. Sic te fortunabit 5
ſionius Ioua, vt Hieroſolymæ bo-
num videas per omnem vitam. Vi- 6
deas et natorum tuorum natos, ſal-
uis Iſraelitis.

PSAL. CXXIX.

Iſraelitarum victoriæ a Deo. Ad victorem Vates, ne ſibi tribuat gloriam. Quanta malorum hominum infelicitas.

Carmen gradarium.
SAepe oppugnatus ſum a pueri- 1
tia, (dicat Iſraelita.) Sæpe 2
oppugnatus ſum a pueritia, ne-
que tamen expugnatus. Dorſum 3
meum arauerunt aratores, longos 4
ducentes ſulcos. Ioua iuſtus ab-
rupit impiorum lora. Turpiter 5
retro aguntur omnes Sionis oſores:
ſuntque ſimiles herbæ tectorum, 6
quæ, priusquam euellatur, areſcit:
qua neque mesſor manum, neque 7
manipulator ſinum implet: ne- 8
que

o) puniet vt maleficos. *p*) Iſraelitas, qui nunc ſunt Sionii. *q*) vt olim ex Aegypto, quum quidem in meridiana et ſiticuloſa regione fontem eis elicuiſti. *r*) vide 1 Cor. 15, 43. *s*) ſcilicet liberis. *t*) fruſtra laborat, qui Deo carus non eſt, Liberi quidem, quorum cauſſa laboratur, proueniunt piis, quaſi virgula diuina, ſine ipſorum ſollicitudine. *u*) defendentur a ſuis natis in litibus.

que dicunt viatores, adſit vobis
Iouæ fauor: fauſta vobis precamur
per Iouæ nomen.

PSAL. CXXX.

Ex anguſtiis vrgentibus ad Iouam confugiens Vates. Nullus coram Ioua vir bonus. Ab eodem abſolutio culparum. Precationum ſtudioſus Vates. Adſiſtis ingentem ſpem faciens.

Carmen gradarium.

1 Ex profundo te inuoco, Ioua
2 Domine, audi vocem meam:
præbe aures attentas meæ voci
3 ſupplici. Si vitia obſeruaueris,
4 Ioua Domine, quis ſtabit? Sed
eſt in te facilitas, vt reuerendus ſis.
5 Iouam ſpero, ſperanti animo eius
6 promiſſum ſuſpiciens. Animo
Dominum ſuſpicio, a matutinis cu-
ſtodiis, ad alteras matutinas cuſto-
7 dias. Suſpiciat Iſraelita Iouam:
nam in Ioua eſt clementia multum-
8 que præſidii. Et is Iſraelitam
vindicaturus eſt ab omnibus eius
vitiis.

PSAL. CXXXI.

Vatis continens, perpetuaque deiectio. Spem ſalutis in vno Ioua collocandam aſſerit.

1 Carmen gradarium, Dauidis.
IOua, neque animum effero, aut
2 ſupercilium tollo: neque ma-
iora, aut magis ardua, quam pro
3 me, tracto. Quin animum me-
um ſic ad modeſtiam compoſui, vt
eſt ablactatus erga matrem, quaſi
4 ablactatum habeam animum. Su-
ſpice, Iſraelita, Iouam hinc in ſem-
piternum.

PSAL. CXXXII.

Iouam obſecrans Vates, ne ſanè ædificatio intermittatur. Sua Ioue futura domus. Ciuium amor Hieroſolymam celebrat. Vrbs eadem ſelecta Ioue laudibus canendis.

Carmen gradarium.

MEmento, Ioua, Dauidis, et
eius tantæ modeſtiæ. Qui 2
Iouæ iurauit, qui ſic Iaco-
beorum numini vouit. Ne- 3
que meæ domus tectum ſubibo, ne-
que cubicularem lectum inſcen-
dam: neque meis oculis ſomnum, 4
meis palpebris ſoporem concedam,
quin Iouæ locum, quin Iacobida- 5
rum numini domicilium inuenero.
x Ecce autem, id Ephratæ audiui- 6
mus, id in ſilueſtribus agris inue-
nimus. Intremus in eius domi- 7
cilium, veneremur eius pedum
ſcamnum. Surge, Ioua, in tu- 8
am requietem, tuque tuæque arca
potentiæ. Tui ſacerdotes iuſti- 9
tia veſtiantur, tuique pii ouent.
Propter Dauidem tuum ne auer- 10
ſare vncti tui animam. Iurauit 11
Ioua Dauidi, fidem non reuocatu-
rus: ex ventris tui fetu imponam 12
tuo ſolio. Quod ſi ſeruauerint 13
tui nati meum fœdus, et oracula,
quæ eos docuero, eorum quoque
nati in perpetuum ſedebunt in tuo
ſolio. Delegit enim Ioua Sionem, 14
eam ſibi ſedem optans. Hæc eſt 15
mea ſempiterna requies, quam mi-
hi habitandam concupiui. Cuius 16
et annonam fecundabo, et paupe-
res ſaturabo victu: et ſacerdotes 17
ſalute veſtiam, et pii ouabunt.
Ibi germinare faciam cornu Daui- 18
dis, y lucernam vncto meo compo-
nens. Eius hoſtes pudore circum- 19
fundam, quum interea ipſe diadema
floridum geſtabit.

PSAL. CXXXIII.

Fratrum caritas Iouæ gratiſſima.

Carmen gradarium, Dauidis. 1
O Quam ſuaue, quamque iucun-
dum eſt, habitare fratres ſi-
mul. Vt bonum vnguentum, 2
quod ex capite in barbam, barbam
inquam z Aharonis, et veſtimento-
rum oram defluit. Vt ros hermo- 3
nius,

x) huius loci ſntentiam non intelligo. y) poſteritatem concilians. z) pontificis, vt Latine Cæſares adpellantur a primo Cæſare.

nius, qui defluit in montes Sionis,
vbi Ioua ſemper duraturam conci-
liat abundantiam bonorum.

PSAL. CXXXIIII.

Ad Leuitas ac populares Vatis verba, quo laudes Deo canantur.

1 Carmen gradarium.

O Collaudate Iouam, omnes
Iouæ cultores, qui noctu
2 manetis in Iouæ domo. At-
tollite manus ad ſanctuarium, Io-
uam collaudantes. Faueat tibi
3 ſionius Ioua, cæli terræque con-
ditor.

PSAL. CXXXV.

Ad ſacerdotes Vatis exhortatio, quo laudes Iouæ canant. Diuina benignitas in Iacobæum et omnipotentia. Portenta Iouæ in Aegyptios pro Hebræis.

1 Halleluia.

LAudate Iouæ nomen, laudate
2 o Iouæ cultores, qui degi-
tis in Iouæ domo, in atriis do-
3 mus Dei noſtri. Laudate Iouam,
qui tam bonus ſit, cantate Iouæ ſua-
4 ue nomen. Nam iacobeus Ioua
Iſraelitas ſibi delegit in peculium.
5 Scio enim, Iouam dominumque
noſtrum omnium eſſe maximum
6 deorum. Quidquid ei libet, fa-
cit Ioua in cælis et in terris, in aquis
7 et vndis omnibus. Nebulas excit
ab vltimis terris: fulgura per plu-
uiam facit: ex ſuis ventos cellis ex-
8 citat. Qui occidit Aegypti primo-
genita, tum hominum, tum peco-
9 rum, miſſis in medio tui, Ae-
gypte, oſtentis, et prodigiis in
Pharaonem, omneſque Pharaonios.
10 Qui multas occidit gentes, reges-
11 que potentes interfecit. Sehonem
Amorræorum, et Ogum Baſanæ
regem, omniaque regna chananæa,
12 et eorum terram poſſidendam, poſ-
13 ſidendam ſuis dedit Iſraelitis. Io-
ua, tuum nomen æternum: Ioua,
tui memoria perennis eſt. Patro- 14
cinatur enim ſuo populo Ioua, ſui
cultoribus reconciliatus, genti- 15
um ſigna argentum aurumque ſunt,
humanarum opus manuum. Os 16
habent, neque loquuntur: oculos
habent, neque vident: aures ha- 17
bent, nec audiunt: nec eſt in eo-
rum ore ſpiritus. Tales ſunt eo- 18
rum auctores, quicumque eis con-
fidunt. Vos, domus Iſraelis, com- 19
mendate Iouam: vos, domus Aha-
ronis, commendate Iouam: vos, 20
domus Leuis, commendate Iouam;
vos, Iouæ reuerentes, commenda-
te Iouam: commendetur ſioni- 21
us Ioua, habitator Hieroſolymæ.
Halleluia.

PSAL. CXXXVI.

Ad Iouam laudandum Vatis exhortatio. Diuina potentia, et in Hebræos benignitas ex Aegypto in terram ſanctam adductos.

G. Halleluia. *H.*

CElebrate Iouam, quia bonus, 1
quia æterna benignitate eſt.
Celebrate deorumDeum, quia 2
æterna benignitate eſt. Celebra- 3
te dominorum Dominum, quia æ-
terna benignitate eſt. Qui ſolus 4
magna facit miracula, quia æter-
na benignitate eſt. Qui cælos pru- 5
denter fecit, quia æterna benigni-
tate eſt. Qui terram ſuper aquas 6
extendit, quia æterna benignitate
eſt. Qui ingentia fecit luminaria: 7
quia æterna benignitate eſt. So- 8
lem ad moderationem diei, quia
æterna benignitate eſt. Lunam et 9
ſtellas ad moderationem noctis,
quia æterna benignitate eſt. Qui 10
Aegyptum clade adfecit primogeni-
torum, quia æterna benignitate eſt.
Et ex eorum medio eduxit Iſraeli- 11
tas, quia æterna benignitate eſt.
Forti manu porrectoque brachio, 12
quia æterna benignitate eſt. Qui 13
mare rubrum in partes diffidit, quia
æterna benignitate eſt. Et per 14
eius medium traiecit Iſraelitas, quia
æter-

15 æterna benignitate eſt. Impulit-
que Pharaonem et eius copias in
mare rubrum, quia æterna beni-
16 gnitate eſt. Qui ſuos per deſer-
ta loca duxit, quia æterna benigni-
17 tate eſt. Qui magnos reges occi-
dit, quia æterna benignitate eſt.
18 Qui nobiles reges interemit, quia
19 æterna benignitate eſt. Sehonem
Amorræorum regem, quia æterna
20 benignitate eſt. Et Ogum Baſa-
næ regem, quia æterna benignita-
21 te eſt, eorumque terram dedit
poſſidendam, quia æterna benigni-
22 tate eſt, poſſidendam ſuis Iſrae-
litis, quia æterna benignitate eſt.
23 Qui in humilitate noſtra memor
fuit noſtri, quia æterna benignitate
24 eſt. Nosque noſtris eripuit ad-
uerſariis, quia æterna benignitate
25 eſt. Qui victum ſuppeditat omni-
bus animalibus, quia æterna beni-
26 gnitate eſt. Celebrate cæleſtem
Deum, quia æterna benignitate
eſt.

PSAL. CXXXVII.

Sacerdotes, Leuitæ, cantores ad canendum inuitati. Horum anguſtia. In patriam caritas. Contra hoſtes precatio.

G. Dauidicum per Ieremiam. *H.*

1 AD Babyloniæ fluuios ſedeba-
mus, idque plorantes, quum
2 recordaremur Sionem, ſuſ-
penſis in ea regione citharis noſtris
3 ad ſalices. Illic enim noſtræ ca-
ptiuitatis et eiulationis auctores
carmina nos lætitiamque poſce-
4 bant: canite nobis carmen ali-
5 quod ſionium. Quo pacto cana-
mus iouanum carmen in aliena ter-
6 ra? *Quando te ſumus obliti Hie-
roſolyma, oblita eſt noſtra dextra.
7 Adhæret lingua noſtra palato, niſi
tui ſimus compotes, niſi Hieroſo-
lymam ad noſtræ lætitiæ caput ad-
8 hibeamus. Reminiſcere, Ioua,
Idumæorum, qui die Hieroſoly-
mæ dicebant: euertite, euertite
9 funditus eam. O puella Babylon
deuaſtanda, felix, qui tibi tua in
nos merita rependet, felix, qui 10
correptos tuos infantes ſaxis ad-
lidet.

PSAL. CXXXVIII.

Vatis gratiarum actio ad Iouam, quod liberarit eum ex manu hoſtium. Spes omnis in Deo ſalutis.

Dauidis *G.* cantio Aggæi et Zachar- 1
iæ. *H.*

TE tota mente celebrabo, te
apud diuos cantabo. Ad tu- 2
um ſacrum ſanum venerabor,
tuumque celebrabo nomen, ob tu-
am benignitatem atque fidem, * qui
promiſſa tua facias maiora, quam
eſt tuum tantum nomen. Qui me 3
inuocantem exaudias, meam ani-
mam fortiter euehens. Te Ioua 4
celebrabunt terrarum reges omnes,
quum audiuerint oris tui promiſſa:
canentque Iouæ mores, cuius Iouæ 5
tanta ſit gloria. Qui Ioua, ſubli- 6
mis quum ſit, humilia reſpiciat,
excelſitatem procul perſpicuam
reddens. Si in mediis verſer pe- 7
riculis, tu me ſeruabis, et hoſtium
meorum iræ manum tuam obii-
ciens, iſta me dextra defendes.
Tu Ioua meam rem perages: Ioua, 8
æterna benignitate præditus ma-
nuum tuarum facta non omittes.

PSAL. CXXXIX.

In falſos accuſatores accuſatus Vates, teſtem inuocat Iouam. Cuncta perſpiciens Deus. Hominis dignitas et celebratio. Exitium percupit inimicorum. Teſtis conſcientiæ Deus.

Præcinenda cantio Dauidis. *G.* Za- 1
chariæ, quum eſſent diſperſi. *H.*

IOua, tu me exploratum cogni-
tumque habes. Tu me ſeden- 2
tem ſurgentemque noſti, meam
longe rationem perſpiciens: me 3
gradientem cubantemque cingis:
omnesque meas rationes perueſti-
gatas habes: adeo, vt ne prola- 4
tam quidem mea lingua ſententiam
tu

5 tu Ioua, pernoſcas. Tu me et a
tergo et a fronte formaſti, mihique
6 manum iſtam admouiſti. Cuius
rei cognitio adeo difficilis eſt et
ardua, vt eam ego conſequi non
7 poſſim. Quonam declinem tuum
ſpiritum?aut quo tuam fugiam præ-
8 ſentiam? ſiue cælum ſcandam,
ibi tu es: ſiue in orco cubem, tu
9 ades. Sumam auroræ alas, ha-
10 bitem in vltimo mari: etiam il-
lic tua me manus tenebit, tuaque
11 dextra comprehendet. Quod ſi
me certe tenebris occultandum co-
gitem, ipſa mihi nox lumen eſt.
12 Ipſæ etiam tenebræ tibi non conte-
nebrant: ipſaque nox ſplendet vt
dies, nullo tenebrarum luciſque
13 diſcrimine. Tu meos enim [a] re-
nes poſſides, qui me in meæ matris
14 vtero compoſueris. Ago tibi
gratias, quod tam abſtruſa ratio mi-
rifice in me adhibita eſt: mirifica
ſunt tua facta, id quod ego animo
15 præclare recognoſco. Non te la-
tuere mei artus, quum in abdito
fierem,ingenioſe contextus [b] in ima
16 terra. [c] Mei rudimenta vidiſti tuis
oculis, eaque ſpatio conformanda
temporis, omnia, ne vno quidem
excepto, erant in tuo deſcripta co-
17 dice. Vah! quanti apud me ſunt
tuæ rationes Deus! quarum tanta
18 ſumma eſt, vt, quum eis nu-
merandis inuigilo, ſint arena nu-
meroſiores, et [d] adhuc tecum hære-
19 am. O ſi euertas impios, Deus:
faceſſite a me, homines ſanguina-
20 rii, qui de te nefarie loquuntur ad-
uerſarii tui nequitia elati. Nem-
pe tuos oſores odi Ioua, tibi con-
22 trariis infenſus. Et quidem odio
capitali odi, eos hoſtium numero
habens. Explora me, Deus, me-
am mentem noſcitans: proba me,
meos ſenſus noſcitans. Et vide,
an ſim in praua viuendi via, me-
que in viam ducito [e] durabilem.

PSAL. CXL.

Ad Iouam Dauid vti ab improbis ne lædatur. Spes auxilii maxima. Abnuente Ioua nullum improbi conſilium. In inuidos Vatis preces.

Præcinenda cantio Dauidis. 1
DEfende me, Ioua, a malis ho- 2
minibus,ab inhumanis homi-
nibus me tuere. Qui animis 3
male cogitantes, quotidie bella mo-
liuntur. Acuunt ſuos dentes, vt 4
ſerpens, virus aſpidis habentes ſub
labiis. Sela. Tutare me, Ioua, 5
ab impiorum manibus: ab inhu-
manis hominibus tuere me, qui
mea labefactare veſtigia cogitant.
Abſcondunt mihi laqueos atque fu- 6
nes ſuperbi, tendunt ſecundum ſe-
mitam retia: mihi ponunt offen-
dicula. Sela. Equidem Iouam 7
meum adpello Deum: auſculta,
Ioua, meæ vocem ſupplicationis.
Ioua Domine, meæ firmamentum 8
ſalutis, qui meum caput prote-
gis, quandocumque ſumenda arma
ſunt. Noli impios, Ioua, voti 9
reddere compotes, ne ſi eis conata
ſecundes, inſoleſcant. Sela. Eo- 10
rum caput, qui me circumueniunt,
obruat facinus, quod ipſorum la-
bra moliuntur. Opprimantur car- 11
bonibus,in ignem deturbati, in ſpe-
cus, vnde non emergant. Homo 12
linguax ne conſiſtat in terris: in-
humanus homo malo agatur in rui-
nam. Scio, Iouam inopum pau- 13
perumque litem et cauſſam actu-
rum eſſe. Certe iuſti tuum cele- 14
brabunt nomen, habitabunt in tuo
conſpectu probi.

PSAL. CXLI.

Profugi Vatis precatio ad Iouam, ne ſint vana

a) adfectus. *b)* in vtero ignoratus, vt ea quæ ſub terra ſunt. *c)* me in vtero inchoatum. *d)* ad tuam naturam contemplandam attentus, eam nondum pernoſcere queam. *e)* rectam. Nam recta et proba durant, quum praua pereant vt eſt in 1. Pſal.

na vexati vota, quo ſit ab hoſtibus tutus. Increpationem Vates mauult, quam cum impio gaudia. In hoſtes improbos precatio.

1 Cantio Dauidis.

IOua, te inuoco, feſtina ad me,
auſculta vocem, qua te inuoco.
2 Habeantur apud te meæ preces
pro ſuffitu, et manuum extenſio
3 pro ferto veſpertino. Impone,
Ioua, cuſtodiam ori meo, ſerua
4 meorum labiorum oſtium. Ne
inclina meum animum ad rem malam,
vt ſim impiis ingenii moribus
cum maleficis: neue eorum veſcar
5 deliciis. Verberent me iuſti, beneficii
loco ducam: caſtigent me,
id mihi pro præſtantiſſimo erit vnguento:
neque ſolum mihi caput
non lædent, verum etiam in eorum
6 incommodis precabor, vt eorum
condemnatores per ſaxoſa præcipitentur
loca, vt audiant, quam ſit
7 oratio mea ſuauis. Vt ſulcari
proſcindique terra ſolet, membra
noſtra ad orci fauces diſperguntur.
8 Atqui in te, Ioua Domine, coniectos
oculos, in te fiduciam habeo: noli
9 vitam meam profundere. Tutare
me ab iniuria laquei, quem in me
tendunt, et a maleficorum tendicu-
10 lis. Decidant ſimul in ſuos caſſes
impii, dum interim ego tranſeo.

PSAL. CXLII.

Ad Iouam precatio Vatis in ſpelunca. Quantæ vexati ærumnæ. Spes vnica in Ioua conſtans.

1 Inſtitutio Dauidis precantis, quum in ſpelunca precaretur.

2 VOce mea Iouam inuoco, voce
3 mea Iouæ ſupplico. Apud
hunc orationem meam fundo,
apud hunc angorem meum indico,
4 animo meo ſeſe in me cruciante.
Et tu quidem viam meam noſti: in
ſemita, qua ſum iturus, abditur
5 mihi laqueus. Ad dextram intuens,
video nullum eſſe, qui me
agnoſcat: periit mihi perfugium,
non eſt, qui meam vitam curet.
Ad te clamo Ioua, te meam fidu- 6
ciam, te meam adpello ſortem in
terra viuentium. Attende meam 7
querimoniam, qui tantopere ſum
attenuatus: defende me a meis infeſtis,
qui ſunt me potentiores. 8
Educ ex clauſtro hanc animam, ad
tuum celebrandum nomen: ſtipabunt
me iuſti, quum tu ſic de me
fueris meritus.

PSAL. CXLIII.

Ad Iouam oratio Vatis. Iuſtus coram Deo nullus. Dolor Vatis maximus. Ad Iouam confugiens, et in hoſtes ardens Vates.

Cantio Dauidis, *G.* quum eum per- 1
ſequeretur Abſalomus eius filius. *H.*

IOua, audi meas preces: auſculta
meæ ſupplicationi, pro tua fide,
exaudi me pro tua iuſtitia. *f* Ne- 2
ue in ius mecum, qui tuus ſum,
venito: nam coram te nemo mortalium
abſoluetur. Hoſtis enim 3
hanc animam perſequens, meam
vitam peſſundat humi: me ad tenebras
redigit, in qualibus ſunt
perpetuo mortui. Itaque æſtuat 4
mihi animus: mihi mens penitus
attonita eſt. Recolo priſca tem- 5
pora: recogito tua tot opera, tuarum
manuum facta contemplans.
Ad te manus pando, animo te ſu- 6
ſpiciens, vt terra ſiticuloſa. Sela.
Propera exaudire me, Ioua, animo 7
deficientem: ne mihi tuum vultum
abde, vt fiam quales qui deſcendunt
in barathrum. Nuntia mihi ma- 8
ture tuam benignitatem, qui tibi
confido, oſtende mihi, qua via gradiar,
qui ad te animum attollo.
Libera me a meis hoſtibus, Ioua, 9
ad quem perfugio. Doce me tu- 1
am exſequi voluntatem, tu, qui
meus es Deus: deducat me tuus
bonus ſpiritus per planum ſolum.
Propter nomen tuum, Ioua, con- 1
ſerua mihi vitam: pro tua iuſtitia
eripe ex periculo hanc animam. Et 1
pro

f) ne mecum iure agito.

pro tua benignitate euerte meos ho-
ſtes, et omnes vitæ meæ aduerſari-
os perde, quoniam tuus ego ſum.

PSAL. CXLIIII.

Ad Iouam actio gratiarum. Mirifica in Vatem Iouæ munificentia. Pro victoria ſupplicatio. Pro populi totius iſraelitici felicitate vota.

1 Dauidis.
GRatias ago Iouæ meo numini,
qui meas manus ad certamen,
meos digitos ad pugnam do-
2 cet: In me beneficus, mea arx,
meum propugnaculum, meus de-
fenſor, meus clipeus, cui confidam:
qui meum populum mihi ſubiicit.
3 Ioua, quid eſt homo, vt eius habeas
rationem? quid eſt homine natus,
4 vt eum cures? Homo perinde ac
nihil eſt, cuius ætas, velut vmbra,
5 prætereat. Ioua, inclina cælos
tuos, et deſcende: tange montes,
6 et fumabunt. Stringe fulmen,
quo eos diſſipes: mitte tuas ſagit-
7 tas, quibus eos disturbes. Por-
rige manus tuas ex alto: eripe et
libera me ex tantis aquis, ex manu
generis alienorum: qui et os falſi-
loquum, et dextram habent falla-
8 cem. Deus, te nouo carmine ca-
nam, te decachordo cantabo nablo,
9 qui des regibus ſalutem, qui Daui-
dem tuum a noxio adferas gladio.
10 Eripe et libera me ex manu gene-
ris alienorum, qui et os falſilo-
quum, et dextram habent fallacem.
11 Nam noſtri quidem filii ſunt cre-
ſcentibus ſimiles plantis, in pueri-
tia: noſtræ filiæ quaſi angulares
quædam columnæ, templi ſimilitu-
12 dine inciſæ. Penaria noſtra alte
referta ſunt, ab alia annona in ali-
am: balantes noſtræ millecuplis,
decies millecuplis per vicos noſtros
13 fetibus augentur. Boues habemus
oneris ferentes: nulla ſtrages, nul-
lus abactus, nulla eſt in vicis noſtris
14 eiulatio. Beatus populus, cum
quo ſic agitur: beatus populus, cu-
ius Ioua Deus eſt.

PSAL. CXLV.

Admiranda Iouæ acta, benignitas, clementia, et prouidentia. Ad nationes omnes cohortatio pro canendis Iouæ laudationibus. Vates pollicetur numquam non ſe Iouam laudaturum.

Dauidis laudatio. 1
EXtollam te, mi Deus rex, tu-
umque nomen in perpetua
commendabo ſæcula. Te 2
quotidie commendabo, tuumque
nomen in perpetua laudabo ſæcu-
la. Adeo magnus, adeo laudabi- 3
lis eſt Ioua, eius vt ſit inexplica-
bilis magnitudo. Sæculum ſæcu- 4
lo ſuccedens tua facta prædicat,
tuasque virtutes indicat. Tuæ 5
glorioſæ maieſtatis decorem, tua-
que mira facta meditabor. Tuo- 6
rumque arduorum potentia faci-
norum dicetur, narrante me tuam
magnitudinem. Tuæ ſingularis 7
bonitatis prædicabitur memoria,
tuaque decantabitur iuſtitia. Ex- 8
orabilis et miſericors eſt Ioua, ad
iram tardus, clementiaque magnus.
Bonus eſt omnibus Ioua, et in o- 9
mnia ſua opera præditus lenitate.
Celebrant te, Ioua, omnia tua ope- 10
ra: tui te pii collaudant: tui 11
regni gloriam dicentes, tuamque
virtutem eloquentes: ad decla- 12
randas hominum generi tuas vir-
tutes, tuique glorioſi maieſtatem
regni. Regnum tuum, regnum 13
eſt omnium ſæculorum: imperi-
um tuum in omnem durat ætatum
ſeriem. Ioua omnes et cadentes 14
ſuſtinet, et lapſos adleuat. Omni- 15
um oculi ſunt in te coniecti, eisque
tu ſuo tempore paſtum largiris.
Apertaque manu omnia viuentia 16
optatis ſatias. Iuſtus eſt Ioua in 17
ſuis omnibus inſtitutis, benignus in
ſuis omnibus factis. Præſens ad- 18
eſt Ioua omnibus ſe inuocantibus,
omnibus, qui eum fidenter inuo-
 cant.

19 cant. Voluntatem facit eorum,
qui eum reuerentur, eosque quiri-
20 tantes exaudiens conſeruat. Tue-
tur Ioua omnes ſui amantes, omnes-
21 que perdit impios. Iouæ laudes
eloquetur os meum, celebrabunt-
que omnia mortalia eius ſanctum
nomen in omnem perpetuitatem.

PSAL. CXLVI.

In Iouæ laudes ardens Vates. Vana in ſemine ſpes eſt. Vniuerſi conditor Deus, certisſimum pio præſidium eſt.

Halleluia, *G.* Aggæi et Zachariæ. *H.*
1 LAuda, anime mi, Iouam.
2 Laudabo Iouam, donec viuam:
Deum meum cantabo, donec
3 ero. Nolite primatibus, nolite
homine nato confidere, *g* cui ſalus
4 non eſt: qui quum ſpiritum ef-
flat, et in ſuam reuertitur humum,
5 tum pereunt eius conatus. Felix,
qui præſidium habet in Deo Iaco-
beorum, in Iouam Deum ſuum in-
6 tuens. Qui cæli terræque, maris
et omnium, quæ ſunt in eis, condi-
tor, fidem ſeruat in perpetuum.
7 Qui Ioua ius reddit adfectis iniu-
ria: victum dat famelicis: vinctos
8 ſoluit. Ioua cæcos illuſtrat, Ioua
collapſos attollit: Ioua iuſtos amat.
9 Ioua peregrinos tuetur: pupillos
et viduas ſubleuat, et impiorum in-
10 ſtitutum euertit. Regnet in ſem-
piternum Ioua Deus tuus, o Sion,
in perpetua ſæcula. Halleluia.

PSAL. CXLVII.

Ad Iouam canendum Vates alacer. Incredibilis Dei vis. Sine copiis ereptos captiuos Deus. Vrbs Hieroſolyma inflammatur a Vate ad Iouam canendum.

G. Halleluia. *H.*
1 COllaudate Iouam: conuenit
enim, Deum cantare noſtrum:
nam iucunda eſt laudationis
2 elegantia. Exſtruit Hieroſoly-
mam Ioua, extorres congregaturus
Iſraelitas. Is eſt, qui ſanat men- 3
te fractos, eorumque medetur do-
loribus. Computat numerum 4
ſtellarum, omnes adpellans nomi-
natim. Magnus eſt Dominus no- 5
ſter, multarumque virium, et im-
menſæ prudentiæ. Subleuat hu- 6
miles Ioua: impios ſternit humi.
Iterate Iouæ prædicationem, can- 7
tate Deum noſtrum cithara. Qui 8
cælum nubibus obducit: qui parat
telluri pluuiam: qui facit, vt ger-
minent montes gramina. Suum 9
beſtiis pabulum dat, coruorum pul-
lis clamantibus. Cui non equi ro- 10
bur acceptum eſt, non viri crura
placent. Placent Iouæ, qui eum 11
reuerentur, eius benignitatem ſu-
ſpicientes. Commenda, Hieroſo- 12
lyma, Iouam: lauda Deum tuum,
Sion. Qui tuarum clauſtra por- 13
tarum confirmat, tuos in te natos
felicitans. Qui tuis pacem finibus 14
conciliat, te tritici polline ſaturans.
Qui ſimul ac terræ mandatum dat, 15
confeſtim *h* currunt eius dicta. Qui 16
dat niuem, tamquam lanam: prui-
nam ſpargit, vt cinerem. Iacit 17
ſuam *i* glaciem fruſtulatim, cuius
frigus eſt intolerabile. Itemque 18
ea dato liquefacit mandato, eoque
ſuum reuocante flatum, *k* fluit aqua
Is ſua dicta Iacobeis, ſua placita 19
et ſententias Iſraelitis indicauit.
Id quod non fecit vlli ceterarum 20
gentium, nec illæ iura norunt.
Halleluia.

PSAL. CXLVIII.

Res omnes inuitans Vates ad Iouæ laudes. Quanta Dei potentia, ſapientia, ſanctitas. Nationes omnes inuitantur ad Iouam collaudandum.

Halleluia *G.* Aggæi et Zachariæ. *H.* 1
LAudate Iouam, cæleſtia, lau-
date ſupremis in locis. Hunc 2
omnes eius angeli, hunc vni-
uerſus

g) ne ſe quidem, nedum alios ſeruare poteſt. *h*) fiunt eius iuſſa. *i*) grandinem, quæ eſt aqua glaciata. *k*) liqueſcunt.

uerſus eius exercitus laudate.
3 Hunc ſol et luna, hunc omnia lau-
4 date ſiderum lumina. Hunc cæ-
lorum cæli, hunc aquæ laudate *l* cæ-
5 leſtes. Hæc Iouæ nomen collau-
dent, quo iubente creata ſunt:
6 quæque ipſe ſtatuit in perpetuum,
7 præſcripta lege non violanda. Lau-
date Iouam terreſtria, cete et omnes
8 vndæ. Ignis et grando, nix et
vapor, ventus procelloſus eius man-
9 datum exſequens. Montes et col-
les omnes, arbores fructiferæ, ce-
10 drique omnes. Feræ et pecudes
omnes, reptilia et alatæ volucres.
11 Reges terrarum et nationes omnes
principes et terrarum gubernatores
12 omnes. Adoleſcentes ſimul et vir-
gines, ſenes pariter et iuuenes:
13 collaudent Iouæ nomen: cuius v-
nius quum adeo auguſtum nomen
ſit, vt eius maieſtas terra cæloque
14 pateat, euehit tamen ſui populi
cornu, ad omnium piorum laudem
ſuorum, videlicet Iſraelitarum, ho-
minum ei proximorum. Halleluia.

PSAL. CXLIX.

Iſraelem Vates obſecrans, et cohortans ad laudandum Iouam, Hebræorum fauor apud Iouam, et in gentes impias victoria.

1 Halleluia.

CAnite Iouæ laudes nouo carmi-
2 ne, in cœtu piorum. Læten-
tur Iſraelitæ in creatore ſuo,
3 exſultent Sionii in ſuo rege: eius
nomen choris laudantes, eum tym-
4 panis citharisque cantantes. Fauet
enim Ioua ſuo populo, ſuos orna-
5 turus humiles ſalute. Exſulta-
bunt pii glorioſe, in ſuis ouantes
6 cubilibus. Dei prædicationem
in gutture, et gladium in manu ha-
7 bentes ancipitem: ad ſumendum
de gentibus ſupplicium, ad capien-
8 das de populis pœnas: ad eorum
reges catenis, ad nobiles vinculis
conſtringendos ferreis. Ad exer- 9
cendum præſcriptum in eos iudi-
cium, quod ſit omnibus eius piis
ornamento. Halleluia.

PSAL. CL.

Ad Iouæ laudes canendas omnes inflammans omni muſico inſtrumento Vates.

Halleluia.

LAudate Deum in eius fano: lau- 1
date in eius poteſtatis æthere.
Hunc ex eius virtutibus, hunc 2
ſecundum eius excellentem laudate
magnitudinem. Hunc tubæ clan- 3
gore, hunc nablis et citharis lauda-
te. Hunc tympanis et choris, 4
hunc laudate fidibus et modulis.
Hunc vocalibus cymbalis, hunc 5
tinnientibus laudate cymbalis. O- 6
mnia Iouam laudent animantia.
Halleluia.

Haſtenus ex hebræo. Quod ſequitur carmen, apud Græcos exſtat, extra centum quinquaginta carminum numerum, et Dauidi adſcribitur, quum ſingulari certamine cum Golia pugnaſſet.

QVum fratrum meorum infi- 1
mus, et paternæ familiæ na-
tu minimus, paſcerem mei
patris oues, feci meis manibus 2
inſtrumentum, meisque digitis
pſalterium concinnaui. Quod quis 3
meo Domino renuntiauit? ipſe
ipſe Dominus exaudit. Ipſe me 4
ſuo miſſo *m* nuntio, a mei patris oui-
bus abduxit, ſuoque vnctorio inun-
xit oleo. Quumque mei fratres 5
pulchri magnique forent, non ta-
men probauit eos Dominus. Ego 6
ad congrediendum cum Palæſtino
illo proceſſi: qui quum me per ſuos
deaſtros exſecraretur, ego ipſius 7
enſe ſtricto, ei caput abſcidi, et
Iſraelitarum ignominiam aboleui.

l) pluuiæ. *m*) ſcilicet Samuele.

SOLOMONIS PROVERBIA

CAPVT I.

Qui ſit verbi diuini vſus. Qui verus Dei timor. Querela ſapientiæ a cunctis neglectæ. Subſannatorum excidium.

1 SOLOMONIS, Dauidis filii,
Israelitarum regis ſententiæ,
2 Ad ſapientiam diſciplinamque
que diſcendam, ad intelligen-
3 da ſcite dicta, ad adipiſcendam in-
genii diſciplinam, iuſtitiam, æqui-
4 tatem ac probitatem. Ad conci-
liandam incautis cautionem, iu-
uenibus doctrinam ac ſolertiam.
5 Audiendo ſapiens eruditione cre-
ſcit, et peritus induſtriam compa-
6 rat, ad ſententias ac orationem,
ad dicta et obſcuras quæſtiones ſa-
7 pientum intelligendas Iouæ me-
tus caput eſt ſcientiæ: ſapientiam
diſciplinamque ſtulti contemnunt.
8 Audi, mi fili, diſciplinam patris
tui, neue matris tuæ doctrinam de-
9 ſere: nam ea tuo capiti grati-
am, colloque torquem præſtabunt.
10 Fili mi, ſi te adlicient improbi, ne
11 obſequere: ſi dicent: comitare
nos: inſidiabimur ſanguini: oc-
culti obſeruabimus inſontes ſine
12 cauſſa: eos viuos integrosque de-
uorabimus, ſicut orcus humatos:
13 omne genus pretioſas opes nacti,
replebimus noſtras domos ſpoliis:
14 tu ſortem tuam conferes nobiscum:
vnam crumenam omnes habebi-
15 mus: fili mi, ne habeto cum eis
iter: contine tuum pedem ab eo-
16 rum tramite, quorum pedes ad
malum currant, et ad ſanguinem
17 fundendum properent. *n* Fruſtra
autem tenditur rete ante oculos
cuiusquam alati. *o* Illi quidem 18
ſuo ipſorum ſanguini inſidiantur,
ſuam ipſorum vitam inſidentes.
Eiusmodi eſt omnis auari mos, 19
vt ei, in quo eſt, vitam adimat.
Vociferatur in foro ſapientia, vi- 20
catim vocem edens apud frequen-
tiores turbas: clamat in porta- 21
rum ingresſibus per vrbem, ſic ver-
ba faciens: quousque, imperiti, 22
amabitis imperitiam: et ſcurræ
ſcurrilitatis erunt cupidi? et ſtulti
ſcientiam oderint? Conuertite 23
vos ad caſtigationem meam, quæ
vos adflabo ſpiritu meo, vobis mea
dicta demonſtrans. Quandoqui- 24
dem clamantem me reſpuitis, nec
quisquam, me manum intendente,
attentus eſt, et omne meum con- 25
ſilium reſcinditis, caſtigationemque
repudiatis, ego vicisſim in veſtro
exitio ridebo, illudens, quum ve-
nerit pauor veſter. Quum vene- 26
rit et aderit, quaſi quædem vaſtitas
ac tempeſtas, pauor exitiumque
veſtrum, quum vos inuaſerit an- 27
guſtia atque necesſitas, tunc in- 28
uocantes me non exaudiam, nec
mihi inuigilantes me inuenient,
quoniam exoſi ſcientiam, Iouæ 29
metum non elegerint, et meum
renuentes conſilium, omnem caſti-
gationem meam fuerint adſpernati.
Itaque ſuarum actionum fructu 30
veſcentur, *p* ſuisque ſaturabuntur
conſiliis. Nam imperitos ſua oc- 31
cidet peruerſitas, ſtultosque ſua
perdet felicitas. At qui me au- 32
diet, is tutus aget, quietus a pauore
mali.

CA-

n) vt auis viſum rete volatu, ſic tu malorum inſidias præmonitus facile potes effugere. *o*) Malum conſilium conſultori pesſimum. *p*) dignas ſuis conatibus pœnas dabunt.

CAPVT II.

Sapientia retinenda. Ab ea Dei veneratio. Sapientia ſcientiaque diuina dona. Ducens ad Iouam ſapientia. Piorum vita, mors impiorum.

1 MI fili, ſi mea dicta præcepta-
que admittes, ac apud te con-
2 des, præbens aurem ſapi-
entiæ, adplica animum ad pruden-
3 tiam. Nam ſi intelligentiam vo-
cabis, ſi prudentiam voce tua inter-
4 pellabis, ſi eam, vt argentum at-
que pecuniam, quæres ac veſtigabis,
5 ita Iouæ metum percipies, Deique
6 cognitionem inuenies. Etenim
Ioua dat ſapientiam, ex eius ore
7 ſcientia eſt atque prudentia, iſque
probis profectum reſeruat, prote-
8 gens gerentes ſe ſincere, mores
æquos piorumque ſuorum inſtitu-
9 tum tuens atque conſeruans. Ita
iuſtitiam, ius, æquitatem, omnes
10 bonas artes tenebis. Si tibi ſapi-
entia in mente inſederit, animoque
11 tuo placuerit ſcientia, te ſolertia
et prudentia cuſtodiet ac tuebitur,
12 te contra malos mores defendens,
contra peruerſe loquentes homi-
13 nes, qui, omiſsis certis ſemitis,
per tenebroſas gradiuntur vias:
14 qui malefacere gaudent, exſultan-
15 tes in peruerſitate mala: qui pra-
uis perditisque ſunt moribus et in-
16 ſtitutis. Te ab aliena ac non tua
muliere defendet, quæ verbis vti-
17 tur blandis, quæ [q] iuuentutis ſuæ
ducem deſerit, [r] fœderis Dei ſui ob-
18 lita, cuius domus atque mores ad
mortem et ad manes ſunt procliues,
19 ita, vt eorum, qui ei congrediun-
tur, nullus redeat, aut [s] vitæ vias ad-
20 ſequatur. Vt bonorum gradiare
via, iuſtorumque ſemitas cuſtodias.
21 Nam probi integrique terram in-
22 colent, in ea ſuperſtites. At impii
perfidioſique ex terra funditus ex-
terminabuntur.

CAPVT III.

A diuino eloquio vita. Sperandum a Deo. Aequo animo ferendæ a Ioua calamitates. Sapientiæ laudes quantæ. Caritatis regulæ. Impiorum infelicitas, piorumque beatitudo.

FIlli mi, diſciplinam meam ne 1
obliuiſcere, meaque præcepta
mente retine: nam tibi lon- 2
gum æuum vitæque annos et pacem
conciliabunt. Noli benignitate et
fide deſtitui: eas et collo tuo illiga, 3
et tabulæ mentis inſcribe, et gra- 4
tiam ingeniumque bonum inuenies
tum apud Deum, tum apud homi-
nes. Confide Iouæ toto corde, ne- 5
ue tuæ prudentiæ innitere: eum 6
in omnibus tuis actionibus agno-
ſce, et is tua diriget inſtituta. Ne 7
tibi videare ſapiens, metue Iouam,
malumque declina: erit hoc tibi 8
pro vmbilici medicina, proque
membrorum adſperſione. Hono- 9
ra Iouam tuis facultatibus totius-
que prouentus primitiis, et im- 10
plebuntur horrea tua copia, muſto-
que tua torcularia circumfluent.
Iouæ diſciplinam aut caſtigatio- 11
nem, fili mi, ne reſpue, neue faſti-
di: nam, quem amat Ioua, et quo, 12
ſicut pater filio, delectatur, eum
caſtigat. O felicem hominem, qui 13
ſapientiam prudentiamque inuenit
ac obtinuit: nam melior eſt eius 14
negotiatio ac prouentus, quam ar-
gentum, aut obrizum. Ea eſt 15
gemmis pretioſior, nec quidquam
poſsis expetere, quod ſit cum ea
comparandum. Ei ad dextram eſt 16
æui longitudo, ad ſiniſtram diuitiæ
et gloria. Eius viæ ſemitæque 17
omnes amœnæ ſunt atque pacatæ.
[t] Ea vitalis arbor eſt ipſam tenenti- 18
bus: quique eam prehenderunt,
beati ſunt. Sapientia Ioua terram 19
fundauit, prudentia cælum condi-
dit. Eiusdem ſcientia [u] ſinduntur 20
profunda, et rore fluit æthera. Mi 21
fili, ne recedant ab oculis tuis, tene
ratio-

q) primum maritum. r) fidei coniugalis, s) mortem euadat, t) ſalutaris. u) terra fruges per meatus ſuos parit.

22 rationem ac induſtriam, et hæc
erunt animæ tuæ vita, colloque
23 gratia. Ita tutus iter facies, neque
24 pes tuus impinget: ſi cubabis,
non pauebis, cubansque ſuauiter
25 dormies. Non tu repentinum ter-
rorem, non veniens ab impiis da-
26 mnum formidabis. Nam Ioua
tibi ad latus aderit, tuumque pedem
27 cuſtodiet, ne capiatur. *x* Ne alteri
ſuum bonum denega, quum tibi ſit
28 in manu facere: ne alteri dicito,
vt abeat, deinde redeat, te ei cras
daturum eſſe, quum ſit penes te:
G. neſcis enim, quid craſtina pariet.
29 *H.* Ne machinare alteri malum,
30 quum is apud te ſecurus agat. Ne
contende cum quoquam ſine cauſ-
ſa, qui de te male meritus non ſit.
31 Ne æmulare hominem inhuma-
num, aut vllam eius viam eligito:
32 nam ab improbis abhorret Ioua, et
cum probis arcana ſua communi-
33 cat. Infelicitat Ioua domos impi-
orum, et iuſtorum ſedes fortunat.
34 Deriſoribus ſe deriſorem præbet,
35 et facit humilibus gratiam. Glo-
riam ſapientes obtinebunt: at ſtulti
auferent infamiam.

CAPVT IIII.

Quæ ſapientia, quaue ipſius via. Impiorum vitanda conſuetudo. Iouanum eloquium colendum.

1 AVdite, filii, diſciplinam patris,
et eſte ad diſcendam pruden-
2 tiam intenti. Nam bonam
eruditionem vobis trado, nolite
doctrinam meam relinquere.
3 Nam, quum me pater meus filium
haberet delicatum, matri meæ ca-
riſſimum, erudiebat me huiusmo-
4 di verbis: concipe mente dicta
mea, conſerua mea præcepta, et vi-
5 ues. Compara ſapientiam, com-
para prudentiam, noli orationem
meam obliuiſci, aut ab ea deflecte-
6 re. Ne eam relinque, et te con-
ſeruabit: ama eam, et te tuebitur.
Principio ſapiendi compara ſapi- 7
entiam, et ſumma ope compara
prudentiam. Eam extolle, et i- 8
pſa te euehet: te decorabit, ſi eam
fueris amplexatus. Addet tuo 9
capiti additamentum gratiæ: te de-
coris corona muniet. Audi, mi 10
fili, et admitte mea dicta, et tibi
vitæ prorogabuntur anni, *G.* vt
multas habeas viuendi vias. Nam 11
H. per ſapientiæ viam dirigo te,
per rectos ducens tramites: quum 12
incedes, non prementur tua veſti-
gia: et ſi curres, non impinges.
Ita teneto diſciplinam, ne remittas: 13
retine eam, nam ea eſt vita tua.
Per impiorum ſemitam ne ito, ne- 14
ue te in malorum via iactato.
Eam euitato: per eam ne tranſito: 15
declina eam ac præteri. Etenim 16
non dormiunt, niſi maleſecerint:
inſomnesque ſunt, niſi damnum
dederint: *y* veſcuntur enim pane 17
impietatis, et iniuſtitiæ vinum bi-
bunt. At iuſtorum via lucis mo- 18
do ſplendet magis magisque lu-
centis vsque ad conditum diem.
Impiorum via quaſi caligo eſt, qui, 19
quo impingant, neſciunt. Fili 20
mi, attende verbis meis, præbe
meis dictis aurem. Ne recedant 21
ab oculis tuis, ea penitus in mente
tua cuſtodi. Nam hæc ſalutaria 22
ſunt iis, a quibus inuenta ſunt, et
toti eorum corpori ſalubria. O- 23
mni cura tuere mentem tuam,
nam ex ea vitæ eſt origo. Aufer 24
a te *z* prauitatem oris, labrorum-
que peruerſitatem procul a te re-
moue. Oculos habeto æquum 25
intuentes, et lumina recte pror-
ſum directa. Libra pedum tuo- 26
rum callem, omnesque viæ tuæ
certæ ſint. Nec ad dextram de- 27
flecte, nec ad læuam, abſtine pe-
des tuos a *a* maleficio. *G. L.* Dex- 28
tras enim vias nouit Deus, ſini-
ſtræ vero ſunt peruerſæ. Ipſe 29
vero

x) Et benefaciendum, et cito benefaciendum eſt. *y*) viuunt impie. *z*) prauam orationem. *a*) Gr. mala via.

vero diriget tuas ſemitas, tuosque
greſsus feliciter promouebit. *H.*

CAPVT V.

Fornicatio vitanda. Profuſio mala. Deſides incuſati. Coniux diligenda.

1 FIlli mi, attende ſapientiæ meæ,
accommoda aurem meæ pru-
2 dentiæ, vt induſtriam cuſto-
dias, et tuis labiis tueare ſcientiam.
3 Nam fauo fluunt [b] aliena labra, e-
iusque fauces oleo ſunt molliores:
4 ſed eius exitus tam eſt amarus,
quam abſinthium, tamque acutus,
5 quam gladius anceps. Eius pedes
ad mortem deſcendunt, eius veſti-
6 gia tendunt in orcum. Vitæ vi-
am non librat, errantibus neſcio
7 quo eius itineribus. Quare, nati,
audite me, et ab oris mei dictis ne
8 recedite. Procul ab ea iter facito,
neue ad eius ædium fores accedito,
9 ne honorem tuum aliis, ne tuos
o annos addicas crudelibus. Ne
tuis facultatibus ſatientur alieni,
ſintque tui labores in peregrina
1 domo, et tu poſtremo, tuo cor-
pore, victuque conſumto, gemas,
2 atque ita dicas: cur odi diſcipli-
nam, et caſtigationem animo faſti-
3 diui? nec magiſtrorum meorum
dictis obtemperaui: nec præce-
4 ptoribus aurem præbui? pro-
pemodum ſum in omnibus malis,
5 in medio vulgo atque cœtu. [c] Bi-
be ex tuis ciſternis aquam et lati-
6 ces, et ex medio tuo puteo: ſca-
teant aquæ riuis fontes tui foris
7 vicatim, quos tu ſolus habeas,
8 non etiam alieni tecum. Sit tuus
fons felix, et fruere tuæ iuuentu-
9 tis vxore, amabili cerua, lepida-
que dama, cuius te omni tempore
irrigent vbera, cuius amore potia-
re ſemper. Cur autem potiare,
mi fili, aliena? cur in gremio non
tuæ hæreas? quum ob oculos 21
poſitas habeat Ioua vias hominis,
et eius greſsus libret omnes. I- 22
pſe ſuis criminibus capitur impius,
ſuorumque peccatorum reſtibus
implicatur, moriturus ſine cor- 23
rectione, et ſuam tantam luiturus
inſaniam.

CAPVT VI.

Sponſoris partes. In deſidiam, deriſionem. Inuiſa Iouæ quæ ſint. Ad verbum Dei cohortatio. Fornicatio peſsima.

FIlli mi, ſi alteri fideiusſeris, et 1
alii manum præbueris, irre- 2
titus es oris tui verbis, captus
es oris tui verbis. Hoc agedum, 3
effice mi fili, vt libereris, qui vene-
ris in alterius manum, i, inſta, 4
vrge alterum, ne concede tuis o-
culis et palpebris ſomnum et ſo-
porem: elabere veluti caprea 5
de manu, aut vt auis e manu aucu-
pis. Adi formicam, piger, ad- 6
ſpice eius mores, vt ſapias: quæ 7
quum rectorem, præfectum, aut
dominum non habeat, condit 8
æſtate victum ſuum, congerit in
meſſe alimentum. *G.* Aut apem 9
adi, et diſce, quam operoſa ſit,
quamque auguſtum opus exerceat.
Cuius laboribus et reges et priuati 10
veſcuntur ſalubriter, eaque o- 11
mnibus eſt et amabilis et illuſtris:
et quamuis viribus infirma ſit, ſic ta- 12
men ſapientiæ ſtudio promouit.
H. Quousque piger cubabis? quan- 13
do ex iſto ſomno ſurges? [d] Paul- 14
liſper dormiendo, paulliſper dor-
mitando, paulliſper manus ad quie-
tem complicando, veniet tibi 15
more viatoris aut hominis ſcutati
indigentia ac egeſtas. *G. L.* Sin 16
autem impiger fueris, veniet [e] vt
fons, meſſis tua, egeſtas autem pro-
cul aufugiet, vt curſor. *H.* Ho- 17
mo improbus, vir nequam, ore

b) mulieris non tuæ. c) contentus eſto vxore tua, ex qua liberos non ſpurios procrees. d) ſi paullulum dormies, et item paullulum, et item paullulum, multum dormies, qua pigritia fiet, vt tibi de improuiſo egeſtas obrepat. e) copioſa.

18 peruerſo graditur, oculis adnuit,
loquitur pedibus, docet digitis ſuis,
19 peruerſitate mentis machinatur
malum, ferens omni tempore diſ-
20 ſidia. Itaque de improuiſo ve-
niet eius exitium, repentina et
21 irremediabili clade. Sex ac ſe-
ptem ſunt, quæ peroſus Ioua ani-
22 mo abominatur: elatos oculos,
linguam mendacem, et manus in-
ſontem fundentes ſanguinem,
23 mentem improbos conatus machi-
nantem, pedes veloces ad curren-
24 dum ad maleficium, falſiloquum
teſtem, vanum et ferentem inter
25 fratres diſſidia. Retine, mi fili,
patris tui præceptum, neue omitte
26 matris tuæ diſciplinam. Ea ſem-
per adligata pectori et collo adne-
27 xa habeto. Hæc te ambulantem
ducant, hæc cubantem cuſtodiant:
28 in hac meditatione experrectus
verſare, (nam præceptio et diſcipli-
na lucerna eſt atque lux, et vitæ
29 via eſt diſciplinæ caſtigatio,) vt
a mala femina, a blanda alienæ lin-
30 gua caueas, neue eius pulchri-
tudinem animo concupiſcas, aut
31 eius capiare palpebris. Nam
meretrix et libidinoſa mulier,
f quum valeat ipſa vnum panem,
32 pretioſam venatur animam. Sci-
licet fouebit quisquam ignem in
gremio ſuo, vt non eius cremen-
33 tur veſtimenta? Aut ingredie-
tur per carbones, nec eius pedes
34 adurentur? Sic eſt, qui cum al-
terius vxore congreditur, vt non
impune ferat, quisquis eam attige-
35 rit. *g* Non tractatur contumelio-
ſe vir, qui furatus eſt, vt adpetitio-
ni ſatisfaceret, quum eſuriret.
36 Deprehenſus quidem reddit *h* ſeptu-
plum, ſoluit vel *i* omnes ſuæ domus
37 opes. Qui cum muliere adulte-
rat, mente captus eſt; perdit ipſe
38 ſe, qui id facit, plagas et igno-
miniam inuenit, eius probro num-
quam delendo. Nam obtrecta- 39
tione furens vir nihil parcit in vl-
ciſcendo, nullius habet redem- 40
tionis rationem: et quamuis multa
dones, renuit.

CAPVT VII.

Ad ſapientiam exhortationes, ſcorti diſcrimina, ingenia, in ea re præſidium.

FIlli mi, audi mea dicta, meaque 1
præcepta apud te conde. Cu- 2
ſtodi mea præcepta, vt viuas,
meamque diſciplinam tamquam
oculorum tuorum pupillam. Ea 3
et digitis adligata, et in tabula cor-
dis inſcripta habeto. Adpella ſa- 4
pientiam ſororem tuam, et pruden-
tiam voca cognatam, cauendo 5
alienam et non tuam mulierem,
blandiloquam. Quum per fene- 6
ſtram ædium mearum per trans-
ennam proſpicerem, vidi inter 7
imperitos, animaduerti inter iu-
uenes excordem adoleſcentem,
transeuntem per angiportum apud 8
angulum, et verſus *k* illius ædes 9
gradientem ſub veſpertinum diei
crepuſculum, in noctis obſcuritate
atque caligine. Et ecce ei obuiam 10
mulierem habitu meretricio, et
mente aſtutam. Garrula erat, 11
profligata, cuius pedes domi non
habitarent: nunc in foro, nunc 12
in vicis et paſſim in angulis inſi-
diari, hæc illum prehenſum ſua- 13
uiata impudenti vultu ſic adloqui-
tur: rem diuinam pro ſalute fe- 14
ci, hodie ſolui vota mea, ideo- 15
que tibi obuiam egreſſa ſum, tu-
um vultum videre maturans:
itaque te inueni. Stragulis ſtraui 16
lectum meum picturatis textis æ-
gyptiacis. Suffiui cubile meum 17
myrrha, aloe et cinnamomo. Ad- 18
es, circumfundamur amplexibus
vsque

f) quum ſit ipſa viliſſima. *g*) periculoſius eſt adulterare quam furari. Nam fur tantum pecunia, at adulter honore multatur et vapulat. *h*) ſeptuplo punitur pro grauiſſima pœna. *i*) ſcilicet ſi tantum eſt furatus, vt quadruplum ſoluens impendat omnia. *k*) impudicæ.

vsque in craſtinum, indulgeamus
19 amoribus. Nam vir abeſt domo,
longum iter ingreſſus, ferens ſe-
cum fiſcum pecuniæ, reuerſurus
20 domum ad ſolemnem diem. Hac
orationis ſuæ copia, verborumque
blandimentis, illum pellexit ac im-
pulit, vt ſe confeſtim ſequeretur,
21 vt bos ad cædem vadit, aut compe-
22 de coercetur inſanus, donec
transfigat ei ſagitta iecur, quemad-
modum properat auis ad laqueum,
neſciens, hic agi ſuam vitam.
23 Quamobrem, nati, audite me, et
24 oris mei verbis attendite. Noli
mentem ad illius vias inclinare,
25 aut in eius errare ſemitis. Nam
multos ſauciatos deiicit, et ingens
eſt tam multorum ab ea cæſorum
26 copia. Eius domus via eſt ad
inferos, in leti penetralia defe-
rens.

CAPVT VIII.

Sapientiæ elogia.

1 CLamat videlicet ſapientia, et
2 prudentia vocem emittit: in
tumulorum vertice, ad viam
inter ſemitas, adſtans apud portas,
3 in vrbis faucibus, in oſtiorum adi-
4 tu vociferatur. Ad vos homines
clamo, humanum genus adpello.
5 Diſcite imperiti calliditatem, et
6 ſtulti diſcite cordati eſſe. Audite:
nam nobilia loquor, et de virtute
7 verba facio. Nam vera faucibus
ſono, impietatem labiis abhorrens.
8 Ineſt in omnibus verbis oris mei iu-
ſtitia citra prauitatem aut peruerſi-
9 tatem, ſuntque omnia intelligen-
tibus et ſcientiam adſecutis certa at-
10 que recta. Accipite diſciplinam
meam ac ſcientiam, potius quam
argentum aut aurum lectiſſimum.
11 Nam melior eſt ſapientia gemmis,
cum hac, quæcumque expetuntur,
12 non ſunt conferenda. Ego ſapi-
entia callide dego, et ſolertiæ co-
gnitionem inueni. Iouæ metus 13
eſt odiſſe malum: ſuperbiam, ar-
rogantiam, malos mores et os per-
uerſum odi. Meum eſt conſilium 14
et ratio: ego prudentia ſum: mea
eſt fortitudo. Per me reges re- 15
gnant, et gubernatores iuſta ſci-
ſcunt. Per me principes imperant, 16
illuſtresque ſunt omnes orbis præ-
ſides. Ego amatores meos amo: 17
meque qui diligenter quærunt, in-
ueniunt. Me penes ſunt diuitiæ et 18
gloria, firmæ opes et iuſtitia.
Melior eſt meus fructus auro atque 19
obrizo, meusque prouentus argen-
to lectiſſimo. Per iuſtitiæ viam, 20
per medios iuris tramites duco,
vt rem meis amatoribus donem 21
poſſidendam, eorumque cellas re-
ferciam. Me Ioua principio ſui 22
inſtituti habuit, iam olim ante ſua
opera. Ab omni æternitate con- 23
ſtituta fui, principio ante ortum ter-
ræ. Quum profunda non eſſent, 24
ego genita eram, quum aqua gra-
uidi fontes non eſſent. Prius- 25
quam defixi montes eſſent, ante
colles ego genita fui. Quum non- 26
dum terram et fora et [l] humi mun-
danæ caput feciſſet. Quum cælum 27
conderet, ego aderam, quum [m] glo-
bum ſupra profunda circinaret,
quum æthera ſuperne firmaret, 28
quum profundi fontes ſtabiliret,
quum mari legem diceret, ita vt 29
aquæ eius præſcriptum non trans-
irent, quum iaceret fundamenta
terræ, ei ego fidelis aderam, 30
quotidiana voluptate fruens, ludens
coram eo iugiter, ludens in orbe
eius terræ: et mihi voluptati eſt, 31
eſſe cum hominum genere. Qua- 32
re, nati, audite me, cuius inſtitu-
ta qui conſeruant, beati ſunt, au- 33
dite diſciplinam et ſapite, neue ne-
gligentes eſte. Beatus homo, qui 34
me audit, excubans ad meas fores
quotidie, obſeruando oſtiorum po-
ſtes meorum. Nam, qui me inue- 35
nit, vitam inuenit, et obtinet a
Ioua

l) terram, quæ eſt in quoddam quaſi caput et globum formata. m) cælum.

36 Ioua fauorem. At qui in me pec-
cat, is vitæ ſuæ facit iniuriam : qui-
cumque me oderunt, mortem a-
mant.

CAPVT IX.

A IX. Capite ad XXXI. argumenta confici non poſſunt, ea eſt promiſcuorum ſenſorum confuſio.

1 SApientia domum ſuam exſtru-
xit, exciſis n ſeptem eius colu-
2 mnis : victimam ſuam immo-
lauit, vinum libauit, inſtruxitque
3 menſam, et dimiſſis pedisſequis
ſuis clamat ex vrbis arce ſumma :
4 qui imperitus eſt, huc diuertat :
5 amentes adeſte (inquit eis.) Ve-
ſcimini meo pane, meæque libatio-
6 nis vinum bibite. Deſinite incau-
ti eſſe, et viuetis, *G.* æternumque
regnabitis, et quærite prudenti-
am, vt viuatis, *H.* et per pruden-
7 tiæ viam ambulate. Qui ſcur-
ram arguit, deſpectionem ; qui ca-
ſtigat impium, maculam ſibi con-
8 flat. Ne caſtiga ſcurram, ne te
oderit : caſtiga ſapientem, et ama-
9 bit te. Da ſapienti, et ſapiet ma-
gis : doce iuſtum, et doctrinam ad-
10 quiret. Sapientiæ principium eſt
Iouæ metus, et ſcientia ſanctorum
11 eſt prudentia. Nam per me tua
ætas prorogabitur, tibique vitæ ad-
12 dentur anni. Si ſapies, ſapies
tibi : ſin ſcurraberis, ipſe ſolus lu-
es. G. Filius eruditus ſapiens erit,
13 et o veſano vtetur famulo. Qui
mendaciis nititur, ventos paſcit,
atque idem volantes ſectatur aues.
14 Reliquit enim ſuæ vineæ vias, et a
prædii ſui orbitis aberrat, ac per
aridam ſolitudinem ſiticuloſamque
terram graditur, et manibus con-
15 gerit ſterilitatem. *H.* Mulier ve-
ſana, garrula, pellax, omnium
ignara, ſedet pro foribus ſuæ domus
16 in ſella in edito vrbis loco, vo-
cans iter habentes, qui recta viam
eunt, (qui incautus eſt, deflectat
huc !) et amentem ſic adloquens :
furtiua aqua dulcior eſt, et clande- 1
ſtinus panis ſuauior. Ille vero ne- 1
ſcit, ibi manes eſſe, et eius inui-
tatos in imo orco, *G.* Verum reſili,
neue cunctatus fueris in eius loco,
neue ad eam oculum adieceris. Sic 1
enim tranſibis vt alienam aquam,
et alium fluuium traiicies. Ab a- 2
qua vero aliena abſtineto, neue ex
alieno fonte biberis, vt longo vi-
uas tempore, multorumque anno-
rum vitam conſequare. *H.*

CAPVT X.

Solomonis ſententiæ.

FIlius ſapiens patrem exhila- 1
rat : ſtultus filius matris ſuæ
mæror eſt. Nihil proſunt im- 2
probe parta : at iuſtitia a morte de-
fendit. Non ſinit fame laborare 3
Ioua hominem iuſtum, at impio-
rum noxas repellit. Egeſtatem 4
parit re miſſa manus, ſtrenua ma-
nus ditat. Aeſtate congerit filius 5
induſtrius : in meſſe ſtertit filius
pudendus. Felicitas capiti iuſti : 6
at p impiorum os tegit inhumanita-
tem. Iuſti memoria fauſta eſt : 7
at impiorum nomen fœtet. Cui 8
cor ſapit, is admittit præcepta :
q cui vero labra deſipiunt, vapula-
bit. Qui bona fide graditur, tuto 9
graditur : qui vero peruerſe ſe gerit,
deprehendetur. Qui nictat oculo, 10
negotium faceſſet, et ſtultus la-
biis vapulabit. Vitæ fons eſt os 11
iuſti : impiorum os tegit inhuma-
nitatem. Odium contentiones 12
excitat : caritas omnia peccata r te-
git. In labiis prudentis inueni- 13
tur ſapientia : at dementis tergo
virga. Sapientes celant, quod ſci- 14
unt : s ſtulti ori imminet contuſio.
Diui-

n) quid ſint hæ columnæ, ego neſcio. *o*) veſanus homo ſeruiet ſapienti. *p*) impii maledici ſunt, ideoque infortunati. *q*) qui temere loquitur. *r*) condonat. *s*) ſtultus temere indicat, quod ſcit, itaque ſibi malum arceſſit.

5 Diuitis opes t ſunt eius vrbs po-
tentiæ: tenuium verberatio eſt i-
6 pſorum egeſtas. Iuſti opus ad vi-
tam, impii fetus ad peccatum tendit.
7 Ad vitam tendit, qui diſciplinam
cuſtodit: ſed, qui reprehenſionem
8 relinquit, errat. Tegunt odium
labra mendacia, et, qui profert in-
9 famiam, is inſanus eſt. In ver-
borum multitudine non abeſt pec-
catum: et, qui labia ſua cohibet, ſa-
10 pit. Lectum argentum eſt lingua
11 iuſti: cor impiorum parui eſt. Iu-
ſti labra multos paſcunt: ſtulti ve-
12 cordia moriuntur. Iouæ fauor
ipſe locupletat, nec vllam ſecum ad-
13 fert moleſtiam. Inſano pro ludo
eſt ſcelus facere: u homini prudenti
14 res eſt ſeria. Quod horret impi-
us, id ei accidet: et, quod ſperant
15 iuſti, dabitur. Prætereuntis ritu
procellæ perit impius: at iuſtus æ-
16 ternum fixus eſt. Quod acetum
dentibus, quod oculis fumus eſt,
id eſt piger iis, a quibus mittitur.
17 Iouæ metus ætatem conciliat: at
18 impiorum anni decurtantur. Iu-
ſtorum exſpectatio gaudium eſt: at
19 impiorum ſpes perit. Et integris
firmamento, et maleficis detrimen-
20 to eſt Iouæ inſtitutio. Iuſtus num-
quam commouebitur: at impii ter-
21 ram non incolent. Iuſti os ſapi-
entiam propagat: at peruerſa lin-
22 gua exſcindetur. Iuſti x labia fauo-
rem, os impiorum peruerſitatem
ſcit.

CAPVT XI.

1 FRaudulentam trutinam abomi-
natur Ioua: eidem placet pon-
2 dus perfectum. Vbi adeſt
ſuperbia, adeſt et deſpectio: at
3 modeſtiæ comes eſt ſapientia. Pro-
bos ſua ducit integritas: perfidos
4 ſua perdit malitia. Nihil proſunt
opes tempore ſupplicii: at iuſtitia
defendit a morte. Integri iuſtitia 5
eius viam dirigit: at impietate ſua
cadit impius. Sua probos iuſtitia 6
defendit: perfidi improbitate capi-
untur. Moriente homine impio, 7
perit ſpes, interitque iniuſtorum
exſpectatio. Iuſtus ex periculo li- 8
beratur, eique ſuccedit impius.
Ore ſimulator perdit alios: at iuſti 9
ſcite liberant. Iuſtorum bono ex- 10
ſultat ciuitas, et impiorum interitu
triumphat. Proborum benedictis 11
euehitur ciuitas, et impiorum ore
euertitur. Alios ſpernit amens: 12
prudens vero tacet. Qui ſe garru- 13
lum præbet, detegit arcanum: ſed
qui fidelis eſt animi, rem tegit.
Induſtriæ defectu cadit populus: 14
at in conſultorum multitudine ſalus
eſt. Malo multatur, qui pro alte- 15
ro fideiubet: qui vero y fideiuſſo-
res odit, tutus eſt. Mulier venuſta 16
gloriam, feroces diuitias compa-
rant. z Bene de ſe ipſo meretur 17
homo benignus: inclemens autem
ſemetipſum perturbat. Impius 18
facit opus fallax: ſed ſerentis iuſti-
tiam certa merces eſt. Vt iuſtitia 19
ad vitam, ſic mali ſectator ad mor-
tem ſuam tendit. Abominatur Io- 20
ua mente peruerſos, eidemque pla-
cent bene morati. a Manus manum 21
comitans non immunis erit mali:
ſed iuſtorum ſemen euadet: mo- 22
nile aureum in roſtro ſuis eſt mu-
lier formoſa, eademque ſocors.
Iuſtorum cupiditas eſt dumtaxat 23
bonum: impiis exſpectandum eſt
ſupplicium. Eſt, qui largitur, et 24
tamen fit copioſior: eſt, qui præ-
ter æquum parcit, et tamen fit indi-
gentior. Qui munificus eſt, red- 25
detur vnctior: et qui b irrigat, ipſe
quoque irrigabitur. Qui c far reti- 26
net, eum vulgo exſecrantur: qui
vendit, huius capiti fauſta exo-
ptant.

t) eis fidit ceu vrbi munitæ. u) prudenter agit, nec temere ſcelus facit. x) dicunt fauore digna. y) a fideiubendo abstinet. z) beneficentia eſt illi ipſi vtilis, qui benefacit. a) conſpirantes inter ſeſe improbi. b) beneficia confert. c) annonam.

27 ptant. Qui bono inuigilat, quærit
fauorem: qui malo ſtudet, id ei
28 continget. Qui ſuis diuitiis con-
fidit, cadet: at iuſti frondium mo-
29 re vernabunt. [d] Qui fortunas ſuas
conturbat, poſſidebit ventum, [e] ſer-
30 uietque ſtultus cordato. Iuſti fru-
ctus eſt vitalis arbor, animosque
31 capit ſapiens. Etiam iuſtus in ter-
ris punitur, nedum impius et im-
probus.

CAPVT XII.

1 QVi correctionem amat, ſcien-
tiam amat: qui vero repre-
henſionem odit, ſtolidus eſt.
2 Bonus a Ioua fauorem impetrabit:
ſed flagitioſus homo ab eo damna-
3 bitur. Non erit fixus homo in
impietate: at iuſtorum ſtirps erit
4 immota. Strenua mulier mariti
ſui ornamentum eſt: at pudenda,
eſt quaſi quoddam pus in eius mem-
5 bris. Iuſtorum cogitata æqua,
impiorum commenta fraudulenta
6 ſunt. Impiorum verba inſidian-
tur ſanguini: at proborum os eum
7 defendit. Euerſi peribunt impii:
8 at iuſtorum domus ſtabit. Ob ſu-
am induſtriam laudatur homo: ſed
9 vecors eſt deſpectui. Præſtat i-
gnobilis, qui ſeruum habet, quam
10 nobilis, qui victu caret. Habet
rationem iuſtus vel iumenti ſui:
impiorum adfectiones ſunt incle-
11 mentes. Qui ſuam colit humum,
ſaturabitur victu: ſed qui ignauos
12 imitatur, excors eſt. [f] Cupit im-
pius, [g] quod venantur mali: iuſto-
13 rum radix pullulabit. Labiorum
peccato irretitur malus: iuſtus ex
14 anguſtiis emergit. Ex oris ſui fru-
ctu bonis ſatiabitur homo, et ſua-
rum cuique actionum meritum re-
15 pendetur. Stulto ſui mores probi
videntur: ſed ſapiens audit conſi-
lium. Stulti iracundia cognoſci- 16
tur interim: ſed cautus indignita-
tem tegit. Qui verum eloquitur, 17
iuſtitiam indicat: at falſus teſtis
fraudem. Eſt, qui effutit quaſi 18
gladii cuſpides: at ſapientum lin-
gua medicamentoſa eſt. Labium 19
verax perpetuo fixum eſt: lingua
mendax momentanea. Fraus eſt 20
in corde machinantium malum: et
ſalubriter conſulentibus gaudium.
Iuſtos nullum lædit incommodum: 21
impii malo pleni ſunt. Abomi- 22
natur Ioua labra mendacia, eidem-
que placent, qui verum faciunt.
Cautus homo [h] tegit, quod ſcit: [i] in- 23
ſanorum mens ſtultitiam prædicat.
Strenua manus imperat: ignaua fit 24
tributaria. In hominis mente 25
ſollicitudo mentem adfligit: oratio
læta exhilarat. Excellit alios iu- 26
ſtus: impios ſuum ſeducit inſtitu-
tum. [k] Non torrebit ignauia feri- 26
nam ſuam, hominis ſtrenui pretio-
ſæ ſunt opes. In ſemita iuſtitiæ eſt 28
vita: via deuia ducit ad mortem.

CAPVT XIII.

FIlius ſapiens patris reprehenſi- 1
onem audit: deriſor obiurga-
tionem non audit. Ex ſui 2
quisque oris fructu veſcetur bono:
at perfidi homines [l] inhumanitate.
Qui os ſuum tuetur, ſeipſum ſer- 3
uat: qui labiis eſt futilibus, huic
accidet infortunium. Adpetit et 4
caret pigrorum adpetitus? ſtrenui
homines ſaginantur. Verbum 5
mendax odit iuſtus: impius puti-
dum ſe turpemque præbet. Iuſti- 6
tia bene moratos tuetur: impietas
peruertit improbos. Sunt, qui 7
ſe diuites ſimulent, quum nihil ha-
beant: ſunt, qui pauperes, quum
ſint opulenti. Hominem ſuæ red- 8
imunt diuitiæ: pauper [m] non audit
obiur-

d) decoctor. e) ſua ſtultitia redigetur in ſeruitutem, decocto patrimonio. f) ita ſe gerit, vt cupere videatur. g) exitium. h) arcana celat. i) ſtulti effutiunt omnia. k) nihil capit ignauus. l) ſcilicet veſcentur, hoc eſt dabunt inhumanitatis ſuæ pœnas. m) non obiurgatur, ſed punitur.

9 obiurgationem. Iuſtorum lux ex-
hilarat: impiorum lucerna exſtin-
10 guitur. Superbia nihil niſi iurgia
dat: conſulti ſunt præditi ſapientia.
11 Opes nequitiæ minuentur: manu
12 congeſta augebuntur. Prorogata
exſpectatio mentem cruciat:[n] vitalis
13 arbor eſt, quum adſunt optata. Qui
mandatum contemnit, detrimen-
tum capiet: qui præceptum veretur,
14 præmio adficietur. Sapientis diſci-
plina eſt vitæ fons ad mortis decli-
15 nandos laqueos. Bonum ingeni-
um gratiam conciliat: perfidorum
16 mores ſunt [o] truces. Cautus omnis
ſcite agit: inſanus ſtultitiam prodit.
17 Improbus nuntius incidet in ma-
lum: fidelis legatus eſt ſalutaris.
18 Reprehenſionem declinantis comes
eſt paupertas et deſpicatio: caſtiga-
19 tionis cuſtos honorabitur. [p] Ade-
ptum eſſe, quod optaueris, recre-
at animum: inſani maleficiorum
20 declinationem abhorrent. Qui
cum ſapientibus verſatur, fit ſapi-
ens: inſanorum familiaris malo ad-
21 ficietur. Nocentes inſequitur ma-
lum: inſontibus reddetur bonum.
22 Bonus nepotes relinquit heredes,
ſuntque innocenti repoſitæ nocen-
23 tis copiæ. Abundant victu noualia
pauperum: ſed [q] ſunt, quæ inique
24 percipiantur. Qui virgæ ſuæ par-
cit, filium ſuum odit: qui vero
eum amat, correctionem maturat.
25 Iuſtus ad adpetitus ſui ſatietatem
comedit: impiorum venter indiget.

CAPVT XIIII.

1 SApiens mulier domum ſuam in-
ſtruit: ſtulta manibus ſuis euer-
2 tit. Qui probe ſe gerit, Io-
uam metuit: qui ab eius inſtitutis
3 recedit, eum contemnit. [r] In ore
ſtulti baculus eſt ſuperbiæ: ſapien-
tes ſuis ſeruantur labiis. Absque 4
bobus præſepe [s] mundum eſt, et in
boum viribus ſita eſt prouentus co-
pia. Fidus teſtis non mentitur: 5
profert falſus teſtis mendacia.
Quærens ſcurra ſapientiam, non 6
adipiſcitur: prudenti ſcientia faci-
lis eſt. [t] Hominis inſani præſenti- 7
am euita, ſiquidem ſcitam oratio-
nem ignoras. Cautorum ſapien- 8
tiæ eſt, ſuas actiones, inſanorum
ſtultitiæ, fraudes perpendere. Stul- 9
ti crimina loquuntur: inter probos
eſt beneuolentia. [u] Sua cuiusque 10
mens animi triſtitiam nouit, nec
eius lætitiæ conſors eſt alius. Im- 11
piorum domus euertetur: pro-
borum tabernaculum vernabit.
Nonnulla inſtituta hominibus recta 12
videntur, quorum exitus tendit ad
mortem. Etiam in riſu dolet 13
mens, gaudiique exitus eſt angor.
[x] Suis moribus et vecors ſatiabitur et 14
vir bonus. Imperitus quibusli- 15
bet verbis credit: cautus [y] gresſus
ſuos perpendit. Sapiens malefi- 16
cium timet et declinat: inſanus per-
git audacter. Iracundus temere 17
agit, et verſutus homo eſt odioſus.
Habent incauti ſtultitiam: cauti 18
ſcientia ornantur. [z] Submittentur 19
mali bonis, et impii ad iuſtorum
fores. Etiam familiari ſuo inui- 20
ſus eſt pauper: diuitis amici multi
ſunt. Contemnit alios improbus: 21
qui miſeratur inopes, is eſt beatus.
Nimirum aberrabunt, qui malum
moliuntur: bonum molientium 22
comes eſt benignitas atque fides.
[a] Omnem laborem comitatur abun- 23
dantia: labiorum verba tantum
ad egeſtatem ſpectant. Suæ ſapi- 24
entibus diuitiæ ſunt ornamento:
ſtultitia inſanorum ſtultitia eſt.
Ani-

n) res ſuauis. o) ſua truculentia inuiſi ſunt. p) boni benefaciendi cupidi ſunt, mali contra. q) pauperum fructus interdum a diuitibus intercipiuntur. r) ſtultus ſuperbiloquentia efficit, vt vapulet. s) vacuum. t) apud inſanos prudenter loquendum. u) animi dolorem aut lætitiam nouit ſola mens cuiusque. x) pro ſuis cuique meritis præmia reddentur. y) quo pacto ſe gerat. z) mali pauperes, boni diuites erunt. a) labore non verbis parantur opes.

25 Animas liberat verax teſtis: falſi-
26 loquus fraudulentus eſt. In Iouæ
metu tuta eſt potentia, *b* eiusque fi-
27 liis erit perfugium. Iouæ metus
fons eſt vitæ, ad mortis declinan-
28 dos laqueos. In hominum mul-
titudine ſita eſt regis maieſtas: in
populi defectu occaſus imperii.
29 Ad iram tardus eſt multæ pruden-
tiæ: iracundus ſtultitiam *c* euehit.
30 Vita corporis eſt ſana mens: mem-
31 brorum pus eſt inuidia. Qui te-
nui facit iniuriam, dedecorat eius
conditorem, eumdemque honorat,
32 qui miſeretur pauperis. Sua pra-
uitate profligabitur impius: iuſtus
33 in morte ſua ſpem habet. In
mente prudentis reſidet ſapientia:
inſanorum pectoribus *d* ignoratur.
34 Gentem extollit liberalitas, popu-
lorumque benignitas eſt *e* piaculum.
35 Regis oblectamentum eſt ſeruus
ſolers: eidemque ſtomachum facit
turpis.

CAPVT XV.

1 REſponſio mollis bilem compe-
ſcit: oratio moleſta iram ex-
2 citat. Sapientum lingua
quod ſcit, eo bene vtitur: inſano-
3 rum os ebullit ſtultitiam. Vbique
ſunt oculi Iouæ ſpeculantes malos
4 atque bonos. Sana lingua vitalis
arbor eſt: at in qua improbitas in-
5 eſt, ea eſt animi calamitas. Stul-
tus patris ſui admonitionem re-
ſpuit: qui caſtigationem ſeruat, is
6 cautus eſt. Domi iuſti multæ
ſunt facultates: in impii reditibus
7 eſt conturbatio. Sapientum la-
bra ſpargunt ſcientiam, inſanorum
8 mens non item. Ab impiorum
ſacrificio abhorret Ioua, idemque
proborum precibus oblectatur.
9 Abhorret ab impii moribus Ioua,
10 et iuſtitiæ ſectatorem amat. Ma-
le multabitur, qui viam deſerit:
reprehenſionis oſor morietur.
Orcus et interitus Iouæ patent, 11
nedum humani generis mentes.
Non amat eum ſcurra, a quo caſti- 12
gatur: ſapientes non adit. Læta 13
mens vultum exhilarat: in mentis
dolore cruciatur animus. Pru- 14
dentis mens ſcientiæ ſtudet: inſa-
norum os ſtultitiam alit. *f* Tota 15
inopum ætas mala eſt: ſed læta
mens perpetuum eſt conuiuium.
Præſtat tenuitas cum Iouæ metu, 16
quam multæ opes turbulentæ.
Præſtant olusculi epulæ, vbi adſit 17
caritas, quam bos altilis cum odio
coniunctus. Bilioſus homo con- 18
certationes excitat: lentus ſedat li-
tes. Pigri via eſt quaſi ſpinoſa ſepes: 19
proborum iter eſt expeditum.
Sapiens filius patrem exhilarat: inſa- 20
nus homo matrem ſuam deſpicatur.
Stultitia dementibus gaudio eſt: 21
prudens vir recte graditur. Absque 22
conſilio irriti ſunt conatus, et iidem
in conſiliariorum multitudine rati.
Gaudet homo oris ſui *g* reſponſo, et 23
tempeſtiue dictum perbonum eſt.
Tenet iter vitæ ſurſum prudens, 24
vt inferum declinet orcum. Su- 25
perborum domum demolietur Io-
ua, et viduarum fines ſtabiliet.
Abominatur Ioua cogitationes ma- 26
las, eique iucunda ſunt pura ver-
ba. Conturbat domum ſuam a- 27
uarus: ſed, *h* qui odit dona, viuet.
Iuſti mens meditatur, quid reſpon- 28
dendum ſit: impiorum os effutit
mala. Procul abeſt ab impiis Io- 29
ua, iuſtorumque preces exaudit.
Lumen oculorum mentem exhila- 30
rat: bona fama corpus ſaginat.
Auris, quæ ſalutarem audit caſti- 31
gationem, inter ſapientes degit.
Qui admonitionem vitat, vitam 32
ſuam repudiat: qui caſtigationem
audit, cordatus eſt. Iouæ metus 33
eſt ſapientiæ diſciplina, et gloriam
i præcedit modeſtia.

CAPVT

b) Iouam metuentis. *c*) perſpicuam reddit, hoc eſt manifeſte ſtultus eſt. *d*) negationem ex Græco adieci. *e*) peccata expiat. *f*) paupertatis moleſtiam diſcutit mentis lætitia. *g*) ſcilicet docto. *h*) integer et minime nummarius. *i*) parit.

CAPVT XVI.

1 HOminis eſt *a* mentis compoſi-
tio: ſed a Ioua eſt *b* linguæ re-
2 ſponſio. Suæ hominibus
actiones puræ videntur: ſed ani-
3 mos componit Ioua. Committe
Iouæ tuas res, et tua conata perfi-
4 cientur. Omnia fecit Ioua pro-
pter ſeipſum, etiam impios ad pœ-
5 narum diem. Abominatur Ioua
omnes mente ſuperbos: manus
manui iuncta non erit impunita.
6 Clementia et fide venia culpæ im-
petratur: et Iouæ metu declinatur
7 malum. Quum delectatur Ioua
cuiuſpiam moribus, etiam eius ini-
8 micos ei pacat. Præſtat cum iu-
ſtitia tenuitas, quam multi prouen-
9 tus absque æquitate. Mens homi-
nis de eius via deliberat: ſed eius
10 greſſum componit Ioua. Oracu-
lum habet in labiis rex, cuius os in
iure crimen non committit. Sta-
tera et trutina ſunt iuris Iouæ, eius-
demque opus ſunt omnia pondera.
Impie agere, *c* regibus eſt inuiſum:
nam iuſtitia ſolium aptum eſt.
Placent regibus iuſta labra, et pro-
be loquentes amant. Regia bilis
eſt mortis nuntius, et eam vir ſa-
piens diluit. In ſerenitate vultus
regis vita eſt, eiusque fauor eſt quaſi
quædam ſerotina nubes. Habere
ſapientiam, longe eſt præſtantius
quam aurum: et prudentiam ha-
bere, excellentius eſt quam argen-
tum. Proborum iter eſt, declina-
re malum: qui ſe ipſum curat, is
viam ſuam tuetur. Calamitatem
ſuperbia, ruinam faſtus animi præ-
cedit. Præſtat animum ſubmit-
tere cum modeſtis, quam ſpolia
participare cum ſuperbis. Qui
rem callet, inueniet bonum: et qui
Iouæ confidit, felix eſt. Cui mens
ſapit, vocatur prudens: et labio-
rum ſuauitas adquirit eruditionem.
Ingenium ſuis eſt vitæ fons: ſtulto- 22
rum admonitio ſtultitia eſt. Cor 23
ſapiens os ſuum erudit, labiisque
ſuis peritiam conciliat. Fauus 24
mellis eſt amœna oratio, et animo
dulcis, et corpori ſalubris. Pro- 25
bantur interdum homini mores,
quorum exitus tendit ad mortem.
Qui laborat, ſibi laborat, quippe 26
quem ſuum cogit *d* os. Improbus 27
homo malum effodit, et habet in
labiis quaſi accenſum ignem. Ho- 28
mo peruerſus disſidium excitat, et
ſycophantæ abalienant primates.
Inhumanus homo decipit alterum, 29
et per improbam viam ducit. Qui 30
nictat oculis, improba comminiſci-
tur: agitans labra maleficium pa-
trat. Honeſtum ornamentum eſt 31
canities inuenta in virtutis via.
Præſtantior eſt lentus, quam fortis: 32
et qui animo ſuo imperat, quam
qui vrbem capit. In gremium 33
coniicitur ſors, ſed a Ioua eſt to-
tum eius iudicium.

CAPVT XVII.

MElior eſt cum incolumitate 1
buccella ſicca, quam domus
iurgioſis referta victimis.
Seruus cordatus turpi filio familiæ 2
imperabit, et inter fratres heredi-
tatem participabit. Aurifex ar- 3
gentum, fornax aurum, corda pro-
bat Ioua. Malus orationem ne- 4
quam attendit: mendax improbæ
linguæ obtemperat. Qui paupe- 5
rem deridet, eius creatorem vitu-
perat: qui pernicie gaudet, non
feret impune. Senum ornamen- 6
tum ſunt nepotes, et parentum de-
cus ſunt liberi. Nec ſtultum præ- 7
ſtabilis, nec primarium falſa decet
oratio. Elegans gemma eſt do- 8
num in oculis ſuorum: quocumque
ſe vertit, proficit. Qui *e* peccatum 9
celat,

a) homines deliberant, ſed Ioua decernit. Vide verſ. 9. et caput 19. verſ. 21.
b) certo decernere. *c*) ſcilicet veris et iuſtis, alioqui non tam reges quam tyranni dicendi ſunt. *d*) cibi neceſſitas. *e*) ſcilicet alterius.

ceiat, amorem *f* quærit: et qui rem
10 *g* iterat, primates abalienat. Cen-
ties plus absterret intelligentem ob-
iurgatio, quam inſanum plagæ.
11 Nihil niſi malum quærit contu-
max, in eumque immittetur *h* immi-
12 tis nuntius. Occurrat homo po-
tius orbæ vrſæ, quam veſano in
13 eius ſtultitia. Qui bonum malo
penſat, ab eius domo non facesſet
14 malum. *i* Laxat aquam princeps
ſeditionis: antequam miſceatur lis,
15 deſerenda eſt. Et qui ſontem ab-
ſoluit, et qui inſontem damnat,
vtrumque æque deteſtatur Ioua.
16 *k* Quorſum habet in manu pretium
inſanus ad comparandam ſapien-
tiam, quum ſit cordis expers?
17 G. *L.* Qui altam facit domum ſuam,
quærit ruinam: et qui diſciplinam
18 detrectat, incidet in mala. *H.* Sem-
per diligit amicus, et *l* frater in ad-
19 uerſis naſcitur. Demens homo
manum porrigit, fideiubens apud
20 alterum. *m* Qui peccatum amat,
rixam amat: qui ſuas fores extol-
21 lit, quærit cladem. Qui peruerſæ
mentis eſt, non inueniet bonum:
et qui praua lingua eſt, incidet in
22 malum. Qui veſanum gignit,
ſibi angorem parit, nec fatui
23 pater gaudebit. Mens hilaris bo-
nam reddit habitudinem: at triſtis
24 animus corpus exſiccat. Munus
n de ſinu impius accipit, vt iuris vias
25 deprauet. In vultu prudentis eſt
ſapientia: inſanorum oculi ſunt
26 *o* in extremo terrarum. Et patri
ſuo moleſtiæ, et genitrici acerbitati
27 eſt filius inſipiens. Nec iuſtos pre-
mere, nec principes ferire ob *p* æqui-
28 tatem conuenit. Qui verbis parcit,
ſciens eſt, et *q* animi frigidi homo
prudens eſt. Quamuis ſtultus, 28
dum ſilet, ſapiens habetur: qui labra
ſua comprimit, prudens eſt.

CAPVT XVIII.

Qui cupide disſociari ſtudet, 1
quauis ratione vtitur. Non 2
delectatur inſanus pruden-
tia, ſed iis, quæ corde ſuo volutat.
Vbi adeſt impietas, adeſt et con- 3
temtus: et deſpicationis comes eſt
ignominia. *r* Profunda aqua ſunt 4
hominis verba: fluuius torrens eſt
ſapientiæ fluxio. Habere fontis 5
rationem non conuenit, inſontem
in iure opprimendo. Veſani la- 6
bra veniunt in certamen, eiusque
os colaphos prouocat. Suum ve- 7
ſano os detrimento eſt, ipſiusque
labra ſunt eius vitæ tendicula.
Calumniatoris verba ſunt *s* quaſi ſe- 8
ipſum ferientis, eaque in intima
viſcera deſcendunt. Etiam qui in 9
ſuo negotio ſegnis eſt, germanus
eſt decoctoris. Firma turris eſt 10
Iouæ nomen, in quam perfugiendo
iuſtus protegitur. Diuitis opes 11
ſunt eius firma vrbs, et quaſi alta
mœnia, eius quidem opinione.
Ante calamitatem inſoleſcit mens 12
hominis, et gloriam anteit modeſtia.
Qui reſpondet, antequam audiat, 13
id ei ſtultitiæ et pudori eſt. *t* Homi- 14
nis mens eius morbum ſuſtentat,
ſed animum ægrum quis toleret?
Mens prudens ſcientiam comparat: 15
ſapientum auris ſtudet ſcientiæ.
Hominem ſuum donum explicat, 16
et reddit apud optimates quietum.
u Innocens eſt primus in ſua cauſſa, 17
ſed venit alius, qui rimetur eam.
Controuerſias ſedat ſors, et *x* vehe- 18
men-

f) ſibi conciliat. *g*) enuntiat. *h*) hoc eſt mortis, hoc eſt morte plectetur. *i*) concitata ſeditio ruit vt aqua. *k*) non pecunia, ſed animi præſtantia comparat ſapientiam. *l*) Qui frater, hoc eſt, verus amicus eſt, in periculo cognoſcitur. *m*) peccatum rixam parit. *n*) clam. *o*) vagi et inſtabiles. *p*) ſi te iuſte damnaueris. *q*) remisſi et non temerarii. *r*) prudens eloquentia torret inexhauſta. *s*) ita criminatur, vt inuitus et vero coactus facere videatur. *t*) mens corporis morbum leuat, ſed non contra. *u*) qui primus ſuam cauſſam exponit, ius ſibi vendicat, ſed audiendus eſt aduerſarius. *x*) vehementer disſidentes.

19 mentes dirimit. *y* Offenſus frater
munitam vrbem ſuperat, et eius-
modi contentiones ſunt arcium
20 clauſtris ſimiles. *z* Sui cuiusque
oris fructu ſuus ſatiabitur venter:
prouentu ſuorum laborum ſatia-
21 bitur. Mors et vita in linguæ
poteſtate ſunt, et qui eam amat, eius
22 fructu veſcetur. *a* Qui vxorem in-
uenit, bonum inuenit, et Iouæ fa-
23 uorem obtinuit. Suppliciter lo-
quitur pauper: diues dure reſpon-
24 det. Neceſſarius neceſſitudini ido-
neus eſt, et *b* hæret interdum magis
amicus, quam frater.

CAPVT XIX.

1 PRæſtat pauper integre ſe gerens
improba labra habenti et veſa-
2 no. Ne vita quidem ſine ſci-
entia ſuauis eſt, et *c* qui pedibus fe-
3 ſtinat, offendit. Sua hominis
ſtultitia eius inſtitutum euertit, et
4 tamen is mente ſuccenſet Iouæ. O-
pes multos parant amicos: tenuis
5 ab amico diſiungitur. Teſtis fal-
ſus non impune feret: qui falſa elo-
6 quitur, non euadet. Multi illu-
ſtrium perſonas ſuſpiciunt, ſuntque
7 omnes liberalibus amici. Paupe-
rem omnes ſui fratres oderunt, ne-
dum familiares ab eo recedunt,
d verba perſequente, quæ nusquam
8 ſunt. Qui cordatus eſt, ſeipſum
amat: qui prudentiam ſeruat, in-
9 uenturus eſt bonum. Teſtis falſus
non impune feret: et, qui mendacia
10 eloquitur, peribit. Nec veſanum
deliciæ, nec ſeruum decet imperare
principibus. Intelligens homo
lenta eſt ira, eiusque decus eſt igno-
11 ſcere peccato. Similis leonini fre-
mitus eſt regis indignatio: fauor
autem quaſi ros in herbas. Patris 13
miſeria eſt veſanus filius: et rixoſa
vxor ſtillicidium perfluens. Do- 14
mus et opes ſunt hereditas patria:
ſed intelligens vxor a Ioua eſt.
Pigritia ſoporem iniicit, et ignauus 15
homo famebit. Qui præceptio- 16
nem ſeruat, vitam ſuam ſeruat:
qui ſuas actiones ſpernit, morietur.
Iouam fenerat, qui miſeratur te- 17
nuem, eique meritum rependet il-
le. Caſtiga filium tuum, dum 18
ſpes eſt, et *e* eum necare animum ne
induxeris. Tardus *f* ad bilem da- 19
mnum faciet: nam ſi ſiueris *g* eua-
dere, *h* iterandum tibi erit. Audi 20
conſilium, et admonitionem ad-
mitte, vt ad extremum ſapias. Mul- 21
tæ ſunt in hominis mente cogitatio-
nes: ſed Iouæ conſilium ratum eſt.
i Homini cupienda eſt pietas, præ- 22
ſtatque pauper homini mendaci.
Iouæ metus ſalutaris eſt, *k* ſaturque 23
deget inexpertus malo. Abdit pi- 24
ger manum ſuam in ſinu, *l* ne ad os
quidem ſuum eam referens. Scur- 25
ram feri, cautus fiet ex incauto:
prudentem caſtiga, ſcire diſcet:
patrem perdit, matrem fugat pu- 26
dendus probroſusque filius. No- 27
li, mi fili, audire diſciplinam a ſci-
tis dictis auocantem. Teſtis ne- 28
quam ius deridet, et impiorum os
crimen abſorbet *m*. Scurris paratæ 29
ſunt pœnæ, et ictus inſanorum
tergo.

CAPVT XX.

SCurrile vinum, tumultuoſum 1
temetum: et, quisquis eo deci-
pitur, deſipit. Quaſi leonis 2

y) quo arctior fuit coniunctio, eo vehementius eſt ea diremta disſidium. *z*) prout quis bene aut male loquitur, ita ei bene aut male erit. *a*) ſcilicet bonam. *b*) in amicitia perſeuerat. *c*) qui temere agit, hoc eſt qui ſcientia caret. *d*) fruſtra promiſſa repoſcente. *e*) ne committe tua indulgentia, vt pergat eſſe nequam, atque ita pereat. Vide cap. 23. *f*) ad puniendum filium. *g*) impunitum. *h*) iterum peccabit, et tibi puniendus erit. *i*) præſtat pauperem religioſum eſſe, quam diuitem mendacem. *k*) ſcilicet Iouæ metuens. *l*) ægre, vt cap. 17. *m*) ſcelerate mentiri ſuſtinet.

rugitus eſt regis terror: eum qui
3 irritat, [n] peccat in ſeipſum. Homi-
ni honeſtum eſt vacare lite, cum
4 qua ſtultis omnibus res eſt. [o] Piger,
qui propter frigus non arauerit,
quod petet in meſſe, non adipiſce-
5 tur. Profunda aqua eſt in homi-
nis mente conſilium, quod tamen
6 vir prudens exhaurit. [p] Multi ho-
mines viri pii vocantur, ſed fide-
7 lem virum quis inueniet? Qui
ſincere ſe gerit iuſtus, beatos habet
8 ſucceſſores liberos. Rex in iudi-
ciali ſolio ſedens, diſcutit oculis
9 ſuis omne maleficium. Quis ſe
mente purum, quis mundum a pec-
10 cato dicat? Et diſpar pondus, et
diſpar menſura, vtrumque iuxta
11 inuiſum eſt Iouæ. Ex ingenio
ſuo puer quoque cognoſcitur, an
pura rectaque futura ſint eius ope-
12 ra. [q] Vtrumque et aurem audien-
tem, et oculum cernentem Ioua fe-
13 cit. Somnum ne ama, ne ſis e-
gens: [r] aperi tuos oculos, vt ſatiere
14 victu. Etiam atque etiam, [s] vitupe-
rat emtor, ſed digreſſus tum de-
15 mum gloriatur. Sit aurum licet
et gemmarum multitudo, pretioſa
quidem ſupellex ſunt perita labra.
16 [t] Cape veſtem eius, qui pro altero
ſpopondit, et eum pro aliis pignora.
17 [u] Dulcis eſt homini panis iniquus:
ſed poſtea eius os replet calculis.
18 Cogitata conſilio compone, et con-
ſiderate gere bellum. Enuntiat
19 arcanum, qui ſe loquacem præbet:
20 cum pellace noli contrahere. Qui
ſuo patri matriue imprecatur, [x] hu-
ius lumen exſtinguetur in mediis
21 tenebris. [y] Patrimonium, principio
properatum, ad extremum erit in-
22 fortunatum. Ne ſtatue iniuriam
rependere: exſpecta Iouam, qui
te vindicet. Iouæ inuiſa ſunt diſ- 23
paria pondera: fraudulenta trutina
res eſt non bona. A Ioua pendent 24
viri greſſus, et quis hominum viam
ſuam perſpiciat? [z] Detrimentoſum 25
eſt homini vorare ſacrum, deinde
vota quærere. Profligat impios 26
rex ſapiens, et in eos vertit equule-
um. Iouæ perſpicuus eſt hominis 27
ſpiritus, omnia intima viſcera per-
ſcrutanti. Clementia fidesque re- 28
gem tuentur, eiusque ſolium nititur
clementia. Iuuenum decus vires 29
ſunt: ſenum maieſtas canities [a] Pla- 30
garum vibices, et in viſcera pene-
trantes ictus emendant malos.

CAPVT XXI.

Aquæ [b] vnda animus regis eſt 1
in manu Iouæ, eum, quocum-
que libet, inclinat. Sui cui- 2
que mores probantur, ſed Ioua
mentes componit. Iuſtum æquum- 3
que facere, Iouæ acceptius eſt quam
ſacrificium. Supercilium, ani- 4
mique faſtus ſunt impiorum [c] lumi-
nis piaculum. Strenuorum cona- 5
tus dumtaxat ad abundantiam: o-
mnes autem temerarii ad egeſtatem
ſpectant. Rem facere lingua 6
mendaci, friuola vanitas eſt mortem
quærentium. Impios [d] ſuum ter- 7
ret periculum, quoniam æquum
facere nolunt. Qui homo negoti- 8
um inuertit, is inuiſus eſt: puri
opus probum eſt. Præſtat in an- 9
gulo tecti degere, quam vxorem
habere rixoſam et domum commu-
nem. Animus impii maleficium 10
cupit, erga alios immiſericors.
[e] Dum multatur ſcurra, ſapit incau- 11
tus,

n) ſeipſum vocat in periculum. o) qui non arat, non metet. p) nomine multi ſunt pii, ſed reuera pauci. q) Ioua et audit et videt, quippe horum ſenſuum auctor. r) vigila. s) mercem. t) ſponſor adpellandus. u) inique parta nocent. x) luce et vita priuabitur. y) qui celeriter diteſcunt, inique diteſcunt. z) irrita ſunt ſacrilegorum et ſceleratorum vota. a) mali non niſi plagis emendantur. b) violenta eſt res regis animus, et vni Iouæ moderabilis. c) vitæ letalia. Lege autem Nereum Gr. et Lat. non Nir. d) metuunt pœnas. e) et malorum pœnis et bonorum felicitate docentur rudes.

tus, et ſapientis ſucceſsu ſcientiam
12 comparat. *f* Moderatus erga genus
impium iuſtus impios deturbat in
13 malum Qui aurem ſuam vocife-
rationi pauperis obducit, ipſe vicis-
ſim clamabit, nec exaudietur.
14 Donum clandeſtinum iram: munus
inſinuatum impotentem bilem re-
15 ſtinguit. Aequum facere, et iu-
ſtis iucundum et maleficis inamabi-
16 le eſt. Homo, qui a via modera-
tionis deerrat, in manium cœtu ia-
17 cebit. Egens homo voluptatis
amans, vini vnguentique amans,
18 non diteſcet. *g* Iuſtorum redemtio
ſunt impii, proborum permutatio
19 ſunt perfidi. Satius eſt in deſerta
terra degere, quam cum vxore con-
20 tentioſa ac irritabili *h* Elegantes
opes et vnguenta ſunt in habitatio-
ne ſapientis, ea veſanus homo ab-
21 ligurit. Qui liberalitatem clemen-
tiamque ſequitur, is vitam, libera-
22 litatem, et gloriam inueniet. *i* For-
tium vrbem ſcandit ſapiens, tutam-
23 que munitionem deiicit. Qui
ſuum os linguamque cuſtodit, is
ſeipſum contra pericula cuſtodit.
24 Superbus petulans nomine ſcurra
25 agit ſæuiter et ſuperbe. Sua pi-
grum cupiditas occidit, quoniam
26 nolunt eius manus operari. Sem-
per cupit cupidus: at iuſtus largiri
27 non parcit. Impiorum ſacrificia
nefaria ſunt, præſertim ſi flagitioſe
28 fiant. Teſtis mendax peribit: ſed
k auditor homo *l* ſemper loquetur.
29 Frontem perfricuit impius homo:
30 probus ſuos mores componit. Non
eſt ſapientia, non prudentia, non
31 conſilium contra Iouam. Paratur
ad pugnæ diem equus, ſed Iouæ eſt
victoria.

CAPVT XXII.

Longe præferenda eſt fama di- 1
uitiis, eſtque argento atque
auro gratia potior. Diues et 2
pauper contrarii ſunt, et vtriusque
tamen conditor eſt Ioua. Cautus 3
malum videt, et euitat: incauti per-
gunt, et læduntur. Præmium 4
modeſtiæ metuentis Iouam ſunt di-
uitiæ, gloria atque vita. Spinæ 5
et laquei ſunt in praua viuendi via:
qui ſuam vitam curat, ea declinabit.
Inſtituendus puer eſt in ea viuendi 6
ratione, a qua etiam, quum ſeneue-
rit, non recedat. Diues pauperi- 7
bus imperat, ſeruitque creditori
debitor. Qui ſerit iniquitatem, 8
metet infortunium, ſæuitiæque ſuæ
m verbere conficietur. *n* Bonus o- 9
culus fortunabitur, qui victum
ſuum tenuibus impertiat. *G. L.* Vi- 10
ctoriam honoremque parit, qui
dona dat: ſed idem animam aufert
accipientium. *H.* Eiice ſcurram, 11
et exibit disſidium, cesſabitque lis
et infamia. Qui et mentis purita- 12
tem amat, et elegantis eſt orationis,
huic familiaris eſt rex. Ioua ſuis ocu 13
lis *o* ſcientiam tuetur, idemque perfi-
dorum verba peruertit. *p* Dicit 14
piger, leo foris eſt, in mediis vicis
interficiar. Gurges profundus eſt 15
os *q* alienarum, quo cadunt, quibus
infenſus eſt Ioua. Adnexa eſt pue- 16
rorum pectori ſtultitia, quam caſti-
gatrix ferula ab eo propellit. Qui 17
tenuem fraudat, vt abundet ipſe,
is *r* diuiti dat, ſed inde carituro.
Præbe aurem, et audi verba ſapien- 18
tum, et mentem adhibe meæ diſci-
plinæ. Sunt enim amœna, ſi ea in 19
pectore cuſtodias, et ſimul in labris
habeas compoſita: quæ quidem 20
tibi quoque hodie, vt in Ioua fidu-

f) dum iniuriam non perſequitur, fit, vt illos puniat Deus. Vide cap. 25, 22. et contra cap. 24, 17. *g*) boni euadent, mali punientur. *h*) ſapiens diuitias parit, ſtultus decoquit. *i*) vires ſuperat ſapientia. *k*) qui teſtatur quæ audiuit aut vidit. *l*) non interficietur. *m*) cauſſa. *n*) homo liberalis et miſericors. *o*) eos qui dicunt quod ſciunt, hoc eſt veraces. *p*) domi ſe præ pigritia tenet, perinde ac ſi in vrbe grasſentur leones. *q*) ſcilicet mulierum. *r*) ſibi.

21 ciam habeas, oſtendo. Nimirum
præſcribo tibi magnopere conſide-
22 rate atque ſcite, demonſtrando
tibi certa veraciaque dicta, vt ve-
racia dicta referas iis, qui tibi
23 negotium mandauerint. Tenuem
ne diripe, quoniam [s] ſit tenuis, neue
24 inopem opprime in curia. Nam
Ioua eorum cauſſam aget, eorum-
que ſpoliatores vita ſpoliabit.
25 Noli amicitiam contrahere cum
homine iracundo, aut cum bilioſo
26 verſari. Ne eius mores diſcas,
atque ita animæ tuæ detrimentum
72 patiaris. Noli eorum eſſe, qui
manum præbent, qui debitorum
ſponſores ſunt, ne, ſi ſoluendo non
ſis, [t] tibi lectus tuus ſubtrahatur.
28 Ne ſubmoue terminum antiquum,
29 quem tui fecere maiores. Vides
virum in negotio ſuo celerem, is
regibus adminiſtrabit, non obſcu-
ris hominibus.

CAPVT XXIII.

1 QVum adcumbes conuiuia prin-
cipi, conſidera, quid tibi ſit
2 adpoſitum. Et [u] admoue gut-
turi tuo cultellum, ſi tibi eſt adpe-
3 tentia. Ne concupiſce eius cupe-
4 dias, qui cibus ſit fallax. Ne labo-
ra diteſcere: iſta [x] prudentia ſuper-
5 ſede. Scilicet in id oculos conii-
cies, quod non adſequeris? quippe
quod comparatis aquilinis alis auo-
6 lat in cælum. Ne veſcere cibo
hominis ſordidi, neue eius cupe-
7 dias concupiſce. Nam, (vt ſunt
eius animi ſordes,) te ad edendum
bibendumque inuitabit ille qui-
8 dem, ſed animo a te alieno. [y] Quam
comederis bucceam, euomes, tua-
9 que elegantia verba perdes. Au-
diente veſano, ne loquere: nam
orationis tuæ ingenium contemnet.
Antiquum limitem ne ſubmoue, 1
neue in pupillorum agrum inuade.
Nam [z] vindicem habent potentem, 1
qui eorum cauſſam tecum diſcepta-
bit. Adhibe mentem tuam diſci- 1
plinæ, et aures verbis peritis.
Puerum caſtigatione priuare noli, 1
quem ſi ferula verberabis, [a] non
morietur: Tu ferula verberato, 1
et eius animam ab orco defendes.
Fili mi, ſi tibi mens ſapuerit, et mi- 1
hi quoque mens gaudebit: [b] mei- 1
que renes exſultabunt, tuis labris
recte loquentibus. Improbis ne 1
inuideto, ſed ſemper in Iouæ metu
agito. Etenim [c] tandem finis erit, 1
nec tua ſpes incidetur. Audi tu, 1
fili mi, vt ſapias, tuamque mentem
per viam dirigas. Ne ſis ex vini 2
potoribus, carniſque liguritori-
bus. Nam potatores liguritores- 2
que fiunt pauperes, induitque pan-
nos [d] ſopor. Audi patrem tuum, 2
qui te genuit, neue matrem, quæ
ſenuerit, vilipendito. Veritatem 2
eme, non vende: ſapientiam, diſci-
plinam ac prudentiam. Lætitia 2
geſtit pater iuſti, quique ſapientem
progenuit, gaudet eo: [e] gaudeat 2
tuus pater atque mater, et exſultet
tua genitrix. Præbe mihi, mi fili, 2
tuam mentem, oculique tui meis
delectentur inſtitutis. Nam pro- 2
fundus gurges eſt meretrix, anguſta-
que ſcrobs mulier aliena. Ea ſane 2
latronum more inſidiatur, et ho-
minum perfidos conficit. Cui 2
heu? cui hei? cui iurgia? cui ſol-
licitudo? cui vulnera impune? cui
oculorum rubor? vini ſectatori- 3
bus, compotationes rimatum eunti-
bus. *G.* Nolite vino inebriari, 3
ſed cum bonis viris *H.* [f] et ſe probe
gerentibus, *G.* conſuetudinem ha-
bete

s) iniuriam repellere nequeat. *t*) te creditor pigneretur. *u*) adpetitum co-
hibe. *x*) diuitias comparandi. *y*) tibi apud ſordidum inſuaues erunt epulæ,
nec proderit ſermonis elegantia, quæ ſolet in conuiuiis adhiberi. *z*) Deum.
a) fiet melior, ſuppliciumque vitabit. *b*) lætitia exſiliam. *c*) exſpecta præ-
mium, non fruſtraberis. *d*) pigritia, piger. *e*) adfice gaudio patrem, cet.
f) Hoc in Hebræo parum apte poſitum, interpoſui Græco.

31 bete ac verſamini. *H.* Vinum ne
adſpice, quia rubeat, quia in poculo
colorem ſuum oſtentet, et ſpecie
32 ſua blandiatur. Eius exitus mor-
det vt coluber, et viperæ modo
33 pungit. Et oculi tui abſurde vi-
debunt, et animus inepte loquetur,
34 Erisque quaſi, qui in medio mari,
aut quaſi qui in mali nauis vertice
35 cubet. *g* Verberatus non doleo,
ictus non ſentio, experrectus idem
iterum requiram.

CAPVT XXIIII.

1 MAlos homines ne æmulare,
neue eorum comes esſe con-
2 cupiſce. Nam et corde per-
nicioſa comminiſcuntur, et labris
3 loquuntur facinoroſa. Sapientia
domus conſtruitur, et prudentia
4 componitur. Et ſcientia refer-
ciuntur penetralia omni genere
pretioſarum et amœnarum opum.
5 Vir ſapiens potentia, peritus homo
6 viribus pollet. Nam induſtria
bellum geres, et in conſultorum
7 multitudine ſita victoria eſt. Ad-
eo ardua eſt ſtulto ſapientia, vt in
8 ſenatu non hiſcat. Qui maleficia
excogitat, ſceleratus vocandus eſt.
9 Stulti conatus peccatum eſt, et ho-
10 mini abominandus eſt ſcurra. Si
defetiſceris in rebus anguſtis, an-
11 guſtæ virtutis es. Libera eos, qui
ad mortem ducuntur, qui ad necem
12 aguntur. Quod ſi prætermittes,
quippe qui neges, iſtud ſcire te,
certe ipſe mentium conditor per-
ſpiciet, ipſe animi tui formator co-
gnoſcet, et homines pro ipſorum
13 operibus remunerabitur. Come-
de, mi fili, mel quod bonum eſt, et
14 fauum tuo palato dulcem. Sic
ſapientiæ cognitionem animo tuo
ſi fueris adeptus, erit præmium,
15 nec tua ſpes incidetur. Ne inſi-
diare impie manſioni iuſti, ne vaſta
eius cubile. * Nam *h* licet ſepties 16
G. L. in die *H.* cadat iuſtus, reſur-
git: quum impii corruant in ma-
lum. Inimici tui caſu ne gaude- 17
to, ne eius lapſu animo exſultato.
Ne id videns Ioua, improbet, et ab 18
illo iram ſuam auertat. Noli ob 19
malos indignari, aut impiis inui-
dere. Nam non habebit malus 20
poſteritatem: impiorum lux ex-
ſtinguetur. Time Iouam, mi fili, 21
et regem: cum inconſtantibus ne
habeto commercium. Nam in- 22
ſperatum venit ab eis exitium, in-
cognita omnibus *i* vtriusque ſæuitia.
G. Præcepta ſeruans filius erit ex- 23
tra perniciem, quæ vbi acceperit,
nullum regi mendacium dicito,
nihilque falſum lingua ſua promi-
to. Gladius eſt lingua regis, non 24
carnea: ei quisquis traditur, con-
teritur. Nam ſi ea incanduit, 25
cum neruis homines conſumit, ho-
minumque osſa exeſt, et quaſi flam-
ma comburit, ita, vt aquilarum
pullis non ſint eſui. Mea dicta, 26
fili, reueretor, iisque admisſis mo-
res corrige. *H.*

Hæc quoque ſunt ſapientum.

HAbere perſonarum rationem, 27
in iudicio nefas. Qui no- 28
centem dicit inſontem esſe,
hunc populi deteſtantur, hunc ex-
ſecrantur homines. Qui vero ar- 29
guunt, iucundi ſunt, et fauſtis adfi-
ciuntur ominibus. *k* Labra deoſcu- 30
labitur, qui ſana verba reſpondet.
Compone foris rem tuam, et tibi 31
ruri proſpice, deinde tuam domum
conſtrues. Ne ſis teſtis iniurius 32
in alterum, aut tuis labiis fallas.
Ne cogita par pari referre, et ho- 33
mini digna eius facto reddere.
Quum hominis ignaui fundum, 34
quum dementis vineam præteri-

g) Ebrius ſenſu caret, et pocula ſubinde repetit. *h*) ex omnibus periculis emergunt boni. *i*) Iouæ et regis. *k*) ſcilicet aliorum, Hoc eſt, alii cum deoſculabuntur præ amore.

35 rem, animaduerti enatas vbique
vrticas, eiusque ſolum ruſcis obdu-
ctum, diruta eius lapidea maceria:
36 id quod ego contemplatus, in ani-
mum demiſi: eo viſo documentum
37 cepi. Paullíſper dormiendo, paul-
liſper dormitando, paulliſper ma-
nus ad quietem complicando, ve-
niet tibi ambulans paupertas, et
egeſtas more hominis ſcutati.

CAPVT XXV.

1 Hæ quoque ſunt Solomonis ſenten-
tiæ, quas Hezechiæ Iudææ regis
homines compoſuerunt.
2 DEo *l* rem celare glorioſum eſt:
regibus rem ſcrutari glorio-
3 ſum eſt. Quam ſublime cæ-
lum, quam profunda terra, tam
eſt regum mens inexplicabilis.
4 Tolle ex argento ſcoriam, et exi-
5 bit fictori vas. Tolle ex conſpe-
ctu regis impios, et aptabitur eius
6 ſolium iuſtitia. Ne te apud re-
gem oſtenta, neue in optimatum
7 loco ſteteris. Nam ſatius eſt, vt
tibi dicatur, huc adſcende: quam
vt te apud principem deiici cernas
8 ipſe oculis. Ne cito ad litigan-
dum procede, ne tandem neſcias,
quo te vertas, *m* turpatus ab altero.
9 Ita de cauſſa tua diſceptato cum al-
tero, vt *n* arcanum alii non pateſa-
10 cias: ne te *o* dedecoret, qui audi-
uerit, atque ita irreuocabili inu-
11 raris infamia. *G. L.* Gratia et a-
micitia defendunt, quas tibi com-
12 para, ne fias infamis. *H.* Aurea
mala in cælaturis argenteis eſt o-
13 ratio rotunde pronuntiata. In-
auris aurea, aut monile aureum
eſt reprehendens ſapiens aurem au-
dientem. Quale niuis frigus hora 1
meſſis, talis eſt fidus nuntius ei, a
quo miſſus eſt: adeo domini ſui
animum reficit. Nubes et ventus 1
eſt ſine pluuia homo, qui *p* ſe iactat
de falſa donatione. Lentitudine 1
q demulcetur princeps, linguaque
mollis frangit oſſa. Mel nactus 1
comede tibi, quod ſit ſatis, ne eo
ſatiatus reuomas. Rarius infer 1
pedem in tui familiaris ædes, ne te
ſatiatus inuiſum habeat. Malle- 1
us, gladius, acuta ſagitta eſt ho-
mo, qui in alterum dicit falſum te-
ſtimonium. Dens vitiatus, et pes 2
luxatus eſt collocata in perfidioſo fi-
ducia in rebus aduerſis. Quod eſt 2
detrahere veſtem, dum frigus eſt,
et *r* aceto nitrum perfundere, id eſt
carmina canere mæſto cordi. Si 2
eſurit inimicus tuus, præbe ei ci-
bum: ſi ſitit, præbe potionem. Nam 2
ſ carbonibus incendes eius caput, et
Ioua te remunerabitur. *G. L.* Vt 2
tinea pannum et teredo lignum, ſic
hominis triſtitia mentem lædit.
Vt aquilo pluuiam, ſic ſeuerus vul- 2
tus *t* clandeſtinam profligat linguam.
Præſtat in angulo tecti habitare, 2
quam contentioſam habentem vxo-
rem in domo communi. Quod 2
eſt aqua gelida homini laſſo, id eſt
lætus nuntius ex longinqua terra.
u Turbatus fons et corrupta vena eſt 2
vir bonus, qui deliquit coram im-
probo. Neque multum comeſſe 2
mellis expedit, neque ſuam adfe-
ctare gloriam eſt glorioſum. Vrbs 3
diſcincta ſine muro eſt homo animi
ſui incontinens.

CAPVT

l) Deus vt magiſter rem celat, quo diſcipulos exerceat. Rex tamquam diſcipulus rem ſcrutatur. *m*) turpiter victus. *n*) tuum aliquod peccatum, dum conſilium petis ab amico. *o*) tuum arcanum patefaciendo. Quomodo enim celabis alienum, quum tuum non celes? *p*) promittit neque præſtat. *q*) placatur eiusque frangitur vel oſſea durities. *r*) vt aceto nitrum redditur aſperius, ſic mæſtus animus carmine exacerbatur. *ſ*) in cauſſa eris, vt Ioua illum vrat ac puniat. Vide cap. 21, 12. et 24, 17. *t*) proditoris et calumniatoris. *u*) improbus ob vnum viri boni delictum totam eius vitam damnat.

CAPVT XXVI.

1 VT æſtatem nix et mesſem plu-
uia, ſic inſipientem gloria de-
2 decet. [x] Vt mobilitate pasſer,
vt hirundo volatu valet, ſic iniuſtæ
3 diræ non eueniunt. Equo flagel-
lum, aſino camus, ſtultorum tergo
4 virga. Ne reſponde ſtulto ſecun-
dum eius fatuitatem, ne tu quoque
5 ſis eius ſimilis. Reſponde ſtulto
ſecundum eius fatuitatem, ne ſibi
6 ſapiens esſe videatur. [y] Truncat
pedes imbutus inhumanitate, qui
7 mittit mandata per ſtultum. Vt
claudum crura tollere eſt abſur-
dum, ſic in ſtultorum ore ſententia.
8 [z] Quale fundæ lapidem adligare, tale
9 eſt tribuere ſtulto honorem. [a] Qua-
lis ſpina venit in manum temulen-
ti, talis eſt in ore ſtultorum ſenten-
o tia. [b] Magiſter obit omnia: qui
vero ſtultum conducit, infidum
1 conducit. Vt canis ad vomitum
ſuum redit, ſic ſtultus veſaniam ſu-
2 am iterat. Si videas hominem,
qui ſibi ſapiens esſe videatur, ma-
ior eſt de ſtulto ſpes, quam de illo.
3 Dicit piger: pardus in via, leo in
4 vicis eſt. Vt foris in cardine, ſic
5 piger in lecto ſuo vertitur. Ab-
dit piger manum ſuam in ſinu, eam
6 ægre [c] ad os ſuum referens. Se-
pties ſapientior ſibi videtur piger,
7 quam qui ſcite reſpondent. Pre-
hendit auribus prætereuntem ca-
nem, qui ſe in certamen interponit
8 alienum. Qualis eſt, qui inſani-
am ſimulans iaculatur ignes, ſa-
gittas, necem: talis eſt, qui alte-
rum fraudat, et ſe equidem ludere
9 dicit. Vbi deſunt ligna, exſtin-
guitur ignis: itidem vbi calumni-
ator abeſt, cesſant concertationes.
o Prunam carbo, ignem ligna, iur-
gioſus homo certamen accendit.
Calumniatoris verba ſunt quaſi ſe- 21
ipſum ferientis, et in viſcera peni-
tus deſcendunt. [d] Argenti ſcoria 22
inducta fictili ſunt infeſta labra et
mala mens. Ex labris ſuis agno- 23
ſcitur inimicus, et in pectore frau-
des reponit. Quamuis ſupplici- 24
ter verba faciat, ne crede ei: nam
[e] ſeptem habet in mente ſcelera.
Cuius odium in ſolitudine tegitur, 25
eius malitia detegetur in vulgus.
Qui foueam cauat, in eam cadet, 26
et qui ſaxum voluit, id in eum re-
cidet. Lingua mendax quos pre- 27
mit, odit, et os blandum efficit ve-
xationem.

CAPVT XXVII.

NE glorieris in diem craſtinum: 1
neſcis enim, quid paritura ſit
dies. Laudet alius te, non 2
tuum os: alter, non tua labia.
Grauis lapis, arena ponderoſa: 3
ſed vtroque grauior ſtulti veſania.
Crudelis bilis, impetuoſa ira, ſed 4
inuidia eſt intolerabilis. Melior 5
eſt manifeſta reprehenſio, quam
occultus amor. Amici plagæ fi- 6
deles, inimici oſcula proterua ſunt.
Satur fauum faſtidit: eſurienti 7
quantumuis amarum dulce eſt.
[f] Qualis auicula, quæ ex nido, talis 8
eſt homo, qui ex loco ſuo migrat.
Vt vnguentum et ſuffitus animum 9
exhilarant, ſic dulcis eſt cuiusque
amicus ex animo conſulens. Tu- 10
um aut tui patris amicum ne de-
ſere, [g] et tui fratris domum ne adito
tuo periculoſo tempore. Potior 11
eſt propinquus vicinus, quam re-
motus frater. Sapias, mi filii, et 12
mihi mentem exhilara, vt habe-
am, quod conuiciatoribus meis
reſpondeam. Cautus animaduer- 13
ſum

x) quam facile volant aues, tam facile vitantur, quæ quis inique imprecatur. y) perinde agit, ac ſi ſuo nuntio pedes crudeliter truncaret, deinde eum iuberet ire. z) abſurdum eſt. a) nec ſpinam ebrius, nec ſententiam ſtultus tractare poteſt. b) ſapiens per ſeipſum, non per ſtultos, curat negotia. c) ad cibum capiendum. d) foeda res. e) multa. f) domi manendum. g) ne ſint tibi adeundi longinqui fratres, habeto propinquos amicos.

ſum malum euadit: incauti per-
14 gentes læduntur. Cape veſtem
eius, qui pro alio ſpoponderit,
eumque alterius cauſſa pignorare.
15 *h* Qui alteri clara voce bene preca-
tur, vbi primo mane ſurrrexit, id
ei imprecationis loco ducendum
16 eſt. Stillicidium pluuio tempore
perfluens, et vxor rixoſa ſimilia
17 ſunt. Eam qui recondit, ventum
recondit aut *i* clamaturum in dextra
18 ſua vnguentum. *k* Vt ferrum fer-
ro, ſic homines alii aliis coniungun-
19 tur. Qui ficum cuſtodit, veſci
tur eius fructu: et qui dominum
20 ſuum ſeruat, honoratur. *l* Vt aqua
vultum vultui, ſic mens *m* hominem
21 homini. Vt orcus et interitus, ſic
22 hominis oculi ſunt inſatiabiles. Ar-
gentum *n* cote, aurum fornace, ho-
23 mo ſui laudatoris ore. *G. L.* Impro-
bi mens ſceleribus, proba mens ſci-
24 entiæ ſtudet. *H.* Stultum etiam ſi in
pila piſtillo pinſas inter graneam,
non recedet ab eo eius ſtupiditas.
25 Agnoſce balantum tuarum faciem:
26 adplica ad greges animum. *o* Non
enim ſemper opes, non durat *p* co-
27 rona perpetuis ſæculis. Exſiſtunt
gramina, adparent ſtirpes, montanæ-
28 que colliguntur herbæ. Agni ve-
ſtitum tibi præbebunt, ruſticum-
29 que pretium erunt capri. Suffi-
ciet tuæ familiæque tuæ alimoniæ
caprinum lac, et ancillarum tua-
rum victui.

CAPVT XXVIII.

1 FVgiunt impii, perſequente
nullo, quum iuſti leonis more
tuti ſint. Quemadmodum
2 propter regionis peccatum *q* fre-
quentes ſunt eius principes, ita
propter intelligentes et doctos ho-
mines durant. Vir pauper, et i- 3
dem tenuium oppreſſor pluuia eſt,
quæ panificium noxia perimit.
Legis deſertores laudant impios, 4
at legis cuſtodes in eosdem indi-
gnantur. Homines mali æqui- 5
tatem non perpendunt, at Iouæ
ſtudioſi omnia perpendunt. Præ- 6
ſtantior eſt pauper ſincere ſe ge-
rens, quam peruerſis moribus di-
ues. Qui legem tuetur, filius eſt 7
prudens: qui vero alit heluones,
patri ſuo pudori eſt. Qui ſuas 8
opes fenore auget et vſura, *r* is eas
congerit benefico in pauperes.
Qui aurem ſuam ab audienda lege 9
abducit, huius etiam preces ſunt
nefariæ. Qui probos in malam 10
viam auocat, ipſe in ſuam cadet
foueam, quum intereà integri po-
tientur bonis. Diues ſuo iudicio 11
ſapiens eſt: ſed pauper prudens
eum explorat. *s* Exſultare iuſtos 12
perhoneſtum eſt, ſed, euectis im-
piis, *t* requiruntur homines. Qui 13
ſua peccata tegit, non ſoſpitabitur:
ſed, qui fatetur et relinquit, huic
venia dabitur. Beatus homo, qui 14
ſemper *u* pauet: ſed qui mentem ſu-
am obſtinat, cadet in malum.
Fremens leo, aut famelicus vrſus, 15
eſt dominator impius in tenuem
plebem. Expers prudentiæ rector 16
multus eſt iniuriis, inimicus auari-
tiæ diu deget ætatem. Homo vitæ 17
et ſanguinis oppreſſor *x* vel ad bara-
thrum fugiens non retinebitur.
Qui ſe præbet integrum, ſeruabi- 18
tur: ſed qui peruerſis eſt moribus,
ſemel cadet. Qui ſuam colit hu- 19
mum,

h) hoc adſentatoris eſt. *i*) mulier ſe clamore patefacit, ſicut vnguentum odore, ſi in manu ſit. *k*) arctisſima amicitiæ coniunctio. *l*) vt in aqua cernis, quale ſit tuum corpus, ſic in conſideranda tua mente intelliges, qualis homo ſis. *m*) oſtendit. *n*) exploratur. *o*) ceteræ diuitiæ conſumuntur æuo, ſed pecora et herbæ prole perpetuantur. *p*) regnum. *q*) non diu durant. *r*) his potietur aliquis beneficus. *s*) beatos et fortunatos esſe. *t*) pauci ſunt et latent boni. Vide finem capitis. *u*) Deum metuit. *x*) nemo eum a periculo reuocabit; eſt omnibus inuiſus.

mum, victu ſatiabitur: ſed qui i-
gnauos imitatur, egeſtate ſatiabitur.
20 Fidelis homo multæ eſt opulentiæ:
qui vero *y* diteſcere properat, non
21 feret impune. Rationem habere
perſonarum nefas, et ob *z* fruſtum
22 panis peccat *a* homo. Feſtinat ad
opes homo ſordidus, et ignorat ſi-
23 bi venturam indigentiam. Qui
hominem reprehendit, maiorem
tandem gratiam inibit, quam qui
24 lingua blanditur. Qui patrem
matremue diripit, et peccatum eſ-
ſe negat, is *b* hominis perditi ſocius
25 eſt. Qui animo inſolens eſt, dis-
ſidium excitat: qui vero Iouæ
26 confidit, ſaginabitur. Qui animi
fidens eſt, veſanus eſt: qui ſapien-
27 ter ſe gerit, euadet. Qui paupe-
ri largitur, non egebit: qui *c* oculos
ſuos ſubtrahit, erit plane infortuna-
28 tus. Quum euehuntur impii, *d* la-
tent homines: quum iidem per-
duntur, multi ſunt iuſti.

CAPVT XXIX.

1 PErtinax et duræ ceruicis homo
de improuiſo frangetur inſa-
2 nabiliter. Pollentibus iuſtis,
gaudet populus: impio imperante
3 congemiſcit. Homo ſapientiæ a-
mator patrem ſuum exhilarabit:
qui vero meretrices alit, perdet
4 opes. Rex æquitate regionem
ſtabilit: ſed homo tributis indul-
5 gens eam euertit. Homo, qui
alteri adſentatur, eius greſſibus
6 obtendit rete. Peccatum viro
malo damnoſum eſt: iuſtus tri-
7 umphat lætus. Curat iuſtus te-
nuium cauſſam: impius nihil ha-
8 bet penſi. Nugatores homines
ciuitatem labefactant: ſapientes *e* i-
9 ram reprimunt. Vir ſapiens cum
homine ſtulto litigans, ſtomachan-
do, ridendo, nihil requietis habet.
Integrum virum oderunt ſangui- 10
narii: probi vero eius vitæ ſtu-
dent. Totum animum ſuum 11
promit ſtultus: ſapiens inpoſterum
reprimit. Dominatoris falſa ver- 12
ba attendentis miniſtri omnes ſunt
impii. Pauper et creditor con- 13
trarii ſunt, quorum amborum o-
culos Ioua perluſtrat. Regis ſo- 14
lium, qui tenuibus ex æquo ius
reddit, fixum erit in perpetuum.
Virga et caſtigatio ſapientiam con- 15
ciliat: laxatus puer pudore ma-
trem ſuam adficit. Quo plures 16
ſunt impii, eo plura ſunt ſcelera:
ſed iuſti videbunt eorum ruinam.
Corrige filium tuum, et te recrea- 17
bit, tibique conciliabit animi vo-
luptates. Vbi abſunt oracula, 18
profligatur populus: et qui legem
ſeruat, felix eſt. Verbis non e- 19
mendatur ſeruus, qui, tametſi per-
cipiat, non obſequitur. Vides 20
hominem oratione præcipitem:
maior eſt de ſtulto ſpes, quam de
iſto. Delicate nutritus a pueri- 21
tia ſeruus, ad extremum *f* erit filius
familias. Iracundus homo disſi- 22
dium excitat, et bilioſus multum
peccat. Hominem ſua deprimit 23
ſuperbia, et animi modeſtia glo-
riam conſequitur. Qui cum fu- 24
re participat, ſeipſum odit: per-
iurium audit, nec indicat. Ho- 25
mines formidare, detrimentoſum
eſt: qui vero Iouæ confidit, pro-
tegetur. *g* Dominantis conſpectum 26
requirunt multi: ſed a Ioua eſt
hominum iudicium. Et iuſtis 27
homines nequam, et impiis bene
morati ſunt inuiſi.

CAPVT XXX.

Dicta Aguris Iacæ filii, oraculum. 1
Ait

y) quo iure, qua iniuria. *z*) rem nihili. *a*) qui rationem habet perſonarum. *b*) homo eſt perditus. *c*) non reſpicit egentes. *d*) rari ſunt boni. *e*) ſupplicium. *f*) ſuperbiet quaſi ſit liber. *g*) principibus placere ſtudent, ſed Deo placere conuenit, a quo, non a principibus, iudicabimur.

2 AIt [h] vir Ithieli, Ithieli et Vchali:
equidem ſum hominum ſtupi-
disſimus, et humanæ pruden-
3 tiæ expers, neque ſapientiam
edoctus, aut ſcientiæ ſanctorum
4 peritus. Quis in cælum adſcendit,
et deſcendit? quis ventum pugnis
ſuis comprehendit? quis aquas ve-
ſte conſtrinxit? quis conſtituit o-
mnes fines terræ? quod eſt eius no-
men? aut quod eius filii nomen eſt?
5 ſi noſti. Omnis Dei ſermo explo-
6 ratus eſt, clipeus eo fretis. Noli
eius verbis addere, ne te redarguat,
7 et falſitatis conuincat. Duo a te
poſtulo, quæ mihi denegare noli,
8 antequam morior. Vanitatem
falſamque orationem a me remoue,
neque pauperiem mihi, neque di-
uitias dederis: paſce me meo ſtato
9 victu, ne aut ſatiatus ingratus
ſim, nec Iouam agnoſcam: aut e-
gens furer, Deique mei nomen pe-
10 ierem. Noli ſeruum apud domi-
num ſuum criminari, ne, illo te de-
11 teſtante, in crimen incurras. Sunt,
qui patres exſecrantur ſuos, neque
12 matribus benedicunt. Sunt, qui
ſibi videntur puri, quum non ſint
13 a ſuo ſtercore abluti. Sunt, qui
admodum arrogantes et elato ſunt
14 ſupercilio. Sunt, quorum den-
tes gladii, quorum genuini ſunt en-
ſes, ad inopes et pauperes come-
dendos, et ex terris et hominum
15 genere tollendos. [i] Sanguiſuga du-
16 as habet filias, cedo, cedo. Tria
quatuorue ſunt inſatiabilia, quæ
numquam dicunt esſe ſatis. Orcus,
contracta vulua, terra aquis inſa-
tiabilis, et ignis, qui numquam di-
17 cit esſe ſatis. Oculum, qui pa-
trem irridet, matriſque diſciplinam
ſpernit, [k] effodient fluuiales corui,
et aquilini pulli comedent. Tria 18
quatuorue ſunt ſupra captum me-
um, et ignota mihi: aquilæ veſtigi-
um in aere: ſerpentis veſtigium in
ſaxo: nauis veſtigium in mari: et
[l] viri veſtigium in puella. Talis 19
adulteræ feminæ mos eſt: [m] comedit,
et abſterſo ore ſuo negat, ſe ad-
miſisſe flagitium. Ob tria qua- 20
tuorue horret terra, nec ea ſuſti-
nere poteſt: regnantem ſeruum, 21
fatuum [n] cibo ſaturum, inuiſam nu-
ptam, et ancillam heræ ſuæ here-
dem. Quatuor ſunt in terris mi- 22
nima, quæ tamen ſapientia prædita
ſunt: formicæ, populus imbel- 23
lis, quæ tamen æſtate victum ſibi
comparant. Cuniculi, populus 24
imbecillis, qui tamen in rupibus
domum ſuam collocant. Locu- 25
ſtæ, quæ rege carentes, omnes ta-
men gregatim proficiſcuntur. A- 26
ranea, quæ manibus [o] carpit, et in
regiis degit palatiis. Tria qua- 27
tuorue ſunt, quæ magnifico ince-
dunt greſſu: leo beſtiarum for- 28
tisſimus, qui nullius occurſum vi-
tat: gallus [p] non elumbis: hircus, 29
et inuictus rex. Si quid per arro- 30
gantiam ſtultius aut flagitioſius fe-
ciſti, [q] os manu compeſce. Qui lac 31
premit, exprimit butyrum: qui na-
ſum, ſanguinem: qui iras, litem.

CAPVT XXXI.

Dicta Lamuelis regis, quo oraculo 1
eum ſua mater erudiuit.

QVid, mi gnate? quid vteri 2
mei gnate? quid exoptate
mihi gnate? Noli tuas im- 3
pendere facultates in mulieres, aut
tuum vitæ inſtitutum in [r] regum
perni-

h) ſcilicet Agur. i) ſimiles ſunt hirudini, quæ duo habet ora, quæ ſanguine ſatiari nequeunt. k) in crucem tolletur. l) ſi rem habuit cum puella. m) negat ſe ſtupratam: vt ſi quis, poſtquam comedit, os ſibi abſtergeat, et ſe comedisſe neget. n) diuitem. o) net. p) Heb. Gallus lumborum, hoc eſt non caſtratus: nam capo non incedit magnifice. q) nemini dicito. r) mulieres quæ ſunt regibus pernicioſæ.

4 perniciem. Non eſt regis, La-
muel, non eſt regis vinum, non eſt
5 principis temetum potare, ne
potus obliuiſcatur inſtituti, et ali-
cuius inopis hominis causſam euer-
6 tat. Detur pereunti temetum, et
vinum mærenti animo, vt potus
egeſtatem ſuam obliuiſcatur, ſu-
umque laborem iam non recorde-
7 tur. *s*Aperi os tuum muto in caus-
ſa omnium, qui *t* pertunduntur.
8 Aperi os tuum, iuſte iudica, et in-
opibus ac pauperibus patrocinare.
9 *u* Strenuam mulierem quis inueniat:
cuius pretium gemmas longe ſupe-
10 rat. Ei confidit ex animo mari-
tus, *x* nec cibariorum eſt indigus.
11 Ipſa de eo bene, non male meretur
12 per omnem vitam ſuam. Lanam
quærit et lina, et manibus libenter
13 operatur. Similis eſt mercatoriæ
nauis, victum ſuum procul adue-
14 hens. Surgitque de nocte, et fa-
miliæ ſuæ cibum, ancillisque pen-
15 ſum distribuit. Cogitat de fundo,
eumque comparat, et ſuarum ma-
16 nuum quæſtu pangit vineam; Sua
latera fortiter ſuccingit, ſuaque bra-
chia confirmat. Sentit, quam bo- 17
num ſit ſuum negotium, inexſtin-
cta noctu eius lucerna. Admouet 18
colo manus, fuſumque manibus te-
net. Manus inopi pauperique 19
præbet ac porrigit. Non metuit 20
ſuæ familiæ a niue, quippe quum
ſit omnis eius familia veſtita cocco.
Stragulam veſtem ſibi facit: lineum 21
purpureumque veſtitum habet.
y Conſpicuus eſt in curiis maritus e- 22
ius, dum ſedet in ciuium ſenatu.
Lintea facit ac vendit, et cingula 23
mercatoribus ſuppeditat. Præ- 24
clare et honeſte veſtita *z* futurum
tempus eludit. Os ſuum ſapien- 25
ter aperit, pietatis diſciplinam ha-
bens in lingua. Familiæ ſuæ ſta- 26
tum conſiderat, *a* nec pigritiæ cibo
veſcitur. Adſurgunt liberi, qui 27
eam beatam ferant: eius quoque
maritus eam laudat. Multæ fe- 28
minæ rem fecerunt: ſed tu eas o-
mnes transſcendis. Fallax gratia, 29
vana pulchritudo, mulier Iouæ me-
tuens laudabilis eſt. *b* Huic detur 30
manuum ſuarum fructus, eamque
in curiis ſua laudent opera.

s) inopum causſam age, qui pro ſe loqui neſciunt. *t*) iniuria adficiuntur. *u*) Hæc vsque ad finem ſcripta ſunt Hebraice ordine litterarum. *x*) abundat opibus domeſticis. *y*) textis ab ea veſtibus amatus. *z*) non metuit ne in poſterum veſtitu egeat. *a*) impigra eſt. *b*) laudetur vt meretur.

ECCLESIASTES,

HOC EST,

CONCIONATOR.

IN ECCLESIASTEM TOTVM ARGVMENTVM.

Rerum omnium vanitas, in copia, in ſtructuris. Rerum omnium ſua tempora. Inſontes. Obedientia. Vota. Iouana prouidentia. Auaritia. Opulentiæ moleſtia. Iræ diſcrimen. Vxor pertinax. Regis maieſtas. Arcana Iouæ ſacta. Sapientia quanta. Stultitia. Detractores. Rex puer. Maledicentia. Benignitas in egenos. Vitæ integritas. Dicta ſapientum. Qui tandem omnium finis.

CAPVT I.

Quanta ſit rerum leuitas. Concionatoris perſona ſtudiumque.

1 Dicta concionatoris, Dauidis filii,
Hieroſolymæ regis.
2 VANA vanitas, inquit conci-
onator: vana vanitas, o-
3 mnia ſunt vanitas. Quid
egregium conſequitur ho-
mo omni ſuo labore, quo
4 ſub ſole fungitur? Abit ætas,
et venit ætas, terra ſemper ſtante.
5 Oritur ſol, et occidit ſol, eodem-
6 que anhelat, vbi ortus eſt: abit
ad auſtrum, reuertitur ad ſeptem-
triones, circuit vndique peragrans
ventus, et in orbem reflectit ſe
7 ventus. Omnia flumina eunt in
mare, nec tamen plenum eſt mare:
ac quem in locum abeunt flumina,
8 eundem iterato repetunt. Res
omnes ſunt difficiliores, quam vt
eas posſit quisquam eloqui. Nec
oculus viſu ſatiatur, nec auris ex-
9 pletur auditu. Quod fuit, idem
futurum eſt: et quod factum eſt,
idem fiet, nec eſt quidquam ſub ſole
10 nouum. Eſt aliquid, quod tam-
quam nouum oſtentatur, quod ta-
men iam fuit priſcis temporibus,
quæ nos anteceſſerunt. Non eſt 11
priorum memoria, ſed neque po-
ſterorum, qui futuri ſunt, erit
memoria apud eos, qui porro futuri
ſunt. Ego concionator, qui rex 12
ſum Iſraelitarum Hieroſolymis,
quum animum adplicuisſem ad 13
quærendum ac ſapientia veſtigan-
dum, quidquid ſub cælo fit, (hanc
malam moleſtiam exhibuit Deus
humano generi, eius vexandi gra-
tia.) Conſiderandis rebus, quæ- 14
cumque ſub ſole fiunt, deprehendi,
esſe omnia vana et animum cruci-
antia, quum et deprauata ſint 15
inemendabilia, et defectus infiniti.
Cogitaui ego aliquando cum ani- 16
mo meo, me esſe magnum, et maio-
rem comparasſe ſapientiam, quam
vllum eorum, qui Hieroſolymis
ante me fuerunt, meque animo 17
multam habere ſapientiæ et ſcien-
tiæ cognitionem: ſed quum men-
tem adhiberem ad cognitionem
tum ſapientiæ, tum ſtultitiæ ac
veſaniæ, intellexi, id quoque esſe
animi moleſtiam. Nam in mul- 18
ta ſa-

ta ſapientia multum eſt tædium: et qui ſcientiam adquirit, dolorem adquirit.

CAPVT II.

In diuitiis luxus. In ſtructuris vanitas. Prudentis et imprudentis conditio.

1 QVum ſic mecum cogitarem: age circumfluam voluptatibus, fruarque bonis, deprehendebam, id quoque vanum eſſe:
2 riſum inſaniam adpellabam, et vo-
3 luptatem inutilem. Apud me decreui, corpori meo indulgere vinum, (mente tamen tractante ſapientiam,) et ſtultitiam capeſſere, donec viderem, vbi tandem ſitum eſſet hominum generi bonum, eis ſub cælo tamdiu perſequendum,
4 quamdiu vitam agerent. Magnifica opera feci, mihi domos ex-
5 ſtruxi, vineas conſeui, feci hortos et pomaria, et in eis omne ge-
6 nus fructuoſas arbores ſeui. Feci aquæ ſtagna, quibus irrigaretur con-
7 ſitum nemus arboribus. Emi ſeruos et ancillas, nec ſolum familiam habui, ſed etiam maiorem tum maiorum, tum minorum pecorum copiam, quam quiſquam eorum, qui
8 fuerunt ante me Hieroſolymæ. Argentum quoque et aurum congesſi, regumque et prouinciarum o-
9 pes. Comparaui cantores et cantatrices, et humani generis delicias, prægustatores atque ſcyphos, adeoque magnus euaſi, vt plus haberem, quam quiſquam eorum, qui fuerunt ante me Hieroſolymæ, et tamen ſapientiam meam retinerem.
10 Tum quidquid expetebant oculi mei, nihil eis denegabam, nec animum meum ab vlla voluptate abſtinebam, quo minus omni meo labore frueretur, atque hoc erat, quod omni meo labore conſequebar.
11 Verum quum intuerer in omnia, quæ manibus meis feceram, opera, inque laborem, quo in faciendo functus eram, inueniebam, omnia eſſe vanitatem ac animi moleſtiam, nec quidquam eſſe ſub
ſole excellens. Igitur quum me 12
ad conſiderandam ſapientiam ſtultitiamque ac veſaniam conuertisſem, (c nam quis hominum eſt, qui regem ſequatur eum, qui iam factus
eſt?) equidem animaduerti, tan- 13
to eſſe ſapientiam ſtultitia præſtantiorem, quanto lux tenebris ante-
cellit. Sapiens habet oculos in 14
capite, ſtultus autem in tenebris
ambulat. Sed hoc quoque ſcio e- 15
go, eumdem caſum omnibus euen-
turum. Itaque ſic mecum ratio- 16
cinabar: quum idem mihi quoque, quod ſtulto, ſit euenturum, quorſum me tandem tanto plus ſapere? atque hoc quoque vanum eſſe cum
animo meo ſtatuebam. Nam ſa- 17
pientis æque ac ſtulti non eſt æterna memoria, quum præterita pariter ac futura omnia mandentur obliuioni, et ſapiens iuxta ac ſtul-
tus moriatur. Itaque vitam odi: 18
adeo mihi diſplicent res, quæ ſub ſole fiunt, vtpote quum ſint omnes
vanæ et animo moleſtæ. Idem e- 19
go odi et omnia, quæ ſub ſole elaboraui, quæ ſim ſucceſſori meo
relicturus. Quis autem ſcit, ſa- 20
piens ne ſit, an ſtultus futurus, qui dominus futurus eſt omnium, quæ tanto labore ac ſapientia ſub
ſole comparaui? Quod etiam 21
vanum quum eſſet, eo me conuerti, vt animo auerſarer, quidquid labore et ſapientia ſub ſole quæſi-
ueram. Eſt enim non nemo, cu- 22
ius labor cum ſapientia, ſcientia officioque coniunctus eſt: qui homi- 23
ni, qui in eo non elaborauit, ſuas facultates tradit, id quod etiam vanum
et valde malum eſt. Quid enim iu- 24
uat hominem labor omnis et animi moleſtia, quam ſub ſole tolerat?
Quum ſit omne eius æuum labo- 25
rioſum, indignaque miſeria, adeo vt

c) nemo me, poſtea quam rex creatus ſum, ſapientia æquiparat.

vt ne nocte quidem quieſcat eius
mens? id quod etiam vanum eſt.
26 Nihil eſt in homine bonum, niſi
vt comedat et bibat, et in labore
ſuo ſibimetipſi voluptatem præſtet,
id quod etiam video diuinitus dari
(d quis enim plus quam ego come-
27 dat aut liguriat?) quippe qui ho-
minibus, qui ipſi placent, ſapien-
tiam, ſcientiam, voluptatemque
largiatur: improbis autem miſe-
riam imponat cogendi ac conge-
rendi, quæ dentur eis, qui Deo
28 placent. Hoc quoque vanitas eſt,
animique moleſtia.

CAPVT III.

Deus rebus omnibus tempus proprium conſtituens. Incertus mortalium finis.

1 * SVa cuique rei tempeſtiuitas
eſt, habetque tempus, quid-
2 quid ſub cælo libet. Eſt na-
ſcendi tempus,eſt et moriendi. Eſt
ſerendi tempus,eſt et ſata euellendi.
3 Eſt interficiendi tempus, eſt et ſa-
nandi. Eſt deſtruendi tempus, eſt
4 et conſtruendi. Eſt plorandi tem-
pus, eſt et ridendi. Eſt lugendi
5 tempus, eſt et ſaltandi. Eſt dis-
iiciendi lapides tempus, eſt et com-
portandi. Eſt amplexandi tem-
pus, eſt et abſtinendi ab amplexu.
6 Eſt quærendi tempus, eſt et perden-
di. Eſt cuſtodiendi tempus, eſt et
7 abiiciendi. Eſt conſuendi tem-
pus, eſt et disſuendi. Eſt tacendi
8 tempus, eſt et loquendi. Eſt a-
mandi tempus. eſt et odiendi. Eſt
9 belli tempus, eſt et pacis. Quid
eximium conſequitur, qui aliquid
10 agit, in eo quod laborat? Video,
quam miſeriam iniunxerit Deus
humano generi, eius torquendi
11 gratia. Omnia pulchre facit ſuo
tempore, qui etiam * in eorum cor-
da ita vitam indiderit, vt e a princi-
pio ad finem non inueniant homi-
nes, f quam rem faciat Deus. Scio, 12
nihil in eis eſſe bonum, niſi vt læ-
tentur et bene agant in vita ſua.
Et quidem, quod quicumque ho- 13
minum epulatur, et in omni ſuo
labore fruitur bonis, id Dei mune-
ris eſt. Scio, quidquid facit De- 14
us, id æternum eſſe, nec ei adden-
dum, aut de eo detrahendum eſſe:
facit autem Deus, vt metuatur.
Quod fuit, iam eſt: et quod futu- 15
rum eſt, iam fuit, repetitque Deus,
quod fugatum eſt. Præterea vi- 16
dens ego ſub ſole, loco iuris et iu-
ſtitiæ impietatem eſſe ac iniuſtiti-
am, cogito apud me, Deum et 17
iuſtos eſſe et iniuſtos iudicaturum:
nam aliquando omnium tempus
erit et libidinum et operum.
Apud me cogito, quod ad homines 18
attinet, eos diuinitus ita deſtina-
tos eſſe, vt beſtiæ eſſe videantur.
Nam eadem eſt hominis et beſtiæ 19
conditio: vt hæc moritur, ſic et
ille: eodemque ſpiritu præditus
eſt vterque, nec eſt, quo beſtiæ an-
tecellat homo, quum ſit vterque
vanus. Vterque eundem locum 20
petit: vterque ex humo ortus, v-
terque in humum reuertitur.
Quis ſcit, humani generis ſpiritus 21
an ſurſum adſcendat? aut beſtiæ
ſpiritus an ſubter terram deſcen-
dat? Itaque video, nihil eſſe 22
bonum, niſi vt lætetur homo in ſuis
operibus, nam hoc eſt, quod con-
ſequitur. Quis enim eum per- 23
ducat eo, vt videat, quid ſit poſt ſe
futurum?

CAPVT IIII.

In inſontes calumniæ. Superuacuus mortalium labor. Grauis in ſolitudine cura. Præſtans hoſtiis obedientia.

Rurſum

d) nemini plures quam mihi delicias largitus eſt Deus, quo fit, vt iudicare poſſim hoc Dei munus eſſe, quippe qui ſciam Deum auctorem eſſe meæ ſapientiæ, qua hæc quæſita ſunt, Vide Sap. 7. e) per omnem vitam ſuam. f) qua ratione faciat ea, quæ facit.

1 RVrſum videns ego tot iniurias,
quæ ſub ſole fiunt, et eorum,
qui opprimuntur, lacrimas,
quos nemo conſolatur, qui vi op-
primuntur, nemine conſolante,
2 præfero equidem mortuos, qui iam
obierunt, viuentibus, qui adhuc
3 vitam agunt, et vtriſque præpo-
no eos, qui nondum ſunt, qui qui-
dem malas res non videant, quæ
4 ſub ſole fiunt. Video item, o-
mnem laborem et actionis officium
eſſe mutuam hominum inter ipſos
inuidiam, quod etiam vanitas eſt et
animi moleſtia. Stultus *a* manus
ſuas complicat, et *b* ſuam ipſius car-
nem comedit. Præſtat pugillus
cum quiete, quam plena vtraque
vola cum labore et animi moleſtia.
Rurſum video quiddam ſub ſole
vanum, quod eſt aliquis ſolus,
nullum ſucceſſorem, ne filium qui-
dem aut fratrem habens, qui ta-
men nullum laborandi finem facit,
c oculo diuitiis inſatiabili, et *d* cui la-
boro ego, meum defraudans ge-
nium? id quod etiam vanum eſt,
et miſera miſeria. Præſtant vni
duo, quibus eſt bonum ſui laboris
præmium. Nam ſi ceciderint,
alter alterum adleuabit. At cum
ſolo male agitur, qui, ſi ceciderit,
non habet alterum, qui ſe attollat.
Adde, quod duo, ſi cubant, conca-
leſcunt: at vnus quo pacto cale-
ſcet? Et ſi vincatur vnus, reſi-
ſtent duo, nec celeriter abrumpi-
tur funiculus triplex. Præſtat
puer eruditus et ſapiens regi ſeni
atque ſtulto, qui iam neſcit edoce-
ri. Nam et ex carcere prodit,
qui regnet, et eſt, qui in regno ſuo
natus fiat pauper. Vidi mor-
tales omnes, qui ſub ſole verſan-
tur, *e* comitantes ſucceſſorem pue-
rum, qui patri ſucceſſurus erat,
adeo vt eum infiniti homines et 16
anteirent, et ſequerentur, non ta-
men gauiſuri, adeo hoc quoque
vanitas eſt, animique moleſtia.

CAPVT V.

Vota præſtanda. Iouana prouidentia. Inopum oppreſſio. Auaritia. Vexati ſecuritas. Locupletum curæ.

CVſtodi *f* pedes tuos, quum di- 1
uinam ædem adis, et accede
magis, vt audias, quam vt ve-
ſanorum victimas obmoueas, *g* qui
neſciunt, quantum mali faciant.
Noli temere ac celeriter verba aut 2
ore proferre, aut mente dictare
apud Deum: nam Deus in cælo eſt,
et tu in terris: quapropter vtere
paucis verbis. Nam et in multa 3
ſollicitudine ſomnium, et in mul-
tis verbis ſtulta vox interuenit.
Quum Deo votum nuncupaueris, 4
noli committere, vt non ſoluas:
nam *h* ſtulti accepti non ſunt: tu,
quod voueris, ſoluito. Satius eſt, 5
vt non voueas, quam vt voueas,
neque reddas. Noli *i* ore tuo vti in 6
tui ipſius noxiam: neue dixeris,
apud angelum imprudentia factum
eſſe, ne offenſus voce tua Deus ma-
nuum tuarum opus euertat. Nam 7
in multis verbis multa ſunt *k* ſomnia
atque vana: ergo Deum time. Si 8
pauperibus iniuriam fieri, et ius
æquumque violari videris in pro-
uincia, ne mirare licentiam: nam
l ſublimem ſublimior obſeruat, et
hos alii porro ſublimiores, omni-
umque in terra ſummus eſt ipſe rex
agri colendi. Qui pecuniam amat, 9
is pecunia inſatiabilis eſt: et qui
amat

a) piger eſt. *b*) famet. *c*) cupiditate, quoniam ea ex adſpectu naſci ſolet. *d*) prima perſona pro tertia, vt Prou. 23, 36. *e*) natus rex. *f*) gere te prudenter. *g*) impiorum ſacra Deum irritant. *h*) qui quod vouerunt non ſoluunt, id quod ſtultitiæ eſt. *i*) ſcilicet vouendo. *k*) inepta. *l*) quum tot ſint præfectorum in prouincia gradus, non mirum eſt, ſi rex prouinciæ, qui eſt omnium ſummus, non poteſt cauere, ne cui fiat iniuria.

amat opes, fructu caret, quod etiam
10 vanum eſt. Vbi multa ſunt bona,
multi ſunt, qui ea comedant, nec
aliud inde percipit eorum domi-
nus, quam oculorum ſuorum ad-
11 ſpectum. Dulcis eſt [m] laborantis
ſomnus, ſiue paruum ſiue multum
comederit: at [n] diuitem ſatietas dor-
12 mire non ſinit. Eſt miſerum viti-
um, quod ſub ſole video, diuitiæ,
quæ domino ſuo ſeruantur ipſius
13 malo, quæ quidem diuitiæ mi-
ſerrime pereunt, quum ille nihil
14 habiturum genuerit filium, et
quemadmodum egresſus eſt ex ma-
tris vtero nudus, ſic iterum redeat,
vt venerat: nec quidquam ex la-
bore ſuo tollat,quod ſecum auferat.
15 Id quod etiam miſerum vitium eſt,
quum prorſus, vt venerat, ſic dis-
cedat, nihil vtilitatis conſecutus,
16 qui laborauerit in ventum. Adde,
quod per omnem vitam ſuam ci-
bum capit in tenebris, multo cum
tædio, morbo atque ſtomacho.
17 Itaque quod bonum ego, quod pul-
chrum esſe video, hoc eſt, vt epule-
tur, et per omnem vitam in omni
labore, quem ſub ſole exantlat,
fruatur bonis ſibi a Deo donatis:
18 nam eæ ſunt eius fortunæ. Et
ſane cuicumque homini largitur
Deus diuitias et opes, eique pote-
ſtatem facit eas epulandi, et hac
portione ſua potiendi, ſuoque la-
bore fruendi, hoc diuini muneris
19 eſt. Nec enim multum recolit [o] vi-
tæ ſuæ tempus, Deo ei animi volu-
ptatem concedente.

CAPVT VI.

Tenacis diuitis ærumnæ. Sapientis et inſipientis paritas.

1 EST malum, quod ſub ſole video,
et quidem frequens apud ho-
2 mines, videlicet quod ali-
cui largitur Deus diuitias et opes et
gloriam, ita vt nulla re careat,quam
animo posſit expetere, nec eidem
poteſtatem dat Deus veſcendi illis,
ſed eis veſcitur alienus, id quod va-
num eſt, et miſerum vitium.
Si quis vel centum liberos gignat,
et per multos annos ætatem vitæ
ſuæ proroget, et idem non modo
adpetitum ſuum bonis non exſatu-
ret, verum etiam ſepultura careat,
dico, hunc deteriore conditione
esſe, quam abortum. Nam [p] hic
qui et nequidquam venit, et in te-
nebras abit, eiusque nomen tegi-
tur tenebris,et ne ſolem quidem vi-
dit aut nouit, quietior eſt, quam
ille. At ille, quamuis mille ite-
rumque mille annos vixerit, ſi bo-
nis fruitus non eſt, nonne eumdem
in locum abeunt ambo? Omnis
hominis labor eius ori ſeruit, et eſt
adpetentia inexplebilis. Nam
ſtulto ſapiens quid præſtat? quid
modeſtus, qui ſe ſcite gerit erga
mortales? Potior eſt [q] oculorum
adſpectio, quam [r] animi progresſio,
quod ipſum quoque vanitas eſt, et
animi moleſtia. Qui fuit, is iam
eſt nominatus, et, eum fuisſe ho-
minem, notum eſt, nec potuisſe
[s] cum fortiori ſe contendere. Quum
ſint igitur tot res, quæ vanitatem
augent,quid emolumenti conſequi-
tur homo? Quis enim nouit,
quid ſit homini bonum in vita, to-
to eius tam friuolæ vitæ tempore,
quod vmbræ ritu transſigit? Quis
vero homini indicabit, quid poſt
ipſum ſub ſole ſit futurum?

CAPVT VII.

Deſideria coercenda. Iræ furor vitandus. Omnium hominum impietas et peccatum. Vxoris malæ moleſtia. Maſculorum æquitas, mulierum improbitas.

POtius eſt bonum nomen, quam
bonum vnguentum, et dies
mortis

m) nam labor cibum conficit quamuis copioſum. n) quippe qui non laboret. o) ſuam miſeriam. p) abortus. q) bonum quod cernitur et adeſt. r) quod ſperatur. s) mortem effugere.

mortis, quam ſuus cuiusque na-
2 talis. Præſtat in lugubrem ire
domum, quam in epularem: in
eam, quæ cunctis hominibus finis
eſt, quam quæ vitam in eorum cor-
3 da inſinuat. Præſtat tædium ri-
ſui: nam *u* per vultus triſtitiam læta-
4 tur mens. Sapientum mens eſt in
lugubri domo, ſtultorum autem in
5 voluptaria. Præſtat obiurgatio-
nem audire ſapientis, quam ſi quis
6 cantionem ſtultorum audiat. Nam
qualis eſt ſpinarum ſub olla crepi-
7 tus, talis eſt ſtulti riſus. Atque
hoc quoque vanum eſt, quod de-
mentat *x* iniuria ſapientem, adi-
8 muntque dona mentem. Præſtat cu-
iusque rei extremum eiusdem prin-
cipio: præſtat animo lentus ſuper-
9 bo. Ne eſto animo irritabili:
nam irritabilitas *y* in ſtultorum ſinu
10 poſita eſt. Noli quærere, quid
ſit, cur ſuperiora tempora fuerint
meliora præſentibus: nam iſtud
11 parum ſapienter interrogas. Me-
lior eſt ſapientia, quam patrimo-
nium, et *z* ſolem cernentibus vtilior.
12 Nam in ſapientiæ et pecuniæ præſi-
dio hoc excellentior eſt ſcientia ac
ſapientia, quod vitam conſeruat ei,
13 qui eam habet. Adſpice Dei o-
pus, quod eiusmodi eſt, vt, quod
ipſe deprauat, nemo poſſit corrige-
14 re. Bono tempore ita esto in bo-
15 no, vt malum tempus ſpectes: ſi-
quidem vtriusque vicisſitudinem
fecit Deus eo conſilio, *a* ne quid in
16 eo deprehendat homo. Omnia
video in mea tam inani ætate: eſt,
qui innocens in ſua pereat innocen-
tia: eſt, qui nocens duret in im-
17 probitate ſua. Ne eſto nimis in-
nocens, neue nimium ſapias, ne
18 pereas. Ne nimium nocens, ne-
ue ſtultus eſto, ne moriare *b* non tuo
19 tempore. Expedit, vt hoc tene-
as, adeo vt hoc de manu non dimit-
tas: nam Dei metuens euadet o-
mnia, ſapientem decies magis 20
confirmat ſapientia, quam esſe in
republica principem. Nam ne- 21
mo in orbe adeo iuſtus eſt, vt ita re-
cte faciat, vt nihil peccet. Et- 22
iam ad omnia verba, quæ dicuntur,
noli animum adplicare, ne ſer- 23
uum tuum tibi imprecantem audi-
as, quippe quum tute tibi conſcius
ſis, te quoque ſæpenumero aliis
imprecatum esſe. Hæc omnia 24
tentaui ſapientia, conans ſapientiam
adipiſci: ſed ea procul abeſt a me.
Longius hoc abeſt, et altius de- 25
merſum eſt, quam vt inueniri poſ-
ſit. Equidem verſans animum 26
in ſciſcitanda, rimanda, veſtigan-
da ſapientia atque ratione, inque
diſcenda ſtultorum improbitate et
veſanorum inſania, inuenio ego
morte acerbiorem feminam, cu- 27
ius et mens retia ſunt atque casſes,
et manus vincula, quam quidem,
qui Deo carus eſt, euadit: qui au-
tem improbus, is ab ea capitur.
Ecce quid inuenerim, (inquit conci- 28
onator,) per ſingula rationem perue-
ſtigando, quam adhuc animo quæro,
nec inueni. *c* Virum vnum ex mil- 29
le inueni: ſed feminam in omni
feminarum numero non inueni.
Præterea ecce quid inuenerim, a 30
Deo homines factos esſe probos,
ſed ipſos *d* multas quæſiuisſe rati-
ones.

CAPVT VIII.

Erga regem, atque Iouam obſeruantia. Conatuum humanorum vanitas. Vitæ gaudia. Abdita esſe hominibus Dei opera.

QVis cum ſapiente conferen- 1
dus? et quis rerum explicatio-
nem nouit? Hominis ſapien-
tia eius vultum illuſtrat, et adimit

Vu 2 ferita.

u) triſtitiam ſequitur lætitia. *x*) munera quæ dantur, vt alicui fiat iniuria. *y*) ſtultorum eſt propria. *z*) viuentibus. *a*) vt ſciat nihil esſe in hac vita certi, ideoque ſit in omnem euentum paratus. *b*) ante iuſtum æui tempus. *c*) ſcilicet verum et dignum viri nomine. *d*) curioſitate ſua ſibi malum conflasſe, qui quid bonum malumue esſet, ſcire voluerint, guſtato illo fructu.

2 feritatem. Suadeo, vt regis os
obſerues, et diuini iuriſiurandi
3 rationem habeas. Ne temere *d* ab
eius præſentia recedito, ne in re
mala perſtato: nam quidquid ei li-
4 bet, facit. Cum regis dicto con-
iuncta eſt poteſtas, adeo vt ab eo
5 nemo facti rationem quærat. Qui
præceptum exſequitur, neſcit rem
malam: et tempus et ius nouit
6 mens ſapiens: nam quidquid li-
bet, id et tempus et ius habet: quo-
niam homo multis adficitur malis,
7 vtpote qui, quid futurum ſit, igno-
ret: nam futura quis ei ſignificet?
8 *e* Nec vento imperat homo, vt ven-
tum cohibeat, nec in diem mortis
habet poteſtatem, nec in bello ar-
bitrium, nec liberat impietas ſuos.
9 Hæc omnia vidi, et animum inten-
di in res omnes, quæ ſub ſole fiunt,
dum interim dominantur homines
alii in alios ad ipſorum malum.
10 Itidem vidi impios, qui ſepulti e-
rant, diſceſſerant, et ex *f* ſacro loco
abierant, * commendari in vrbe, in
qua ſic egiſſent, quod etiam vanum
11 eſt. Quia non celeriter editur in
maleficos exemplum, propterea
hominum generi plane eſt animus
12 malefacere. Sed quamuis centies
malefaciant improbi, et tamen du-
rent, ſcio, tamen fore bene reli-
13 gioſis et Dei metuentibus: impiis
autem non bene fore, nec eos ita
diu ætatem acturos, vt non ſit vm-
bræ ſimilis, qui Deum non reuere-
14 antur. Eſt quiddam vanum, quod
fit in terris, quod ſunt inſontes,
quibus accidunt digna ſontibus:
rurſumque ſontes, quibus accidunt
digna inſontibus: quod etiam va-
15 num eſſe dico. Itaque volupta-
tem probo, quod nihil eſt homini
ſub ſole boni, niſi vt epulis et vo-
luptati indulgeat, atque hoc ſaltem
labore ſuo in vita ſua teneat, quod
ei Deus ſub ſole conceſſerit.
Quum animum ad ſapientiæ cogni- 16
tionem adpuliſſem, et ad conſide-
randam miſeriam, quæ contingit
in terris, adeo *g* vt nec interdiu nec
noctu ſomnum ſuis videant oculis,
animaduerti, eiusmodi eſſe omnia
Dei opera, vt non poſſit homo 17
eorum rationem perueſtigare, quæ
ſub ſole fiunt, et quantumuis in
perquirendo laboret, non tamen
inueniat: et licet id diſcere ſtatuat
ſapiens, non tamen inuenire poſſit.

CAPVT IX.

Ignorans homo, quid ex meritis exſpectet. Finis omnibus vnus. Vitæ gaudia. Ignotus leti dies. Dignitas magna ſapientiæ.

NAm hoc totum in animo meo 1
agitaui ac perſcrutatus ſum,
iuſtos ac ſapientes eorumque
opera in manu Dei eſſe, adeo vt
h nec amorem homines, nec odium
norint, quum ſit eis plane perſpi-
cuum, eadem vſu venire cunctis.
Eadem eſt iuſti fortuna et iniuſti, 2
boni purique et impuri, ſacrifican-
tis et non ſacrificantis, boni et im-
probi, periuri et periurium refor-
midantis. Hoc in omnibus, quæ 3
ſub ſole fiunt, malum eſt: quod vt
eſt eadem omnium fortuna, ſic ha-
bent homines vitiis et inſania ple-
nos animos, dum viuunt, deinde
ad manes eunt. Etenim, (id quod 4
optandum eſt,) viuis omnibus ſpes
eſt: nam viuus canis præſtat leoni
mortuo. Siquidem ſciunt viui, 5
ſe morituros eſſe: at mortui nihil
ſciunt, nec ſupereſt eis præmium,
quippe deleta eorum memoria: et 6
amor et odium ac inuidia eorum
iam interiit, nec iam vllum habent
vmquam commercium cum eis,
quæ-

d) ab eo alieneris. *e*) non magis poteſt impietas impios tutari, quam homo ventis imperare, cet. *f*) Hieroſolyma. *g*) vt homines præ curis et miſeria non poſſint dormire. *h*) ex euentu iudicari non poteſt, quis Deo carus, quis inuiſus ſit, quum ſæpe et bonis male, et malis bene ſit, quumque omnibus æque moriendum ſit.

7 quæcumque ſub ſole fiunt. I, ve-
ſcere tuo pane lætus, et hilari men-
te bibe tuum vinum, poſtquam iam
8 accepta Deo ſunt opera tua. Ha-
be ſemper candidas veſtes, et vn-
guento delibutum caput ſine inter-
9 miſſione. Fruere vita cum dile-
cta tibi coniuge, quamdiu durabit
iſta inanis vita, quæ tibi ſub ſole
conceſſa eſt: quamdiu durabit, in-
10 quam, iſta vanitas. Nam iſtud
eſt, quod in vita conſequeris iſto
labore, quem ſub ſole pateris.
11 Quidquid tibi facere licebit, facito
totis viribus: nam nec opus, nec
ratio, nec ſcientia aut ſapientia eſt
apud inferos, quo tu diſcedis.
12 Rurſum video ſub ſole nihil, nec
celeritatem ad curſum conferre,
nec fortitudinem ad bellum, nec
ſapientiam ad victum, nec pruden-
tiam ad diuitias, nec ſcientiam ad
gratiam comparandam, ſed tempus
et fortunam omnibus interuenire.
13 Nam neque ſuum fatum norunt ho-
mines: vtque piſces fallaci reti, et
aues laqueo capiuntur, ſic homines
ipſi aduerſo tempore irretiuntur,
14 oppreſſi inexſpectato caſu. Hoc
quoque video ſapientiæ eſſe ſub ſo-
15 le, quæ apud me magni eſt. Eſt
paruum oppidum, et in eo homi-
nes pauci, quod adgreditur rex ma-
gnus, obſidetque, exſtructis aduer-
16 ſus id ingentibus machinis. In
eo reperitur vir ignobilis ita ſapi-
ens, vt oppidum ſua ſapientia libe-
ret, *i* quum eius ignobilis nemo me-
17 mor eſſet. Itaque dico ego, ſa-
pientiam viribus eſſe præſtantio-
rem, tametſi hominis ignobilis ſa-
pientia ſit contemta, nec eius ver-
18 bis obtemperetur. Sapientum
quieta dicta magis audiuntur, quam
clamor dominantis inter inſipien-
19 tes. Præſtat armis bellicis ſapien-
tia, et improbus vnus multum bo-
ni perdit.

CAPVT X.

Sapientis et inepti diſcrimen. Detractores occulti. A rege puero miſeria, felicitas a contrario.

Letales muſcæ odoratum vn- 1
guentum, paucula ſtultitia ſa-
pientiæ et gloriæ excellentiam
corrumpens turpificat. Sapiens 2
dextram, ſtultus ſiniſtram mentem
habet. Etiam in via ſtultus quum 3
ambulat, excors eſt, et ſe ſtultum
eſſe *k* fatetur omnibus. Si tibi ſuc- 4
cenſebit *l* rector, locum tuum ne de-
ſerito: nam tranquillum eſſe, ma-
gnis peccatis *m* medetur. Eſt quod- 5
dam malum, quod ſub ſole video,
quaſi a dominantis imprudentia
profectum: euehitur ſtultus ad 6
magnum faſtigium, quum diuites
ſedeant humiliter: vidi ſeruos in
equis, quum principes humi ſerui-
liter ambularent. Qui foſſam fo- 7
dit, in eam cadet: et qui ſæpem diſ-
ſipat, eum mordebit anguis. *n* Qui 8
ſaxa portat, in eis laborat: et qui
ligna findit, in eis æſtuat. Quem- 9
admodum, ſi obtuſum et impolita
ſuperficie eſt ferramentum, etiam
robuſtos fatigat, ita *o* præſtantiam
reddit efficacem ſapientia. *p* Ser- 10
pente, ſi non incantatus mordeat,
nihilo præſtantior eſt linguax. Sa- 11
pientis oratio gratioſa eſt: ſtultum
ſua labra perdunt. Eius orationis 12
et initium ſtultitia, et extremum
miſera veſania eſt. Quum ſtulti 13
multa verba faciant, neſciunt ho-
mines, quid ſit futurum, quidque
ſit eos ſecuturum, eſt eis incertum.
q Stultos ſuus fatigat labor, qui in 14
vrbem ire neſciunt. Miſeram te, 15
terra, quæ iuuenem regem, et
prin-

i) quum fuerit antea ignotus. *k*) palam facit. *l*) princeps, tranquillum te præbeto. *m*) veniam impetrat. *n*) grauia munia graui cum labore ſunt obeunda. *o*) vires ſine induſtria ſunt veluti ferrum ſine acumine. *p*) aſpidem innuit, de quo Pſ. 58. 5. *q*) qui rei gerendæ viam ignorat, is multum et fruſtra laborat.

principes habes [s] mane epulantes.
16 Felicem te, terra, cuius et rex canos
habet, et principes tempore cibum
capiunt, virium, non potationis
17 gratia. Pigritia vitiatur conti-
gnatio: et manuum inertia perpluit
18 domus. Ridendi cauſſa fit panis,
et vinum vitam exhilarat, et omnia
19 domat pecunia. [t] Ne per cogita-
tionem quidem regi maledicito,
20 nec in penetralis tui lecto diuitem
deteſtator: nam vocem aereæ fe-
rent aues, et rem enuntiabunt ali-
geræ.

CAPVT XI.

In egenos benignitas. Diuina prouidentia. Ad probitatem cohortatio.

1 IAce [u] tuum panificium in humo-
rem: nam diuturnitate tempo-
2 ris id inuenies. Imperti [x] vel
ſeptem aut etiam octo hominibus:
[y] neſcis enim, quid mali ſit futurum
3 in terris. [z] Quum plenæ ſunt nu-
bes, pluuiam effundunt in terram,
[a] et ſiue in auſtrum cadit ſiue in ſe-
ptemtriones arbor, quo loco cadit,
4 ibidem manet. [b] Qui ventum ob-
ſeruat, non ſerit: et qui ſpectat
5 nubes, non metit. Quomodo
ignoras, quod venti veſtigium,
qualia ſint in prægnantis vtero oſ-
ſa: ſic Dei opus ignoras, qui facit
6 omnia. Et mane ſemen tuum ſe-
mina, et veſpere ne remitte ma-
num, neſcis enim, hocne an illud
magis expediat, an vtrumque æque
7 bonum ſit. Et dulce lumen eſt,
et ſuaue oculis eſt videre ſolem:
8 ſed quamuis multos viuat annos
homo, et eos omnes cum voluptate,
ſi tamen meminerit, quam longa
futura ſit tenebrarum dies, quid-
quid obtingit, eſt vanum. Fruere, 9
iuuenis, adoleſcentia tua, et men-
tem tuam exhilara tua iuuenili æ-
tate, et animo tuo oculorumque
ſenſui ac libidini indulge: ſed ſcito,
futurum, vt te Deus ob iſta omnia
iudicio ſiſtat. Tolle ergo ex men- 10
te tua ferocitatem, et ex tuo corpo-
re ſcelus aufer: nam adoleſcentia
et imperitia vana eſt.

CAPVT XII.

Ioue perpetuo ſimus memores. Rerum omnium vanitas. Verborum grauiorum virtus. Quæ tandem omnium ſint partes.

ET memento creatoris tui, dum 1
iuuenis es, antequam veniant
mala tempora, accedantque an-
ni, quibus te delectari neges, ante- 2
quam [c] tenebreſcat ſol atque lux et
luna et ſidera, [d] redeantque poſt plu-
uiam nubes, tum quum [e] domus 3
cuſtodes trement, et nutabunt [f] mi-
lites, et ceſſabunt imminutæ [g] molæ,
et caligabunt [h] ſpectantes per mea-
tus, et claudentur [i] fores extrin- 4
ſecus, [k] cum exili ſonitu molæ, et
ſurgetur ad [l] auis vocem, et caſſæ
erunt omnes [m] muſicæ puellæ.
Quum etiam alta et illiſus in via 5
timebuntur, et [n] florebit amygdalus,
et [o] conuenient cicadæ, et peribit ad-
petitus, diſcedente homine in æter-
nam domum ſuam, et circumeunti-
bus in vico lugentibus. Antequam 6
[p] abrumpatur argentea catena, et
quaſſetur guttus aureus, et vrna
frangatur ad ſcatebram, et conquaſ-
ſetur ad foueam currus, redeatque 7
puluis

s) non ſobrios. t) multæ regum aures. u) ſere humido loco, hoc eſt liberalis eſto. x) multis. y) fieri poteſt, vt tu quoque aliquando egeas. z) dum abundas, largire. a) mortuus largiri non poteris, vt lapſa arbor iam nequit in quam velit partem ferri. b) qui ideo benigne non facit, quia futura ignorat, perinde facit ac ſi quis venti aut nubis metu ſerere aut meter dubitet. c) ſenio cæcutias. d) tibi caligantes lacriment oculi. e) manus. f) crura. g) dentes. h) lumina. i) labra. k) dentibus parum mandentibus. l) galli, hoc eſt, parum dormietur. m) inſtrumenta vocis. n) canities. o) ſtridula et querula vox. p) Hæc quatuor ego non intelligo.

puluis in terram, qualis fuerat, et
ſpiritus ad Deum redeat, qui eum
8 dedit. Vana vanitas (inquit con-
9 cionator) omnia ſunt vanitas.
Præterea, qua excellebat conciona-
tor ſapientia, docuit homines alia
ſcitu digna, et quæ perueſtigauerat,
elocutus eſt, multas componens ſen-
10 tentias. Studuit concionator in-
uenire placitura dicta et probam
veracium dictorum ſcripturam.
11 Sapientum dicta ſunt quaſi quidam
aculei, ſuntque collectores, ab vno
paſtore dati, quaſi quidam adfixi
ſtimuli. Ceterum, fili mi, edoctus 12
esto: faciendi tot libros nullus eſt
modus, et nimia anxietas corpus
fatigat. In ſumma, omnibus au- 13
ditis Deum metue, eiusque præce-
pta exſequere: nam hoc eſt omnium
hominum. Etenim *p* omne opus, 14
quamlibet occultum, ſiſtet ad iu-
dicium Deus, tum bonum, tum
malum.

CANTICVM CANTICORVM.

CAPVT I.

Chriſti et piorum cœtus dialogus. Inſectatores eccleſiæ domeſtici.

1 CANTICVM muſicum,
2 quod Solomonis eſt. Dis-
ſuauiare me tui oris ſua-
uio: nam tui amores ſunt
vino ſuauiores. Ad tuo-
3 rum ſuauium vnguentorum odo-
rem, (fuſum vnguentum eſt tuum
4 nomen,) te amant puellæ. Trahe
me poſt te: curremus, introducet
me rex in ſua conclauia, exſultabi-
mus de te lætantes, recolendo tuos,
quem probi amant, vino ſuauiores
5 amores. Fuſca quidem, ſed tam ve-
nuſta ſum, puellæ hieroſolymitanæ,
quam ſunt cedariana tabernacula,
6 quam ſunt vela ſolomonia. Ne
hoc in me ſpectate, quod fuſca
ſum, quoniam me ſol adſpexit: mei
germani mihi irati me vinearum
cuſtodem ſtatuerunt, quæ meam
7 ipſius vineam non cuſtodiui. In-
dica mihi tu, quem ex animo dili-
go, vbi paſcas, vbi ſtabules in me-
ridie; ne pro *q* velata habear apud
ſociorum tuorum greges. Si iſtud 8
neſcis, o feminarum pulcherrima,
egredere per balantum veſtigia et
paſce tuos hædos apud paſtorum
attegias. Equitatui meo inter 9
pharaonias quadrigas adſimilo te,
amica mea. Lepidulas habes in- 10
ter inaures genulas, inter monilia
collum. Inaures aureas tibi fa- 11
ciemus, vermiculatas argento.
Quamdiu rex eſt in ſuo complexu, 12
mea nardus ſuum reddit odorem.
Myrrheum ſertum eſt mihi meus a- 13
micus inter meas pernoctans mam-
millas. Vua *r* cypria eſt mihi meus 14
amicus ex vineis engaddienſibus.
O te formoſam, amica mea, o te 15
formoſam columbinis ocellis. O 16
te formoſum, amice mi, ah amœ-
num, ah vernantem noſtrum lectu-
lum, domus noſtræ tigna cedri- 17
na, laquearia noſtra pinea. Ego 18
flos ſaronius, ego roſa vallium.

p) Totius libri concluſio. Reddenda omnium ratio eſt, ſed in altera vita. Nam id in hac vita non fieri, demonſtratum eſt. *q*) meretrice, nam meretrices velantur. *r*) Eſt generoſum aliquod genus vuæ.

CAPVT II.

Chriſtus lilium, eccleſia roſa; vocem eius exaudiens. Ille idem columba.

1 QValis roſa inter ſpinas; talis
eſt amica mea inter feminas.
2 Qualis malus inter ſilueſtres
arbores; talis eſt meus inter iuue-
nes amicus, cuius in optata ſedeo
vmbra, cuiusque fructus eſt meo
3 dulcis palato. Introducit me in
cellam vinariam, et amoris velo
4 tegit. Suſtentate me laguncul[is],
ſubſternite mihi mala: nam amore
5 langueo. Siniſtram meo capiti
ſubiicit, et me dextra complectitur.
6 Obteſtor vos, hieroſolymitanæ fe-
minæ, per capreas et per ceruas
agreſtes, ne excitatum expergefa-
ciatis amorem, donec ei libebit.
7 Ecce vox aduenientis amici mei,
per montes et colles exſultim ſa-
8 lientis. Similis eſt amicus meus
9 capreæ aut hinnulo ceruino. En
is poſt noſtrum adſtans parietem
adſpicit per feneſtellas, per cancel-
los eminens, et ſurge, amica mea,
10 (inquit adloquens me meus amicus)
11 formoſa mea, et ades. Nam ec-
ce præteriit hiems, euanuit, abi-
it imber, adparent humi floſculi,
cantandi tempus adeſt, et vox tur-
12 turis auditur in noſtra patria: fi-
cus ſuos edit groſſulos, florentes-
que fragrant odore vites. Surge,
mea amica, mea formoſa, et ades.
13 Mea columbula in petræ foruli[s], in
cochleæ latibulis, ostende mihi tu-
um vulticulum, fac vt audiam tu-
14 am voculam: nam et voculam
venuſtulam, et vulticulum habes
15 lepidulum. Capite nobis vulpe-
culas, vulpeculas paruulas, vinea-
rum vaſtatriculas, quum noſtræ
16 florent vineæ. Meus amicus me-
us eſt, et ego eius, paſcentis in-
17 ter roſas. Dum adflet dies, et
fugiant vmbræ, reuertere ſimi-
lis tu, amice mi, capreæ, aut hin-
nulo ceruino, per montes ba-
thrios.

CAPVT III.

Eccleſia ſponſo adnexa. Coniugatorum canticum. Chriſti Solomo typus.

IN lectulo meo noctu quæro, 1
quem meus amat animus: quæ-
ro, nec inuenio. Age ſurgam, 2
et vrbem, vicos, fora perluſtrabo,
quærens, quem meus amat animus,
quem quæſitum non inueni. Na- 3
cta cuſtodes, vrbem perluſtrantes:
quem meus amat animus vidiſtis-
ne? Donec paullulum eos præ- 4
tergresſa, inueni, quem meus amat
animus, quem comprehendi, nec
dimiſi, quin eum in meæ matercu-
læ domum, in meæ cubiculum ge-
nitriculæ introduxerim. Obte- 5
ſtor vos, hieroſolymitanæ feminæ,
per capreas, et per ceruas agreſtes,
ne experrectum excitetis amorem,
quamdiu libebit ei. Quid eſt id, 6
quod exhalat ex ſilua quaſi quædam
fumi palmæ? ex ſuffitu myrrhæ at-
que turis, omnisque pulueris ſepla-
ſiarii? Ecce eius, ſcilicet Solo- 7
monis, cubile ſexaginta circumſe-
ptum militibus, Israelitarum fortiſ-
ſimis, qui cuncti gladios tenent, 8
rei militaris periti, ſuum quisque
enſem ad femur habentes contra
pauorem nocturnum. Auguſtale 9
ſibi fecit rex Solomo ex libaniis li-
gnis, cuius columnas fecit argen- 10
teas, ſolum aureum, purpuream
ſedem, eius medio amore inſtrato,
hieroſolymitanarum feminarum
gratia. Prodite, et ſpectate, ſioniæ 11
feminæ, Solomonem coronam ge-
ſtantem, qua eum ſua mater eius
ſponſaliorum et animi voluptatis
die coronauit.

CAPVT IIII.

Sine macula cœtus fidelium. In ſuos fauor ſeruatoris.

O Te formoſam, amica mea,
o te formoſam, quæ colum- 1
binos habes ocellos, cincin-
nulis interiectos; crines gregis ca-
pella-

pellarum ſimiles, ex monte Galaa-
do emicantium. Tui dentes ton-
ſas referunt ouiculas a lotione re-
centes, omnes gemelliparas, nulla
earum ſterili. Coccineæ vittæ ſimi-
lia ſunt tua labella: elegans orati-
uncula: malæ ſimiles putaminis
mali punici cincinnulis interpoſitæ.
4 Ceruiculam habes dauidicæ turris
ſimilem, propugnandi gratia con-
ſtructæ, mille clipeis, omnibus
militum pharetris ex ea dependen-
5 tibus. Duæ iſtæ mammillæ duos
exprimunt gemellos hinnuleos ca-
6 preæ, paſcentes inter roſas. Dum
adſpirat dies, et fugiunt vmbræ,
conferam me ad montem myrrhæ,
7 turiferumque collem. Tota bel-
la es, amica mea, experſque ma-
8 culæ. Mecum ex Libano, ſpon-
ſa, mecum ex Libano venies, de-
ſpiciens ex Amani vertice, ex Se-
niris et Hermonis vertice, ex leo-
num luſtris, et montibus tigrium.
9 Tu mihi cor vulneraſti, mea ſoror-
cula ſponſa: tu mihi cor vulneraſti
altero ocellorum tuorum, altera
10 comarum tuæ ceruiculæ. Quan-
to formoſiores habes mammulas:
mea ſororcula ſponſa, quanto pul-
chriores habes mammulas vino, et
vnguenta quibusuis odoribus fra-
grantiora? Fauo manant tua la-
bella, ſponſa, mellifluam habes
lactifluamque linguam, et veſti-
menta libanium odorem redolentia.
12 Concluſum pomariolum eſt, ſo-
rorcula mea ſponſa, concluſum po-
mariolum, obſignatus fonticulus.
13 Tua plantariola ſunt punicorum
viridariolum cum pomorum fru-
14 ctibus cypriis atque nardo: nar-
dus, crocus, calamus, cinnamo-
mus, cum omnibus libaniis arbori-
bus, myrrha, aloe, vna cum præ-
ſtantisſimis quibusque odoribus.
15 Fonticulus hortenſis, puteolus a-
quæ viuæ, et ex Libano ſcatentes
16 riuuli. Surge, aquilo, ades au-
ſter, adfla meos hortulos, fluant
eorum odores: intret meus amicus
in ſuos hortulos, et veſcatur pomo-
rum fructu ſuorum.

CAPVT V.

Ad bonorum communicationem inuitata ecclesia. Huius paupertas. Ad puellas ipſe ſponſus, et ad iſtum eædem.

VEnio in meos hortulos, ſoror- 1
cula mea ſponſa: decerpo me-
am cum odoribus myrrham:
comedo meum melle fauum: bi-
bo meum cum lacte vinum: com-
edite ſodales, potate, et amoribus
perfundimini. Ego dormio, vigi- 2
lante meo corculo: vox auditur
pulſantis amici mei. Aperi mihi, 3
mea ſororcula, mea amicula, mea
columbula, mea perfecta: nam et
caput rore, et capillos nocturnis
plenos guttulis habeo. Exui me- 4
am tuniculam, quo pacto eam in-
duam? laui meos pedes, quo pacto
eos inquinabo? Immiſit amicus 5
meus manum ſuam per foramen,
atque eo adfectu commota ſurrexi
ad aperiendum amico meo, mani-
bus digitulisque meis myrrha ma-
nantibus, per annulos peſſuli trans-
fluente. Aperui equidem amico 6
meo, ſed amicus meus ſeſe ſubdu-
xerat, quo loquente exanimata
eum quæſiui, nec inueni, nec mi-
hi vocanti reſpondit. Nacti me 7
cuſtodes, vrbem peragrantes, ver-
berarunt, vulnerarunt, multitiis
ſpoliarunt me cuſtodes murorum.
Obteſtor vos, hieroſolymitanæ fe- 8
minæ, ſi meum repereritis ami-
cum, vt ei ſignificetis, me amore
ægram esſe. Quis eſt iſte tuus 9
amator amicus? mulierum pulcher-
rima: quis eſt iſte tuus amator a-
micus, vt tu nos ſic obteſtere?
Amicus meus candidus et rubicun- 10
dus eſt, vexillarius legionarius.
Caput habet obrizo auro ſimile: 11
criſpam cæſariem coruo nigrio-
rem: oculos, quales ſunt colum- 12
barum, quæ [1] lacte lotæ manent a-

1) candidisſimæ.

13 pud plenos aquæ riuulos: ma-
las habet areolis odoriferis, turri-
culis vnguentariorum ſimiles:
labra fluentibus excellenti myrrha
14 roſis: manus ei teretes aureæ,
hyacinthis refertæ: venter py-
xis eburnea, ſapphiris operta:
15 crura columnæ marmoreæ aureis
baſibus innixæ: adſpectus Libani
ſimilis, cedris præſtantior: guttur
ſuauisſimum: denique totus eſt e-
16 legans. Is amicus, is amator
meus eſt, hieroſolymitanæ feminæ.
17 Quo iuit tuus amicus, mulierum
pulcherrima? quo ſe contulit tuus
amicus, vt eum conquiramus te-
cum?

CAPVT VI.

Seruatoris amor erga ſuos in cœtu ſancto. Vnica, perfecta, pacis amans eccleſia.

1 MEus amicus in hortum ſuum
deſcendit ad odoriferas are-
olas, vt in hortulis paſcatur
2 legendis roſis. Ego amici mei
ſum, et meus amicus meus eſt, qui
3 paſcitur inter roſas. Tu Tirſa
formoſior, amica mea, tu Hiero-
ſolyma venuſtior, tu agminibus
4 formidabilior. Auerte tuos ocel-
los ex meo conſpectu, qui me ſub-
5 limem tollunt. Tuus capillus
ſimilis eſt gregis capellarum ex
6 Galaado emicantium: dentes,
qualis ouicularum grex a lotione
recentium, quæ omnes gemellipa-
ræ ſunt, nulla earum ſterili.
7 Putamini punici mali ſimiles habes
genulas cincinnulis interſitas.
8 Quum ſint ſexaginta reginæ et o-
ctoginta concubinæ, et innumeræ
pediſſequæ: hæc vna mea columbu-
la, mea perfecta, hæc vna matercu-
9 læ ſuæ, hæc ſuæ genitriculæ lectiſſi-
ma eſt, quam videntes beatam præ-
dicant mulierculæ, quam reginæ
concubinæque laudant. Quæ eſt
10 iſta, quæ emergit vt aurora, luna
pulchrior, ſole præſtantior, agmi-
nibus formidoloſior? In nucum 11
viridaria deſcendi, vt fluuiaticas
viriditates, vt viderem, an flore-
rent vites, an florerent punicæ.
Inſcientem me reddidit animus 12
[s] meus Aminadabi quadrigarum ſi-
milem. Reuertere, reuertere, Su- 13
lamitha, reuertere, reuertere, quo
te ſpectemus. Quid Sulamitham 14
ſpectatis agminum choris ſimi-
lem?

CAPVT VII.

Eccleſiæ forma mirifica. Erga iſtam ſeruatoris amor.

QVam bella habes in ſoleis 1
veſtigia? puella nobilis. Fe-
morum tuorum vertebræ ſi-
miles ſunt monilium operis arti-
ficis egregii. Vmbilicus tuus 2
pocillum eſt tornatile, non carens
latice: venter aceruus tritici roſis
cinctus. Duæ iſtæ mammulæ vi- 3
dentur gemelli duo hinnuli capreæ.
Ceruicula qualis eburnea turricula: 4
ocelli ſtagna heſebonia apud Bath-
rabbim portam; naſus formam
habet turris libaniæ, ſpectantis Da-
maſcum verſus. Capitulum ha- 5
bes Carmeli ſimile: capituli capil-
los regiæ purpuræ fiſtulis vinctæ.
Quam formoſa, quam bella es, amo- 6
re delicatula. Iſta tua ſtatura 7
palmæ ſimilis eſt, mammæ vuis.
Volo per palmam adſcendere, et 8
eius ramos prehendere: et ſint ſa-
ne tuæ mammulæ tamquam vuæ
viteæ, narium odor tamquam ma-
lorum, et tuum guttur tamquam
vinum bonum, quod [u] amico meo
recte fluit, dormitantibus labellis
balbutienti. Ego ſum amici mei, 9
et ipſe viciſſim a me pendet. Ad- 10
es, amice mi, exeamus rus, in vil-
lis pernoctaturi. Mane viſemus 11
vineas, viſuri an germinauerint,
an flores explicauerint vites, an
flore-

s) velocisſimam. u) mihi, qui tuus ſum amicus; ſed balbutit hic dormitans amator, et amicæ voces imitatur.

loreant punicæ. Illic tibi meos
ndulgebo amores. Mandragoræ
eddunt odorem, et pro foribus
oſtris ſunt omnis generis poma
um recentia tum vetera, amice mi,
quæ tibi repoſui.

CAPVT VIII.

Eccleſia per Chriſtum docta, ſuſtentataque. In iſtam ſeruatoris amor. Eccleſia vinea eſt fructum ferens vberiorem.

VTinam [x] eſſes mihi quaſi fra-
terculus, qui meæ mammas
materculæ ſuxiſſes, quem e-
go nacta foris disſuauiarer, neque
tamen adficereris contumelia.
Te ego ducens introducerem in
meæ materculæ domum: tu me
doceres, ego tibi odoriferum vi-
num, ego ſuauem punici ſuccum
darem bibere: tu me tua ſini-
ſtra capiti ſubiecta meo, tua com-
plecterere dextra. Obteſtor vos,
hieroſolymitanæ feminæ, ne ex-
citatum expergefaciatis amorem,
quamdiu libebit ei. Quæ eſt iſta,
quæ ex ſilua proficiſcitur, amico
innixa ſuo? Sub malo te agitaui:
ibidem vbi te tua mater enixa,
vbi tua genitrix enixa fuit.
Admoue me tamquam ſigillum tuo
pectori, tamquam ſigillum tuo bra-
chio: nam tam potens eſt quam
mors amor, tam durus eſt cupido
(*feruor*) quam orcus: eius ſpicula
ſunt iouano inflammata igni. Non 7
aquæ multitudine exſtingui, non
fluuiis obrui poteſt amor, adeo vt
ſi quis vel omnes ſuæ domus fa-
cultates ob amorem impendat, ta-
men [y] deſpectui ſit. Eſt nobis par- 8
uula ſororcula, quæ mammulas
non habet: quid faciemus noſtræ
ſororculæ tum, quum de ea verba
fient? Si murus eſt, exſtruemus 9
in eo arcem argenteam; ſin foris
eſt, eam cedrinis compingemus ta-
bulis. Ego ſum murus, et meæ 10
mammulæ ſunt quaſi turriculæ:
ita ei videor pacis inuentrix. Vi- 11
neam habet Solomo in Baalhamo-
ne, quam vineam cuſtodibus ea le-
ge elocauit, vt ſinguli pro eius fru-
ctu mille penſitent argenteos.
Vinea mea, quam ob oculos ha- 12
beo, [z] mille tibi Solomo, et ducen-
tos eius fructus cuſtodibus. Quæ 13
ſedes in hortulis, attendunt focii,
fac vt tuam vocem audiam. Fuge, 14
amice mi, et capreæ ſimilis eſto, aut
hinnuleo ceruino, per montes odo-
riferos.

x) vtinam te poſſem quaſi fratrem ſine cuiusquam ſuſpicione deoſculari, ita vt nemo te propterea læderet. y) fruſtra laboret. z) ſcilicet argenteos pendet.

SOLO-

SOLOMONIS SAPIENTIA.

IN SOLOMONIS SAPIENTIAM ARGVMENTVM.

Ad Iouam, et æquitatem inuitatio De leto ſceleſtorum verba. Vera ſenectus. Impiorum iudicium. Piorum æquanimitas, ac merces. Deus perſonarum diſcrimen adſpernatur. Communis omnium ſors. Laus, gubernatio, fructus ſapientiæ. Solomo ſapientiam petens a Deo, Geſta in Iſraele per ſapientiam Iouana clementia, longanimitas. Noſcendi Iouam ratio. Idololatria. Iouana prouidentia. Idololatriæ initia, damna. Idololatrarum calamitates. Iouæ maieſtas in puniendis improbitatibus. Aegyptiorum damna a Ioua. Hebræorumque ſalus ex Aegypto.

CAPVT I.

Iouæ iuſtitia quærenda. Obtrectatio vitanda et mors.

1 AMATE iuſtitiam, rectores
orbis: este Domini ſtu-
dioſi, eum cum bonitate
et ſimplicitate animi quæ-
2 rentes: nam iis inuenitur,
qui eum non tentant, eisque patefit,
3 qui ei non diffidunt. Etenim pra-
uæ cogitationes alienant a Deo, ten-
tataque *a* potentia arguit inſipien-
4 tes: ſiquidem in malitioſum ani-
mum non intrat ſapientia, nec ha-
bitat in corpore peccatis obnoxio.
5 Sanctus enim diſciplinæ ſpiritus
fugit dolum, et ab imperitis cogita-
tionibus abigitur, et iniuſtitiæ ad-
6 uentu *b* confutatur. Humanus
enim ſapientiæ ſpiritus non ſinet
impunitum eum, qui verbis vtitur
maledicis, quippe quum eius et
c renum conſcius ſit Deus, et cordis
verus inſpector, et linguæ auditor.
7 Nam Domini ſpiritus orbem re-
plet, et omnia continens notitiam
habet vocis. Itaque qui iniuſta
loquitur, latere non poteſt, aut vl-
tricem vitare pœnam. Nam in
impii calumnias inquiritur, eius-
que dictorum auditio venit ad Do-
minum, ad eius coarguenda crimi-
na: ſiquidem vltrix auris audit
omnia, neque latet murmuris ſtre-
pitus. Cauete igitur murmur in-
utile, et a linguæ maledictis absti-
nete. Nam clandeſtinum dictum
non abit inaniter, et mentiens os
animum interimit. *d* Ne adfecta-
te mortem, errore vitæ veſtræ, ne-
ue perniciem arcesſite veſtris o-
peribus. Nam Deus mortem non
fecit, nec viuentium interitu dele-
ctatur: quum omnia creauerit, vt
esſent, fueritque mundi origo in-
columis, nullo infecta pernicioſo
veneno, nec regnante in terris orco.
Nam iuſtitia immortalis eſt *L*. Iniu-
ſtitia autem mortis eſt conciliatio.
G. Quam mortem impii manibus
et verbis arcesſunt, et amicam ar-
bitrantes contabeſcunt, et cum ea
fœ-

a) Deus potens. *b*) fugatur et homini inutilis redditur. *c*) adfectionum et cupiditatum. *d*) ne errate, aut peccate, quæ res vobis mortem adferat.

ædus ineunt, quippe digni, qui ſint
ius partium.

CAPVT II.

mpii de morte verba. In viros bonos conſilium.

DIcunt enim apud ſe non recte
ratiocinantes: breuis eſt et la-
barioſa vita noſtra, nec vllum
remedium eſt contra hominis inter-
itum, nec cognitus quisquam eſt
ab orco reuerſus. Nam et temere
nati ſumus, et poſthac erimus, per-
inde ac ſi non fuisſemus, vtpote
quum, qui flatus nobis in naribus
eſt, fumus ſit, et exiguam habea-
mus in cordis motione ſcintillam,
qua exſtincta, in cinerem redigetur
corpus noſtrum, et ſpiritus, ceu
inanis aer, diffundetur, et no-
men noſtrum tempore veniet in
obliuionem, nec quisquam me-
morabit opera noſtra, et præteri-
bit vita noſtra tamquam nubis veſti-
gium, et ſicut nebula radiis agitata
ſolis, et eiusdem calore grauata dis-
ſipabitur. Eſt enim æuum no-
ſtrum vmbræ transitio, neque re-
gresſum habet obitus noſter, nem-
pe ita concluſus, vt nemo reuerta-
tur. Quare, agite, fruamur bo-
nis præſentibus, et rerum natura,
(dum eſt iuuenta,) nauiter vtamur.
Vino pretioſo et vnguentis nos re-
pleamus, [e] neque nos prætereat flos
temporis: coronemur roſarum
calycibus, priusquam marceſcant.
L. Nullum pratum ſit, quod non
obeat noſtra luxuria: *G.* nemo
noſtrum noſtræ ſit exſors inſolen-
tiæ: vbique voluptatis indicia re-
linquamus, quoniam hæc conditio,
hæc noſtra ſors eſt. Pauperes in-
ſontes opprimamus, viduis ne par-
camus, neue longæuos ſenum ca-
nos reuereamur. Quin [f] noſtra vis
iuſtitiæ lex eſto: quandoquidem
quod infirmum eſt, inutile argui-
tur. Inſidiemur iuſto, quando- 12
quidem nobis eſt incommodus, et
noſtris aduerſatur operibus, nobis
peccatas in legem exprobrans, et di-
ſciplinæ noſtræ delicta culpans.
Dei cognitionem profitetur, et ſeſe 13
Domini natum nominat. Noſtra 14
cogitata coarguit, nobis vel adſpe-
ctu grauis, quippe quum eius vita
ſit aliis disſimilis, et dispar inſtitu-
tum. Pro adulterinis habemur 15
ei, abſtinetque a noſtro commer-
cio, tamquam ab impura re. Iu-
ſtorum exitum beatum prædicat, et
patrem gloriatur Deum. Videa- 16
mus, an ſit eius oratio vera, et,
quid ſit ei euenturum, experiamur.
Nam ſi iuſtus eſt Dei filius, ille ei 17
ſuccurret, eumque ex aduerſario-
rum manu liberabit. Contume- 18
lia cruciatuque eum exploremus,
vt eius modeſtiam cognoſcamus, et
de patientia iudicemus. Infami 19
morte eum condemnemus: ita e-
nim [g] ex ſuis ipſius verbis tractabi-
tur. Hæc cogitant, et falluntur. 20
Cæcauit enim eos ſua prauitas, nec 21
diuina arcana norunt, nec ſancti-
moniæ mercedem ſperant, neque
intemeratorum animorum præmi-
um perſpiciunt. Nam Deus ho- 22
minem ad immortalitatem creauit,
et ſuæ ipſius naturæ imaginem fecit.
Verum diaboli inuidia mors in 23
mundum intrauit, quam, qui ſunt
illius partium, experiuntur.

CAPVT III.

Martyrum beatitas, et ſtipendium. Improborum præmia.

AT iuſtorum animæ in manu 1
Dei ſunt, nec eos cruciatus at-
tingit. Videntur quidem in- 2
ſipientum iudicio mori, et putatur
malus eorum exitus, et discesſus
a nobis calamitoſus, quum ſalui
ſint.

e) neque fruſtra præterire patiamur amœnisſimam æui partem. f) ſic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas. g) adparebit, an ſit patiens et ad extremum beatus, quemadmodum prædicat.

3 ſint. Nam in hominum conſpectu
ſi cruciantur, eorum ſpes eſt im-
mortalitatis plena, et leuiter caſti-
gati magna bona conſequuntur.
4 Siquidem Deus eos explorat, et ſe
dignos inuenit: eos tamquam au-
rum in fornace explorat, et tam-
quam ſolidum ſacrificium acceptos
5 habet. Itaque, quo tempore ha-
bebitur eorum cura, effulgebunt,
et vt in ſtipula ſcintillæ diſcurrent.
6 Iudicabunt gentes, et populis im-
perabunt, regnante in eos Domino
in ſempiternum: quo qui freti
ſunt, ii verum intelligent, et fide-
7 les ei in caritate adhærebunt. Ete-
nim gratia et pax continget eius
piis, et eius electorum cura habe-
8 bitur. At impii dignas ſuis cona-
tibus pœnas dabunt, qui et Deum
neglexerint, et a Domino defece-
9 rint. Nam qui ſapientiam et di-
ſciplinam deſpiciunt, miſeri ſunt,
eorumque et vana ſpes eſt, et caſſi
10 labores, et opera inutilia. Eo-
rum et vxores amentes ſunt, et li-
beri nequam et genus exſecrandum.
11 Eſt enim felix ſterilis intemerata,
quæ flagitioſum cubile non nouit:
ea fructum conſequetur, quum ha-
12 bebitur animorum cura. Item
ſpado, qui neque crimen re ipſa
commiſit, neque contra Dominum
13 nequiter cogitauit. Dabitur enim
ei eximium fidei munus, et ſors in
14 Domini fano iucundiſſima. Bo-
norum enim laborum glorioſus eſt
fructus, et prudentiæ radix imper-
15 dita. At adulterorum liberi ſunt
imperfecti, et nefarii concubitus
16 progenies aboletur. Etenim ſiue
diutinæ vitæ ſunt, nihili fiunt, eſt-
que ad extremum eorum ingloria
17 ſenectus; ſiue celeriter moriun-
tur, nec ſpem habent, nec animad-
18 uerſionis tempore ſolatium. Si-
quidem iniuſti generis triſtes ſunt
exitus.

CAPVT IIII.

Piorum et impiorum ſtirps. Non ex ætate ſenectus, ſed ex prudentia. Prauorum iudicium. Iuſtorum finis.

POtior [h] eſt cum virtute ſterili-
tas, quum virtutis ſit immor-
talis memoria, quippe quæ et
Deo nota ſit, et hominibus, qui et
præſentem imitantur, et abſentem
deſiderant: quæ in mundo coro-
nata triumphat, [i] victo immorta-
lium præmiorum certamine. At 3
impiorum multigena multitudo
non peruenit ad frugem, nec ex
adulterinis propaginibus alte radi-
ces agit, neque ſolidum iacit funda-
mentum. [k] Licet enim ramis ad 4
tempus egerminet, tamen infirme
poſita concutitur ventis, et eorum
vi eradicatur, imperfecti circum 5
rami defringuntur, eorumque fru-
ctus inutilis, intempeſtiuus eſui, et
ad nihil idoneus eſt. Nam ex ne- 6
fariis concubitibus nati liberi ne-
quitiæ teſtes ſunt aduerſus parentes,
tum quum in eos inquiritur. [l] At 7
iuſtus, quamuis præmature obeat,
in quiete eſt: ſiquidem honeſta 8
ſenectus non temporis longitudine,
nec annorum numero metienda eſt:
quin hominibus canities prudentia 9
eſt, et ſenilis ætas intaminata vita.
Quum Deo placeret ille, amatus 10
eſt: et quum inter ſontes viueret,
ſublatus eſt: raptus, ne eius ſen- 11
ſum immutaret prauitas, aut ani-
mum fallacia deciperet. Faſci- 12
num enim vanitatis honeſta abolet,
et cupido vaga ſinceram mentem
immutat. Defunctus breui [m] longa 13
tempora compleuit, vtpote quum
Deo placeret eius animus, ideoque
properauit e medio malitiæ. Id 14
quod videns vulgus hominum, non
cogitat et animaduertit, hoc ipſum
beneficium et miſericordiam in il-
lius pios eſſe, et eius electorum
cauſſa fieri. Condemnat autem 15
mor-

h) Vide Eccleſiaſtici 16, 4. i) adepta certaminis immortalia præmia. k) Impiorum conditio. l) Piorum exitus. m) perinde eſt ac ſi diu vixiſſet.

mortuus iuſtus viuentes impios, et
n) iuuentus exacta celeriter longæ-
uam iniuſti ſenectutem. Viden-
tes enim ſapientis exitum, non a-
nimaduertunt, quid de eo ſtatue-
rit, et cur eum in tuto collocauerit
Dominus, ſed id videntes ſpernunt.
Verum deridebit eos Dominus, et
poſtea turpiter lapſi, æterna inter
mortuos adficientur ignominia.
Nam ille eos veſanos præcipites
franget, et a fundamentis conuellet,
ita vt funditus ſolo æquati, ſint in
dolore, perdita eorum memoria.
Vadent peccatorum ſuorum cogita-
tione pauidi, ſuisque ſceleribus co-
ram conuincentur.

CAPVT V.

Contra inſectantes piorum æquanimitas. Vana improborum ſpes. Iuſtorum præmia.

1 TVnc ſtabunt multa cum auda-
cia iuſti in eorum conſpectu,
qui eos presſerint, eorumque
2 labores labefactauerint: o) quo illi
viſo, graui metu percellentur:
3 et eorum inopina ſalute attoniti,
dicent apud ſe pœnitentes, et præ
4 ſpiritus anguſtia gementes: Hi
ſunt, quos nos aliquando riſui ha-
buimus, et contumelioſis dicteriis.
5 Dementes, qui eorum vitam puta-
uimus inſaniam, et exitum inho-
6 neſtum. Ergone diuis adnumera-
ti, ſanctorum conſortes ſunt?
7 Ergo nos a veri via deerrauimus,
neque nos iuſtitiæ lumen colluſtra-
uit, neque nobis ſol ortus eſt pru-
8 dentiæ. Pernicioſis iniuſtitiæ viis
plane incedentes, inuias peragra-
uimus ſolitudines, ignari domini-
9 cæ viæ. Quid nobis ſuperbia
profuit? quid diuitiæ cum arrogan-
10 tia contulerunt? Præterierunt
omnia illa tamquam vmbra, aut
prætercurrens nuntius: tamquam
nauis fluctuantem aquam perme-
ans, cuius elapſæ veſtigium inuenire
non eſt, aut meatus notam in flu-
ctibus. Aut ſicut auis aerem per- 11
uolantis nullum exſtat meatus indi-
cium: ſed verbere pennarum fla-
gellata leuis aura, et ſtridente vi
ſulcata, motis alis permeata eſt, nec
vllum deinde ſignum itineris exſtat
in ea. Aut vt coniecto ad ſcopum 12
telo ſectus aer protinus in ſeipſum
denuo coit, ita vt, qua illud trans-
ierit, neſciatur: ita et nos nati 13
defecimus, et virtutis ſignum nul-
lum ostendere valentes, in praui-
tate noſtra confecti ſumus. *L.* 14
Talia dicunt apud inferos, qui pec-
carunt. *G.* Nam impiorum ſpes 15
eſt, vt vento ſublata lanugo, vt ſpu-
ma tenuis agitata procellis, vt fu-
mus vento diffuſus, et vt hoſpitis
vnius diei memoria præterit. At 16
iuſti in perpetuum viuent, habent-
que in Domino poſitam mercedem,
eorum curam gerente Supremo.
Ideo regnum præclarum adipiſcen- 17
tur, et de Domini manu diadema
pulcherrimum: is enim eos ſua
dextra proteget, et *L.* ſancto *G.*
brachio defendet. Sumet arma- 18
turam ſuæ vehementiæ, et rerum
naturam armabit in hoſtium vltio-
nem. Induet iuſtitiæ loricam, et 19
aperti iudicii galeam veſtiet. Su- 20
met inexpugnabilem ſanctitatis cli-
peum, et ſeueram iram acuet in
enſem, ipſeque adeo mundus 21
vna cum eo dementes oppugnabit.
Ferentur collimantia iacula fulgu- 22
rum, et tamquam ex decenter cur-
uato nubium arcu in ſcopum deſili-
ent, ac ex lapidante furore grandi-
nes plenæ iacientur. Sæuiet in eos 23
aqua maris, et amnes exundabunt
acerrime: eis aduerſabitur vehe- 24
mens ventus, eosque procellæ mo-
re ventilabit, atque ita vniuerſum
orbem depopulabitur iniuſtitia, po-
tentumque ſedes euertet maleficen-
tia. *L.*

CAPVT

n) ſcilicet iuſta, et cum virtute coniuncta. o) Impiorum pœna.

CAPVT VI.

Ad principes cohortatio pro iuſtitia colenda, et ſapientia. Perſonarum rationem habens nullam Loua.

1 POtior eſt ſapientia, quam vi-
res, et vir prudens, quam po-
2 tens. *p G.* Quapropter audite,
reges, et attendite: diſcite, recto-
3 res finium terræ. Auſcultate, qui
multitudini imperatis, et vobis in
4 gentium turbis placetis. Vobis
ſane a Domino imperium, a Supre-
mo poteſtas eſt data, qui veſtra et
facta excutiet, et conſilia examina-
5 bit, quod quum esſetis eius re-
gni miniſtri, non recte iudicaue-
ritis, neque legem exſecuti fueritis,
neque vos gesſeritis ex Dei volun-
6 tate. Ille vos horribiliter et cele-
riter inuadet: nam in excellentisſi-
mos quosque ſeuerisſimum exer-
7 cebitur iudicium. Etenim infimi
venia digni ſunt: at in potentes po-
8 tenter animaduertetur. Nec enim
perſonam reformidabit Dominus
omnium: nec magnitudinem reue-
rebitur: quippe qui idem et paruos
fecerit et magnos, et omnium æque
9 curam agat. Potentes autem ve-
10 hemens quæſtio manet. Ad vos
igitur, o tyranni, verba facio, vt
diſcatis ſapientiam, neque delin-
11 quatis. Nam, qui ſancte ſancti-
moniam ſeruauerint, fient ſancti,
et qui eam didicerint, habebunt,
quo ſuam causſam defendant.
12 Quare ſtudete meis dictis, et erudi-
13 ri cupite. *q* Præclara eſt, et quæ
numquam marceſcat, ſapientia,
et facile a ſuis amatoribus cer-
14 nitur: et a quibus quæritur,
15 ab eis inuenitur. Vltro ſe cu-
pidis offert cognoſcendam, nec
eius causſa vigilanti laborandum
eſt: adſidentem enim foribus ſuis
16 inueniet. Nam de ea vel cogitas-
ſe, prudentiæ perfectio eſt: et qui
propter eam vigilauerit, cito ſecu-
17 rus erit. Nam ſe dignos ipſa cir-
cumeundo quærit, eisque per vias
comiter adparet, et omni ſtudio
occurrit. Eius enim initium eſt
verisſima diſciplinæ cupiditas: di-
ſciplinæ cura, caritas: caritas
autem eſt eius legum conſeruatio:
legum cura eſt integritatis confir-
matio: integritas Deo propinquum
facit: ita ſapientiæ cupiditas per-
ducit ad regnum. Quamobrem
ſi ſoliis et ſceptris, o tyranni popu-
lorum, delectamini, colite ſapien-
tiam, vt perpetuo regnetis. Quid
ſit autem ſapientia, et quomodo
orta, referam, nec vos arcana ce-
labo, ſed eius cognitionem a pri-
ma origine veſtigabo, palamque
faciam, neque veritatem præter-
ibo. Neque vero cum inuidia
tabidis verſabor, vt qui ſint exper-
tes ſapientiæ. Sapientum autem
multitudo ſalus eſt humani gene-
ris: et prudens rex eſt populi fir-
mamentum. Quapropter verbis
meis erudimini, et proderit vo-
bis.

CAPVT VII.

Omnium ſors vna manens. Sapientiæ laudationes.

SVm autem ego quoque mortа- 1
lis homo, ſimilis omnium, et
primigeno prognatus, ac in 2
matris aluo corpus conformatus:
decem menſibus, ex ſanguine ac ſe-
mine viri coagulatus, cum volu-
ptate comitata concubitum. Na- 3
tus autem communem aerem hauſi,
et in eiusdem naturæ terram dela-
pſus, primam vocem, æque ac o-
mnes, flebilem edidi, in faſciis edu-
catus atque curis. Nullus enim rex 4
aliud habuit naſcendi primordium,
eſtque vnus omnium in vitam in- 5
gresſus, et idem exitus. Pro- 6
pterea optanti mihi et oranti pru-
dentia data eſt, et ſapientiæ ſpiri-
tus obuenit, quam ego ſceptris et
ſoliis antepono, et diuitias, ſi 7
cum ea conferantur, nihil facio, ne-
que

p) Ad principes admonitio. *q*) Sapientiæ natura.

ue pretioſas gemmas cum ea com-
arandas duco. Nam omne au-
um cum ea collatum tenuis are-
ia eſt: et præ ea argentum pro luto
lucendum. Hanc ego ſupra va-
etudinem et formam amo, eam-
ue habere malo, quam lucem,
uippe cuius ſplendor ſit inexſtin-
ctus. Cum ea autem mihi cun-
cta ſimul bona, et eius opera im-
nenſæ diuitiæ euenerunt, qui-
bus omnibus delectatus, quod ho-
um auctor esſet ſapientia, quum
am horum matrem esſe ignoras-
ſem. Et ſedulo didici, et libera-
iter impertio, nec eius opes celo.
Nam is eſt inexhauſtus hominibus
heſaurus: quo qui vtuntur, ii cum
Deo coeunt in amicitiam, ob do-
ctrinæ dotes commendati. Mihi
uidem dedit Deus, vt ſententioſe
oquerer, et iis digna, quæ mihi
oncesſa ſunt, cogitarem: quippe
ui et ſapientiæ ſit auctor, et ſapi-
ntum moderator. Etenim in e-
us manu et nos ſumus et ſermo-
es noſtri, omniſque prudentia et
rtium peritia. Is enim mihi de-
lit rerum cognitionem verisſi-
nam, vt ſciam mundi ſtatum, et
lementorum effectionem. Prin-
cipium et finem et medium tempo-
um, ſolſtitiorum viciſsitudines,
t tempeſtatum mutationes, an-
orum orbes, et ſiderum ſitus,
t naturas animantium, et beſtia-
um animos, et ventorum impetus,
t ratiocinationes hominum, et
tirpium differentias, et radicum
vires: denique, quæcumque vel
occulta ſunt, vel aperta, noui, vt-
ote quum me omnium opifex do-
cuerit ſapientia. Ineſt enim in
ea ſpiritus ſagax, ſanctus, vnigenus,
multiplex, ſubtilis, agilis, expedi-
us, incontaminatus, clarus, inno-
xius, boni ſtudioſus, acutus, ine-
uctabilis, beneficus, humanus,
ixus, firmus, ſecurus, omnipotens,
omnia contemplans, et omnes
mentium puros tenueſque ſpiritus
obiens. Nam quouis motu mo- 24
bilior ſapientia omnia præ purita-
te penetrat, obitque. Eſt enim 25
quidam vapor diuinæ potentiæ, et
ſincera gloriæ omnipotentis efflu-
entia, quo fit, vt nihil in eam cadat
polluti. Eſt enim lucis æternæ 26
ſplendor, et intaminatum actionis
Dei ſpeculum, et imago bonitatis
eius. Et quum ſit vna, omnia 27
poteſt: et in ſeipſa permanens, o-
mnia renouat: et per ſæcula in
ſanctas animas migrans, Dei amicos
et vates efficit. Nihil enim amat 28
Deus, niſi ſapientiæ contuberna-
lem: nam ea ſole ſpecioſior eſt, 29
et omnem ſiderum compoſitionem
ſuperat, lucique comparata præ-
ſtantior inuenitur: ſiquidem il- 30
li ſuccedit nox: at ſapientiam non
vincit improbitas, quin ea ab ex-
tremo ad extremum valentior per-
tingat, et cuncta probe admini-
ſtret.

CAPVT VIII.

*Sapientiæ dignitas, in omnibus rebus gu-
bernatio, ſapientiæ fructus.*

HAnc ego a teneris adamans 1
quæſiui, et mihi ſponſam du-
cere ſtudui, eius pulchritudi-
nis amore captus. Ea generoſita- 2
tis eſt glorioſæ, Dei conuictu v-
tens, et omnium adamata Domino.
Eſt enim Dei ſcientiæ antiſtes, et 3
eiuſdem operum præſes. Quod 4
ſi diuitiæ res eſt in vita expeten-
da, quid ſapientia locupletius?
quæ efficit omnia. Quod ſi o- 5
peratur prudentia, quis ea in re-
rum natura magis eſt artifex?
Quod ſi quis iuſtitiam amat, iuſti- 6
tiæ labores virtutes ſunt. Tem- 7
perantiam enim edocet et pruden-
tiam, iuſtitiam et fortitudinem,
quibus nihil eſt hominibus in vita
vtilius. Sin quis multarum re- 8
rum peritiam expetit, hæc et an-
tiqua nouit, et futura coniicit:
ſermonum fallacias et obſcurarum 9

quæſtionum ſolutiones callet:
monſtra prodigiaque prænoſcit,
et temporum ac tempeſtatum e-
10 uentus. Hanc ergo mihi ad vi-
tæ ſocietatem adſciſcere decreui,
ſciens, mihi bona daturam conſi-
lia, et curarum ac doloris leni-
11 mento futuram, per quam et
gloriam apud vulgus, et honorem
apud ſeniores conſequitur iuuenis.
12 Acutus inueniar in iudicio et in
conſpectu potentum admirandus,
13 *L.* principibus me coram ſtupenti-
bus, *G.* qui me et tacentem mane-
bunt, et loquentem attendent, plu-
ribusque disſerente me manum
14 ori admouebunt. Per hanc con-
ſequar immortalitatem, et æter-
nam poſteris memoriam relin-
15 quam. Adminiſtrabo populos,
mihique gentes ſubiicientur, me
vel auditum horrendi metuent ty-
ranni, et vulgo bonus et bello for-
tis exſtabo: et in ea domum me-
16 am ingresſus, adquieſcam. Nihil
enim acerbitatis aut doloris habet
eius commercium atque conuictus,
ſed delectationem ac lætitiam.
17 Hæc apud me cogitans et animo
perpendens esſe in ſapientiæ co-
18 gnatione immortalitatem, inque
eius et amicitia iucundam delecta-
tionem, et manuum laboribus in-
exhauſtas diuitias, et collocutio-
nis exercitatione prudentiam, et
ſermonum communicatione clari-
tatem, conabar circumiens eam
19 mihi cooptare. Eram autem puer
bene natus, et bona indole prædi-
tus, quin etiam bonus ipſe inta-
minatum corpus nactus eram.
20 Sed intelligens, me non aliter illi-
us fore compotem, quam ſi Deus
dedisſet, (quod quidem erat pru-
dentiæ, ſcire cuius esſet benefici-
21 um,) interpellaui Dominum, eum-
que orans ſic toto corde locutus
ſum.

CAPVT IX.

Ad Iouam Solomonis oratio pro ſapientia obtinenda.

DEus patrie et miſericors Domine, qui cuncta tuo iusſu feciſti, tuaque ſapientia hominem fabricatus es, vt creatis a te rebus dominaretur, et orbem ſancte iuſteque adminiſtrans, recto animo judicium exerceret, da mihi adſectatricem ſolii tui ſapientiam, neue me ex tuorum cultorum numero reiicias, qui tuus ſum ſeruus, ancilla tua natus, homo infirmus, æui breuis, et iudiciorum legumque peritia minor. Quamuis enim ſit aliquis in hominum genere perfectus, abſente quidem iſta ſapientia, nihili eſt habendus. Tu me tui populi regem tuorumque liberum iudicem delegiſti: tu iusſiſti templum ædificari in ſacro tuo monte, et in vrbe tuæ habitationis aram, ad imitationem tui ſacri tabernaculi, quod iam olim præparaſti: et vna tecum operum tuorum conſcia ſapientia, quæ, quum mundum conderes, aderat, ſcitque, quid acceptum tibi, quid rectum ſit in tuis præceptis. Manda eam ex ſacris cælis, et a tuo glorioſo ſolio: mitte eam, vt mihi præſto laboret, intelligamque, quid tibi ſit gratum. (Nouit enim illa et perſpicit omnia,) quæ mihi in meis actionibus ita prudenter præeat, et in ſua gloria me cuſtodiat. Vt accepta ſint opera mea, tuumque populum iuſte adminiſtrem, et ſim mei patris ſolio dignus. Nam quis homo cognoſcat Dei conſilium? aut quis perſpiciat, quid velit Deus? Sunt enim mortalium cogitationes miſeræ, periculoſaque noſtra commenta: quippe quum mortale corpus animum grauet, obruatque mentem terreſtre vas, adeo vt vix multa cum cura contemplemur terreſtria, et, quæ ſunt in manibus, ægre inueniamus: tantum abeſt, vt cæleſtia quisquam perueſtigare posſit, aut conſilium tuum cognoſcere, niſi tu ſapientiam de-
deris

7 deris, ſanctumque tuum ſpiritum ex alto demiſeris, vt ita ter-
8 reſtrium mores corrigantur, et, quæ tibi grata ſint, doceantur homines, ſapientiaque conſeruentur.

CAPVT X.

Sapientiæ virtus, in impium vis. In deſertores ipſa ſapientia. Iuſti adflicti ſecuritas. Populi merentis in ſapientia quies. In Hebræos merita ſapientiæ.

1 HAec primigenium generis humani patrem ſolum creatum conſeruauit, et [a] a ſuo delicto
2 vindicauit, eique poteſtatem de-
3 dit in omnia dominandi. Sed ab ea quum irate defeciſſet [b] iniuſtus, pœnas ob interemtum fratrem capi-
4 tales dedit. Propter quem inundatam terram denuo ſeruauit ſapientia, in vili ligno iuſtum guber-
5 nando. Hæc inter improbitatis conſenſum gentium confuſarum iuſtum agnouit, et inculpatum Deo tutata eſt, ac vt erga filium animata
6 firmum conſeruauit. Hæc iuſtum pereuntibus impiis liberauit, elapſum ex demiſſo in quinque vrbes
7 incendio, quarum etiamnum nequitiæ teſtimonium perhibet fumans ſolum, et imperfectæ tempeſtiuitatis fructum edentes ſtirpes, et contumacis animæ monumen-
8 tum, poſita ſalis ſtatua. Nam, neglecta ſapientia, non ſolum detrimenta paſſi ſunt, dum honeſta ignorant, verum etiam veſaniæ reliquerunt in vita indicium, vt in quibus lapſi ſunt, in his ne latere quidem
9 poſſint. At ſapientia cultores ſu-
10 os ex laboribus liberat. Hæc profugum ob fratris iram iuſtum rectis deduxit viis, ei diuinum regnum oſtendit, ſanctorum cognitionem dedit, ſuppeditauit in ærumnis, et eius laboribus copiam ſuggeſſit,
11 per fraudem oppreſſo adfuit, eum
12 locupletauit, contra hoſtes conſeruauit, ab inſidiantibus tutata eſt, et ardui certaminis victorem præſtitit, vt intelligeret, omnium potentiſſimam eſſe pietatem.
Hæc venditum iuſtum non reliquit, 13
ſed a peccato defendit: cum eo 14
in antrum deſcendit, nec eum in vinculis deſeruit, eousque vt ei regni ſceptra attulerit, et in ſuos tyrannos poteſtatem mendacesque oſtenderit eius criminatores, et ei gloriam conciliauerit æternam.
Hæc pium populum inculpatamque 15
progeniem ab infeſta gente liberauit, ingreſſa in animum cultoris
Domini: formidandis regibus 16
cum miraculis ac oſtentis reſtitit:
piis laborum ſuorum mercedem 17
ſoluit: eos mirabili via duxit, eis et tegumentum interdiu, et ſideream
flammam noctu præbens. Eos 18
mare rubrum traduxit, et per va-
ſtas traiecit aquas, ac eorum ho- 19
ſtibus demerſis, ex imis emiſit vndis.
Itaque iuſti impios prædati, 20
tuum ſanctum, Domine, nomen cantarunt, et inuictam manum laudarunt vno conſenſu,
quandoquidem mutorum os ape- 21
ruit ſapientia, et infantium linguas reddidit expeditas.

CAPVT XI.

Erga Iſraelitas beneficia per ſapientiam. Fontes aquarum profuſi. Trepidi Iſraelitæ. Omnipotentia Iouæ, et in omnes clementia. Deus omnium animarum amator.

SVcceſſum dedit eorum operi- 1
bus: ſancti vatis opera iter 2
fecerunt per incultam ſolitudinem, et in inuiis locis tentoria fixerunt, aduerſariis reſtiterunt, hoſtes vlti ſunt. Quum te ſiti-
entes inuocaſſent, data eſt eis ex 3
rigida caute duroque ſaxo aqua, ſitisque remedium. Quibus enim
puniti ſunt eorum hoſtes, *L.* vide- 4
licet potionis penuria, iiſdem abundantes ipſi recreati ſunt, *G.* iiſdem

a) quoniam metuit Adamus Deum (quæ vera eſt ſapientia) non periit. b) Cainus.

dem in ſua penuria benigne donati
5 ſunt: quum quidem illi pro per-
ennis fonte fluminis, ſanguine cru-
ento perturbati ſunt, ad arguen-
dum de occidendis infantibus edi-
6 ctum: at his vberrimam aquam
præter ſpem dediſti, ostendens per
illam ſitim, quemadmodum *L.* et
tuos extolleres, et G. aduerſarios
7 punires. Quum enim rebus ad-
uerſis adficerentur, (quamquam
clementer caſtigabantur,) cognoue-
runt, quam iracunde pœnis cruci-
8 arentur impii. Siquidem hos
tamquam pater caſtigans probaſti:
9 De illis autem, tamquam rex ſeue-
rus, damnatis ſupplicium ſumſiſti.
10 Et abſentes autem et præſentes æ-
que torquebantur, duplici dolore
correpti, et præteritorum memoria
11 gementes. Quum enim audirent,
dum ipſi cruciantur, illis benefieri,
12 ſentiebant Dominum. Quem e-
nim expoſitum olim abiectumque
13 deridentes repudiauerant, eum-
dem in extremo rerum euentu ad-
mirati ſunt, quum ſiti longe alia,
14 quam iuſti, laborarent. Pro veſa-
nis autem improbisque eorum
cogitationibus, quibus decepti bru-
tos ſerpentes, vileſque beſtias cole-
15 bant, tu eis brutorum animalium
multitudinem vltionis cauſſa im-
miſiſti, vt intelligerent, per quæ quis
16 peccat, per eadem puniri. Nec
enim nequibat omnipotens manus
tua, quæ mundum ex informi ma-
teria condiderat, illis immittere
vrſorum multitudinem, aut auda-
ces leones, aut noui generis furore
plenas ignotas beſtias, aut igniuo-
mum ſpirantes flatum, aut fumi
crepitum efflantes, aut horrendis
per oculos ſcintillis fulgurantes,
17 quarum non ſolum noxa illos con-
ficere poſſet, verum etiam adſpe-
18 ctus perterritos perdere. Adde,
quod ſine his vno flatu deiici pote-
rant, vrgente pœna, adflatu potentiæ
19 tuæ ventilati. Verum omnia mo-
do numeroque et pondere tempe-
raſti. Nam multum poſſe tibi 2
ſemper licet, et inuicti roboris bra-
chium habes. Siquidem tibi per- 2
inde eſt vniuerſus orbis, ac ſtateræ
momentum, aut matutina gutta
roris, ad terram delapſa. Sed 2
omnium miſereris, qui omnia pot-
es, et hominum peccatis ignoſcis,
vt redeant ad frugem. Amas enim 2
res omnes, nec eorum quidquam
inuiſum habes, quæ feciſti: nihil 2
enim feciſſes, ſi quid odiſſes: ne- 2
dum, vt poſſit aliquis, inuito te,
manere, aut iniuſſu tuo conſeruari.
Parcis autem omnibus, quoniam tua 2
ſunt, amator animarum, Domine.

CAPVT XII.

Spiritus in cunctis. In priſcos impios Ioua. Nemo facti iouani repoſcens rationem. Deus vnicus, caſtigans et ſuos, acrius etiam alienos. Contumacium calamitates.

NAm incorruptus iſte ſpiritus 1
ineſt omnibus, per quem 2
delinquentes paullatim arguis,
et eorum, in quibus peccant, ſub-
monens, caſtigas, vt liberati vitiis,
tibi fidem habeant, Domine. Et- 3
enim priſcos illos tuæ ſacræ terræ
habitatores exoſus, quod deterrima
veneficiorum facinora, nefariaque
ſacra facerent, liberumque cæ- 4
ſores immiſericordes et cruentas
ſceleroſaſque dapes eorum, qui hu-
manorum corporum viſcera veſce-
bantur, et fanaticos ſacerdotes, 5
et parentes *c* indefenſarum anima-
rum interfectores interficere vo-
luiſti per maiores noſtros, vt di- 6
gnam Dei cultorum coloniam acci-
peret tellus, omnium apud te hono-
ratiſſima. Sed tamen *d* illis, vt ho- 7
minibus, pepercisti, miſiſtique 8
exercitus tui præcurſores veſpas,
quæ illos paullatim profligarent,
non quia non poſſes acie impios 9
iuſtis in poteſtatem tradere, aut
feris

c) ſuorum liberorum. *d*) Chananæis.

feris beſtiis, aut ſeuero iusſu ad
10 vnum delere: ſed quo paullatim
puniendo, locum dares pœnitentiæ,
non ignorans, eos natura nequam
esſe, et eis innatam vitioſitatem,
nec vmquam eorum mentes mutatum iri, quippe qui proſapia forent
11 iam a principio deuota. Neque
vero cuiusquam metu veniam pec-
12 catorum illis dabas. Nam quis a
te facti rationem exigat? aut quis
tuo decreto reſiſtat? Quis te ob
abolitas gentes, quas tu feceris, ac-
cuſet? aut quis ſe tibi vindicem
opponat, iniuſtorum hominum
13 gratia? Nec enim Deus eſt quis-
quam, præter te, cui omnia ſunt
curæ, vt *e*) ostendas, te non inique
14 puniuisſe: neque rex vllus aut
tyrannus oculos contra te attollere
audeat pro iis, quibus pœnas irro-
15 gaueris. Sed iuſtus quum ſis,
iuſte adminiſtras omnia: et non
meritum pœnas condemnare, alie-
16 num iudicas a tua potentia. Nam
tuæ vires iuſtitiæ caput eſt: et quod
omnibus dominaris, id ipſum facit,
17 vt parcas omnibus. Vires enim
ostendis, dum non crederis esſe
perfecta potentia, et ignarorum au-
18 daciam refellis. Tu vero poteſta-
tis arbiter ex æquo iudicas, et mul-
ta cum indulgentia regis nos: quip-
pe quum tibi, quum velis, posſe
19 liceat. Verum talibus factis po-
pulum tuum docuiſti, eum, qui ſit
iuſtus, humanum esſe oportere: et
bonam ſpem tuis natis feciſti, te in
peccatis locum dare pœnitentiæ.
20 Si enim cultorum tuorum hoſtes,
et mortem commeritos, tanta cum
moderatione atque admonitione
vltus es, et tempore et loco dato,
quo recederent a vitiis, quanta cum
21 diligentia regis tuos natos? quo-
rum maioribus tot bona per ius-
iurandum et fœdera promiſeris.
22 Nos igitur ſi caſtigas, hoſtes no-
ſtros millies grauius cædis, vt bo-
nitatem tuam conſiderate perpen-
damus; et quum punimur, miſeri-
cordiam exſpectemus. Itaque et 23
inſanam vitam degentes iniuſtos
per ſua ipſorum ſcelera cruciaſti.
Nam per erroris vias longius er- 24
rauerant, deos arbitrando anima-
lia etiam apud hoſtes infamia, inſi-
pientum infantium more decepti:
ideoque, ceu pueris ratione caren- 25
tibus, pœnam ad contumeliam ir-
rogaſti. Quumque illi reprehen- 26
ſionis contumelia non corrigeren-
tur, dignum Deo ſupplicium ſenſe-
runt. Nam per ea, quæ inuiti 27
perpesſi ſunt, cum *f*) iis ipſis rebus,
quas deos esſe putabant, torqueren-
tur, cognouerunt, quem olim ſe
nosſe negauerant, verumque agno-
uerunt Deum: et idcirco extremo
ſupplicio adfecti ſunt.

CAPVT XIII.

Mortalium leuitas, Deum ignorantium infelicitas ex idololatria. Deaſtrorum cultores increpati. Idololatriæ principia, fructus pernicioſi.

ETenim natura vani ſunt omnes 1
homines, in quibus ineſt igno-
ratio Dei, quippe ex adſpecta-
bilibus bonis non posſunt eum, qui
eſt, cognoſcere, nec conſiderandis
operibus opificem agnoſcunt: ſed 2
aut ignem, aut flatum, aut perni-
cem aerem, aut aſtrorum orbem,
aut violentam aquam, aut cæli lu-
minaria arbitros mundi deos esſe
putant. Quorum ſi pulchritudine 3
delectati deos arbitrantur, cogno-
ſcant, quanto horum Dominus ſit
præſtantior, quandoquidem ea con-
didit primus generator pulchritudi-
nis. Sin autem potentiam et effi- 4
caciam admirati, intelligant ex eis,
quanto potentior ſit eorum condi-
tor. Siquidem ex magnitudine et 5
pulchritudine rerum creatarum
collatus iis earum creator ſpecta-

e) illi Deo rationem reddas, *f*) a beſtiis ac aliis, quæ ſequenti capite declarantur.

6 tur. Quamquam g hi minus repre-
7 hendendi ſunt. Nam fortaſſe De-
um quærentes, et inuenire volen-
tes errant: ſiquidem in eius operi-
bus verſantes, ſcrutantur, et ad-
ſpectui obtemperant, quoniam,
quæ cernuntur, pulchra ſunt, tam-
8 etſi ne hi quidem venia digni. Si
enim tantum cognoſcere valuerunt,
vt potuerint mundi cognitionem
pertingere, huius Dominum, qui
ſit, vt citius non inuenerint?
9 Sed infelices ſunt, et ſpes in rebus
mortuis ſitas habent ii, qui deos
vocant humanarum manuum ope-
ra, aurum et argentum arte fabrefa-
ctum: et animalium ſimulacra, aut
ignauum ſaxum, antiquæ manus
10 opus. Aut ſi quis faber materia-
rius, ſucciſa aliqua arbore tracta-
bili, omnem circa corticem ſcite
deſtrinxit, et eleganti arte fabrica-
tus eſt idoneum vas ad vſum vitæ;
11 reiectanea autem operis parando
cibo conſumſit ad ſatietatem.
12 Tum illorum reciſamentum ad ni-
hil accommodum, tortuoſum, ra-
misque nodoſum truncum ſumſit.
13 Et per otium diligenter ſculpſit, et
vacans perite formauit, ac hominis
effigie figurauit, aut animalis cu-
iuspiam vilis ſimile fecit, ac illito
minio atque fuco, id rubro colo-
14 rauit, et, omni in eo obducta ma-
cula, facta ei digna ipſo ædicula,
id in pariete collocauit, ferroque
15 firmauit, ac, ne decideret, pro-
ſpexit ei: ſciens, illud ne ſeipſum
quidem adiuuare poſſe, quippe
16 imaginem, et opis indigum. De-
inde illud pro poſſeſſionibus, pro
nuptiis liberisque ſuis orare non
erubeſcit, inanimum adloquens.
17 Ac pro valetudine quidem imbecil-
lum inuocat: pro vita mortuum
interpellat: pro auxilio ei, quo
nihil eſt magis mutilum: pro iti-
nere ei, qui ne greſſu quidem vti
18 poſſit, ſupplicat, de quæſtu de-
nique, de actione, de manuum ſuc-
ceſſu ab ignauiſſimo petit manibus
nauitatem.

CAPVT XIIII.

Idololatriæ initia, vanitas, pernicies. Idolum, et eius faber abominandus.

Rurſus nauigationem adornans 1
aliquis, ferasque permeaturus
vndas, lignum eo ipſo, quo
vehitur, vitioſius implorat. h Il- 2
lud enim quæſtus auiditas excogita-
uit, artifex ſapientia fabricauit,
et tua, pater, prouidentia guber- 3
nat: quippe qui per mare et vndas
viam iterque tutum dederis, os- 4
tendens, poſſe te quidem omnino
conſeruare, etiamſi quis ſine arte
conſcenderit: ſed nolle opera ſapi-
entiæ tuæ eſſe otioſa. Hanc ob 5
rem perexiguo ligno credunt ho-
mines vitam ſuam, fluctusque tra-
iecti nauibus euadunt. Et quidem 6
iam primum i pereuntibus ſuperbis
gigantibus, mundi ſpes perfugio na-
uium reliquit ſæculo ſemen gene-
ris, tua gubernata manu. Felix 7
enim lignum eſt, per quod iuſte fit:
at manufactum deteſtabile eſt tum 8
ipſum, tum eius fabricator: hic,
quoniam fecit: illud, quoniam,
quum ſit interiturum, Deus nomi-
natur. Nam æque inuiſa ſunt 9
Deo et impius, et eius impietas:
etenim opus vna cum opifice punie-
tur. Itaque etiam in ſimulacra 10
gentium animaduertetur, quo- 11
niam in opificio Dei ad nefas fiunt,
et ad humanarum animarum detri-
menta, et ad dementium pedes illa-
queandos. Siquidem ſcortandi 12
caput, et vitæ corruptela eſt ſimula-
crorum excogitatio atque inuentio.
Nam nec olim erant, nec perpetuo 13
erunt: quippe hominum ambi- 14
tione introducta ſunt in mundum,
ideoque pernix eius finis eſt deſti-
natus.

g) Leuius peccant, qui Dei opera, vt ignem, vt aquam colunt, quam qui ſimulacra. h) artem nauigandi. i) ſcilicet diluuio,

natus. Quum enim quidam pater immodico luctu ſublati permature filii angeretur, imagine facta mortuum tunc hominem iam vt Deum honorauit, ſubditisque ſuis ſacra ac cærimonias tradidit. Deinde tempore roborata impia conſuetudo, pro lege ſeruata eſt, et tyrannorum imperio colebantur effigies: ac quos coràm venerari non poterant homines, quod procul habitarent, eorum procul remotam faciem exprimentes, conſpicuam venerandi regis imaginem fecerunt, vt abſenti perinde ac præſenti ſtudioſe adularentur. Ad cultus autem intentionem etiam imperitos pellexit artificis ſtudium. Is enim forte dominanti placere volens, elaborauit arte ſimilitudinem pulchrius. Vulgus autem operis venuſtate adlectum, quem modo vt hominem honorarat, mox numen exiſtimauit: atque hoc vitæ fuit damnoſum, quod calamitati aut tyrannidi ſeruientes homines, nulli communicandum nomen ſaxis et lignis impoſuerunt. Iam vero non ſatis erat, circa Dei cognitionem errare, niſi in magno ignorantiæ bello viuentes tanta mala pacem adpellarent. Aut enim liberorum immolationis ſacrificia, aut clandeſtinos ritus, aut inſanas ex aliis ritibus bacchationes agitando, neque vitam iam, neque connubia tuentur munda, ſed alius alium aut per inſidias interficit, aut adulterando angit: denique omnia paſſim occupat ſanguis, cædes, furtum, fraus, corruptela, perfidia, tumultus, periurium, perturbatio bonorum, beneficiorum obliuio, animorum labes, generis ſuppoſitio, connubiorum confuſio, adulterium, ac impudicitia. Nam infandorum ſimulacrorum cultus omnis mali origo, et cauſſa, et finis eſt. Aut enim inſane lætantur, aut falſa vaticinantur, aut viuunt
iniuſte, aut facile peierant, vt- 27
pote qui inanimatis confiſi ſimulacris, falſum iusiurandum ſibi fraudi futurum non arbitrentur. Ve- 28
rum vtraque de cauſſa meritas luent, et quod ſimulacris dediti male
de Deo ſentiunt: et quod, ſpreta 29
ſanctimonia, nequiter dolo iurant.
Non enim eorum, qui iurantur, 30
potentia, ſed peccantium vltrix iuſtitia ſemper iniuſtorum delicta plectit.

CAPVT XV.

Vox fidelium ad laudandam Ioue clementiam. Deum agnoſcere iuſtitiæ apicem esſe. Vnde ſit idololatria.

TV vero Deus noſter es beni- 1
gnus atque verus, lentus, et omnia clementer adminiſtrans. Etenim ſi peccauerimus, 2
tui ſumus, ſcientes tuam poteſtatem, non peccabimus vero, ſcientes, nos tuos cenſeri. Nam 3
nouiſſe te, abſoluta iuſtitia eſt: et tuam ſcire poteſtatem, radix immortalitatis. Nec enim de- 4
ceperit nos hominum improbum inuentum, nec adumbrationum labor infructoſus, figuræ variis maculatæ coloribus, quorum 5
adſpectus in dementibus cupiditatem parit, ita vt imaginis mortuæ ſpeciem inanimam aueant: malo- 6
rum amatores, [k] quali ſpe digni ſunt et qui faciunt, et qui concupiſcunt,
et qui venerantur. Nam figulus 7
mollem humum laborioſe preſſans, fingit ad vſum noſtrum quiduis, ac ex eadem argilla et honeſtis operibus ſeruitura vaſa, et his contraria pariter effingit, eorumque, quis cuiusque in vtroque genere ſit vſus,
arbiter eſt figulus. Atque idem 8
ille peſſime locans operam, vanum Deum fingit, ex eodem luto, quum ipſe nuper e terra natus, breui ſit in eamdem, ex qua ſumtus eſt, abiturus, quum animæ debitum ab eo

 exige-

k) talibus diis, in quibus ſpem habeans,

9 exigetur. Sed ei cura eſt, non
quam ſit laboraturus, neque quam
ſit vitæ breuis, verum certat cum
aurificibus et argentariis, ærarios-
que fabros æmulatur, res nihili
10 fingere glorioſum ducens. Cuius
quidem et cor puluis eſt, et ſpes
terra vilior, et vita argilla abiecti-
11 or, qui eum ignoret, qui finxit
ipſum, qui ei operoſam inſpirauit
animam, et vitalem ſpiritum in-
12 flauit. Sed illi vitam ætatemque
noſtram ludum esſe arbitrantur, lu-
croſamque nundinationem, qui
dicant, vndecumque, etiam ex
mala re, quæſtum esſe faciendum.
13 Is enim omnium optime ſcit pecca-
re ſe, qui ex terrea materia, fra-
gilia vaſa, ſignaque fabricatur.
14 Sed longe amentisſimi ac puerilibus
animis miſeriores ſunt tui populi
15 hoſtes, qui ei imperant, qui o-
mnia ſimulacra gentium pro diis
habeant, quibus nec vſus oculo-
rum eſt ad videndum, neque nares
ad hauriendum aerem, nec aures ad
audiendum, nec manuum digiti ad
tangendum, nec pedes ad gresſum
16 habiles. Eos enim fecit ac finxit
homo, qui ipſe precarium ſpiritum
habet, quum nullus homo ſimilem
17 ſibi posſit Deum fingere. Sed
mortalis ipſe mortuum efficit mani-
bus nefariis, quum ſit ipſe præſtan-
tior, quam ſunt ipſius numina,
quippe qui viuat, illa numquam.
18 Quin etiam inuiſisſima venerantur
animalia, quæ collatis inter ſeſe
19 brutis, ſunt aliis deteriora, ne
tanta quidem pulchritudine prædi-
ta, (qualem animalium forma capit,)
vt expetantur: quæ denique l) Dei et
laude carent et fauore.

CAPVT XVI.

Quantæ ſint deaſtricolarum pœnæ. In Aegyptios calamitates. Erga Iſraelitas beneficia.

Propterea per ſimilia merito puniti ſunt, qui per multitudinem beſtiarum cruciati fuerint: pro qua pœna populo tuo benefeciſti, auidæ adpetentiæ cibum noui ſaporis exhibendo, videlicet coturnices, vt illi quidem, quamuis cibum cupientes, tamen m) propter immisſorum in ſe animalium adpetentiam, etiam a necesſariis cibis adpetendis abhorrerent: hi vero paulliſper penuriam pasſi, etiam nouum participarent ſaporem. Oportebat enim illis iniuſte imperantibus ineuitabilem penuriam accidere: his autem dumtaxat oſtendi, quo pacto eorum hoſtes cruciarentur. Nam quum eos tam grauis beſtiarum furor inuaſisſet, vt tortuoſorum ſerpentum morſibus interirent, non durauit ad extremum ira tua, ſed caſtigationis gratia paulliſper turbati ſunt, n) ſalutare ſignum habentes, quo legis tuæ præcepta recordarentur. Non enim qui reſpiciebat, per rem viſam, ſed per te, ſeruatorem omnium, ſeruabatur. Atque in eo noſtris hoſtibus perſuaſiſti, eum esſe te, qui ab omni malo tueare, quod, quum illos locuſtarum muſcarumque morſibus interemisſes, ita vt nullum inueniretur eorum vitæ remedium, quippe qui digni esſent, qui talibus plecterentur, natos tuos ne venenatorum quidem draconum vicere dentes, vtpote tua intercedente miſericordia, et eos ſanante. Siquidem ad oraculorum tuorum recordationem ſtimulabantur, citoque ſeruabantur, ne in altam obliuionem prolapſi, tuo beneficio retrahi non posſent. Nam nec herba, nec malagma curauit eos, ſed ſermo tuus, Domine, qui ſanat omnia. Tu enim vitæ necisque poteſtatem habes: tu ad orci portas deprimis, et idem inde

l) ea Deus impura vocat, vitarique iubet, vt eſt in Moſis lege. m) quod illa animalia omnia vorabant ac foedabant, vt nullus ſupereſſet intactus cibus, quo Aegyptii veſci ſuſtinerent. n) ſerpentem æneum.

14 inde retrahis. Homo quidem im-
probitate ſua *o* interficit, ſed egreſ-
ſum ſpiritum non reuocat, nec ſub-
15 latum animum disſoluit. At tua
manus vt effugiatur, fieri non pot-
16 eſt. Negantes enim impii, te ſibi
notum esſe, robore brachii tui ver-
berati ſunt, inſuetis pluuiis, gran-
dinibus, et imbribus ineuitabili-
17 bus infeſtati atque confecti. Quod
enim maxime incredibile eſt, in
aquam omnia exſtinguentem vim
ſummam habebat ignis, quippe
ipſo mundo propugnatore iuſto-
18 rum. Nam modo miteſcebat
flamma, ne immisſa in impios a-
nimalia combureret, ſed ipſi ſe pa-
lam diuinis pœnis agi viderent:
19 modo etiam inter aquam, ſupra
ignis vires, ardebat, vt ſceleratæ
20 regionis fetus corrumperet. Pro
quibus rebus angelorum cibo paui-
ſti tuos, eisque paratum nullo la-
bore panem de cælo miſiſti omni
voluptate pollentem, omnique gu-
21 ſtui accommodatum. Nam quod
tu præbebas, id tuam erga natos
ſuauitatem patefaciebat, quod ve-
ſcentis adpetentiæ ſubſeruiens, ad
cuiusque voluntatem temperaba-
22 tur. *p* Nix quoque et glacies ignem
ſuſtinebant, neque liquefiebant,
23 vt illi cognoſcerent. Qui ignis in-
ter grandinem et pluuias ardens at-
que fulgurans, hoſtium fruges cor-
ruperat, eumdem rurſum, vt ale-
rentur iuſti, ſuas ipſius vires obli-
24 tum esſe. Rerum enim natura
tibi conditori obſequens, et in pœ-
nas contra improbos intenditur, et
eorum, qui tibi confidunt, gratia
25 remittitur ad beneficium. Pro-
pterea tum quoque in omnia ſe
transferens, tuæ omnium nutrici
benignitati inſeruiebat ad egenti-
26 um arbitrium, vt diſcerent tui
nati, quos adamaſti, Domine, non
frugum prouentu homines ali, ſed
verbis tuis eos, qui tibi fidem ha-
beant, conſeruari. *q* Quod enim 27
igne non corrumpebatur, idem pla-
ne exiguo ſolis radio calefactum li-
queſcebat, vt notum esſet, ſo- 28
lem agendis tibi gratiis præuenien-
dum, et te ſub ortum lucis interpel-
landum esſe. Nam ingratorum 29
ſpes velut hiberna glacies liqueſcet,
et inutilis aquæ ritu diffluet.

CAPVT XVII.

*Iouanæ voluntatis, iudiciique maieſtas. Mi-
rifica puniendorum impiorum ratio.*

SVnt enim magna tua iudicia, *L.* 1
Domine, *G.* et inenarrabilia *L.*
verba, *G.* ideoque imperiti er-
rarunt homines. Nam arbitrati, 2
ſe ſanctam gentem oppresſuros,
ſcelerati, tenebrarum vinculis et
longæ noctis conſtricti, concluſi
tectis ab æterna prouidentia extor-
res iacuerunt. Siquidem in occul- 3
tis peccatis lucifugo obliuionis ve-
lamento latere ſe putantes, profligati
ſunt, attoniti grauiter, ſpectris-
que perturbati. Nec enim, quæ 4
continebat eos latebra, ſeruabat
impauidos: ſed confragoſi ſonitus
circumſonabant, et triſti obſtipo-
que vultu lemures adparebant.
Et ignis quidem nulla vis lucere 5
poterat, nec ſiderum fulgentes flam-
mæ inamabilem illam noctem vale-
bant illuſtrare. Tantum eis vltro 6
adparebant pleni timoris ignes, quo
adſpectu parum perſpicuo perterri-
ti, grauiora putabant, quæ *L.* non
G. cernebantur. Iacebant autem 7
magicæ artis præſtigiæ, et *r* pruden-
tiæ iactantia turpisſime refutaba-
tur. Nam qui ſe promittebant 8
ægrotantis animi timores ac pertur-

Xx 5 bati-

o) mortem inferre poteſt, ſed non item vitam reddere aut animam, quam a corpore ſeiunxerit, disſoluere. At tu omnia potes. *p*) Manna, quæ nix quædam et gla-cies erat, tamen igne coquebatur, neque liqueſcebat, quum eadem ſole ſolue-retur. *q*) manna. *r*) magi, qui ſe prudentes iactabant.

bationes depulſuros, iidem ridicu-
9 la timiditate laborabant. Quam-
uis enim [s] nihil eos turbulentum
terreret, beſtiarum transitionibus
ſerpentumque ſibilis conſternati,
peribant tremebundi, et [t] ineuita-
bilem prorſus aerem intueri recu-
10 ſantes. Eſt enim timida res im-
probitas, proprio teſte damnata.
11 Semper autem [u] augentur aduerſa,
12 comitante conſcientia. Nihil e-
nim eſt metus, niſi deſtitutio admi-
13 niculorum rationis. Quum au-
tem minus eſt intus exſpectatio, plu-
ra opinatur, propter ignorationem
14 cauſſæ cruciatum exhibentis. Er-
go illi impotentem vere noctem, et
ab impotentis orci receſſibus pro-
15 fectam, eodem ſomno ſopiti, par-
tim ſpectrorum monſtris exagita-
bantur, partim animi defectione
16 exanimabantur. Repentinus enim
eos inexſpectatusque pauor inuade-
bat: atque ita quicumque tandem
ibi collapſus erat, is in carcerem ci-
tra ferrum concluſus, cuſtodieba-
17 tur. Nam ſiue quis agricola ſiue
paſtor erat, aut ſolitariorum labo-
rum operarius, is oppreſſus ineui-
tabilem neceſſitatem ſuſtinebat.
18 Siquidem vna tenebrarum catena
omnes conſtricti erant, ſiue ſibi-
lans ſpiritus, ſiue denſos inter ra-
mos modulatus auium ſonitus, ſiue
murmur aquæ violenter decur-
19 rentis, ſiue immanis ruentium
ſaxorum fragor, ſiue ſalientium
animalium curſus inadſpectabilis,
ſiue mugientium ſæuiſſimarum be-
ſtiarum vox, ſiue repercuſſa monti-
um cauernis echo eos metu exani-
20 mabant. Quum enim totus orbis
clara luce colluſtraretur, et inof-
21 fenſis operibus occuparetur, ſo-
lis illis grauis incumbebat nox, ima-
go excepturarum eos tenebrarum,
qui ipſi ſibi grauiores erant tene-
bris.

CAPVT XVIII.

Lux præuia, et dux in ſolitudine Iſraelitis. Aegyptiorum clades.

AT tuis piis maxima lux erat, 1
quorum [x] illi vocem quidem
audientes, ſed faciem non vi-
dentes, quod quidem non et [y] illi 2
eadem paterentur, beatos prædica-
bant: quod autem iniuria laceſſiti
non læderent, gratias agebant, et
inimicitiarum veniam rogabant.
Pro quibus tu tuis igneam colu- 3
mnam, quæ et itineris ignoti dux, et
honorificæ peregrinationis ſol in-
nocuus eſſet, exhibuiſti. Etenim 4
digni erant illi, [z] qui luce priuati in
tenebris tenerentur, qui concluſos
tenuiſſent tuos natos, per quos le-
gis immortale iubar ſæculo traden-
dum erat. Quum igitur illi pio- 5
rum tuorum infantes occidere de-
creuiſſent, tu, vno expoſito, et ad
confutandos illos ſeruato puero,
eos tot liberis orbaſti, et vniuerſos
in vehementi aqua perdidiſti. Fu- 6
erat enim noſtris præcognita maio-
ribus illa nox, vt certo ſcientes ius-
iurandum, cui crediderant, bono
eſſent animo. Atque ita conſecu- 7
tus eſt tuus populus, et iuſtorum ſa-
lutem, et hoſtium perniciem. Nam 8
quod aduerſarios vltus es, hoc ipſo
nos monitos adfeciſti gloria. Quum 9
enim clam [a] ſacrificarent pii bono-
rum nati, et diuinam legem con-
corditer ſancirent, eadem pariter
et bona et pericula participaturos
eſſe ſanctos, patribus iam laudes
præcinentibus, obſtrepebat diſſo- 10
nus hoſtium clamor, et miſerabilis
puerorum, qui deplorabantur, lu-
ctus dimanabat. Eadem autem 11
pœna ſeruus vna cum domino ad-
fectus, et eadem plebeius cum rege
paſſus erat, pariterque cuncti 12
vno mortis nomine mortuos habe-
bant innumerabiles, adeo vt ad ſe-
pelien-

s) ſcilicet quod eſſe reipſa, erant enim tantum ſpectra. t) ſpectra illa, quæ vitari non poterant. u) grauius vrunt, quum mens eſt ſibi male conſcia. x) Aegyptii. y) Iſraelitæ. z) Aegyptii. a) paſchales agnos.

pliendum viui non ſufficerent,
quando vno momento præclariſſi-
13 ma eorum proles interierat. Quum
enim propter veneficia nihil crede-
rent, in primogenitorum exitio
confeſſi ſunt, Dei filium eſſe popu-
14 lum. Nam quieto ſilentio omnia
tenente, et nocte ſuum medium di-
15 uidente curſum, omnipotens
ſermo tuus de cælo ex regali ſolio,
ſeueriſſimus bellator, in medium
16 profligatæ regionis deſiliit, acu-
tum apertiſſimi tui mandati enſem
ferens, et ita omnia morte comple-
uit, quum quidem et cælum tange-
17 ret, et in terra ingrederetur. Tum
illos ſubito viſa ſomniorum graui-
ter perturbare, et inexſpectati ti-
18 mores inuadere, quum alius ali-
bi iacens ſemiuiuus, ob quam mo-
19 reretur cauſſam, indicaret: id
enim turbulenta ſomnia præſignifi-
carant, ne ignari, cur mala pate-
20 rentur, perirent. Tetigit autem
etiam iuſtos experientia mortis, et
cladem in deſertis accepit ciuitas,
21 ſed non diu durauit ſæuitia. Pro-
perauit enim *b* vir integerrimus pro-
pugnare et ſui muneris arma, pre-
ces, et ſuffimenti piaculum geſtans
furori reſtitit, et calamitati finem
impoſuit, oſtendens, ſe famulum
22 eſſe tuum. Vicit autem turbam,
non robore corporis, non armis
vſus, ſed verbis punitorem ſupe-
rauit, commemorando maiorum
23 iureiurando atque fœdere. Nam
aceruatim iam collapſis aliis ſuper
alios mortuis, medius obſtans ſæ-
uitiam præcidit, et ad viuentes adi-
24 tum intercluſit. Inerat enim in
indumento talari totus ornatus, et
patrum decora in quadruplicis lapi-
dum ordinis cælatura, maieſtasque
25 tua in eius capitis diademate. His
perditor ille ceſſit, hæc extimuit,
quod ſæuitiam vel tentaſſe ſatis
eſſet.

CAPVT XIX.

Aegyptiorum cædes miſeranda. Iſraelitarum euaſio.

AT impiis vsque ad extremum 1
furor immiſericors inſtitit.
Præuidebat enim ille etiam,
quid facturi eſſent. Videlicet fo- 2
re, vt, quos abire permiſiſſent, et
ſtudioſe deduxiſſent, eodem pœni-
tentes perſequerentur. Adhuc 3
enim in manibus habentes luctus,
et ad ſepulcra mortuorum lamen-
tantes, aliud adhibuerunt demen-
tiæ conſilium: et, quos ſupplicando
eiecerant, eosdem vt fugitiuos in-
ſecuti ſunt. Trahebat enim 4
eos ad eum exitum digna neceſſitas,
et eorum, quæ acciderant, obliui-
onem iniiciebat, vt, quod ſuppli-
cii cruciatibus deerat, explerent,
et populus tuus incredibile experi- 5
retur iter, et illi nouam mortem in-
uenirent. Etenim tota rerum na- 6
tura in ſuo genere rurſum de inte-
gro transfigurabatur, tuis mandatis
ſeruiens, vt tui nati conſeruaren-
tur illæſi: caſtra nubes vmbra- 7
bat; vbi ſteterat aqua prius, con-
ſpecta eſt emerſa tellus arida: pro
eo, quod fuerat mare rubrum, fuit
iter expeditum, et herboſus ex gur-
gite violento campus, per quem 8
tota gens transiit, tua manu prote-
cti, miranda monſtra intuiti. Er- 9
go vt equi paſti, vtque agni exſul-
tarunt, laudantes te, Domine, li-
beratorem ſuum. Meminerant 10
enim adhuc, quæ in peregrinatio-
ne ſua accidiſſent, vt pro animali-
um genere tellus inſecta ediidiſſet,
pro aquatilibus flumen ranarum
multitudinem euomuiſſet. Poſtre- 11
mo etiam nouum auium genus vi-
derunt, quod cupiditate ducti de-
licatas poſtulaſſent dapes. Nam 12
ad mitigandos eos adſcenderunt eis
ex mari coturnices, quum interim
c ſontes inuaſiſſent pœnæ, non ſine
prægreſſis fulminum vi portentis.
Nam digna peruerſitate ſua patie- 13
bantur,

b) Aaron. *c*) Aegyptios.

bantur, qui grauiorem inhoſpita-
14 litatem exercuisſent. Siquidem
alii ignotos aduenas non recipie-
bant: alii bene meritos hoſpites in
15 ſeruitutem redigebant. Iam ve
ro quonam ſupplicio puniendi, qui
extraneos vel inimice acciperent,
vel feſtiue admisſos, et iam eius-
dem iuris factos, grauibus adflicta-
16 rent laboribus? Ergo etiam cæ-
citate multati ſunt, vt d) illi pro fori-
bus e) hominis iuſti, quum tætris cir-
cumfuſi tenebris ſuarum quisque
17 forium introitum quærerent. Nam
elementa alia in alia concinne mi-
grantia mutant nomen, ſicut in fi-
dibus concentionis ſoni, quum ta-
men ſemper ſonitu maneant, id
quod licet ex iis, quæ acciderunt,
diligenter contemplandis coniicere.
Nam et terreſtria in aquatilia muta- 18
bantur, et natatilia in terram trans-
ibant: ignis retinebat in aqua 19
vim ſuam, aqua exſtinguendi vim
oblita. Rurſum flammæ a mor- 20
talibus animantibus calcatæ, earum
carnes non conficiebant, nec im-
mortalis cibi glaciale genus, liqua-
tu facile, liquefaciebant. Etenim 21
per omnia, Domine, populum tu-
um amplificaſti, ac decoraſti, ne-
que commiſiſti, vt non ei omni et
tempore adesſes et loco.

ECCLESIASTICVS,

SIVE

SAPIENTIA IOSVAE SIRACHI FILII.

Quæ ſunt incluſa his duabus notis (.) non in omnibus exſtant græcis exemplaribus. Neque tamen id vbique notauimus, præſertim vbi eadem latine exſtant.

INTERPRETIS GRAECI PRAEFATIO.

1 QVVM multa nobis et ma-
gna per legem atque vates
aliosque, qui illos ſecuti
ſunt, tradita ſint, propter
quæ laudandi ſunt Israe-
litæ, eruditionis ac ſapientiæ nomi-
2 ne: quumque non ſolum lectores
ipſos oporteat doctos euadere, ſed
etiam externis posſe ſtudioſos et di-
3 cendo et ſcribendo vtiles esſe, auus
meus Ioſua, quum ſe legis et vatum
aliorumque patriorum librorum
lectioni multum addixisſet, et in
his magnum progresſum fecisſet,
adductus eſt et ipſe, vt aliquid eo-
rum, quæ ad eruditionem ac ſapi-
entiam pertinerent, conſcriberet,
vt ſtudioſi, et qui ſe his dedidisſent, 4
multo plus ad legitime viuendum
proficerent. Vos igitur exhor- 5
tor, vt cum beneuolentia et atten-
tione legatis, ac veniam detis, ſic-
ubi videbimur circa interpretatio-
nem elaborando, vim quorumdam
verbo-

d) Sodomitæ. e) Loti.

6 verborum non adſecuti. Non e-
nim eamdem vim habent eadem,
quæ ſuo modo hebraice dicuntur,
quum in alienam linguam translata
7 fuerint. Neque vero ſolum hæc,
ſed alia quoque, vt ipſa lex et ora-
cula, ceterique libri, non parum
intereſt, vtrum ſua lingua dicantur.
8 Igitur anno regis Ptolemæi Euer-
getæ duodequadrageſimo quum ve-
niſſem in Aegyptum, ibique com-
moratus, non mediocris eruditio-
nis exemplar reperiſſem, in primis
operæ pretium duxi, ſtudium ali-
quod, et laborem ad interpretan-
9 dum hunc librum adhibere. Mul-
tum autem et vigilantiæ adhibui,
et induſtriæ, eo temporis ſpatio, vt
ad finem perductus liber ederetur,
vtque, qui vellent in exſilio ſtudiis
operam dare, ii componendis mo-
ribus ex lege viuerent.

CAPVT I.

Origo ſapientiæ. Qui ea donentur. Simulationis deteſtatio.

1 OMnis ſapientia a Domino eſt,
et penes eumdem eſt perpe-
2 tuo. Arenam maris, et plu-
uiæ guttas, et ſæculi dies quis enu-
meret? Altitudinem cæli, et terræ
latitudinem, et pelagi *L.* profun-
3 dum quis demetiatur? *G.* Et ſapi-
entiam *L.* Dei omnia excellentem *G.*
4 quis perueſtiget? Prima omni-
um creata eſt ſapientia, et prudens
5 intelligentia ab æternitate. *L.* Sa-
pientiæ fons eſt ſupremus Dei ſer-
mo, et aditus eiusdem æterna præ-
6 cepta. *G.* Sapientiæ radix cui de-
tecta eſt? eius calliditatem quis no-
7 uit? *L.* Sapientiæ diſciplina cui
detecta patefactaque eſt? aut quis
eius tam multiplicem viam nouit?
8 *G.* Vnus eſt ſapiens, *L.* creator o-
mnium ſupremus, omnipotens, et
9 rex potens, *G.* valde terribilis,
ſedens in ſolio ſuo Dominus, *L.* et
10 dominans Deus. *G.* Is eam *L.* ſan-
cto ſpiritu *G.* creauit, vidit, enu-
merauit, *L.* et menſus eſt. *G.* Hac 11
omnia opera ſua mortaleſque o-
mnes pro ſua munificentia perfudit,
eamque ſui amantibus ſuggeſſit.
Domini metus gloria eſt, et glori- 12
atio, et voluptas, et corona lætitiæ.
Domini metus mentem delectat, 13
voluptatemque, et gaudium, et
longum æuum præbet. Metuenti 14
Dominum bene erit ad extremum,
isque tum, quum obibit, inueniet
gratiam. *L.* Amor Dei præclara 15
eſt ſapientia, quam qui intuentes
viderunt, ii viſam, et ex ipſius
amplitudine agnitam diligunt. *G.* 16
Sapientiæ caput eſt Deum metuere,
eaque cum fidelibus vna in vtero
creatur, *L.* et cum lectis feminis
graditur, et cum iuſtis et fidelibus
agnoſcitur. Domini metus ſcita 17
eſt religio. Religio mentem cu- 18
ſtodit, iuſtamque reddit, et volu-
ptatem gaudiumque præbet. *G.* 19
Ea apud homines ſempiternum ie-
cit fundamentum, eorumque ſo-
boli concreditur. Sapientiæ ple- 20
nitudo eſt metuere Dominum, ea-
que homines fructibus ſuis exſatu-
rat: ſuam domum omnem ſuis 21
deliciis, et cellas prouentibus re-
plet, quod vtrumque Dei muneris
eſt, ad felicitatem pertinens. Sa- 22
pientiæ corona eſt Domini metus,
pacem germinans, et ſalutarem in-
columitatem, cuius amatores glo-
ria abunde exhilarat. Scientiam 23
et prudentiæ cognitionem depluit
ſapientia, et capeſſentes ſe gloria
extollit. Sapientiæ radix eſt me- 24
tuere Dominum: rami autem grand-
æuitas. *L.* Sapientiæ cellis ineſt 25
intelligentia, ſcitaque religio: ſed
fontibus inuiſa eſt ſapientia. *G.* 26
(Domini metus peccata depellit, et
quamdiu præſens eſt, iram arcet.)
Non poteſt homo iracundus abſol- 27
ui, vtpote quum eius ad furorem
procliuitas ſit ei ruinæ cauſſa. Ad 28
tempus tolerat, qui patiens eſt, et
poſtea exoritur ei lætitia. Ad tem- 29
pus ſua verba ſupprimit, et eius
pru-

prudentia multorum oratione præ-
30 dicatur. In ſapientiæ cellis repo-
ſita eſt intelligentia: ſed fonti inui-
31 ſa eſt pietas. Sapientiam ſi cupis,
exſequere præcepta, et Dominus
32 eam tibi ſuggeret. Sapientia enim
et eruditio Domini metus eſt, eique
accepta fides eſt et manſuetudo.
33 Ne eſto in Domini metum contu-
max, neue eum, ſi qua re eges,
34 adito corde duplici. *f* Ne ſimula-
35 tor eſto apud ora hominum, et da
36 operam, ne teipſum tuis labris ex-
tollas, ne cadas, et tibi ipſi dedecus
confles, detegatque arcana tua
37 Dominus, et te palam vulgo deii-
ciat, quod Domini metum vere
38 non ſusceperis, ſed animum frau-
dis plenum habueris.

CAPVT II.

Incitatio ad æquanimitatem, conſtantiam, fidem, ſpem, ſtudium, pietatem, precationes.

1 FIli, ſi domino Deo ſeruire ad-
grederis, *L.* retine iuſtitiam ac
religionem, et *G.* animum tu-
2 um ad res aduerſas para. Habe
rectam mentem, et dura. *L.* Præbe
aurem, ſcitaque verba percipe.
3 *G.* Et ne incurſionis tempore trepi-
dato. *L.* Sustine patienter Deum, *G.*
ei adhæreto, neue deſciſcito, vt ad
4 extremum amplificeris. Quidquid
tibi contigerit, libenter accipe. *L.*
Dolorem tolera: *G.* et in adflictionis
5 tuæ vicisſitudine patiens eſto. Nam
et aurum igne, et homines acce-
pti adflictionis fornace probantur.
6 Fidem habe Deo, et tibi ſubueniet,
rectis inſiſte viis, et in illo ſpem
7 habeto. *L.* Eius metum retine,
8 et in eo conſeneſce. *G.* Qui Do-
minum reueremini, exſpectate eius
miſericordiam, et ne deflectite, ne
9 cadatis. Qui Dominum reuere-
mini, ei fidem habete, et merces
10 veſtra non intercidet. Qui Domi-
num reueremini, ſperate bona, et
æternam voluptatem ac miſericor-
diam. *L.* Qui Dominum reuere- 11
mini, eum diligite, et vobis illu-
ſtrabuntur animi. *G.* Contempla- 12
mini priſca ſæcula, et conſiderate,
ecquis Domino fidem habuerit, et
fuerit fruſtratus, aut quis in eius
metu perſtiterit, et deſertus fuerit:
aut quis eum inuocauerit, quem il-
le deſpexerit. Nam clemens et 13
miſericors Dominus peccata condo-
nat, et aduerſo tempore defendit,
L. omniumque tutator eſt, qui ei
vere ſtudent. *G.* Væ mentibus i- 14
gnauis, *L.* ſceleſtisque labris, *G.* et
manibus remisſis, et improbo, du-
abus *L.* in terra *G.* viis gradienti.
Væ diſſolutæ menti, quæ, quia fi- 15
dem non habet, ideo non protege-
tur. Væ vobis, qui amiſiſtis pa- 16
tientiam, *L.* relictisque rectis viis,
in prauas diuertiſtis: *G.* ecquid 17
facietis, quum Dominus in homi-
nes inquiret? Qui Dominum re- 18
uerentur, non ſunt in eius dicta
contumaces: et qui eum amant, e-
ius vias tenent. Qui Dominum 19
reuerentur, eius fauorem quærunt:
et qui eum amant, eius lege com-
plentur. Qui Dominum reueren- 20
tur, mentes ſuas componunt, et
animos illi ſubmittunt. Qui Do- 21
minum reuerentur, eius præcepta
exſequuntur, et donec ipſorum il-
le rationem habeat, tolerant. Di- 22
centes: niſi reſipuerimus, *G.* inci-
demus in manus Domini, non in
manus hominum. Quanta enim 23
eius eſt maieſtas, tanta eſt et miſe-
ricordia. *L.*

CAPVT III.

Erga parentes caritas. Quæ proueniant bona ex hac re.

SApientiæ filii cœtus iuſtorum 1
eſt, et eorum genus obedientia
et caritas. *G.* Sententiam pa- 2
tris audite, nati, et ſic agite, vt
ſeruemini. Dominus enim patrem 3
liberis decorauit, et matris ſenten-
tiam

f) ne te apud alios laudato, quum lateant in te crimina.

4 tiam in liberis ſanxit. Qui patrem
obſeruabit, peccata expiabit, *L.*
et ab eis ſeſe continebit, ac interim
5 orans exaudietur. *H.* Et qui ma-
trem ſuam honorat, perinde eſt,
6 ac ſi theſaurum comparet. Qui
patrem obſeruabit, liberis delecta-
bitur, quumque ſupplicabit, ex-
7 audietur. Qui patrem honora-
8 bit, viuet diu: et qui Dominum
audiet, matrem ſuam recreabit, et
parentibus ſuis, tamquam domi-
9 nis, ſeruiet. Et re et verbis *L.*
cum omni patientia, *G.* honora pa-
trem tuum, vt ipſe tibi bene prece-
10 tur, *L.* eiusque fauſta precatio
11 perpetuo maneat. *G.* Patris enim
fauſta precatio ſtabilit liberorum
domos: matris vero imprecatio
12 funditus eas diruit. Noli ex tui
patris dedecore tibi gloriam quære-
re: nec enim tibi gloriæ eſt patris
13 dedecus. Nam hominis gloria ex
eius honore patris eſt, et probroſa
14 liberis eſt mater infamis. Fili,
ſubueni tuo patri in eius ſenectute,
neue ei acerbam vitam reddito,
15 et ſi ſenſibus fuerit alienatus, igno-
ſce, et, ne eum non honores, ſum-
16 ma ope caueto. Nam adhibita in
patrem beneficentia non tradetur
obliuioni, quin tibi aduerſum pec-
17 cata conſtruetur: In tuis rebus
aduerſis recordabitur tui, vt per
ſerenitatem gelu, ſic reſoluentur
18 tua peccata. O quam impius eſt,
qui patrem deſerit? et Domino ex-
ſecratus, qui matrem ſuam irritat?
19 Fili, res tuas comiter tranſige, et
hominibus probis carus eris.
20 Quanto maior es, tanto te magis
ſubmitte, et a Domino gratiam in-
ibis. Multi quidem præſtantes ſunt,
et illuſtres: ſed modeſtis patefiunt
21 arcana. Nam magna eſt Domini
potentia, et a modeſtis honoratur.
22 Maiora ac difficiliora tuis viribus
23 ne quære aut ſcrutare. Quæ ti-
bi *L.* a Deo *G.* præcepta ſunt, ea ſan-
cte meditare, *L.* nec in multis eius
operibus eſto curioſus. *G.* Non enim
tibi opus eſt, vt oculis tuis arcana
ſpectes. Quæ ad tua negotia non 24
pertinent, ſuperuacuo curare noli:
Nam plura tibi, quam pro humano 25
captu, monſtrata ſunt. Multos e- 26
nim ſua decepit vana perſuaſio, eo-
rumque mentes labefactauit opinio
praua. (Pupulis orbus lumine ca-
rebis, itaque ſcientiam, cuius ex-
pers es, ne profitere.) Durus 27
animus tandem malo multabitur, et
qui periculum amat, in eo peri-
bit *L.* Animus duabus viis ingre- 28
diens, ſucceſsibus carebit, et mala
mens in eis offendet. *G.* Durus 29
animus laboribus grauabitur, et im-
probus peccata peccatis adiicit.
Perſuaſionis ſuperborum nullum 30
eſt remedium, (eorumque greſſus
conuellentur.) Nam in eis radices
egit ſtirps nequitiæ. Prudentum 31
animus ſententias excogitat, et au-
ditorum auris [g] cupiditas eſt ſapien-
tum. *L.* Sapiens et intelligens a- 32
nimus a peccatis ſe abſtinet et in iu-
ſte factis feliciter verſatur. *G.* Vt 33
ardentem ignem reſtinguit aqua,
ita peccata expiat beneficentia.
Qui gratiam refert, [h] memor eſt fu- 34
turi, ita vt ſi quando labatur, admi-
niculum inueniat.

CAPVT IIII.

In egenos benignitas, modeſtia, caritas, miſericordia.

FIli, pauperem victu ne defrau- 1
dato, neue oculos egenos diſ-
ferto. Eſurientem hominem 2
ne contriſtato, neue quemquam in
eius inopia irritaueris. Irrita- 3
tum animum ne inſuper turbato,
neue indigenti donare differto.
Supplicem adflictum ne repudiato, 4
neue a paupere vultum auerteris.
Ab egente oculos ne auerteris, neue 5
locum homini dederis deteſtandi te.
Nam

g) eſt id quod cupiunt. h) ſibi proſpicit in futurum. Nam qui non eſt ingratus, huic libenter ſubuenimus.

6 Nam ſi te ille exacerbato animo de-
teſtatus fuerit, exaudiet eius preces
7 eius creator. Præbe te L. paupe-
rum *G.* cœtui amabilem, L. ani-
mumque tuum ſeniori, *G.* et opti-
8 mati caput ſubmitte. Præbe au-
rem pauperi non grauate L. Fun-
gere officio tuo, *G.* eique amice et
9 comiter reſponde. Libera eum,
cui fit iniuria ab eo, qui infert in-
iuriam: neue paruum animum
10 habeas in iudicando. Eſto pupil-
lis vt pater, et eorum matri pro vi-
11 ro: et eris Supremo pro filio, qui
te plus amabit, quam tua ipſius ma-
12 ter. Sapientia filios ſuos extollit,
ſuique ſtudioſis ſubuenit, L. et iu-
13 ſtitiæ viam præit. *G.* Eam qui a-
mat, vitam amat: et qui ei inuigi-
14 lant, voluptate refercientur. Ea
potitus, gloriam conſequetur: et
quocumque iuerit, fortunabit Do-
15 minus. Hanc qui colent, [i] fano
miniſtrabunt, et eius amatores a-
16 mat Dominus. Sapientiæ qui ob-
ediet, gentes iudicabit: quique ei
operam dederit, tuto habitabit.
17 Si ſe fidum præſtiterit, eam poſſi-
debit, ſuisque poſteris hereditariam
18 relinquet. Ea quidem primum
19 cum eo aget oblique, eique me-
tum ac formidinem incutiet, et eum
ſua diſciplina torquebit, donec e-
20 ius animo fidem habeat. Dein-
de vbi eum ſuo iure tentauerit,
rurſus recta adgredietur via, ex-
21 hilarabitque, et ei arcana ſua de-
teget, *L.* eumque ſcientia et iuſtitiæ
22 prudentia locupletabit. *G.* Quod
ſi aberrauerit, eum deſeret, et in
caſum permittit, L. fili. *G.* Obſer-
23 ua tempus, et caue malum, neue
te de temetipſo L. verum dicere *G.*
24 pudeat. Nam alius pudor pecca-
tum adfert, alius gloriam gratiam-
25 que conciliat. Ne perſonarum
habeto rationem, ſi tuam ſalutem
26 amas: neue *G. L.* alterum ita ve-
rearis, vt ea res tibi detrimentum
adferat. *G.* Quum eſt aliquis de- 27
fendendus, orationem ne cohi-
bueris (neue tuam celaueris ſapi-
entiam, quum ſit illuſtranda.)
Nam ex ſermone verbisque linguæ 28
cognoſcitur ſapientia, ac eruditio,
L. et prudentia, et ſcientia, et do-
ctrina ex oratione prudentis, et ex
iuſtis operibus firmitas. *G.* No- 29
li vllo modo contradicere veritati,
quin te, ſi quid per imprudentiam
falſum dixeris, [k] pudeat. Ne vere- 30
cundare tuum peccatum confiteri.
[l] Ne obnitere contra fluminis ag- 31
men: neue te homini ſtulto ſub-
ſtraueris. Potentis perſonæ ra- 32
tionem ne habeto, ad mortem vs-
que decerta pro veritate, *L.* et vel
cum vitæ periculo contende pro
iuſtitia, *G.* et dominus Deus pro te
L. contra tuos inimicos *G.* propu-
gnabit. Ne lingua audax, factis 33
autem ignauus et remiſſus eſto.
Ne eſto domi tuæ quaſi quidam 34
leo, neue cerebroſus domeſticos
contunde, *L.* aut ſubditos opprime.
G. Ne manum habeto ad accipien- 35
dum porrectam, ad reddendum
contractam.

CAPVT V.

Nulla ſpes in opibus collocanda, neque mortalium potentia.

NOli tuas ſpectare facultates, ne- 1
ue tibi ad vitam ſatis eſſe co-
gitaueris: *L.* nihil enim prod-
erunt, tum quum ad ſupplicium
depoſceris. *G.* Noli tuæ libidini 2
aut viribus obſequi, animi tui cupi-
ditatibus obſequendo, neue te *L.* ita
potentem eſſe *G.* cogites, vt ſis in-
ſuperabilis. Nam te vindex Domi-
nus vlciſcetur. Ne dixeris nihil 3
tibi, quamuis peccaueris, accidiſſe:
Dominum enim eſſe lentum atque 4
placabilem: is vero te non ſinet im-
punitum. Ne ſecurus eſto, pec- 5
cata peccatis addendo: neue ſic 6
cogites,

i) Dei ſacerdotes erunt, hoc eſt beati. k) ne impudenter nega, ſed verecunde fatere. l) effræni ſtultitiæ non magis obniti poteſt quam flumini.

cogites, eum pro ſua ſingulari cle-
mentia tuis tot peccatis eſſe veni-
7 am daturum. Quum enim ab eo
et miſericordia proficiſcatur, et ira,
8 in nocentes incumbit ſæuitia. Ne
cunctare ad Dominum redire, neue
9 diem ex die ducas: nam ex im-
prouiſo prodibit ira Domini, ita vt
negligendo perdaris, et vltionis tem-
10 pore pereas. Ne ſpecta facultates
iniuſtas: nihil enim tibi proderunt
11 tum, quum ad pœnas peteris. Ne-
que quolibet vento ventila, neque
qualibet ſemita gradere, tamquam
12 bilinguis improbus. In tua certa
ſententia, *L.* viaque Domini, et ſci-
entia *G.* firmus esto, et vnus esto
ſermo tuus, *L.* verbaque pacata at-
13 que iuſta ſint tibi familiaria. *G.* Es-
to et ad audiendum celer, et ad re-
14 ſponſum reddendum tardus. Si
rem tenes, alteri reſpondeto: ſin
minus, os tuum manu comprimito,
L. ne indocto ſermone turpiter ca-
15 piaris. *G.* In ſermone et decus
ineſt et dedecus, ſuaque homini lin-
16 gua ruinæ eſt. Caue, *L.* ſi tuam vi-
tam amas, *G.* ne calumniator vo-
cere, neue tua lingua inſidieris.
17 Nam quum furem comitetur pu-
dor, bilinguem ſequitur *L.* pœni-
tentia, et *G.* grauiſſima vituperatio:
et *L.* calumniatorem odium, inimi-
18 citiæ, atque infamia. *G.* Nihil tan-
tum tantillumue imprudenter age.

CAPVT VI.

Bilingues. Inſolentes. Manſuetudo.

NOli ex amico inimicus fieri. Nomen enim malum, probrum, et dedecus feret talis improbus bilinguis. Ne te ipſum extollito in animi tui conſilio, ne te tuus animus *a* quaſi taurus quidam diſcerpat, tuaque folia depaſcat, et fructus perdat, teque tamquam
aridam *L.* in ſiluis *G.* arborem re-
linquat. Nam improbus animus 4
eum perdit, a quo habetur, et ini-
micorum ludibrio exponit, *L.* ac
in impiorum ſortem deducit. *G.*
Suaue guttur multos ſibi conciliat a- 5
micos, *L.* et mitigat inimicos, *G.*
linguaque diſerta multum parat ad-
fabilitatis. Pacatos habeto mul- 6
tos, conſiliarios vero vnum de mil-
le. Si amicum paras, periclitatio- 7
ne parato, et ne ei cito credideris.
Eſt enim aliquis amicus, dum ipſi 8
opportunum eſt, qui in tuis rebus
aduerſis non perſeueret. Eſt ami- 9
cus, qui ad inimicitias et bellum
transferatur, tuumque probrum de-
tegat. Eſt et amicus menſarum ſo- 10
cius, qui in tuis difficultatibus non
maneat. Rebus quidem tuis ſe- 11
cundis erit alter tu, et in tuos dome-
ſticos *b* vtetur libertate. Quod ſi 12
fueris deiectus, erit tibi contrarius,
ſeque tuo conſpectui ſubtrahet.
Ab inimicis tuis teipſum ſepara, et 13
ab amicis caue. Fidus amicus, 14
firmum præſidium: eum qui inue-
nit, theſaurum inuenit. Amicum 15
fidelem nulla res exæquat, nec vllum
L. auri argentiue *G.* pondus eius fi-
dei dignitatem æquiparat. Fidus 16
amicus ſalutaris medicina eſt, *L.* et
immortalitas: *G.* quem quidem in-
ueniunt, qui Dominum reuerentur.
Qui Dominum reueretur, *c* recta 17
vtitur amicitia, adeo vt ſit ille tam-
quam alter idem. Fili, ab ineun- 18
te ætate expete diſciplinam, et vsque
ad canos ſapientiam inuenies. E- 19
am quaſi arans aut ſerens adito, et e-
ius bonos fructus exſpectato.
Nam in eius opere paullulum labo- 20
rabis, et breui eius veſcere prouen-
tibus. Ea eſt indocilibus perquam 21
aſpera, nec in ea manent excordes,
quippe quæ tam rigida ſit eis, quam
eſt *d* probator lapis, ita vt eam abii-
cere

a) vt ſolent tauri vaſtare ſtirpes. *b*) ſi quid in te peccauerint, obiurgabit, eiſque libere imperabit, tibi ea ratione adulans. *c*) verum amicum Dei munere nanciſcitur. *d*) cos.

22 cere non cunctentur. Eis enim ſa-
pientia [e] nomine eſt, neque multis
23 eſt perſpicua. Audi, fili, et ſenten-
tiam meam admitte, nec conſilium
24 meum repudia. Inſere tuos pe-
des in eius compedes, et collum in
25 numellam. Eam ſubiecto hume-
ro tuo porta, neue eius grauare vin-
26 cula. Ad eam toto animo accede,
totisque viribus vias eius tene.
27 Veſtiga et quære, et tibi cognoſce-
tur, qua tu potitus, ne eam relique-
28 ris. Ad extremum enim requie-
tem eius inuenies, tibique ea verte-
29 tur in voluptatem, et erunt tibi
eius compedes pro valido præſidio,
L. ſolidoque fundamento: G. et nu-
30 mellæ pro amictu honorifico. Eſt
enim aureo comta mundo, eiusque
vincula ſunt textum hyacinthinum.
31 Ea pro amictu honeſto veſtieris, et
32 feſtæ coronæ loco indueris. Si vo-
lueris, fili, erudieris: et ſi animum
33 adhibueris, cautus fies. Si liben-
ter audieris, adipiſcere prudentiam:
et ſi aurem præbueris, fies ſapiens.
34 In ſeniorum cœtu verſare, et ſi quis
35 ſapiens eſt, huic te adiunge. O-
mnem diuinum ſermonem audire
36 velis, nec te ſcita dicta fugiant. Si
quem videris intelligentem, ei in-
uigilato, eiusque forium gradus tuo
37 pede terito. De Domini præce-
ptis prorſus cogita, eiusque man-
38 data adſidue meditare. Is tibi
mentem confirmabit, cupientique
tibi ſapientia dabitur.

CAPVT VII.

Maleficium damnatum, ambitio, vana gloria, mendacium. Cuſtodiendæ filiæ. Coniux non repudianda. Liberalitas.

1 MAla ne facito, ne te malum in-
2 uadat: abſtine ab iniuſti-
tia, et recedent a te L. mala.
3 G. Fili, ne ſere in ſulcos iniuſtitiæ,
4 ne ſeptuplum inde metas. Nec a
Domino principatum pete, nec a
rege ſedem honorificam. Neque 5
te apud Dominum excuſa, L. vtpote
qui mentes norit, G. neque apud re-
gem ſapientiam oſtenta. Ne ſtu- 6
de iudex fieri, ne [f] iniurias ferre
non poſſis: ne forte potentis perſo-
nam veritus, [g] integritati tuæ labem
inuras. Ne pecca in ciuitatis mul- 7
titudinem, neue te in turbam præci-
pita. Peccatum ne iterando con- 8
catenato, ne vnum quidem impune
laturus. Ne cogitaueris, ſupre- 9
mum Deum tua quamlibet multa
munera reſpecturum, et libamina
accepturum. Ne ſis animi puſilli 10
in tuis precibus, neue benigne fa-
cere omiſeris. Hominem animi 11
ægritudine laborantem ne deride-
to: [h] eſt enim, qui et deprimat, et
euehat, L. Deus animaduerſor. G.
Ne quid falſum machinare contra 12
fratrem tuum, neue quid tale faci-
to in amicum. Noli vllo modo 13
mentiri: nam mendacii frequenta-
tio nihil adfert boni. In ſenio- 14
rum cœtu ne garrito, nec eamdem
rem in tuis precibus iterato. La- 15
borioſum opus, et conditam a Su-
premo agriculturam ne oderis.
Ne teipſum ad improborum cœtum 16
adgrega: animum tuum multum
ſubmitte: memento, pœnam non 17
abfuturam diu: nam impiorum
ſupplicium ignis eſt atque vermes.
Amicum rei quamuis excellentis 18
cauſſa ne permutato, nec germa-
num fratrem vel auro ophirio.
Sapiente bonaque vxore ne excide, 19
L. quam Domini metuentem forti-
tus ſis. G. nam eius L. pudicitiæ G.
gratia pluris eſt, quam aurum. Ne 20
male tractaueris famulum fideliter
operantem, aut ſeipſum impen-
dentem mercenarium. Bonum 21
famulum animo carum habeto, ne
eum libertate defraudaueris. Sunt 22
tibi pecora, ea curato: et ſi tibi
ſunt

e) nomine non re nota eſt. f) iudex eorum odiis et iniuriis obnoxius eſt, quos condemnauerit. g) iniquam ſententiam feras. h) poteſt Deus et illum deriſu n extollere, et te deriſorem deprimere.

ſunt vtilia, maneant tibi. Sunt tibi nati, eos doceto, eorumque ceruicem a pueris flectito. Sunt tibi filiæ, earum corpus obſeruato, nec eis hilarem vultum præbeto. Eloca filiam, et magnum opus peregeris, et eam viro prudenti tradito. Vxorem habes ex animi tui ſententia, ne eam repudiaueris, L. neque te inuiſæ credideris. G. Toto corde patrem tuum honorato, neue matris *i* dolores obliuiſcere. Memento, te per eos natum, non poſſe eis parem gratiam referre. Toto animo reuerere Dominum, et ſacerdotes eius ſuſpice. Totis viribus dilige creatorem tuum, neue ſacros eius miniſtros deſerueris. Dominum verere, et ſacerdotes honora, eisque ſuam portionem tribue, vt tibi præceptum eſt, primitias, piacularia, porrectitios armos, luſtrales victimas, ſacrorumque primitias: tum pauperibus manum porrige, vt perfecta ſit tua L. liberalitas ac G. munificentia. Grata eſt apud mortales omnes largitio: *k* ne mortuo quidem liberalitatem denegaueris. Ne deeſto plorantibus, L. quo minus eos conſolere: G. et cum lugentibus lugeto. Aegrotum viſere ne pigrere: nam ob talia carus eris. In omnibus tuis negotiis memento exitus tui, et numquam peccabis.

CAPVT VIII.

Cauendum a contentione, a potente. Alienis malis non gaudendum. Senectæ reuerentia. Non cum iudice diſceptandum. Taciturnitas.

NE pugna cum homine potente, ne in eius manus incidas. Ne contende cum locuplete homine, ne te *l* præponderet. Multos enim perdidit aurum, et argentum, G. etiamque regum mentes L.
diſtraxit ac G. deprauauit. Ne 4
pugna cum homine linguaci, neue
eius *m* ignem linguis confercito. Ne 5
collude cum indocto, ne dedeco-
rentur maiores tui. Ne conuici- 6
um dicito homini ab improbitate
recedenti: memento, nos omnes
eſſe in crimine. Hominem in eius 7
ſenectute ne ſpernito: etenim ex
nobis ſunt, qui conſeneſcunt. Ob 8
inimicum tuum mortuum ne gau-
deto, memor omnes obire nos.
Ne omittito L. ſenum G. ſapientum 9
ſermones, et in eorum verſare ſen-
tentiis. Nam ab eis diſces L. ſapi- 10
entiam, ſcitamque G. doctrinam,
et commode miniſtrare magnati-
bus. Senum ſermones ne præter- 11
mitte: didicerunt enim ipſi a patri-
bus ſuis: Itaque ab eis pruden- 12
tiam diſces, et tempeſtiue reſpon-
ſum dare. Ne incende carbones 13
improbi, L. eum arguens, G. ne e-
ius L. peccatorum G. ignea flamma
conflagres. Noli contumelioſo 14
non adſurgere, ne quaſi inſidiato-
rem corpori tuo colloces. Ne mu- 15
tuato homini, te potentiori, quod ſi
mutuaueris, pro amiſſo habeto.
Ne fideiubeto ſupra vires tuas: 16
quod ſi fideiusſeris, eſto ſollicitus,
perinde ac ſoluturus. Cum iudi- 17
ce ne litiga: nam ſecundum eum
fiet iudicium. Cum audace iter 18
ne facito, ne tibi ſit grauis: nam
ipſe arbitratu ſuo aget, et tu ſimul
per eius amentiam peribis. Cum 19
iracundo pugnam ne commiſeris,
neue cum eo deſerta peragraueris:
nam ſanguinem pro nihilo ducit:
et vbi aberit auxilium, proſternet
te. Cum ſtulto conſilium ne inito: 20
nec enim rem continere poterit.
Coram alieno nihil arcani feceris: 21
neſcis enim, quid deſignaturus ſit.
Vlli homini mentem tuam ne ape- 22
ri, ne tibi falſam referat gratiam,
L. conuiciumque faciat. G.

Yy 2 CAPVT

i) quos te geſtando et pariendo pertulit. *k*) Quid ſit hoc, vide quæ in Iob 4. ſcripſimus. *l*) ſua auctoritate et pecunia ſuperet. *m*) loquacitatem contradicendo.

CAPVT IX.

Maledicentia damnata. Quanta a feminis pericula. Cauendum a muliere marita. Veteris amicitiæ præſtantia.

1 COniugi, quam complecteris,
ne obtrectato, neue contra te-
ipſum malam diſciplinam do-
2 ceto. Vxori animum tuum ne
addicito, ita vt poteſtatem tuam ſu-
perſcandat, L. ad tuum dedecus.
3 G. Meretricanti mulieri ne occur-
rito, ne forte in eius laqueos inci-
4 das. Fidicinam ne frequentato, L.
neue audito, *G.* ne eius capiaris ar-
5 tibus. Virginem ne contemplare,
ne ea tibi crimini ſit et detrimento.
6 Scortis animum tuum ne addicito,
ne L. et te et G. tuam perdas here-
7 ditatem. Ne circumſpice per vr-
bis vicos, nec per eius infrequen-
8 tia loca vagare: auerte a mulie-
re formoſa oculos, nec alienam con-
9 templare pulchritudinem. Mu-
lieris pulchritudine multi decepti
ſunt, atque ex ea amor, vt ignis,
10 exardeſcit. L. Omnis impudica
mulier, quaſi ſtercus in via, ab o-
mnibus prætereuntibus conculcabi-
11 tur. Multi mulieris alienæ faciem
admirati, nequam facti ſunt: collo-
quium enim illius quaſi ignis exar-
12 deſcit. *G.* Cum marita muliere o-
13 mnino ne ſedeto. *L.* Neue cum
ea in conuiuio adcumbito. *G.* neue
vino commercium cum ea habeto,
ne forte ad eam tuus inclinet ani-
mus, atque ita adfectu tuo prolaba-
14 ris in perniciem. Amicum vete-
rem ne deſerito: nam recens ei par
15 non eſt. Vinum nouum, amicus
nouus, ſi inueterauerit, id cum vo-
16 luptate bibes. Improbi gloriæ *L.*
et opibus *G.* ne inuideto: neſcis e-
nim, quis ſit futurus eius exitus.
17 Improborum proſperitas tibi ne
placeat: memento, eos non eſſe ad
n orcum vſque pœnas euaſuros.
18 Procul abeſto ab homine, qui po-
teſtatem habet interficiendi, et non
eris mortis timore dubius. Quod 1
ſi ad eum acceſſeris, ne delinquito,
ne tibi vitam adimat. Cognoſce 2
te per medias meare pedicas, et per
vrbium pinnas ingredi. Pro vi- 2
rili alios explorato, et cum ſapien-
tibus conſultato, cumque pruden-
tibus colloquia conferto, et de Su-
premi lege tuus ſit omnis ſermo.
Viri boni ſint tibi conuiuæ, et in 2
Domini metu ſit tua gloriatio.
De manu artificum laudatur opus, 2
et de oratione ſua populi guberna-
tor, *L.* et de prudentia ſenilis ora-
tio. *G.* Formidoloſus eſt in ciui- 2
tate linguax homo, et temerarius
oratione ſua inuiſus eſt.

CAPVT X.

Populorum ſapiens rector. A Ioua mortalium felicitas, manſuetudo. Vnde ſuperbiæ caput. Superborum hoſtis Ioua. Mala, optima quæ progenies.

REctor ſapiens populum ſuum 1
docet, et prudentis principatus
eſt ordinatus. Qualis populi 2
rector eſt, tales et eius miniſtri: et
qualis eſt vrbis gubernator, tales
ſunt omnes eius incolæ. Rex im- 3
peritus perdit ſuum populum, et
potentum prudentia frequentatur
vrbs. In Domini manu terræ po- 4
teſtas eſt, qui ei, quem expedit, op-
portune præficit. In Domini ma- 5
nu eſt hominis proſperitas, idem-
que ſuam litteratorum perſonis
gloriam tribuit. Vllam ob iniqui- 6
tatem alteri ne iraſcere, neue quid-
quam per iniuriam facito. Inui- 7
ſa et Domino et hominibus eſt ſu-
perbia, et vtrique iniuſta facinora
auerſantur. Propter iniurias e- 8
nim, et contumelias, et fraude par-
tas opes, regnum ab alia ad aliam
gentem transfertur. *G.* Nam aua- 9
ro nihil eſt ſceleſtius, o nihil eſt ini-
quius, quam amare pecuniam: is 10
enim etiam animam venalem ha-
bet,

n) interitum. o) Quod hic interpoſitum erat, quid terra ſuperbit et cinis, id transpoſuimus.

bet, *L.* quippe qui in vita [p] omnem humanitatis adfectum abiecerit. *L.* Omnis potentatus breuis vita eſt: languor prolixior grauat medicum. *G.* Longum morbum præcidit medicus, et hodie rex, cras morietur. Quid terra ſuperbit et cinis? quum mortui hominis hereditas ſerpentes ſint, et beſtiæ, et vermes. Superbiæ caput eſt, hominem a Domino deficere, et animum a creatore ſuo auocare: nam peccati caput eſt ſuperbia, et qui ea præditus eſt, nefaria deſignat, *L.* donec tandem euertatur. *G.* Propterea deturpat Dominus faſtus *L.* malorum, *G.* eosque euertit ad extremum. Solia *L.* ſuperborum *G.* principum deturbat Dominus, eorumque loco manſuetos collocat. Superbarum gentium ſtirpem exſtirpat Dominus, et pro eis humiles glorioſe plantat. Gentium regiones euertit Dominus, et eas ex terra funditus abolet. Eos tollit atque perdit, et eorum memoriam ex terris aufert. *L.* Superborum memoriam Deus abolet, et memoriam relinquit eorum, qui ſunt animo modeſti. *G.* [q] Nec hominibus ſuperbia, nec furioſa ira generi mulierum creata eſt. Honeſta progenies eſt, ſcilicet hominis progenies: honeſta progenies eſt, ſcilicet Dominum reuerentes. Turpis progenies eſt, ſcilicet hominis progenies: turpis progenies eſt, ſcilicet qui præcepta violant. Certa progenies ſunt, qui reuerentur Dominum, et honeſta planta, qui eum amant. (Turpis progenies ſunt, qui legem negligunt: vana progenies, qui præcepta violant.) Inter fratres, qui eis præeſt, honorabilis eſt: et qui Dominum reueretur, apud [r] ipſum. Ne deficiat imperium, obſtat Domini metus: duritia vero
et ſuperbia imperium amittitur.
Et diuitis, et illuſtris, et pauperis 25
gloriatio eſſe debet Domini metus.
Nec prudentem pauperem non ho- 26
norari, nec *L.* diuitem *G.* impro-
bum honorari æquum eſt. Sum- 27
mates et gubernatores et potentes
honorantur: ſed eorum nullus ma-
ior eſt reuerente Dominum. Sa- 28
pienti ſeruo liberi ſeruiunt, et vir
prudens *L.* ac docilis *G.* quum do-
cetur, non fremit: *L.* et imperitus
non honorabitur. *G.* Ne vere- 29
cundare opus tuum facere, neue
[s] ita glorioſus eſto difficili tempore.
Præſtat, qui operatur, et omnibus 30
abundat, quam qui glorioſus eget
victu. Fili, manſuetudine perſo- 31
nam tuam honeſtato, et ei pro eius
dignitate honorem conciliato. Pec- 32
cantem contra ſuam ipſius perſo-
nam quis excuſet? aut quis ſuam
ipſius vitam infamantem honoret?
Pauper ob ſcientiam *L.* religionem- 33
que *G.* ſuam: diues ob ſuas diui-
tias honoratur: qui vero hono- 34
ratur in paupertate, quanto magis,
ſi eſſet in diuitiis? et qui infamis
eſt in diuitiis, quanto foret in pau-
pertate magis?

CAPVT XI.

Sapientiæ virtus ac beneficia. Iouana maieſtas. In tenaces. Omne bonum a Deo. Cauendum a malefico. Alienus quanta ferat hoſpiti damna.

SApientia humilium caput extol- 1
lit, et eos inter optimates col-
locat. Ne virum ob eius pul- 2
chritudinem laudaueris: ne homi-
nem ob eius formam abhorrueris.
Quum volucrum minima ſit apis, 3
eius fructus dulcedinis primas te-
net. In amictu veſtium ne glo- 4
riare, nec quum in honore es, ef-
feraris: nam *L.* [t] ſolius Supremi *G.*

 Do-

p) G. inteſtina aut viſcera ſua: locum puto deprauatum. q) aliena debet eſſe ab hominis natura. r) ſcilicet Dominum honorabilis eſt. s) ab opere abhorrens, quaſi indignum ſit tua gloria. t) periculum eſt, ne te ille deprimat, vt ſolet ſuperbos.

Domini opera mirabilia ſunt, *L.* et
glorioſa, *G.* et occulta, *L.* ignota-
que *G.* eius facta apud homines.
5 Multi tyranni ſederunt humi, et
non nemo præter opinionem dia-
6 dema geſtauit. Multi potentes ma-
gnam ſubierunt infamiam, et ho-
norati in aliorum manus traditi
7 ſunt. Priu quam exploraueris,
ne reprehende: cognoſce prius,
8 deinde *L.* iure *G.* obiurgato. Ante-
quam audieris, ne reſponde, neue
9 medios ſermones interpella. De
re, quæ tua nihil intereſt, ne con-
tende, neue in improborum iudi-
10 cio confide. Fili, ne labores mul-
ta congerere: ſi enim abundaue-
ris, non eris innocens: et ſi perſe-
cutus fueris, non adſequeris: ne-
11 que ſi aufugeris, effugies. Eſt, qui
laborat, et moliatur, et ſatagat, qui
12 tamen tanto magis indiget. Eſt
tardus et opis indigus, viribusque
deſtitutus, qui tamen in paupertate
13 abundat, eumque Dominus be-
nignis reſpicit oculis, et ex humi-
litate attollit et eius caput ex cala-
mitate euehit, ita vt eum ſpectan-
tes admirentur multi, *L.* Deumque
14 prædicent. *G.* Bona et mala, vita
et mors, paupertas et diuitiæ a Do-
15 mino proficiſcuntur. A Domino
item ſapientia ac ſcientia, legisque
peritia, tum caritas et bene mora-
16 ta vita. (Sceleroſis cognata ſunt
error et tenebræ: et qui ſibi pla-
cent in vitiis, in prauitate conſene-
17 ſcunt.) Domini liberalitas per-
manet piis, eiusque fauor feliciter
18 perpetuatur. Eſt, qui diligentia
et tenacitate diteſcat, cuius merce-
19 dis conditio ea eſt, quod dum
ſe nactum eſſe quietem dicet, et
20 nunc ſuis epulaturum bonis, ne-
ſcius quod tempus venturum ſit,
relinquet aliis ea, et morietur.
21 Mane in conditione tua, et in ea
verſare, ac in opere tuo conſeneſce.
22 Improborum facta ne mirare: fi-
dem habe Domino, et in labore tuo
perſeuera: nam Domino facile
eſt cito repente ditare pauperem.
Dominus fauore ſuo ad piorum
mercedem *L.* feſtinat, *G.* breuique
tempore fauorem ſuum germinat.
[w] Ne dixeris, [x] quis eſt vſus mei, aut
quænam mihi deinceps erunt bo-
na? Neue dixeris; ſatis habeo, 2
multaque posſideo, et quid dein-
ceps in vita mali patiar? Bono- 2
rum tempore ne immemor eſto
malorum, et malorum tempore
memento bonorum. Facile eſt 2
enim Domino obitus tempore ho-
mini digna factis præmia ſoluere.
Temporis difficultas obliuionem 2
adfert deliciarum, et in hominis
interitu eſt eius operum patefa-
ctio. Ante obitum neminem bea- 3
tum dixeris, atque ex ſuis natis co-
gnoſcitur vir. Ne quemuis ho- 3
minem domum tuam introducito:
nam multæ ſunt malitioſorum in-
ſidiæ. *L.* Vt enim eructant præ- 3
cordia fœtidorum, vtque *G.* capta
perdix coniicitur in caueam, *L.*
et vt caprea in laqueum: ita ſu-
perbi animus, tamquam ſpecula-
tor, caſum obſeruat. Nam bo- 3
na in mala conuertens inſidiatur et
laudabilibus labem infert. Vt ex 3
vna *G.* ignis ſcintilla fit multa pru-
na, *L.* ita ab vno malitioſo fit mul-
tus ſanguis, *G.* et improbus homo
ſanguini inſidiatur. A malefico, 3
(fabricatur enim mala) caueto, ne
tibi notam inurat æternam. Alie- 3
num in contubernium admitte, et
te turbis euertet, ac tuis ipſius bo-
nis priuabit.

CAPVT XII.

Non temere beneficia conferenda. Liberalitas. Amicus certus. Cum inimico cautiones.

SI benefacis, cognoſce, cui facias, 1
et *L.* multam *G.* inibis tuis be-
nefactis gratiam. Piis bene- 2
facito,

w) neque pauperi calamitoſo deſperanda eſt melior fortuna, neque fortunato non metuendus caſus. x) Quid agam? aut quando deſinam eſſe miſer?

facito, et *L.* magnum *G.* conſeque-
re præmium, ſi non ab ipſis, at a Su-
3 premo. Non ſunt bona perſeue-
ranti in malis, et egentibus non lar-
gienti, *L.* quum Supremus impro-
bos odio habeat, et reſipiſcentium
4 miſereatur, *G.* largire pio, et ne
ſubueni improbo: benefac inopi,
et ne impio largire: quin eum vi-
ctu prohibe, neue ei largire, ne te
5 per ea opprimat. Nam bis tantum
malorum conſequere, quantumcum-
que bonorum in eum contuleris:
6 ſiquidem Supremus improbos odit,
et impiis pœnas irrogabit, quos in
grauisſimi ſupplicii diem reſeruat.
7 Largire bonis, neue improbis ſuc-
curre. Nec ſecundis rebus dignoſci-
tur amicus, nec aduerſis latet inimi-
cus. Secunda hominis fortuna eius
inimici dolent: aduerſa etiam ami-
cus abſcedit: inimico tuo numquam
credideris: nam quale æruginos-
ſum æs, *y* talis eſt eius malitia. Et
quamuis ſeſe deiiciat, ac ſubmisſe
gerat, aduerte animum, et ab illo
caue, et eris ei perinde, ac qui ſpe-
culum exterſeris, cognoſcesque,
eum tandem *z* non æruginoſum.
Eum apud teipſum ne ſtatueris,
ne, te euerſo, in locum tuum ſub-
eat. Eum tibi ad dextram ne col-
locaueris, ne tuam conetur occu-
pare ſedem, tandemque dicta mea
recognoſcas, et te mea verba re-
mordeant. Quis miſereatur in-
cantatoris a ſerpente icti? aut vl-
lius, qui ad beſtias acceſſerit? iti-
dem etiam eius, qui hominem im-
probum adierit, ſeque eius pecca-
tis admiſcuerit? Vnam horam
tecum in ſtatu iuſto permanebit:
quod ſi nutaueris, non durabit.
Labris quidem ſuauibus vtetur ini-
micus, et multum garriet, et te-
cum bella oratione aget, et ocu-
lis illacrimabit: ſed mente delibe-
rabit de te in foueam præcipitando:
quod ſi tempus fuerit nactus, *a* non
explebitur ſanguine. Mala ſi tibi 17
acciderint, eum ibi priorem te re-
peries: atque is opitulari ſe ſi- 18
mulans, tibi calcem ſupplantabit.
Caput ſuum quasſabit, et manibus 19
plaudet, et multa garriet, et perſo-
nam ſuam mutabit.

CAPVT XIII.

Quis pauperi cum locuplete ſit vſus. Ioua cumprimis colendus. In audaces. Curarum violentia quanta.

QVi picem tangit, contamina- 1
tur ea: et qui cum ſuperbo
communicat, fit eius ſimilis.
Grauius, quam pro te, onus ne ſub- 2
lueris, neue cum potentiori te aut
ditiori communica. Quid com- 3
municet olla cum aheno? in quod
ſi offenderit ea, confringetur. Di- 4
ues etiam, quum fecit iniuriam,
minatur: pauper etiam, quum paſ-
ſus eſt iniuriam, ſupplicet oportet.
b Si vtilis eris, inſeruiet tibi: ſin e- 5
gebis, deſeret te. Si habebis, vi- 6
uet tecum, teque exinaniet, nec ipſe
laborabit. Egens tui te decipiet, 7
tibi arridebit, ſpemque dabit, et
pulchre adloquetur. Ecqua tibi 8
re opus eſt? inquiet: ſed te paraſi-
tando turpiter illudet, donec te bis-
que terque exinaniat, et ad extre-
mum etiam irrideat. Poſtea te
ſpectabit, et deſeret, et caput ſuum
aduerſum te quasſabit. *L.* Sub- 9
mitte te Deo, et eius manus exſpe-
cta. *G.* Caue ne mente fallaris, 10
aut amentia tua adfligaris. *L. c* No- 11
li humilis eſſe in ſapientia tua, ne
depresſus in ſtultiam, ſeducaris.
G. Aduocatus a potente, fac, vt re- 12
fugias, et tanto te magis aduoca-
bit. Ne ingere te, ne repellaris: 13
neue procul abſiſte, ne tradaris ob-
liuioni. Ne ſtude cum eo collo-
qui 14

y) ſimulatione tegitur, vt æs ærugine. *z*) detecta ſimulationis ærugine. *a*) vte-
tur inexplebili crudelitate. *b*) Loquitur de falſo amico, de quo ſupra cap. 6.
c) Hanc ſententiam non intelligo.

qui, neue pluribus eius verbis cre-
de: multo enim ſermone tentabit
te, et quaſi adridens arcana tua ri-
15 mabitur. Immiſericors [d] obſerua-
bit *L.* tua *G.* verba, nec a lædendo
16 et vinculis abstinebit. Obſerua,
et diligenter operam da, vt audias,
17 nam in periculo verſaris. *L.* At-
que illis auditis verbis, ſimula ſo-
mnum, et tamen vide et vigila.
18 Per omnem vitam tuam ama De-
um, et ad ſalutem tuam inuoca.
19 *G.* Omne animal ſui ſimile diligit,
20 et omnis homo alterum: deni-
que omnia animalia cum ſuo gene-
re congregantur, et ſui ſimilibus
21 coniunguntur homines. Quid
commune lupo cum agno? ſic im-
22 probo cum pio: quæ pax hyænæ
cum cane? quæ pax diuiti cum pau-
23 pere? vt præda leonum ſilueſtres
aſini ſunt in ſaltibus, ſic diuitum pa-
24 bula pauperes. Vt inuiſa ſuper-
bo humilitas, ita inuiſus eſt diuiti
25 pauper. Diues nutans confirma-
tur ab amicis: at humilis lapſus
26 inſuper ab amicis repellitur. Diui-
tis, ſi deliquerit, multi ſunt adiuto-
res, qui etiam nefaria locutum de-
27 fendant. Humilis, ſi deliquit, etiam
obiurgatur: ſi docte verba facit, non
28 datur ei locus. Diuite loquente, ſi-
lent omnes, et eius orationem ad
29 nubila extollunt: pauper ſi loquitur,
dicunt: quis iſte eſt? quod ſi offen-
30 derit, eum etiam euertunt. [e] Bonæ
ſunt diuitiæ, quibus *L.* conſcia *G.*
non ineſt improbitas: et mala pau-
31 pertas in impiorum domibus. Ho-
minis cor eius vultum mutat, modo
ad lætitiam, modo ad mærorem.
32 Cordis indicium in rebus proſpe-
ris eſt vultus hilaris, et laborioſæ
cogitationes, ſententiarum com-
mentatio eſt.

CAPVT XIIII.

*Felix qui ſit. Auaritiæ miſeria. Erga Io-
uam gratitudo. Sapientis beatitas. Sa-
pientiæ laudes.*

FElix homo, qui nec ore delin- 1
quit, nec peccati dolore angi-
tur. Felix, [f] quem ſuus non 2
damnat animus, quique ſua ſpe
non excidit. Hominem ſordi- 3
dum non decent diuitiæ, et homini
inuido quorſum pecuniæ? Qui 4
defraudando ſuo genio L. iniuſte
G. congerit, aliis congerit, eiusque
bonis luxuriabuntur alii. Qui i- 5
pſe ſibi malus eſt, cui bonus erit?
quum ipſe ſuis rebus non oblecte-
tur? Qui ſibimet inuidet, eo ne- 6
mo nequior eſt: atque hoc eſt eius
malignitatis præmium. Quod ſi 7
bene facit, dolens L. nolensque G.
facit, et tandem malignitatem ſuam
patefacit. Nequam eſt, oculis qui 8
inuidet, vultum auertit, et homines
deſpicit. Auari oculus nulla con- 9
ditione expletur, et maligni iniqui-
tas eius animum tabefacit. Mali- 10
gnus oculus in pane inuidus, et in
ſua menſa indigens. Fili, pro eo, 11
quod habes, benefac tibi ipſi, et Do-
mino munera digne libato, me- 12
mor, non tardaturam mortem, nec
tibi ſtatum fati tempus eſſe decla-
ratum. Antequam obeas, amico 13
benefac, eique pro tuis facultatibus
ſubminiſtra atque largire. Ne ca- 14
reto ſuaui tempore, neu te bo-
næ cupiditatis ſors præterfugiat.
Nempe tuos labores aliis, et ægre 15
quæſita ſortis diuiſioni relinques.
Da et accipe, animumque ſanctum 16
habe L. Ante obitum tuum exerce
liberalitatem: G. nec enim eſt a- 17
pud inferos alimentum quæren-
dum. Omne animal veſtis more 18
veteraſcit: eſt enim ab omni æter-
nitate fatale, mortem obire. Vt 19
virentia in frondoſa arbore folia a-
lia decidunt, alia naſcuntur, ita
car-

d) in Græco eſt, non obſeruans, ſed malui Latinum ſequi, cuius aptior eſt ſen-
tentia. e) nec malæ ſunt diuitiæ, ſi diues ſit bonus, nec bona paupertas, ſi pau-
per malus. f) qui non eſt ſibi male conſcius.

carnis et ſanguinis genus aliud obit, aliud gignitur. Omne opus putreſcens deficit, et eius auctor poſt id discedit. L. Omne vero egregium opus euadet, et eius auctor per id decorabitur. G. Beatus homo, qui ſapienter honeſta meditatur, qui prudenter et ſancte disputat, qui ſapientiæ vias mente cogitat, et arcana perpendit. Inſequere eam a tergo tamquam explorator, et in eius inſidiare diuerticulis. Qui per eius feneſtras inſpicit, et pro foribus eius auſcultat. Qui iuxta eius domum diuerſatur, et, (fixo in eius parietibus palo,) propter eam tabernaculum ſuum collocat, is L. perpetuo G. verſabitur in diuerſorio bonorum: ſuos natos illius tutelæ committet ſub eiusque ramis deget: per eam ab ardore protegetur, et in eius gloria verſabitur.

CAPVT XV.

Iouæ reuerentia beatum faciens. Sapientiæ munera. Laudatur improbus. Non ſcelerum auctor Ioua. Præceptorum obſeruantia ſalutaris.

QVi Dominum metuit, recte fa-
cit: et qui legem tenet, ſapi-
entiam comprehendit, ea-
que illi, tamquam L. honeſta G. ma-
ter, occurrit, et eum quaſi vxor vir-
go ducta excipit. Hæc eum L. vi-
tæ ac G. prudentiæ pabulo paſcit,
et ei L. ſalutaris G. ſapientiæ potio-
nem bibere dat. Ea firmatus at-
que nixus haudquaquam labefacta-
tur ac fruſtratur. Hæc eum ſupra
alios extollit, et in media concione
os eius aperit, L. eumque ſapientiæ
et prudentiæ ſpiritu replet, et glo-
5 riæ amictu veſtit. G. Ei volupta-
tem et lætitiæ coronam comparat,
7 et nomen æternum conciliat. Non
eam comprehendunt indociles ho-
mines: non improbi vident: ab- 8
eſt a ſuperbia L. doloque G. procul,
nec eius meminerunt homines
mendaces. L. * At veraces per eam
tantum conſequuntur, vt vsque ad
Dei cognitionem proficiant. G. 9
Non eſt honeſta laus in ore impro-
bi, quippe quæ a Domino non profi-
ciſcatur. Nam L. et a Deo profi- 10
ciſcitur ſapientia, et G. per ſapien-
tiam pronuncianda laus eſt, L. quæ
laus vbi in ore fideli multa eſt, G.
Dominus ei adſpirat. Ne te dixe- 11
ris *g* auctore Domino deliquiſſe: quæ
enim odit, facere non debes. Ne 12
dixeris, te ab eo deceptum eſſe: *h* nec
enim homine eget improbo. O- 13
mne nefas odit Dominus, idque
eum reuerentibus carum non eſt.
Ipſe L. Deus G. principio quum cre- 14
aſſet hominem, eum arbitrio ſui
conſilii permiſit. L. Adiecit man- 15
data et præcepta ſua. G. Si præce- 16
pta exſequi volueris, et fideliter ac
libenter agere, L. ipſa te conſerua-
bunt. G. Propoſitus eſt tibi ignis 17
et aqua: ad vtrum voles, manum
tuam porriges. Homini propo- 18
ſita eſt vita et mors, L. bonum et
malum, G. vtrum ei placuerit, id ei
dabitur. Eſt enim multa ſapientia 19
Dominus, et potentia pollet, et o-
mnia videt L. ſine intermiſſione,
G. et coniectos habet oculos in ſui 20
metuentes, et omne opus hominis
cognoſcit, neque cuiquam impie 21
agere præcepit, neque cuiquam
peccandi licentiam dedit. *i* L. Non 22
enim vllo omnino infideli et ne-
quam filio delectatur.

CAPVT XVI.

Vana ex filiorum numero gaudia, ſi mali ſint. Improborum cœtus diſcriminis plenus. In gigantes Iouæ indignatio. Clemens et iracundus Deus, omnia noſcens. Opera Dei mirifica.

g) Dominum eſſe in cauſſa, vt tu deliqueris, quum delinquere vetet. *h*) non eſt eorum ſimilis, qui improbos corrumpunt, vt eorum opera faciant, quod volunt. *i*) ſi peccandi licentiam dediſſet, placerent ei qui peccarent, ſicut placet patri filius, qui eſt ei dicto audiens.

1 NE opta copiam inutilium libe-
rorum,neue impiis lætare fi-
liis : ſi multi ſunt, ne eis dele-
ctare,niſiDomini metu præditi ſunt.
2 Noli eorum aut vitæ confidere, aut
3 multitudinem ſpectare. Præſtat
enim vnus bonus, quam mille im-
4 probi: et ſine liberis mori, quam
5 liberos habere impios. Per vnum
enim prudentem frequentatur
vrbs:*improborum vero genus bre-
6 ui vaſtatur. Multa talia et oculis
vidi, et auribus etiam his grauiora
7 audiui. In improborum cœtum
incenditur ignis, et in contumacem
8 gentem exarſit ira. Implacabilis
fuit Deus in priſcos gigantes,qui ſu-
is inſanis viribus deprauati esſent.
9 Non iis pepercit, apud quos com-
morabatur Lotus, quos ob eorum
10 ſuperbiam abominaretur. Non
eſt miſertus gentis perditorum, qui
11 ſuis peccatis ſublati ſunt, atque
ita ſexcenta millia peditum, qui a-
nimi pertinacia conſpirauerant, fla-
gellando, miſerando, cædendo, ſa-
nandoque Dominus miſericordia
12 caſtigationeque conſeruauit. Quod
ſi vel vnus in populo contumax fue-
rit, mirum hoc erit, ſi impune fe-
ret. Eſt enim eius et clementia et
ira: et veniam dare, et iram effun-
dere poteſt: vt magnæ clementiæ,
ita et magnæ ſeueritatis eſt: pro
13 ſuis quemque factis iudicat. Nec
rapinis effugiet improbus, nec pii
14 fruſtra erit patientia. Omni be-
neficentiæ locum dabit. Suis quis-
que digna factis *L.* et anteactæ
vitæ prudentia *G.* conſequetur.
(Dominus Pharaonem ita indura-
uit, vt Pharao eum non cognoſce-
ret, vt ipſius fortia facta ſubiectæ
cælo terræ innoteſcerent. Omni
rerum naturæ eius clementia nota
eſt, adamante diſcreuit lucem ſuam
15 et tenebras.) Noli ita cogitare:
latebo Dominum: quis mei ſupra
16 meminerit? inter tot homines
nulla erit mei recordatio: nam
quantula eſt mea perſona in im-
menſitate rerum? Ipſum etiam
cælum, cælique cælum Dei, profun-
dum et tellus, et quæcumque in eis
inſunt, eius adſpectu commouen-
tur, ſimulque montes, et terræ
fundamenta, eo intuente, tremore
concutiuntur, quæ omnia, nulla
mente digne perſpici queunt, *L.*
quum illi perſpicuæ ſint mentes o-
mnium. G. Eius quidem rationes 2
et impetus ne animo quidem com-
prehendi posſunt, nedum oculis
cerni humanis, et maior eius o- 2
perum pars occulta eſt. Iuſtitiæ
opera quis enuntiet? aut quis ſus-
tineat? nam ita remotum eſt fatum,
vt omnium inquiſitio fatiſcat.
Hæc ſubmisſa mens cogitat: at in- 22
ſanus homo, et errans ſtulta cogitat.
Audi me, nate, et ſcientiam diſce, et 23
mea dicta animaduerte: explica- 24
bo perpenſam doctrinam, exacte-
que ſcientiam indicabo. Cum ra- 25
tione fecit Dominus principio ope-
ra ſua, et iis conditis, eorum partes
diſtribuit. Ornauit in perpetuum 26
opera ſua, et eis ſua manu eiusmo-
di principia dedit, in alias atque a-
lias ætates duratura, (vt non eſu-
riant, nec in ſuis operibus defati-
gentur, aut ab officiis cesſent.)
Non infeſta ſunt aliis alia, nec vm- 27
quam eius imperium detrectant.
Deinde intuitus Dominus terram, 28
eam ſuis impleuit bonis, ita vt e- 29
ius ſolum omni animalium genere
operiatur, quorum fiat in eamdem
reuerſio.

CAPVT XVII.

*Hominis creatio, vitæ definitio. In homi-
nem dona diuina. Pœnitentium ſalus. Io-
uæ clementia. Humani generis leuitas.*

DOminus ex terra creauit ho- 1
minem, rurſumque redegit in
eamdem. Numeratos dies 2
et tempus eis dedit, eos ad imagi-
nem ſui conditos ſuis viribus in-
duit,

*) Latinus ſic, a tribus impiis deſolatur.

duit, et eorum metum omnibus
incuſſit animantibus, ita vt beſtiis
ac volucribus imperarent, *L.* crea-
to ex ipſis adiumento eorum ſimili.
G. Eis iudicium, et linguam,et ocu-
los,et aures, et cor dedit ad cogitan-
dum. (Sexto loco, mentem quo-
que impertiuit, et ſeptimo ſermo-
nem operibus ſuis explicandis.)
Eos prudenti ſcientia repleuit,et eis
bona malaque demonſtrauit. Ad-
iecit ad eorum corda ſuos oculos,
eis operum ſuorum magnificenti-
am oſtendens. (Eis dedit miracu-
lis ſuis gloriari perpetuo, vt pru-
denter enarrent eius opera, et electi
nomen eius ſanctum collaudent.)
Addidit ſcientiam, legemque vitæ
poſſidendam dedit, (vt ſe mortales
eſſe cognoſcerent.) Cum eis fœ-
dus iniit æternum, et eis ſua iura
monſtrauit. Eius et gloriæ ma-
gnificentiam ſuis viderunt oculis,
et vocis gloriam audiuerunt auri-
bus, iuſſitque, vt omne nefas ca-
uerent, et de cuiusque erga alios
officio præcepit. Ei ſemper patent
eorum mores, nec eius oculos la-
tent. (Sed omnes homines ab ine-
unte ætate malis dediti ſunt, nec
poteſt eorum cor ex lapideo fieri
carneum. Igitur in diſtribuendis
totius terræ gentibus,) ſuum cuique
genti ducem præfecit: ſed Iſrae-
litam ſibi peculiariter deſumſit,
(quem vt primogenitum diſciplina
educat, et lumen caritatis imperti-
ens non deſerit.) Ergo omnia eo-
rum facta tam ei perſpicua ſunt,
quam ſol: in eorumque mores o-
culos habet adſiduos. Non eum
prætereunt eorum iniuſte facta,
ſuntque omnia eorum peccata Do-
mino perſpicua. (Verum ipſe
quum benignus ſit, et opificium ſu-
um habeat cognitum, nec abiicit
homines, nec deſerit, vt qui parcat
eis.) Apud eum hominis benefi-
centia quaſi conſignata eſt, conſer-
uatque cuiusque benigne factum,
tamquam pupillam, (eius filiis ac fi-
liabus dans locum pœnitentiæ.)
Poſtea exſurget, eisque præmia ſol- 19
uet, et in ſuum cuiusque caput me-
ritum rependet. Ceterum pœni- 20
tentibus concedit regreſſum, et de-
fetiſcentes hortatur ad patientiam,
L. eisque ſortem veritatis deſtina-
uit. *G.* Redi ad Dominum, et pec- 21
cata relinque: ei coram ſupplica, 22
et offenſam minue: propera ad 23
Supremum, (is enim te ex tenebris
in lucem pacis adducet,) et ab iniu-
ſtitia recede, et nefas odio ſummo
proſequere, *L.* et Dei virtutes ac 24
iura cognoſce, et in ſorte propoſita,
et ſupremi Dei imploratione ma-
nens, [l] in partes concede ſæculi ſan- 25
cti. *G.* Supremum quis laudabit 26
apud inferos? vt viui et gratias a-
gentes? *L.* Ne perſiſte in impiorum
errore: ante mortem lauda Deum.
G. A mortuo, perinde ac ſi nullus
eſſet, abeſt gratiarum actio: vi- 27
uus et ſanus Dominum laudat, *L.* et 28
in eius miſericordia gloriatur, *G.*
quæ ſane Domini miſericordia, et
erga redeuntes ad ipſum placabili-
tas permagna eſt. Non enim in ho-
minibus eſſe poſſunt omnia, quippe 29
quum non ſit immortale genus hu-
manum, *L.* quod vitiorum vanitate
delectatur. *G.* Quid ſolis luce
ſplendidius? atqui hæc quoque, 30
nedum vt nequiter cogitans deficit,
caro et ſanguis *L.* non refellatur. 31
G. quum ille ſublimitatis cæli vir-
tutem perluſtret, et homines omnes
terra ſint atque cinis.

CAPVT XVIII.

Ioua ſempiternus omnium conditor, iuſtus, victor. Hominis infirmitas. Iouæ maieſtas, ac virtus in omnibus rebus. Prudentia, vota, ſuſpicio prudentis. In luxum.

QVi ſempiternus viuit, omnia 1
pariter condidit Dominus,
ſolus iuſtus habendus, *L.* et
manens inuictus rex in perpetuum.
G. (Is mundum ſuæ manus palmo
condidit, cunctaque parent eius vo-
luntati,

[l]) da operam, vt beatam ſanctorum vitam conſequaris.

luntati, quippe qui ſua potentia re-
gat omnia, quæ in eis ſunt, ſacra
2 disiungens a profanis.) Cui hoc de-
3 dit, vt eius opera exponat? Aut quis
eius magnificentiam perueſtiget?
Eius magnitudinis imperium quis
4 declaret? Aut quis eius clementiam
5 exponere adgrediatur? Non eſt
minuere, aut augere, ſed neque per-
6 ueſtigare Domini miracula. *m* Quum
abſoluerit homo, tum incipiendum
erit: et quum deſtiterit, tum dubi-
7 tabit. Quid homo, aut quis eius
vſus eſt? quod bonum, quodue eius
8 malum eſt? (Aetatis hominis nume-
rus eſt, vt multum, centum anno-
rum, (nec vllius ex omnibus certus
eſt obeundi modus.) Quantula eſt
aquæ gutta e mari, aut ex arena cal-
culus, tantillum ſunt anni mille in
9 infinitate temporis. Propterea to-
lerat eos Dominus, et miſericordia
10 ſua perfundit. Videt et intelligit
eorum *L.* animi arrogantiam, ac *G.*
11 peruerſitatem esse malam: ideo
multa vtitur placabilitate, *L.* et eis
12 viam æquitatis ostendit. *G.* Ho-
minum miſericordia eſt aliorum in
13 alios: Domini vero miſericordia
eſt in omne corporeum genus:
14 arguit, caſtigat, docet, et reuocat,
vt paſtor gregem ſuum: eorum,
qui diſciplinam admittunt, miſere-
tur, et qui eius ſententiis ſtudent.
15 Fili, *n* beneficiis aut vlli largitioni re-
prehenſionem aut verborum mo-
16 leſtiam ne addito. Nimirum vt
ardorem mitigat ros, ita ipſo dono
17 potior eſt oratio: quumque ſit i-
pſo munere melior oratio, *o* vtrum-
18 que eſt in homine munifico. Stul-
tus ingrate exprobrat, inuidique
19 donum tabefacit oculos. Antequam
loquaris, diſce: et ante morbum ſa-
20 nare. Ante iudicium explora tei-
pſum, et animaduerſionis hora ve-
niam conſequere. Antequam æ- 21
grotes, teipſum continentia doma-
to, et tempore peccatorum ostende
vitæ correctionem. Noli impedi- 22
ri, quo minus votum tempeſtiue
exſoluas, neue *p* tui abſolutionem ad
mortem vsque differto, *L.* quoniam
diuina merces æterna manet. *G.* 23
Priusquam vota facias, præpara te-
ipſum, et ne esto, quaſi qui homo
tentet Deum. Memento iræ extre- 24
mo tempore futuræ, et temporis
ſupplicii, quod *q* auerſo vultu irroga-
bitur. Recordare tempus famis, 25
tempore vbertatis: pauperiem ac
penuriam, tempore diuitiarum. *r* A 26
mane ad veſperam mutatur tempus,
et apud Dominum ſubita ſunt o-
mnia. Vir ſapiens ſemper metuit, 27
et *s* peccatorum tempore delicta ca-
uet: (at inſipiens non explorat tem-
pora.) Omnis prudens ſapientiam 28
agnoſcit, (et doctrinam,) et eam ad-
epto laudem tribuit. Prudentes et 29
verbis ſapiunt, *L.* et verum æquum-
que ſciunt, *G.* et animi moderatio-
ne exactas fundunt ſententias. (O-
ptima loquendi auctoritas ſolius eſt
Domini: ſiquidem mortali cor in-
hæret mortuum. Cupiditates tuas 30
ne ſequere, et adpetitus tuos cohibe.
Si animo tuo cupiditatis libidinem 31
indulſeris, exponet te hoſtium ludi-
brio, qui tibi inuident. Ne dele- 32
ctare nimis deliciis, ne earum con-
ſortio conſtringaris. Noli pauper 33
fieri, conuiuando de mutuo, quum
nihil ſit tibi in marſupio: alioquin
inſidiator vitæ tuæ famoſus eris.)

CAPVT XIX.

In ebrioſos. Vinum, mulier, ſceleroſus, taciturnitas. Stultus eloquens. Ioue metus ad beatitudinem perducens. Exacta calliditas. Vnde noſcatur homo.

Ebrio-

m) Si quis Dei magnitudinem veſtiget, quum omne ſtudium eo contulerit, nihil tamen effecerit. *n*) ne exprobra cui benefacis. *o*) et benefacit, et orationis gratiam muneri addit. *p*) voti ſolutionem, qua fidem tuam liberes. *q*) ſeuere et irato Deo. *r*) forſitan hodie morieris, ne in craſtinum diem vitæ correctionem differas. *s*) huius vitæ, in qua peccatur.

EBrioſus operarius non diteſcit: qui ſpernit exigua, paullatim cadit. Vinum et mulieres deprauant prudentes, *L.* confutantque cordatos, *G.* et, qui meretricibus hæret, nequior eſt. Eum caries et vermes obtinebunt, et homo temerarius tolletur, (grauique ſupplicio contabeſcet.) Qui cito credit, leuis animi eſt, et peccando delinquit in ſeipſum. Qui nequitia gaudet, damnandus eſt: (qui vero voluptatibus reſiſtit, vitam ſuam coronat. Qui linguæ temperat, is poteſt etiam cum homine difficillimo viuere,) et qui loquacitatem odit, minus eſt vitioſus. Numquam *L.* nequiter et dure *G.* dicta retuleris, et nihil tibi incommodabitur. *L.* Cuius tibi conſcius es, id *G.* nec apud amicum, nec apud inimicum enuntiato: et ſi quidem ineſt in te peccatum, ne patefacito. Nam ille, audito te, obſeruabit, et aliquando oderit te. Si quid *L.* aduerſus alterum *G.* audiuiſti, id [t] vna tecum moriatur, neu metue, ne te rumpat. Orationem enititur ſtultus, vt fetum, quæ parit. Quale eſt corporis femori adfixum telum, talis eſt in ſtulti pectore oratio. Amicum reprehende, ne forte [u] faciat: et ſi quid fecit, ne amplius faciat. Amicum reprehende, ne forte dicat, et ſi ſemel dixit, ne iteret. Amicum reprehende, ſed [x] ne cuiuis orationi crede: ſæpe enim exſiſtit calumnia. Eſt, qui verbis, non animo delinquat: et quis lingua non peccat? Alterum reprehende, priuſquam mineris, et (expers iræ) da locum legi Supremi. (Domini metus primus, quo ad eum recipiare, gradus eſt: amorem autem eius demeretur ſapientia. Cognitio præceptorum Domini vitalis doctrina eſt: et qui ei obediunt, fructum percipient immortalita-
tis.) Domini metus ſumma ſapi- 20
entia eſt, et ſummæ ſapientiæ eſt le-
gis exſecutio, (ac ſummæ eius po-
tentiæ cognitio. Si ſeruus neget 21
Domino, facturum ſe, quod illi
placet, et tamen idem poſtea faciat,
offendit altorem ſuum.) Non eſt 22
ſapientia nequitiæ ſcientia: nec eſt
conſilium improborum prudentia:
ſed eſt nequitia, eaque nefaria, eſt-
que homo demens expers ſapientiæ.
Præſtat expers ingenii religioſus, 23
abundanti prudentia, et eidem con-
tra legem facienti. Eſt interdum 24
exacta calliditas, eaque iniuſta eſt:
et qui ſententiæ pronuntiandæ gra-
tiam euertat, (rurſumque alius, qui
iuſte iudicet, ſapiens.) Eſt im- 25
probitate præditus demiſſus ac tri-
ſtis, cuius pectus fraude refertum
eſt, faciem tegens, et ſurdum ſe ſi-
mulans: is te nec opinantem op- 26
primet, et ſi defectu virium pecca-
re prohibeatur, ſi occaſionem na-
ctus fuerit, malum dabit. Ex ad- 27
ſpectu cognoſcitur homo, et ex vul-
tus occurſu cognoſcitur cordatus.
Suus quemque veſtitus, et dentium 28
riſus, et inceſſus indicant.

CAPVT XX.

Indecora reprehenſio. Sapiens taciturnus, multiloquens inſanus. Diſcrimen ab opibus. Inſipientis munus. A lingua caſus. Mendacium.

Eſt quædam indecora reprehen- 1
ſio, *L.* in ira contumelioſi: eſt
et iudicium, quod improbum
arguitur: *G.* eſt et qui prudenter ta-
ceat. Longe honeſtius eſt reprehen- 2
dere, quam clam iraſci: et qui cul-
pam fatetur, ab incommodo defen-
ditur. Qualis eſt ſpadonis virgi- 3
nem ſtuprandi libido, talis eſt, qui
per vim exercet iudicia. (Eſt, qui 4
tacendo ſe ſapientem oſtendat: eſt
et, qui crebra loquacitate ſit odio-
ſus.

t) numquam enuntiato, nec enim tibi tacuiſſe nocebit, vt noceret venenum, niſi euomeres. u) ſcilicet vitioſum aliquid. x) ne prius reprehende, quam rem compertam habeas.

5 ſus.) Eſt, qui taceat, quia non ha-
bet, quod reſpondeat: eſt et, qui ta-
6 ceat, tempori ſeruiens. Homo ſa-
piens ſilet ad tempus: at nugator et
7 amens tempus omittit. Qui verbis
multis vtitur, inuiſus eſt: et qui ſi-
bi poteſtatem vindicat, odio eſt.
8 (Perpulchrum eſt, reprehenſum a-
gere pœnitentiam: ſic enim volun-
9 tarium peccatum effugias.) Eſt in-
terdum homini damnoſa proſperi-
tas, et eſt, quum reperiſſe aliquid ſit
10 incommodum. Eſt largitio, quæ
tibi nihil proſit: eſt et largitio, cuius
11 dupla ſit remuneratio. Eſt inter-
dum incommodi cauſſa gloria: eſt
et, qui ex humilitate caput attollat.
12 [y] Eſt, qui multa paruo emat, et eadem
13 ſeptuplo rependat. Sapiens orati-
one ſeipſum reddit amabilem: ſtul-
14 torum vero gratiæ fluxæ ſunt. Mu-
nus inſipientis tibi nihil proderit
(acceptum, nec item inuidi propter
importunitatem) nam oculos habet
(ad accipiendum) pro vno multos:
pauca dabit, et multa exprobrabit,
atque os ſuum more præconis ape-
15 riet. Hodie commodabit, et cras
repetet: inuiſus (et Deo et homini-
16 bus) eſt talis homo. Dicit ſtultus,
amicum non habeo, nec eſt meis bo-
nis gratia: qui meo victu veſcun-
17 tur, ſunt lingua futiles. Quoties et
quot eum derident? *L.* quippe qui,
quod habet, [z] non recta ratione diſ-
tribuat: id quod perinde eſt, ac ſi
18 non haberet. G. Pronior eſt a lin-
gua caſus, quam a lacunari: adeo
velociter malorum ruina venit.
19 Homo illepidus, intempeſtiua fabu-
20 la, ore indocto continuata. In o-
re ſtulti diſplicet ſententia, quod
eam parum tempeſtiue pronuntiat.
21 Eſt, qui inopia peccare prohibeatur,
qui in quiete ſua non [a] ſtimulatur.
Eſt, qui animam ſuam [b] verecundia 22
perdat, et ob dementem perſonam
pereat, *L.* ac perſonæ alicui indul-
gendo, perdat ſeipſum. *G.* [c] Eſt, qui 23
præ verecundia promittat amico,
et eum ſibi nequidquam inimicum
faciat: Malum vitium eſt in ho- 24
mine mendacium, in indocto ore
adſiduum. Tolerabilior eſt fur, 25
quam mendaciis adſuetus, tametſi
in perniciem vterque incurret. Fa- 26
miliaris eſt homini mendaci igno-
minia, ſuumque dedecus eum comi-
tatur adſidue. Sapiens ſeipſum 27
dictis prouehit, placetque primori-
bus vir prudens. Qui terram co- 28
lit, [d] altum ſibi facit aceruum, *L.* et
qui iuſtitiam colit, ſeipſum euehit:
et qui primatibus placet, euitat in-
iuriam. Largitiones donaque ex- 29
cæcant oculos ſapientum, et tam-
quam oris obſtructio reprehenſio-
nes impediunt. Sapientia occul- 30
ta et theſauro abdito quid eſt in v-
trouis vtilitatis? potior eſt homo, 31
qui ſtultitiam, quam qui ſapientiam
ſuam celat. (Potior eſt neceſſaria 32
ſequenti Dominum patientia, quam
ſuæ vitæ gubernator absque Do-
mino.)

CAPVT XXI.

Ad veniam contendendum. Peccati pernicies quanta. Caſtigationes renuens. Qui doctus. Inepti ſermones. Riſus profuſus. Auſcultare ad ianuas. Calumniator.

FIli, ſi peccaſti, ne deinceps facito, 1
et præteritorum veniam petito.
Tamquam anguem fuge pecca- 2
tum: nam ſi acceſſeris, mordebit te.
Peccati dentes leonini ſunt, homi- 3
num animas perimentes. Perinde 4
ac anceps gladius eſt omne nefas, cu-
ius irremediabile vulnus eſt. Con- 5
certationes et iniuriæ diuitias de-
popu-

y) quæ videntur paruo conſtare, interdum magno conſtant. *z*) largitur adſentatoribus, qui ei non magis gratiam referunt, quam ſi nihil accepiſſent. *a*) ſcilicet peccati conſcientia, quod fieret, ſi per opes peccare poſſet. *b*) dum alicuius gratia aliquid vel iuſtum facere, vel iniquum non facere pudet. *c*) qui negare non audet, quod tamen præſtiturus non eſt, is poſtea non præſtando promiſſum, facit ex amico inimicum. *d*) multum frumenti comparat.

opulantur, et *L.* domus, quæ nimis
ocuples eſt, aboletur ſuperbia: *G.*
ta ſuperbi domus deuaſtatur.[e] Pau-
eris petitio eſt ab ore ad eius aures:
iusque reſponſum feſtinanter ve-
it. Qui reprehenſionem odit,[f] in
mprobi veſtigio eſt: at qui Domi-
um reueretur, is ex animo ſe cor-
igit. Potens procul ex lingua co-
noſcitur: ſed cordatus nouit, quan-
lo ille delinquat. Qui domum ſu-
m ære conſtruit alieno,[g] perinde
acit, ac ſi quis ſibi lapides ad ſepul-
ri ſui tumulum congerat. Stup-
a congeſta eſt ſceleratorum cœtus,
uorum exitialis exitus eſt flamma
gnis. Improborum via lapidibus
ſt complanata, cuius in extremo
ſt orci barathrum, *L.* et tenebræ
tque pœnæ. *G.* Qui ſeruat legem
)omini, is ſuis cogitationibus im-
erat, et [h] perfectus Domini metus
ſt ſapientia. Docilis non eſt, qui
on eſt aſtutus: ſed eſt quædam aſtu-
ia, quæ multum habet acerbitatis.
apientis ſcientia eluuionis in mo-
um redundat, eiusque conſilium
ſt quidam quaſi limpidus vitæ fons.
tulti pectus, perinde ac confra-
tum vas, nullius ſcientiæ capax eſt.
apienter dictum ſi quando audit,
ntelligens laudat, idque exaggerat:
lem ſi audiit aliquis imperitus, im-
robat, et poſt tergum ſuum abii-
it: ſtulti ſermo eſt, quaſi in itine-
e ſarcina: at in labris intelligentis
uenitur lepos. Prudentis os in
onuentu requiritur: eiusque di-
ta animo perpenduntur. Stulto
ipientia [i] perinde eſt, ac deleta do-
ius, imprudentisque ſcientia ſunt
iconſiderata dicta. Compedes
int inſanorum pedibus doctrina,
quaſi manicæ in manu dextra.
ultus ſublata voce ridet: at cau-
is homo vix et tacite ſubridet. Pro
rnatu aureo eſt prudenti doctrina,
proque armilla in brachio dextro.
Stulti pes in *L.* alterius *G.* domum 23
velox eſt: at peritus homo etiam ad
adſpectum *L.* potentis *G.* erubeſcit.
Inſipiens per [k] ianuam domum in- 24
troſpicit: at doctus homo ſtat foris.
Ad ianuam auſcultare, hominis in- 25
ſcitia eſt: prudens vero dedecus æ-
gre fert. Labra loquacium dicunt 26
abſurda: at prudentium dicta ſta-
tera ponderantur. Stulti cor in ore, 27
ſapientes [l] os in corde habent. Dum 28
impius ſatanam exſecratur, ipſe ſe-
ipſum exſecratur. Polluit ſemet- 29
ipſum calumniator, et, vbicumque
degit, inuiſus eſt: *L.* at tacitus et
cordatus honoratur. *G.*

CAPVT XXII.

Pigritia fœda, ignorantia. Filia prudens, temeraria, marita mulier. In luctu carmen. Ab inſipiente cauendum. Amicitiæ diſſolutio. Conuiciator.

LApidi conſpurcato ſimilis eſt 1
piger, (quem omnes contume-
lioſe derideant. Sterquilinii 2
ſtercori ſimilis eſt piger, quod quis-
quis tollit, manum excutit.) Pro- 3
broſa patri eſt indocta proles, et *L.*
fatua *G.* filia damnoſa eſt. Filia 4
prudens eſt ſui viri patrimonium:
at turpis genitori dolorem parit.
Et patrem et virum dedecorat teme- 5
raria, *L.* nec ab impietate abeſt, 6
G. et vtrique deſpicatui eſt. Car- 7
men in luctu eſt intempeſtiuus ſer-
mo: at flagra et doctrina quouis
tempore ſunt ſapientiæ. Liberi, ſi 8
cum proba vita victum habent, i-
gnobilitatem parentum oblitterant.
(Liberi, ſi cum contumacia imperi- 9
tiaque faſtuoſi ſunt, fœdant ſuæ co-
gnationis nobilitatem.) Teſtam 10
conglutinat, qui ſtultum docet,
et veterno ſopitum expergefacere
conatur. Oscitantem adloquitur, 11
qui ſtultum adloquitur, qui finito
ſermo-

quum petit, ei ſtatim reſponderi debet: nam dilationem non patitur paupertas.
f) improbus eſt. *g*) in ſuam perniciem conſtruit. *h*) fortasſis hæc eſt ſententia,
Domini metus eſt perfecta ſapientia. *i*) pro nihilo. *k*) Latinus, feneſtram. *l*)
ſapientis mens eius ori moderatur.

ſermone quærat, quidnam id ſit?
12 Mortuum deplora, qui luce careat,
et ſtultum deplora, qui prudentia
13 careat. Mitius deplora mortuum,
qui requieſcat: at ſtulti vita morte
14 deterior eſt. Mortui luctus ſe-
ptem dierum eſt: at ſtulti et impii
15 totius æui eius vitæ. Cum inſipi-
ente ne verba multa facito, neue im-
16 prudentem adito. Eum caue, ne
tibi negotium exhibeatur, aut, eo
17 [m] excuſſo, contamineris. Eum de-
clina, et adipiſceris requiem, nec
18 eius amentia torqueberis. Plumbo
quod grauius ſit, nihil eſt, niſi is, cui
19 nomen eſt ſtultus. Arenam, et ſa-
lem, et ferri maſſam ferre facilius
20 eſt, quam hominem ſtupidum. Vt
lignea compages in ædificio conne-
xa concuſſu non diſſoluitur: ſic a-
nimus meditato conſilio firmatus
21 nullo tempore pertimeſcit. Ani-
mus, prudenti ſenſu nixus, perinde
eſt, ac politus paries arenaceo tecto-
22 rio. Vt poſiti ſublimiter valli, *L.*
et cæmenta ſine impenſa poſita, *G.*
ventum non ſuſtinent, ita timidus
animus in cogitatione ſtulta nul-
23 lum metum ſubſiſtere poteſt. Qui
pungit oculum, lacrimas elicit: qui
pungit animum, patefacit adfectum.
24 Qui volucres lapide petit, eas abi-
git: et qui amico facit conuicium,
25 diſſoluit amicitiam. In amicum ſi
gladium ſtrinxeris, ne deſpera, eſt
26 enim regreſſus. In amicum ſi ver-
bis inuectus fueris, bono es animo:
27 eſt enim reconciliatio. Ceterum
conuicio, et ſuperbia, et arcani e-
nuntiatione, et ictu fallaci, his, in-
28 quam, fugatur amicus omnis. [n] Fi-
dem retine in paupertate erga alios,
29 vt eorum bonis pariter fruare. Ad-
uerſo tempore perge in eos fidelis
eſſe, vt eorum facultatum ſis parti-
30 ceps. (Nec enim ſpernenda ſem-
per anguſta res eſt, nec diues men-
31 tis inops admirandus.) Vt ignem
camini vapor fumusque, ſic ſangui-
nem conuicia, *L.* contumeliæ, mi-
næque *G.* præcedunt. Amicum
tueri non me pudebit, nec me eius
conſpectui ſurripiam: quod ſi ma-
lum mihi propter eum acciderit,
quiſquis audiuerit, ab eo ſibi caue-
bit. Vtinam habeam præfectam
ori meo cuſtodiam, et labris cautum
ſigillum, ne his delinquam, et me
mea lingua perdat.

CAPVT XXIII.

Ad Iouam precatio. Veritatis amor. Iusiurandum. In parentes caritas. Iouam res nulla fugit. Impudica mulier. Gloria prima.

DOmine vitæ meæ pater et do-
mine, ne me in [o] eorum arbi-
trio deſere, ne me ſine apud
eos labi. Vtinam præficiantur men- 2
ti meæ ſtimuli, et cordi meo ſapien-
tiæ diſciplina, quæ neque meis par-
cant erroribus, neque peccata præ-
tereant, ne erroribus et peccatis 3
abundans atque ſcatens, labar coram
meis aduerſariis, quod ſit hoſti meo
voluptati, (cuius ſpes procul abeſt
a tua miſericordia.) Domine vitæ 4
meæ pater atque Deus, ne mihi ſu-
percilium dederis, (ſed giganteum
animum a tuis ſemper prohibe.)
Auerte a me (ſpes vanas, et) cupidi- 5
tates, (tibique perpetuo ſeruire cu-
pientem, in officio retine.) Ne me 6
ventris et coitus inuadat adpeten-
tia, neue me tuum impudentibus,
L. et veſanis *G.* addixeris homini-
bus. Veracis oris diſciplinam au- 7
dite nati, quam qui ſeruauerit,
non capiatur ſuis ipſe labris, *L.* nec
nequiter factis lædatur. *G.* His ca- 8
pientur improbi: his maledici et
ſuperbi lædentur. Iuriiurando tu- 9
um os ne adſuefacito, *L.* nam multi
caſus in eo ſunt: *G.* neue ſanctum 1
[p] nominare conſueſce, *L.* aut ſacris
vti nominibus: nam ea impune
non

m) vt inquinata ſus, ſi ſuum corpus excutiat, contaminat, quod prope eſt. n) ſi pauper es, fidelis eſto, et tibi benefacient alii. o) aduerſariorum. p) hoc eſt, iurare.

1 non feres. *G.* Vt enim vapulans
adſidue ſeruus non caret vibicibus:
ita qui ſemper deierat, et Deum
nominat, non eſt a peccato purus.
2 Iurator homo nequitiæ plenus eſt,
nec facesſet ab eius domo calamitas.
3 Si deliquerit, dabit pœnas: ſi con-
temtim fecit, dupliciter peccauit.
4 Quod ſi inaniter iurauit, non eua-
det, quin eius domus calamitatibus
5 impleatur. Eſt quædam veſtita
morte locutio: ea ne inueniatur in
6 Iacobidarum patrimonio: nam a
piis hæc omnia facesſunt, nec ii in
7 peccatis volutantur. Imperitæ te-
meritati os tuum ne adſuefacito:
eſt enim in ea peccati meditatio.
8 Memento tui patris atque matris,
9 dum *a* inter optimates ſedes, ne *L.*
Deo *G.* apud eos venias in obliuio-
nem, et tua conſuetudine infatueris,
ita vt *b* cupias, te numquam fuiſſe na-
tum, et natalem tuum execrere di-
0 em. Homo verbis probroſis ad-
ſueſcens, numquam per omnem vi-
1 tam ſuam docebitur. Duo ſunt,
quæ multa peccata committunt, et
2 tertium adducit pœnas. Animus in
modum ardentis ignis æſtuans, non
ante exſtinguendus, quam conſuma-
3 tur. Libidinoſus homo, qui ſui cor-
poris membro non niſi incenſo igne
4 conquieſcit. Homini libidinoſo
c panis omnis ſuauis eſt: numquam
5 cesſat, donec intereat. Homo mi-
grat ex ſuo lecto, ita ſecum cogitans:
6 quis me videt? tenebris circum-
ſeptus ſum, et parietibus tectus,
7 neque me videt quiſquam. Quid
metuam? peccata mea non memi-
8 nit Supremus. Humanos metuit
oculos, nec intelligit, oculos
Domini millies ſole ſplendidiores
intueri mores hominum omnes,
L. et ima profundi, et hominum
corda, *G.* et abſtruſas contemplari
9 partes. Omnia ei cognita ſunt, et
antequam condita, et poſtquam per-
fecta. Is per vrbis fora punietur, 30
L. et quaſi pullus equinus fugabitur,
G. ac de improuiſo comprehende-
tur. *L.* eritque turpis omnibus,
quod Domini metum neſcierit. *G.*
Itidem et mulier, quæ virum ſuum 31
relinquit, et *d* heredes ſubmittit ex
alieno. Etenim primum eſt in Su- 32
premi legem contumax: deinde in
virum ſuum delinquit: tertio ſtu-
pratur adulterio, et natos ex alieno
viro ſupponit. Hæc in concionem 33
producetur, et in eius natos anim-
aduertetur. Non agent eius nati 34
radices, nec rami fructum ferent:
ſuique memoriam relinquet infa-
mem, nec vmquam abolebitur eius
probrum, ſcientque minores, nihil 35
esſe religione melius, nihil ſuauius,
quam Domini præceptis operam
dare. (Deum ſequi, ingens eſt glo- 36
ria: et ei acceptum esſe, vitæ lon-
ginquitas.)

CAPVT XXIIII.

Sapientiæ præſtantia, laudationes ex origine, virtute, beneficiis in hominum genus.

Sapientiæ laudatio.

SApientia ſeipſam commendat, et 1
inter ſuos gloriatur. In Supre- 2
mi republica verba facit, et a-
pud eius potentiam gloriatur, *L.* 3
atque inter ſuos ſeſe extollit, eſtque
in ſancta ciuitate admirationi, et 4
in electorum multitudine laudem
obtinet, ſeque beatam inter beatos
prædicat, ita dicens: *G.* ego ex o- 5
re Supremi prodii, *L.* ante omnem
rerum naturam genita. Ego feci 6
in cælis, vt oriretur perenne lumen,
G. et quaſi nebula terram omnem o-
perui. Ego in ſublimi conſedi, ſo- 7
lium habens in nubis columna.
Cæli orbem ſola circumiui, et ima 8
perambulaui profunda. Fluctus 9
marinos, totamque terram, et o-
mnes populos ac gentes obtinui,
L. et

a) dignitate præditus es. *b*) fias miſerrimus. *c*) mulier. *d*) filios ex adultero gignit, qui ſint heredes mariti.

10 L. et omnium tum excellentium,
tum humilium, corda virtute calca-
11 ui, G. cum his omnibus quietem
quæſiui, et cuius in poſſeſſione de-
12 gerem. Tum omnium conditor,
qui me creauit, meum fixit taberna-
13 culum, mihi præcipiens, vt in Ia-
cobeis degerem, in Iraelitis poſſeſ-
ſionem haberem, L. ac inter eius
14 electos radices agerem. G. Is me
ante æuum principio creauit, num-
quam defecturam. In ſacro taber-
naculo apud eum miniſterium inii,
15 atque ita in Sione firmata ſum. Et
in vrbe dilecta, per eum quietem
adepta ſum, eſtque mea poteſtas Hi-
16 eroſolymis: et in glorioſo radi-
cata populo, in ſorte poſſeſſionis
17 Domini, excreui in altum, vt ce-
drus in Libano, et vt in montibus
18 hermoniis cupreſſus. Quaſi pal-
ma in littoribus in ſublime creui, et
vt roſarum ſtirpes apud Hierichun-
19 tem: vt elegans olea in amœno
campo, et vt humore platanus eue-
20 cta ſum. Vt cinamomum et aſpa-
lathus aromaticum odorem dedi, et
vt eximia myrrha ſuaui odore fra-
21 graui: vt galbanus, et onyx, et ſta-
cte, vtque turis nidor in tabernacu-
22 lo. Ego vt terebinthus expandi
meos ramos, qui mei rami gloriæ
23 ſunt et gratiæ rami. Ego ſum quaſi
vitis, quæ eleganter egerminauit,
meique flores ſunt gloriæ fructus,
24 et diuitiarum. (Ego pulchræ cari-
tatis, ego religionis ſanctæque ſpei
25 mater, meis natis, quibus iuſſit
Deus, vniuerſis æterna præmia do.)
26 In me omnis eſt viæ veritatisque
gratia, in me omnis vitæ ſpes eſt et
27 virtutis. G. Accedite ad me, omnes
mei cupidi, meisque fructibus ex-
28 plete vos. Nam mei memoria at-
que poſſeſſio melle eſt mellisque fa-
29 uo dulcior, adeo vt, qui me com-
edunt, adhuc eſuriant: et qui bi-
30 bunt, ſit ant. Qui mihi obedit,
numquam fruſtratur: et qui mihi
31 nauant operam, non peccant: L.
quique me declarant, vitam conſe-
quentur æternam. G. Hæc omnia
L. vitalis G. eſt liber fœderis ſupre-
mi Dei, L. et veritatis cognitio, G.
lex, quam Moſes, L. tradendis vir-
tutum præceptis G. tulit, reipubli-
cæ Iacobeorum poſſidendam. (Ne
claſſeſcite, quo minus erga Domi-
num fortiter vos geratis, vt ipſe
quoque confirmet vos.) Ei adhæ-
rete, quandoquidem Dominus o-
mnipotens Deus vnus eſt, nullo
præter eum ſeruatore. L. Is ſuo
Dauidi pollicitus eſt, fore, vt ex ipſo
regem excitet potentiſſimum, qui
in maieſtatis ſolio ſedeat in ſempi-
ternum. G. Ea lex ſapientia abun-
dat vt Ganges, et vt Tigris verno
tempore. Exuberat prudentia, vt
Euphrates, aut vt Iordanis tempo-
re meſſis. Diſciplinam ostendit vt
lumen, quaſi Nilus vindemiæ tem-
pore, quam [c] neque primus perfecte
nouit, nec vltimus item perueſti-
gauit, quippe cuius mens et conſili-
um mari ſit et Oceano abundantius.
Ego vero (ſapientia) quaſi L. im-
menſæ aquæ G. corrugus a flumine,
quaſique aquæ ductus in pomarium
exiui, ſtatuens, meum præſtantiſſi-
mum hortum irrigare, meumque
iuſtum puluinum perfundere: et
ecce meus corrugus factus eſt flu-
uius, meusque fluuius euaſit in ma-
re. Nam diſciplinam ceu dilucu-
lum illuſtro ac procul ostendo. L.
Omnes imas terræ partes penetro,
omnes dormientes inſpicio: et o-
mnes Dominum ſperantes colluſtro.
Item doctrinam vt oraculum effun-
do, ac in omnem ſæculorum per-
petuitatem relinquo L. quærenti-
bus ſapientiam, neque per eorum
ætates deſinam vsque in æuum ſan-
ctum. Videte, non ſoli mihi labo-
raſſe me, ſed omnibus ipſam quæ-
rentibus L. veritatem. G.

CAPVT

c) nec primus, nec vltimus, hoc eſt, nemo vmquam.

CAPVT XXV.

Sapientiæ de ſe ipſa elogium. Inopia cauenda quamprimum. Experientia ſenectæ gloria. Beatitas ex liberis, honeſta coniuge, iouano cultu. Mulieris pertinacis miſera conſuetudo.

TRibus rebus exornor, et apud
Dominum et apud homines
venuſta efficior: eæ ſunt fra-
trum concordia, propinquorum a-
micitia, et vxor atque vir inter ſe
conſentientes. Tria item ſunt,
quæ odi, eorumque vitæ infenſiſſi-
ma ſum: pauperem ſuperbum,
mendacem diuitem, et ſenem adul-
terum, mente captum. Niſi in iu-
uentute congesſeris, quo pacto in
ſenectute rem facies? Quam decet
canos iurisdictio? et ſeniores conſi-
lii peritia? Quam honeſta ſenibus
eſt ſapientia? et honoratis pruden-
tia atque conſilium? Senum coro-
na et gloria eſt multa experientia,
Dominique metus. Nouem decem-
ue ſunt, quæ et animo beata iudico,
et lingua L. hominibus G. eloquar.
Homo, qui et liberis viuens frui-
tur, et inimicorum L. ſuorum G.
ruinam videt. Beatus, qui cum
prudenti vxore degit, quique nec
lingua delinquit, nec indigno ſe ſer-
uit. Beatus, qui *f* prudentiam adſe-
cutus L. de virtute G. disſerit in au-
ribus audientium. Permagnus eſt,
qui ſapientiam eſt adeptus: ſed Do-
mini metuentem nullus antecellit.
Domini metus claritate ſuperat o-
mnia. L. Beatus homo, cui datum eſt,
vt Dominum reuereatur, G. qua
reuerentia qui præditus eſt, incom-
parabilis eſt. (Domini metus eſt e-
ius amoris initium, et fides origo
coniunctionis cum ipſo.) L. Sum-
mum vulnus eſt animi triſtitia, ſum-
maque malitia eſt mulieris nequi-
tia. G. Quoduis eſto vulnus, dum
ne ſit vulnus animi: quæuis nequi-
tia, dum ne feminæ nequitia: quæ-
uis inuectio, dum ne maleuolorum
inuectio: quæuis pœna, dum ne
ab inimicis irrogata pœna. Nul- 21
lum caput ſerpentis capite nocen-
tius eſt: nulla ira mulieris iram ſu-
perat. Cum leone malim et dra- 22
cone degere, quam cum mala mu-
liere habitare. Mulieris nequitia 23
eius adſpectum immutat, et vul-
tum tamquam ſaccum infuſcat. Ea 24
efficit, vt vir eius cogatur inter alios
ſedere, et acerbe gemere. Parua 25
eſt quæuis prauitas, præ mulieris
prauitate, in quam, precor, impro-
bi ſorte cadant. Quod ſcrupuloſus 26
adſcenſus eſt pedibus ſenis, id eſt
linguax mulier quieto viro. In fe- 27
minæ pulchritudinem ne offendito,
neue mulierem voluptatis cauſſa
concupiſcito. Ingens pœna, et im- 28
pudentia, et turpitudo eſt mulier, ſi
ſuo viro imperat. Adflicta mens, et 29
mæſta facies, et animi vulnus eſt, et
remisſæ manus reſolutaque genua,
vbi mala mulier eſt, quæ virum ſu-
um nequaquam beat. A femina in- 30
itium peccati, per eamque mori-
mur omnes. Nec aquæ L. vel tan- 31
tillum G. exitum dederis, nec malæ
mulieri poteſtatem. Niſi tibi ſub 32
manu obſequitur, L. te in inimico-
rum conſpectu pudore adficiet:
G. abſcinde eam a tuo corpore, a- 33
manda ac repudia, L. ne te ſemper
abutatur. G.

CAPVT XXVI.

Ex coniugio felicitas. Mulier prudens. Formidabilia quatuor. Impudica mulier vnde noſcatur. Impudens oculus. Coniux cordata theſaurus. Periculoſa duo.

BOnæ feminæ vir beatus eſt, et 1
duplicem viuit ætatem. Stre- 2
nua mulier virum ſuum exhi-
larat: et eius annos cum pace com-
plet. Mulier bona, ſors bona eſt, 3
quæ Dominum metuentibus ſorte
datur L. ob recte facta. G. Tam 4
diuites quam pauperes, ſi bonæ
mentis ſunt, ii ſemper in Domino
vultum habentes hilarem exſultant.

f) Lat. amicum verum.

5 Tria ſunt, atque adeo quatuor, quæ
et animo reformido, et vultu perti-
6 meſco: ciuitatis proditionem, et
vulgi ſeditionem, et calumniam,
7 quæ omnia morte deteriora ſunt.
8 Animi dolor et luctus eſt obtrectans
9 femina feminæ, et linguæ flagel-
lum, quæ cum omnibus communi-
10 cat. *g* Iugum boum, quod agitatur,
eſt vxor mala: eam qui tenet, per-
inde eſt, ac qui ſcorpionem prehen-
11 dit: magnum ſupplicium eſt ebri-
oſa (et indomita) mulier, neque ſu-
12 am turpitudinem tegit. Mulieris
impudicitia in eius ſupercilio ac
13 palpebris agnoſcitur. Filiæ ſeue-
riſſimam adhibe cuſtodiam, ne na-
cta licentiam, vtatur ſua libidine.
14 Oculum impudentem obſerua, et
noli mirari, ſi in te deliquerit.
15 Tamquam viator ſitiens, reperto
fonte, hiabit, et ex proxima quaque
aqua bibet: apud omnem palum
ſedebit, et contra omne telum pha-
retram aperiet, L. donec deficiat.
16 G. Vxoris L. ſedulæ G. gratia eius
virum delectat, virique pinguefa-
17 cit artus eius peritia. Domini do-
num eſt taciturna cordataque con-
18 iux, neque quidquam eſt, quod
19 doctum animum æquiparet. Mul-
tiplex gratia eſt mulier pudica et fi-
delis, nec vlla re digne rependi pot-
20 eſt eius animi continentia. Quod
eſt in ſublimi ſol oriens Domini,
hoc eſt bonæ feminæ pulchritudo
21 in eius domus ornamento. Lu-
cerna ſplendens in ſacro candelabro
eſt formæ venuſtas in ætate con-
22 ſtanti. Aureæ columnæ in baſi-
bus argenteis ſunt formoſi pedes
23 cum pectore ſtabili. (Fili, æta-
tis tuæ vigorem incolumem con-
ſerua, neue robur tuum alienis
24 impertire.) Vbi per omnes cam-
pos fœcundam *h* poſſeſſionem quæſi-
eris, fac generoſitate tua fretus,
25 propria ſemina iacias. Ita fiet, vt
ſoboles tua ſuperſtes, libera inge-
nuitatis profeſſione confiſa, adole-
ſcat. Meretricem feminam ſcrofæ
ſimilem putato: nuptas autem ma-
ritis propugnaculum contra mor-
tem exiſtimato. Mulier impia for-
te datur iniuſto: pia vero contingit
reuerenti Dominum. Inhoneſta
mulier contemnit ignominiam: at
honeſta puella virum reueretur.
Impudica femina cum cane confe-
renda eſt: at pudica Dominum me-
tuit. Mulier virum ſuum hono-
rans, ſapiens ab omnibus iudicatur:
at eum ſpernens, nobilitatur ſuper-
bia. (Clamoſa mulier et linguax
ad hoſtes fugandos exquiratur:
quum eiusmodi moribus quisquis
homo viuit, eius animus verſatur
inter tumultus bellicos.) L. Vt æ-
terna ſunt in ſolido ſaxo fundamen-
ta, ſic Dei præcepta in animo ſanctæ
mulieris. G. Duo, vel potius tria
ſunt, quæ animo meo dolorem fa-
ciunt, et mihi ſtomachum mouent.
Vir bellicoſus laborans egeſtate:
viri prudentes, ſi contaminantur:
et qui a virtute redit ad vitia, quem
quidem Dominus gladio deſtinat.
L. Duo ſunt, quæ mihi difficilia vi-
dentur et periculoſa: G. vix deli-
ctum euitat mercator: et caupo
peccato non caret.

CAPVT XXVII.

*Ab opulentia diſcrimen. Domini metus. Pio-
rum ſermo et ſtultorum. Superbia rixoſa.
Oculo innuens machinator. Non gauden-
dum piorum luctu.*

PRopter opes multi peccarunt, et
qui ſtudet abundare, *i* peruerſ[us]
eſt oculo. Inter coagmenta la-
pidum figitur palus: itidem inter
venditionem et emtionem pangitur
peccatum, L. et delictum cum de-
linquente conteretur. G. Niſi quis
Domini metum ſtudioſe tenuerit,
breui euertetur eius domus. Vt
excutiendo cibro remanent ſordes:
ita

g) vt diſcordes in iugo boues omnia perturbant, ſic vxor mala coniugium. *h*) vxo-
rem. *i*) iniuſtus eſt et irreligioſus.

ita [k] in hominis oratione ſunt ipſius
6 ſpurcitiæ. Vt fictilia vaſa explorat
fornax, ita hominis exploratio in i-
7 pſius oratione poſita eſt. Vt ſuus
cultam arborem fructus declarat,
ſic hominem ſermo ab eius mente
8 dictatus. Ante locutionem ne
quemquam laudaueris: nam ea eſt
9 hominum exploratio. Si ſectabe-
re iuſtitiam, adſequeris, et eam
quaſi honorificam togam indues, L.
et cum ea habitabis, eaque te perpe-
tuo proteget: et quum animad-
uertetur, inuenies præſidium. G.
10 Vt volucres ad ſui ſimiles diuer-
tunt: ita veritas ad eos, qui ei dant
11 operam, ſe confert. Vt leo feris,
ita maleficis inſidiatur peccatum.
12 Pii ſermo, L. vt [l] ſol, G. ſemper eſt
cum ſapientia coniunctus: at inſi-
13 piens more lunæ mutatur. Inter
imprudentes obſerua L. loquendi
G. occaſionem: at inter cordatos
14 continuato. Stultorum ſermo o-
dioſus eſt, eorumque riſus peccati
15 ſunt deliciæ. Iuratoris verba hor-
rorem incutiunt, taliumque con-
16 certationes aures obtundunt. Su-
perborum concertatio ſanguinis ef-
fuſio eſt, eorumque conuicia audi-
17 tu grauia. Qui arcana enuntiat, fi-
dem amittit, nec ſibi amicum inue-
18 niet. Amicum dilige, et ei fidelis
eſto: quod ſi eius arcana detexeris,
19 nolito eum inſequi. Vt enim per-
dit aliquis hoſtem ſuum, ſic tu alte-
20 rius amicitiam perdidiſti: et per-
inde ac ſi auem de manu tua emiſiſ-
ſes, ſic alterum amiſiſti, non rece-
21 cepturus. Noli eum perſequi:
nam procul abscesſit, et effugit, ceu
22 caprea laqueum. Etenim vulneri
mederi licet, et a maledictis eſt re-
23 conciliationi locus: ſed qui arca-
na patefecit, huic L. infelici animæ
24 G. deſperandum eſt. Qui oculo
innuit, machinatur mala: et eum
25 qui nouit, ab eo abſtinebit. In tua
præſentia vtetur ore ſuaui, et tua
dicta admirabitur: ſed poſtea os ſu-
um inuertet, et tua dicta in deterio-
rem partem trahet. Multa odi, ſed 26
nihil æque ac eum, quem etiam Do-
minus odit. Qui lapidem in ſubli- 27
me iacit, in ſuum ipſius caput ia-
cit, et fraudulentus ictus vulnus in-
fligit. Qui foueam cauat, in eam 28
cadet: et qui laqueum ponit, eodem
capietur. Qui mala facit, ea in eum 29
reuoluentur, neque ſciet, vnde ea
ſibi veniant. Illuſio et ignominia 30
ſuperborum eſt, eiſque pœna more
leonis inſidiatur. Laqueo capien- 31
tur, qui piorum caſu delectantur,
et ante mortem dolore conficientur.
Sæuitia et pœna eiusmodi ſunt, vt 32
ab iis abhorreatur: ſed eis obnoxii
ſunt improbi.

CAPVT XXVIII.

Vindex animus malus. Inimicitiæ deponendæ. Lingua duplex. Dominum qui deſerunt, quales ærumnæ maneant.

VIndictæ cupidum manet a Do- 1
mino ſupplicium, isque acri-
ter in eius peccata animaduer-
tet. Remitte alteri iniuriam, ita 2
fiet, vt oranti tibi peccata condo-
nentur. Homone in hominem i- 3
ram retineat, et a Domino remedi-
um petat? homini ſui ſimili miſe- 4
ricordiam non tribuat, et peccata
ſua deprecetur? ipſe mortalis fo- 5
ueat iram, L. et Deum veniam oret?
G. quis ei peccata condonet? Me- 6
mento extrema, et depone inimi-
citias, neue alteri exitium et ne- 7
cem per iram molire, ſed in præ-
ceptis perſiſte. Memento præce- 8
ptorum, et alteri ne iraſcere: me- 9
mento Supremi fœdus, et *L.* alteri-
us *G.* imprudentiæ ignoſce. Abs- 10
tine a iurgiis, peccata minues:
nam iracundus homo pugnam ac- 11
cendit. Improbus homo turbat a- 12
micos, inter pacatos calumniam in-
iiciens. Prout eſt materia, ita in- 13
cenditur ignis: pro cuiusque viri-
bus eſt eius furor, et pro cuiusque

Zz 3 diui-

k) qui malus eſt, male loquitur. *l*) ſcilicet ſemper ſuum lumen retinet.

diuitiis intumeſcit ira: et pro ri-
14 xæ vehementia gliſcit ardor. Fe-
ſtinata lis incendit ignem, et feſtina-
15 ta pugna effundit ſanguinem. Scin-
tillam ſi adfles, exardeſcit: ſin con-
ſpuas, exſtinguitur: et tamen v-
trumque ex ore tuo proficiſcitur.
16 Sycophanta et bilinguis exſecrandi
ſunt: multos enim alioqui paca-
17 tos perdunt. Lingua duplex mul-
tos exagitauit, et ex alia in aliam
gentem transtulit, et validas vrbes
diruit, et potentum domos euer-
18 tit, L. et populorum vires excidit,
19 et potentes deleuit gentes. G. Lin-
gua duplex ſtrenuas mulieres eie-
cit, ſuisque laboribus defraudauit.
20 Qui ei deditus eſt, tranquillitatem
non inueniet, nec quiete deget.
21 Scuticæ ictus vibices facit: at lin-
22 guæ ictus confringit osſa. Multi
acie gladii occubuerunt, ſed non
23 tot, quot per linguam. Felix, qui
contra eam defenſus eſt, qui in eius
furorem non incurrit, qui eius nec
iugum ſubiit, nec vinculis conſtri-
24 ctus eſt. Eius enim iugum ferre-
um iugum eſt: et vincula ærea vin-
25 cula. Mors mala, mors eius eſt: et
26 orcus eſt ea conducibilior. L. Ea
non perdurat æternum, ſed iniuſto-
rum mores tenet. G. Plos quidem
nequaquam tenet, nec ii eius flam-
27 ma conflagrant. Qui Dominum
deſerunt, in eam incidunt, eaque in
eos exardet inexſtincta. In eos mo-
re leonis immittitur, eosque tam-
28 quam pardus vaſtat. Spinis L.
[m] aures tuas G. circumſepito, L. et
linguam nequam audire noli, et ori
tuo fores, et auribus feras facito.
29 G. [n] Argentum aurumque tuum
conflato, vnde verbis tuis trutinam
ſtateramque facias, et ori tuo [o] por-
30 tam atque clauſtrum: da operam,
nequid [p] ea delinquas, et coram inſi-
diatoribus L. inimicis G. labare, L.
qui tuus caſus letalis ſit et inſanabi-
lis. G.

CAPVT XXIX.

In egenos benignitas. Mutuum. Debitor ſceleratus. Quis piorum theſaurus. Fideiusſores. Paupertatis requies.

QVi benigne facit, [q] feneratur 1
alteri: et qui [r] manui ſuæ im-
perat, is præcepta exſequitur
Alteri commodato, dum eget: et 2
rurſum alteri reddito ſuo tempore.
Dictis ſtato, et alteri te fidum præ- 3
ſtato, et omni tempore tibi necesſa-
ria inuenies. Plerique, quod mu- 4
tuo acceperunt, pro re inuenta ha-
bent, et iis, a quibus adiuti ſunt, neg-
otium facesſunt. Dum accipiat, 5
oſculabitur alterius manum, et pro-
pter eius pecunias vtetur voce hu-
mili. Idem dum ſoluendum erit, 6
diem extrahet, et ægro ſermone *L.*
fremens *G.* reſpondebit, tempus-
que causſabitur. Quod ſi ſoluendo 7
ſit, *L.* tergiuerſabitur ſedulo: *G.* di-
midium vix adferet, idque [s] pro re-
pertitio ducet. Aut etiam credito- 8
rem ſua pecunia fraudabit, eumque
ſibi inimicum ſine causſa faciet:
ei maledicta conuiciaque reddet, et 9
pro honore *L.* ac beneficio *G.* con-
tumeliam rependet. Multi homi- 10
nes auerſantur, non nequitia illi
quidem, ſed per iniuriam fraudari
metuentes. Verumtamen inopi fa- 11
cilis esto, nec ei beneficium differto.
Ob præceptum ſubueni pauperi, nec 12
in eius egeſtate eum remitte vacu-
um. Impende argentum propter 13
fratrem, et amicum: neue id ſub
ſaxo ad perniciem [t] obducatur rubi-
gine. Theſaurum tuum ex Supre- 14
mi præceptis colloca, et tibi magis
proderit, quam aurum. In cellas 15
tuas

m) G. posſesſionem tuam. n) Impende omnia, hoc eſt magnopere operam da, vt conſiderate verba facias. o) Lat. frænos rectos. p) lingua. q) ei cum fenore reddetur. r) largitur. Nam manum aperire pro largiri dicitur. Inde larga manus. s) tibi imputabit, quaſi tu id repereris, et ipſi debeas tu, non ipſe tibi. t) alias absconde.

tuas conclude beneficentiam, et ea
te ab omni malo adſeret. *L.* Homi-
nis beneficentia ipſi pro loculis eſt,
quæ hominis gratiam quaſi pupil-
lam conſeruet, et poſtea reſurgat,
et in ſuum cuiusque caput meritum
rependat. *G.* Ea magis, quam præ-
ualidus clipeus, robuſtaque haſta,
aduerſus hoſtem pro te propugna-
bit. Vir bonus pro altero fideiubet:
qui vero verecundiam amiſit, eum
deſerit. Fideiusſoris beneficium
ne obliuiſcere, qui vitam ſuam pro
te impenderit. Fideiusſoris bene-
ficium euertit improbus: (impro-
bus fideiubere non vult,) et ingrata
mente liberatorem ſuum deſerit.
Fideiusſio multos bene alioquin a-
gentes perdidit, et in modum mari-
ni fluctus exagitauit. Viros poten-
tes *L.* verſans *G.* domo exegit, ita vt
apud extraneas gentes vagarentur.
Improbus contra Domini præcepta
faciens, ad *L.* malas *G.* fideiusſiones
delabitur: et qui redemtiones ſe-
ctatur, incidit in litem. Succurre
alteri pro virili, ſic tamen vt ope-
ram des, ne offendas. Vitæ homi-
nis caput eſt aqua, cibus, veſtitus, et
domus, quæ deformitatem tegat.
Potior eſt pauperis vita ſub tecto
trabum, quam epulæ lautæ in alie-
no. Vel paullum, vel multum, bo-
ni conſule, *G.* et *w* peregrinitatis
probrum non audies. *G.* Vita mi-
1 ſera eſt ex alia domo in aliam migra-
re: vbi eris inquilinus, non audebis
hiſcere. Hoſpitio *L.* cibo et potio-
2 ne accipies *x* nullam ad gratiam, et
inſuper acerba audies. Ades, in-
3 quiline, menſam exſtrue, et ſi quid
tibi ad manum eſt, præbe mihi ci-
bum. Migra, inquiline, ad aduen-
4 tum honoratiorum *L.* amicorum
meorum: hoſpes mihi frater eſt:
5 opus eſt domo. Grauia ſunt hæc
homini cordato: obiectatio domus,
et creditoris conuicium.

CAPVT XXX.

Verberum vtilitas in filium. Fil nimis indulgens. Sanitatis præſtantia. Simulacri vanitas. Hilaritas retinenda.

QVi filium ſuum amat, ei ver- 1
bera continuat, vt eo lætetur
ad extremum, *L.* neque pal-
pet oſtia proximorum. *G.* Qui fi- 2
lium ſuum caſtigat, iuuabitur eo, et
inter notos de eo gloriabitur. Qui 3
filium ſuum docet, laceſſet inimi-
cum, et apud amicos de eo renide-
bit: ſi obiit eius pater, perinde 4
eſt, ac ſi mortuus non eſſet, quippe
qui ſui ſimilem reliquerit ſuperſti-
tem. Et in vita ſua eum videns læ- 5
tatus eſt, nec in obitu doluit, *L.* nec
eum apud inimicos puduit. *G.* Re- 6
liquit et aduerſus inimicos vindi-
cem, et qui amicis gratiam referat.
Qui filio indulget, *y* eius vulnera 7
obligabit, eique ad omnem clamo-
rem turbabitur pectus. Equus in- 8
domitus fit durus, et filius remisſus
fit temerarius. Lacta filium, te 9
ſtupefaciet: collude cum eo, te tor-
quebit. Ne cum eo rideto, ne et- 10
iam vna doleas, et aliquando den-
tibus infrendeas. Ne dederis ei in 11
pueritia licentiam: tunde eius la- 12
tera, dum puer eſt, ne duratus, tibi
non pareat, animoque tuo dolorem
faciat. Caſtiga tuum filium et in eo 13
elabora, ne in eius turpitudinem
offendas. Præſtat pauperem eſſe 14
ſanum, et firma valetudine, quam
diuitem male adfecto corpore. Sa- 15
nitas et bona habitudo eſt omni
auro præſtantior, et valens corpus
immenſis opibus. Nullæ meliores 16
ſunt diuitiæ, quam ſanitas corporis:
nec vlla voluptas maior, quam ani-
mi lætitia. Potior eſt mors, quam 17
acerba vita: et *L.* æterna requies, *G.*
quam longus morbus. Boni cibi 18
ori *z* clauſo offuſi, ſunt epularum
fercula in ſepulcro adpoſita. Quid 19
prodeſt ſimulacro libamentum,
Zz 4 quum

w) non habitabis in alieno, id quod tibi exprobretur. x) eos, qui tibi nullam habebunt gratiam. y) in cauſſa erit, vt ſit nequam et percusſor, atque ita vapulet, adeo vt vbicumque pater tumultum audierit, metuat, ne ibi periclitetur filius. z) ægrotantis, cui non ſapiunt epulæ.

quum nec comedat, nec odoretur?
20 ita ſe habet, qui a a Domino infeſta-
21 tur, L. et criminis pœnas luit: G.
b adſpiciens oculis, et gemiſcens
quaſi ſpado virginem complectens,
22 et ſuſpirans. Noli animum tuum
dedere dolori, aut teipſum delibera-
23 tionibus angere. Animi voluptas
homini vita eſt, L. theſaurusque
ſanctitatis inexhauſtus, G. et homi-
24 nis lætitia eſt longæuitas. Ama
tuam ipſius animam, L. acceptus
Deo, eiusque ſanctimonia G. ſolare
tuum animum, et mærorem a te
25 procul amoue. Multos enim mæ-
ror interemit, nec vlla in eo vtilitas
26 eſt. Inuidia et iracundia ætatem
minuunt, et ante tempus ſenectam
27 adfert ſollicitudo. Lautus ac bo-
nus animus cibos ſibi procurat ad
veſcendum.

CAPVT XXXI.

Auaritiæ angor. Conuiuæ prudentia, ſobrietas. Vini diſcrimina.

1 DIuitiis inuigilare, corpus ta-
befacit: earumque ſollicitu-
2 do ſomnum abigit. Sollicitu-
do vigil ſoporem arcet, et grauis
3 ægritudo ſomnum excutit. Siue la-
borat diues, congerit opes: ſiue
4 ceſſat, expletur voluptatibus. Siue
laborat pauper, victu caret: ſiue
5 ceſſat, fit indigens. Qui aurum a-
mat, pœnas non euadet: et qui cor-
ruptelam ſectatur, c explebitur.
6 Multi propter aurum peſſundati
ſunt, idque eis palam fuit exitio.
7 Eſt aurum quaſi ſtipes quidam, in
quem offendatur, eis, qui ipſi ſacri-
ficant, eoque capitur omnis amens.
8 Beatus diues, qui reperitur inſons,
quique aurum non ſequitur, L. nec
ſpem in pecunia theſaurisque po-
9 nit. Quis eſt, vt eum prædicemus,
qui tam mira inter ſui generis ho-
10 mines faciat? Quis auro explora-
tus eſt, qui ſe præſtiterit inte-
grum, vt ſit is glorioſus? Quis pec- 11
care poteſt, qui non peccet? et ma-
lefacere, qui non faciat? ſancian-
tur eius recte facta, eiusque bene-
ficia L. omnis ſanctorum G. cœtus
prædicet. Magnæ menſæ adcu- 12
bans, noli ei faucibus inhiare, aut
d multa ibi adpoſita esſe cogitare.
Memento, malam rem esſe oculum 13
ſordidum: improbius oculo quid 14
creatum eſt? ideo quacumque de
causſa lacrimatur. Quocumque ad- 15
ſpexerit, ne manum extendito, nec
in catinum vna cum eo inculcato.
Alterius ingenium ex teipſo conii- 16
ce, et rem omnem conſidera. Ad- 17
poſitis tibi vt L. ſobrius G. homo
veſcere, neue te ingurgita, ne ve-
nias in odium. Deſine primus, ci- 18
uilitatis gratia: neue ſis inſatiabilis,
ne offendas. Quod ſi inter com- 19
plures diſcumbes, noli primus o-
mnium manum porrigere, primus-
ue potum petere. Nam paullulum 20
homini bene morato ſatis eſt, isque
in cubili ſuo e non anhelat, L. neque
dolorem ſentit. G. Somnus ſalu- 21
bris eſt temperato ventri: mane
ſurgit, eſtque ſui compos: quum 22
inſatiabilem hominem comitetur
peruigiliæ choleræque labor et tor-
mina. Quod ſi fueris ad cibos co- 23
actus, ſurge, obambula, et vome,
vt conquieſcas, L. nec morbum cor-
pori tuo contrahas. G. Audi me, 24
fili, neue me ſperne, et tandem mea
dicta inuenies. In omnibus tuis 25
negotiis eſto ſtrenuus, et tibi nul-
lus morbus accidet. Qui victu lau- 26
tus eſt, ei vulgo bene precantur, eſt-
que eius honeſtatis durabile teſti-
monium. At de victu ſordido fre- 27
mit ciuitas, eſtque eius ſordium
certum teſtimonium. In vino vi- 28
rum te præbere noli: multos enim
perdidit vinum. Vt fornax aciem 29
in tinctu oſtendit, ſic vinum ani-
mos in ſuperborum certamine. Vi- 30
tale

a) ægrotat. b) epulas videlicet. c) ſcilicet pœna. d) te ob epularum copiam ingurgitare. e) vt ſolent qui ſe nimio cibo onerant.

:ale eſt homini vinum, ſi id tempe-
rate bibas. Quæ vita eſt ei, qui vi-
no vincitur? quod ad voluptatem
hominibus, L. non ad ebrietatem
principio G. creatum eſt. Lætiti-
am animi parit et hilaritatem vi-
num tempeſtiue modiceque potum.
L. Animo corporique ſalubris eſt
potus ſobrius. G. Animo acerbitati
eſt vinum adſatim potum cum rixis
ac disſidiis. Inſanis ebrietas fu-
rorem et multum parit et pernicio-
ſum, vires eneruans, et item vul-
nera faciens. In vinoſo conuiuio
alterum ne reprehende, neue in e-
ius voluptate vitupera. Eum pro-
broſo dicto ne pete, neue aduerſan-
do preme.

CAPVT XXXII.

In inſolentes. Verba effutiens. Pudoris gratia. Vigilantia. Iouana reuerentia. Ineptus homo.

SI *f* magiſter factus es, noli efferri: eſto inter alios quaſi vnus eorum: Cura eos, deinde ſedeto, et tuo munere rite perfunctus, adcumbe: vt per eos voluptatem capias, et ornatus gratia coronam accipias. Loquere ſenex, (decet enim te,) ſed eleganter atque docte, et ne impedito muſica. *g* Vbi non eſt audientia, noli verba effutire, aut intempeſtiue ſapere. Sigillum carbunculi in ornamento aureo eſt, concentus muſicus in vinoſo conuiuio, et ſmaragdi ſigillum in aureo vaſe eſt muſicum carmen ad ſuaue vinum. L. Audi tacitus, et verecundia conſequere beneuolentiam. G. Loquere, adoleſcens, ſi tui vſus eſt, vix, etiam bis rogatus in pauca confer orationem, et paucis multa: eſto perinde ac ſciens et tamen tacens: inter proceres noli te eis æquare, et, *h* alio loquente, noli multum garrire. Vt
tonitru fulgetra præcurrit, ita pu-
dentem anteit gratia: L. ita fiet, 12
vt iſto pudore beneuolentiam con-
ſequaris. G. Mature ſurge, et noli 13
vltimorum eſſe: fuge domum 14
impigre, ibi ludito, et animo tuo
indulgeto, dummodo abſint pecca-
ta, ſuperbusque ſermo. Et ſimul 15
agito creatori tuo gratias, qui te ſuis
bonis exuberet. Qui Dominum 16
reueretur, eius diſciplinam admit-
tit: et qui ei inuigilant, eius fauo-
rem inueniunt. Qui legi ſtudet, 17
explebitur ea: ſed qui ſimulate a-
git, per eam lædetur. Qui Domi- 18
num reuerentur, ius obtinebunt,
et virtutum quaſi lumine lucebunt.
Improbus homo reprehenſionem 19
declinat, et arbitratu ſuo defenſio-
nem comminiſcitur. Conſultus 20
homo deliberationem non ſpernit:
at ineptus et ſuperbus metu non ad- 21
ficitur, etiamſi agat inconſulte.
Inconſulte nihil facito, ſed ita faci- 22
to, vt te non pœniteat. Neque per 23
impeditam viam ingredere, ne in
petricoſis offendas: neque planæ
viæ confide, et a tuis liberis caue,
L. et tuos famulos obſerua. G. In 24
omni opere tuo animum fidelem
habeto: hoc eſt enim exſecutionis
præceptorum. Qui legi fidus eſt, 25
præceptis dat operam: et qui Do-
mino confidit, non lædetur.

CAPVT XXXIII.

Piorum ſecuritas. Prudentiæ pax. Stulti verba copioſa temere. Scurra. Hominis ortus ex humo. Nulli poteſtas in te danda. Teſtamenti tempus, ac ratio. Seruis quomodo vtendum.

DOminum reuerenti non acci- 1
det malum: quin contra de-
fendetur a periculis. Vir ſa- 2
piens legem non odit: ſed qui ficte
verſatur in ea, perinde eſt ac nauis
in procella. Prudens homo et ipſe 3
in lege fideliter verſatur, et lex ipſi
fidelis eſt. Tamquam præclara 4
quæ-

f) ſcilicet conniuii. *g*) alias, vbi eſt audientia, hoc eſt vbi ſunt alii audiendi. *h*) alias, præſente ſene.

quæſtio ſit, præmeditare, quod di-
cas: ita tibi audientiam facies:
compara doctrinam, atque ita re-
5 ſpondeto. Dum ſtultus eloquitur,
quæ habet in pectore, *i* eſt perinde
ac verſata circum axem rota plau-
6 ſtri. Vt equus admisſarius hinni-
ens ſub omni inſidente, ſic eſt ami-
7 cus ſcurra. Cur dies diem præcel-
lit? quum totius anni dierum lux
8 ſit a ſole? Domini prouidentia di-
ſtincti ſunt, qui temporum feſto-
rumque vices diſpoſuit, L. diuina-
que ſapientia diuiſit, facto ſole, qui
9 iuſſa exſequatur. *G.* Igitur alios
dies extulit et conſecrauit: alios in
reliquorum numero dierum poſuit.
10 Item homines omnes ab humo, et
11 Adamus ex terra creatus eſt: ta-
men eos ſingulari prudentia diſtin-
xit Dominus, eorumque vitæ vias
12 diuerſas fecit. Eorum partim for-
tunauit euexitque, partim conſe-
crauit, ac ſibi cooptauit. Alios de-
teſtatus depresſit, et de ſuo ſtatu e-
13 uertit. Vt figulo creta in manu eſt,
isque ea arbitratu ſuo in quemcum-
14 que modum vtitur: ita homines
creatori ſuo in manu ſunt, qui eos,
vt ei viſum fuerit, remuneretur.
15 Contrarium eſt malo bonum, et
contraria morti vita eſt: (itidem
pio contrarius eſt improbus, et im-
probo pius.) Ita in omnibus Supre-
mi operibus bina quæque videas,
quorum alterum repugnet alteri.
16 Equidem vltimus expergefactus
ſum, qui racemos poſt vindemiato-
res, fauente Domino, colligere inſi-
ſterem, et quaſi vindemia torcular
17 implerem. Conſiderate, non ſoli
mihi laborasſe me, ſed omnibus di-
18 ſcendi cupidis. Audite me, popu-
li proceres, et reipublicæ guberna-
tores, auſcultate. Filio, vxoriue,
19 fratri, amicoue ne dederis in te
poteſtatem, dum viues: neue fa-
20 cultates tuas dederis alteri, ne tibi

pœnitenti ſit propter eas ſupplican-
dum. Dum viuis adhuc, et tibi
ſupereſt ſpiritus, noli te vlli morta-
lium emancipare: ſatius eſt enim, 2
tuos liberos ſupplicare tibi, quam
te in natorum tuorum manus ſpe-
ctare. In omnibus rebus tuis tene 2
principatum, ne exiſtimationi tuæ
labem inferas. Quum tibi vltimus 2
vitæ dies claudendus, et ex vita mi-
grandum erit, tum tu hereditatem
diſtribuito. Aſino pabula, et ba- 2
culus, et onera: ſeruo victus, et
caſtigatio, et opus. Seruo vtere, 2
inuenies requiem: eidem manus
remitte, quæret libertatem. Iu- 2
gum et lorum ceruicem L. duram
G. ſubigunt: item malum ſeruum
neruus et tormenta. Adhibe eum 2
ad opus, ne otietur: nam multa
vitia docet otium: Operi eum ad- 2
moue, vt ei conuenit: quod ſi non
paret, ei graues adhibe compedes,
Sic tamen, vt ne ſis nimius in vllum 3
corpus, neue quid ſine iudicio fa-
cias. Si tibi L. fidelis *G.* ſeruus 3
eſt, ſit eadem conditione, qua es
tu, quoniam *k* conſanguineum eum
comparaſti. Si tibi ſeruus eſt, 3
tracta eum, vt teipſum: nam eo
perinde ac teipſo indiges. Quod 3
ſi eum iniuria læſeris, ita vt fuga
ſibi conſulat, qua via eum quæres?

CAPVT XXXIIII.

Imperiti ſpes vana. In diuinationes, et ſomnia. Impudentiæ mala. Piorum ſpiritus viuax. Sacra ex bonis pauperum. Mercede fraudans operas hominem iugulat.

INanes falſasque ſpes habet *l* im- 1
peritus homo, et *l* ſomnia alatos
faciunt dementes. Tamquam 2
qui vmbram comprehendit, ven-
tumque perſequitur, ſic eſt qui pen-
det a L. falſis *G.* ſomniis. *m* Aliquid 3
alicuius ſimile eſt ſomniorum viſio,
contra formam effigies formæ. Ab 4
impu-

i) ægre loquitur, et radit aures. *k*) non eſt bellua, ſed homo, vt tu. *l*) dementes ſomniant ſe volare, hoc eſt inflantur inani ſpe. *m*) perinde eſt quod cernitur in ſomniis, ac rei imago, quæ cernitur in ſpeculo,

impuro quid purgetur? et a falſo quid veri exſiſtat? Diuinationes, auguria, ſomniaque L. maleficorum G. vana ſunt, et quaſi animi deliria parturientis feminæ. Niſi a Supremo tui curam gerente miſſa fuerint, noli ad ea animum adiicere. Multos enim deceperunt inſomnia, qui in eis ſpem habentes lapſi ſunt. *n* Citra mendacium lege perfungendum eſt, et perfecta ſapientia in ore fideli ſita eſt. Vir edoctus multa nouit: et qui multa expertus eſt, eius eſt prudenter disſerere. Qui periclitatus non eſt, pauca nouit: ſed qui deceptus fuit, eſt multo cautior. Multa vidi interea, dum deceptus ſum, pluraque, quam mea dicta ferunt, intelligo. Sæpe de vita periclitatus, per hæc euaſi, L. Dei beneficio. G. Reuerentium Dominum ſpiritus viuet: quandoquidem eorum ſpes in ipſorum ſeruatore ſita eſt. Qui Dominum reueretur, nihil timet aut formidat, quippe cuius ſpes ille ſit. Metuentis Dominum beata eſt anima, qui ab illo pendeat, eoque nitatur. Oculis obſeruat amatores ſuos Dominus, potens præſidium, firmamentumque validum, tegumentum aduerſus æſtum, vmbraculum contra meridiem, contra offenſionem cuſtodia, auxiliumque contra caſum. Is animum adleuat, colluſtrat oculos, medicinam dat, vitamque et proſperitatem. Sacrificium ex iniuſte partis nugatoria eſt libatio, nec accepta ſunt ſceleratorum donaria, L. ſed ſolis integritatis iuſtitiæque viam tenentibus adeſt Dominus. G. Non mactus fit Supremus impiorum libaminibus, L. nec iniuſtorum donaria reſpicit, G. nec ob ſacrificiorum multitudinem peccatis dat veniam. *o* Filium
præſente patre, mactat, qui ſacra
facit ex bonis pauperum. Victus 23
tenuis eſt vita pauperum: eam qui
defraudat, ſanguinarius eſt. Ho- 24
minem interficit, qui victum au-
fert: et ſanguinem fundit, qui mer-
cenarium mercede fraudat. Si 25
quod vnus exſtruit, alter deſtruit,
quid præter laborem conſequun-
tur? Vno bene precante, et alte- 26
ro imprecante, vtrius vocem exau-
diet Dominus? Qui, tacto mor- 27
tuo, lauat, rurſumque tangit, quid
lotione profecit? ſimiliter homo, 28
qui propter peccata ſua ieiunat, de-
inde rurſus eadem commisſum it,
eius preces quis exaudiet? aut quid
is ſe ipſum adfligendo proficit?

CAPVT XXXV.

Sacrificium quod Ioua gratum. Gratitudinis dignitas, probitatisque. Pura religio. Adflictos non contemnens Deus. Humilium eiulatus Ioua non auertens.

QVi legem exſequitur, multum 1
libat: ſalutariter ſacrificat, 2
qui ſtudet præceptis. Qui 3
gratiam refert, ſimilagine ſupplicat:
et qui benigne facit, ſacrificium facit 4
gratiarum actionis. A nequitia 5
recedere, Domino acceptum eſt: et
ab iniuſtitia deſiſtere, litatio eſt.
Coram Domino vacuus comparere 6
noli: *p* hæc enim omnia præcepti 7
gratia facienda ſunt. Aram pingue- 8
facit iuſtorum libatio, eaque Supre-
mo ſuaue olet. Viri boni ſacrifi- 9
cium acceptum eſt, et memoriæ
numquam obliuiſcendæ. Bono 10
oculo Dominum honora, et *q* ma-
nuum tuarum primitias ne minue.
In omni munere hilari vultu esto, 11
et cum lætitia decumas conſecrato.
Da Supremo *r* pro eius munificen- 12
tia, idque bono oculo, pro eo, quod
tibi ſuppetet: nam Dominus is eſt, 13
qui

n) quid ſit agendum, ex lege diſcendum eſt, non ex falſis ſomniis et auguriis: et qui vult perfecte ſapiens esſe, legi pareat, quæ eſt lata diuinitus. *o*) non magis eſt acceptus Deo, quam ſi, cet. *p*) quoniam præcepit Deus, vt ſacrificent, obediendum eſt. Alioqui faciendum non esſet. *q*) quas libas. *r*) pro eo quidem tibi largitus eſt.

qui remuneretur, qui tibi reddet
14 ſeptuplum. Noli iniuſtum aliquid
15 donare: non enim accipiet: neue
iniquo fungere ſacrificio: nam Do-
minus is iudex eſt, apud quem nulla
16 ſit perſonarum dignitas. Nullam
habebit perſonæ rationem aduerſus
pauperem, quin eius preces exau-
17 diat, cui facta erit iniuria. Pupilli
ſupplicationem, aut verba *L.* cum
gemitu *G.* fundentem viduam non
18 contemnet. Nimirum deſcenden-
tes per viduæ genas lacrimæ de eo
19 expoſtulant, qui eas excutit. *L.* A
genis enim ad cælum vsque adſcen-
dunt eisque fauet is, qui exaudit Do-
20 minus. *G.* Qui *L.* Deum *G.* colit,
is fauorabiliter admittitur, eiusque
ſupplicatio ad vsque nubila pertin-
21 git. Humilium precatio nubila
22 penetrat: nec prius finem facit
aut deſiſtit, quam ad Supremum per-
uenerit, qui animaduertat, iuſteque
23 iudicet, et æquum faciat. Domi-
nus vero in ea re non ita lentus erit,
vt committat, vt immites non de-
lumbet, et de gentibus pœnas ſu-
24 mat: vt non tot iniurioſos tollat,
et iniuſtorum ſceptra confringat:
25 vt non ſuis cuique digna factis re-
pendat, et hominum facta, vt digni
ſunt eorum conatus, remuneretur:
26 vt non ſuorum cauſſam iudicet, eos-
que pro ſua miſericordia lætos red-
27 dat, quæ eius miſericordia tam
eſt calamitatis opportuna tempore,
quam ſunt nubes tempore ſiccitatis.

CAPVT XXXVI.

Ad Iouam pro Iſraelitis preces contra alienos, in principes tyrannos. Selectæ ſententiæ, de praua mente, de pulchritudine.

1 MIſerere noſtri, Domine Deus
omnium, et reſpice nos, *L.*
nobisque tuæ clementiæ lu-
men oſtende, *G.* metumque tui
2 cunctis gentibus. *L.* quæ tui ſtudio-
ſæ non ſunt. *G.* incute, *L.* vt intelli-
gant, nullum præter te Deum eſſe,
atque ita tua prædicetur amplitu-
do. *G.* Intenta manum iſtam gen- 3
tibus alienis, quo tuam videant po-
tentiam. Vt ſpectantibus illis nu- 4
men tuum in nobis declaraſti, ita
ſpectantibus nobis magnitudinem
tuam exſere in illis, vt agno- 5
ſcant, quemadmodum et nos agno-
ſcimus, nullum eſſe Deum præter
te, Domine. Inſtaura oſtenta, 6
itera miracula, decora manum
iſtam, brachiumque dextrum.
Excita et effunde ſæuas iras, au- 7
fer aduerſarios, et profliga hoſtes.
Vrge tempus, memor *s* iuriſiurandi, 8
vt tua prædicentur præclara facino-
ra. Ira ardenti conficiantur, qui 9
ſuperſunt: et iis pernicies accidat,
qui tuis faciunt iniuriam. Con- 1
tere principum capita *t* hoſtium, qui
ſe ſolos eſſe iactant. Congrega 1
Iacobidarum tribus omnes, *L.* vt
intelligant, nullum, excepto te,
Deum eſſe, tuaque præclara facta
prædicent, *G.* easque vt olim poſ-
ſide. Miſerere populi, Domine, 1
ex tuo nomine adpellati, et Iſraeli-
tæ, quem *u* primogeniti loco habui-
ſti. Miſerere vrbis tui ſacrarii, 1
Hieroſolymæ, *x* vrbis tuæ quietis.
Reple Sionem tuis excellentibus 1
promiſſis, tuaque populum tuum
gloria. Da oraculum tuæ priſcæ 1
poſſeſſioni, et excita nomine tuo
vaticinationes. Da præmium pen- 1
dentibus a te, et effice, vt tuis va-
tibus habeatur fides. Exaudi, 1
Domine, *y* ſupplicum tuorum pre-
ces, vt habet *z* Aharonis ad populum
tuum fauſta precatio: *L.* et nos
in virtutis viam dirige, *G.* vt intel-
ligant, quicumque vsquam terra-
rum ſunt, te dominum eſſe Deum
ſempiternum. Omni cibo veſci-
tur venter: eſt tamen cibus cibo
melior. Vt palatum ferinam gu-
ſtu deprehendit, ita ſagax animus
verba

s) alias iræ, alias decreti. *t*) alias gentium. *u*) alias primogenitum nomi-
naſti. *x*) al. loci. *y*) alias ſeruorum. *z*) hoc eſt pontificis.

verba falſa. Praua mens dolorem
facit: ſed peritus homo reſiſtit ei.
Omnem marem admittit femina,
ſed puella puellam antecellit. Fe-
minæ pulchritudo vultum exhila-
rat, et omnem hominis cupidita-
tem excedit. Si linguæ eius ineſt
pietas, comitas, et ſanitas, *a* non eſt
vir eius humanæ conditionis.
Qui *L.* bonam *G.* vxorem nactus
eſt, principium habet facultatum,
adiutorem ſibi accommodatum, et
columnam, in qua conquieſcat.
5 Vbi non eſt ſæpes, diripitur poſſeſ-
ſio: item cui non eſt vxor, is gemit
7 vagus. *b* Quis enim fidat accincto
latroni, ex alia in aliam vrbem
8 transſilienti? quis item homini
non habenti nidum, et vbicumque
aduesperauerit, confidenti?

CAPVT XXXVII.

Amici ficti. Erga amicos officia. De communicando conſilio. Viri probi conſuetudo. Vultus animi index. Res quatuor. Glorioſus amens. Mortalium vita. In delicatos, et helluones.

1 QViuis amicus dicit: huic
ego quoque ſum amicus: ſed
ſunt quidam amici ſolo no-
2 mine amici. Ergo permanet ad
mortem dolor, ſodali aut amico in
3 inimicum verſo. O mala mens,
vnde prorepſiſti, quæ dolo terram
4 operires? Sodalis rebus amici
lætis delectatur, idem calamitoſo
5 tempore futurus aduerſarius. So-
dalis amicum adiuuat ventris cauſſa
et aduerſus hoſtem ſumit clipeum.
6 Amicum animo obliuiſci noli, ne-
ue ſis eius immemor, quum locu-
7 ples eris. Omnis conſiliarius ex-
tollit conſilium ſuum: ſed ſunt, qui
8 in rem ſuam conſulant. A conſi-
liario tibi caueto, et prius, qua re in-
9 digeat, cognoſcito. (Nam ipſe
ſibi conſulet) ne te in fortunæ peri-
culum coniiciat, et, tuum quidem
inſtitutum rectum eſſe, dicat, ſed 10
interim ſtet ex aduerſo, vt, quid
tibi ſit euenturum, videat. Cui 11
ſuſpectus es, cum eo ne conſultato:
et inuidentes tibi de tuo conſilio 12
celato. *L.* De ſanctitate cum irre- 13
ligioſo, de iuſtitia cum iniuſto, *G.*
cum femina de eius pellice, cum ti-
mido de bello, cum mercatore de
permutatione, cum emtore de ven-
ditione, cum ſordido de referenda
gratia, cum inclementi de huma- 14
nitate, cum pigro de vllo opere,
cum annuo mercenario de operis
perfectione, cum ignauo ſeruo de
multo opere, cum his, inquam,
nullum conſilium conſociato, ſed 15
virum pium frequentato, quem Do-
mini præceptis obedientem cogno-
ueris, cuius ingenium tuo con- 16
ueniat ingenio, quique, ſi lapſus
fueris, tuam vicem doleat. Ani- 17
mi conſilium *L.* tecum *G.* inſtitue:
nam eo nemo tibi fidelior, (ſolet 18
enim interdum ſepties plura mo-
nere ſuus cuiusque animus, quam
in celſa ſpecula ſedentes ſpeculato-
res,) et tamen Supremum ora, 19
vt inſtitutum tuum fideliter dirigat.
Omnis operis initium ſit ratio, et 20
actionem omnem præcedat conſili-
um. Mutationis animi indicium 21
eſt vultus. Quatuor exſiſtunt res, 22
bonum et malum, vita et mors,
quarum perpetuo dominatrix eſt
lingua. Eſt, qui cautus ſit, mul- 23
torumque doctor, et idem ſibimet
inutilis. Eſt, qui ſibi verbis ſa- 24
pientiam adroget, qui ſit inuiſus.
Is omni alimento carere debet, 25
quippe cui non ea ſit a Domino
conceſſa gratia, quum careat omni
ſapientia. Eſt, qui ſibi ſit ipſi ſa- 26
piens, cuius in ore *c* certi ſint fru-
ctus prudentiæ. Vir ſapiens docet 27
ſuos, eiusque prudentiæ certi ſunt
fructus. Vir ſapiens fauſtis cu- 28
mulatur omnibus, eumque beatum
prædi-

a) ita felix eſt, vt Deus eſſe videatur. *b*) vxore carenti habendus eſt famulus, cui quum laribus careat, non magis fidendum eſt quam latroni vago. *c*) alias laudabiles.

prædicant, quicumque vident.
29 Hominis vita finiti eſt æui: at Iſra-
30 elitarum æuum eſt infinitum. Sa-
piens apud ſuos gloriam obtinebit:
eiusque nomen viuet in perpetu-
31 um. Fili, dum viuis, fac animi
tui periculum, et vide, ecquid in-
ſit in eo vitii, neue ei indulgeto:
32 vt enim non omnia conducunt o-
mnibus, ita *d* non omnis animus in
33 omni re probatur. Noli te vllis
ingurgitare deliciis, neue cibis pro-
fuſus esto: nam nimias epulas
comitatur morbus, et in bilem abit
34 edacitas. Per edacitatem multi
interierunt, quum temperantes di-
utius viuant.

CAPVT XXXVIII.

Honorandus medicus. A Deo medicina, dignitas eiusdem. Aegrotantis refugium. Ex flagitio morbi. Mærori ponendus modus. Opificum labores proprii.

1 MEdicum ſuis præmiis adfice,
vt habeat ea, quibus opus
eſt: nam eum creauit Domi-
2 nus. Eſt enim a Supremo medi-
cina, et a rege ſtipendium accipit.
3 Medici ſcientia eius caput extollit,
ita vt proceribus ſit admirationi.
4 Dominus creauit ex terra medica-
menta, quæ prudens homo non fa-
5 ſtidit. Nonne ligno dulcuit aqua
L. amara, *G.* vt eius vis ab homini-
6 bus cognoſceretur? Ipſe ſcientia
hac donauit homines, vt ſuis mira-
7 culis gloriam conſequeretur. Per
hæc medetur, eorumque dolores
8 tollit. Ex his et compoſitiones fa-
cit ſeplaſiarius, *L.* ad ſuauitatem, et
malagmata ad valetudinem, *G. e* nec
vllus eſt eius operum modus: ea eſt
9 ab illo per orbem prosperitas. Fi-
li, in morbo tuo Dominum orare
10 ne neglige, et ipſe te ſanabit. A-
moue culpam, rectas habe manus,
et ab omni peccato cor tuum expur-
11 ga: obmoue ſuaues odores, et
ſimilaginis monumentum, opimum-
que libamen, vt qui non *f* conferas:
et da medico locum, vtpote cuius 12
auctor ſit Dominus: neue a te diſ-
cedat, quum eo ſit opus Eſt etiam, 13
quum eis proſpere ſuccedit opus:
nam et ipſi Dominum orant, vt ſibi 14
lenimentum ſecundet, et vitæ cauſ-
ſa ſanationem. Qui in creatorem 15
ſuum peccat, *g* incidet in medici ma-
nus. Fili, ſuper mortuo demitte 16
lacrimas, et vt acerba patiens, funge-
re luctu, illiusque corpus pro eius
conditione velato, neue ſepultu-
ram negligito. Acerbum plora- 17
tum, ardentemque planctum adhi-
be, et luctu fungere, vt decet, vnum
atque alterum diem, calumniæ vi-
tandæ gratia: deinde conſolare 18
te propter dolorem: nam ex dolo-
re mors oritur, animique ægritudo
vires infringit. Animi inductio- 19
ne dolor abit, et calamitoſi vita ani-
mo conſtat. Animum tuum an- 20
gori ne dedito: ſed eum a te repel-
lito: memor exitus. Noli obli- 21
uiſci, nullam esſe reditionem: et
illi nihil proderis, et tibi ipſi offi-
cies. Memento, eamdem eius eſ- 22
ſe ac tuam conditionem: heri mihi,
tibi hodie. Requieſcente mortuo, 23
depone eius memoriam, et te de eo
conſolare, egreſſo eius ſpiritu.
Litteratorum ſapientia in otii op- 24
portunitate eſt: et, quo quiſque mi-
nus habet negotii, eo facilius ſit *h* ſa-
piens. Qui fiat ſapiens, qui tenet 25
aratrum? qui in ſtimuli haſtili ſibi
placet, boues agens, et in eorum
operibus verſans, cuiusque circa
taurorum genus verſatur oratio?
Ducendis ſulcis intendit animum, 26
vaccarumque pabulis inuigilat.
Itidem fabri omnes, et fabrorum 27
magiſtri, ſeu quis noctu ſeu agit in-
terdiu. Qui ſigillorum ſculpunt 28
cælaturas, et quorum adſiduitatis
eſt multam adhibere varietatem, ii
ani-

d) fieri poteſt, vt inſit aliquod in animo tuo vitium. *e*) fiunt infinitæ ex ſtirpibus compoſitiones, tantus eſt Dei in homines fauor. *f*) ſcilicet iſta Deo, ſed a Deo accepta ei referas. *g*) ægrotabit. *h*) eruditus.

animum ad exprimendam picturam
adplicant, et operi perficiundo in-
9 uigilant. Itidem faber ferrarius
ad incudem manens, opusque fer-
reum conſiderans, ignis vapore
eius corpus exſiccante, fornacis æ-
0 ſtu conflictatur: et mallei ſonitu
1 eius aures obtundente, oculis in
propoſitum operis exemplum in-
tentis, animum operis abſolutioni
adiicit, et ei exacte poliendo inui-
2 gilat. Similiter manens in opere
ſuo figulus, rotamque ſuis conuer-
tens pedibus, in opus ſuum ſollici-
3 te adſiduus incumbit, et omnia
ad numerum agens, nunc lutum
brachio figurat, nunc pedibus vim
4 eius profubigit, nunc animo ad
perliniendum opus incumbit, et
5 fornacem vigilanter expurgat. O-
mnes hi ſuis freti manibus, in ſua
quisque arte induſtriam exſerunt,
6 nec ſine his frequentatur vrbs, nec
habitatur, nec perambulatur:
7 (verum nec ſententiam rogantur in
8 conſultatione populi, nec in con-
cione emicant, nec pro tribunalibus
ſedent,) nec iudiciorum rationem
9 tenent: ſed neque de iure et æ-
quo pronuntiant, nec in ſententiis
locum habent, ſed opificium mun-
di tuentur, verſanturque eorum
vota circa artis exercitationem.

CAPVT XXXIX.

*Legis iouanæ cupidus, conſultus, grauis, do-
ctor, celebratus ab omnibus. Laudandus
Deus. Laudationis forma. Ad pœnas
conſtitutæ calamitates. Collaudandus Ioua.*

1 QVi vero ad meditandam Su-
premi legem animum adiecit,
is antiquorum omnium ſapi-
entiam exquirit, vatibusque vacat:
2 illuſtrium virorum diſputationes
obſeruat, et in ſententiarum ſubti-
3 litates penetrat: arcana prouer-
biorum exquirit, et in ſententia-
4 rum ambagibus verſatur. Inter
proceres obit munia, et principibus
5 adparet. Alienarum gentium ter-
ras peragrat, nempe bona ſimul et
mala inter homines experitur.
Animum ad inuigilandum Domino 6
creatori ſuo confert, et Supre- 7
mum orans, os ſuum reſerat in pre-
ces, deque peccatis ſuis obſecrat.
Si Dominus ille magnus voluerit, 8
is prudentiæ ſpiritu replebitur, et
ſapientiæ verba profundet, in- 9
terque preces Dominum celebrabit,
ac per eum recto conſilio, ſcientia-
que vtetur, et eius meditabitur ar-
cana. Idem illius doctrinæ diſci- 10
plinam declarabit, et in lege fœde-
ris dominici ſe iactabit. Eius pru- 11
dentiam laudabunt multi, nec vm-
quam delebitur aut deficiet eius
memoria, quin eius nomen in per-
petua viuat ſæcula. Eius ſapien- 12
tiam prædicabunt gentes, eiusque
laus celebrabitur in circulis. Siue 13
vita defungatur, millies celebrius
nomen relinquet quam alii: ſiue
permaneat in vita,[i] adquiret. Plu- 14
ra commentatus ediſſeram, quando-
quidem vt plena luna plenus ſum.
Audite me, pii filii, et tamquam ad 15
vndoſum nata fluuium roſa pullula-
te, vtque tus odore ſuaui fragrate,
et lilii more flores emittite. Spi- 16
rate odorem, et cantate laudes, Do-
minum de tot eius operibus cele-
brantes. Tribuite eius nomini 17
magnitudinem, et ſuis eum laudi-
bus celebrate, tum labrorum car-
minibus, tum citharis. Sic autem 18
in laudatione dicetis: opera Do- 19
mini omnia ſunt optima, et omnia
iusſa fient ſuo tempore, nec licet
dicere; quid hoc, quorſum hoc? 20
omnia enim ſuo tempore examina-
buntur. Ad eius dictum ſtetit 21
aqua, quaſi aceruus: et ad eius oris
verbum concretæ ſunt vndæ. In 22
eius iusſu ineſt omnis fauor, nec
eſt, qui eius præſidium minuat.
Ei mortalium omnium facta patent, 23
neque licet eius oculos latere. Ab 24
omni æternitate in omnem æterni-
tatem peruidet, nec ei quidquam
eſt

i) ſcilicet famam.

25 eſt arduum. Nihil eſt, quod dica-
tur: quid hoc? quorſum hoc? o-
mnia enim in vſus ſuos creata ſunt.
26 Eius fauor vt amnis exuberat.
27 Vtque diluuium terram merſit, ſic
eius iram ſentient gentes, L. quæ
eum non curant, G. ſicut olim *k*aquas
28 conuertit in ſalſuginem. Eius viæ
vt piis rectæ, ita ſceleratis ſcrupulo-
29 ſæ ſunt. Vt bona bonis principio
creata ſunt, ita improbis mala.
30 Summa omnium ad hominis vitam
necesſariorum eſt aqua, ignis, fer-
rum, ſal, ſimila tritici, mel, lac, ſan-
guis vuarum, oleum et veſtitus.
31 Hæc omnia vt piis bona ſunt, ſic
32 improbis vertuntur in mala. Sunt
quidam ad irrogandas pœnas condi-
ti ſpiritus, qui ſæuiter verbera in-
33 cutiunt. Et internecionis tempo-
re vires effundunt, creatoriſque ſui
34 ſæuitiam explent. Ignis, grando,
fames, letum, hæc omnia ad pœnas
35 condita ſunt. Ferarum dentes, et
ſcorpii, et ſerpentes, et gladii, im-
pios capitali pœna plectentes, illius
36 præcepto gaudent, et in terris,
vbi opus eſt, præſto ſunt, neque con-
tra iusſa temporibus ſuis faciunt.
37 Hanc ob rem principio explorata
meditataque re, litteris mandaui,
opera Domini omnia esſe bona,
38 et eum omnia necesſaria ſuo tem-
pore ſubminiſtrare, nec dici posſe,
aliud alio deterius esſe: omnia
enim tempore comprobatum iri.
39 Quare toto corde atque ore nomen
Domini cantate atque collaudate.

CAPVT XL.

Angores mortalium perpetui. Terrenorum in terram reditus. Sapientiæ præſtantia. Coniugii dignitas. Mendici miſeria. Impudentia, curæ.

1 INgens negotium et graue iugum
omnibus Adamo prognatis ho-
minibus impoſitum eſt a die eo-
rum egresſionis ex ſuæ cuiusque
matris vtero, ad diem reuerſionis in
omnium matrem: cogitationes, 2
timores animi, exſpectandarum re-
rum imaginationes, et dies obitus.
Tam eum, qui in ſolio glorioſe 3
ſedet, quam qui humi et in pædore
eſt: tam qui hyacinthum coro- 4
namque geſtat, quam qui crudo lino
indutus eſt, hos, inquam, furor, 5
æmulatio, perturbatio, commotio,
mortis timor, iracundia, lites, et
tempore quietis nocturnus in cubili
ſomnus dementant. Parum ac 6
pæne nihil datur quieti: deinde in
ſomnis, perinde ac ſi ſint excubiæ,
animorum ſuorum viſionibus per-
turbati, quaſi ex prœlio euaſerint, 7
(quum ſint extra periculum) exper-
geſiunt, et terrorem, qui nullus eſt,
mirantur. Hæc quum omnibus 8
animantibus, tam hominibus quam
beſtiis, inſunt, tum improbis præ- 9
terea ſeptuplo plura, neces, cædes,
lites, gladii, impresſiones, fames,
calamitates, clades, quæ omnia in
ſceleratos creata ſunt, propter quos
etiam fuit diluuium. Quæcum-
que ex terra orta ſunt, in terram
redeunt: et quæ ex aqua, in mare
reuertuntur. Omnis largitio et in-
iuſtitia abolebitur: at fides ſemper
manebit. Iniuſtorum facultates
in modum fluminis exareſcent, et
vt ingens ſtrepit in pluuia *l* tonitru.
Dum *m* manus aperiunt, lætantur.
Non multos edet ramos ſoboles
impiorum, et impuræ in ſumma
rupe radices. *n* Carices in quanto-
uis humore et ripa fluminis primæ
omnium herbarum euelluntur: ita
delinquentes prorſus deficient.
Benignitas eſt felicium hortorum
ſimilis, duratque in perpetuum be-
neficentia. Dulcis eſt vita con-
tenti ſuis et operarii, ſed vtrumque
ſuperat, qui theſaurum inuenit.
Liberi et vrbis exſtructio, nomen
ſtabile reddunt: ſed vtroque po
tio

k) Sodomam Gomorramque in ſalſum lacrum. *l*) vt tonitru vehementer ſtrepit, e ciro euaneſcit, ita tantus opum ſtrepitus cito peribit. *m*) dona accipiunt. *n*) vide eamdem ſimilitudinem Iob, 24.

tior cenſenda eſt vxor inculpata.
19 Vinum et muſica delectant ani-
mum: ſed vtrique præſtat amor ſa-
20 pientiæ. Tibia et pſalterium ſua-
ues cantus edunt: ſed vtrumque
21 ſuauis lingua vincit. Venuſtatem
licet et pulchritudinem expetant o-
culi tui, tamen vtrumque excellit
22 ſegetis viriditas. Amicus et ſo-
cius commode conueniunt: ſed
vtrumque antecellit vxor iuncta
23 viro. Fratres et auxilium in cala-
mitoſum tempus: ſed vtroque ma-
24 gis tuetur beneficentia. Aurum
et argentum pedem ſtabiliunt: ſed
vtroque commendabilius eſt con-
25 ſilium. Opes et potentia animum
erigunt: ſed vtroque magis Domi-
26 ni metus. Domini metui nihil
deeſt, nec opem in eo deſideres.
27 Domini metus ſimilis eſt felicis po-
marii, cuius ornatus omnem ma-
28 gnificentiam exſuperat. Fili, men-
dicam vitam ne degito: mori ſatius
29 eſt, quam mendicare. Hominis
ab aliena menſa pendentis vita non
eſt habenda vita, qui ſeipſum cibis
contaminet alienis, id quod peritus
30 vir et doctus cauebit. Impudentis
ori dulcis eſt mendicatio: ſed in
eius ventre ardet ignis.

CAPVT XLI.

Mors locupleti amariſsima, dulcis adflicto. Nati ſceleſti a patre nefario. Creaturarum ex terra finis. Doctrinæ ſublimitas. In luxuriam. Pudoris gratia.

1 O Mors, quam amara tui recor-
datio eſt homini in bonis ſuis
2 quieto, homini otioſo, o-
mniaque proſpera habenti, et adhuc
3 cibum capere valenti? O mors,
quam conuenit tuum fatum homini
egenti, effetis viribus decrepito,
vndique diſtricto, deſperanti, pati-
4 entiaque deſtituto? Ne formida
mortis fatum: memento [a] et maio-
res et minores tuos: quod quum
ſit a Domino omnibus animantibus 5
fatale; cur, quod Supremo placet,
recuſes? Siue decem, ſiue centum, 6
ſiue mille ſint anni, nulla eſt apud
ditem vitæ defenſio. Nefarii nati 7
ſunt improborum nati, et qui in im-
piorum habitationibus verſantur.
Improborum natorum perit here- 8
ditas, eorumque poſteritatem æter-
na comitatur infamia. Patrem 9
impium eſt, quod accuſent nati, qui
per eum ſint infames. Heu vobis, 10
homines impii, qui ſupremi Dei le-
gem reliquiſtis: nam ſiue naſcimi-
ni, in miſeriam naſcimini: ſiue
morimini, miſera eſt veſtra condi-
tio. Quæcumque ex terra orta 11
ſunt, in terram abibunt: itemque
impii ex miſeria in exitium. Ho- 12
minum corpora lugentur: ſed im-
proborum nomen ſiniſtrum delebi-
tur. Habe curam nominis: id 13
enim tibi magis manebit, quam auri
mille ingentes theſauri. Bonæ 14
vitæ ætas finita eſt: at bonum no-
men durat in perpetuum. Doctri- 15
nam placide conſeruate, nati: oc-
culta ſapientia et theſaurus abditus
quid prodeſt vtrumuis? Præſtat 16
homo ſuam celans ſtultitiam, quam
homo ſuam celans ſapientiam.
Ergo in eis, quæ dicam, erubeſcite:
nam quouis quidem pudore teneri, 17
non eſt honeſtum: [b] nec vbique pro-
batur fides. Pudeat vos luxuriæ, 18
propter patrem et matrem: men-
dacii, propter principem et poten- 19
tatum: Delicti, propter præſidem
et magiſtratum: ſceleris, propter 20
ciuitatem et populum: iniuriæ, 21
propter ſocium et amicum: furti, 22
propter quem incolis locum, et pro- 23
pter diuinam [c] fœderis veritatem:
pudeat et [d] panibus inniti cubito, et
criminis accepti datiue muneris, 24
et

a) moriendum omnibus. b) ſunt quædam, in quibus verecundus eſſe ſine perfidia non poſsis, quæ cap. ſequenti dicentur. c) legis, quæ furari vetat. d) hoc in menſa dedecet.

25 et ſalutatum ſilere, et meretricem
26 feminam adſpicere, et a cognato
vultum auertere, et hereditariam
donatamue rem alicui eripere,
27 et maritam mulierem contemplari,
et eius ancillam ſollicitare, aut ad
28 eius lectum accedere, et amicis
conuicium facere, et, poſtquam donaueris, exprobrare, et, quam rem
audiueris, enuntiare, et arcana dicta
29 patefacere. Ita vere prudens eris,
et tibi omnium hominum conciliabis beneuolentiam.

CAPVT XLII.

Vxor mala, inſipiens, virgo, pulchritudo. Sola virtus. Nihil Iouam latet. Creaturarum decor, ordo, perfectio.

1 AT in his verecundus ne esto,
neue indulgendo perſonæ,
2 peccaueris in Supremi lege ac
fœdere, in iudicio, ſecundum eum,
3 a quo iniuria eſt, iudicando: in
ſociorum viatorumque ratione: in
ſociorum hereditate partienda:
4 in libræ et ponderum æquitate: in
5 multis paucisue posſidendis: in
æquabili venditione mercium: in
multa liberum caſtigatione, et mali
6 ſerui latere cruentando. Si vxor
mala eſt, conuenit clauſtrum: et vbi
7 multæ manus, conclude: quidquid committes, id ad numerum
8 pondusque facito: et, quidquid
vel dabis, vel accipies, in codicem
9 referto. Inſipientem et fatuum
caſtigato, et ſi quis ætate decrepita
cum iuuenibus litiget: et eris vere
doctus, omnibusque mortalibus ac-
10 ceptus. Filia patri clam curæ eſt,
et ſollicitudini tantæ, vt ea ſomnum
abigat: in iuuentute, ne exoleſcat:
in coniugio, ne ſit inuiſa: in virginitate, ne ſtupretur, et in patria
domo fiat grauida: viro iuncta, ne
delinquat, aut ne elocata ſit ſterilis.
11 Filiæ rigidisſimam adhibe cuſtodiam, ne te faciat inimicorum ludibrium, ciuium fabulam, in populoque
famoſum, et in vulgus dedecoret.
In nullius hominis pulchritudinem 1
intuere, neue inter feminas ſedeto:
nam et a veſtibus tinea, et a feminis 1
proficiſcitur nequitia. Satius eſt 1
cum improbo viro contrahere,
quam cum muliere proba quidem,
ſed quæ cauſſa ſit turpis infamiæ.
Commemorabo equidem opera 1
Domini, et, quæ eius facta in eius
dictis didici, exponam. Sol luci- 1
dus intuetur omnia, eſtque eius
ſplendore plenum illius opus. Ne- 1
que vero dedit hoc ſanctis Dominus, vt eius omnia exponerent
miracula, quæ condidit Dominus
omnipotens, vniuerſitate glorioſe
ſtabilienda, qui profunda men- 1
teſque perſcrutatur, earumque calliditates peruidet. Nouit enim 1
Dominus, quidquid ſciri poteſt, et
æui penetrale adſpicit: præterita
futuraque declarat, et arcanorum
veſtigia detegit. Eum nulla præ- 2
terit cogitatio, nullum verbum latet. Sapientia præditus eſt ita ma- 2
gnifica atque ornata, vt quum ſit et
ante æuum, et in omne æuum, nec
augeatur, nec diminuatur, nec vllius
egeat conſilio. O elegantia eius 2
omnia opera, quorum tantum quaſi
ſcintillam ſpectare licet. Viuunt 2
hæc omnia, et durant per æuum,
omniaque ad omnes vſus obediunt.
Omnia bina, alterum alteri contra- 2
rium, neque quidquam fecit mancum. Alterum alterius bona con- 2
firmat, et quis Dei ſpectanda gloria
ſatietur?

CAPVT XLIII.

Cæleſtium creaturarum gratiæ, ſublimitas mirifica. Sol, luna, iris, nix, fulgur, nubes, flatus, pruina, ros. Eſt omnia Deus.

SVblimitatis ornamentum, pu- 1
ritas ætheris, ſpecies cæli, glorioſa viſu. Sol in exortu ſuo 2
conſpicuus exſiſtens, inſtrumentum
mirabile, opus Supremi, qui 3
meridianus agros ardore torret, vel
eis intolerabili, qui fornacem ad-
flant

ſtant in *e* ardoris operibus. Sol tri-
plo magis montes exurit, vapores
exhalans igneos, radiiſque coru-
ſcans præſtringit oculos. Magnus
eſt Dominus, qui eum fecit, cuius-
que iuſſu accelerat iter. Fecit et
lunam, vt ſuo tempore exſiſtat in-
dicium temporis, et ſæculi ſignum.
A luna feſta deſignantur, lumine
eouſque decreſcente, vt deficiat.
Ab eadem denominatur menſis, ea-
que accretione mirabili mutatur.
In ſublimi adparatus eſt caſtrenſis,
in æthere cæleſti refulgens cæli pul-
chritudo, ſiderum ſplendor, lu-
cens ornatus, in ſupremis Domini
locis, ad cuius ſacra iuſſa ſtant
illa continuo, nec in ſuis ſtationi-
bus fatiſcunt. Vide iridem, et
eius auctorem prædica, quæ fulgo-
re venuſtisſima, ſplendido cælum
ambit circulo, Supremi manibus
exporrecta. Idem imperio ſuo
niuem vrget, et fulgura ſuo conci-
at arbitratu. Ergo, recluſis cellis,
prouolant volucrum more nubes,
quas eo pro ſua magnitudine cohi-
bente, eliduntur grandinis lapides.
Ad eius adſpectum concutiuntur
montes: ad arbitrium flat auſter.
Eius tonitrui fragor terram treme-
facit, et aquilonis procella, et
venti turbo niuem quaſi deuolantes
ſpargit aues, cuius lapſus ſimilis eſt
locuſtarum ſidentium, cuius et
candoris pulchritudinem mirentur
oculi, et imbrem ſtupeat animus.
Idem pruinam quaſi ſalem fundit
humi, quæ concreta palos inſpicat.
Tum frigidus ventus boreas ſpi-
rans, cogit aquam in glaciem, et
in omnem aquæ adfluentiam ſidens,
quam quaſi lorica induit, mon-
tes depopulatur, ſiluas adurit, et
herbas, vt ignis, exſtinguit. Omni-
um præſens remedium eſt nebula,
ros occurrens poſt ardorem exhi-
larat. Ille æquor mente ſua pacat,
et in eo plantauit inſulas. Qui
mare nauigant, narrant eius peri-
cula, quæ nos auribus audientes
miramur. Atque illic incredibi- 25
les ſunt et miræ res, tanta varietas
animalium, et natura cetorum.
*Denique per eum ſuccedit eius 26
opificium, eiuſque mandato con-
ſtant omnia. Multa licet dicamus, 27
non tamen rem expediemus. Sum- 28
ma autem dictorum hæc eſt: ipſe
eſt omnia. Laudando quidem 29
quantulum valemus? quum ſit ipſe
maior cunctis ſuis operibus. Ter- 30
ribilis eſt Dominus, et permagnus,
et mirabili poteſtate. Collaudan- 31
tes Dominum, quantum poteſtis,
extollite, tamen adhuc exſuperabit:
in eo extollendo ſummas vires in-
defeſſi impendite, ne ſic quidem ſa- 32
tisfacturi. Quis eum vidit, vt ex-
ponat? aut quis eum pro eius natu- 33
ra magnificet? Multa occulta ſunt 34
his maiora: pauca enim eius ope-
rum didicimus: nam fecit omnia 35
Dominus, deditque piis ſapientiam.

CAPVT XLIIII.

Maiores, ac viri digni ornandi ſunt. Reges, pii Ioua cultores. Henochus, Noe, Abrahamus, Iſaacus, Iacobus.

LAudemus ſane nobiles viros, 1
et noſtri generis parentes,
per quos multam ſibi gloriam 2
peperit Dominus, quæ eſt eius ab
omni æternitate magnitudo. Qui 3
in regnis ſuis dominati ſunt, viri
potentia celebres: qui ingenii con-
ſilio valuerunt: qui prodiderunt
oracula, qui conſiliis et publica- 4
rum litterarum peritia populo
præfuerunt, quorum in doctrina
ſapienter dicta ſunt: qui concen- 5
tus muſicos excogitarunt: qui ſcri-
ptorum carmina explanarunt: ho- 6
mines diuites, poteſtate excellen-
tes, qui domi pacem habuerunt:
omnes hi ſuis ſæculis in gloria fue-
runt, ſuorumque temporum decus. 7
Eorum ſunt qui explicandis *f* lauda-
tionibus nomen reliquerunt: ſunt 8
et, quorum nulla eſt memoria, qui 9
perie-

e) quæ igne fiunt. *f*) Pſalmis, nam is liber ſic apud Hebræos inſcribitur.

periierunt, et facti ſunt perinde, ac
ſi numquam vixisſent, aut nati ſuiſ-
ſent, tum ipſi, tum eorum nati poſt
10 eos. Hi vero pii ſunt homines,
quorum virtutes non ſunt obliuio-
ni traditæ: quorum ſtirpi perma-
11 net bona hereditas: quorum pro-
genies pacto ſtat: quorum poſteri
12 durant æternum. Quorum neque
progenies, neque gloria aboletur
13 vmquam: quorum et corpus cum
pace ſepultum eſt, et nomen viuit
14 vel ad perpetuitatem: quorum
ſapientiam prædicant populi, quo-
rumque laudes celebrantur in vul-
15 gus. Henochus Deo placuit, et *L.*
in paradiſum *G.* translatus eſt, ex-
emplum emendandæ vitæ ſæculis.
16 Noe perfecte iuſtus inuentus, tanti
eſt habitus, vt, quum exſtitit dilu-
17 uium, fuerit orbis reliquiæ, et
cum eo factum ſit fœdus æternum,
numquam omnes animantes dilu-
18 uio abolendas esſe. Abrahamus
ille magnus, tot gentium pater,
19 gloria fuit incomparabilis, qui
Supremi legem exſecutus, cum eo
20 venit in fœdus, idque fœdus in
ſuo corpore ſanxit, et in periclita-
21 tione fidelis eſt inuentus. Ideoque
ille ei iureiurando confirmauit, fe-
licitatum iri gentes per eius ſemen,
22 et ſe eum ad inſtar pulueris terræ
multiplicaturum, eiusque poſteros
23 ad aſtra euecturum, eisque pos-
ſesſionem daturum ab altero mari
ad alterum, et a flumine vsque ad
24 regionis extremum. Idem in
Iſaaco quoque, propter eius patrem
25 Abrahamum, ſanciuit: et omni-
um hominum felicitatem, et fœ-
26 dus in Iacobi caput peregit: eum
fauore ſuo curauit, et hereditate
donauit, eamque partitus in duo-
decim tribus diuiſit.

CAPVT XLV.

Moſes, Aharon, eiusque ornamenta, munera. Factioſi in Moſem. Phinees ſacerdos. Dauid Rex.

EX eo virum eduxit pium, cunctis mortalibus acceptum, et Deo et hominibus carum Moſem, cuius felix eſt memoria. Hunc [g] ſanctis gloria æquauit, et hoſtium terrore magnum fecit: ad huius dicta peregit portenta: hunc apud reges honorauit: huic ad populum ſuum mandata dedit, et ſplendorem ſuum oſtendit: hunc fide ſacrauit et lenitate, et ex omnibus delegit mortalibus: huic ſuam vocem edidit audiendam, et in caliginem inducto, præcepta coram tradidit, vitalis ſcientiæ legem, vt Iacobeos fœdus, vt Iſraelitas iura ſua doceret. Huic ſimilem Aharonem ſanctum euexit, eius fratrem ex tribu leuitica, cum quo fœdus iniit æternum, cui populi ſacerdotium dedit, quem ornatu beauit, et veſtitu nobili amiciuit: quem perfectio decore veſtiuit, et egregio inſtruxit adparatu, tibialibus, toga, et epomide, et globulis ſuccinxit aureis, crebrisque per circuitum tintinnabulis, quæ, eo incedente, tinnirent, et in æde ſonitum redderent, quod esſet generis eius popularium, monumentum. Veſtis ſacra auro, hyacintho, purpura, opere variegata cum oraculo iudicii CLARITAS ET INTEGRITAS, opere cocci nis filis artificioſo, pretioſis lapidibus cælatura ſigillari auro illigatis opere gemmarii, quod monumentum esſet, inſcriptione pro iſraeliticarum tribuum numero inciſa. Item aurea impoſita cidari corona ſigilli ſacri figura, honorificum ornamentum, opus eximium, elegans et oculorum adſpectu ornatisſimum, quale ante id nullum vmquam factum eſt. Nec vllus extraneus induit, ſed ſoli eius nati et nepotes in perpetuum, hoſtiis bis quotidie conſumendis perpetuo. Eius manus initiauit Moſes, eumque ſacro inunxit oleo. Ei ſempiter

g) diuis,

piterno fœdere adſignatum eſt, eius-
que poſteritati quamdiu cælum du-
19 rabit, vt Deo adminiſtrent ſimul
et ſacra faciant, eiusque populo
fauſta precentur per eius nomen.
20 Eum ex omnibus elegit mortalibus,
qui Domino libamen, ſuffitum, et
ſuaues odores obmoueret, monu-
menti ergo, vt ſuo populo propi-
21 tiaretur. Ei ſuis præceptis pote-
ſtatem dedit in iudiciorum conſti-
tutionibus, docendi Iacobeos ora-
cula, et ſuam legem Iſraelitis decla-
22 randi. Aduerſus eum quum con-
ſpiraſſent alii, et ei furioſe ac ira-
cunde inuiderent in ſiluis gregales
Dathanis, et Abirami, coranaque
23 factio, Dominus id animaduer-
tens, adeo improbauit, vt illi atro-
ci ſupplicio confecti ſint, eosque
monſtrifice ignis ſui flamma con-
24 ſumſit, Aharonique gloriam ad-
iecit, et hereditatem dedit, [b] eis fru-
25 gum primitias diuidendo, et pri-
mis victum abunde parando, ſcili-
cet vt Domini victimis veſcerentur,
26 quas ipſe tum ei, tum eius ſtirpi
dedit, ea conditione, vt in populi
terra patrimonium non haberent,
27 neque poſſeſſionem inter popula-
res ſuos ſortirentur, quippe quibus
pro hereditatis ſorte Dominus eſ-
28 ſet. Tum Phinees Eleazari filius
29 gloria tertius eſt, qui religionis
ſtudio impulſus, in populi defecti-
one, ſtrenua animi bonitate conſti-
terit, et Iſraelitis veniam impetra-
30 rit. Quapropter ille ei pacificato-
ria pactione ſanxit, antiſtitem fo-
re ſacrorum, populique ſui, ita vt
tum ipſe, tum eius progenies ſacer-
dotii amplitudinem obtineret in
31 ſempiternum. [i] Ceterum qui et
Dauidi Iſæi filio tribus iudaicæ re-
gni, et Aharoni eiusque ſemini ſa-
cerdotii poſſeſſionem pactus eſt,
quæ ad ſolos ſolius poſteros perue-
32 niret, is nobis eam det animi ſa-
pientiam, vt eius populus iuſte re-
gatur, ne illorum bona aboleantur,
ſed eorum gloria duret apud ipſo-
rum minores.

CAPVT XLVI.

Ioſua dux populi. Sol per Ioſuam immotus. Calebi virtus. Præſides Iſraelitarum. Samuel vates.

POtens bellis Ioſua, Nunis fili- 1
us, et Moſis in diuinatione
ſucceſſor, fuit magni nominis
ad electorum Dei ſalutem, dum 2
infeſtos hoſtes vlciſcitur, vt Iſrae-
litas induceret in poſſeſſionem.
Quantam eſt adeptus gloriam vel 3
manibus ſuis [k] extollendis, vel gla-
dio in ciuitates vibrando? Quis 4
ante eum talis exſtitit? vtpote quum
Domini bella geſſerit. Nonne 5
per eum reſtitit ſol, et dies vnus
excreuit ad duos? Quum Supre- 6
mum rerum præpotentem, hoſti-
bus vndique vrgentibus, inuocaſ-
ſet, ille, eo exaudito, magnus 7
Dominus, vehementis violentæ-
que grandinis lapidibus ruit in
prœlium aduerſus gentem illam,
et in cliuo perdidit aduerſarios, vt 8
gentes, illius arma et id bellum
contra Dominum geri, cognoſce-
rent. Nam rerum potentem ſecu- 9
tus erat, et Moſis temporibus pie
ſe geſſerat vna cum Calebo Iepho-
nis filio, hoſti reſiſtendo, popu-
lum a peccando prohibendo, et im-
probitatis fremitum cohibendo.
Atque hi duo ex ſexcentis peditum 10
millibus euaſerunt, ducendi in poſ-
ſeſſionem, in terram lacte melle-
que manantem. Dedit autem Ca- 11
lebo Dominus eam fortitudinem,
quæ ei vsque ad ſenectutem per-
manſit, ita vt regionis faſtigium
ſcanderit, eiusque progenies here-
ditatem obtinuerit, vt intellige- 12
rent omnes Iſraelitæ, quam, Do-
minum ſequi, ſit bonum. Præſi- 13
dum quoque nominatim omnium,
quot.

b) aharoniis ſacerdotibus. i) hanc totam verborum complexionem ex Græco ſimul et Latino conciunnaui, vt potui: eſt enim valde deprauata. k) in preces.

14 quotquot animo non fuerunt impu-
dico, nec a Domino defecerunt,
15 fauſta fuerit memoria: eorum
et oſſa ſuis locis reuireſcant, et no-
men per ſucceſsiones ad celeberri-
mos quosque poſterorum tradatur.
16 Carus Domino ſuo Domini vates
Samuel reges conſtituit, et in eius
17 populum principes inunxit: ex
Domini lege rempublicam admini-
ſtrauit, per eiusque fidem ſubue-
18 nit Dominus Iacobeis. Comper-
tus eſt vates, et ex fide ſua fidus
oraculorum interpres agnitus.
19 Quumque Domino potenti, hoſti-
bus vndique prementibus, agno la-
20 ctante ſupplicasſet, intonuit de
cælo Dominus, et ingenti cum ſtre-
21 pitu voce ſua perſonuit, et Ty-
riorum duces, et omnes Palæſtino-
22 rum principes obtriuit. Tum an-
tequam in perpetuum obdormiret,
teſtatus eſt coram Domino atque
eius vncto, ſe nihil rei ab vllo mor-
talium, ne calceos quidem abſtu-
liſſe, nec de eo quisquam hominum
23 conqueſtus eſt. Itemque poſt-
quam obdormiuit, vaticinatus eſt,
et regi ipſius interitum oſtendit, ac
ex terra oraculum edens verba fe-
cit, populi ſcelus deletum iri.

CAPVT XLVII.

Vates Nathan. Rex Dauid inclitus, clariſſi-mus, pius. Filius Solomo, ſapiens, paci-ficus, prædiues. Roboamus. Ieroboamus malus.

1 POſt hunc exſtitit, qui vaticina-
retur, Nathan tempore Daui-
2 dis. Dauid tamquam adeps
ex hoſtia pro ſalute, ſic ex Iſraelitis
3 ſecretus fuit. Cum leonibus qua-
ſi cum hædis luſit, cumque vrſis
4 quaſi cum ouillis agnis. An non
iuuenis adhuc gigantem interemit?
5 Et populi dedecus aboleuit, admo-
ta ad fundæ ſilicem manu, et Go-
6 liathi faſtu deiecto? Inuocauerat
enim Dominum ſupremum, qui ei
id dextræ robur dedit, vt potentem
bello virum tolleret, ſuorumque
popularium cornu extolleret, at- 7
que ita eum inter tot legiones coho-
neſtauit, et diuinis laudibus cele-
brauit, delato ad eum gloriæ dia-
demate. Nam hoſtes vndique ob- 8
triuit, et aduerſarios Palæſtinos pro-
fligauit, fracto ad hunc diem eo-
rum cornu. In omni opere ſuo 9
gratias ſupremo numini honorifica
oratione egit: Creatorem ſuum 10
L. Deum, qui ſibi aduerſus hoſtes
poteſtatem dedisſet, *G.* toto pecto-
re celebrauit amauitque, et can- 11
tores ante aram, ſuauibus ad eo-
rum modos carminibus compoſitis,
inſtituit, (qui ſuis cantibus laudes
quotidie dicerent.) Feſtis addidit 12
decorem, et ad ſummum exorna-
uit ſolemnia, quibus ſanctum Dei
nomen collaudarent, et vsque a
mane ſacrarium perſonarent. (E- 13
ius peccata deleuit Dominus, eius-
que cornu in perpetuum erexit, et
ei regnum et maieſtatis in Iſraelitis
ſolium pactus eſt.) Huic ſucceſſit 14
prudens filius Solomo, qui per eum
late viguit, et pacato tempore, id-
que glorioſe regnauit, quum De- 15
us ei omnia vndique pacasſet, vt
ipſius nomini ædem ſtatueret, et
ſacrarium pararet in perpetuum.
Quam ſapiens in iuuentute tua fui- 16
ſti, et fluminis in morem prudentia
refertus? Totum orbem ope- 17
ruit animus tuus, et ſententiarum
ambagibus impleuit. Ad inſulas 18
procul tuum nomen peruenit, et
pace tua carus fuiſti. Te in car- 19
minibus et prouerbiis, et ſenten-
tiis, et interpretationibus, admira-
tæ ſunt nationes in Domini Dei no-
mine, qui Iſraelitarum Deus voca-
tur. Tu aurum quaſi ſtannum 20
congesſiſti, et argenti quantum ſi
plumbum esſet, comparaſti. Ve- 21
rum dum latera iſta mulieribus ad-
clinas, et iſto corpore ſubigeris,
inusſiſti gloriæ tuæ maculam, ſe- 22
menque tuum profanaſti, quo ſup-
plicium tuis natis conflaſti, amen-
tiaque

tiaque tua cauſſa fuiſti, vt angeren-
tur, diuiſo imperio, et ex
Ephraimitis exorſo regno contu-
maci. Sed Dominus ſuam erga
opera ſua clementiam numquam
omiſerit, aut perdiderit: num-
quam electi ſui nepotes deleuerit,
aut amatoris ſui progeniem ſuſtule-
rit. Itaque Iacobo reliquias, et
Dauidi ex ipſo ſtirpem dedit. Igi-
tur Solomo, vbi cum maioribus re-
quieuit, reliquit poſt ſe ex ſemi
ne ſuo [l] populi dementiam, exper-
temque prudentiæ Roboamum,
qui conſilio ſuo populum abaliena-
uit, et Ieroboamum Nabati filium,
qui Iſraelitis peccandi cauſſa fuit,
etEphraimitis flagitii viam tradidit,
quorum tot peccata exſtiterunt, vt
eos patria ſua expellerent, adeoque
omne flagitiorum genus exquiſiue-
runt, vt eos ſæuum inuaſerit
ſupplicium, *L.* quo tot peccata lu-
erent. *G.*

CAPVT XLVIII.

Vates igneus Elias, oratione potens, ad cælum ſublatus. Eliſæus, Ezechias. Sennacheribus. Ezechiæ pietas. Eſaias vates magnus.

IGitur exſtitit Elias, vates igneus,
oratione facis in morem arden-
te, qui eis grauem inuexit fa-
mem, eosque ſeueritate ſua rede-
git ad paucos, *L.* quod Domini
præcepta ſuſtinere non poſſent. *G.*
Is Domini iuſſu cælum continuit,
ignemque ter de cælo deduxit.
Quantam gloriam adeptus es, Elia,
tuis miraculis? ecquis ſe tibi parem
gloriari poteſt? qui Supremi iuſ-
ſu mortuum ex leto atque orco ex-
citaſti: qui reges in exitium, et
nobiles ex ſede ſua deturbaſti, *L.*
eorumque potentiam facile fregiſti:
G. qui in Sina Domini obiurgatio-
nem, et in Horebo vltrices ſenten-
tias audiuiſti: qui reges ad vicem
rependendam, et ſucceſſuros tibi
vates vnxiſti: qui ſublatus es i- 9
gnea procella, in curru igneorum
equorum: qui reprehenſionibus 10
in certa tempora deſtinatus es ad ſe-
dandam iram iudicii Domini, an-
tequam ſæuiatur, et [m] ad reconcili-
andum patris animum filio, iaco-
beasque tribus conſtabiliendas.
Beati, qui te viderint, et cum cari- 11
tate obdormiuerint: etenim nos 12
[n] reuiuiſcemus. Huius Eliæ, pro- 13
cella circumfuſi, ſpiritu repletus
eſt Eliſæus, qui ſuo tempore a nul-
lo principe perculſus, neque cuius-
quam poteſtate ſubiectus eſt, omni
ratione inuictus, quin vita de- 14
functi corpus vatem egit: quum-
que edidiſſet ille in vita prodigia,
etiam in obitu mira ſunt eius opera.
Sed ne ſic quidem ad ſanitatem 15
rediit populus, nec a ſuis peccatis
deſtiterunt, eousque vt ex patrio
ſolo abacti, toto orbe diſperſi ſint,
relicto exiguo popello, et principe, 16
in domo Dauidis, quorum tamen
partim ad Dei voluntatem ſe geſ-
ſerunt, partim multa peccarunt.
Ezechias muniuit vrbem ſuam, et 17
in eam induxit aquam: cauauit 18
ferro ſcopulum, et fontes aquæ
gratia conſtruxit. Huius tempore 19
Sennacheribus expeditionem fecit,
miſitque Rabſacem, qui contra Sio-
nem et manum extulit, et ſuperbe
gloriatus eſt. Tunc illi et animis 20
et manibus perculſi, parturientium
ritu dolentes, miſericordem Domi-
num, paſſis ad eum manibus, im-
plorarunt. Et ſanctus ille de cælo 21
protinus eos exaudiuit, *L.* nec 22
eorum memor peccatorum hoſti-
bus eos dedidit, ſed *G.* interprete 23
L. ſancto vate *G.* liberauit, conciſis
Aſſyriorum caſtris, et a Domini
angelo profligatis. Geſſit enim ſe 24
Ezechias ad Domini arbitrium,
tenuitque parentis ſui Dauidis vi-
uendi viam, quam præceperat 25

l) manifeſto dementem. *m*) Malach. vlt. de Iohanne Baptiſta. *n*) ita beati erunt qui cum caritate vixerint.

Eſaias, vates ille magnus, et in diui-
natione fidelis, cuius tempore re-
trocesſit ſol, vitamque regis am-
26 pliauit. Is magno ſpiritu vidit
vltima, et lugentes in Sione conſo-
27 latus eſt: olim futura et abdita
demonſtrauit, priusquam eueni-
rent.

CAPVT XLIX.

Ioſiæ gratia, dexteritas. Degeneres Iudææ reges. Ieremias, Ezechiel vates. Zorobabel, Ioſua, Nehemias, ac patres principes.

1 IOſiæ memoria quaſi quædam
ſuffiminis compoſitio confecti
2 arte vnguentarii, in omnium
ore dulcis eſt vt mel, aut vt muſica
3 in vinoſo conuiuio. Is in emen-
dando populo dexteritate vſus,
4 ſuſtulit nefaria flagitia: animo
fuit bene erga Dominum compo-
ſito, et ſceleratorum tempore pie-
5 tatem compoſuit. Præter Daui-
dem, Ezechiam, et Ioſiam, omnes,
relicta Supremi lege, deliquerunt.
6 Degeneres Iudææ reges, ſuum
cornu aliis, ſuam gloriam extraneæ
7 genti prodiderunt, quæ lectam
vrbem ſacrarii cremauit, eiusque
ſemitas deſolauit, vt fuerat a Ie-
8 remia prædictum. Hunc enim læ-
ſerant, quum ab vtero vates conſe-
cratus eſſet ad exſtirpandum, et ad-
9 fligendum, et perdendum: item-
que ad exſtruendum ac plantandum.
10 Eſt et Ezechiel is, qui ſplendoris
viſum vidit, quod ei in Cherubo-
11 rum curru oſtenſum eſt. Is enim
et [a] in nimbo memorauit hoſtes, et
12 recta incedentes via erexit. Duo-
decim quoque vatum oſſa ex ſuo
loco reuireſcant, (eorum fauſta ſit
et felix memoria, qui Iacobeos
conſolati ſint, et ſpe fida defende-
13 rint.) Zorobabelem vero quo
pacto prædicem? qui fuerit quod-
dam quaſi ſigillum in *L.* Iſraelis *G.*
14 manu dextra: item Ioſuam Ioſe-
deci filium, qui tempore ſuo in-
ſtaurauere templum, ædemque 15
ſacram Domino exſtruxerunt, ſem-
piternæ gloriæ deſtinatam. Inter 16
eximios eſt et Nehemias, diuturnæ
memoriæ, qui nobis collapſos ere-
xit muros, portasque et clauſtra
poſuit, et complanatas domos no-
ſtras erexit. Iam vero Henocho 17
par in terris exſtitit nemo, quippe
qui ſit ſublatus ex terris: ne Io- 18
ſepho quidem fratrum duci, populi
præſidio, cuius oſſa repoſita ſunt.
Semus et Sethus inter homines glo- 19
ria excelluerunt, ſed omnium in
rerum natura animalium princeps
exſtitit Adamus.

CAPVT L.

Pontifex Simon illuſtris, pius, ſacerdos. Aharoniorum cantus pro Ioua laudibus ornando. Agendæ Iouæ gratiæ. Inuiſi populi Samariæ, Sichimis, Paleſtinæ. Eccleſiaſtici libri ſcriptor. Prædicandus Deus.

SImon Oniæ filius, pontifex, æ- 1
dem in vita ſua inſtaurauit, et
templum ſuo tempore firmauit,
ab eoque duplex altitudo fundata 2
eſt, celſum munimen templo cir-
cumiectum. Huius tempore con- 3
ceptaculum aquæ, hoc eſt lacus æ-
neus, tertia circiter parte minutum
eſt. Hic popularium ſuorum cu- 4
ram contra caſus aduerſos geſſit, vr-
bemque aduerſus obſidionem fir-
mauit. Quanto vero erat in ho- 5
nore, quum verſaretur in populo,
egresſus extra templi velum, qua- 6
ſi ſtella matutina per mediam nu-
bem, ſicuti ſuis plena diebus lu- 7
na *L.* lucet, *G.* vt ſol Supremi 8
templum colluſtrans, vtque iris in
ſplendidis refulgens nubibus: vt 9
flos roſarum verno tempore, vt
apud aquæ riuos lilia: vt turis 10
ſurculus æſtiuo tempore, vt ignis
et tus in foculo: vt vas auro ſoli- 11
dum, omni gemmarum genere ex-
ornatum, vt elegans ac fructife- 12
ra olea, vtque cupresſus, ad nubes
vsque

a) Iſraelitis nimbum, hoc eſt, hoſtes minatus eſt.

vsque procera, quum nobilem
illam veſtem ſumebat, perfectum-
que decus induebat, et in ſacri alta-
ris adſcenſu, ſacrarii ambitum con-
decorabat. Quum vero ex ſacer-
dotum manibus fruſta accipiebat,
et ad aræ focum fratrum corona
cinctus adſtabat, ſimilis erat natæ
in Libano cedri, illis quaſi pal-
marum ſtirpibus, et omnibus Aha-
roniis cum ſuo ſplendore circum-
ſtantibus, et Domini fertum manu
tenentibus, coram vniuerſo cœtu
Iſraelitarum. Igitur rem diuinam
ad aram faciens, Supremo omnipo-
tenti munus obmouendo, admota
pateræ manu libabat vuæ ſangui-
7 nem, fundens ad aræ radices ſua-
uem odorem ſummo omnium regi.
Tunc exclamare Aharonii, et du-
ctilibus ſtrepentes tubis, magna
voce perſonare, quod esſet apud
9 Supremum monumento. Tunc
vniuerſus populus communiter
properans, pronus humi procide-
re, Dominum ſuum adorando,
omnipotentem Deum ſupremum,
0 quum quidem cantores Deum cum
multo dulcisſimi carminis ſonore
1 collaudarent, populo ſupre-
mum clementem Dominum preci-
bus interpellante, donec Domini
cultus peractus esſet, atque illi rem
2 diuinam abſoluisſent. Tunc ille
deſcendebat, manusque ſuas in
totum Iſraelitarum conuentum ex-
tollebat, Domino ſuis ipſe labris
gratias agens, et in eius nomine
3 glorians. Deinde preces ad Su-
premi fauorem impetrandum ite-
4 rabat. Quamobrem agite cuncti
Deo gratias, Deo prorſus magni-
fico, qui noſtrum æuum ab vtero
matris euehit, et erga nos vtitur
5 ſua clementia. Det nobis animi
lætitiam, faciatque, vt noſtris tem-
poribus pax ſit in Iſraelitis, vt pri-
6 ſcis temporibus, vt rata ſit eius
erga nos clementia, et nos noſtro
7 tempore liberet. Duabus tribus-
ue gentibus infenſus eſt animus
meus, quæ gentes non ſunt: in- 28
colis montis [p] Samariæ, incolis Pa-
læſtinæ et ſtulto populo Sichimis
habitanti. Doctrinam prudentiæ 29
ſcientiæque exarauit in hoc libro
Ioſua Sirachi filius, Eleazari ne-
pos, Hieroſolymitanus, qui animi
ſui ſapientiam effudit. Felix, qui 30
in his verſabitur, et, his memoriæ
mandatis, ſapiens erit. Nam hæc 31
ſi fecerit, ad omnia valebit: ponet
enim in Domini luce veſtigia, (qui
ſapientia pios imbuit. Prædice- 32
tur Deus in perpetuum) etiam at-
que etiam.

CAPVT LI.

Ad Iouam Sirachi precatio, et gratiarum actio, in maledicos, adſentatores. Sapientiæ ſtudium, adſecutio, laudationes. Ad pietatem inuitatio.

Ioſuæ Sirachi filii precatio.

AGo tibi gratias, Domine rex: 1
te laudo, Deum ſeruatorem
meum. Ago tuo nomini 2
gratias, qui mihi defenſor fueris et
adiutor, meumque corpus ab in- 3
teritu, et calumniatricis linguæ de-
cipula liberaueris: qui mihi ad- 4
uerſus falſiloqua labra, contraque
aduerſarios auxilium tuleris, me- 5
que pro tua tanta clementia, tanto-
que nomine liberaueris a rictibus,
ad vorandum paratis, ab eorum
manu, qui mihi vitam eripere co-
nabantur: a tot, in quibus eram, 6
anguſtiis: ab ignis circumiecti
ſuffocatione, et ex medio igne, ita
vt eo non arſerim: ab imo orci 7
barathro, et impura lingua falſa-
que apud regem criminatione, et
iniuſtæ linguæ calumnia. Ad 8
mortem pæne venerat, et prope
imum orcum erat anima vitaque
mea: tenebar vndique, nec erat, 9
qui ſuccurreret, et intuenti mihi
in humanum auxilium, nullum
erat. Ergo tuæ clementiæ, Do- 10

p) Latine Seir.

mine, priſcorumque factorum re-
cordatus, qui te fretos liberes, et
ab hoſtium iniuria tueare, ſupplex
a terra ſurſum verſus, vt a morte
11 defenderer, oraui, Dominum,
[q] Domini mei patrem, inuocans, ne
me aduerſo tempore deſereret,
quum nullum esſet contra ſuperbos
12 auxilium. Laudabo nomen tuum
adſidue, agendisque gratiis cantabo.
13 Itaque auditæ ſunt meæ preces:
conſeruaſti enim me ab interitu, et
14 periculoſo tempore liberaſti. Hanc
ob rem tibi gratias ago, te laudo,
tuumque nomen, Domine, cele-
15 bro. Iuuenis adhuc, antequam
errarem, ſapientiam precibus aper-
16 te petii: eam et ante templum
oraui, et ad extremum conquiram,
in modum matureſcentis vuæ flo-
17 rentem. Ea delectatus eſt meus
animus, meusque pes recta ingres-
18 ſus eſt. Hanc a pueris veſtigaui,
et paullisper, admota aure, admiſi,
multamque doctrinam comparaui,
19 in qua progresſus habens, ei, qui
mihi ſapientiam dedit, honorem
20 tribuam. Eam enim exſequi ſta-
tui, nec me, honeſtatem ſequi,
21 pudebit. Ad eam animo contendi,
perpenſisque meis actionibus, pas-
ſis ſurſum manibus, animi mei er-
rores agnoui, eumque ad ſapien-
tiam compoſui, et bene erga 22
eam ab initio animatus, eam ex-
purgatus inueni, ideoque non de-
ſerar. Eam feruenti pectore quæ- 23
ſiui, itaque rem bonam comparaui.
Dedit mihi præmio linguam Do- 24
minus, qua eum laudem. Accedi- 25
te ad me, imperiti, inque domo
diſciplinæ verſamini. Quid cun- 26
ctamini, et quid ad hæc dicitis?
quum tantopere ſitiant animi ve-
ſtri. Aperto ore verba feci, com- 27
parate vobis ſine pretio *L.* ſapien-
tiam: *G.* ceruicem iugo ſubdite, 28
et animo doctrinam admittite,
quam inuenire in promtu eſt.
Videte veſtris oculis, me et parum 29
laborasſe, et multam comparasſe
requietem. [r] Comparate magna 30
argenti copia doctrinam, et per
eam multum auri quæretis. Læ- 31
tentur animi veſtri in illius cle-
mentia, nec vos eius laudationis
pudeat. Fungimini officio veſtro 32
ante [s] tempus, et ille vobis ſoluet
ſuo tempore mercedem.

q) Mesſiæ, quem Dominum ſuum vocat, vt Dauid Pſal. 110. et Dan. 9. *r*) multo plus proderit, quam quanti conſtiterit. *s*) ſcilicet mercedis.

VATES.

V A T E S.

ESAIAS.

CAPVT I.

Eſaiæ vatis tempus. Idem in Iudæos pertinaces. Hoſtiarum abominatio. Pro Hieroſolyma lacrimæ. Impiorum ſuperſtitiones.

* Oraculum Eſaiæ, Amoſi filii, quod edidit de Iudæa et Hieroſolymis, temporibus Oziæ, Iothami, Achazi, et Ezechiæ, regum Iudææ.

AVDITE, o cæli, attende,
o terra: nam Ioua lo-
quitur. Filios alui et
educaui, qui a me de-
fecerunt. Nouit bos
herum ſuum, et aſinus
præſepe dominicum: Iſraelitæ non
nouerunt, populus meus non ſapit.
Heu gentem improbam, populum
vitiis onuſtum, ſtirpem maleficam,
natos perditos, qui Iouam deſerue-
runt, ſanctum Iſraelitarum deſpica-
ti ſunt, retro receſſerunt. Qua
iam in parte feriemini, ſi delinquere
perrexeritis? totum caput ægrum
eſt, totum cor languidum, a pe-
dis veſtigio ad caput nihil eſt in eo
ſanum: vulnera, vomicæ, vlcera-
que purulenta, non malagmate cu-
rata, non obligata, non vnguine
mitigata. Terra veſtra vaſta eſt:
vrbes igni crematæ: agrum veſtrum
in conſpectu veſtro comedunt alie-
ni, eoque hoſtiliter depopulato, re-
ſtat puella Sion, vt caſa in vinea, vt
tugurium in † cucumerario, vt vrbs
obſeſſa. Quod niſi Ioua armipo-
tens reliquias nobis reliquas feciſ-
ſet, eſſemus pæne vt Sodoma, eſſe-
mus Gomorræ ſimiles. Audite Iouæ 10
dicta, principes ſodomitani: atten-
dite Dei noſtri diſciplinam, populus
gomorrane: quid mihi cum veſtris 11
tot ſacrificiis? inquit Ioua. Satur
ſum arietum victimis, et opima-
rum hoſtiarum adipe: taurorum,
agnorum et hircorum ſanguine
non delector. Quum venitis ad 12
comparendum apud me, quis iſtud
a vobis exigit, vt atria mea teratis?
Ne deinceps inane fertum obmoue- 13
te: a ſuffitu abhorreo: nouilunia,
ſabbata, conuentuum actiones, fe-
rias, vana iſta non fero. Nouilu- 14
nia ſolemniaque veſtra animo odi,
mihi oneroſa ſunt: defeſſus ſum 15
ferendo, vobiſque manus panden-
tibus, oculos meos ſubtraho, ac,
quamuis multas faciatis precatio-
nes, non audio, quum ſint veſtræ
manus plenæ ſanguine. *Lauami- 16
ni, mundamini, remouete veſtri
ingenii prauitatem de meo conſpe-
ctu: deſinite malefacere, diſcite 17
bene facere, æquitati ſtudete, op-
preſſos defendite, patrocinamini
pupillis, cauſſas agite viduarum.
*Agite, corrigamus nos, inquit Ioua: 18
etiamſi vel coccinea fuerint pecca-
ta veſtra, fient albiora niue: ſi fue-
rint oſtro ſimilia, fient candidiora
lana. Si obedire voletis, terræ 19
bonis fruemini: ſin autem renue- 20
tis, et contumaces eritis, ferro con-
ficiemi-

†) horto cucumerum, 1. ed.

ficiemini, quoniam loquitur os Io-
21 uæ. Ergone adeo impudica facta
eſt vrbs [u] fidelis, vt, quæ æquitatis
erat plena, et in qua iuſtitia dege-
bat, in ea nunc ſint homicidæ?
22 Argentum tuum in ſcoriam muta-
tum eſt: meracum tuum aqua mix-
23 tum: principes tui deſerto-
res, et furum ſocii, omnes dono-
rum cupidi, atque nummarii:
pupillis ius non reddunt, vi-
duarum cauſſas non admittunt.
24 Itaque ſic inquit Dominus Io-
ua armipotens, numen Israeli-
25 tarum: Heu vt in [x] meos aduerſa-
rios vindicabo, vt hoſtes vlciſcar, et,
conuerſa in te mea manu, ſcoriam
tuam quam puriſſime expurgabo,
omne ſtannum tuum auferam,
26 et tibi iudices reddam, quales olim
habuiſti, et conſiliarios, quales
principio, ac poſtea vocaberis vrbs
27 iuſtitiæ, ciuitas fidelis. Sion æqui-
tate, eiusque exſules iuſtitia redi-
28 mentur: ſontes vero et improbi
ſimul profligabuntur: Iouæ deſer-
29 tores conficientur. Eos enim pu-
debit diuorum, quos adpetitis, et
vos hortorum pœnitebit, quos eli-
30 gitis. Eritis enim veluti quercus,
cuius folia deciderunt, et velut hor-
31 tus aqua carens, et numen iſtud
fiet ſtupa, et eius fabricator ſcintil-
la, atque ita ambo ſimul, nullo ex-
ſtinguente, deflagrabunt.

CAPVT II.

Eccleſiæ reſtauratio. E Sione ſalutis doctrina. Iudicium vltimum. Superſtitiones tandem ablegandæ. In homine ſpes non reponenda.

1 Effatum, quod edidit Eſaias, A-
moſi filius, de Iudæa et Hiero-
ſolymis.
2 FIet poſtremis temporibus, vt
fixus ſit ædis Iouæ mons in cul-
mine montium, et collium edi-
tisſimus, confluentque ad eum gen-
3 tes omnes, et venient multi po-
puli, atque ita dicent: agite, ad-
ſcendamus ad montem Iouæ, ad
ædem Dei Iacobeorum, qui nos
de ſuis viis erudiat, vt eius ſemitis
gradiamur. Nam ex Sione lex, ex
Hieroſolymis Iouæ diſciplina pro-
ficiſcetur. Ille gentibus ius dicet,
et multos populos corriget, ita vt
cudant ex ſuis enſibus vomeres, et
ex ſpiculis falces, neque gentes alia
aliis arma inferant, neque amplius
bella diſcant. O iacobea domus,
agite, gradiamur in luce Iouæ. Tu
quidem tuum populum, iacobeam
domum, ideo deſeris, quod quum
ſint iam olim [y] pleni, vtuntur hario-
lis, vt Palæſtini, et ab externis pen-
dent hominibus: vtque eorum
terra argento et auro ſic referta eſt,
vt ſint eorum theſauri infiniti,
adeoque equis abundat, vt nullus ſit
quadrigarum modus, ſic etiam ple-
na diuis eſt: ſuarum manuum
opus colunt, quod ipſorum fecere
digiti. Verum deprimentur ho-
mines, deiicientur viri, nec tu eis
ignoſces. Ingredere in rupem, ab-
de te ſub terram ob Iouæ terrorem,
et eius excelſitatis maieſtatem.
Deprimentur hominum ſuperbi
oculi, humanaque deturbabitur ex-
celſitas, et ſolus Ioua extolletur in
illa die. Nam Iouæ dies armipo-
tentis talis erit in omnia ſublimia
atque alta, in omnia elata, vt depri-
mantur, in omnes proceras altas-
que cedros Libani, in omnes Ba-
ſanæ ilices, et in omnes arduos
montes, in omnes editos colles, in
omnes excelſas turres, in omnes
munitos muros, in omnes cilicas
naues, denique in omnes res ele-
gantes, atque ita deiicietur morta-
lium celſitudo, humanaque detur-
babitur altitudo, et ſolus Ioua ex-
tolletur in illa die, [z] deaſtrosque
prorſus euertet. Itaque ingre-
dientur in rupium cauernas, et in
terræ voragines, ob Iouæ terro-
rem,

u) hoc eſt caſta: nam caſtæ fidem ſeruant. x) ſcilicet Israelitas, vt et Pſal. 9, 6.
y) diuites. z) diuosque, 1. ed.

rem, et eius excelſitatis maieſta-
tem, quum ad orbem vexandum
conſurget. Tum quidem deiici-
ent homines ſuos argenteos aure-
osque diuos, (quos ipſi ſibi fecerint
colendos,) in talparum foramina,
inque cuniculos, vt ſubeant in an-
tra petrarum, et in prærupta ru-
pium,ob Iouæ terrorem, et eius ex-
celſitatis maieſtatem, quum ad or-
bem vexandum conſurget.

CAPVT III.

Diſcrimen fruſtra gaudentibus impendens. Iudæorum ſtatus prauus. Iuſti gratia, praui miſeria. In proceres Deus, in feminas Hieroſolymæ. In præfectorum auaritiam.

DEſinite [a] hominem, qui flatum
habet in naribus: nam quan-
2 ti eſt? Etenim Dominus
Ioua armipotens ablaturus eſt
Hieroſolymis et Iudææ opem, at-
que ſuſtentaculum: omne ad-
miniculum cibi et potionis, mili-
tes et bellatores, iudices et va-
3 tes, diuinos et ſenatores, ſemi-
centuriones, et auctoritate prædi-
tos, et conſiliarios, et artibus erudi-
tos, et dicendi peritos, eisque pue-
ros dabo principes, et eos infanti-
4 um imperio ſubiiciam. Itaque
vulgo inter ſeſe factiones alii in ali-
os facient, conſpirantibus et iuue-
nibus contra ſenes, et obſcuris con-
5 tra nobiles, ita vt vulgo ſuæ cog-
nationis et ſtirpis homines ſic com-
6 pellent: eſt tibi veſtitus, eſto no-
ſter gubernator, et huic ruinæ ſup-
7 pone manum. Ac tum quidem il-
le ſic referet: [b] non ego is ero, qui
iſti malo medear: nolite me, (qui
neque victum domi, neque veſti-
tum habeam,) conſtituere populi
8 gubernatorem: vsque adeo cor-
ruet Hieroſolyma, cadentque Iu-
dæi; quoniam et lingua et ingenio
contrarii ſunt Iouæ, in glorioſos
9 eius oculos rebellando. Eorum
vultus indicium eos incuſat, ſuum-
que ipſi peccatum, (vt Sodomitani,)
oſtentant, nihil celantes. Ah miſe- 10
ri: luent enim ſuum ſcelus. Iu- 11
ſtos ſane bonitatis accuſate: ſed di-
gnus ſuo cuiusque ingenio fructus
percipietur. Væ ſceleratis impiis: 12
nam præmia digna ſuis factis acci-
pient. Mei populi magiſtratus in- 13
fantes ſunt, eique mulieres impe-
rant. O mi populus, tui rectores 14
ſunt fraudatores, tuarumque ra-
tionum viam peruertunt. Adeſt 15
ad iurisdictionem Ioua: præſto eſt
ad iudicandum de populis. Ioua 16
in iudicium veniet contra ſuorum
ſenatores atque principes. Vos vi- 17
neam depaſcitis, ſpolia calamitoſo-
rum domi veſtræ ſunt: quid quod 18
meos opprimitis, et miſerorum fa-
cies obtunditis? inquit Dominus
armipotens Ioua. Tum hæc in- 19
quit Ioua: quoniam ſuperbiunt ſi-
oniæ mulieres, et exporrecta cer-
uice incedunt, laſciuis oculis, in-
greſſu molli, compoſito gradu, gla-
brabit Dominus Sioniarum verti-
cem, Ioua earum verenda deteget:
aliquando Dominus ornamento- 20
rum decus auferet, calamiſtra, lu-
nulas, paſtillos, ventralia, calanti-
cas, mitras, brachialia, lemniſcos, 21
monilia, inaures, annulos, fronta-
lia, ricas, ſupparos, pupas, crume-
nas, ſpecula, ſudaria, flammea, et
multitia, eritque pro odoribus 22
fœtor: pro cingulo, ruptio: pro
calamiſtrato capillo, glabretum:
pro tenui interula, amictus cento-
nis: aduſta cutis,pro pulchritudine.
Tui mortales ferro, tui milites bel- 23
lo occumbent, dolentibusque et
lugentibus tuis portis, tu deſtituta
ſedebis humi, adeo vt ſeptem fe- 24
minæ virum vnum eo tempore
prehenſent, atque ita dicant: nos 25
ſumtu noſtro viuemus, atque ve-
ſtiemur: tantum a te denomine-
mur, noſtrumque dedecus aboleas.

CAPVT

a) ne pendere ab homine, qui poteſt exſtingui. Vide Lament. 4. ad finem, et Pſal. 146, 3. b) vbi magnates infeſtantur, nemo vult eſſe princeps.

CAPVT IIII.

Vrbis excidium. Seruandorum paucitas. Piorum conſolatio. Chriſti aduentus. Eccleſiæ liberatio propinqua.

1 EO tempore erit Iouæ germen
nobile et glorioſum, terræque
fetus eximius et decorus,
2 *videlicet elapſi Iſraelitæ: ac, qui
in Sione et Hieroſolymis reliqui ſu-
3 perfuerint, ii ſancti dicentur, vi-
delicet omnes Hieroſolymis ad vi-
tam deſcripti, quum abluerit Do-
minus ſordes Sioniarum, et Hiero-
ſolymæ cædes ex ea abegerit, ſpiri-
tu æquitatis, et ſpiritu ardoris,
4 creabitque Ioua in omnes Sionis
montis ſtationes atque conuentus,
5 nubem interdiu fumumque, no-
ctu autem flammantis ignis ſplen-
dorem, adeo vt omnem protegat
6 nobilitatem, ſitque vmbraculum
ad opacandum interdiu aduerſus
æſtum, et ad receptaculum atque
operimentum contra nimbos et
pluuias.

CAPVT V.

Vineæ et Iudæorum comparatio. Cupiditas ac temulentia. Iudæorum captiuitas. In maleficos vates. Cur cæſi Iudæi. Babylonii de Iudæis triumphantes.

1 VOlo canere amico meo car-
men amabile, de eius vinea.
2 Habebat amicus meus vi-
neam in quodam pingui dorſo,
quam ſepiuit, elapidauit, generoſa
3 ſtirpe conſeuit, in eaque media
conſtruxit turrim, nec non torcular
4 in ea excidit: et ecce, quum, vuas
edituram, ſperaret, edidit labruſcas.
5 Nunc, Hieroſolymitani et Iudæi, iu-
dicate inter me meamque vineam,
quid amplius faciendum fuit meæ
6 vineæ, quod ei non fecerim? Cur,
ſperante me, parituram vuas, pe-
7 perit labruſcas? Itaque volo vo-
bis oſtendere, quid ſim facturus
8 meæ vineæ: eius ſepem auferam,
vt depaſcatur: maceriam diruam,
9 vt proteratur, eamque in tantam
redigam vaſtitatem, vt neque pute-
tur, neque paſtinetur, orianturque
in ea vepres atque ſpinæ: tum
autem nubibus vetabo, ne pluui-
am pluant in eam. Iam Iouæ ar- 10
mipotentis vinea eſt israelitica
ſtirps, et Iudæi eius deliciarum
plantarium, a quibus quum ius
ſperaret, ecce ictus: quum iuſtiti-
am, ecce querelas. Væ, qui do- 11
mos domibus coniungitis, fundos
fundis continuatis, eouſque vt, nul-
lo reſtante loco, ſoli in media terra
ſedem habeatis. Faxo ego Ioua ar- 12
mipotens, tot domus deſolentur,
tantæ tam elegantes ſine habitatore
ſint. Nam decem vineæ iugera 13
batum dumtaxat facient: et ſemi-
nis modii decem reddent vnum
modium. Væ, qui mane ſurgunt, 14
vt potationi indulgeant, et ſtatim a
diluculo vino incaleſcunt: qui 15
conuiuia citharis, nablis, tympanis,
tibiis, vino celebrantes, Iouæ facta
non ſpectant, eius manuum opus
non conſiderant. Quamobrem 16
exſulabit imprudens meus populus,
eiusque et nobilitas fame conficie-
tur, et vulgus areſcet ſiti. Itaque 17
pandet orcus ſuum ſpiraculum, et
fauces diducet in immenſum, eo-
que deſcendent Iudæi clari iuxta
ac plebeii, locupletes atque exſul-
tantes, demisſisque et deiectis 18
mortalibus, ſuperborumque ſuper-
ciliis depresſis, extolletur ob æqui-
tatem armipotens Ioua, ſanctusque
Deus ob iuſtitiam ſancte coletur.
Tum agni paſcentur arbitratu ſuo, 19
et vaſta loca carpent arietes pere-
grini. Væ, qui ſcelera funibus ne- 20
quitiæ, qui peccata quaſi plauſtri
loris trahunt, atque ita dicunt: ac-
celeret, properet illius opus, vt id
videamus: adpropinquet eueniat-
que ſancti Iſraelitarum conſilium,
vt id cognoſcamus. Væ, qui ma- 21
lum bonum, et bonum malum di-
cunt: qui tenebras in lucem, et lu-
cem in tenebras conuertunt: qui
amarum in dulce, et in amarum
dulce

dulce mutant. Væ, qui ſibi ſapi-
entes videntur, ſuoque iudicio ſunt
prudentes. Væ, qui ad potandum
vinum fortes ſunt, et ad funden-
dum temetum robuſti: qui ſontes
abſoluunt ob munera, et inſontibus
ſuum ius eripiunt. Quamobrem
vt lambens ignis ſtipulam conſumit,
vt feſtucam flamma conficit, ſic il-
lorum ſtirps tamquam putre quid-
dam erit: illorum frutex quaſi ci-
nis abibit: qui armipotentis Iouæ
repudiauerint legem, et Sancti Iſra-
elitarum dicta contemſerint. Hac
de cauſſa incenſus in ſuos Ioua, eos
porrecta manu tanta clade adficiet,
vt ipſi montes cohorreſcant: adeo
vt eorum cadauera mediis in vicis,
tamquam lutum, iaceant, et tamen,
ne ſic quidem pacatus, habebit ad-
huc porrectam manum. Tum ſi-
gnum externis procul extollet, et
eos ab vltimis vsque terris ſibilo
vocabit: et ecce e veſtigio leues
aderunt, ita vt nullus ſit eorum, qui
defatigetur, aut impingat: nemo
dormitator aut ſomniculoſus: ne-
mo, [c] cuius aut laterum balteus ſol-
uatur, aut calceamenti corrigia
rumpatur. Erunt eorum et acutæ
ſagittæ, et arcus omnes intenti,
equorum vngulas, ſilices eſſe putes,
et rotas turbines, iam fremitus eo-
rum erit, qualis eſt leonis, aut ſcy-
mni, qui prædam frendens corripit,
eaque potitur indefenſa. Sic illi tum
in iſtos marini murmuris ritu fre-
ment, vt, ſi terram adſpicias, videas
calamitatis tenebras, quarum cali-
gine lumen obſcuretur.

CAPVT VI.

Eſaiæ viſum. Peccati cognitio. Abſolutio culparum, vatis munus. Excidium Iudæorum.

Quo anno mortuus eſt rex
Ozias, ego ſedentem in ſub-
limi editoque ſolio Domi-
num vidi, cuius laciniæ fanum re-
plebant, adſtantibus ſuperne ſe- 2
raphis, ſenas alas habentibus, qua-
rum binis facies ſuas, alteris pedes
tegebant, tertiis volabant, et alius
ad alium clamabant his verbis:
SANCTVS, SANCTVS, SAN- 3
CTVS, IOVA ARMIPOTENS,
CVIVS GLORIA PLENVS EST
VNIVERSVS ORBIS. Ad huius 4
clamoris ſonum commotis veſtibuli
poſtibus, totaque æde repleta fumo,
ego ita dixi: hei mihi, perii, qui 5
quum et ipſe homo ſim immundis
labiis, et inter homines labiis im-
mundos habitem, regem Iouam
armipotentem viderim meis oculis.
Tum ad me aduolauit vnus de ſera- 6
phis, habens in manu candentem
carbonem, quem forcipe ſumſerat
ex ara, quem admouit ori meo, at-
que ita dixit: ſimulatque tua la- 7
bra tetigit hic carbo, abiit culpa
tua, peccatoque tuo data venia eſt.
Hic ego Domini vocem audiui ita 8
dicentis, quemnam mittam? aut
quis [d] nobis ibit? Et ego, ecce me,
inquam, mitte me. Atque ille: i 9
nuntiatum iſti populo in hunc mo-
dum: * audite, et ne intelligite: vi-
dete, et ne cognoſcite. Oblima 10
iſtius populi cor, eiusque et aures
adgraua, et oculos hebeta, ne ocu-
lis videat, et auribus audiat, et
corde intelligat, et ita mutatus ſa-
netur. Atque ego: quousque Do- 11
mine? et ille: donec ita vaſtentur
vrbes, vt nullus ſit incola, ita do-
mus, vt ibi nemo ſit, terraque
vaſtata deſoletur, adeo remotis per
Iouam hominibus, vt ſit in media
terra vaſta ſolitudo. Quumque 12
fuerit adhuc in ea [e] denarius nume-
rus, iterum depopulabitur, vt
quercus aut robur, quæ, depoſitis
foliis [f] habent ſtatum: ſic iſtius ter- 13
ræ ſtatus erit ſemen ſanctum.

CAPVT

c) quem res vlla remoretur. d) erit noſter nuntius. e) decem reges: nam ſub Sedecia captiuos abduxit Nabuchudonoſor, qui Sedecias fuit decimus a Iothamo, ſub quo hæc dicit vates. f) non plane perierunt, ſed ſupereſt adhuc eis vita.

CAPVT VII.

Vrbis Iudæorum obſidio. Ad regem Eſaias. Chriſtus venturus. Aſſyriorum in Iudæos impetus. Calamitates non remotæ.

1 TEmporibus Achazi, Iothami
filii, Oziæ nepotis, Iudææ
regis, Raſin Syriæ rex, et
Phacea, Romeliæ filius, Iſraelitarum
rex, bellum Hieroſolymis intule-
runt, neque ea potuerunt expugna-
2 re. Poſtquam autem Dauidis domi
nuntiatum eſt, cum Ephraimitis
coiuisſe Syros: et regis et ſuorum
animi non aliter commoti ſunt,
quam vento mouentur ſiluarum
3 arbores. Et Ioua ſic cum Eſaia lo-
cutus eſt: exi obuiam Achazo, vna
cum Sariaſubo filio tuo, ad caput
aquæ ductus piſcinæ ſuperioris, ad
ſemitam agri fullonis, et ei ſic dici-
4 to: cura, vt ſis quietus, neque
metuas, aut animo remolleſcas, ob
iſtas duas caudas titionum fuman-
5 tium, id eſt, propter iram Raſi-
nis, et Syrorum, filiique Romeliæ,
quod tibi Syri, Ephraimitæ, et
Romeliæ filius malum moliantur,
6 ſtatuentes, Iudæam inuadere, et ei
negotium exhibere, eaque ſibi ſub-
acta, regem in ea conſtituere Ta-
7 bealis filium. Sic dicit Dominus
Ioua: id non præſtabitur, non fiet:
8 nam et Syriæ caput eſt Damaſcus, et
Damaſci caput eſt Raſin, et, ex-
actis annis [g] ſexagintaquinque, de-
ſinet Ephraimitarum esſe populus,
9 quorum Ephraimitarum caput eſt
Samaria, et Samariæ caput eſt Ro-
10 meliæ filius. * Quod ſi non credi-
tis, (vt eſtis increduli,) pete tibi
ſignum, (inquit Ioua, Achazum
porro adloquens,) a Ioua Deo tuo,
11 idque rei quamlibet vel depresſæ,
12 vel ſurſum elatæ. Hic quum Acha-
zus negaret, ſe ſignum petiturum,
13 aut Iouam tentaturum: audite,
(inquit ille,) [h] Daudidæ: * Pa-
rumne vobis eſt hominibus exhi-
bere negotium, niſi exhibeatis etiam
Deo meo? Ergo dabit vobis Do-
minus ipſe ſignum. Ecce puella
prægnans filium pariet, quem no-
mine vocabit Emmanuelem, qui
butyro melleque veſcetur, diſcendo
reprobare malum, et eligere bo-
num. Prius enim quam is puer
malum reprobare, bonumque eli-
gere ſciat, deſolabitur terra, cuius
ob duos reges tu es anxius. Inue-
het Ioua tibi tuoque populo et do-
mui paternæ tempora, qualia non
fuerunt, ex quo defecerunt a Iudæis
Ephraimitæ: ſcilicet Asſyriæ re-
gem. Ac tum quidem euocabit
ſibilo Ioua [i] muſcas vsque ab extre-
mo flumine Aegypti, et apes ex
Asſyria, quæ venient, et omnes
in vallibus deſertis, in petrarum
cauis, inque omnibus caudicibus
et foraminibus conſident. Tum
radet Dominus [k] conductitia noua-
cula, id eſt, per eos, qui trans
flumen incolunt, per Asſyriæ re-
gem, caput crurumque pilos, etiam-
que barbam tondebit, atque ita
fiet, vt ſi quis vnam buculam, vel
duas oues aut capras alat, is præ
copia lactis, quod proueniet, buty-
ro veſcatur: adeoque butyro et
melle veſcentur omnes, qui ſuper-
fuerint in terra. Itaque tum omnia
loca, in quibus mille vites mille va-
luerint nummos argenteos, ve-
preta erunt atque dumeta: adeo
vt eo [l] cum ſagittis et arcubus
veniatur: adeoque tota terra in
ſenticeta vertetur atque virgulta,
vt montes omnes, qui ligonibus
coluntur, præ vepribus et vir-
gultis ſint inaccesſi, atque a bo-
bus peruadantur, et a pecore te-
rantur.

CAPVT

g) videlicet ab Amoſo prædictis, Am. 5. h) Hieroſolymitani. i) hoſtes acerrimos et infeſtisſimos, qui omnia occupabunt et infeſta reddent. k) vide Ezechielem 29. ad finem. l) ſcilicet ferarum metu.

CAPVT VIII.

In Iudeos Aſſyrii: iſtorum calamitas. Ad Iouam confugiendam. Ab homine ſalus nulla. Infideles Iudæi. Non ad hariolos, verum ad Iouam confugiendam.

TVm mihi Ioua mandauit, vt, ſumto magno volumine, ſcriberem in eo humano ſtilo: CELERISPOLIO, VELOCIPRAEDAE. Itaque,* adhibitis fidis teſtibus, Vria pontifice, et Zacharia, Barachiæ filio, acceſſi ad vatem: quæ quum grauida esſet, filium peperit, quem Ioua iusſit vt CELERISPOLIVM VELOCIPRAEDAM nominarem: fore enim, vt prius quam puer is ſciret mi pater, aut mea mater pronunciare, opes Damaſci, Samariæque ſpolia, ab Aſſyriæ rege auferrentur. Præterea mecum amplius locutus eſt Ioua hunc in modum: quoniam iſti, repudiata Siloæ aqua, quæ placide fluit, Raſine et Romeliæ filio delectantur, propterea Dominus eſt eis adducturus aquam fluuii vehementem atque abundantem, hoc eſt, Aſſyriæ regem cum omni ſuo adparatu, qui, ſuperatis omnibus ſuis alueis, omnesque ripas ſupergresſus, redundabit in Iudæam, tanto fluens agmine, vt ad collum pertingat, alarumque ſuarum porrectione terram tuam, quam late patet, repleat, Emmanuel. Conſpirate ſane, o populi, et profligabimini: attendite omnes, qui eſtis in finibus remotis: accingite vos, et profligabimini: accingite vos, et profligabimini: inite conſilium, et disſoluetur: decernite rem, et erit irrita; quoniam *a* nobis adeſt Deus. * Sic enim me Ioua, quaſi manu prehenſum, adlocutus, docuit, non esſe huius populi via gradiendum, ita dicens: ne coniurationem dicite, quidquid populus iſte coniurationem dicit: neue
eius metu metuite, aut pauete: ſed 13
Iouam armipotentem ſancte colite:
is metus veſter, is pauor eſto. Is 14
erit autem ſanctitas, et lapis offendiculi, et ſaxum illiſus duabus
israeliticis domibus: laqueus et tendicula Hieroſolymitanis: impin- 15
gentque eorum multi, et cadent,
et frangentur, et irretientur, et
capientur. Preme oraculum: ob- 16
ſigna diſciplinam apud diſcipulos
meos. Ergo Iouam exſpectabo, 17
qui vultum ſuum a ſtirpe Iacobi
abscondit: eumque ſperabo. Ecce 18
me et pueri, quos mihi Ioua dedit
ad edenda apud Israelitas ostenta,
miraculaque ab armipotente Ioua,
Sionem montem incolente. Quod 19
ſi vobis ſuaſerint, vt ventriloquos
magosque musſantes et murmurantes conſulatis, nonne ſuum debent homines Deum conſulere?
pro viuis ne *b* mortuos? Ad legem 20
et ad oraculum: alioquin ea dicent illi, in quibus nihil erit auroræ: regionemque in difficultate 21
famelici peragrantes, præ fame
irati, et regem et deos deteſtabuntur ſuos, quum quidem et ſurſum 22
intuentes, et terram deſpicientes,
animaduertent res aduerſas, et tenebras, cæcam necesſitatem, rapidamque caliginem.

CAPVT IX.

Gentium religio, euangelium, lætitia. Chriſti nomina, regnum. Tribuum calamitates propter impietatem.

* QVamquam non cæcutiet ea 1
terra, cui hæc accidet necesſitas, quemadmodum ſuperiore tempore zabuloniæ nephthalenſique terræ parum fuerit. Nam 2
poſtea mare verſus, trans Iordanem, Galilææ extraneorum multum erit, ita vt verſantes in tenebris homines magnam lucem videant, et te-

a) Hebraice, Emmanuel, propter nomen pueri ſuperius poſitum. *b*) ſcilicet conſulere debent.

et tetræ noctis terram incolentibus
3 adfulgeat lux, te gentem multi-
plicante, tantaque adficiente lætitia,
vt apud te gaudeant, ſicut in meſſi-
bus gauderi ſolet, quomodo in di-
4 uidendis ſpoliis exſultatur. Nam
eorum oneris iugum, humerorum-
que virgam, hoc eſt, baculum eis
imperantium, perfringes, vt c die
5 Madianitarum. Quumque ſoleat
omne certamen cum motu veſti-
umque in ſanguine volutatione di-
micari, iſtud flagrantis ignis in-
6 cendio geretur. Nam puer nobis
naſcitur, filius nobis datur, qui
humeris ſuis principatum gerit, qui
nomine vocatur admirabilis conſi-
liarius, Deus potens, pater æterni-
7 tatis, princeps pacis: ad principa-
tus amplificationem pacemque infi-
nitam in ſolio regnoque dauidico,
ad id iure iuſtitiaque condendum,
et ſtabiliendum in omnem deinceps
æternitatem, id quod armipotens
8 Ioua ſuo ſtudio faciet. Rem mittet
Iacobidis Ioua, eaque Iſraelitis ac-
cidet, quam ſciet vniuerſus Ephrai-
mitarum populus, et Samaritani,
qui ſuperbe elatoque animo ita di-
9 ctitant: lateritia ceciderunt, qua-
drato lapide ædificabimus: ſyco-
mori ſucciſæ ſunt, cedros repone-
10 mus. Enimuero ita muniet miſce-
bitque Ioua Raſinis hoſtes et per-
duelles aduerſus eum, vt a fronte
11 Syri, a tergo Palæſtini Iſraelitas
toto ore deuorent: ne ſic quidem
ſedata illius ira, quin habeat adhuc
12 porrectam manum. Et quia non
redit populus ad eum, a quo cædi-
tur, armipotentis Iouæ ſecurus:
abſcindet ex Iſraelitis Ioua caput
et caudam, ramos et iuncos, vno
13 die. Caput ſenes ſunt et auctori-
tate præditi: cauda autem vates,
14 qui falſa docent. Quoniam iſtius
populi gubernatores ſunt decepto-
res, quique gubernantur, confi-
ciuntur, propterea eius neque iu-
uenibus delectabitur Dominus, ne-

que pupillorum et viduarum miſerebitur, quandoquidem vniuerſi impuri ſunt, et facinoroſi, omneſque ore flagitioſe loquuntur, ne ſic quidem pacata eius ira, quin habeat adhuc porrectam manum. Nam ardens quaſi impietatis incendium vepres virgultaque abſumet, et, incenſa ſiluæ denſitate, tantus ſe fumi globus exprimet in altum, vt ea armipotentis Iouæ ſæuitia tellus obſcuretur, eruntque homines quaſi fomes incendii, adeoque non parcent alius alii, vt dextra læuaque rapiant, quod comedant, et famentes, necdum ſaturati, ſui ipſorum brachii carnem vorent, Manaſſenſi cum Ephraimita, et Ephraimita cum Manaſſenſi contra Iudæum conſpirantibus, ne ſic quidem ſedata illius ira, quin habeat adhuc porrectam manum.

CAPVT X.

In legiſlatores Deus. In Iudæos Aſſyrii. Horum iterum ærumnæ inſoleſcentium. Iudæorum ad Iouam refugium, conſolatio, non diuturna mala. Senacheribi furor, incenſio, plaga.

VAe, qui decreta ſtatuunt iniqua, ſcribendaque dictant facinoroſa, ad tenuium euertendas cauſſas, eripiendumque ius inopibus mei populi, quo viduas habeant prædæ, pupilloſque diripiant. Quid vero facietis pœnarum venturæque procul vaſtitatis tempore? ad quem perfugietis ad auxilium? Aut vbi veſtram relinquetis nobilitatem, ne vinculis ſuccumbant, cæſique occumbant, ne ſic quidem ſedata illius ira, quin habeat adhuc porrectam manum? O Aſſyrie, iræ meæ fuſtis, cuius in manu meæ atrocitatis virga eſt, quem ego ad impuram gentem mittam, quem ad populum, (cui infenſus ſum,) mandabo

c) quum Madianitæ a Gedeone victi ſunt.

labo, vt ſpolia auferat, prædam-
ue diripiat, et illum, vt vicorum
utum, pesſumdet. Quamquam
pſe non ſic arbitrabitur, neque
ic animo cogitabit, ſed gentes non
aucas euertere atque exſcindere
abebit in animo. Dicet enim:
onne proceres habeo plane reges?
An non idem accidit Calano, quod
harcami? aut Hemathæ, quod
Arphado? aut Samariæ, quod Da-
naſco? Quum ego mea potentia
egnis potitus ſim, quæ diuis et ſi-
nulacris Hieroſolymam Samari-
mque vincerent, quod Samariæ
iusque diuis feci, idem ſcilicet
Hieroſolymæ eiusque ſtatuis non
aciam? Enimuero poſtquam Do-
ninus ſuum opus omne in montem
ionem Hieroſolymamque expe-
liuerit: puniet, (vt dignum erit,)
nimi regis Asſyriæ faſtum, tam-
ue glorioſum ſupercilium, qui
uidem ita dicat: ego meæ manus
viribus, meaque ſapientia atque
rudentia effeci, vt, ſublatis popu-
orum terminis, eorum cellas di-
iperem: egregieque habitantes
leturbaui, manuque hac popu-
orum opes, tamquam nidum, na-
ctus, quomodo relicta colliguntur
oua, ſic omnes ego terras collegi,
ullo vel alam mouente, vel aperto
tridente roſtro. Securimne glo-
iari aduerſus eum, qui ſecat ea?
ut ſe ſerram iactare aduerſus eum,
ui eam ſic agitat, vt agitatur ba-
ulus, ſicque attollit, tamquam qui
virgam, non arborem, attollat?
uamobrem immittet Dominus Io-
a armipotens illius obeſis ma-
iem, eiusque *d* nobilitatem quaſi
ncendii rogo ſuccendet, ita vt
sraelitarum lux pro igne, et Au-
guſtus pro flamma ſit, quæ illius
virgulta et vepres vno die conſu-
net, eiusque ſiluæ et ſegetis no-
bilitatem, tum animas, tum corpora,
ita conficiet, vt ipſe ſit quaſi exa-
nimatus ſignifer, eruntque re- 19
liquæ eius ſiluæ arbores adeo nu-
merabiles, vt eas vel puer deſcri-
bat. Atque ita fiet, vt deinceps 20
reliqui Israelitæ, quique Iacobi-
darum euaſerint, non amplius in
f eo nitantur, a quo cæſi fuerint,
ſed in Israelitarum auguſto Ioua
vere nitantur. *g* Reliquiæ reuerten- 21
tur, reliquiæ Iacobidarum ad Deum
potentem. Nam ſit licet tuus po- 22
pulus, o Israel, marina numeroſior
arena: reuertentur eius dumtaxat
reliquiæ, atroci ſtrage abundante
iuſtitia. Nam ſtragem, et qui- 23
drm atrocem, edet Dominus ar-
mipotens Ioua per omnem terram.
Quamobrem ſic dicit Dominus ar- 24
mipotens Ioua: ne metue, mi po-
pulus, Sionis habitator, Asſyrium:
cædet ille quidem te baculo, ſua- 25
que virga petet *h* ægyptiaco more.
Verum perquam paullo poſt con- 26
ſumetur iræ meæ ſæuitia in eius
excidium, vteturque in eum armi-
potens Ioua flagro, qualis fuit Ma-
dianitarum cædes in Orebi rupe,
i et, elata in mare ſua virga, eum 27
auferet ægyptiaco modo, atque ita
illius et onus ex humero tuo, et
iugum ex ceruice auferetur, *k* iugo
præ pinguitudine corrupto. Venit 28
ad Aiatham, tranſit per Magro-
nem, depoſiturus ad Machmas im-
pedimenta ſua. Traiecto vado 29
pernoctatur ad Gabam, formidan-
te Rama, Gabaatha Sauli fugiente,
ede vlulatum puella Gallima: at- 30
tenpe Laiſa, inops Anathotha, mi-
grat Madeмena, confirmant ſe
Gebimenſes. Adhuc dies eſt, vt 31
non ſit apud Nob commorandum.
Manum ſuam agit ad montem 32
puellæ Sionis, ad collem Hiero-
ſolymæ. Verum Dominus Ioua 33

d) nobilem exercitum. *e*) milites. *f*) Asſyrio. *g*) adludit ad nomen Sariaſub poſitum cap. 7. quod ſignificat, reliquiæ reuertentur, hoc eſt pauci. *h*) vt olim Pharao. *i*) eum perimet, vt Pharaonem fiſſo virga mari peremit. *k*) eius imperio ob nimias opes et ſuperbiam deleto.

armipotens ramos violenter eruet,
præaltaque ſuccidentur, et procera
34 deiicientur, et ita ſiluæ denſitatem ferro exſcindet, vt [l] Libanus generoſe cadat.

CAPVT XI.

Chriſti aduentus, origo, ſtirps, regnum, virtus, Gentium gratia. Euangelium, concionatores.

1 EXſiſtet autem ſurculus ex caudice Iſæi, et ab eius radicibus
2 pullulabit ſtolo, in quo reſidebit ſpiritus Iouæ, ſpiritus ſapientiæ et intelligentiæ, ſpiritus conſilii et fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ et
3 metus Iouæ, per quem Iouæ metu adflatus, neque ex oculorum adſpectu iudicabit, neque ex auri-
4 um corriget auditu. Sed terrarum tenues iuſte iudicabit, inopesque terrarum corriget ex æquo, et terras oris ſui baculo verberabit, et ſpiritu labrorum ſuorum necabit
5 impios, habens pro laterum cinctu iuſtitiam, pro ilium cinctu fi-
6 dem. Itaque verſabitur cum agno lupus, accubabitque pardus hædo, copulatosque vitulum et leonem et
7 taurum ducet puer paruulus: et vacca vrſusque compaſcentur, concubantibus eorum pullis: et leo
8 more boum palea veſcetur, et ludet ſuper aſpidis foramen lactens infans, ſuperque viperæ cauernam deliculus puer manum agita-
9 bit. Nusquam male aut nequiter fiet in meo ſacro monte; quoniam tantæ erit Iouæ cognitionis plena terra, quantis operitur aquis mare.
10 Atque illo tempore iſæam ſtirpem, expoſitum populis vexillum, conquirent gentes, eritque eius glorio-
11 ſa requies. Atque illo tempore admouebit iterum Dominus manum ad comparandas ſui populi reliquias, quæ reſtabunt, ex Aſſyria, Aegypto, Parthia, Aethiopia, Elamitide, Babylonia, Hematha, et marinis inſulis. Elatoque gentibus vexillo, colliget diſſipatos Iſraelitas, disiectosque congregabit Iudæos ex quatuor terrarum regionibus. Ac facesſet Ephraimitæ æmulatio, Iudæorumque exſcindentur aduerſarii, neque Iudæo æmulabitur Ephraimita, neque Ephraimitæ aduerſabitur Iudæus, quin ſtatim in Palæſtinorum humeros inuolabunt ad occidentem, et orientales deprædabuntur, Idumæis et Moabitis manus adferent, et Ammonitas ditionis ſuæ facient. Itemque vaſtabit Ioua linguam maris ægyptii, et, admota manu ſua flumini, vehementia ſui ſpiritus id in ſeptem ſcindet fluuios, peruadendum etiam calceatis, quo via ſit reliquiis eius populi, quæ ex Aſſyria ſupererunt, quemadmodum fuit Iſraelitis tum, quum ex Aegypto profecti ſunt.

CAPVT XII.

Piorum gratiarum actio ad Iouam. In fideles clementia per Chriſtum.

ATque eo tempore dices: ago
tibi, Ioua, gratias, qui quum
mihi fuisſes iratus, me, ira
iſta cohibita, conſolatus es. Quum
ſit mihi ſalutaris Deus, confidam
intrepidus, poſtquam mea potentia
et cantio [m] Ia Ioua eſt, qui mihi ſa-
luti fuit. Et aquam læti ex fonti-
bus ſalutis haurietis, atque ita tum
dicetis: agite Iouæ gratias: hu- 4
ius nomen inuocate: huius natu-
ram per populos demonſtrate, eius
tam ſublime recolite nomen. Can- 5
tate Iouam, qui tam arduam rem
fecerit per omnes diuulgandam ter-
ras. Exclama et oua [n] Sionis habi- 6
tatrix: nam magnus eſt in te Augu-
ſtus Iſraelitarum.

CAPVT XIII.

Per Medos victores Babylon diripienda.

In

qui Ioua dicitur decurtato verbo. n) hoc eſt Sion.

In Babylonem oraculum, quod e-
didit Eſaias, Amoſi filius.

IN edito monte tollatur ſignum,
excieantur ſublato clamore ma-
nusque ſignificatione, vt *o* prin-
cipum portas intrent. Ego meis
ad hoc deſtinatis impero, meosque
ad iram meam voco milites, qui
de mea ſublimitate exſultant. Tu-
multuoſus auditur in montibus ſo-
nus, qualis eſt ingentis populi, ſo-
nus ſtrepentium regnorum, genti-
bus coeuntibus, Ioua armipotens
recenſet militares copias. Veniunt
ex remota terra, ab vltimo cælo,
Ioua eiusque ſæuitiæ tela, ad o-
mnem terram vexandam. Eiula-
te: propinquat enim Iouæ dies, vt
aduentans ab omnipotente vaſtitas.
Itaque omnes virorum et manus
reſoluentur, et animi remolleſcent,
cruciatibusque perturbati, et
vexationibus correpti, parturien-
tium ritu dolebunt, inter ſeſe atto-
niti, inflammata facie. Aduentat
ecce Iouæ dies atrox, ſæuus, et ira
ardens, qui terram in vaſtitatem
redigat, et ex ea eius improbos
euertat, adeo vt cæleſtes ſtellæ
et ſidera non micent ſuo lumine,
et in ortu ſuo ſol caliget, neque lu-
na ſua luce ſplendeat. Animad-
uertamque in orbis peruerſitatem,
in impiorum noxam: et arrogan-
tium faſtum comprimam, ſuper-
biamque ferocium deprimam, effi-
ciens, vt *p* viri obrizo, vt homines
ſapphirio præponantur auro. Quin
et cælum ipſum tremefaciam, ipſa-
que tellus ſuo conuelletur loco, de-
ſæuiente Ioua armipotente, et in
iras exardeſcente. Ac quaſi disie-
ctæ capreæ, aut nullo cogente o-
ues, alii in alias nationes atque ter-
ras diuerſi ſeſe fuga recipient.
Quisquis inuentus, quisquis fue-
rit deprehenſus, confodietur, oc-
cumbetque gladio. Eorum et par-
uuli, ſpectantibus ipſis, elidentur,
et domus diripientur, et ſtupra-
buntur vxores. Ego in eos excie- 18
bo Medos: qui argentum deſpi-
cientes, aurumque faſtidientes,
pueros arcubus elident: non vte- 19
ri fetus miſerebuntur, non a filiis
abſtinebunt, eritque Babylon re-
gnorum ornamentum, chaldaicæ-
que ſublimitatis decus, qualis diui-
na Sodomæ Gomorræque ruina
eſt. Numquam habitabitur: nullo 20
incoletur æuo, non ibi tendet *q* A-
rabs, non ibi ſtabulabuntur paſto-
res, ſed et cubabunt ibi ſiluani, et
eorum domos replebunt fauni:
ibi habitabunt ſtruthiones, ibi ſal- 21
tabunt ſatyri: cantabunt in eius ar- 22
cibus vlulæ, in amœnis palatiis dra-
cones, et quidem propediem veniet
eius tempus, neque protrahetur
eius dies.

CAPVT XIIII.

Iudæorum abſolutio. In patriam reditus. Regis Babyloniorum calamitas, nex. Regiæ ſtirpis cædes. Iusiurandum Iouæ in Senacheribum et Asſyrios. In Philiſtæos Ezechias.

MIſerebitur enim Ioua Iaco- 1
beorum, delectosque rurſus
Iſraelitas quiete collocabit in
ipſorum ſolo, adiunctis peregrinis,
et cum Iacobi domo conſociatis:
arcesſitosque eos ceteræ nationes 2
adducent in ſuum locum, et illis
vtentur Iſraelis poſteri in Iouæ ſo-
lo ſeruis et ancillis, eos habentes
captiuos, quorum fuerant captiui,
et ſuis imperantes heris. Itaque 3
quum tibi Ioua requiem a tuo labo-
re et formidine dederit, et a tam
dura, quam tuleris, ſeruitute, vte-
ris in babylonium regem huius-
modi ſententia: qui fit, vt cesſet 4
exactor? cesſet tributum? Fregit 5
Ioua virgam impiorum, baculum
dominantium, qui populos cæde- 6
bat atrociter, irremisſo ictu, irate
gentı-

Babyloniorum. *p*) milites malint eos interficere, quam auro paciſci. *q*) Arabes erant paſtores vagi, ſedemque ſubinde mutantes.

gentibus imperans, inclementer in-
7 feſtatis. Placide quieſcit omnis
8 terra, aperto triumpho, etiam
pinis cedriſque Libani ſuper te gau-
dentibus: ex quo occubuiſti, nullus
9 ad nos ſector adſcendit. Infernus
orcus, ad tuum cohorreſcens ad-
uentum, titanes tibi conciet, omnes
terrarum gubernatores, omnes ti-
bi gentium reges ex ſuis ſedibus ex-
citans, qui te omnes ſic adloquan-
10 tur: tune etiam noſtri ſimilis, vi-
11 ctus es, vt et nos? depresſaque ad
inferos iſta ſuperbia, iſto nablorum
ſtrepitu, tibi ſubſternuntur lumbri-
12 ci: teque vermes operiunt? Quo
pacto delapſus es de cælo, lucifer,
auroræ fili, deturbatus ad terram,
13 qui gentes opprimebas? Atqui ſic
14 cum animo tuo dicebas: ego cæ-
lum ſcandam: ſupra diuinas ſtellas
meum extollam ſolium, et in mon-
te ſolemnitatum ſeptemtrionali-
15 bus ſedebo regionibus. Excelſa
ſcandam nubila ſupremo ſimilis.
16 Immo vero ad orcum deturbabe-
ris, in Erebi regiones, vbi qui te
videbunt, ad te conquiniſcent, te-
17 que contemplantes, dicent: hic-
cine eſt ille vir, qui terras perter-
rens, qui regna tremefaciens, or-
bem redegit in ſolitudinem, eius
vrbes euertens, captoſque do-
18 muin non relaxans? Omnes pla-
ne gentium reges ſuæ quiſque domi
19 iacent honorifice: at tu extra ſe-
pulcrum tuum abiectus es, tam-
quam inuiſus ſtolo, vt perfosſi gla-
dio occiſi, qui induti in lapideum
demittuntur barathrum, tamquam
20 protritum cadauer. Non coniun-
geris eis ſepultura, qui, terram
tuam depopulatus, populum tu-
21 um occideris. Nulla fiat vm-
quam ſtirpis improborum mentio:
22 paretur eius natis cædes ob paren-
tum culpam, ne exſiſtant, et terras
occupent, orbemque frequentent
23 vrbibus. Equidem in eos conſur-
gam, (inquit armipotens Ioua,) Ba-
bylonisque nomen, et reliquias, et
nepotes, et poſteros exſcindam, (in-
quit Ioua,) eamque in erinacio-
rum habitationem, et aquarum ſta-
gna redigam, exſcidialibusque ſco-
pis conuerram, inquit armipotens
Ioua. Iurat armipotens Ioua
in hæc verba: prorſus, vt ſta-
tui decreuique, ita fiet atque eue-
niet, vt Asſyrium in terra mea per-
fringam, et in montibus meis obte-
ram, facesſatque ab eis illius iugum,
et onus ex eorum dematur hu-
meris. Hoc eſt conſultum de omni
terra decretum: hæc manus eſt in
omnes porrecta gentes. Nam,
quod armipotens Ioua decreuit,
quis reſcindat? eiusque porrectam
manum quis retrahat?

Quo anno mortuus eſt rex Achazus, editum eſt hoc minax oraculum.

NE ideo gaude cuncta Palæſtina, quod fractus eſt baculus, qui te cædebat: nam [r] ex colubri ſtirpe orietur vipera, cuius fetus erit preſter volucris, paſcenturque tenuium primogeniti, et pauperes tuto cubabunt, perimamque fame tuam ſtirpem, et tuæ necabuntur reliquiæ. Eiula porta: quiritare vrbs: disſolueris cuncta Palæſtina: aduentat enim ex aquilone fumus, nullo abſente in eius conuentibus. Quid vero reſpondebunt gentis nuntii? A Ioua fundatam esſe Sionem, et in eo inopes eius populi tutos esſe.

CAPVT XV.

Moabitarum clades atque ruina.

In Moabitas oraculum.

NEmpe noctu periit deletum Ar Moabitarum: nempe noctu periit deletum Cir Moabitarum. Adſcendit ad templum, Dibonisque ſacella ad ploratum, ſuper Nabone et Medaba eiulans Moabi-

r) Achazo ſuccedet alius, qui in te ſæuiat acrius.

Moabita, omnibus eius capitibus
3 raſis, detonſiſque mentis: *per
eius compita centonibus induti
ſunt: ſuper tectis perque vicos eiu-
lant omnes, flendo deſcendentes,
4 adeoque clamat Heſebon, et Elea-
le, vt eorum vox audiatur ad Ia-
ſam, eouſque, vt armati Moabitæ
5 ægri animis vociferentur. Mens
mihi ſuper Moabitide quiritatur,
cuius profugi ad Sigorim, vitulam
triennem, perueniunt: nempe per
Luhithæ cliuum plorando adſcen-
ditur, nempe per Horonaimæ vi-
am calamitoſus excitatur clamor:
6 nempe Nemrimæ perdita eſt aqua:
nempe aruerunt gramina, defece-
7 runt ſtirpes, abeſt viriditas. Ergo
quas comparauerant copias, eo-
rumque facultates, ad ſalicum fluui-
8 um asportantur. Nempe tantus obit
Moabitidis fines clamor, vt eius
vlulatus ad Eglaim, vt eius vlu-
latus ad puteum Elim audiatur.
9 Nempe Dimonis aqua ſanguine re-
pletur: nempe ad Dimonem adii-
ciam incrementa, elapſis Moabitis:
terræque reliquis, leones.

CAPVT XVI.

Cur Moabita percutiendus et profligandus.

1 r Mittite agnos dominatori ter-
ræ, ex petra ſolitudinis ad
montem puellæ Sionis.
2 Nam quaſi vagæ miſſo nido volu-
cres, ſic erunt moabiticæ puellæ ad
vada Arnonis. Vtere conſilio:
3 adhibe rationem: præſta vmbra
tua quamdam quaſi noctem in ipſo
meridie; abſconde disiectos: ne
4 prode vagos: commorentur in te
mei disiecti, o Moabitis, eſto eis
contra grasſatores latebra: nam de-
ſinunt oppresſores, pereunt gras-
ſatores, abolentur ex terra vaſta-
tores, componiturque pietate ſo-
5 lium, in quo in Dauidis tabernacu-
lo fideliter ſedeat, qui iudicet, ius
que veſtiget, et iuſtitiam properet
6 Audimus Moabitæ adeo faſtuoſam
ſuperbiam, vt eius faſtus, ſuperbia,
ferocitas excedat eius captum.
7 Itaque eiulabit Moabita ad Moabi-
tam, vniuerſi eiulabunt, s mutilis
quoque ad Cirhareſæ murorum ra-
8 dicem plangentibus. Nam heſe-
boniæ ſegetes ſucciduntur: ſaba-
menſem vineam domini gentium
contundunt, cuius palmites, ad Ia-
zer vsque patentes, ſiluas perer-
rant: cuius porrecti traduces mare
9 transeunt. Itaque iazerenſi plo-
ratu ſabamenſem deploro vineam,
meis te lacrimis adſpergens Heſe-
10 bon et Eleale, quoniam * cecidit
æſtatis mesſiſque tuæ celeuſma,
ſublatumque eſt gaudium et lætitia
ex agro culto, neque per vineas
ouatur: non clamatur: vinum in
torcularibus non calcat factor: ce-
11 leuſma cohibui. Hanc ob rem pe-
ctus mihi præcordiaque ſuper Mo-
abitis et Cirhareſa citharæ modo
12 ſtrident. Ita fiet, vt adpareat
Moabitas ad ſacellum fatigatos, ſu-
umque ingresſos ſacrarium ad ſup-
13 plicandum, nihil profeciſſe. Hæc
res eſt, quam Ioua de Moabitis iam
olim pronuntiauit, et nunc ita pro-
14 nuntiat: tribus annis, vt ſunt
anni mercenariorum, ita fœda-
tum iri nobilitatem Moabitarum,
vt ex omni tam multa turba per-
quam exiguæ ſint, et infirmæ reli-
quiæ.

CAPVT XVII.

Damaſcus ab Asſyrio ſubruenda. In fœde ratus cum Damaſco tribus. Adflictionis virtus. Asſyriorum ventura damna.

In Damaſcum oraculum.

1 Futurum eſt, vt Damaſcus
vrbs eſſe deſinat, in ruinæ
2 aggerem redacta. Deſertas
arocerenſes vrbes habebunt greges,
3 cubantes, deterrente nullo, pri-
Bbb 4 nabi-

r) Pendite tributum Iudæis, vt olim, 2 Regum 3. quod facere deſiſtis. 3 Reg. 1.
s) ſcilicet mendicis.

uabiturque et Ephraimita præſidio,
et Damaſcus regno, eruntque Syri
reliqui, vt Iſraelitarum nobilitas,
4 inquit armipotens Ioua. *Illo tem-
pore autem attenuabitur Iacobeo-
rum nobilitas, eorumque corpu-
lentiæ macreſcet obeſitas, et acci-
det perinde, ac ſi quis ſegetis meſ-
ſem colligat, ſpicasque in vlnam
5 ſuam demetat; aut perinde ac
ſi quis ſpicas in valle gigan-
6 tum legat. Relinquetur in eis,
quod racemetur, vt in olea ſtrin-
genda duæ tresue baccæ in ſumma
arbore, quatuor quinqueue in fru-
ctuariis reſtant flagellis, inquit Io-
7 ua Deus Iſraelitarum. Illo tem-
pore intuebuntur homines in con-
ditorem ſuum, oculiſque ſpecta-
8 bunt Auguſtum Iſraelitarum. Ne-
que aras ſuarum manuum opus in-
tuebuntur, quæue ſuis ipſi fecere
digitis lucos, et ſimulacra ſpecta-
9 bunt. Illo tempore eorum poten-
tes vrbes erunt, vt derelictus ſal-
tus et arbuſtum, derelictæ pro-
10 pter Iſraelitas. Quæ quidem va-
ſtitas ideo continget, quoniam tu
Deum ſeruatorem oblita tuum,
numinis tuæ potentiæ immemor
11 fueris: propterea quum amœna
plantaueris plantaria, eaque a) pere-
grina ſtirpe conſeueris, poſtea-
quam curaueris, vt ea plantaria
creſcant, vt tuum ſeminarium
mature germinet, perierit meſſis
tum, quum eſſet percipienda, erit-
12 que dolor dirus. O nationum
multarum turbam, marini more
tumultus tumultuantium: o popu-
lorum murmur, ritu murmuris
vehementium aquarum murmu-
13 rantium, qui populi ritu mur-
muris aquarum multarum mur-
murantes, illo increpante fugient
procul, agitati, velut montana
vento ſtipula, aut floccus turbine.
14 Sub veſperum ecce terror ingruet:
ante matutinum nusquam erunt.
15 Hoc eſt eorum fatum, qui nos de-
populantur: hæc ſors eorum, qui
nos deprædantur.

CAPVT XVIII.

Gentes per Chriſtum ſeruandæ. Diuulgatum ſalutis verbum.

*O Alis vmbroſa tellus, trans 1
Aethiopiæ ſita fluuios, quæ
dimittis per mare legatos,
idque in ſcirpeis per aquas nauigiis.
Ite ſenes nuntii ad diſtractam dire- 2
ptamque gentem, ad populum eo-
rum, qui ſunt vltra ipſum, formi-
dabilisſimum: gentem alios atque
alios limites habentem, attritam-
que, depopulatis eius terram flumi-
nibus: o omnes orbis incolæ, 3
terrarumque habitatores, elato
montano ſigno adſpicite, et clan-
gente tuba audite. Sic enim dicit 4
Ioua mihi: quieſcam, inque mea
ſtatione ſpectabo, vt ſerenus æſtus
ſecundum pluuiam, vt roscida nu-
bes in calore meſſis. Nam ante 5
meſſem, perfecta germinatione, et
flori ſuccreſcente fructu, abſcinden-
tur ſarmenta falcibus, exſectique
palmites auferentur. Relinquen- 6
tur tum montanis alitibus, tum be-
ſtiis terreſtribus, ſuperque eis et
alites æſtiuabunt, et terreſtres o-
mnes hibernabunt beſtiæ. Eo 7
tempore adferentur armipotenti
Iouæ munera a diſtracto direpto-
que populo, a populo eorum, qui
ſunt vltra ipſum formidabilisſimo,
gente limitibus variante attritaque,
depopulatis eius terram flumini-
bus, in locum nominis Iouæ armi-
potentis, montem Sionem.

CAPVT XIX.

Aegyptiorum et Aſſyriorum plagæ. Nullum hominis in Iouam robur. Aegyptiorum ſapientes Deo cari. Cum improbis non pauci iuſtitiam colentes.

In Aegyptum oraculum.

INuectus leui nube Ioua adortu- 1
rus eſt Aegyptum, faceſſentque
ad eius aduentum ægyptii diui,
et

a) excellenti, quales aliunde importari ſolent.

et Aegyptiorum animi in ipſorum
pectoribus remolleſcent. Atque
ita Aegyptios cum Aegyptiis com-
mittam, vt frater cum fratre,
propinquus cum propinquo, ciui-
tas cum ciuitate, regnum cum re-
gno belligeret, et exinaniti mente
pectoris Aegyptii, profligato a me
eorum conſilio, diuos, hariolos, ven-
triloquos, magosque conſulant:
dedamque Aegyptios poteſtati duo-
rum dominorum, ferusque rex eis
imperabit, ait Dominus Ioua armi-
potens. Ac deficiente lacus aqua,
ſiccus arebit fluuius: et deſtitutis flu-
uiis exhauſti arebunt omnes agge-
rati: arundo papyrusque depri-
metur: virentes ſecundum flumen,
ſecundum ripam fluminis herbæ,
omneque fluuiale ſemen arefactum
ſtirpitus interibit. Ita mærebunt pi-
ſcatores, lugebunt, quicumque deii-
ciunt in flumen hamum, quique
ſuper aquas expandunt euerricula,
peribunt, et pudebit opifices exi-
mii lini, textoresque macularum,
laceris *x* illius caſſibus, nec non o-
mnes ſtagnorum, hoc eſt, viuario-
rum artifices. Stulti ſane Xoitæ
principes: ſapientum Pharaonis
conſiliariorum infatuatum eſt con-
ſilium: audebitisne Pharaoni di-
cere, vos eſſe ſapientum genus, pri-
ſcis prognatos regibus? Vbinam
ſunt tui ſapientes? age indicent tibi,
ſciantque, quid armipotens Ioua de-
creuerit aduerſus Aegyptum. De-
lirant Xoitæ principes: errant
Memphis principes, decipiunt Ae-
gyptum, qui ſunt eius nationum
columen. Ioua eam confudit eo
vertiginis ſpiritu, vt illi Aegyptios
in tantum omnium rerum errorem
adduxerint, in quanto errore eſt,
dum vomit ebrius, nec vllum ha-
beant opus Aegyptii, quod *y* caput
caudaue, ramus iuncusue faciat.
Per id tempus effeminabuntur Ae-
gyptii, pauebuntque trepidi ad mo-
tum manus armipotentis Iouæ,
quam in eos vibrabit: tantoque 17
erit iudæa tellus Aegyptiis terrori,
vt ad eius recordationem expaue-
ſcant omnes, ob armipotentis Iouæ
decretum, quod in illos decreuerit.
Ea tempeſtate erunt quinque in æ- 18
gyptia terra ciuitates ſermone vten-
tes chananæo: perque Iouam ar-
mipotentem iurantes: quarum vna
dicetur Heliopolis. Tunc erit ara 19
Iouæ in media Aegypti terra, Iouæ-
que ſedes edita ad eius confinia:
quæ argumento teſtimonioque ſit 20
armipotenti Iouæ in ægyptia terra,
quo illis Iouam contra oppreſſores
inuocantibus defenſorem magi-
ſtrumque mittat, qui liberet eos.
Innoteſcetque Ioua Aegyptiis, et 21
Iouam cognoſcentes eo tempore
Aegyptii, ſacra fertumque pera-
gent, Iouæque vota facient atque
perſoluent. Quumque clade ad- 22
fecerit Ioua Aegyptios, medebitur,
et ad ſe reuerſos exoratus ſanabit.
Eo tempore patebit iter ex Aegy- 23
pto in Aſſyriam, commeabuntque
et Aſſyrii in Aegyptum, et Aegyptii
in Aſſyriam, et vna cum Aſſyriis
z colent Aegyptii. Eo tempore erit 24
Iſraelita felicitate tertius in terris
ab Aegyptio et Aſſyrio, quam eis
conciliabit armipotens Ioua his ver-
bis: felix meus populus ægyptius,
mearumque manuum opus Aſſyri-
us, et mea hereditas Iſraelita.

CAPVT XX.

Aegyptiorum captiuitas atque Aethiopum.

QVo anno Thartan a Sargone 1
Aſſyriæ rege miſſus Aſotum
adgreſſus eſt, idque vi cepit:
eo tempore locutus eſt Ioua per E- 2
ſaiam, Amoſi filium, in hunc mo-
dum: iuſſit ei, vt iret exutum ſuis
lateribus centonem, calceosque ſibi
de pedibus detraheret: quod quum
ille feciſſet, nudusque et diſcalcea-

x) ſcilicet Aegypti. *y*) primarius aut plebeius: potens aut inops. *z*) ſcil. Iouam.

tus ambulasſet, ſic dixit Ioua:
3 quemadmodum ambulauit meus
Eſaias nudus et diſcalceatus tres
annos, quod in Aegyptios et Ae-
thiopes ſignum prodigiumque eſ-
4 ſet; ſic abiget Asſyriæ rex capti-
uos Aegyptios, extorresque Ae-
thiopes iuuenes ſeneſque, nudos et
diſcalceatos, detectis natibus, ad
5 ignominiam Aegypti, eosque
pauentes pudebit Aethiopiæ, ſuæ
ſpei, et Aegypti, ſui decoris: atque
ita tum dicent iſtius habitatores
6 [a] inſulæ: quum eiusmodi ſit [b] no-
ſtra ſpes, quo ad auxilium confugi-
mus, vt contra Asſyriæ regem de-
fenderemur, quonam pacto euade-
mus nos?

CAPVT XXI.

Babylonis, Idumæorum, Arabumque minæ.

In ſiluam marinam oraculum.

1 SImilis gliſcenti auſtrali procellæ
venit ex terribili ſiluæ terra.
2 Durum oraculum mihi expoſi-
tum eſt: [c] oppresſoris oppresſor, va-
ſtatorisque vaſtator proficiſcere
Elamita, obſide Mede: faxo, tot
illati ab illa gemitus compeſcantur.
3 Ergo mihi doloris plena ſunt late-
ra: me cruciatus corripiunt, qua-
les ſunt cruciatus parturientium:
auditu percellor: adſpectu pertur-
4 bor: cor mihi palpitat: pauor
me perterret: ſuaue mihi crepu-
ſculum vertitur in horrorem:
5 [d] adornatur menſa, ſpeculante ſpe-
culatore: eſtur, potatur: ſurgite
6 principes: polite clipeos. Nam
ita mihi dicit Dominus: i, ſtatue
ſpeculatorem, qui, quod videbit,
7 nuntiet. Videt autem currus, bi-
iuges equites, currus aſinorum,
currus camelorum, multumque et
8 diligenter intentus clamat [e] leo. In

ſpecula, Domine, ego per diem adſidue ſto, inque mea cuſtodia totas noctes permaneo. Ecce autem veniunt hominum currus, biiuges equites: cadit, cadit Babylon, inquit, omniaque eius deorum ſimulacra perfringuntur humi. O [f] tritura mea, areæque meæ deſtinati, quod ex armipotente Ioua, Israelitarum Deo, audiui, id vobis enuntio.

In Dumam oraculum.

Ad me clamatur ex Seire: [g] cuſtos quid de nocte? cuſtos quid de nocte? Et cuſtos: venit matutinum, inquit, etiamque nox: ſi ſciſcitari vultis, licet: redite alias.

In Arabiam oraculum.

In Arabiæ ſilua [h] pernoctabitis, qua iter eſt Dodanim. Occurrite ſitientibus ferentes aquam, incolæ ſoli themani: excipite pane profugos, qui arma, qui ſtrictos enſes, intentos arcus, bellum graue fugiunt. Nam ſic mihi dicit Dominus: exacto anno, [i] vt ſunt anni mercenarii, peribit omnis gloria Cedaris, reliquusque numerus arcuum cedarienſium militum erit exiguus; quoniam Ioua Deus Israelitarum fatur.

CAPVT XXII.

Hieroſolymæ excidium. Sobnæ cum Senacheribo interitus. Eliacimus pro Sobna ſubſtitutus.

In [k] fatidicam vallem oraculum.

QVid tibi tandem accidit, vt omnis tecta conſcenderis, turbarum plena, vrbs populoſa, ciuitas exſultans? Tui non enſe ſaucii, non prœlio ſunt mortui. Omnes tui primates [l] emigrarunt ſimul [m] ſine arcubus vincti: omnes, qui in te inuenti ſunt, vincti

a) Iudææ. b) Aegyptus. c) Asſyrii. d) epulabuntur Babylonii qua nocte capietur Babylon. e) ſpeculator, leonis more ſpeculans. f) hos quos ego triturandos, hoc eſt, malis opprimendos prædico. g) trepidationis ſummique pauoris deſcriptio. h) ſcilicet fugientes. i) certo et definito. k) Hieroſolymam. l) in exſilium. m) ſine prœlio. Idem ante dixerat: Non enſe ſaucii.

5 ctì pariter procul fugerunt. Pro-
pterea edico, vt me fletu cruciari
ſinatis, neue me de patriæ meæ va-
6 ſtatione conſolari tentetis. Nam
tumultus, depopulationis, trepida-
tionisque diem agit Dominus armi-
potens Ioua in valle fatidica, mœ-
nia complanans, et ad montem
7 proclamans. Et Elamitæ quidem
8 ferunt pharetras in curribus: ho-
mines, equites, et clipeos promit
Cyrene, eſtque vallium tuarum le-
ctisſima referta curribus, et equi-
9 tes portam inuadunt. Ac tum, ab-
lato Iudæorum tegumento, ſpecta-
bis ad arma *n* domus ſilueſtris; vi-
dentesque tot vrbis dauidicæ rui-
nas, *o* cogetis aquam inferioris piſci-
10 næ; numeratisque Hieroſolymæ
domibus, diruetis domos ad muni-
enda mœnia, et conceptaculum fa-
cietis inter duos muros, ad aquam
11 piſcinæ veteris; neque in eius au-
ctorem ſpectabitis, neque in eum,
qui eam olim condidit, intuebimi-
12 ni. Ac tum vocante Domino ar-
mipotente Ioua ad fletum, ad lu-
ctum, ad tondendum, amiciendos-
que centones, erit voluptas et læti-
13 tia: occidi boues, mactari oues,
comedi caro, potari vinum: come-
damus et potemus, nam cras morie-
14 mur. Itaque faxo ego armipotens
Ioua, iſta vobis culpa non ignoſce-
tur, quin moriamini, dicit Domi-
15 nus armipotens Ioua. Sic dicit
Dominus armipotens Ioua: i, adi
quæſtorem iſtum Sobnam diſpen-
16 ſatorem. Quid hic habes? aut
quem hic habes? vt hic tibi ſepul-
crum excidas, alte tibi ſepulcrum
excidens, domicilium tibi in ſaxo
17 ſculpens. En Ioua te viriliter trans-
portabit, conuolutumque tamquam
pilam, verſando rotabit in ſpatioſam
terram, vbi moriare, vbique ſint tui
glorioſi currus, o dehoneſtamen-
18 tum domus tui Domini. Atque
ita, tum te de ſede et gradu extur-
bato atque euerſo, adſciſcam me-
um Eliacimum, Helciæ filium, eum-
que tuo et veſtitu induam, et cinctu
confirmabo, et ei prouinciam tuam
in manum tradam, eritque Hiero-
ſolymitanis et Iudææ domui pater,
dauidicæque domus clauem eius 19
humero imponam, ita vt, quod
aperuerit, nemo claudat, et quod
clauſerit, nemo aperiat: eumque 20
figam tamquam clauum in loco fir-
mo, eritque ſuæ domui patriæ pro
glorioſo ſolio, atque in eo ſuſpen-
dent omnem paternæ domus glo-
riam, nepotes et poſteri, omnem 21
minimam ſupellectilem a peluibus
vaſis, ad omnia inſtrumenta muſi-
ca. Tunc, (inquit armipotens Io- 22
ua,) refixus clauus, qui fuerat adfi-
xus firmo loco, frangetur, et cadet,
rumpeturque onus ei impoſitum,
quoniam fatur Ioua.

CAPVT XXIII.

Tyri ruina, inſtauratio, ſalus.

In Tyrum oraculum.

EIulate naues cilicæ, vaſtatis, 1
in quas diuertatur, domibus:
id quod eis ex Macedonia con-
flatur. Obmuteſcite habitatores 2
inſulæ, quam ſidonii mercatores,
mare peragrantes, implebant, cu- 3
ius prouentus erat fluuialis mesſis,
niliacæ per vaſtas aquas ſementis,
quæque mercatus erat gentium.
Erubeſce Sidon: nam *p* mare, nam 4
marina ſic loquitur potentia. *q* Non 5
enixa ſum, non peperi, non alui iu-
uenes, aut virgines educaui. Quod 6
vbi apud Aegyptios increbuerit,
dolebunt, vt dignum eſt ad Tyri
famam. Transite in Ciliciam, eiu- 7
late habitatores inſulæ. Ergone 8
geſtientem iſtam, originis tam an-
tiquæ, ſui ferent pedes, procul
commoraturam? Quis iſtud de- 9
creuit

n) erat a Solomone conſtructa domus Hieroſolymis, in qua arma ponebantur, 3 Regum 7. *o*) ſcilicet ad incritam. *p*) Tyrus. *q*) nullos iam habeo natos, perinde ac ſi numquam peperisſem.

creuit in coronatam illam Tyrum,
cuius mercatores principes, cuius
negotiatores ſunt illuſtrisſimi ter-
10 rarum? Id armipotens Ioua de-
creuit, ad fœdandam omnis nobili-
tatis ſuperbiam, ad deturpandos il-
luſtrisſimos quosque terrarum.
11 [r] Peragra terram tuam ritu fluminis
puella Cilicia: non iam eſt robur.
12 Manum ſuam extendit in mare re-
gna tremefaciens Ioua, iubens Cha-
nanææ poteſtatem euerti, atque ita
13 pronuntians: non iam deinceps
exſultabis, oppresſa virgo puella
Sidon: in Macedoniam, ſurge, mi-
gra, ne illic quidem adeptura re-
14 quiem. [s] En terram illam Chal-
dæam hominibus deſtitutam Asſy-
rii condidere ſiluanis: eam ille,
ſuis exſtructis propugnaculis, di-
rutis eius arcibus, redigit in rui-
15 nam. Eiulate naues cilicæ: nam
16 veſtra periit potentia. Ac tum
mandabitur obliuioni Tyrus annis
ſeptuaginta, quanta eſt vnius regis
ætas: quibus annis ſeptuaginta fi-
nitis, erit de Tyro quaſi meretri-
17 cium canticum. Sume citharam:
vrbem circui, meretrix oblita: mo-
dulare bene: multum cane, vt re-
18 colaris. Ac præteritis ſeptuaginta
annis, Tyrus, curante Ioua, ad ſu-
um reuerſa quæſtum, ſcortabitur
cum regnis omnibus, quæ ſunt per
19 orbem terrarum, ſic tamen, vt
eius negotiatio quæſtus ſit Iouæ ſa-
cer, neque repoſitus condatur, ſed
habeant eius negotiationem, qui
degunt apud Iouam, quo habeant,
vnde et ad ſatietatem epulentur, et
egregie veſtiantur.

CAPVT XXIIII.

Terræ ſanctæ vaſtatio. Chriſtus a popularibus reiectus.

1 IOua terram ita exhauſturus et
depopulaturus eſt, itaque eius et
faciem inuerſurus, et diſſipatu-
rus incolas, vt nihil plebeius a ſa- 2
cerdote, nihil ſeruus a domino, an-
cilla ab hera, emtor a venditore,
qui feneratur a feneratore, debitor
a creditore differat: adeo exhau-
rietur diripieturque terra: quo-
niam hanc rem Ioua pronuntiat.
Luget collapſa tellus: interit colla- 3
pſus orbis: intereunt terreſtrium
hominum præſtantisſimi. Et quia 4
terra ſub ſuis impurata eſt incolis,
quippe contra leges facientibus, in-
ſtitutum mutantibus, fœdus vio-
lantibus æternum: ideo terram
conficit dira calamitas. Quoniam- 5
que eius deliquerunt incolæ, eam
ob cauſſam deflagrarunt habitato-
res terræ ſuperſtitibus paucis ho-
minibus. Luget muſtum: interie- 6
re vites: gemunt omnes animo an-
tea hilares: cesſat tympanorum 7
voluptas: deſiit ſtrepitus exſultan-
tium: cesſat citharæ voluptas:
cum cantu non bibitur vinum: 8
acerbum eſt bibentibus temetum:
fracta eſt ciuitas nequam: clauſus 9
eſt omnium domorum aditus:
clamor eſt ob vinum in vicis: oblit- 10
teratum eſt omne gaudium: ex- 11
ſulat terræ voluptas: ſupereſt in
vrbe ſolitudo, ictaque eſt vaſtitate
porta. Nam tale quiddam per ter- 12
ras, per populos erit, quale fit ſtri-
ctis oleis, aut qualis eſt poſt pera-
ctam vindemiam racematio. Ipſi 13
ſublata voce ouabunt, ad Iouæ
ſublimitatem vociferantes marini.
Ergo Iouam, ergo Iouæ Israelita- 14
rum Dei nomen honorate [t] per cla-
ritatem, vos inſulares. Ab extre- 15
mo terrarum cantiones audimus,
decus iuſtorum: et tabem, tabem,
inquam, ſentio: hei mihi, perfi- 16
di perfide agunt, et perfidioſe perfi-
di perfide agunt. Tibi pauor, et 17
fouea, et laqueus imminet, incola
terræ. Ac qui vocem pauoris ef- 18
fu-

r) liqueſce in lacrimas: nam Tyrus, nauium tuarum poteſtas periit. s) etiam Babylon ab Asſyriis condita vaſtabitur, eamque hominibus deſertam incolent ſiluani: nedum vt Tyrus tanto minor euadat. t) hoc eſt facti chriſtiani: Adludit ad verba monilis pontificis, de quibus vide Deut. 33 ſuper Leu.

fugerit, decidet in foueam: et qui
ex fouea erepſerit, capietur laqueo:
nam, patefactis ex ſublimi meati-
bus, contremiſcent fundamenta
19 telluris. Rumpetur tellus: diſ-
ſoluetur tellus: commouebitur tel-
20 lus: nutabit tellus, vt ebrius, et
ſubmouebitur, vt tugurium, ſuiſ-
que grauata peccatis corruet, non
21 reſurrectura. Ac tum animad-
uertet Ioua, et in ſublimem exerci-
tum in ſublimi, et in terreſtres re-
22 ges in terra: vinctique cogentur
in barathrum, et clauſtro conclu-
dentur, multo poſt tempore viſen-
23 di. Erubeſcet autem luna, pude-
bitque ſolem, adeo glorioſe regna-
bit Ioua armipotens in monte Sio-
ne, et Hieroſolymis, apudque ſuos
ſenatores.

CAPVT XXV.

Synagogæ iudaicæ diſſipatio. Fidelium ſalus. Impiorum condemnatio.

1 TE Ioua, qui meus es Deus,
extollam, tuo nomini gra-
tias agens, qui olim decreta
2 certa fide mirifice perfeceris, qui
vrbem in tumulum, munitam vr-
bem in ruinam, hoſtium arcem eo
redegeris, vt non ſit vrbs, num-
3 quam inſtaurandam. Hanc ob
cauſſam te potens venerabitur po-
pulus, te ferocium gentium reue-
4 rebitur ciuitas, qui tenuibus, qui
ſis pauperibus firmamentum in ad-
uerſis, contra inundationem rece-
ptaculum, contra æſtum vmbra.
Nam ferocium *u* ſpiritus eſt quaſi
5 parieti inundatio. Vt *x* æſtus in
æſtuoſo loco, tu hoſtium faſtum de-
primis, æſtus in vmbra nubis fero-
6 cium ſtirpem opprimit. Habebit
autem armipotens Ioua populis o-
mnibus in hoc monte adipatum de-
fæcatumque conuiuium, in quo
conuiuio medullarum adipes adpo-
nentur, et fæx erit expreſſa. Con- 7
ficietque in hoc monte laruam, qua
laruati ſunt omnes populi, et tegu-
mentum, quo gentes omnes tegun-
tur. Conficiet mortem ad extre- 8
mum, et abſterget Dominus Ioua
lacrimas ex omni facie, ignomini-
amque ſui populi auferet ex toto
orbe terrarum: nam Ioua fatur.
Itaque tum dicetur: ecce Deus ille 9
noſter, qui nos in ſe ſpem habentes
ſeruauit: Ioua ille, in quo quum
ſpem habuerimus, exſultemus, in
collata ab eo ſalute læti. Quieſcet 10
enim Iouæ manus in hoc monte,
tundenturque in ſuo ſolo Moabitæ,
vt tunditur in fimo ſtramen, pas- 11
ſis in ſua ipſorum regione manibus,
vt ſolent natatores ad natandum:
vsque adeo illorum faſtum manus- 12
que membroſas deprimet, arduam-
que murorum veſtrorum munitio-
nem ad terram demolietur, detur-
babit, humi peſſumdabit.

CAPVT XXVI.

Fidelium cœtus. Vnde fidelium ſalus, adflictiones, conſolationes.

Eo tempore canetur carmen hoc in 1
Iudæa.
VRbem habemus potentem, 2
cui pro muris et propugnacu-
lo ſalus eſt. Aperite portas, 3
et intrabit iuſta gens, cuſtos fideli-
tatis. *y* Natura fixa pacem pacem 4
tuebitur, quippe tibi confidens.
Confidite Iouæ in perpetuum: nam 5
z Ia Ioua numinis eſt ſempiterni. 6
Deprimit enim alte habitantes: vr-
bem elatam deiiciet ad terram, deie-
ctam adfliget humi, ita vt eam pes,
pedes inopum, veſtigia tenuium
proculcent. Iuſtorum via eſt æ- 7
quitas, rectum iuſtorum callem tu
libras. Sane tuarum via ſenten- 8
tiarum Ioua in te ſpem habemus,
animo tui nominis et memoriæ cu-
pido.

u) faſtus et violentia. *x*) Deus quaſi æſtu ſtirpes, ſuperbos exſtirpat, ſuos interim contra æſtum illum quaſi nubis vmbra tegens. *y*) iuſta gens ad permanendum creata. *z*) Ia idem qui Ioua.

9 pido. Animo te noctu cupio, tibi
auida mente pectoris inuigilans:
nam vt ſunt tuæ ſententiæ in terris,
iuſtitiam diſcunt habitatores orbis.
10 Quod ſi impio tribuatur miſericor-
dia, non tamen diſcet iuſtitiam *a* in
terra correctionis nequiter agens,
neque Iouæ ſublimitatem animad-
11 uertens. O Ioua, elatam iſtam
manum non cernunt: cernent, et
eos pudebit: populi ſtudium,
ignisque tuus hoſtilis eos conficiet.
12 Tu Ioua nobis pacem conciliabis,
quippe *b* qui nobis omnia noſtra
13 perficias opera. Ioua Deus noſter,
quum nobis imperent domini præ-
ter te: dumtaxat in te tuum reco-
14 limus nomen. *c* Mortui non reui-
uiſcent, manes non reſurgent:
15 propterea tu eos pœnis euertes, eo-
rumque perdes omnem memori-
16 am. Auges gentem Ioua, auges
gentem cum tua gloria, ſubmouens
omnes fines terrarum. Ioua, in ad-
uerſis habetur tui cura: funditur
oratio, quum irrogatur a te pœna.
17 Vt prægnans propinqua partui, æ-
gra præ cruciatibus clamat, ſic nos
18 ſumus apud te Ioua. Prægnantes
ægri quaſi parimus ventum, neque
terris parta ſalus eſt, vt non occum-
19 bant orbis incolæ. Reuiuiſcent
tui mortui, noſtra corpora reſur-
gent: expergiſcimini, et ouate, o
20 pulueris habitatores. Nam *d* tuus
ros herbarius ros eſt, maniumque
21 demoliris terram. Recipe te, mi
populus, in tua conclauia, et te tuis
oſtiis conclude: late paullisper,
22 ſubito dum tranſit ſæuitia. Nam
Ioua ex ſuo proditurus eſt loco, ad
vitia habitantium terras in ipſos
vindicanda: detegetque ſuum ter-
ra ſanguinem, neque ſuos amplius
cæſos operiet.

CAPVT XXVII.

Regnorum excidia. Chriſti aduentus. Pax in omnibus orbis partibus. Populorum ad Iouam confugium et ſalus.

TVnc animaduertet Ioua ſuo 1
duro, magno, validoque
gladio in leuiathanem ſer-
pentem teretem, et in leuiathanem
ſerpentem tortuoſum, interficiet-
que cetum, qui eſt in mari. Tunc 2
eam decantatote viniferam vineam,
quam ego Ioua tuens ſubinde irri-
gem, eam, ne inuadatur, noctes di-
eſque cuſtodiens. Non ſum equi- 3
dem iracundus: ſi quis tamen mihi
ſpinas et ſentes in pugna obiiciat,
eas continuo peruadam atque in-
cendam: alioqui meam potentiam 4
indeptus faciat pacem mecum, pa-
cem faciat mecum. Erit, quum ita 5
radices aget Iacobus, ita florebit
et fruticabit Iſrael, vt prouentu re-
pleatur facies orbis. *e* Numquid 6
eum cædet ſimili cæde cæſoris ſui?
aut numquid occidetur ſimili occi-
ſorum ſuorum occiſione? Eam 7
modice deferendo obiurgabis, ſo-
nans tuo duro ſpiritu, euri tempo-
re. Quapropter ita demum expia- 8
bitur culpa Iacobi, et hic eſt omnis
fructus auferendi eius peccati, ſi
omnes altarium lapides eo redege-
rit, vt ſint quales ſunt in calcem diſ-
ſoluti lapides, ita vt luci ſimulacra-
que non reſurgant. Nam vrbs 9
munita erit ſolitaria ſtatio, dereli-
cta, deſertaque tamquam ſolitudo,
vbi et paſcantur et cubent vituli,
eiusque flagella conſumant, et are-
factos fractoſque ramos mulieres
crematum veniant: quoniamque 10
indocilis eſt populus, idcirco eius
creator conditorque erga eum cle-
mentia et miſericordia non vtetur.
Ac tum triturabit Ioua *g* a fluminis 11
alueo ad Aegypti fluuium, et vos ſin-
guli colligemini Iſraelitæ, et clan- 12
gente

a) in hac vita, in qua eſt pœnitentiæ locus. *b*) vide Pſalmo, 90 18. *c*) ſcil. Im-
probi in priore reſurrectione. Vide Apoc. 20. *d*) vt ros herbas, ſic tu manes
in vitam elicis deiecta et recluſa terra, qua teguntur. *e*) Hos duos verſus non in-
telligo, ideoque de mea tranſlatione dubito. *f*) Euphratis.

gente tum ingenti tuba, venient perditi in Aſſyria, et in Aegypto profugi, Iouamque in ſacro monte Hieroſolymis adorabunt.

CAPVT XXVIII.

Contra luxum et libidinem vates, contra ſacerdotes, pſeudouates, contra vatum irriſores. Impiorum infelicitas. Piorum ſalus. Impiorum damna. Anguſtiæ multæ.

HEu ſuperbiæ corona, temulenti Ephraimitæ, et flos decidua venuſtatis elegantia, qui eſt in capite vallis opimæ oppreſſorum vino: ecce fortis robuſtuſque Domini, quaſi grandinis quædam procella, impetuoſaque tempeſtas, quaſi impotens quædam redundantis aquæ diluuies, vos vi proſternet humi. Pedibus conculcabimini, o ſuperbiæ corona, temulenti Ephraimitæ, accidetque flori decidua venuſtatis elegantia, qui eſt in opimæ vallis capite, quod baccæ primitiuæ ante æſtatem, quam qui vidit, ſimulac vidit, eam adhuc in manu habens deuorat. Tunc erit armipotens Ioua elegantiæ corona, venuſtatiſque ſertum reliquis ſui populi, mensque iuris ſedenti ad ius dicendum, et fortitudo auertentium ad portam bellum. At iſti quoque vino falluntur, errantque temeto: ſacerdotes vateſque temeto falluntur, obruti vino errant: præ temeto falluntur in prædicendo, titubant in iudicio, quippe omnibus vbique menſis fœdo vomitu refertis. Quem docebit ſcientiam? quemue ita erudiet, vt, quid dicatur, intelligat? *g* Deliculos, et ab vberibus remotos, ita vt ad præcipe, præcipe: ad præcipe, præcipe: ad normam, normam: ad normam, normam: paullum ibi, paullum ibi. Nam ridiculo ſermone aliaque lingua adloquendus eſt ei

hic populus, qui ab eo moniti in eo
poſitam eſſe requietem atque rela-
xationem, ſi feſſos recreent, audire
nolunt, ſuntque eis Iouæ dicta ad 11
præcipe, præcipe: ad præcipe, præ-
cipe: ad normam, normam: ad
normam, normam: paullum ibi,
paullum ibi: vt eant, et retro ru-
ant, et frangantur, et irretiantur, et
capiantur. Quamobrem audite 12
Iouæ dicta, homines ſcurræ, iſtius
hieroſolymitani populi dominato-
res, qui dicitis, percuſſiſſe vos cum
morte fœdus, et ita vobis proſpe- 13
xiſſe cum orco, vt licet ruens graſ-
ſetur ſcutica, non vos inuadat, quip-
pe mendacii vtentes præſidio, et in
falſo latitantes. Quocirca ſic dicit 14
Dominus Ioua: ego ſum fundatu-
rus in Sione lapidem propugnaculi,
lapidem angularem, pretioſum,
probe fundatum, (qui credet, non
properabit,) ſtatuamque ius ad 15
normam, et iuſtitiam ad ſtateram,
euerretque grando præſidium men-
dacii, et latebram inundabit aqua:
reſcindeturque veſtrum cum mor- 16
te fœdus, et erit irrita veſtra cum
orco cautio: ruens quum graſſa-
bitur ſcutica, ab ea proteremini:
ac, quamdiu ea graſſabitur, vos com- 17
prehendet: graſſabitur autem quo-
tidie, dies noctesque: atque hanc
quidem orationem *h* vexatio tantum
docebit. *i* Erit enim breuior le- 18
ctus, quam vt ſe quis in eo exporri-
gat: anguſtiuſque tegumentum, 19
quam vt quis eo ſe comprehendere
valeat. Nam vt in monte pharazi- 20
mo conſurget Ioua, vt in valle ga-
baonia fremet ad ſuum facinus, *k* in-
ſuetum ſuum facinus, faciendum;
ad ſuum opus, inauditum ſuum
opus, operandum. Quamobrem 21
nolite ſcurrari, ne veſtræ gliſcant
pœnæ: nam atrocem internecionem
audiui ex Domino Ioua armipoten-
te in omnem terram. Auſcultate, 22
et

g) non plus intelligunt, quam infantes, qui docendi ſunt balbutiendo, et ſyllabas præeundo. *h*) non prius intelligetur quam ſentiatur. *i*) mendacium, in quo tamquam in lecto iacetis, non vos proteget. *k*) Ingens et mirabile,

et meam vocem audite: attendite, et
23 mea audite dicta. [l] Num ſemper
arat arator ad ſeminandum, humum
ſuam proſcindens atque paſtinans?
24 Nonne poſtquam eius ſolum exæ-
quauit, gith ſpargit, cuminum ſe-
rit, eximiumque triticum, et egre-
gium hordeum atque zeam, ſuis
finibus deponit, ſuo eum Deo ad
rationem inſtruente ac docente?
25 Neque enim tribula trituratur gith,
aut ploſtelli rota ſuper cumino vol-
uitur: ſed pertica gith, et baculo
26 cuminum verberatur. Panificia
quidem teruntur: non enim per-
petuo triturat ea, aut ploſtelli ſtri-
27 dente orbe equisque terit [m]. Hoc
quoque ab armipotente Ioua pro-
ficiſcitur, qui et conſilio mirus, et
ratione magnus eſt.

CAPVT XXIX.

Proxima Hieroſolymæ ruina. Iudæorum ſtupor et reiectio. Inter alienos euangelium. Gentes Chriſti munus celebrantes.

1 HEu Leodeus, Leodeus, vrbs
expugnata Dauidi: [n] addite
annum anno: feſtæ iugulen-
2 tur hoſtiæ, et Leodeum mærore
et triſtitia angam, eoque vt [o] Leodeo
3 vtar, et te obſidens vndique ad-
eo machinis vrgebo, excitatis
4 contra te munitionibus, vt de-
iecta loquaris humiliter, et humi
verba facias, voce vtens ſubterra-
nea, pythiarum ritu, humique
5 verba muſſans. Sed hoſtium tuo-
rum turba, quaſi tenuis quidam
puluis, ferocium turba, quaſi præ-
teriens ſtipula, repente, de impro-
6 uiſo, ab armipotente Ioua pu-
nietur tonitru, motu, ingenti ſo-
nitu, turbine, tempeſtate, ignis-
7 que flamma voracis. Ac quod in
nocturnis ſomnii viſis, idem ac-
cidet tot gentium turbæ contra
Leodeum militantium, omnium-
que eum machinis et munitioni-
bus vrgentium. Vt enim ſomnians
famelicus videtur ſibi comeſſe, de-
inde experrectus ſentit inanem
ſtomachum ſuum; vtque ſomnians
ſitibundus videtur ſibi bibere, de-
inde expergefactus laſſum ſe, aui-
dique adpetitus deprehendit: ſic
accidet tot gentium turbæ aduer-
ſus montem Sionem militantium.
Dubitate admirabundi, qui cæci
cæcatis, absque vino ebrii, abs-
que temeto titubantes. Nam vos
Ioua ea veterni aura obruit vo-
bisque ſic oculos obſtruxit, vates
primariosque veſtros fatidicos ob-
ruens, vt ſit vobis omne oracu-
lum perinde ac verba obſignati li-
bri, qui ſi literarum perito tra-
datur, isque iubeatur eum lege-
re, neget ſe poſſe, quippe obſi-
gnatum: rurſum ſi tradatur il-
litterato: isque iubeatur legere,
neget, ſe ſcire litteras. Ergo ſic
pronuntiat Dominus: quoniam po-
pulus iſte ore me accedens, labiis-
que me honorans, cor habet a me
procul, eſtque eius erga me reli-
gio humanæ doctrinæ diſciplina:
propterea ego ſum inſuper adeo
mirifice, adeo mirabiliter erga po-
pulum iſtum acturus, vt eius ſa-
pientum ſapientia pereat, pruden-
tumque lateat [p] prudentia. Væ, qui
Iouam de conſiliis alte celant, quo-
rumque facta ſunt in tenebris, qui-
que ita dicunt: ecquis nos videt aut
nouit: O vos peruerſos: ſcilicet
idem de figulo putetur, quod de
creta, vt neget, opus ſe ab auctore
ſuo factum: aut figmentum adpel-
let factorem ſuum imperitum. E
nimuero admodum paullo poſt
vertetur [q] Libanus in Carmelum
et Carmelus ſilua habebitur, au-
dientque tum ſurdi verba libri, e
e

l) vt agricola omnibus ſuis operibus ordine et ratione perfunctus, poſtremo tri turat: ſic Deus poſtremo puniet. m) idem faciet Deus, quod agricola ipſo do cente facit. n) hoc eſt altero abhinc anno, vt patet cap. 32, 10. o) vt dignu eſt. p) nulla ſit. q) extranei ad Chriſtum ſe conuertent a Iudæis repudiatum

ex caligine atque tenebris oculi cæcorum videbunt, * adquirentque inopes in Ioua lætitiam, et pauperes homines in Auguſto iſraelitico exſultabunt: quippe deletis ferocibus, conſumtis ſcurris, exciſis omnibus ad iniquitatem velocibus, qui verbis efficiunt, vt peccent homines, et caſtigatores impediunt in curia, iuſtosque nequitia deprauant. Quare ſic dicit Ioua iacobeæ domui, is qui redemit Abrahamum: non nunc pudebit Iacobeos, neque nunc erubeſcent: ſed quum viderint pueros ſuos, manuum mearum opus, inter ipſos meum ſancte celebrare nomen, Auguſtumque Iacobeorum ſancte colere, et Iſraelitarum Deum reformidare: quumque ſcient ſocordes prudentiam, et diſcent garruli diſciplinam.

CAPVT XXX.

Contra Iudæos vates. Ab Aegyptiis auxilium fruſtra poſtulatum. Hoſtes Iouani verbi Iudæorum proceres. Aſſyrii diſſipandi.

HEu filios degeneres, (inquit Ioua,) qui conſilium inſtituant non auctore me, commentumque comminiſcantur non adflatu meo, vt addatur peccatum peccato: qui pergunt in Aegyptum deſcendere, non ſciſcitati meam ſententiam, vt Pharaonis potentia nixi, ægyptiæ confidant vmbræ. Verum vobis erit Pharaonis potentia probro, ægyptiæque vmbræ fiducia dedecori. Fuerunt enim eorum principes Xoæ, Hanemque accesſere legati: pudet omnes non profuturi eis populi, neque ſolum non auxilium vtilitatemue adlaturi, verum etiam probro et ignominiæ futuri.

In iumenta auſtralia oraculum.

Per difficilem periculoſamque terram, vbi leones tigresque ſunt,
item viperæ volucresque preſteres,
portant ſuorum aſinorum dorſis,
camelorumque tuberibus, ſuas facultates atque theſauros, ad homines non profuturos. Aegyptii 7
quidem ne quidquam inaniter ſuccurrent: propterea ad *a* iſtam clamo, eorum res egregie habituras, ſi
remanſerint. Nunc i, inſcribe 8
tabulæ apud eos, et imprime libro,
qui in poſterum duret in omnem
perennitatem: videlicet populum 9
esſe contumacem, filios falſos, filios nolentes audire Iouæ legem,
qui præuidentibus dicunt, nolite 10
præuidere: et fatidicis, nolite prædicere nobis ſana: nobis effamini
blanda: nobis prædicite fallacias:
deflectite de via: declinate de ſemi- 11
ta: auferte ex noſtro conſpectu Auguſtum Iſraelitarum. Quamob- 12
rem ſic pronuntiat Auguſtus Iſraelitarum: quoniam vos, repudiata
hac oratione, calumniis prauitatique confiditis ac innitimini: pro- 13
pterea accidet vobis in iſta culpa,
quod in rimoſa, caduca, et protumente excelſi muri parte, cuius
repentina de improuiſo fractura
venit, et quidem qualis eſt fictilis 14
lis vrcei fractura, qui adeo inclementer confringitur, vt ne teſta
quidem in eius fragmentis inueniatur ad capiendum de foco ignem,
aut hauriendam ex lacuna aquam.
Quum enim ſic pronuntiet Domi- 15
nus Ioua, Auguſtus Iſraelitarum,
vos remanendo quiescendoque ſeruandos, vobisque vires in otio et
ſecuritate esſe poſitas, recuſatis, atque ita dicitis: immo fugiemus 16
equis, (itaque fugietis,) et in pernicibus equitabimus: itaque pernices erunt, qui vos perſequentur:
ac milleni ad ſingulorum increpa- 17
tionem, ad quinorum increpationem fugietis, eousque vt reſtetis
b quaſi nauis malus in montis vertice, aut in colle pertica. Atque eam 18
ob

a) Hieroſolymam. *b*) paucisſimi, vt ſi vna arbor de ſylua reſtet ad faciendum malum.

ob cauſſam rem differt ſuſpendit-
que Ioua, vt erga vos miſericordia
vtatur et comitate, quippe qui De-
us ſit æquus, a quo quicumque
19 pendent, beati ſunt. *c* Nam in Sio-
ne habitante populo, Hieroſolymis
non flebitis: ille vos, audita queri-
moniæ veſtræ voce, veſtri miſer-
20 tus, exaudiet. Quumque vobis
dederit Dominus anguſtiæ panem,
angoriſque aquam, non auolabit
amplius doctor veſter, quin et ocu-
lis veſtris doctorem videbitis ve-
21 ſtrum, et auribus a tergo huius-
modi vocem audietis: hæc via eſt,
ite per eam: ſi ad dextram ſiniſtram-
22 ue deflexeritis. Fœdabitisque ar-
gentata ſimulacra veſtra, et veſtita
auro ſigna, tamquam menſtrualem
23 ſeparantes, exire iubebitis. Dabit
autem pluuiam ſemini veſtro, quo
conſeueritis humum, et proueni-
24 ens ex terra panificium. Tum
pingue opimumque veſtrum pecus
amplo paſcetur in paſcuo, boues-
que et aſini, cultores agri, ſinceram
comedent farraginem, ventilabro
25 vannoque purgatam, eruntque
in omnibus altis montibus, editis-
que collibus manantes aquæ riui,
vaſtæ cædis tempore, collapſis tur-
26 ribus. Erit et lunæ lux, vt lux ſo-
lis, et ſolis lux ſeptuplex vt ſeptem
dierum lux, tum, quum obligauerit
Ioua ſui populi fracturam, et infli-
27 ctum ei vulnus ſanauerit. Ecce
Iouæ nomen procul adueniens, ar-
dentis ira et graue ferentis onus,
cuius et labia ſæuitiæ plena ſunt,
28 et lingua igni voraci ſimilis, et fla-
tus inundanti fluuio, qui ad collum
d vsque ſecat, ad ventilandas *e* vani-
tatis ventilatione gentes, populo-
rumque maxillas *f* aberrationis fre-
29 no coercendas. Carmine vtemini,
quale noctis eſt, qua feſtum indi-
citur: animique lætitia, quali qui
cum tibiis in Iouæ montem ire per-

gunt, ad numen Iſraelitarum, ſonabitque Ioua voce ſuæ maieſtatis, et brachii ſui impreſſionem oſtendet cum truculento vultu, et edacis ignis flamma, ſtrage, nimbo, grandinisque lapidibus. Nam Iouæ voce pauefiet Aſſyrius, ferientis fuſte: ac quacumque fixa tranſibit virga, quam illi Ioua incutiet, tympana citharæque audientur, eoque baculo vehementia prœlia decernet. Eſt enim pridem ordinatus Acheron, isque regi alte lateque paratus, igni multisque lignis ardens, Iouæ flatu, quaſi ſulphureo quodam torrente, eum incendente.

CAPVT XXXI.

Infirma ex Aegypto præſidia. A Ioua virtus et victoria pro Sione et pro Hieroſolyma. Deteſtanda ſimulacra. Aſſyrius a Ioua profligandus.

VAe, qui deſcendunt in Aegyptum ad auxilium, equisque nituntur, et curribus confidunt, vtpote multis: et equitibus, vtpote præualidis: neque iſraeliticum Auguſtum ſuſpiciunt, aut Iouam curant. Et ipſe quoque ſapiens eſt, et importabit malum, neque dicta ſua reſcindet, conſurgetque aduerſus improborum domum, et maleficorum auxilium. Et Aegyptii homines ſunt, non dii: et eorum equi corpora, non ſpiritus: et, Ioua manum ſuam extendente, corruet adiutor, concidetque adiutus, ſimulque conficientur vniuerſi. Sic enim mihi dicit Ioua: qualis rugit ſuper præda ſua leo iuuenis, et coacta in ſe quantauis paſtorum manu, ad eorum vocem non pauet, turbæue cedit: talis deſcendet armipotens Ioua ad militandum pro Sione monte, proque eius colle. Vt aues volando, ſic proteget armipotens Ioua Hieroſolymam:

c) Nam ſionio populo Hieroſolymis habitante. 1. ed. d) videntur ſecta eorum capita, quæ in aqua ſunt vsque ad collum. e) vt ventilantur, quæ vana ſunt. f) duriter, ſicut frenantur equi de via deflectentes.

lymam: et ita proteget, vt præter-
5 iens liberet ac defendat. Redite
ad eum, a quo tantopere deſcitum
7 eſt, Iſraelitæ. Nam eo tempore
reiicient ſuos quiſque argenteos
aureoſque diuos, quos vobis ſcele-
8 ratæ iſtæ manus fecerint: cadet-
que Aſſyrius non virorum gladio,
et non humano confectus enſe,* fu-
gæ ſe mandabit non ob gladium,
9 eiuſque deleta pube, ipſe præ ter-
rore ſuam præteribit arcem, expa-
ueſcentibus vexillum proceribus
eius, ait Ioua, qui ignem in Sione,
qui caminum habet Hieroſolymis.

CAPVT XXXII.

Principis pii regnum. Sapiens, auarus nobilis. Ad mulieris vaticinium. Pacis vaticinium.

REgnabit autem iuſte rex, et principes ex æquo imperabunt, [a] eritque vir, vt receptaculum contra ventum, vt latebra contra procellam, vt aquæ riuus in arido loco, vt ingentis vmbra rupis in ſiticuloſa terra: neque alucinabuntur oculi videntium, et aures audientium attendent, et temerariorum diſcet animus intelligere, et balborum lingua expedite et articulate loquetur. Non iam veſanus vocabitur nobilis, aut auarus dicetur liberalis. Nam veſanus et veſane loquitur, et animo agitat improba, ſcelerate agendo, vt a Ioua deerretur ſuadendo, famelicos exhauriendo, et ſiticuloſos priuando potu. Auarus autem, malis præditus artibus, flagitioſa decernit, inopes falſis verbis circumueniendo, pauperesque damnando. At nobilis nobilia decernit, et nobilitate euehitur. Mulieres quietæ ſurgite, audite meam vocem, feminæ ſecuræ, auſcultate mea dicta. Aliquanto poſt annum exhorrebitis, o ſecuræ, amiſſa penitusque ſublata vindemia. Pa-
uete quietæ, horrete ſecuræ, exuite
et ſpoliate vos, et ſuccingite latera
lugubreſque mammas. In elegan- 12
ti agro, in fructuoſa vinea, in ter-
ra mei populi ſentes vepreſque
creſcent, quinimmo in omnibus 13
voluptuoſis vrbis exſultabundæ do-
mibus, quippe arce deſerta, vr-
bana turba derelicta, munitione 14
et propugnaculo in ſpeluncas red-
actis æternas, onagrorum vo-
luptatem, gregumque paſcuum,
*donec ſpiritu perfundemur ex ſub- 15
limi, et ex inculto loco fiet Car-
melus, et Carmelus ſilua habebi-
tur, habitabitque in inculto loco 16
ius, et manebit in Carmelo iuſti-
tia, et erit iuſtitiæ opus pax, et 17
æquitatis effectum tranquillitas, et
ſecuritas æterna, manebitque 18
meus populus in manſione pacata,
ſedibuſque tutis et ſtationibus quie-
tis. Grandinabit autem in deiectu 19
ſiluæ, vrbe in humili iacente. *Fe- 20
lices vos, qui in omnem ſeminatis
humorem, immitentes bouis aſini-
que pedem.

CAPVT XXXIII.

Minæ in vaſtatores. Iouæ clementia, maieſtas. Iuſtus homo ac verus, is integer et felix. Oraculum de Hieroſolymæ pace.

O [b] Tu, qui vaſtas, neque 1
vaſtaris ipſe: qui prodis, nec
ipſe proderis: quum abſol-
ueris vaſtationem, vaſtaberis: quum
proditioni tuæ finem feceris, pro-
deris ipſe. Ioua miſerere noſtri 2
ſperantium te, * quorum tu bra-
chium eſto mature, et aduerſo
tempore ſalus. Ad turbæ ſonitum 3
diffugiunt populi, ad ſublimitatem
tuam diſſipantur gentes, et tamen 4
legetur præda veſtra, vt leguntur
multipedæ, vt auide adpeti ſolent
locuſtæ. Extollendus eſt Ioua, qui 5
alte habitans, tanto iure iuſtitiaque
replet Sionem, vt tui temporis 6
firmitas ſint victoriarum opes, ſa-
pien-

a) erunt principes ſuis, cet. b) Senacheribum adloquitur.

pientia atque prudentia, tu cuius
7 theſaurus eſt Iouæ metus. Ecce
nuntii foris vociferantur, legati
8 *i* pacis acerbe plorant: deſolata
ſunt itinera: cesſant viatores: fœ-
dus *k* violat: ciuitates repudiat: ni-
9 hili facit homines: luget depopu-
lata tellus: proſtratus erubeſcit Li-
banus: Saron ſolitudini ſimilis eſt,
10 ſpoliatusque Baſan et Carmelus.
Iam ſurgam, inquit Ioua, iam at-
11 tollam me: iam inuehar: vos
palea grauidi ſtipulam parietis:
veſtri ſpiritus ignis vos conficiet.
12 Eruntque populi quaſi in calcem
cremati, vt ſucciſæ ſpinæ combu-
13 runtur igni. Audite, o remoti,
quid fecerim, et cognoſcite, o pro-
14 pinqui, meam fortitudinem. Pa-
uent in Sione ſontes: inuadit pa-
uor impuros: quis noſtrum acco-
let ignem edacem? quis noſtrum
15 accolet incendium æternum? *l* Qui
ſe iuſte gerit, æquumque loquitur:
iniurioſum lucrum reſpuit, ſuam
manum, ne dona capiat, excutit:
aurem, *m* ne ſanguinem audiat, ob-
ſtruit, oculosque ab iniuria viden-
16 da continet; Is alte habitabit, ru-
pium munitionibus armatus, ſup-
petente ei victu, aquaque perdu-
17 rante. Regem in ſua pulchritudi-
ne adſpicies iſtis oculis: videbis *n* re-
motam terram, et *o* attonito ſic co-
18 gitabis animo. Vbi eſt ſcriba? vbi
publicanus? vbi ſcriba caſtellanus?
19 Potentem populum non videbis,
populum abstruſioris ſermonis,
quam vt audiatur, ridiculæque lin-
20 guæ, et non intelligendæ. Adſpi-
cies Sionem, vrbem noſtrorum ſo-
lemnium: oculis tuis videbis Hie-
roſolymam, manſionem quietam,
tabernaculum non migraturum,
cuius nec pali transferentur vm-
quam, nec vlli funes abrumpentur:
quin ibi Iouam illum nobilem ha-
bebimus, quo loco ſpatioſa erunt
amnium flumina, qua non ibit re-
migans nauis, nobiliſue transibit
clasſis. Nam Ioua iudex noſter,
Ioua imperator noſter, Ioua rex no-
ſter nos conſeruabit. *p* Remisſi fu-
nes tui, neque malum firmabunt
ſuam, neque velum extendent, at-
que ita multa diuidetur ſpoliorum
copia, vt vel claudi prædam diri-
piant: nec ægrotare ſe querentur
incolæ, data noxæ venia populo in
q ea manenti.

CAPVT XXXIIII.

Ad creaturas omnes vatis oratio. Iouana in Idumæos ira, plagæ, pro Sione patrocinium. Idumeæ exciſio. Iouanus liber veritatis.

Accedite gentes ad audiendum,
et populi attendite: audiat
tellus, et quidquid ea contine-
tur: orbis, et omnis eius propago.
Nam incenſus ira Ioua in omnes
gentes, earumque omnes copias,
eas perpopulatus neci dabit, ita vt,
ſtratis cæſorum cadaueribus, fœtor
exhalet, manantibus eorum cruore
montibus: tabescentque omnes
cæleſtes copiæ, et conuolutis ſchedæ
ritu cælis, labentur omnes eorum
copiæ, vt ex vite ficuque decidua la-
buntur folia. Etenim conſperſus
in cælis meus gladius, in Idumæos,
et in perpopulandum a me populum
ad pœnas deſcenſurus eſt. Iouæ
gladius et cruore plenus, et adipe
pinguis eſt: agnorum hircorumque
cruore, arietinorum renum adipe.
Siquidem habet Ioua Bosræ ſacrifi-
cium, et ingentem in Idumæa cæ-
dem, occumbentque cum illis vni-
cornes, taurique cum iuuencis, at-
que ita eorum et terra cruore con-
ſper-

i) de pace ad Senacheribum misſi. *k*) ſcilicet Senacheribus. *l*) boni beati futuri ſunt. Pſal. 15, 2. *m*) ne ei perſuadeatur, vt iniuriam faciat. *n*) cæleſtem Hieroſolymam, quæ nunc abeſt. *o*) miraberis iam nusquam esſe ſcribas, cet. hoc eſt, vos esſe alienarum gentium, ſeruitute liberatos. *p*) adloquitur hoſtium clasſem. *q*) ſcilicet Hieroſolyma.

ſpergetur, et humus imbuetur ad-
8 ipe, quoniam ſupplicii diem,
pœnarum annum agit Ioua, Sioni
9 patrocinans. Ergo vertentur r illius
et fluuii in picem, et humus in
ſulphur, et in ardentem redacta
0 picem terra, noctes dieſque erit
inexſtincta, æternum exhalans fu-
mum, perpetuis deſerta ſæculis,
nemine eam vllo peragrante æuo.
1 Occupabunt autem eam ibes, erina-
ceique, et vlulæ, coruique habita-
bunt, s vaſtitatis incultusque norma
2 atque libra ab illo definitam. Eius
optimates, deleto ibi regno, quiri-
tabuntur, et proceres omnes ad ni-
3 hilum redigentur, creſcentque in
eius arcibus ſpinæ, carduuſque et
paliurus in munitionibus, et erit
draconum manſio, ſtruthionumque
4 ſtatio. Occurrentque ſiluani fau-
nis, ſatyrique clamabunt inuicem:
quin illic quietem nacta reſidebit
5 lamia. Illic bubo nidificabit im-
pune, excluſoſque ſua fouebit vm-
bra pullos: illic et milui inter ſeſe
6 conuenient. Sciſcitamini ex Ioua-
ni libri lectione: ne vnum quidem
illorum deerit: nullum ab alio deſi-
derabitur: quoniam eius et os man-
7 dat, et ſpiritus ea congregat, atque
ipſe eis ſortem iacit, manuque ſua
illam regula diuidit in æternum
poſſeſſuris, et in ea in omnem ſæ-
culorum perpetuitatem habitatu-
ris.

CAPVT XXXV.

Gaudia noua, Iouæ maieſtas, vltio in ſuos hoſtes. Conſolationes adflictorum variæ, ſecuritas. Pax in Sione.

1 LAetabuntur deſerta, et inculta,
exſultanſque ſolitudo florebit,
2 vt lilium. Florebit, inquam,
et exſultando geſtiens ouabit, Li-
bani gloriam, Carmeli et Saronis
maieſtatem adepta, qui quidem Io-
uæ gloriam, Dei noſtri maieſta-
3 tem videbunt. Confirmate ma-
nus languidas, et labantia corro-
borate genua: dicite animi feſti 4
nis: eſte fortes et impauidi, en
Deus veſter vltor veniet, præmia-
tor Deus ipſe veniet ſeruatum vos.
Tunc et cæcorum patefient oculi, 5
et ſurdorum reſerabuntur aures:
tunc cerui ritu ſaliet claudus, o-
uabitque lingua muti. Nam e- 6
rumpet in deſertis aqua, et in ſo-
litudine flumina, ita vt ſtagnent 7
arida, et ſcateant ſiticuloſa lymphis:
ac in qua ſtatione cubuerint dra-
cones, in ea ſit arundinis iuncique
ſtatio. Erit autem ibi ſemita at- 8
que via, quæ via ſacra vocabitur,
quæ pollutis imperuia, iis patebit,
qui t via gradientur, neque ſtulti
errabunt. Non erit ibi leo, nec 9
eam ſæua ſcandet beſtia, aut ibi
exſtabit: ſed ambulabunt redemti,
Iouæque clientes reuerſi venient in
Sionem, ouantes: et ſempiterna 10
perfuſi caput lætitia, voluptatem
gaudiaque conſequentur, fugiente
mærore atque gemitu.

CAPVT XXXVI.

Senacheribus contra Iudæos. Rabſacis ad Hieroſolymitanos oratio, minæ, iurgia, inſolentia. Legati ad Ezechiam redeuntes.

ANno autem decimo quarto 1
regis Ezechiæ, expeditionem
fecit Senacheribus Aſſyriæ
rex in omnes munitas vrbes Iudææ,
eiſque captis miſit Lachi Hieroſo- 2
lymam Rabſacem cum magnis co-
piis ad regem Ezechiam: qui Ra-
bſaces poſtquam apud aquæ du-
ctum piſcinæ ſuperioris in ſemita
agri fullonii conſtitit; prodiit ad 3
eum Eliacimus Helciæ filius, pro-
curator domus, et Sobna ſcriba,
et Ioa Aſaphi filius commentarien-
ſis: ad quos Rabſaces huiuſmodi 4
oratione vſus eſt: hæc Ezechiæ di-
cite: ſic dicit rex magnus, rex Aſ-
ſyriæ: quæ tandem eſt iſta, qua tu

r) ſcilicet Idumææ, s) in vaſtitatem incultumque redactam. t) recte viuent.

confidis, fiducia? verba orationis,
credo, conſilium, et virtus bellica.
5 Sed qua tandem ſpe fretus, in me
6 rebellaſti? An videlicet confidis
confracto iſti arundineo baculo,
(videlicet Aegyptiis,) cui ſi quis in-
nitatur, ei manum perforet? talis
eſt Aegypti rex Pharao in omnes,
7 qui ei confidunt. Quod ſi mihi
dices, vos Iouæ Deo veſtro confi-
dere: an non is eſt, cui Ezechias
ſacella araſque ſuſtulit, iusſitque
Iudæis et Hieroſolymitanis, vt ad
certam quamdam aram Deum ado-
8 rarent? Age iam, vis tu cum do-
mino meo rege Asſyriæ ſponſio-
nem facere, ſi tibi duo equorum
millia tradidero, ni tu non posſis
totidem equites ad eos ſuppedita-
9 re? Tune auſis reſiſtere vel vni
prætori meorum conſeruorum mi-
nimo? et fiduciam tibi collocas in
Aegyptiorum curribus et equita-
10 tu? An ego porro ſine Ioua ad
hanc terram peruaſtandam adſcen-
di? Ipſe me Ioua iusſit in hanc re-
gionem expeditionem facere, eam-
11 que depopulari. Hic Eliacimus,
Sobnaque et Ioa Rabſacem in-
terpellarunt, rogantes, vt ſe ſyriace,
(ſeſe enim ſcire,) non autem iudai-
ce, audientibus, qui in muris erant,
12 militibus, adloqueretur. Quibus
Rabſaces ita reſpondit: quaſi vero
ad dominum tuum aut ad te mi-
ſerit me dominus meus ad hæc di-
cenda: ac non potius ad eos, qui
manent in muris, vt vobiscum et
merdam ſuam comedant, et vri-
13 nam bibant. Audite regis magni,
regis Asſyriæ, mandatum, inquit,
ſtans, et voce magna iudaice cla-
14 mans: hæc dicit rex: ne vobis
imponat Ezechias: neque enim
15 poterit vos defendere: neue ab
eo perſuaderi vobis ſinite, vt Io-
uæ confidatis, quaſi vos Ioua ſit
defenſurus, neque vrbem iſtam in
regis Asſyriæ manum permisſurus.
Nolite Ezechiæ obtemperare: nam 1(
ita edicit Asſyriæ rex: agite mecum
amice, mihique vos dedite, et
veſtris quisque vineis, ficubus, et
puteorum aquis tantiſper viuite,
donec veniam, ad vos in terram ve- 1
ſtræ ſimilem transferendos, terram
frumenti et vini, terram panis et
vinearum feracem, neue vos E-
zechias ſpe defenſionis a Ioua fal-
lat. Num reliquarum gentium dii 1
ſuam quisque terram ab Asſyriæ
rege defenderunt? Vbi ſunt dii 1
hemathenſes, et arphadenſes? vbi
dii ſepharuaimenſes? numquid Sa-
mariam a mea manu tutati ſunt?
Quis tandem eſt ex omnibus illa- 2
rum terrarum diis, qui ſuam ter-
ram a mea manu defenderit, vt
Ioua Hieroſolymam defenſurus esſe
videatur? Ad hæc Rabſacis dicta 2
homines tacuerunt, nec ei vel v-
num verbum retulerunt: hoc e-
nim a rege præceptum fuerat, ne
quid ei reſponderent. Tum E- 2
liacimus Helciæ filius, procurator
domus, et Sobna ſcriba, et Ioa A-
ſaphi filius a commentariis, Eze-
chiam ſcisſis veſtimentis adeunt,
eique Rabſacis verba referunt.

CAPVT XXXVII.

Ezechiæ lacrimæ. Ad Eſaiam legati regii. Vatis reſponſum, conſolatio, ad Iouam preces. Ioua contra Sennacheribum. Asſyrii a Iouæ angelo trucidati.

HIs auditis rex Ezechias, lace-
ratis veſtimentis ſuis, cen-
tone indutus, Iouæ templum
ingresſus eſt, miſitque Eliacimum,
domus præfectum, et Sobnam ſcri-
bam, et ſeniores ſacerdotum, cen-
tonibus amictos, ad Eſaiam vatem,
Amoſi filium, qui ei ita dicerent:
ſic dicit Ezechias: dies anguſtiæ, et
atrocitatis, et contumeliæ hodier-
nus dies eſt, *) iam fetu in artum
progresſo, nec ſuppetentibus ad
parien-

*) tantus eſt noſter dolor, quantus parturientis feminæ, quæ ad eiiciendum fetum, iam ad vuluæ fauces progresſum, vires non habet.

4 Pariendum viribus. Mirum, ni
audiuit Ioua Deus tuus verba Rab-
ſacis, quem rex Asſyriæ dominus
eius miſit ad conuiciandum Deo vi-
uenti, tam petulantibus verbis: quæ
quum Ioua Deus tuus audiuerit, fer
tu preces pro reliquiis, quæ exſtant.
5 Hæc poſtquam Ezechiani Eſaiæ re-
tulerunt, Eſaias illis reſpondit in
6 hunc modum: hæc dicetis domi-
no veſtro. Sic dicit Ioua: noli me-
tuere verba, quæ audiuiſti, quibus
Asſyriæ regis famuli in me inuecti
7 ſunt. Nam ego eum ita adflabo, vt,
accepto nuntio, terram ſuam repe-
tat, curaboque, vt in terra ſua fer-
8 ro cadat. Rabſaces autem reuer-
ſus, Asſyriæ regem, quem a Lachi
discesſisſe acceperat, Lebnam op-
9 pugnantem inuenit. Qui quum
audiret, Tharacam Aethiopiæ re-
gem in ſe expeditionem facere, le-
gatos iterum ad Ezechiam miſit
10 cum huiusmodi mandato. Sic
dicetis Ezechiæ regi Iudææ: ne tibi
imponat Deus tuus, cui tu confidis,
quaſi Hieroſolyma in poteſtatem
regis Asſyriæ ventura non ſint.
11 Tutemet audiuiſti, quid reges Asſy-
riæ in tot depopulandis regionibus
12 fecerint: et tu euades? Numquid
illos dii gentiles tutati ſunt, quos
maiores meos euerterunt? Goza-
nem, Haranem, Reſepham, et
13 Edenenſes thelasſarianos? Vbi
ſunt rex Hemathæ, rex Arphadi,
rex ciuitatis Sepharuaimi, Henæ et
14 Auæ? Has vbi litteras a nuntiis
acceptas legit Ezechias, adſcendit
in templum Iouæ, eisque ante Io-
uam explicatis, apud eum precatur
in hunc modum:
15 O Ioua armipotens Deus Israe-
litarum, cherubis inſidens, qui
ſolus omnium orbis regnorum
Deus es, qui cælum terrasque fe-
ciſti, præbe Ioua aurem tuam,
et audi, aperi Ioua oculos tu-
16 os, et vide: audi omnia verba
Senacheribi, qui hunc ad Deo vi-
uenti conuiciandum miſit. Sane, 17
Ioua, exſciderunt reges asſyrii il-
las gentes omnes, earumque terras
deosque flammis incenderunt,
vtpote non deos, ſed humanarum 18
manuum opera lignea et lapidea:
itaque ergo illos perdiderunt. At 19
tu Ioua, Deus noſter, defende nos
ab illius manu, vt intelligant omnia
regna terrarum, te, Ioua, ſolum
esſe.
Tum Eſaias Amoſi filius miſit ita 20
nuntiatum Ezechiæ. Sic dicit Io- 21
ua Deus Israelitarum: quod me ſu-
per Senacheribo Asſyriæ rege pre-
catus es: hoc eſt, quod dicit ad il-
lum Ioua: te contemnit et deri- 22
det, virgo puella Sion, poſt te caput
mouet, puella Hieroſolyma. In 23
quem tu tam petulanter inuectus
es? in quem vocem cum tam elato
ſupercilio extuliſti? in ſanctum Is-
raelitarum: tu per ſeruos tuos Do- 24
mino maledixiſti, atque dixiſti: ego
cum tot meis curribus montium
faſtigium, Libani tractus conſcen-
di, et exſcindenda eius cedrorum
proceritate, pinorum excellentia,
ad vltimum diuerſorium in eius
cultam ſiluam perueni. Ego effodi 25
et epotaui aquas, meorumque pe-
dum veſtigiis omnia, x aggeribus
munita flumina, ſiccaui. Numquam- 26
ne audiuiſti, me y hoc olim ita com-
parasſe, et a multis iam temporibus
deſtinasſe, quod nunc ad rem con-
tuli? vrbes munitas in vaſtæ ſolitu-
dinis rudera redactum iri, earum- 27
que incolas, quaſi mancos, tam pu-
dendo pauore percellendos esſe, vt
esſent agreſtibus herbis ſimiles,
ſtirpiumque viriditati, et gramini
tectorum, quod ante iuſtum are-
ſcit incrementum. Tuas ego 28
manſiones, tuos exitus, tuos in-
gresſus noui, tuamque aduerſum
me bacchationem. Quoniam tu 29
in me debacchatus es, et iſte faſtus

x) hoc eſt magna. y) iſtarum vaſtitatum auctorem esſe, de quibus tu te
iactas?

ad aures meas peruenit: ego te,
vnco meo naribus, lupato labiis
tuis iniecto, eadem, qua veniſti, via
30 retraham. Tu vero Ezechia, hoc
ſignum habeto. Viuite hoc anno
ſegete reſtibili: altero item anno
eo,quod ſponte ſua proueniet: ter-
tio anno ſementim meſſemque fa-
citote, et vineas conſeritote: ea-
31 rumque fructu veſcimini. Ac
quod ex puella Iudæa reliquum
euaſerit, id rurſus acta deor-
ſum radice, ſurſum edet fructum.
32 Nam a Hieroſolyma manabunt re-
liquiæ, ex Sione aliquid euadet, ita
efficiente Iouæ armipotentis ſtudio.
33 Quare ſic pronuntiat Ioua de rege
Asſyriæ: non veniet in vrbem
iſtam, nullum iſtuc misſile iacula-
bitur, neque eam clipeis inuadet,
34 nec aggere obſtruet. Qua venit
via, eadem regredietur, neque in
vrbem iſtam veniet, inquit Ioua,
me eam meo præſidio defendente,
propter me, propterque meum
35 Dauidem. Igitur Asſyriorum ca-
ſtra adortus Iouæ angelus, centum
octoginta quinque hominum mil-
36 lia occidit. Mane vbi ſurrectum
eſt, conſpecta tanta ſtrage digres-
ſus illinc Senacheribus Asſyriæ rex,
37 Niniuem repetiit, vbi poſtquam
conſedit, eum, in æde Nesrochi dei
ſui adorantem, Adramelechus et
Saraſar ipſius filii ferro obtrunca-
38 runt, atque in Armeniam euaſe-
runt, inque eius loco regnauit Eſar-
adon eius filius.

CAPVT XXXVIII.

Ezechiæ morbus, ad Iouam preces. Exoratus Ioua. Solarii recesſus. Iam releuati regis dicta ad Iouam.

1 PEr eos dies ægrotauit Ezechias
letaliter, ad eumque venit
Eſaias, Amoſi filius vates, qui
ei ita dixit: ſic dicit Ioua: facito
teſtamentum, nam moriere, neque
2 conualeſces. At Ezechias, vultu
ad parietem conuerſo, Iouam pre-
catus ita eſt: quæſo Ioua, memen- 3
to, quam ego me tibi fidelem ſin-
cerique animi præſtiterim, et, quæ
tibi placerent, fecerim: fleuitque
Ezechias magna voce. Tum Ioua 4
cum Eſaia ſic locutus eſt: i, et 5
Ezechiæ dicito: ſic dicit Ioua Da-
uidis parentis tui Deus: tuas et pre-
ces exaudiui, et lacrimas reſpexi:
en ego ætati tuæ annos addo quin- 6
decim, teque et vrbem iſtam a
manu regis Asſyriæ tuebor: eam-
que protegam. Atque hoc tibi ſi- 7
gnum erit a Ioua, facturum esſe,
quod promittit: en ego retraham 8
vmbram ſolarii, quæ deſcendit in
Achazi ſolario in ſole retro decem
gradus, eſtque regresſus ſol decem
gradus, per quos gradus deſcen-
derat.

Scriptum Ezechiæ Iudææ regis, 9
quum ex morbo,quo ægrotauerat,
conualuisſet.

EGo cogitaui, mihi, ætate præ-
ciſa, eundum esſe per orci por-
tas, priuato reliquis annis
meis. Iam non ego videbo Io-
uam, (inquiebam,) Iouam [z] in terra
viuentium: non homines adſpi-
ciam deinceps apud orbis incolas.
Abit ablata mihi mea commoratio,
vt paſtorale tabernaculum: mi-
hi [a] more textoris amputatur vita:
tu me tabe conſumens, a die ad no-
ctem vsque conficis. Exſpecto ad
matutinum: omnes artus mihi
quaſi a leone perfringuntur: tu a
die ad noctem vsque me conficis.
Hirundinis gruisque ritu ſtrido, ge-
mens vt columba, oculis mihi ſuſpi-
ciendo tabeſcentibus, o Domine,
mihi fit iniuria,pacare mihi. Quid
dicam, quo mihi promittat, idem-
que præſtet? An meos tam paucos
annos cum animi mei ægrimonia
adlegem? O Domine, quum diu-
tius viuatur, tam paucis annis
ſpiri-

z) in hac vita. a) vt amputat textor ſitum.

ſpiritus mei vita terminatur: an ſi me conſopiueris, in vitam reuocabis? Quum mihi ſalua re tam acerbus euenerit caſus, numquid tu hanc animam ex letali buſto vindicare vis, reiectis poſt tuum tergum meis omnibus peccatis? Neque enim tibi gratias acturus eſt orcus: non te laudabit mors: * non tuam fidem prædicabunt humati. Viui, viui tibi gratias agent, vt ego hodie: patres liberis oſtendent fidem tuam. O Ioua, intende meæ ſaluti, et nos meos modulos per omnem vitam noſtram in æde Iouæ modulabimur. Iusſit autem Eſaias ficuum masſam ſumi, et vlceri in cataplaſmate imponi, vt ille conualeſceret. Et Ezechias quæſiuit, quonam ſigno ſciret, ſe adſcenſurum in Iouæ templum.

CAPVT XXXIX.

Merodaci ad Ezechiam legati. Regis Iudææ theſauri. Ad Ezechiam vates. Vaticinium infauſtum de captiuitate futura inter Babylonas. Regis ſubmisſio.

SVb id tempus miſit Merodacus Baladan, Baladanis filius, Babyloniæ rex, litteras et munus Ezechiæ, quem ægrotasſe et conualuisſe audiuerat. Quibus delectatus Ezechias, oſtendit legatis adparatum ſuum, argentum, aurum, aromata, balſamum, armarium vniuerſum, denique nihil exſtabat in eius theſauris, quod non illis Ezechias, tum domi ſuæ, tum in toto imperio ſuo, oſtenderit. Tum Eſaias vates regem Ezechiam his verbis adgresſus eſt: quid dixerunt homines illi? aut vnde ad te venerunt? Cui Ezechias: procul terrarum ad me venerunt a Babylone. Quid autem domi tuæ viderunt? Omnia, inquit ille, quæ domi meæ ſunt, viderunt: nihil fuit in meis theſauris, quod non eis monſtrauerim. Et Eſaias:
audi armipotentis Iouæ dictum,
inquit Ezechiæ. Scito, fore tem- 6
pus, quum omnia, quæ domi tuæ
ſunt, quæque tui maiores ad hunc
diem congesſerunt, auferentur Babylonem, nulla omisſa re, inquit
Ioua. Quin et de filiis tuis a te ortis 7
atque genitis ſumentur, qui in regis
babylonii palatio ſint ſpadones.
Cui Ezechias: non recuſo, quod 8
abs te ex Iouæ mandato dictum eſt: dummodo, inquit, ſit meo tempore pax, et promisſorum fides.

CAPVT XL.

Iouæ clementia erga ſuos adflictos. Vox clamorem imperans. Mortalium vanitas. A Deo refugium, præſidium, ſolatium. Deus æternus, indefesſus.

COnſolamini, conſolamini me- 1
um populum, dicit Deus ve-
ſter. Adloquimini blande 2
Hieroſolymam, clamantes ei, eius impletum esſe ſpatium, eius remisſam esſe culpam, quippe quæ b) ex Iouæ manu duplum acceperit, ob ſua
tot peccata. Vox clamat in ſolitu- 3
dine: parate viam Iouæ: corrigite in incultis locis Deo noſtro ſemi-
tam: omnis et vallis attolletur, et 4
mons colliſque deprimetur, et praua in recta, et iniqua in plana redi-
gentur, patefietque Iouæ gloria, 5
cernentibus vniuerſis mortalibus,
quoniam os Iouæ loquitur. Vox 6
dicit: clama. Quid clamabo? inquit. Omnes mortales herba ſunt, eorumque gloria omnis quaſi flos
terreſtris. Aret herba: cadit flos, 7
Iouano adflatus vento: næ herba
ſunt homines. Aret herba, cadit 8
flos: at Dei noſtri dicta rata ſunt in
ſempiternum. Altum conſcende 9
montem: o nuntia Sionis: attolle valide vocem tuam, o nuntia Hieroſolymorum: attolle impauida, dic iudæis ciuitatibus, ecce Deum
veſtrum. Ecce Dominum Iouam 10
fortiter venientem, et ſuo ſibi bra-

b) Iouæ duplices, hoc eſt graues pœnas dederit. Vide Eſaiæ 51, 17. cap. 61, 7. Ier. 16, 18.

chio dominantem: en habet ſecum
ſuam mercedem, ſuumque præ-
11 mium in præſentia. Vt paſtor
gregem ſuum paſcet: lacerto ſuo
congregatos in ſinu geſtabit agnos,
12 fetas agens. Quis vola ſua menſus
eſt aquas? cælumque palmo apta-
uit,et telluris humum triente com-
prehendit? trutinaque montes, et
13 lancibus colles ponderauit? Quis
Iouæ mentem aptauit? aut quis ho-
mo ſuum ei conſilium oſtendit?
14 cuius conſilio vſus eſt, qui eum in-
ſtruxerit, rationiſque viam do-
cuerit, et ſcientia erudierit, ei-
que viam oſtenderit pruden-
15 tiæ? En gentes pro gutta ſitu-
læ, proque ſtateræ granulo ha-
bentur: en inſulas quaſi momen-
16 tum transfert, nec Libanus ad ro-
gum, nec eius animalia ad victimas
17 ſufficiunt. Omnes gentes apud
eum perinde nihili floccique fiunt,
18 ac ſi non eſſent. Et cui Deum adſi-
milabitis? aut quam cum eo ſimili-
19 tudinem comparabitis? Simula-
crum conflat opifex, idque auro
ducit fictor, et argenti bracteis fa-
20 brefacit. Qui ignobilius dona-
rium facit, lignum deligit, quod
non putrefiat, peritumque fabrum
ſibi conquirit ad concinnandum ſi-
21 mulacrum immobile. An neſcitis?
an non audiuiſtis? an non vobis
olim indicatum eſt? an ignoratis
22 fundationem terræ? Qui terræ
globo inſidet, eius incolis locuſta-
rum ſimilibus: qui cælos quaſi
membranam intendit, vtque taber-
naculum expandit, inhabitandi gra-
23 tia. Qui optimates redigit in ni-
hilum, gubernatoreſque terrarum
24 abolet, ita vt quaſi non plan-
tati, quaſi non ſati, quaſi non
actis eorum caudicis radicibus,
eo in illos vel flante areſacti, turbi-
ne tamquam ſtipula auferantur.
25 Cui me vero comparabitis, vt æ-
26 quiparer? inquit Auguſtus. Attol-
lite in ſublime veſtros oculos, et ad-
ſpicite,quis [c] illa creauerit, qui eo-
rum exercitum numero educit
ſuo quodque nomine vocans, tan-
ta virtute, tamque firmis viribus
vt nullum deſit. Cur dicas, Iacobi-
da,cur ita loquaris, Iſraelita, tuo
mores latere Iouam, nec vllam
habere tui rationem Deum tuum?
An neſcis, aut non audiuiſti
Deum æternum Iouam, vltimarum
creatorem terrarum, indefeſſum
indefatigatum, inexplicabilis pru-
dentiæ, vires dare defeſſis, infir-
miſque robur augere? Quumque
iuuenes laſſitudine laborent, labe-
factique cadant adoleſcentes: qui
in Ioua ſpem habent, viribus ado-
leſcunt, creſcentibus quaſi aquilinis
pennis, neque currentes delaſſan-
tur, neque defatigantur ambu-
lantes.

CAPVT XLI.

Iouæ omnipotentis verba ad creaturas. Conſolatio ad Iacobidas. Bona futura pacis, copiæ, letitiæ.

*CONticeſcite mihi inſulæ, et
populi viribus aucti acce-
dant, ac tandem loquantur,
congreſſis nobis ad diſceptationem.
Quis excitam ex oriente [d] iuſtitiam
vocat ad pedes ſuos? eius ditioni
gentes regeſque ſubiicit, eos eius
gladio arcuique, tamquam pulue-
rem, mobilemue ſtipulam, obii-
ciens? Ita vt eos perſequens per-
transeat incolumis,ſemita [e] ſuis non
ambulata pedibus. Quis agit et
facit arceſſens a capite ſæcula? ego
Ioua primus, et cum poſtremis ego
idem. Quo viſo pertimeſcunt in-
ſulæ, pauenteſque extremæ terra-
rum coeunt et conueniunt. Alii
alios adiuuant, et inter ſeſe ad forti-
tudinem cohortantur, et ficto-
rem faber, et qui malleum polit,
eum, qui tundit incudem, confir-
mat, dicens, bonum eſſe ferrumen,
atque [f] illud firmat compagibus, ne
commoueatur. At tu, ſerue mi
Iſraelita, Iacobida, quem elegi, ſe-
men

c) ſcilicet ſidera. d) hoc eſt iuſtum. e) inſolita. f) videlicet ſimulacrum.

men Abrahami, amice mi, tu,
quem ego ex vltimis terræ finibus
adſcitum,et ex eius primariis euoca-
tum, meum pronuntiaui,et non re-
pudiaturus elegi, ne metue, nam
ego tibi adſum: ne remolleſce, nam
ego te Deus tuus corroboro, te iu-
uo,te mea iuſta dextra fulcio. Pu-
dore quidem et ignominia adficien-
tur omnes, qui tibi ſunt irati: in
nihilum redacti peribunt homines,
qui a te disſident, ita vt, eos quæ-
rens, non ſis inuenturus: homi-
nes, qui contendunt tecum, redi-
gentur in nihilum, abolebuntur-
que tui perduelles. Nam ego Ioua
Deus tuus dexteram tuam prehen-
do: te, quem ego iuuo, formidare
veto. Ne formida, vermis Iacobee,
mortales Israelitæ: ego te iuuo,
inquit Ioua vindexque tuus, Augu-
ſtus Israelitarum. Ego ex te tra-
ham efficiam, tribulam nouam,
dentatam, qui montes tritures, at-
que teras, et colles pro paleis ha-
beas, quos ventus, te ventilante,
auferat, diſſipetque turbo, quum tu
interea in Ioua exſultabis, in Augu-
ſto Israelitarum gloriaberis. Ino-
pes pauperesque aquam torrida
præ ſiti lingua requirentes, neque
nanciſcentes, ego Ioua exaudiam,
Deus Israelitarum non deſeram.
Aperiam per culmina fluuios, et
mediis in vallibus fontes: deſerta
ſiticuloſaque loca in aquarum ſta-
gna lympharumque ſcatebras redi-
gam. Dabo deſertis in locis ce-
drum, ſpinam, myrtum, cupreſ-
ſum: ponam in incultis pinum,
ulmum, buxumque ſimul: vt ad-
pareat, intelligatur, aduertatur, at-
que animaduertatur, Iouam Israe-
litarum Auguſtum hoc ſua manu
egisſe, atque fecisſe. Adferte cauſ-
ſam veſtram, inquit Ioua: adlega-
te argumenta veſtra, inquit Iaco-
beorum rex. Adſint indicentque
nobis,quæ ſint euentura. *g* Præter-
ita, quæ ſunt, præſignificate, et
animum aduertemus, eorumque
ſciemus exitum: aut ventura elo- 23
quimini nobis, ſignificate futura
poſthac, et intelligemus, deos esſe
vos: ſaltem prodeſte aut officite, vt
id,ſimul ac viderimus, prædicemus.
Vos vero nihili eſtis, opusque ve- 24
ſtrum futile eſt: vos qui eligit, de-
teſtabilis eſt. Excitatus a me ab 25
aquilone veniet, ab ortu ſolis, qui
meum inuocans nomen, primates,
tamquam lutum, peruadat, quo-
modo calcat cænum figulus. Quis 26
hoc præſignificat, vt ſciamus? quis
ante denuntiat, vt ab eo ius esſe fa-
teamur? At non eſt, qui ſignificet:
at non eſt, qui eloquatur: at non
eſt, qui verba audiat veſtra. *Pri- 27
mus ego Sioni ea inſtare demon-
ſtro, et Hieroſolymæ lætum nun-
tium do. Nam iſtorum quidem
neminem animaduerto conſiliari-
um, qui interroganti mihi quid-
quam reſpondeat: adeo et omnes
ipſi vani, et eorum opera nihili, et
ſimulacra ventoſa ſunt atque futi-
lia.

CAPVT XLII.

Iouæ ſeruus qualis in lenitate, clementia, poteſtas, Iouæ gloria nulli communis. Virtus in hoſtem. Ad ſurdos ac cæcos verba. Calamitates a peccatis.

ECce meus ſeruus, cui admini- 1
culor, quem mihi ex animi
mei ſententia delectum, meo
ſpiritu donaui: ius edet gentibus:
non clamabit, non quiritabitur: 2
non voce ſua foris ſtrepet: quasſa- 3
tam arundinem non perfringet,
h langueſcens ellychnium non ex-
ſtinguet: ius ad veritatem perducet:
non langueſcet, neque fatiſcet, quin 4
ius in terris ſtatuat, ab eiusque lege
pendeant inſulæ. Sic dicit Deus Io- 5
ua, qui cælos creauit atque diſten-
dit, qui terram eiusque progeniem
porrexit

g) ſi Senacheribi caſum prædixisſetis,esſet causſa,cur animum, cet. *h*) quod incipit exſtingui.

porrexit, flatum incolentibus eam
hominibus, ſpiritum verſantibus in
6 ea dans. Ego Ioua te cum iuſtitia
voco, prehenſumque manu tueor,
et humano fœderi, gentiumque col-
7 luſtrationi deſtino, ad aperiendos
cæcos oculos, ad vinctos et in tene-
bris habitantes, ex ergaſtulo et car-
8 cere educendos. Ego, cuius no-
men Ioua eſt, gloriam meam alteri,
laudemue meam ſimulacris non da-
9 bo. Præterita ecce venerunt, et
noua ego ſignifico: nondum orta
10 vobis eloquor. Canite Iouam no-
uo carmine, Iouæ laudem, extre-
mi terrarum, qui deſcendunt in ma-
re, et quidquid eo continetur, in-
11 ſulæ, earumque habitatores. Cla-
ment deſerta, eorumque oppida,
12 habitati Cedarianis pagi: ouent [i]Pe-
træ incolæ, ex montium vertice vo-
ciferantes: adficiatur Ioua gloria,
eiusque laus in inſulis prædicetur.
13 Ioua herois ritu prodibit: viri bel-
licoſi modo impetum dabit, cla-
mansque et vociferans, in hoſtes
14 ſuos ſeſe corroborabit. Qui iam-
diu tacitus, me continens disſimu-
laui idem, more parturientis excla-
mabo, deſolans atque populans:
15 deuaſtabo montes, et colles, omnes-
que eorum herbas ſiccabo, et flu-
uios in inſulas redigam, ſtagnaque
16 arefaciam, et cæcos per ignotam
eis incognitamque viam et ſemitas
ducens agam, tenebras in lucem,
et praua in recta conuertens ante
17 eos: quas me res illis faciente, nec
eos deſerente, cedent retro præ pu-
dore, qui ſimulacris confidunt, fu-
18 ſilia ſuos adpellantes deos. O ſur-
di audite, et cæci adſpicite, vt vi-
19 deatis. Quis cæcus eſt, niſi [k]ſeruus
meus: aut ſurdus, vt misſus a me
nuntius? quis cæcus, vt perfectus?
20 quis cæcus, vt Iouæ ſeruus? Cer-
nuntur multa, nec obſeruantur:
21 patent aures, nec auditur. Ioua
pro ſua iuſtitia fauens, magnam le-
gem condet et nobilem. Sed ii h
mines diripiuntur, et depopula
tur, illaqueati in antris omnes, et i
carceribus latentes, prædæ et p
pulationi ſunt, nullo defenden
aut adſerente. Quis veſtrum ha
auſcultans attendet, et audiet poſ
hac? Quis populationi Iacobeo
quis prædonibus addixit Israelitas
nonne Ioua, in quem peccauimu
cuius viuendi viis ingredi nolun
nec eius obediunt legi? Itaque i
eos iræ ſuæ ardorem, bellique v
res effundit, et eos inflammat v
dique, nec ſentiunt: vrit, nec anim
aduertunt.

CAPVT XLIII.

Conſolatio Iacobidarum a Deo. In Aegypti et Aethiopes Ioua pro Israelita. Nulla apu Iouam hominum ſunt merita. Sponte, gr tis delictorum a Deo venia.

QVamobrem ſic dicit Ioua cre
ator tuus, o Iacobida, condi
tor tuus, Israelita. Ne me
tue: nam ego te redemi, te meum
nominatim vocaui. Si per aquam
transeas, ego tibi adſum: ſi pe
flumina, non te ſubmergent
ſi per ignem vadas, non crema
beris, nec te flamma comburet
Nam ego Ioua Deus tuus, Israe
litarum Auguſtus ſeruator tuus,
Aegyptios, tui piaculum, Aethi
opes et Sabæos pro te addicam
Quandoquidem apud me in pre
tio es, et gloria, ego te amans,
homines et populos pro te tuaque
vita addicam. Ne metue: nam
ego tibi præſens ex oriente ſtir-
pem tuam adducam, teque ab oc-
caſu colligam. Iubebo ſeptem-
trioni, vt reddat, et auſtro, ne re-
cuſet, meos natos longe, measque
natas ab vltimis terris adducere, vi-
delicet omnes, de meo nomine nun-
cupatos, quosque ad meam glo-
riam creaui, condidi, feci. Edu-
cantur

i) vrbs eſt Arabiæ caput. k) Israelitæ, qui deberent esſe ſerui mei.

cantur homines cæci, quibus ſunt
oculi: et ſurdi, qui habent aures.
Congregentur eodem gentes o-
mnes: coeant populi: quis eorum
hoc indicabit, et præterita nobis ſi-
gnificabit? dent teſtes ſuos, iusque
ſuum tueantur, audiantque et fa-
teantur verum. Vos mihi teſtes
eſtis, ait Ioua, et meus ſeruus,
quem delegi, vt rem intelligentes
mihi credatis, perſpiciatisque,
eum esſe me, ante quem nullus ſit
deus conditus, neque poſt futurus.
Ego, ego ſum, Ioua, quo excepto,
nullus eſt ſeruator. Ego et indico
et conſeruo, et ſignifico, nec eſt
apud vos [l] alienus, et vos mihi teſtes
eſtis, inquit Ioua, me esſe Deum.
Equidem ab omni æternitate is
ſum, cuius manui nihil eripi, quo-
que agente, nihil reſcindi posſit.
Sic dicit Ioua vindex veſter, Augu-
ſtus Israelitarum: veſtra causſa
* mittam Babylonem, demolitum
clauſtra omnia, efficiamque, vt ſit
Chaldæorum clamor in nauibus.
Ego Ioua, veſter Auguſtus, Israelis
creator, rex veſter. Sic dicit Ioua,
[m] qui per mare viam, per tam validas
aquas ſemitam præbet: qui qua-
drigas et equos, copias et poteſta-
tem ſic educit, vt non ſurrecturi
iaceant vniuerſi, oppresſi exſtincti-
que, tamquam ellychnium. Ne
priſca recolite, ne antiqua conſide-
rate: ego ſum nouum quiddam
facturus, quod iam orietur, id
quod ſane ſcietis: videlicet in deſer-
tis viam, in inaccesſis locis præſtabo
flumina. Honorabunt me agreſtes
feræ, dracones et ſtruthiones, quia
in deſertis aquam, in inaccesſis
præbuerim locis flumina, vnde bi-
bat meus electus populus: quem
populum ego mihi condidi, meas
prædicaturum laudes. * Nec id ve-
ro, quia me inuocauisſes, Iaco-
bee, aut mea causſa laborasſes, Is-
raelita. Non tu mihi tuorum
ſolidorum ſacrorum pecus attule-
ras, aut me tuis honoraueras ſacri-
ficiis: non ego te, exigendo ferto,
presſeram, aut ture fatigaueram:
non tu mihi pecunia calamum eme- 24
ras, aut me tuarum victimarum
adipe perfuderas: quinimmo tuis
me peccatis presſeras, vitiisque fa-
tigaueras. Ego, ego tua delicta 25
propter memetipſum deleo, tuo-
rum peccatorum immemor. Re- 26
duc me in memoriam, disputemus
vna, expone, quæ ad tui defenſio-
nem faciant. Primus ille parens 27
tuus peccauit, tuique [n] interpretes in
me deliquerunt. Itaque ſacrarii 28
principes fœde perdidi, et Iaco-
beos excidio, Israelitas contumeliis
addixi.

CAPVT XLIIII.

Clemens in Iacobeos Deus. Vnus eſt Ioua et ſolus. In ſimulacra et fictores eorum. Idololatriæ fœditas. Cyrus Iouæ paſtor.

QVamobrem audi, mi Iaco- 1
bee, Israelita, quem delegi.
Sic mandat auctor conditor- 2
que tuus Ioua, tuus ab vtero adiu-
tor. Ne metue, mi Iacobee, tu pro-
be, quem elegi: nam perfundam 3
aqua ſitientes, aridumque ſolum
riuis: perfundam ſpiritu meo
tuam ſtirpem, meaque beneficen-
tia tuam progeniem, ita vt grami- 4
num more pullulent tamquam ad
aquam profluentem ſalices. Hic 5
ſe Iouæ esſe dicet: ille Iacobi no-
men adpellabit: alius manu ſua Io-
uæ ſcribet, ſeque Israelis nomine
nuncupabit. Sic mandat Ioua Is- 6
raelitarum rex atque vindex, Ioua
armipotens: ego primus, et idem
vltimus, præter quem nullus eſt
deus. Quod ſi quis mihi par eſt, 7
clamet, idque indicet, et mecum
conferat de conſtituto a me priſco
populo: tum * futura venturaque
indicet. Ne pauete, neue 8
formidate, quum iam olim
vobis ſignificauerim atque indi-
cauerim, (cuius vos mihi teſtes
eſtis

l) ſcilicet Deus. m) de exitu ex Aegypto. n) Moſes et Aharon.

eſtis, nullum excepto me deum,
aut ignotum mihi numen eſſe.
9 Simulacrorum conditores omnes
ſunt futiles, et, quæ habent cariſſi-
ma, ad nihil aliud proſunt, quam vt
teſtimonio ſint, eos nihil videre aut
10 intelligere, quo eos pudeat. Quis
Deum formet, ſimulacrumue con-
flet; nihil profuturum, quum fu-
turum ſit, vt omnes eius ſocios pu-
11 deat, vtque artifices, (qui quidem
omnes ex hominibus congregati
conſtent,) paueant, eosque ſimul
12 pudeat? Faber ferrarius, adhi-
bito forcipe, agit carbonibus, il-
ludque malleis format, et tanta
brachiorum vi agit, vt eſuriens vi-
ribus deſtituatur, et ne feſſus qui-
13 dem aquam bibat. Faber ligna-
rius regulam extendit, illudque
amuſſi delineatum, ad normam fa-
ctum, circinoque deſcriptum, effi-
cit ad hominis effigiem, humanam-
que venuſtatem, vt in æde maneat.
14 Cædit ſibi cedros, adhibet tirſam,
et ilicem, ſeque in ſilueſtribus exer-
cet arboribus, ſata auctaque plu-
15 uiis orno. His homo ad combu-
rendum vtitur, caleſcitque, et eis
incenſis panem coquit: tum deum
efficit, quem adoret, et inde ſimu-
lacrum facit, cui ſeſe ſubmittat.
16 Partim cremauit igni, partim ad
carne veſcendum vſus, eaque ſatia-
tus eſt aſſa, neque non incaluit, et
euge, inquit, concalui, adeptus
17 ignem. Ex reliquo fabricatus
deum, ſeſe ſimulacro ſuo ſubmit-
tit, idque venerabundus precatur.
Defende me, inquit: nam meus
18 es deus. Non intelligunt, neque
conſiderant, habere ſe obductos et
oculos, ne videant, et animos, ne
ſapiant. Non reuocat in mentem,
nec tantum intelligentiæ habet,
19 aut ſolertiæ, vt ita cogitet: huius
partem igni cremaui, ac eius
carbonibus panem coxi, car-
nemque, qua veſcerer, aſſaui:

ex reliquo feci *o* nefas, vt ad ligne-
um truncum me ſubmittam. *p* Ci-
nerem paſcit, inductus veſania, ne-
que ſeipſum liberat, neque cogitat,
* ſe falſo agere. Hæc memineris
Iacobee, Iſraelita, qui meus es ſer-
uus, qui a me conditus mihi ſeruus
es. O Iſraelita, ne obliuiſcere
mei, qui delicta peccataque tua,
tamquam nubem nebulamque de-
leo: redi ad me, qui te redimo.
Ouate cæli, quoniam Ioua rem agit:
exclamate *q* ima terrarum, erum-
pite montes in ouatum, ſiluæ, ea-
rumque arbores omnes, quoniam
redimit Ioua Iacobeos, et in Iſraeli-
tis decoratur. Sic pronuntiat tuus
ab vtero vindex, conditorque Ioua.
Ego ſum auctor omnium Ioua, qui
cælum ſolus extendi, terram per
me porrexi: qui diuinorum ſigna
diſſoluo, harioloſque infatuo: qui
ſapientes retro ago, eorumque
ſtultam reddo ſcientiam: qui ſerui
mei negotium perago, meorumque
nuntiorum perficio conſilium: qui
Hieroſolymam incoli, vrbesque
Iudææ refici impero, eiusque vaſta
loca inſtauro: qui gurgitem arere
iubeo, eius exſiccans fluuios: qui
Cyrum meum adpello paſtorem,
meam omnem perfecturum vo-
luntatem: quippe Hieroſoly-
mam refici, templumque fundari
mando.

CAPVT XLV.

Ad Cyrum Ioua in hoſtes propter Iacobeorum ſalutem. Dei potentia, facta, iuramentum.

SIc mando Ioua vncto meo Cy-
ro, cuius dexteram prehendo ad
deprimendas eius aduentu gen-
tes, *r* regumque latera diſcingo, ad
oſtia in eius aduentum recludenda,
patefaciendaſque portas. Ego te
præcedens praua corrigam, ærea
perfringam hoſtia, ferreaque clau-
ſtra

o) nefarium ſimulacrum. *p*) fruſtra laborat. *q*) terra quæ infima eſt. *r*) reges exarmo et ſubigo.

ſtra conuellam, et tibi occultos
tradam theſauros, abditasque pecu-
nias, vt ſcias, me Iouam esſe Israeli-
tarum Deum, qui te nominatim
vocem, qui te, inquam, propter
ſeruos meos Iacobeos, propter
lectos meos Israelitas, tuo nomine
vocans nuncupem, quum tu me
tamen ignores. Ego Ioua, quo
excepto nullus eſt, excepto me nul-
lus eſt Deus, te accingo, quum tu
me tamen ignores: vt ſciatur ab
ortu ſolis ad occaſum, vnum me Io-
uam esſe, præter quem non ſit quiſ-
quam: qui lumen condam, tene-
brasque creem, qui pacem faciam,
[s] malumque creem: hæc ego Ioua
omnia facio. Rorate cæli deſuper,
et iuſtitiam deſtillet æther, aperta-
que terra fetificet ſalus, ſimulque
iuſtitia fruticet, me Ioua, [t] illius
creatore. Væ, qui contendit cum
fictore ſuo, fictile cum terræ opi-
fice. Scilicet dicet argilla fictori
ſuo: quid agis? aut caret opus
tuum anſis. [u] Væ, qui quærit ex
patre, quid gignat, aut ex femina,
quid enitatur. Sic dicit Israelita-
rum Auguſtus fictorque Ioua: de
futuris interrogate me, ſuper meis
filiis, ſuperque mearum manuum
opere mihi date negotium. Ego,
qui terram feci, hominemque in ea
creaui: ego, qui manibus cælos
intendi, et omnibus eorum copiis
imperaui: ego idem illum cum
iuſtitia excito, eius omnia dirigens
itinera, qui meam vrbem exſtruat,
exſulesque meos nullo pretio aut
munere dimittat: dicit armipotens
Ioua. Sic dicit Ioua: Aegyptiorum
[x] labor, Aethiopumque merx, et
Sabæorum hominum procerorum,
ad te migrabunt, eruntque tua, illis
te ſequentibus catenatisque migran-
tibus, et te venerantibus ſuppliciter:
denique in te Deus erit, quo exce-
pto Deus nullus eſt. Sane tu is Deus 15
es, qui te occultes, Deus Israelitarum,
ſeruator. Pudebit fœdo cum de- 16
decore facesſentes vniuerſos ſimula-
crorum opifices. Israelitæ in Ioua 17
ſempiterna ſalute ſeruati non pudo-
re, non dedecore vllis adficientur
ſæculis. Sic enim dicit cæli creator 18
Ioua, qui Deus terram finxit fecit-
que, qui eam ſic condidit, vt non
inertem crearet, ſed habitandam
fingeret: ego Ioua, præter quem
nullus eſt: non [y] occulte loquor in 19
tenebricoſæ terræ loco: non ne-
quidquam iacobeam ſtirpem mo-
neo, vt me requirat: ego Ioua iuſta
loquens, æqua declarans. Coite, et 20
venite, congregati eodem, qui ex-
ternos euaſiſtis, adeo imperitos, vt
[z] ſimulacri ſui lignum ferant, de-
umque precentur, non ſeruaturum.
Declarate et proferte, idque colla- 21
tis conſiliis, quis hoc olim ſignifica-
uerit, tanto ante monſtrando: ni-
mirum ego Ioua, quo excepto nul-
lus præterea Deus eſt: ego, præter
quem iuſtus ſeruatorque Deus non
eſt. Recipite vos ad me, et ſerua- 22
mini, omnes fines terrarum:
nam ego ſum Deus, quo excepto
nullus eſt. Per me iuro, hoc ore 23
iuſtum verbum proferens, non
reuocandum: mihi et omne genu
flectetur, et omnis lingua iurabit,
ſeque in Ioua dicent habere ſane 24
virtutes et potentiam, ad eumque
peruenietur, et, fruſtratis omnibus
in eum iratis, in Ioua iuſtum 25
fiet, ſeque iactabit omne ſemen Is-
raelis.

CAPVT XLVI.

*Simulacrorum indignitas. Contra idoli fi-
ctores atque cultores. Iouæ maieſtas, vir-
tus, iuſtitia, ſalus pro Iacobeis.*

SVccumbit Bel: collabitur Na- 1
bo: habent eorum ſtatuas be-
ſtiæ et iumenta, ſarcinas veſtras
adeo

s) videlicet bellum, peſtem, famem. t) ſcilicet iuſti. u) perinde indignum eſt, a Deo facti rationem exigere, ac ſi quis ex parentibus rationem ſuæ generationis exigat. x) facultates. y) ſcilicet vt necromantes aut Apollonis vates. z) ſimulacrum ligneum.

adeo ponderoſas, onus tantæ laſſi-
2 tudinis, vt [a] collapſa ſuccumbant,
* nec onus perferre valeant: illis in
3 captiuitatem abeuntibus. Audite
me, iacobea domus, et omnes is-
raeliticæ domus reliquiæ, qui iam
ab aluo geſtamini, iam ab vtero
4 portamini. Etiam ad ſenectutem
ego idem, etiam ad canitiem ego fe-
ram, ego idem et feci et portabo,
5 idem et feram et perferam: cui me
adſimilabitis, componetis, aut
comparabitis, vt ſimilis ſim?
6 Qui profundunt ex loculis aurum,
et argentum ſtatera adpendunt,
conducto fuſore, qui deum inde
faciat, quem ſuppliciter adorent.
7 Tollunt eum humeris, portatum-
que ita ſua ſede reponunt, vt ſtet
loco ſuo, non mouendus, nedum vt
inuocantem exaudiat, aut a rebus
8 defendat aduerſis. Recordamini
hoc, et vos colligite: redite ſontes
9 ad mentem, recordamini iam olim
præterita, me videlicet eſſe Deum,
10 præter quem ſit nullus: Deum,
cuius nullus ſit ſimilis, qui ſecutura
præſignifico, et nondum facta ante
denuntio, qui conſilium meum ra-
tum pronuntio, et, quidquid mihi
11 libet, facio: qui ex oriente ali-
tes, ex remota terra virum a me de-
ſtinatum euoco: qui et dico, et præ-
12 ſto: qui et inchoo, et facio. Audite
me magnanimi a iuſtitia remoti.
13 Iuſtitiam meam præſentabo, non re-
mouendam, ſalutemque meam non
abfuturam, et Sionem ſalute et Is-
raelitas meo decore donabo.

CAPVT XLVII.

Vates ad Babylonem, calamitates Chaldæis imminentes. Ioua vindex. In aſtrologos futiles, et glorioſos.

1 DEſcende, et humi ſede, [b] virgo
puella Babylon: ſede ad ter-
ram ſine ſella, puella Chal-
dæa: neque enim deinceps vocabe-
2 re mollis et delicata. Prehende

molam, et mole farinam: deteg
cincinnos tuos: denuda plantas: de
tege crura: tranſi flumina. Dete
gentur verenda tua, adparebuntqu
tua obſcena: ſumam pœnas, * [c] ne
mihi quisquam hominum occurret
Vindex noſter eſt nomine Ioua ar
mipotens, Auguſtus Iſraelitarum
Sede tacita, et vade per tenebras
puella Chaldæa: nec enim deincep
vocabere domina regnorum: qu
quum ego meis iratus, meam pro
fanauerim hereditatem, eosque tib
in manum tradiderim, tu nulla i
eos humanitate vſa, ſenes iugo tu
prægrauaſti, te ſemper dominan
fore cogitans, atque adeo non ho
animo reputans, immemor exitu
eius rei. Quapropter hoc audi de
licata, quæ ſecura ſedes, cogitan
cum animo tuo, te vnicam illam e
ſe, quæ vidua ſesſura non ſis, ne
orbitatem ſenſura. Atque eue
nient tibi hæc duo repente eoden
die, orbitas et viduitas; et plen
euenient, ob tuas tot præſtigias
ob aſtrologiæ tuæ tantam vim
quæ iſta improbitate freta, negas
te conſpici: quæ (tua iſta ſapienti
ac ſcientia, te peruertente) cogita
cum animo tuo, te eam eſſe, præte
quam nulla ſit. Atqui eueniet tib
malum, cuius ortum ignorabis: ac
cidet tibi calamitas, quam non po
eris auerruncare: eueniet d
improuiſo tibi nec opinanti vaſti
tas. Sta, quæſo, cum aſtrologi
tua, cumque iſtis tot præſtigiis, i
quibus a pueritia elaboraſti,
quid posſis proficere, et, præ multi
tudine tuorum conſiliorum fatiga
ta, corroborari. Adſint ſane, tequ
defendant, cæli ventilatores, con
templatores ſiderum, ex nouis luni
diuinantes, a tuis futuris caſibus
Illi vero ſtipularum ſimiles ign
comburentur, ne ſeipſos quidem
flamma tutantes, nulla ad caleſcen
dum pruna, aut rogo, ad quem ſe
deatur

a) ſcilicet iumenta. b) inexpugnata. edit, n

c) nullo mihi reſiſtente. d) copiam

deatur. Tales tibi ſunt, quibus adlaboraſti, tui a tua pueritia negotiatores, diuerſi vagantes, te indefenſa.

CAPVT XLVIII.

Ad Iacobidam Ioua iratus. Iouana potentia, æternitas, vindicta pro Iſraelitis. Ex Chaldæis exeundum, ad Iouam redimentem captiuos.

AVdite hoc, iacobea domus, ab Iſraele denominati, et ex *a* aqua Iudæ orti, qui per Iouæ nomen iuratis, Iſraelitarumque Deum commemoratis, non vere, neque iuſte, vtpote ex vrbe ſacra nuncupati, et Iſraelitarum Deo nixi, cuius armipotens Ioua nomen eſt. *b* Superiora ante denuntiaui, et hoc ore prolata ſignificaui, atque ex improuiſo, vt euenirent, effeci. Quoniam durum esſe te, ferreoque neruo ceruicis, et ærea fronte ſciebam, ea tibi prædixi, et ante euentum ſignificaui, ne diceres a tuis facta ſtatuis, et a tuis ſimulacris ſigniſque curata. * Quod ſi audiueras, vaticinare rem omnem, et vos certe indicate. Significo tibi noua iam nunc, reconditaque et tibi ignota, quæ nunc fiunt, non olim, aut ante hac, eaque inaudita tibi, ne te ea ſciuisſe dicas, quæ nec audiueras, nec ſcieras, nec vmquam auditione acceperas. Scio enim, te perfide actum, et improbum iam ab vtero *c* vocari. Mei nominis causſa iram meam retardabo, meamque laudem tibi præcludam, ne te exſcindam. Explorabo equidem te, nec id ob pecuniam: et in fornace calamitatis eligam. Mea causſa, mea causſa faciam, (alioqui quanta esſet indignitas?) vt gloriam meam alteri non concedam. Audi me
Iacobida, et Iſraelita, qui es a me
vocatus. Ego ſum, ego primus et
idem poſtremus: ego, cuius ma- 13
nus terram fundauit, cuius dextera
palma metata cælos eſt, quos ſimul
ac ego vocaui, adfuerunt. Coite 14
vniuerſi, et audite, ecquis eorum
hæc ſignificet. Ioua *d* illum amat,
ille eius voluntatem in Babylonem,
et poteſtatem in Chaldæos exſeque-
tur. Ego, ego et loquor, et illum 15
voco, illum adduco, iter facien-
tem proſpere. Accedite ad me, 16
audite hoc. * Non tecte ab initio
locutus ſum: ex quo id euenit, ego
idem adſum, et nunc Dominus
Ioua miſit me, ſuumque ſpiritum.
Sic dicit Ioua, vindex tuus Au- 17
guſtus Iſraelitarum: ego Ioua
Deus tuus te vtiliter doceo, te per
viam, qua eas, dirigo. Quod ſi 18
meis præceptis intenderes, *e* esſet tua
et pax flumini, et iuſtitia marinis
ſimilis vndis: esſet et tuum ſemen 19
arenæ ſimile, et tui alui progenies
calculis, nomine numquam apud
me exſcindendo aut abolendo.
Exite Babylone, fugite ex Chaldæis, 20
cum ouante ſonitu: hoc prædi-
cantes ſignificate, hoc ad vltimas
diuulgate terras: dicite: redemit 21
ſuos Ioua Iacobidas, neque ſitiunt,
eo ipſos per arentia loca ducente:
aquam eis elicit ex caute, fisſaque
rupe fluunt lymphæ. *f* Pacem Ioua 22
negat impiis.

CAPVT XLIX.

Ad populos longinquos Chriſtus. Huius æternitas, natiuitas, virtus ad Iacobidarum libertatem. Creaturarum ouatio. Iouæ promisſiones clementiæ plenæ.

AVdite inſulæ me, et atten- 1
dite remoti populi. Ioua
me ex vtero vocauit, ex ven-
tre meæ matris meum nomen me-
morauit, meumque os ſimile red- 2
didit

a) fonte, ſemine. *b*) videlicet de Senacheribi caſu. *c*) hoc eſt esſe, vt Matth. quinto. *d*) Cyrum. *e*) abundaret. *f*) Hoc dicit vt intelligatur, hanc felicitatem ſolis piis promitti.

didit acuti gladii: me in vmbra ſuæ
manus abdidit, et politam ex me
fecit ſagittam, meque in pharetra
3 ſua recondidit, mihique ita dixit:
tu ſeruus meus es *g* Israelita, de quo
4 glorier. Atqui ego me fruſtra la-
borare dico: nequidquam et in-
caſſum vires meas conſumo: *h* tam-
etſi meum ius penes Iouam eſt,
meaque merces penes Deum me-
5 um. Itaque dicit Ioua, qui me
iam ab vtero ſeruum ſibi formauit,
ad reducendos ad ipſum Iacobeos,
* et Israelitas ei adlegendos, vt in o-
culis Iouæ decorer, ſitque meus
Deus mea potentia, dicit, inquam:
6 parum eſt, vt mihi ſis ſeruus, in ſuſ-
citandis Iacobidarum tribubus, in-
ſtaurandisque ruinis Israelitarum:
etiam te ceteris gentibus lumen da-
bo, vt pateat mea ſalus ad extrema
7 terrarum. Sic adloquitur Ioua,
ſancti ſuis Israelitæ vindex, *i* con-
temtam animam, hominibus abomi-
natum, dominantium ſeruum. Viſo
et reges adſurgent, et principes ve-
nerabuntur propter Iouam, qui
fidelis Auguſtus Israelitarum
8 te delegerit. Sic dicit Ioua: te ac-
cepto tempore exaudiam, tibique
ſalutari die ſubueniam, et te tuta-
bor, et ad faciendum cum homini-
bus fœdus adhibebo, vt terrarum
orbem ſuscites, vt vaſtatas poſſeſ-
9 ſiones occupes, vt vinctos exire,
vt eos, qui ſunt in tenebris, imperes
prodire, paſturos ſecundum vias,
et omnibus in iugis habituros pa-
10 ſcua. Non eſurient, neque ſitient,
nec ardore aut ſole adficientur,
quoniam qui eorum miſertus fue-
rit, præerit eis, eosque ad aquæ
11 ſcaturigines ducet: reddamque
montes meos omnes peruios,
eruntque ſublimes meæ ſemitæ.
12 Alii longe venturi ſunt, alii a ſe-
ptemtrionibus aut mari, alii ab au-
ſtrali terra. Ouate, o cæli, et ex-
ſulta, o tellus: erumpant montes in
ouatum, quoniam conſolatur Ioua
ſuum populum, ſuos miſeratus ino-
pes. Et dicit Sion, ſe a Ioua deſertam,
ſe a Domino obliuioni esſe tradi-
tam? Scilicet obliuiſcetur mulier
infantis ſui, immiſericors in ventris
ſui filium? Atqui etiamſi obli-
uiſcantur illæ, ego tui non obliui-
ſcar. Ego te palmis *k* imprimam,
tuos muros *l* in conſpectu ſemper
habens. Adproperant ſtructores
tui, euerſoribus populatoribusque
tuis ex te emigrantibus. Conii-
ce circumquaque oculos, et ad-
ſpice omnes gregatim ad te con-
uenientes. Sic viuam ego, in-
quit Ioua, vt tu illis omnibus
pro ornatu veſtieris, et tamquam
ſponſa redimieris, adeo vt va-
ſta et derelicta iſta loca, euerſa-
que terra iam futura ſit, quam pro
incolis, anguſtior, remotis tuis vo-
ratoribus. Adhuc dicent in auri-
bus tuis *m* orbitatis tuæ filii: angu-
ſtior mihi locus eſt: cede mihi, vt
ſit, vbi habitem. Et tu ſic cum
animo tuo dices: quis mihi genuit
hos, orbæ et liberis priuatæ, ex-
torri et exſuli? hos vero quis edu-
cauit? quum ego ſola fuerim re-
licta, vndenam ſunt hi? Sic dicit 2
Dominus Ioua: ſcito fore, vt ego
manum meam gentibus attollam, ſi-
gnumque populis efferam, qui tuos
adferent natos in ſinu, tuæque na-
tæ geſtabuntur humeris, eruntque 2
reges educatores tui, et eorum prin-
cipes feminæ, tuæ nutrices: te di-
miſſo ad terram vultu venerabun-
tur, pedumque tuorum puluerem
lingent, ſciesque, me Iouam esſe,
quem ſperantes non fruſtrentur.
Auferetur ne forti præda? aut * ca- 2
ptus feroci elabetur? Et tamen ſic 2
dicit Ioua: et captus forti auferetur:
et ſe-

g) Israelitam vocat Chriſtum Israele prognatum. *h*) licet fruſtra doceam Israe-
litas, at non fruſtra ſeruio Iouæ, quem penes eſt me remunerari. *i*) Chri-
ſtum. *k*) molliter premam et informabo, vt ſolet recens natus infans. *l*) curans.
m) cui quæ fueris orba.

et feroci elabetur præda: et cum iis, qui tecum contendunt, ego contendam: tuosque ſeruabo natos: et eos,qui tibi vim faciunt, ſua ipſorum carne paſcam, ſuoque ſanguine ceu vino inebriabuntur: ſcientque mortales omnes, me Iouam eſſe tuum ſeruatorem atque vindicem, Iacobidarum numen.

CAPVT L.

Scelera ſunt calamitatum cauſſæ. Iouana gratia erga pios. Electorum quies, fidentia in Deo. Rixantium et ſeditioſorum pœna in diſſidio.

SIc dicit Ioua: vbi tandem eſt libellus repudii veſtræ matris, quam dimiſi? aut quis meorum creditorum eſt, cui vos vendidi? En ob veſtra vitia venditi eſtis, obque peccata veſtra dimisſa eſt veſtra mater. Cur, quum venerim, nullus adeſt? quum clamem, nullus audit? breuior eſt, credo, mea manus, quam vt posſit adſerere: aut mihi vires deſunt ad liberandum, qui mea increpatione mare exſicco, fluuios in ſiluas redigo, ita vt eorum piſces, ſiti enecti, aquæ penuria putreſcant: qui pullo cælum veſtio, et centonis operimento induo. Dominus Ioua mihi linguam dedit eruditam, vt ſciam tempeſtiue feſſos adloqui. Vellit per dies ſingulos, vellit aurem mihi, vt diſcipulorum more audiam. Dominus Ioua mihi aurem aperit, nec ego contumax retrocedo. Tergum meum verberantibus, genasque vellicantibus præbeo: faciem meam ignominiis, ſputoque non ſubtraho: et Dominus Ioua mihi ſuccurrit. Vnde fit, vt inturbatus vultum præbeam marmoreum, certus non me fruſtratum iri. Adeſt, qui me abſoluat: ſi quis mecum lis eſt, congrediamur, ſi quis mecum habet cauſſam, acce-
dat ad me. Quum Dominus Ioua 9
me adiuuet, quis me condemnet?
quum futurum ſit, vt omnes ritu
veſtis obſoleſcant, a tineis corroſi.
Qui veſtrum Iouam reuerens obe- 10
dit eius *n* ſeruo, qui in tenebris graditur, ſplendoris expers, confidat
Iouæ nomini, ſuo nixus Deo.
En *o* vos omnes ignem incenditis, 11
ſcintillas circumiecti: ite in ignis
veſtri lumine, inque ſcintillis,
quas accendiſtis: hoc vos ex
mea manu habentes, in dolore iacebitis.

CAPVT LI.

Ad iuſtos Deus, conſolandus eſt Sionis mons. Ad ſuos cœtus Ioua benignus, ad iuris peritos. Contra Aegyptum Dei facta. Ouatio futura liberatorum, Hieroſolyma confirmanda, calix non amplius attingendus.

AVdite me, iuſtitiæ ſectatores, 1
Iouæ ſtudioſi: ſpectate, ex
qua rupe exciſi, ex quo barathri cauo ſitis exſecti. *p* Spectate 2
Abrahamum parentem veſtrum, et
Saram genitricem veſtram, quem
vnum vocaui, fortunaui ac multiplicaui. Solabitur enim Ioua Sio- 3
nem, ſolabitur omnes eius vaſtitates, eiusque deſerta reddet, quale
eſt Eden, et inculta, quales Iouani
ſunt horti, vt in ea voluptas, lætitia, gratiarum actio, cantionumque ſonitus reperiatur. Attendite 4
me mei, auſculta mihi, mi populus: nam prodibit a me lex, meumque iudicium ad populorum illuſtrationem repræſentabo. Aduen- 5
tat mea iuſtitia: prodit mea ſalus,
meique lacerti populos iudicabunt,
me ſperabunt inſulæ, ſuſpicientes
meum lacertum. Attollite in cæ- 6
lum oculos, terramque deſpicite:
nam et cæli, tamquam fumus, euaneſcent, et terra ceu pannus obſoleſcet, eiusque itidem morientur
habitatores, quum interim mea ſa-
Ddd 2 lus

n) Chriſto. *o*) vide finem cap. 1. et cap. 47, 14 *p*) Sicut ſeni Abrahamo, et ſterili Saræ, prolem dedi, ſic et vos, (qui ſteriles videmini,) propagabo.

lus ſemper durabit, meaque iuſtitia
7 erit irrupta. Audite me iuſtitiæ
periti homines, meam legem in
mentibus habentes: nolite homi-
num opprobrium timere, aut igno-
8 minia frangi. Etenim quaſi pan-
num corrodent eos tineæ, quaſi-
que lanam comedent blattæ, quum
interim mea iuſtitia ſemper, mea
ſalus perpetuis durabit ſæculis.
9 Eia, eia, indue potentiam, lacerte
Iouæ: eia, vt antiquis priſcorum
ſæculorum temporibus. Nonne tu is
es, qui Aegyptum exſcidiſti, qui q ce-
10 tum trucidaſti? Nonne tu is es, qui
marinas vaſti pelagi aquas exſic-
caſti, qui maris fundum reddidiſti
peruium ad redemtorum transmiſ-
11 ſionem? Ergo reuerſi Iouæ clien-
tes, in Sionem ouantes perue-
nient, æterna circumfuſi lætitia,
voluptates adepti, et gaudia, fu-
12 giente mœrore atque gemitu. Ego,
ego veſter ſum conſolator: quis
tu es, qui hominem moriturum,
qui homine natum metuas? cuius
eadem, quæ graminis, conditio eſt:
13 oblitusque Iouæ creatoris tui, qui
cælum intendit, terramque funda-
uit, perpetuo ſemper formides ty-
ranni furorem, dum ſe componit
14 ad perdendum? r Vbi vero eſt ty-
ranni furor, vltro citroque ſolui
feſtinantis, ne perdite moriatur,
15 neue victu careat? At ego Ioua
Deus tuus, qui mare, frementibus
eius fluctibus, findo, nomine Ioua
16 armipotens, verba mea ori tuo
ſuggeram, teque meæ manus vm-
bra tegam, ad plantandum cælum,
fundandamque terram, et ad dicen-
dum Sioni: tu meus es populus.
17 Expergiſcere, expergiſcere, ſurge
Hieroſolyma, quæ de manu Iouæ
eius furoris calicem potaſti: quæ
tætri calicis expreſſam fæcem pota-
18 ſti: quam qui deducat, quiue manu
prehendat, ex tot, quos peperiſti,
natis, ex tot filiis, quos educa-
ſti, nullus eſt. Duo hæc tibi eue-
nerunt: quis tuam vicem dolet?
depopulatio et clades, fames e[t]
arma: ecquis te ſolatur? Nat[i]
tui exanimati paſſim iacent vica-
tim, velut irretiti viri, s Iouæ De[i]
tui furore et ſæuitia pleni. Qua-
propter hoc audi, o ſubacta e[t]
ebria, nec id vino. Sic dicit Domi-
nus tuus, Ioua Deus tuus, ſui popul[i]
cauſſam acturus: capturus ſum tæ-
trum de manu tua calicem, fæcem
calicis mei furoris, nec amplius de-
inceps eum potabis: quin eum
tuis in manu ponam exſtinctori-
bus, qui tibi, vt te ſubmittas, im-
perant, quo transeant, dorſumque
tuum humi pro vico ſupponas
transeuntibus.

CAPVT LII.

Ad adflictam Hieroſolymam Ioua. Iſraeli-tæ in Aegyptum deſcendentes. In eosdem Aſſyrius. Pacis nuntius gratuſſimus. Hieroſolymæ reſtauratio.

EIa, eia, indue tuam potentiam,
Sion, indue veſtimenta deco-
ris tui, Hieroſolyma, vrbs ſan-
cta: neque enim deinceps iam per
te ibit præputiatus et impurus.
Excute te de puluere: ſurge: ſede
Hieroſolyma: ſoluere tui colli
vinculis, captiua puella Sion. Nam
ſic dicit Ioua: gratis venditi, nulla
quoque redimemini pecunia. Sic
enim dicit Dominus Ioua: in Ae-
gyptum deſcendit meus populus
primum, ad ibi commorandum;
tum Aſſyrius eum oppreſſit im-
pune. Iam vero quid ago? in-
quit Ioua, quum captus gratis
meus populus, ſub heris ſuis eiu-
let, inquit Ioua, ſemperque me-
um nomen adſidue male audiat?
Quocirca ſciet meus populus me-
um nomen, ſciet, inquam, tum, e-
um eſſe me, qui me adfuturum
promiſerim. O quam elegantes
ſunt

q) Pharaonem. r) quid tibi noceat, qui ipſe ſibi metuit? s) a Ioua ſæuiter tractari.

ſunt in montibus pedes nuntiantis, ſignificantis pacem, nuntiantis bonum, ſignificantis ſalutem, dicentis Sioni: regnat Deus tuus. Voce ſpeculatores tui, voce ſublata ſimul ouabunt, quod ipſis oculis coram ſpectabunt: quum reuocabit Ioua Sionem. Exclamate ſimul et ouate vaſtitates Hieroſolymæ: ſolatur enim Ioua ſuum populum: redimit Hieroſolymam, Exſerit Ioua ſuum ſacrum lacertum ob oculos omnium gentium, ſpectantibus omnibus terrarum finibus Dei noſtri ſalutem. Diſcedite, diſcedite, emigrate iſtinc, immundum ne tangite, emigrate ex [t] ea, eſte puri, o geſtatores [u] ſupellectilis Iouæ. Non enim [x] trepide emigrabitis, aut fuga abibitis: nam vos Ioua præcedet, vos Deus Iſraelitarum colliget. En ſapiet meus ſeruus multum euehendus, efferendus, extollendus. Quam fuerint eum mirati multi, tam eius ſpecies et forma corrumpetur, vt non iam ſit homo, non ſit vnus de humano genere: tam gentes multas adſperget, obmuteſcentibus ſuper eo regibus, quippe qui ſibi indicta cernent, et inaudita contemplabuntur.

CAPVT LIII.

Iouanum brachium celebre. Contemtus Chriſtus, morbos noſtros ferens, in noſtri gratiam contuſus. Salutares nobis Chriſti vibices, innocentia, cruciatus, ſepulcrum, preces pro ſontibus.

QVis credit orationi noſtræ? et Iouæ brachium cui patefit? Quum creuerit ille coram eo, vt virgultum, et ſtirps ex æſtuoſa terra, informis, indecorus, nullam vt in eo formam cerneremus, quo eum adpeteremus. Contemtus, et minus quam homo: homo dolo-
rum ægritudiniſque gnarus, quaſique adſpectu auerſandus, adeo contemtus, vt eum eſſe non arbitraremur. Sane morbos noſtros ac do- 4
lores ipſe tulit ac tolerauit, et nos
eum exiſtimauimus vulneratum,
cæſum diuinitus, et oppresſum.
Atque ipſe ob peccata vitiaque no- 5
ſtra peremtus atque contuſus, pœ-
nas, nobis ſalutares, dedit, eiuſque
vibicibus ſanati ſumus. Omnes nos, 6
vt oues, errauimus, ſuam quisque
viam ſecuti, et Ioua in eum omni-
um noſtrum crimen coniecit. Mul- 7
tatus ipſe, oppresſusque ne mutiuit
quidem, vt pecus, dum ad cædem
agitur, vt agnus, ante ſuum tonſo-
rem obmuteſcens, ne mutiuit qui-
dem. Ex vinculis et iudicio [z] du- 8
ctus eſt, atque [a] eius genus quis elo-
quatur? quum ſit ex viuorum ter-
ra exciſus, accepto ob mei populi
peccatum vulnere, ſitque ei mor- 9
tuo tributum cum impiis et cum di-
uite ſepulcrum, quod neque ſcelus
fecerit, neque fraudem habuerit in
ore. Libuit autem Iouæ eum æ- 10
gritudine contundere: quia ſi ani-
mam ſuam piaculo expoſuerit, ſe-
men adipiſcetur diuturnum, Iouæ-
que fauor eius in manu proſpere
ſuccedet. Per animæ ſuæ laborem 11
adipiſcetur ſatietatem, cognitione
ſui iuſtos reddet, iuſtus ipſe ſeruus
meus, multos: eorumque crimina
feret. Itaque impertiar ei inter 12
multos, cumque potentibus ſpolia participabit: quoniam obiecerit animam ſuam morti et ſontibus adnumeratus, multorum peccatum tulerit, proque ſontibus interpellauerit.

CAPVT LIIII.

Ad ſterilem Iouæ conſolatio. Felicitas promisſa. Creator ſterilis maritus. Pacificam

t) ſcilicet Babylone. u) nam templi vaſa Babylone reportata ſunt. x) alludit ad emigrationem ex Aegypto, et hæc omnia ad Chriſti regnum refert. y) ſcilicet ad ſupplicium. z) quis eum dicat Deo natum, quum ſit infra omnes infimos homines.

cum Iouæ fœdus cum adflicto cœtu. Cultorum Iouæ patrimonium.

1 O Va ſterilis, quæ non paris:
erumpe in hilarem cantum,
et exclama, quæ non enite-
ris: nam plures fore deſertæ, quam
2 maritæ,natos,promittit Ioua. Di-
lata tuorum tabernaculorum lo-
cum, tuorumque contuberniorum
velis intendendis noli parcere, tuos
et funes producens, et palos obfir-
3 mans. Nam dextra ſiniſtraque
propagabere, tuaque proles gentes
obtinebit, et deſertas habitabit vr-
4 bes. Ne metue, non enim te pu-
debit: neue erubeſce, non enim
dedecoraberis: quin adoleſcentiæ
tuæ pudorem oblita, tuæ viduita-
tis infamiam iam non recordabere.
5 Nam maritus tuus creator tuus eſt,
nomine Ioua armipotens: vindex-
que tuus Auguſtus Israelitarum,
Deus totius orbis terrarum voca-
6 bitur. Etenim vt derclictam ani-
moque deſtitutam mulierem vocat
te Ioua, vtque ductam in iuuentu-
te feminam, quæ repudiata fuerit,
7 dicit Deus tuus:Breui ſpatio te dere-
liqui, et prolixa miſericordia te col-
8 ligam. Momentanea ſæuitia tibi
paullisper vultum meum ſubtraxi,
et æterna clementia tui miſerebor,
9 ait vindex tuus Ioua. Nam idem
hic ago, quod in noanis aquis,
quum quidem iuraui, non amplius
peruaſuras terram noanas aquas:
ſic nunc iuro, me in te non ſæuitu-
10 rum, aut inuecturum. Ac licet et
montes moueantur, et colles labe-
fiant, mea erga te clementia non
mouebitur, meumque pacificum
fœdus non labefiet, ait, qui tui mi-
11 ſeretur, Ioua. O inops vexata,
conſolationis expers: equidem
tuos lapides in margarita collocabo,
12 teque in ſapphiris fundabo: et
tua lumina cryſtallina ponam:
tuasque portas ex carbunculis
gemmis, et tuos fines omnes ex ele-
gantibus lapidibus: eruntque tui
nati omnes a Ioua docti, et in multa
pace degent tui nati. Iuſtitia com-
poneris, et eris adeo ab oppresſori-
bus remota, vt non metuas: et a
terrore, vt ad te non accedat.
Quod ſi quis commorabitur, niſi
auctore me, ſi quis tecum commo-
rabitur, is tibi aduerſando cadet.
Quum ego *a* fabrum creauerim, qui
flat in igne carbones, et artis ſuæ
telum procudit, et idem ego perdi-
torem creauerim ad exitium, o-
mne telum,contra te cuſum, erit in-
fortunatum, omnemque linguam,
quæ contra te ad diſceptandum ſur-
rexerit, condemnabis. Hæc eſt Io-
uæ cultorum hereditas, et iuſtitia,
auctore me, inquit Ioua.

CAPVT LV.

Anhelantes ad fontem vitæ inuitati. A Deo bonorum copia. Quærendus Ioua. Cuncti ad meliorem inuitati frugem. Iouanum verbum numquam irritum.

HEus quicumque ſititis, venite ad aquam, et qui pecunia caretis, venite emtum, quod edatis, venite emtum, nulla pecunia aut pretio, vinum atque lac. Cur ita pecuniam impenditis, vt tamen victus non comparetur? aut laboratis,non vnde ſatiemini? Audite me,et bonis veſcemini, et opimis deliciis fruetur adpetitus veſter. Præbete aures, et venite ad me, audite, et viuet anima veſtra, feriamque vobiscum fœdus æternum, fideli Dauidis benignitate, quem populorum monitorem, quem ducem præceptoremque populorum daturus ſum. *b* Tu ignotam tibi gentem vocaturus es, ignaraque tui gens ad te curret, propter Iouam Deum tuum, Auguſtumque Israelitarum, qui te decorauerit. Quærite Iouam, dum inuenitur, eum inuocantes, dum adeſt

a) creator ſim et fabrorum, qui tela cudunt, et eorum, qui iis vtuntur, facile te contra illa defendam. *b*) Chriſtum adloquitur.

adeſt. Relinquat impius rationes ſuas, et improbus cogitationes ſuas, ad Iouamque ſe conuertat, qui eius miſereatur: ad Deum noſtrum, qui tam propenſus eſt ad ignoſcendum. Non enim eædem meæ, quæ veſtræ, ſunt cogitationes: nec eædem veſtræ, quæ meæ, ſunt rationes, inquit Ioua. Nam quantum cælum terras ſupereminet, tantum meæ rationes cogitationesque ſupereminent veſtras. Vt enim delapſa cælo pluuia, aut nix eo non reuertitur, quin terram imbuat, et ita grauidet ac fecundet, vt et ſemen ad ſeminandum, et panificia edat ad veſcendum: ita accidet in verbo, quod ex ore meo prodierit, vt ad me non redeat infecta re, quin faciat, quod mihi viſum fuerit, feliciterque transigat, quod ei mandauero. Nam cum lætitia emigrabitis, et cum pace deportabimini, erumpentibus aduentu veſtro in lætum cantum montibus atque collibus, omnibusque terreſtribus arboribus plauſum edentibus. Pro ſpina pinus, pro vrtica creſcet myrtus, id quod Iouæ nomen monumentumque conciliabit numquam interiturum.

CAPVT LVI.

Ius cuſtodiendum. Iouana ſalus non diſtans, iuſtitiæ cultor felix. Iouana erga cunctos clementia. Paſtores mali proditores, ignaui, cupidi ventris mancipia.

SIc dicit Ioua: ſeruate ius, et iuſta facite: nam propediem mea ventura ſalus eſt, meaque patefacienda iuſtitia. Felix homo, qui hoc faciet: felix homine natus, qui hoc tenebit, cauens, ne ſabbatum profanet, ſuamque manum ab vllo patrando malo abſtinens. Nec vero ſic dicat peregrinus homo, Iouæ adoptatus: ſeparabit me Ioua a ſuo populo: neque dicat ſpado: en ego ſum arbor arida.
Etenim ſic dicit Ioua de ſpadonibus, 4
qui mea ſabbata ſeruabunt, quodque
mihi placet, eligent, et meum
tenebunt fœdus: iis ego in mea 5
domo murisque locum, nomenque
dabo, filiis filiabusque præſtantius:
iis, inquam, nomen æternum dabo,
non oblitterandum. Peregri- 6
nos autem homines ad Iouam cooptatos,
ad ei miniſtrandum, Iouæque
nomen amandum, vt ei ſint
ſerui, omnes ne ſabbatum profanent,
cauentes, meumque tenentes
fœdus, hos ego in meum ſa- 7
crum montem ducam, et in mea
ſupplicationis domo exhilarabo,
ſuis victimis et ſacrificiis ad aram
meam litantes: nam domus mea
domus ſupplicationis vocabitur omnibus
nationibus, ait Dominus 8
Ioua, collector diſſipatorum Israelitarum:
* item præter eos colli- 9
gam ad eorum collectitios, beſtias
omnes agreſtes: venite ad epulandum,
omnes ſilueſtres beſtiæ. Eo- 10
rum ſpeculatores omnes cæci ſunt,
indocti omnes, muti canes, latrare
non potentes, iacentes, recubantes,
amantes ſtertere. Et canes inglu- 11
uioſi, neſciunt [c] ſaturitatem, et ipſi
paſtores inconſiderantes, omnes ad
vnum ſuam viam, ſuum quisque
lucrum ſequuntur. Adeſte, ſu- 12
mam vinum, potabimus temetum,
eritque ſimilis huius dies crastinus,
multo celeberrimus.

CAPVT LVII.

Iuſti mors neglecta. In genus nefarium Iouana iracundia, in deaſtricolas Deus. Piorum requies a Deo. Cum adſtrictis Iouæ conſuetudo grata. Pacis quantus amor in omnibus. Impiis negatum otium.

IVſti pereunt, nemine animum 1
aduertente: hominesque pii
obeunt, nullo aduertente, quum
præ malis obeant iuſti. Quum ad- 2
ueniet pax, [d] quieſcent in ſuis cubilibus
ea præter eos eunte. Et vos 3

c) ſunt inſatiabiles. d) eam ignorabunt impii, nec eius erunt participes, dormientes in ſuis peccatis.

huc accedite, hariolæ nati: proge-
4 nies adulteri, atque proſtitutæ. In
quem luditis? in quem diducto ore
linguam exſertatis? nonne vos ne-
farium genus falſaque progenies
5 eſtis? Qui diuis pasſim ſub fron-
doſis incaleſcitis arboribus, mactan-
tes in amnibus natos ſub rupium
6 ſcopulis. Tibi cum leuibus ſaxis
fluuialibus res eſt: illa illa ſunt tua
ſors, illis et libamen fundis, et fer-
tum adfers: egone vt ad iſta mihi
7 temperem? Sublimi editoque
monti cubile tuum imponis, eoque
faciendi ſacrificii cauſſa adſcendis,
8 et poſt oſtium poſtemque monu-
mentum tuum collocas, vtpote quæ
alii quam mihi proſtes: conſcendens-
que tuum cubile dilatas, et tibi cum
illis paciſceris, eorum amans con-
9 cubitum, vbi conſpicata es. At-
que ad regem cum vnguento ten-
dis, multis adhibitis pigmentis, tu-
osque procul dimittis legatos, te ad
10 inferos vsque deiiciens. Quum-
que itineris iſtius magnitudine la-
bores, non renuis: ſufficit virium
tuarum vigor: ideoque non gra-
11 uaris. Quem vero ſollicita times,
vt in me perfida ſis: immemorque
mei, non animo reputes, me nimi-
rum conniuere, idque iam olim,
12 neque me timeas? Ego *e* tuam in-
nocentiam, tuaque facta oſtendam,
13 neque te quiritantem iuuabunt de-
fendentue tui caternarii, quos vni-
uerſos leuiculus ventus ſublatos au-
feret. At mihi fretus terram posſi-
debit, meumque ſacrum montem
14 occupabit, dicentque: compla-
nate, complanate, æquate viam,
tollite impedimenta de via mei po-
15 puli. Sic enim dicit excelſus et ela-
tus, æternum habitans, et Auguſti
nomen habens. Excelſus ego et
Auguſtus cum vexatis animoque
deiectis habitabo, ad recreandos
deiectorum animos, ad recreandas
16 vexatorum mentes. * Non enim
ſemper contendam, non perpetuo
ſæuiam: nam induetur profectus
a me ſpiritus, et animantes ego fa-
ciam. Vitio eius auaritiæ iratus eum 17
cecidi, meque latente et iraſcen-
te, auerſus abit ſuæ mentis via, eius 18
vias intuitus, ei medebor, eum du-
cam, et ſolatia ei eiusque lugenti-
bus reddam, hanc creans oratio-
nem. Pax pax tum remotis, tum 19
propinquis, inquit Ioua, eique
medebor. At impii ſimiles erunt 20
agitati maris, quod quieſcere ne-
quit, cuiusque aqua ſordes eiicit et
cænum. Pacem negat Deus im- 21
piis.

CAPVT LVIII.

*Ieiunia impiorum. Quale Deo gratum ieiu-
nium. Qualia Iouæ grata opera, clemen-
tiæ fructus. Quando Deus exorabilis.
Piorum conſtans felicitas a Ioua.*

CLama gutture effuſe: attolle
quaſi tubæ tuam vocem, meo-
que populo ſuam noxam, ſu-
um iacobeæ domui peccatum oſten-
de, qui me quotidie quærunt, 2
measque ſcire rationes auent, et
perinde ac ii ſint, qui æquum fa-
ciant, ac non Dei ſui ius relique-
rint, ex me iuſtitiæ iura petunt, di-
uinæ familiaritatis auidi. Cur nos 3
ieiunantes non reſpicis? et nos
ipſos ſubigentes non curas? En
tum, quum ieiunatis,* libidini ſatis-
facitis, et omnia, quæ vobis deben-
tur, exigitis. En ad lites et iurgia 4
ieiunatis, et ad pugnis impie ceden-
dum. Ne * iſto pacto ieiunaueritis,
vt *f* in alto vox audiatur veſtra.
Hoccine eſt ieiunium, quod ego 5
adprobem? dies, quo ſeipſum ſubi-
gat homo? ſcilicet vt caput in iunci
modum curuet, centone ſtratus et
puluere. Hoccine vocandum eſt 6
ieiunium, et fauorabilis Iouæ dies?
Enimuero hoc eſt, quod ego adpro-
bem ieiunium, impietatis aperire
nexus, iugi nodos ſoluere, quasſa-
tos dimittere liberos, vtque iugum
omne abrumpatis. Nimirum vt 7
eſuri-

e) an ſis innocens. *f*) in cælo.

eſurienti panem tuum impertias, inopesque vagos domum introducas: nudum ſi videris, operias, neque tuis te ſubducas conſanguineis. Tunc erumpet auroræ modo tua lux, incolumitasque celeriter pullulabit, teque, et tua præcedet iuſtitia, et Iouana gloria excipiet. Tunc te vocantem Ioua exaudiet, conquerenti ſe præſto eſſe dicet, ſi iugum ex te, ſi [g] digiti extenſionem iniquamque orationem remoueris. Si te ipſum profuderis eſurienti, atque adflictum hominem ſatiaueris, orietur in tenebris tua lux, tuaque caligo erit vt meridies, et Ioua te ſemper deducens, adpetitum tuum in ſiccitatibus ſaturabit, artusque tuos ita curabit, vt ſimilis ſis irrigui viridarii, aut aquæ origini, cuius latices [h] non ſunt fallaces. Ac per te antiqua exſtruentur vaſta loca: tu priſca fundamenta eriges, et ruinarum vocaberis inſtaurator, qui ſemitas ad habitandum reſtituas. Si ſabbato pedem tuum auocaueris ab exſequenda tua libidine, meo ſacro die, [i] vocaueriſque ſabbatum honorandas ſancti Iouæ delicias, et id honoraueris, non ex tuis moribus agendo, neque tuæ libidini obſequendo, aut iſto modo loquendo: tunc deliciis frueris in Ioua, teque [k] in terræ faſtigia ſublatum paſcam hereditate Iacobi parentis tui, quandoquidem Iouæ os loquitur.

CAPVT LIX.

Iouæ perpetua erga ſuos benignitas. Crimina nos a Deo ſeiungunt. Hominum delicta.

NOn eſt quidem Iouæ vel manus decurtata, quo minus conſeruare, vel auris obtuſa, quo minus audire poſſit. Verum crimina veſtra vos a Deo veſtro diſiungunt, peccataque veſtra eius
vultum vobis ſubtrahunt, quo minus audiat. Nam vobis et manus 3
ſanguine, digitique crimine contaminati ſunt, et labra falſum loquuntur, et lingua nequitiam exprimit. Nullus iuſte auxilium in- 4
uocat, nullus vere diſceptat, et inani rei confiditur, et improba oratio eſt: concepto facinore paritur nequitia. Viperæ oua excluduntur, 5
et aranei telæ texuntur: qui eorum oua comederit, morietur, et ſi exprimantur, excludetur aſpis. Eo- 6
rum telæ non adhibentur ad veſtem, nec ipſi ſuis operiuntur operibus, opera eorum, opera ſunt nequitiæ, habentque iniuſtitiæ facinus in manibus. Eorum pedes 7
ad malum currunt, feſtinantque ad inſontem effundendum ſanguinem. Cogitationes eorum, cogitationes ſunt nequitiæ: exitium et calamitas eſt in eorum ſemitis. Viam pa- 8
cis neſciunt, nullum ius eſt in eorum callibus: iter habent adeo peruerſum, vt quisquis in eo graditur, pacem ignoret. Itaque ius a 9
nobis abeſt, neque nos adſequitur iuſtitia, lumen exſpectamus, et ecce tenebræ: ſplendorem, et in caligine gradimur. Attrectamus vt cæ- 10
ci parietem, et tamquam oculis carentes palpamus, impingentes in meridie, quaſi in crepuſculo, in tumulos, vt mortui. Fremimus 11
omnes vt vrſi, et columborum ritu ſonamus: ius exſpectamus, nec eſt: ſalutem, et abeſt a nobis. Sunt 12
enim multa in tuo conſpectu peccata noſtra, delictaque noſtra nos accuſant, quippe qui, noſtris præditi peccatis, vitia noſtra agnoſcamus. Peccauimus, et fidem Iouæ 13
fregimus, et a ſequendo Deo noſtro receſſimus, vim et declinationem ſuadendo, et falſa verba animis concipiendo atque meditando. Ergo retro ius abiit, proculque ſtat 14
iuſtitia, quod veritas offendit in vicis,

g) Hoc non intelligo. h) ſunt perennes. i) habueris pro. k) In terrarum excellentiſſimam, vt Deut. 32.

cis, neque ſana mens aduenire pot-
15 eſt, adeoque deficit veritas, vt
qui *l* malum declinat, is prædæ ha-
16 beatur. Quo viſo, Ioua dolet, non
eſſe ius, neminemque animaduer-
tens, et neminem occurrere mira-
tus, vincit ſuo ſibi brachio, ipſe ſua
17 fultus iuſtitia, ac iuſtitia loricatus,
galeato victoria capite, induit vltri-
cium veſtium indumentum, ſaga-
18 tus impetu, vt ad pœnas atroces
irrogandas ſuis aduerſariis, ſolutu-
rus hoſtibus ſuis, ſoluturus inſu-
19 lis digna præmia. Ac time-
bunt et occidentales Iouæ nomen,
et orientales gloriam, quando ve-
niet infeſti more fluminis, Iouæ
ſpiritu ei vexillum impellente.
20 Veniet autem Sioni vindex, et eis
Iacobeorum, qui ſe a peccato retra-
21 xerint, inquit Ioua. Atque hoc
mihi cum eis fœdus intercedet, in-
quit Ioua, vt meus, quo tu prædi-
tus eris, ſpiritus, meaque dicta, quæ
ori tuo ſuggeram, non recedant ex
ore vel tuo, vel tuorum natorum
aut nepotum, (ait Ioua,) hinc in æ-
ternitatem.

CAPVT LX.

Iouæ lux. Proxima piorum gaudia, adlata munera ab exteris populis. Inſtauranda a gentibus Hieroſolyma. Aerumnæ a Iudæis remouendæ. Perpetua cæli luminaria.

1 AGe reluce, aduentat enim tua
lux, tibique Iouæ gloria ex-
2 oritur. Nam futurum eſt,
vt, obtegentibus terras tenebris, et
populos caligine, tibi Ioua oriatur,
3 eiusque gloria in te adpareat, am-
bulentque gentes in tua luce, et re-
4 ges in exorto tibi ſplendore. Cir-
cumiice oculos, et adſpice, vt o-
mnes tibi collecti veniant: nati tui
procul aduenient, tuæque natæ *m* ad
5 latus educabuntur. Quo tum viſo
renidebis, ſeque tuus animus ex-
plicabit attonitus, quod conuerſa
ad te marina turba, tibi gentium
copiæ venient. Te camelorum
armentum obruet, dromades ma-
dianitici, et ephani, omnes ex Sa-
bæa venient, aurum et tus adferen-
tes, et Iouæ laudes prædicantes.
Tibi omnes cedarianæ congrega-
buntur oues: tibi nabaiothenſes
miniſtrabunt arietes, altari meo ad
litandum impoſiti, domumque me
decoris decorabo. Quinam iſti v
nubes aduolant, vtque columbi in
ſuos forulos? Nam me ſperabun
inſulæ, et cilicæ naues in primis
tuos natos procul aduehendo, vna
cum ipſorum argento atque auro ad
Iouæ Dei tui nomen, et ad Iſraelita-
rum Auguſtum, qui te decoraue-
rit. Extruentque alienigenæ tuos
muros, et eorum reges tibi mini-
ſtrabunt, quoniam ego tui, quam
iratus cecidero, propitius miſere-
bor. Patebunt autem tuæ portæ
continenter interdiu, noctuque
non claudendæ, vt ad te perueniant
gentium copiæ, earumque reges
adducantur. Nam gens et regnum,
quæ tibi non ſeruierint, peribunt,
gentesque euertentur. Ad te glo-
ria Libani veniet, pinus ſimul et
vlmus, atque buxus, ad decoran-
dum mei ſacrarii locum, meorum-
que pedum locum honeſtabo. Ita-
que ad te ſeſe recipient humiliter
homines, qui te adflixerint, et tuo-
rum pedum veſtigia venerabuntur
omnes tui conuiciatores, teque Io-
uæ vrbem, Sionem Auguſti Iſraeli-
tarum adpellabunt. Pro eo, quod
deſerta, inuiſa, et inacceſſa fueris,
efficiam ex te ſublimitatem æter-
nam, voluptatem perennem, adeo
vt ceterarum gentium lac, regum-
que ſugas vbera, ſciesque me Io-
uam eſſe ſeruatorem, vindicemque
tuum, Iacobeorum numen. Pro
ære inducam aurum: pro ferro in-
ducam argentum, pro lignis æs,
proque lapidibus ferrum: efficiam-
que, vt pro tui adminiſtratione ſit
pax, et pro magiſtratibus iuſtitia.
Non

l) vitium. *m*) in ſinu, in vlnis.

Non iam crudelitas in tua terra,
non vaſtitas aut calamitas in tuis fi-
nibus audietur, tuosque muros ſa-
lutem, et portas laudem adpellabis.
Non amplius tibi ſol interdiu lu-
men præbebit, neque lunæ ſplen-
dor illucebit, ſed erit tibi Ioua lux
æterna, Deusque tuus decori. Non
occumbet amplius tuus ſol, tuaue
luna occidet, nam Ioua tibi lux erit
æterna, finita tui luctus die. Tuus
autem populus, iuſti omnes, ſem-
per terram posſidebunt, a me ſata
ſtirps, manuum mearum opus,
qnod mihi ſit honeſtamento. Mi-
nimus in mille, minutisſimus in po-
puloſam gentem excreſcet, id quod
ego Ioua ſuo tempore accelerabo.

CAPVT LXI.

Iouanus in Chriſto ſpiritus. Erigenda colla-pſa iura. Iouani ſacerdotes. Iouæ ingenium, fœdus cum ſuis. Iouæ iuſtitia, gloriaque.

SPiritu Domini Iouæ præditus
ſum, quandoquidem vnxit me
Ioua, me ad læta inopibus nun-
tianda miſit, ad medicandum men-
te fractis, ad edicendam captiuis
libertatem, vinctisque ſolutionem
carceris, ad edicendum fauorabi-
lem Iouæ annum, diemque vltionis
Dei noſtri, ad conſolandum lugen-
tes omnes, ad conciliandum dan-
dumque Sioniis lugentibus decus
pro puluere, voluptatis vnguentum
pro luctu, laudis amictum pro mæ-
ſto animo: vtque vocentur arbores
iuſtitiæ, Iouæ plantarium, quo de-
coretur. Exſtruentur autem
vaſtitates antiquæ, veteresque rui-
næ erigentur, et priſca depopula-
tarum vrbium vaſta loca renoua-
buntur, aderuntque alieni, qui
veſtras paſcant oues, et extranei
homines, veſtri erunt agricolæ ac
vinitores. Vos vero Iouæ ſacer-
dotes vocabimini, Dei noſtri mi-
niſtri dicemini, gentium facultati-
bus veſcemini, et vos in earum glo-
ria efferetis. Pro duplici iſto pu- 7
dore atque infamia ouabunt vi-
cisſim, itaque in ſua terra duplum
posſidebunt, lætitiam habentes æ-
ternam. Nam ego Ioua iuris a- 8
mans, oſor rapinæ in victimis, mer-
cedem eis fideliter ſoluam, et cum
eis feriam fœdus æternum. Atque 9
ita innoteſcet apud gentes et popu-
los eorum ſemen et progenies, vt
eos quicumque viderint, agnoſcant,
ſemen esſe, cui Ioua faueat. De- 10
lectabor in Ioua, animo geſtiens in
Deo meo, qui me ſalutis veſtimen-
tis induerit, qui me toga iuſtitiæ a-
miciuerit, vt ſponſus decore comi-
tur, aut vt ſponſa ſuo ornatur mun-
do. Etenim vt terra ſtirpes ſuas e- 11
dit, vtque ſuum hortus ſeminari-
um procreat: ſic procreabit Domi-
nus Ioua iuſtitiam atque laudem co-
ram cunctis gentibus.

CAPVT LXII.

Hieroſolyma recreanda. In eam Iouæ fauor. Iusiurandum Dei pro conſeruandis Iudæis. Pax et otium futurum.

SIonis causſa non cesſabo, Hie- 1
roſolymæ causſa non quiescam,
quin exeat, vt ſplendor, eius
iuſtitia, eiusque ſalutis tamquam
fax ardeat. Videbuntque gentes 2
tuam iuſtitiam, et reges omnes glo-
riam, et nouo nomine vocaberis,
quod Iouæ os pronuntiabit, eius-
que decoris corona in Iouæ manu,
et regni diadema in Dei tui palma.
Non iam dicere derelicta, neque
iam tua terra dicetur vaſta, ſed et 4
tu cara mihi vocaberis, et tua ter-
ra nupta: nam et tu Iouæ cara
eris, et tua terra nubet. Vt enim 5
virginem in matrimonium capit ad-
oleſcens; ſic te tui nati capient: et
quam de ſponſa capit voluptatem
ſponſus, eam de te capiet Deus tuus.
Muris tuis, Hieroſolyma, cuſto- 6
des præficiam, totos dies totasque
iugiter noctes non cesſaturos. Qui
Iouam memoratis, [n] nolite vel vobis 7
ipſis,

[n]) eum ſine intermisſione orate.

ipſis, vel ei intermiſſionem dare,
quin componat reddatque Hiero-
8 ſolymam in terra laudabilem. Iu-
rat per ſuam dexteram Ioua, perque
ſuæ potentiæ lacertum, ni tuum fru-
mentum non amplius hoſtibus tuis
comedendum dabo, neque bibent
homines extranei tuum muſtum,
9 quod elaboraueris. Quin illud, qui
collegerint, comedent, Iouamque
laudabunt, et hoc, qui congesſe-
rint, bibent in meis ſacris atriis.
10 Tranſite, tranſite per portas, præ-
parate populi viam, æquate, æquate
ſemitam, elapidate, extollite ſignum
populis. Ecce Ioua nuntiat ad vlti-
mum terrarum, dicite puellæ Sio-
11 ni: ecce aduentantem ſeruatorem
tuum, ecce ſuam mercedem haben-
tem ſecum, ſuumque præſens præ-
12 mium. Ac vocabuntur ſacer po-
pulus, Iouæ redemti, et tu vocabe-
ris requiſita, vrbs indeſerta.

CAPVT LXIII.

*Victorioſus ab Idumæa veniens, vnus con-
tendens triumphatu hoſtibus. Laudationes
Iouæ pro ſuis in Iudæos meritis: Iouanus
ſpiritus pacificus. Deus pater, ac vindex,
et dominus.*

1 QVis [o] iſte venit ab Idumæa, ru-
bicundis veſtimentis a Boſra?
iſte magnifico veſtitu, ſumma
vi incedens? Ego, qui iuſte loquor,
2 victorioſus. Cur tua [p] rubet veſtis,
tuaque indumenta ſimilia ſunt eius,
3 qui torcular calcat? Prelum calcaui
ſolus, neque mihi quiſquam ex po-
pulis adfuit: quumque eos ira incen-
ſus calcando contunderem: adſperſa
vino ſunt indumenta mea, veſti-
tumque meum omnem infeci.
4 Nam mihi vlciſcendi dies in animo
eſt, meorumque redimendorum
5 venit annus. Quumque nullum
adiutorem, nullum esſe adminicu-
latorem animaduertens mirarer,
victoriam mihi meo peperi lacerto,
6 mea mihi adminiculante bile, po-
pulosque iratus contudi, et bile
mea inebriaui, deiecto ad terram
eorum potentatu. Iouæ benefi- 7
centiam, Iouæ laudes commemo-
rabo, pro tot eius erga nos meritis:
totque bona, quæ in iſraeliticam
domum, pro ſua miſericordia et
beneficentia ſingulari contulit.
Quos quum populum ſuum, filios, 8
fidem non falſuros cogitaret, eis ſe
ſeruatorem ita præbuit, vt in tot
periculis non periclitarentur, eius
adparitore angelo eos conſeruante:
proque ſuo amore et indulgentia 9
eos redemit, ſublatosque olim tanto
tempore pertulit. Sed illi contu- 10
maces eius ſancto ſpiritui dolorem
fecerunt: itaque verſus eis in ho-
ſtem ipſe eos oppugnat. Ergo reco- 11
lit priſca Moſis tempora populus
eius: vbi eſt, qui illos eduxit ex mari
per paſtores ſuarum ouium? vbi eſt,
qui inter eos ſuum ſanctum collo-
cauit ſpiritum? qui Moſem dextera 12
ducebat, ſuo nobili brachio? qui
ad eorum aduentum aquam diffidit,
quo ſibi nomen compararet æter-
num? qui eos per profunda duxit, 13
vt equos in deſertis non impingen-
tes? Quemadmodum in planiciem 14
pecus deſcendit, Iouæ ſpiritus eis
præbebat requiem: ſic tu tuum po-
pulum perduxiſti, vt decorum tibi
nomen quæreres. Adſpice de cælis, 15
et vide ex tua ſacra decoraque ſede.
Vbi eſt tuus impetus, fortiaque fa-
cta? tuane erga nos tanta miſericor-
dia atque humanitas repreſſa eſt?
Atqui tu pater es noſter. Nam Ab- 16
rahamus quidem neſcit nos, neque
Iſrael nos agnoſcit: tu Ioua parens,
tu vindex es noſter, nomine præ-
ditus antiquo. Cur nos a tuis Ioua 17
viis auertis? cur mentes noſtras a
tui reuerentia auocas? Reconciliare
propter tuos cultores, propter he-
reditatis tuæ tribus. Quum paul- 18
liſper in posſesſione fuerit tuus ſa-
cer populus, hoſtes noſtri tuum con-
clu-

o) Chriſtus. p) adludit ad nomina, nam Idumæa a rubendo, et Boſra a vindemiando nomen habet.

culcauere ſacrarium. Sumus quaſi quibus tu numquam dominatus fueris, quique non fuerint a te denominati.

CAPVT LXIIII.

Vnicus Deus, probis fauens. Mortalium abiectio. Pater Ioua et quaſi figulus. Loca Iouana ſolitudines facta. Fanum incenſum.

VTinam cælis abruptis deſcendas, fluentibus aduentu tuo montibus, et quaſi incendio in humorem præ ignis feruore colliqueſcentibus, ad declarandum hoſtibus tuis nomen tuum, contremiſcentibus aduentu tuo gentibus. Quum miracula faceres inexſpectata nobis, ad tuum deſcendentis aduentum fluebant montes, nec vmquam vel auribus auditus, vel oculis viſus Deus eſt, excepto te, qui talia ſpem habentibus in ſe præſtaret. Ades vltro tu quidem iis, qui æquum facere gaudent, tui in præſcriptis a te vitæ viis memores. Enimuero et tu ſæuis, et nos in *q* eis iamdiu peccauimus, et ſeruabimur? qui cuncti vt immundi ſumus, noſtræque virtutes omnes ſunt menſtruati panni ſimiles, cunctique cadimus, vt folia, vitiis noſtris nos, venti modo, auferentibus. Nec eſt, tuum qui nomen inuocet, ſeſe ad te comprehendendum excitans: quippe qui ſubtracto nobis tuo vultu, nos in vitioſitatis noſtræ poteſtate profliges. Atqui tu Ioua pater es noſter: nos creta ſumus, tu noſter es figulus, cuius manuum opus ſumus omnes. Ne ſæui, Ioua, tantopere, neue perpetuo memor eſto culpæ. En adſpice: nos omnes tui ſumus. Vrbes tuæ ſanctæ ſolitudo ſunt, Sion ſolitudo eſt, Hieroſolyma deſolata. Noſtra domus ſacra, noſtrumque decus, vbi te laudauere maiores noſtri, incendio deflagrauit, et elegantiſſima quæ-
que noſtra in vaſtitatem redacta
ſunt. An ad hæc te continebis, Io- 12
ua, conniuens, et nos vſque adeo
adfligens?

CAPVT LXV.

Vltro ſe tradens Deus, clementiſſimus in hoſtes. Filiorum et parentum iuncta flagitia. Bonorum gratia prauis ignoſcendum. Idololatria Iudæorum. Cælum ac terra noua.

PErueſtigor non petentibus, re- 1
perior non quærentibus me,
dico, ecce me, ecce me, genti,
meum nomen non inuocanti: pan- 2
do meas manus totos dies, ad degenerem populum, qui, via gradien-
tes non bona, ſuas ſequuntur cogi-
tationes; populum, qui me coram 3
ſemper irritant, ſacrificantes in
hortis, et ſuper *r* lateribus ſuffien-
tes; qui manent apud ſepulcra, et 4
ad tumulos pernoctant, carne ve-
ſcentes ſuilla, et deteſtandorum deo-
rum ius habentes in vaſis ſuis; qui 5
s dicunt: contine te, ne ad me acce-
das, nam te conſecrarem. Hæc
mihi in naſum *t* fumum concient,
ignem perpetuo flagrantem. Hoc 6
equidem *u* ob oculos ſcriptum ha-
beo: non negligam, quin eis repen-
dam, et rependam penitus. Veſtra 7
maiorumque veſtrorum vitia con-
iuncta ſunt, inquit Ioua, qui in
montibus ſuffiuerunt, mihique in
collibus detraxerunt, quibus ego
x priſtinum ipſorum opus remetiar
penitus. Sic dicit Ioua: quemad- 8
modum vua, reperto in ea muſto,
corrumpi vetatur, quod in ea ſit ali-
quid boni: ſic ego faciam propter
meos cultores, ne corrumpam o-
mnes, educamque ex Iacobo et 9
ex Iuda progeniem, meum montem
poſſeſſuram, quem mei tenebunt
electi, meique cultores ibi habita-
bunt, præbebitque Saron ouibus 10
domicilium, et vallis Achoris ſta-
bulationem bubus meorum, qui
mihi ſtudebunt. At vos, qui reli- 11
cto

q) ſcil. viis. *r*) latericiis aris. *s*) alios a ſe tamquam ſacri profanos arcent. Vide Lam. 3. *t*) iram. *u*) non obliuiſcar. *x*) digna factis præmia rependam.

cto Ioua, mei ſacri montis obliti,
y Gadi menſam inſtruitis, et *z* Meni
12 pera*a*gitis libamina, vos ego gladio
numerabo, cunctique neci ſuccum-
betis, quod, me vocante, non re-
ſpondetis, me loquente, non audi-
tis, quodque mihi diſpliceat, facitis,
et quod mihi non acceptum ſit, eli-
13 gitis. Quare ſic dicit Dominus Io-
ua: futurum eſt, vt, comedentibus
meis, vos eſuriatis, bibentibus meis,
vos ſitiatis, gaudentibus meis, vos
14 pudeat, ouantibus præ mentis vo-
luptate meis, vos præ mentis dolore
quiritemini, præque animi crucia-
15 tu eiuletis: veſtrumque nomen re-
linquetis deteſtabile meis electis,
vosque perimet Dominus Ioua.
Suos autem alio nomine vocabit,
ita vt, qui ſibi placebit in terra, in
16 vero Deo placeat, et, qui iura-
bit in terra, per verum Deum
iuret, quippe priſtinis rebus ad-
uerſis obliuioni traditis, et ſublatis
17 ex meo conſpectu. Nam ego cæ-
lum nouum, terramque nouam
creaturus ſum, ita vt ſuperiora non
recolantur, neque veniant in men-
18 tem. Quin lætabimini et exſulta-
bitis in perpetuum, auctore me,
quippe qui creaturus ſum exſultan-
tem Hieroſolymam, eiusque popu-
19 lum lætantem, et ita in Hieroſo-
lyma meoque populo lætus exſul-
tabo, vt in ea non amplius audiatur
ploratus, aut querimoniæ ſonitus.
20 Non erit *b* illinc amplius ætate in-
fans, aut ſenex, qui non ſuam com-
pleat ætatem. Nam *c* qui centum
annos natus morietur, puer erit: et
qui ſons, centum natus annos, adfici-
21 etur ſupplicio. Quasque domos æ-
dificauerint, eas incolent: et quas
conſeuerint vineas, earum fructu
22 veſcentur. Non ædificabunt, quod

habitent alii: non ferent, quod
comedant alii, quin erit meorum
ætas, ſimilis ætatis arborum, ſua-
rumque manuum opere fruentur
electi mei. Non fruſtra labora- 23
bunt, nec in casſum gignent: erunt
enim proles, cui Ioua faueat, item-
que eorum progenies. Ac prius 24
quam inuocent, ego exorabor, et
adhuc loquentes exaudiam. Lu- 25
pus et agnus ſimul paſcentur, et leo
vt bos ſtramen comedet, ſerpentis-
que victus erit puluis. Non noce-
bitur, neque corrupte agetur in to-
to meo ſacro monte, dicit Ioua.

CAPVT LXVI.

Solium et ſcabellum Iouæ, qui Ioua perca-rus. Praui ſacrificatores. Hieroſolyma reficienda. Igni ſimilis Deus, eiusdem arma in homines. Perpetua piorum tranquillitas. Perpetuus impiorum vermis.

SIc dicit Ioua: cælum meum ſo- 1
lium eſt, et terra meorum pe-
dum ſcabellum: vbinam do-
mus eſt, quam vos mihi conſtruetis?
aut vbi meæ requietis locus?
Quumque hæc omnia fecerit mea 2
manus, quum hæc omnia *d* exſtite-
rint, inquit Ioua: hunc ego reſpi-
cio videlicet inopem, animoque
fractum, et mea dicta formidan-
tem. Qui bouem immolat, *e* occi- 3
dit hominem: qui ouem ſacrificat,
iugulat canem: qui fertum obmo-
uet, ſuillum ſanguinem obmouet:
qui ture ſupplicat, commendat im-
probitatem. Quam ipſi ſuos mo- 4
res deligunt, ſuisque flagitiis animo
delectantur, tam ego *f* eorum in-
fantes deligam, quodque pauent,
eis importabo: quoniam vocanti
mihi nemo reſpondet, neque lo-
quentem audiunt, faciuntque, mihi
quod doleat, et, quæ mihi diſplicent,
eli-

y) ſunt qui putant fortunam. *z*) Neſcio quis Deus a numero denominatus: quidam Mercurium arbitrantur. *a*) Adludit ad nomen Meni. *b*) Hoc eſt eorum, qui illic erunt. Vide animaduer. in Pſal. 68. *c*) ita diu viuent, vt qui centenarius morietur, puer moriatur. *d*) facta ſint. *e*) non magis mihi gratus eſt, quam ſi hominem occideret, cet. *f*) in eos adeo grauiter animaduertam, vt etiam infantes ad pœnam deſumam.

5 eligunt. Audite Iouæ dicta, qui
eius dicta formidatis. Veſtros fra-
tres, oſores veſtros, qui vos *g* pro-
pter meum nomen vexant, dictitan-
tes: *h* adficiatur Ioua gloria, vt ve-
ſtrum videamus gaudium, hos pu-
6 debit. Auditur tumultus ex vrbe,
auditur ex delubro, auditur Ioua,
7 reddens hoſtibus ſuis præmia. An-
tequam parturiuerit, parit: ante-
quam eam partus dolores inuaſe-
8 rint, edit marem. Quis huic ſimi-
le audiuit? quis vidit talia? num-
quid enititur vno die tellus? aut
naſcitur gens ſemel? vt enixa pariat
9 Sion natos ſuos? Scilicet ego fe-
tum exprimam, neque pariam? in-
quit Ioua: ego parere faciam, et
10 abſtinebo? inquit Deus tuus. Gau-
dete cum Hieroſolyma, exſultantes
in ea, omnes eius amatores: perci-
pite cum ea voluptatem, quicumque
11 eius vicem lugetis, vt eius ſola-
tiorum mammam ſugatis ad ſa-
tietatem, vt eius gloriæ vber-
12 tatem ſuauiter exſugatis. Nam
ſic dicit Ioua: ego ſum in eam quaſi
pacis flumen extenſurus, quaſique
redundantem ceterarum gentium
gloriæ fluuium, ita vt lactentes ad
latus geſtemini, et in genibus luda-
13 tis. Vt aliquem ſua ſolatur mater,
ſic ego vos ſolabor, Hieroſolymæ
14 ſolandos. Quo viſo, vos animis
lætabimini, veſtraque membra, ſtir-
pium ritu, vireſcent, et Iouæ manus
erga ſuos cultores agnoſcetur, ſæ-
uientis in hoſtes ſuos. Eſt enim
venturus in igne Ioua, ſimilibus
turbini quadrigis, vt iram ſæui-
tiamque ſuam, igneis incandeſcens
flammis, exſerat. Nam igne Ioua, 16
gladioque ſuo mortales omnes vlci-
ſcetur, eruntque multi a Ioua caſi.
Qui luſtrati, purificatique in me- 17
diis hortis per vices carnem ſuil-
lam, nefasque et murem come-
dunt, ſimul tollentur, inquit Io-
ua. Atque ego eorum facta et 18
cogitationes collectum veniam,
vna cum omnibus gentibus atque
linguis, quæ venient viſum meam
gloriam, eisque ſignum adpo- 19
nam, et ex eis elapſos dimittam ad
gentes Ciliciæ, Africæ, et Lydiæ ſa-
gittarias, Heſperiæque, et Græciæ
remotas inſulas, quæ meam nec
audiuere famam, nec viderunt glo-
riam: qui meam prædicent apud
gentes gloriam, veſtrosque fratres
omnes ex omnibus gentibus, Io- 20
uæ munus, aduehant, equis, qua-
drigis, lecticis, mulis, carris, in
meum ſacrum montem Hieroſoly-
mam, (inquit Ioua,) quemadmo-
dum adferunt Iſraelitæ munera in
vaſis puris in ædem Iouæ. Et ex 21
eis quidem ſacerdotes Leuitas deſu-
mam, inquit Ioua. Vt enim cæ- 22
lum nouum, terraque noua, quæ
ego facturus ſum, durabunt coram
me, inquit Ioua, ſic durabit ve-
ſtrum ſemen atque nomen. Ac 23
ſingulis menſibus, ſingulisque ſab-
batis mortales omnes me coram
adoratum venient, inquit Ioua,
egresſique videbunt hominum ca- 24
dauera, qui a me deſecerint, quo-
rum neque vermis morietur, ne-
que ignis exſtinguetur, id quod
erit triſte cunctis mortalibus ſpe-
ctaculum.

g) mei odio. *h*) defendat vos, quod ſit ei gloriæ. Vide cap. 5. *i*) in vlnis.

* *   * *
*   *
* *
*

IERE-

IEREMIAS.

CAPVT I.

Ad Ieremiam Ioua. Prophetæ infirmitas, per Deum confirmatio, munus, legatio. Baculus amygdalinus. Aeſtuans olla, Hieroſolymæ ruina.

1 Verba Ieremiæ Helciæ filii ex ana-
thotenſibus ſacerdotibus in Benia-
mitide, cum quo verba fecit Ioua
temporibus Ioſiæ, Amonis filii, Iu-
dææ regis, anno eius regni decimo-
tertio. Fuit autem tempore Ioaci-
mi Ioſiæ filii Iudææ regis, vsque ad
peractum annum vndecimum Sede-
ciæ, Ioſiæ filii, Iudææ regis, donec
in captiuitatem acti ſunt Hie-
roſolymitani menſe
quinto.
2 IOVA mecum verba fecit in
hunc modum. Ego te, prius-
quam in aluo formasſem, no-
ueram: et, priusquam ex vte-
ro exiisſes, conſecraueram,
3 vatem gentibus deſtinans. At ego:
ah Domine Ioua, inquam, en lo-
qui neſcio, quippe qui ſim puer.
4 Et Ioua me adloquens: ne dixeris,
(inquit,) te esſe puerum:nam quo te
cumque ego miſero, ibis, et quid-
quid tibi mandauero, eloqueris.
5 Ne illos timeto: adſum enim tibi,
tui defendendi gratia, inquit Ioua.
6 Tum promisſa manu ſua Ioua mihi
tetigit os, et me ſic adlocutus eſt:
7 en mea dicta tibi in os trado. Adſpi-
ce, præficio te hodierno die genti-
bus et regnis, ad exſtirpandum, di-
ruendum, perdendum et euerten-
dum: ad exſtruendum et plantan-
8 dum. Tum mecum verba faciens
Ioua: quid vides, inquit, Ieremia?
Cui ego: baculum amygdalinum
9 video, inquam. Et Ioua, recte vi-
des, inquit: nam ego meum di-
10 ctum exſequi *k* maturabo. Et ite-
rum me adloquens Ioua: quid vi-
des? inquit. Cui ego? ollam ebul-
lientem video ab aquilone ſpectan-
tem. Et Ioua: ab aquilone malum
aperietur, inquit, in omnes regionis
incolas. Nam ego regnorum na-
tiones omnes ad aquilonem conuo-
cabo, inquit Ioua, venientque et
ſuum quisque ſolium collocabunt
pro portis Hieroſolymæ, et vndi-
que ad omnes, tum eius, tum cetera-
rum omnium Iudææ vrbium, mu-
ros, ab eisque tanti ſceleris pœnas
expetam, qui, me relicto, diis ſuffi-
uerint aliis, ſuarumque manuum o-
pera adorauerint. Tu vero accin-
ctus latera, ſurge, et eis eloquere,
quidquid ego tibi mandauero, neue
illos pertimeſce:ne ego te coram eis
exſcindam. Ego vero ex te iam ho-
die efficio munitam vrbem, ferream
columnam, et aheneum murum,
contra totam regionem, in Iudææ
reges atque principes, in ſacerdo-
tes, et incolas, ita vt te oppugnan-
tes non vincant, quoniam tibi ego
adſum, (inquit Ioua,) tui defendendi
gratia.

CAPVT II.

Misſus vates ad Iudæos, in iſtos Dei beneficia. Iudæorum ingratitudo, pertinacia, furor Vana ex Aegypto præſidia, idololatriæ damnatio, et crudelitatis in inſontes.

TVm mecum verba fecit Ioua
in hunc modum: i, et clama,
audiente Hieroſolyma, in
hæc verba. Sic dicit Ioua: memini
collata in te iuuenem ſponſamque
beneficia atque amorem, quum tu
me per deſerta, per incultam ſeque-
rere terram, Quum ſint Iſraelitæ
Iouæ ſacri, eiusque prouentus pri-
mitiæ, quicumque conſumunt
eos, crimen committunt, eisque
malum veniet, inquit Ioua. Au-
dite

k) amygdalus hebraice a maturando nomen habet.

dite Iouæ dictum, iacobea domus,
et omnes iſraeliticæ domus cogna-
5 tiones. Sic dicit Ioua: quam de-
prehenderunt in me culpam veſtri
maiores, vt a me recederent va-
6 naque vani ſequerentur? neque
cogitarent, vbi esſet Ioua, qui edu-
ctos ex Aegypto, per deſerta duxiſ-
ſet, per incultam ſqualidamque
terram, per ſiticuloſam horridam-
que terram, per terram, homini-
bus non peragratam aut habitatam.
7 Perduxi autem vos in terram cul-
tam, vt eius frugibus boniſque ve-
ſceremini: quo poſtquam perueni-
ſtis, terram meam polluiſtis, me-
amque hereditatem impiaſtis.
8 Non cogitauere ſacerdotes, vbi eſ-
ſet Ioua, legiſque profesſores ne-
ſciuere me, et paſtores a me deſe-
cerunt, et vates per Baalem vatici-
nati ſunt, ſecuti non profutura.
9 Itaque adhuc et vobiſcum, (inquit
Ioua,) et cum veſtrorum natorum
10 natis certabo. Tranſite enim ad
a cittias inſulas, et videte, et in Ce-
dar *b* mittite, ac conſiderate diligen-
ter, et videte, ecquid acciderit hu-
iusmodi; an mutauerit gens vlla
deos, (quamuis dii non ſint,) et ta-
men meus populus *c* gloriam ſuam
cum haud profuturis permutauit.
Obſtupeſcite ad hoc, o cæli, vehe-
menti horrore perculſi, inquit
Ioua. Nam duo mala fecere
mei: me reliquerunt, aquæ viuæ
fontem, vt ſibi ciſternas exci-
derent, ciſternas fractas, et per-
fluentes. Seruusne eſt Iſraelita,
aut verna? cur prædæ eſt, rugienti-
bus in eum cum vocis ſonitu leoni-
bus, eiuſque terram in vaſtitatem
redigentibus, adeo vaſtatis eius vr-
bibus, vt careant incolis? Memphi-
tici quoque, Taphnenſeſque tibi
ceruicem lædent, cuius rei tu tibi
nimirum auctor eris, Iouam De-
um tuum relinquens, quo tempore
te per viam deducit. Et nunc quid 17
tibi itio eſt in Aegyptum, vt Nili bi-
bas aquam? aut quid tibi itio eſt in
Aſſyriam, vt *d* fluminis bibas a-
quam? Tua te improbitas peruerſi- 18
taſque plectet atque puniet, cogno-
ſceſque et videbis, quam malum at-
que acerbum ſit, quod Iouam Deum
tuum relinquis, neque mei formi-
dine teneris, inquit Dominus armi-
potens Ioua. Etenim quum et ego 19
olim tuum iugum fregerim, tuoſ-
que nexus abruperim, et tu, te ni-
hil commisſuram, promiſeris: ta- 20
men pasſim per arduos colles, ſub-
que frondoſis proſtas arboribus,
ſcortum. Quumque ego te generoſa 21
vite, veroque prorſum ſemine con-
ſeuerim, qui ſit, vt mihi ſis in dege-
nerem alienamque verſa vitem?
Quod ſi te nitro laueris, et quan- 22
tumuis ſtruthii adhibueris: tamen
notata apud me eſt tua culpa, inquit
Dominus Ioua. Poteſne negare 23
te pollutam, Baaleſque ſecutam
esſe? Adſpice tuam in valle viam: 24
recognoſce, quid facias, cita came-
lus ſuas implicans vias, adſueta ſiluis
onagra, quæ præ libidinis auiditate
cupide ducit auras irreuocabilis,
quam quicumque quærunt, non
eſt, quod defatigentur: ſuo eam
menſe inuenient. *e* Prohibe tuos 25
diſcalceari pedes, tuumque ſitire
guttur. Minime vero, (inquis,)
quin alienos amans inſequar. *f* Vt 26
pudet furem deprehenſum, ſic pu-
det Iſraelitas, ipſos, eorum reges,
principes, ſacerdotes, atque vates,
qui lignum patrem, qui lapidem ge-
nitorem adpellant ſuum. Qui 27
quum mihi tergum obuerterint,
non faciem, tamen malorum tem-
pore, petunt vt ſurgam, ſeque con-
ſeruem. Vbi vero tui ſunt dii, 28
quos tibi feciſti? ſurgant, ſi te tuo
malo

a) græcas. *b*) ſcilicet nuntios. *c*) Deum. *d*) Euphratis. *e*) Caue ne committas, vt tibi in captiuitatem nudis pedibus procul eundum ſit. *f*) non magis pudet Iſraelitas quam fures.

malo tempore conſeruaturi ſunt:
quandoquidem quot oppida, tot
29 habes, Iudæe, deos. Cur mecum
contenditis, qui omnes defeciſtis a
30 me? inquit Ioua. Nequidquam
natos veſtros verbero, correctio-
nem non admittentes, conſumente
veſtro gladio veſtros vates, tam-
31 quam exſitiabili leone. O ſæcu-
lum: videte, quid Ioua dicat. *g* De-
ſertane et obſcura terra fui Iſraeli-
tis? cur ſibi vindicat meus populus
imperium, ſeque amplius ventu-
32 rum ad me negat? Obliuiſcetur-
ne ornatum ſuum virgo? aut
ſponſa ſuos lemniſcos? et meus po-
pulus oblitus eſt mei dies innume-
33 rabiles. * Quid tuam rationem
componis ad amorem captandum, et
ideo alias quoque doces tuos mo-
34 res, *h* exſtatque tuis in gremiis pau-
perum hominum ſanguis, innocen-
tum, quos non in *i* ſcrobibus, ſed
35 apud omnes quercus inuenio? Et
te dicis inſontem? iramque meam
a te auertendam? Ego vere hoc
ipſum in te animaduertam, quod te
36 peccaſſe negas. Quid tantopere
diffluis, vt viam tuam mutes? et-
iam Aegypti te pudebit, vt pudet
37 Aſſyriæ, ac iſtinc migrabis, *k* ma-
nus habens in capite: quoniam tu-
am reſpuit Ioua fiduciam, nec ea ti-
bi cadet proſpere.

CAPVT III.

Mœchatam gentem cum amatoribus inuitans Ioua. Defector Iſrael a Ioua, Iudæa cum ſimulacris ſcortata. Peccatores ad ſanitatem inuitati. Hieroſolymæ pax et maieſtas.

1 SIc accipe, ſi repudiauerit vir
vxorem ſuam, eaque ab eo di-
greſſa, facta fuerit alterius viri:
numquid adhuc ille ei reconciliabi-
tur? Atqui quum mœchata ſit iſta
terra, tuque cum multis amatori-
bus ſcortata ſis: tamen redi ad me,
inquit Ioua. Attolle oculos ad *l* ca- 2
cumina, et vide, vbi non ſtuprata
ſis: quæ, illis ſecundum vias pro-
ſtans, tamquam *m* Arabs in ſiluis, ter-
ram iſta libidine et prauitate ince-
ſtauiſti. Quumque *n* interceptæ 3
ſint pluuiæ, imberque ſerus de-
ficiat, tu fronte meretricia pu-
dere renuis. Nonne deinceps 4
me patrem tuum, tuæque iu-
uentutis moderatorem adpella-
bis? Numquid perpetuo ſem- 5
perque *o* memor erit iniuriæ? Tu
vero flagitia et loqui potes, et pa-
trare. Ioua mihi Oſiæ regis tem- 6
pore ſic dixit: vidiſtine, quid fece-
rit defectrix Iſraelitis? Ea per
omnes arduos montes, et ſubter
omnes frondoſas arbores com-
means, ibi ſcortata eſt, meque, 7
(poſtquam illa fecit omnia,) hor-
tante, vt ad me rediret, non rediit.
Hoc conſpicata perfida ſoror eius
Iudæa, * videns, vt ego defectricem 8
Iſraelitidem propter tot eius adul-
terii cauſſas repudiaſſem, eique li-
bellum diuortii dediſſem: tamen
adeo nihil metuit perfida Iudæa, ſo-
ror eius, vt ipſa quoque meretrica-
tum iuerit. Quumque illa impu- 9
dicitiæ ſuæ fama terram inceſtaſſet,
cum ſaxis mœchata ligniſque: ne
ſic quidem ad me toto pectore red-
iit perfida ſoror illius Iudæa, ſed
fallaciter, inquit Ioua. Habet 1
vero, (inquit Ioua mihi,) iuſtio-
rem cauſſam defectrix Iſraelitis,
quam perfidioſa Iudæa. I, et hæc 1
verba verſus ſeptemtriones pro-
nuntia. Redi, defectrix Iſraelitis, 1
inquit Ioua, et ego *p* non coniiciam
in vos meum vultum, quippe 1
qui, vt ſum clemens, (inquit Ioua,)
non perpetuo recorder iniuriæ.
Tantum recognoſce tuam culpam,
quæ

g) inutiliſne fui Iſraelitis, vt me relinquant? *h*) homicida es et hominum exitii cauſſa. *i*) occultis locis. *k*) cum probro, vt ſtuprata ab Amnone Thamar. *l*) ſcilicet montium. *m*) paſtores erant vagi. *n*) ſcilicet ob tuum peccatum. *o*) ſcilicet Ioua. *p*) non ſæuiam.

quæ a Ioua Deo tuo deſciueris,
dum vltro citroque cum peregri-
nis, paſſim ſub frondoſis verſaris
arboribus: neque mihi dicto au-
4 dientes eſtis, inquit Ioua. Redite
defectores nati, inquit Ioua: nam
ego maritus veſter, vos ſingulos ex
ſingulis ciuitatibus, et binos, ex ſin-
gulis adſcitos nationibus, perducam
5 in Sionem, vobisque paſtores ex
animi mei ſententia dabo, qui ſcite
6 vos prudenterque paſcant. Ac
quum illa tempeſtate multiplicati
ſedificaueritis in terra, (inquit Io-
ua,) non iam prædicabitur arca Io-
uani fœderis, nec in mentem ve-
niet, nec recoletur, nec deſiderabi-
tur, nec amplius fiet. Illo tempore
vocabitur Hieroſolyma Iouæ ſoli-
um, ad eamque Hieroſolymam
congregabuntur gentes omnes, ad
Iouæ nomen, nec amplius ſuæ ma-
læ mentis peruerſitatem ſequentur.
Per illa tempora adibit iudæa do-
mus iſraeliticam domum, venient-
que ſimul ex aquilonia terra, in ter-
ram, quam ego maioribus eorum
hereditate dedi. Equidem cogita-
ueram, te ſane filiorum habere lo-
co, tibique elegantem terram, no-
bilem hereditatem, exercitus gen-
tium dare, fore putans, vt tu me pa-
trem vocares tuum, nec a ſequendo
me auocareris. Enimuero vt
fidem fallit femina *q* amico ſuo, ſic
vos mihi fidem fefelliſtis, domus
Iſraelis, inquit Ioua. *r* Vox in ca-
cuminibus auditur, miſerabilis Iſ-
raelitarum ploratus, quod mores
deprauauere ſuos, Iouam Deum ſu-
um obliti. Redite filii defectores,
ego ſanabo veſtras defectiones: *s* ec-
ce nos venimus ad te, qui ſis Ioua
Deus noſter. Certe nequidquam
eſt ex collibus *t* turba montana: cer-
te in Ioua Deo noſtro ſalus eſt Iſrae-
litarum. Ergo patrum noſtrorum
laborem, videlicet oues, boues, fi-
lios, filiasque conſumit iam a pue-
ritia noſtra turpitudo. Iacemus in 25
turpitudine, et obruimur ignomi-
nia, quod aduerſus Iouam Deum
noſtrum peccauimus tum nos, tum
patres noſtri, a teneris ad hodier-
num diem, neque Iouæ Deo noſtro
obtemperauimus.

CAPVT IIII.

Ad meliorem frugem vates inuitans. Circumciſio Iouæ accepta. Ad centones et planctus inuitans Ioua. Pro populo ſupplex Ieremias. Puellæ Sionis eiulatus.

SI *u* redieris Iſraelita, (inquit 1
Ioua,) ad me redibis: et ſi tua
remoueris ex conſpectu meo
flagitia, non exſulabis, ac viuen- 2
tem Iouam vere, iure, iuſteque iura-
bis, inque eo ſibi placebunt, et ſe ia-
ctabunt gentes. Nam ſic monet Io- 3
ua iudæos homines et Hieroſolymi-
tanos. Proſcindite vobis noualem,
et ne in ſpinas ſeminate. Circumci- 4
dimini Iouæ, et detrahite veſtri
cordis præputia, homines iudæi, et
incolæ Hieroſolymæ, ne egreſſa
ignea mea bilis ardeat inexſtincta,
ob veſtræ naturæ prauitatem. Nun- 5
tiate per Iudæam, et Hieroſolymæ
ſignificate, tubaque clangentes in
terra plene clamate, in hunc modum
verba facientes: coite, et munitas
adeamus vrbes. Efferte ſignum 6
Sionem verſus: corroboramini: ne
ſtate: nam ego ingens malum et
calamitatem inuecturus ſum a ſe-
ptemtrionibus. Adſcendit ex ſua 7
denſa ſilua leo, gentiumque vaſta-
tor proficiſcitur, ex ſuo prodiens lo-
co, ad terram tuam in tantam redi-
gendam vaſtitatem, vt depopulatæ
vrbes careant incola. Hanc ob 8
cauſſam accincti centones plangite,
eiulantes, quoniam acerbitas ira-
cundiæ Iouæ a nobis non auertitur.
Atque eo tempore, (inquit Ioua,) et 9
rex et principes exanimabuntur, et
ſacerdotes obſtupeſcent, et vates
Eee 2 con-

q) coniugi. *r*) ob iſtam perfidiam calamitas accidit Iſraelitis, vnde ploratus extitit. *s*) hoc dicite: ecce cet. *t*) ſcilicet deorum. *u*) ſi te corriges.

10 conſternabuntur. At ego: ah Do-
mine Ioua, (inquam,) ergo tu huic
populo et Hieroſolymis impoſuiſti,
pacem eis pollicitus, quum ſit capi-
11 tale bellum. Illo tempore dicetur
huic populo, et Hieroſolymitanis:
12 ventus æſtuoſus per ſiluarum cacu-
mina tendit verſus *x* puellam mei
populi, non ad ventilandum aut
13 euellendum. Ventus plenior, quam
y ad talia, mihi venit: nunc ego quo-
que de eis pœnas ſumam. Ecce
autem *z* adſcendit more nubium,
quadrigis turbini ſimilibus, equis
pernicioribus, quam ſunt aquilæ:
14 hei nobis, periimus. Perlue a pra-
uitate tuum cor, Hieroſolyma, vt
conſerueris: quouſque manebunt
in tuo pectore iſtæ detrimentoſæ
15 cogitationes? Auditur enim vox
nuntiantis *a* a Dane, et ſignificantis
detrimentum a monte Ephraimita-
16 rum. Commemorate gentibus, en
ſignificate: in Hieroſolymam cuſto-
des veniunt ex longinqua terra, et
in vrbes Iudææ clamorem edunt,
17 eam vndique, tamquam cuſtodes
agri, circumdantes, quoniam in me
18 rebellauit, inquit Ioua. Tui mo-
res et ingenium iſta tibi faciunt: iſta
tua prauitas adeo acerba, vt ad cor
19 tuum permanet. Viſcera, viſcera,
præcordia adeo mihi dolent, adeo
mihi turbatur cor, vt tacere neque-
am: quippe quum ego ipſe tubæ ſo-
nitum, belli clangorem audiam.
20 Calamitas ſuper calamitatem procla-
matur, vaſtata tota terra, meis taber-
naculis ſubito, meis velis repente
21 vaſtatis. Quouſque ſigna adſpici-
am? quouſque tubæ ſonitum audi-
22 am? Quoniam inſipientes mei me
non cognoſcunt, dementes, non pru-
dentes filii, ad malum ſapientes, ad
23 bonum indocti: video terram ſqua-
lentem, et incultam, cælumque ſua
24 carere luce; video commoueri
montes, omneſque colles concuti;
video neminem adeſſe, aeriaſque

volucres omnes extorres eſſe; video culta inculta, deſolatis omnibus eorum oppidis a Ioua, et eius acerbitate iracundiæ. Sic enim dicit Ioua: vaſta erit tota terra, nec internecionem faciam, eamque ob rem lugebit terra, et ſublime cælum infuſcabitur, quandoquidem deliberatum pronuntiaui, cuius me non pœnitebit, nec ab eo deducar. Ad equitum ſagittariorumque ſonum diffugit omnis ciuitas: eunt in *b* nubila, ſcopuloſque ſcandunt: omnia derelinquuntur oppida, nemine in eis remanente. Tu vero perdita quid facies? coccum licet induas, licet aureo te mundo comas, licet ocellos tibi oblinas fuco, fruſtra te pulchram facies: reſpuunt amatores te, tuam vitam petentes. Etenim vocem audio quaſi parturientis, quaſi cruciatum primo parientis, vocem puellæ Sionis, anxiæ, palmas expandentis: hei mihi, exanimor ab interfectoribus.

CAPVT V.

Iudæorum iniuſtitia, periuria, peruicacia, calamitates meritæ. Vates ventoſi. In Iudæos ira diuina, vaſtationes impendentes, et propter idololatriam. Vates falſiloqui.

PErluſtrate Hieroſolymæ vicos, et videte, ac noſcitate, perque eius fora conquirite, ſi quem eſſe comperietis, qui ius faciat, verumque ſtudeat: et ego Hieroſolymæ veniam dabo. Quod ſi per viuentem Iouam dicunt; at peierant. O Ioua, nonne oculos habes ad verum intentos? verberas eos, neque dolent: conficis eos, et recuſant admittere correctionem, obduratáque magis, quam eſt ſaxum, facie, ad ſanitatem redire renuunt. Equidem ſic cogitabam: at hi quidem plebeii deſipiunt, quod Iouæ viam, quod Dei ſui ſententiam ignorant.

x) ciuitatem, videlicet Hieroſolymam. *y*) ad ventilandum. *z*) Nabuchodonoſor. *a*) illac Babyloniis erat iter in Iudæam. *b*) ardua loca.

5 rant. Adgrediar optimates, eoſ-
que adloquar: nam ii Iouæ viam,
ii Dei ſui ſententiam tenent. Ii vero
et iugum fregerunt, et vincula ru-
6 perunt. Hanc ob rem cædit eos
ſilueſtris leo, vaſtat lupus agreſtis,
vigilat pardus in eorum oppida, ita
vt quiſquis ex eis prodeat, rapiatur,
quoniam tot tantaque ſunt eorum
7 peccata atque peruerſitas. Poſſum-
ne tibi iſtud ignoſcere? tui nati, re-
licto me, per non deos iurant, et
a me ſatiati, adulterant, inque lu-
8 panar ſeſe cuneant. Equi ſunt ſa-
ginati, [c] matutini, alii in aliorum
9 vxores adhinnientes. In iſtane vt
ego non animaduertam? inquit Io-
ua: aut ab iſtiuſmodi gente pœnas
10 non repetam? Scandite muros
eius, et vaſtate, ſic tamen, vt ad in-
ternecionem non agatis: detrahite
eius palmites, quoniam Iouæ non
11 ſunt. Nam mihi fidem fregerunt
Iſraelitæ, iudæaque domus, inquit
12 Ioua. Iouam abnegant, eumque
eſſe, aut ſibi malum euenturum,
aut ſe arma famemue viſuros, ne-
13 gant. Vates autem ventoſi ſunt,
nec eſt eorum quiſquam, qui, quid
14 ſit eis futurum, ante denuntiet. I-
taque ſic dicit Ioua Deus armipo-
tens: quoniam vos iſtam rem dici-
tis, en ego faxo, vt [d] verba mea ſint
ignis in ore tuo, et illi ligna, quæ
15 conſumat. En ego procul in vos
gentem adducam, domus Iſraelis,
inquit Ioua, quæ gens immanis,
quæ gens antiqua eſt, cuius tu gen-
tis linguam ignorabis, neque quid
16 dicat, intelliges: cuius pharetra
ſimilis eſt patentis ſepulcri, fortes
17 omnes. Ea comedet tuam meſſem
atque victum: comedet tuos filios
et filias: comedet tuas oues et bo-
ues: comedet tuas vites et ficus, ex-
ſcindetque ferro tuas vrbes munitas,
18 quibus tu confidis. Quamquam
ne tum quidem vos, (inquit Ioua,) ad
internecionem delebo. Quod ſi 19
quæſieritis, quam ob cauſſam fece-
rit vobis iſta omnia Ioua Deus ve-
ſter: quemadmodum, relicto me,
(dices eis) diis ſeruiuiſtis alienis in
terra veſtra, ſic peregrinis ſeruietis
in terra non veſtra. Nuntiate hoc 20
domi Iacobi, et in Iudæa ſignifica-
te his verbis: audite hoc, o inſani 21
et excordes homines, qui oculos ha-
betis, nec cernitis: et aures habe-
tis, nec auditis. Nonne me time- 22
bitis? inquit Ioua, et meum con-
ſpectum tremetis? qui mari fines
arenam poſui, quem æternum ter-
minum non transeat, nec eum poſ-
ſint, quamuis turbati agitentur flu-
ctus, ſuperare. At homines hi dege- 23
nere contumacique mente præditi,
degeneres abeunt, nec ita ſuis in a-
nimis cogitant: metuamus Iouam 24
Deum noſtrum, qui et primores et
poſteriores ſuo tempore dat im-
bres, qui nobis [e] ſtatos meſſis ſepte-
narios cuſtodit. Has res auertunt 25
veſtra vitia, veſtraque delicta vos
priuant bonis. Inueniuntur enim 26
in populo meo impii, qui quaſi po-
ſitis decipulis inſidientur, exciden-
tes foueas, quibus capiantur homi-
nes. Vt cauea auibus, ſic eorum 27
domus refertæ ſunt fraudibus: ide-
oque creſcunt et diteſcunt. Ac 28
quanto magis pingueſcunt nite-
ſcuntque: tanto magis in improbi-
tate progrediuntur, non patroci-
nantes videlicet pupillis, quum ta-
men proſpere habeant, neque pau-
perum cauſſam agentes. In iſtane 29
vt ego non animaduertam? inquit
Ioua: aut ab iſtiuſmodi gente pœ-
nas non repetam? Stupenda hor- 30
rendaque fiunt in terra: vates fal- 31
ſo vaticinantur, et ſacerdotes [f] mani-
bus ſuis admittunt, et populus id
fieri amat: quid denique facietis?

 CAPVT

c) equi mane, collecto per noctem ſemine, ſunt libidinoſiores. d) quæ ego tibi dicenda mando, damnabunt eos, et per ea punientur. e) ſtata meſſis tempora. Vide Deut. 16. f) videlicet munera, mercede docentes. Vide Mich. 3.

CAPVT VI.

A ſeptemtrionibus ærumnæ in Iudæos. Hieroſolyma exſcindenda. Iouana bilis vatem exagitans. Iudæorum diſcrimina, calamitates, captiuitas. Vana impiorum ſacrificia.

1 ELuctamini Beniamitæ, ex me-
dia Hieroſolyma et Thecuæ
tuba clangite, atque ad Betha-
charam efferte ſignum: nam ingens
malum a ſeptemtrionibus, et cala-
2 mitas ingruit. Speciosæ et delica-
tæ adſimilo puellam Sionem, [g] ad
3 quam venient cum ſuis paſtores
gregibus, et ad eam per circuitum
figent ſua tabernacula, et ſua quis-
4 que regione paſcent. Indicite ei
bellum: agite adſcendamus meridie.
[h] Hei nobis, quod, inclinante die,
5 veſpertinæ vergunt vmbræ. Agite,
adſcendamus vel noctu, et eius euer-
6 tamus arces. Sic enim dicit armipo-
tens Ioua: ſecate ligna, et exſtruite
in Hieroſolymam aggerem: vrbs
eſt punienda, tota iniuriis referta.
7 Vt puteus aqua ſcaturit; ſic iſta pra-
uitatem ebuilit: crudelitas et perni-
cies auditur in ea coram me adſi
8 due, cruciatus et verberatio. E-
mendare Hieroſolyma, ne ego, ani-
mo a te alienatus, in eam ſolitudi-
nem te redigam, vt terra ſis inculta.
9 Sic dicit armipotens Ioua: racema-
buntur, tamquam vites, reliquiæ
Israelitarum, [i] refer manum tuam,
10 ceu vindemiator in qualos. Ecquos
adloquar moneamue, vt audiant?
quum, aures habentes præputiatas,
attendere nequeant: quum, Iouæ
dicta probro habentes, non dele-
11 ctentur eis. Ergo Iouæ bile tam
plenus ego ſum, ægre vt me conti-
neam, quin ea pariter infanteſque
vicatim, iuuenumque concilium
12 perfundam. Nam viri iuxta ac fe-
minæ, ſenes ac æuo pleni capientur,
transferenturque eorum et domus
et agri et vxores ad alios, quum ego
manum incolis adferam, inquit Io-
ua. Nam parui iuxta ac magni o-
mnes auari ſunt: vates æque ac ſa-
cerdotes omnes agunt nefarie, leui-
terque ſanant puellæ mei populi ca-
lamitatem, pax, pax, dictitantes,
quum non ſit pax. Pudore adfici-
entur, qui quum ſcelerate faciant,
non pudet eos tamen, neque vere-
cundari ſciunt: itaque cadent inter
cadentes, quo tempore animaduer-
tam in eos: labentur, inquit Ioua.
Sic dicit Ioua: ſtate per vias, et anti-
quas videte ac quærite ſemitas, vbi-
nam bona via ſit, eamque ingredi-
mini, et requietem animis veſtris
inuenietis. Non ingrediemur, in-
quiunt. Ergo ſtatuam vobis ſpe-
culatores: attendite tubæ ſonitum.
Non attendemus, inquiunt. Igi-
tur audite gentes, et cognoſce, quæ
in eis es, multitudo: audi terra:
ego ſum malum importaturus in
hos homines, quale eorum cogita-
tionibus dignum eſt, qui meis dictis
non attenderint, meamque repu-
diauerint legem. Quorſum mihi
tandem tus adferatis ex Sabea? aut
præſtabilem calamum ex longin-
qua terra? non litant hoſtiæ ve-
ſtræ: non accepta mihi ſunt veſtra
ſacrificia. Itaque ſic dicit Ioua:
ego iſti populo opponam impedi-
menta, in quæ parentes ſimul et li-
beri incurrant, viciniqueet eorum
propinqui pereant. Sic dicit Ioua:
venturus eſt ex aquilonia terra po-
pulus, et gens magna ex terræ la-
teribus excienda, qui arcus lan-
ceasque teneant, crudeles et immi-
ſericordes, voce ſtrepentes, vt ma-
re, equis inſidentes, in pugnam vi-
riliter inſtructi contra te, puella
Sion. Eorum audita fama, colli-
queſcunt nobis manus, angore
correptis et cruciatu, qualis eſt par-
turientis. Ne exite rus, neue iter
facite: nam hoſtilis gladii terror
cir-

[g]) vt paſtores lætum paſcuum vndique depaſcunt, ſic hoſtes Sionem. [h]) tam auide inuadent vrbem hoſtes, vt malint noctu pergere, quam craſtinum exſpectare. [i]) crebros capiendo, vt ſolent leguli.

5 circumſidet. O puella mei populi,
amicire centone, prouolue te in
puluere, et perinde, ac ſi luctu fun-
garis vnici filii, ſic acerbe mære:
quoniam ex improuiſo vaſtator in-
7 uadet nos. Caſtellum ego te ſta-
tui in meo populo munitum, qui
eorum mores recognoſcas atque
3 probes: omnes degeneres defle-
ctunt, verſantes in calumniis, ænei
ferreique, omnes deprauati ſunt.
9 Inardeſcit igne follis: conſumtum
eſt plumbum: fruſtra conflat con-
flator, quum mali non excernan-
tur. Argentum improbum vo-
cantur, quippe quos improbet
Ioua.

CAPVT VII.

Ad probitatem reuocans vates. Templi fiducia nulla ſceleratis. Idololatria Iudæorum. Pro iis non orandum ad Iouam. Sacrificia malorum irrita. Ad ſurdos et rebelles miſſus vates.

Sermo ad Ieremiam habitus a Ioua
hunc in modum:

STato ad portam ædis Iouæ, et
ibi hæc dicta pronuntiato, ac
dicito: audite Iouæ dictum,
omnes Iudæi, qui per has portas ad
Iouam adorandum introitis. Sic
dicit armipotens Ioua Deus Iſraeli-
tarum: corrigite veſtros mores et
ingenium, et collocabo vos in hoc
loco. Nolite falſis rebus confide-
re, dicentes, Iouæ templum, Io-
uæ templum, Iouæ templum eſt.
Etenim ſi veſtros mores et in-
genium emendaueritis, ſi ius ho-
minibus inter ipſos feceritis,
peregrinos, pupillos, viduas non
adfeceritis iniuria, inſontem ſan-
guinem non effuderitis in hoc
loco, neque alios deos veſtro
malo fueritis ſecuti: collocabo
vos in hoc loco, quam terram ve-
ſtris dedi maioribus in omnem æ-
ternitatem. En vos falſis confidi-
tis, rebus nihil iuuantibus: fu-
rari, occidere, adulterare, peiera-
re, ſuffire Baali, alienoſque ſequi
deos, vobis ignotos: et poſtea ve- 10
nitis, in meoque ſtantes conſpectu,
in hac a me denominata æde, defen-
di poſtulatis, vt iſta tot ſcelera com-
mittatis? Pro ſpelunca graſſato- 11
rum habetis hanc a me nuncu-
patam ædem, id quod ego quoque,
(vt ſciatis,) video, inquit Ioua.
Adite enim locum meum, qui eſt 12
Silunte, vbi ego meum nomen pri-
mo collocaueram, et videte, quo
pacto eum tractauerim ob Iſraeli-
tarum meorum improbitatem.
Quamobrem quoniam vos iſta tot 13
patratis facinora, inquit Ioua, mi-
hique, vos ſedulo admonenti, non
auſcultatis, neque vocantem audi-
tis: faciam ædi, (quæ a me nomen 14
habet, cuique vos confiditis,) et lo-
co, (quem vobis veſtriſque dedi ma-
ioribus,) quomodo feci Silunti,
voſque a meo reiiciam conſpectu, 15
quemadmodum reieci veſtros o-
mnes fratres, ſcilicet omnem Ephra-
imi progeniem. Tu vero ne pre- 16
care pro iſtis hominibus, neue pro
eis oratione et precibus vtere, neue
me compella: nec enim te audiam.
Nonne vides, quid faciant, quum 17
in oppidis Iudææ, tum in vicis Hie-
roſolymæ? Nati ligna colligunt, 18
patres incendunt ignem, et mulie-
res maſſam ſubigunt ad faciendas
k cæli reginæ placentas, fundenda-
que diis alienis libamina, mei irri-
tandi gratia. Quaſi vero me irritent, 19
(inquit Ioua,) ac non potius ſeipſos,
vt hac re fronti ſuæ pudorem con-
cilient. Itaque ſic dicit Dominus 20
Ioua: en ira biliſque mea fluet in i-
ſtum locum, in homines et beſtias,
in ruris arbores terræque fruges,
et ardebit inexſtincta. Sic dicit ar- 21
mipotens Ioua Deus Iſraelitarum:
l hoſtias veſtras ſolidas legite cum
veſtris ſacrificiis, et carnem com-
eſte. m Nec enim dixi aut 22
præcepi maioribus veſtris, tum
quum eos ex Aegypto eduxi, de re

k) Iunonem puto. l) habete vobis iſtas victimas. m) lege 4 Eſdr. 3.

ſolidi ſacrificii, aut ſacrificii. Quin
23 eis hanc rem ſic præcepi: obtem-
perate mihi, et ego vobis Deus, et
vos mihi populus eritis: et ingredi-
mini per omnem viam, quam vo-
bis præcepero, vt bene ſit vobis.
24 Sed non obtemperarunt, nec au-
rem præbuerunt, ſuaque conſilia
et perditam animi prauitatem ſe-
cuti, retrorſum ceſſere, non pror-
25 ſum. Ex quo egreſſi ſunt maiores
veſtri ex Aegypto, in hunc diem,
quum ego vobis interim meos tot
vates miſſiculauerim, et diligen-
26 ter miſſiculauerim, non obtem-
perauere mihi, nec aures præbue-
re, quin, obfirmata ceruice, fuere
27 maioribus ſuis vitioſiores. Elo-
queris autem eis hæc omnia verba,
tibi non auſcultaturis, et tibi non
reſponſuros vocabis, et ſic adloque-
28 ris. Hæc gens eſt eiusmodi, vt
Iouæ Deo ſuo dicto audiens non ſit,
neque correctionem admittat, ac
ex eius ore perierit exciſa veritas.
29 Tonde atque abiice tuam comam,
et ede per cacumina næniam: quo-
niam repudiat deſeritque Ioua na-
30 tionem, in quam ſæuit; quoniam
offenderunt me Iudæi, inquit Ioua,
poſuere ſua [x] flagitia in æde, a me de-
nominata, eius polluendæ cauſſa,
31 exſtruxeruntque ſacella Topheth,
quod eſt in valle filii Hennomi, ad
ſuos filios filiasque igni cremandos,
id quod neque iuſſi, neque mihi ve-
32 nit in mentem. Itaque tempus erit,
inquit Ioua, quum non deinceps
Topheth, aut vallis filii Hennomi
dicetur, ſed vallis cædis: ſepelient-
33 que in Topheth penuria loci, et
erunt huius populi cadauera paſtui
aeriis volucribus, terreſtribusque
34 beſtiis, absterrente nullo, atque
ex oppidis Iudææ, Hieroſolymæ-
que compitis, tollam voluptatis et
gaudii, tollam ſponſorum ſponſa-
rumque vocem, in vaſtitatem reda-
cta terra.

x) nefarios deos

CAPVT VIII.

Miſerandæ Iudæorum idololatrarum calamitates. Beſtiis Iudæi peiores, pertinaciores. In iuris peritos minæ, ſerpentes a Ioua immiſſi ad conficiendos impios. Medicus nullus adfligente Ioua.

EO tempore, (inquit Ioua,) extrahentur regum principumque Iudææ, et ſacerdotum, et vatum, et Hieroſolymitanorum oſſa ſuis ex ſepulcris, exponenturque ſoli et lunæ, omnibusque cæli copiis, quas amauerint, quibus ſeruierint, quas ſecuti ſint, quibus ſtuduerint, quasque adorauerint, ita vt incondita, inſepultaque terræ ſolum ſtercorent: et præponetur vitæ mors omnibus ſuperantibus ex iſta mala natione reliquiis, vbicumqe locorum ego relictos diſſipauero, inquit armipotens Ioua. Dices autem eis: ſic dicit Ioua: numquid ita caditur, vt non reſurgatur? aut ita deficitur, vt non redeatur? Qui fit, vt populus iſte hieroſolymitanus defectione perpetua defecerit, fallaciam tenens, redire renuens? Attendo, et audio: non recte loquuntur: neminem ſceleris ſui pœnitet, vt dicat, quid egi? omnes in ſuum vertuntur curſum, vt equus ruens in prœlium. Etiam aeria ciconia nouit ſua tempora, turturque et hirundo, et grus aduentus ſui tempus obſeruant, et meus populus Iouæ ſententiam neſcit. Poteſtis ne dicere vos ſapientes, Iouæque legem penes vos eſſe? næ ille fruſtra ſtilum, fruſtra litteratos fecit: pudebit ſapientes, fractique capientur, qui quum Iouæ edicta reſpuant, quorſum eis ſapientia? Itaque eorum et vxores aliis, et agros aliis poſſeſſoribus dabo; quoniam parui iuxta ac magni omnes auari ſunt, vates æque ac ſacerdotes omnes nefanda faciunt, leuiterque ſanant puellæ mei populi calamitatem, pax, pax, dictitantes, quum non

non ſit pax. Pudore adficientur, qui quum ſcelerate faciant, non pudet eos tamen, neque verecundari ſciunt. Itaque lapſi cadent inter cadentes, quo tempore animaduertetur in eos, collabentur, inquit Ioua. Perdam eos, inquit Ioua, nec vuæ in vitibus, nec ficus in ficubus erunt, et folia decident, eisque *o*peritura dedero. Quid nos deſidemus? coeatur, et eamus in vrbes munitas, illic quieturi: quandoquidem Ioua Deus noſter coercet nos, felleaque potionat aqua, quoniam peccauimus aduerſus Iouam. Speratur pax, et abeſt bonum: ſperatur ſanationis tempus, et adeſt terror. Vsque a Dane audiuntur *p* eius equorum ronchi, et ad hinnitus ſonitum ſonipedum eius tota terra percellitur. Veniunt autem regionem, et quæ continentur ea, vrbem et eius incolas comeſuri. Nam ego in vos ſerpentes immittam, aſpides cantari neſcios, qui vos mordeant, inquit Ioua. Dum mærorem cohibere conor, mihi torquetur animus. Ecce querulam vocem puellæ mei populi, ex longinqua terra. Num Ioua in Sione, num eius rex in ea non eſt? cur me ſuis ſimulacris, cur peregrinis irritauere *q* vanitatibus? Præteriit meſſis, peracta eſt æſtas: et nos ſumus indefenſi. Calamitate puellæ mei populi rumpor, pullatus, et ſtupore correptus. Num reſina in Galaaditide, num medicus ibi non eſt? qui fit ergo, vt puellæ mei populi valetudo non procedat?

CAPVT IX.

Ieremiæ planctus adflictis Iudæis. Iouana iuſtitia in peccatores pertinaces. Næniæ vatis pro popularibus. Draconum Hieroſolyma domicilium. Se venditantium futile ingenium.

VTinam et caput meum ſit
aqua, et oculi fons lacrima-
rum, vt puellæ mei populi
occiſos dies noctesque plorem.
Vtinam in ſolitudine viatorium ha- 2
beam diuerſorium, vt populares
meos relinquam, ab eisque diſce-
dam: quandoquidem ſunt omnes
adulteri proditorum caterua, qui 3
fallacem linguæ ſuæ arcum inten-
dunt, et pollent in terris non verita-
te, quin ex malo in malum prode-
unt, ignorantes me, inquit Ioua.
Ac ſuum quisque proximum ca- 4
ueat, neue vlli fratri confidite.
Nam omnis et frater circumuenit, 5
et proximus calumniatorem agit:
ſuumque quisque proximum fallit,
neque vera loquuntur: ſuam lin-
guam docent falſa loqui nequitia
laſſati. Tibi ſedes eſt in mediis 6
fraudibus: præ fraudibus noſſe me
recuſant, inquit Ioua. Itaque ſic 7
dicit armipotens Ioua; ego eos exa-
minabo ac explorabo: quid enim
aliud agerem circa populi mei puel-
lam? Qui acuta linguæ ſuæ ſa- 8
gitta fraudulenter loquuntur: qui
ore adloquentes alios amice, in pe-
ctore ſtruunt inſidias. Egone vt 9
iſta in eos non animaduertam? in-
quit Ioua: aut ab iſtiusmodi gen-
te pœnas non repetam? Super 10
montibus lamentabilem edam
ploratum, ſuperque ſolitudinis
manſionibus næniam, quæ ita deſo-
latæ ſint, vt illac nemo transeat, nec
ſonitus audiatur pecoris, quod et
aeriæ aues, et quadrupedes profu-
gæ diſceſſerint. Redigam autem 11
Hieroſolymam in tumulos, draco-
num domicilium, Iudææque oppi-
da in tantam redigam vaſtitatem, vt
nullus inhabitet. Ecquis eſt vir 12
ſapiens, qui hoc intelligat, et, quod
ei elocutus ore ſuo Ioua fuerit,
enuntiet? quamobrem perierit re-
gio, in tantam vaſtata ſolitudinem,
nullus vt eam peragret. Et Ioua: 13
quoniam reliquere meam legem,
inquit, quam eis propoſueram, ne-
que mihi dicto audientes fuere, ne-
que ex ea degerunt, ſed animi ſui 14

o) quæ dedero peribunt. *p*) Aſſyrii. *q*) vanis diis.

peruerſitatem, et, quos a patribus
ſuis didicerant, Baales ſecuti ſunt:
15 propterea ſic dicit armipotens Io-
ua, Deus Iſraelitarum: ego iſtos
homines et abſinthium comedere,
et felleam aquam bibere cogam,
16 eosque per gentes, et ipſis et ipſo-
rum maioribus ignotas, diſpergam,
armisque ad internecionem perſe-
17 quar. Sic dicit armipotens Ioua:
videte, vt euocandas præficas, ſapi-
18 entesque arcesſendas curetis, quæ
næniam de nobis editum propere
veniant, profundantque oculi no-
ſtri lacrimas, et lumina fluant
19 aqua. Nam lamentabilis auditur
ex Sione vox: vt periimus? vt ma-
gna ſumus adfecti ignominia? qui
reliquerimus terram, ex noſtris
20 habitationibus exacti? Audite
enim, mulieres, Iouæ dictum, eius-
que oris pronuntiatum auribus
percipite, et filias veſtras næniam,
et alias aliæ lamentationem docete.
21 Nam mors per noſtras adſcendit
feneſtras, noſtras peruadit ar-
ces, vt infantes ex vicis, vt
iuuenes exſcindat ex compi-
22 tis, (ſic, inquit Ioua, loquere,)
iaceantque hominum cadauera, vt
ſtercus, ſub dio, vtque poſt mesſo-
rem manipuli, colligente nullo.
23 Sic dicit Ioua: ne ſe iactet ſapiens
in ſua ſapientia: ne ſe iactet fortis
in ſua fortitudine: ne ſe iactet diues
24 in ſuis diuitiis: ſed in eo ſe iactet,
qui ſe iactat, quod me percipiat et
cognoſcat Iouam esſe, qui clemen-
ter, qui ius æquumque faciam in
terris: nam hæc mihi placent, in-
25 quit Ioua. Futurum eſt, inquit Ioua,
vt animaduertam * in omnes, qui
circumciſo ſunt præputio, in Ae-
gyptios, in Iudæos, in Idumæos,
26 in Ammonitas, in Moabitas,
et in omnes [r] extremum ſolitudi-
nis tractum incolentes. Sunt enim
et hæ gentes omnes, et omnis Iſ-
raelis domus præputiato corde.

CAPVT X.

Ad Iſraelem vates a Ioua misſus. Chaldeorum ſcientia vana. Idololatria deteſtanda. Vnus Deus Ioua, rex æternus. Iudeorum disſipationes. Ad Iouam Ieremias pro Iudæis in gentes.

AVdite, quid vobis dicat Ioua,
domus Iſraelis. Sic dicit
Ioua: gentium morem ne
diſcite, neue cæleſtia ſigna formi-
date, quod ea gentes formident.
Nam populorum inſtituta vana
ſunt: cæditur enim arbor ex ſilua,
et fabrilium manuum arte dolata,
argento auroque comitur, clauis-
que firmatur et malleis, ne auella-
tur. [s] Illi, ſolidæ palmæ ſimiles, ne-
que loquuntur, et portandi ſunt,
quippe qui non gradiantur. Eos
ne metuite, quos penes neque no-
cere ſit, neque prodesſe. Nullus 6
tibi par eſt, Ioua, qui magnus et
magnæ virtutis nomine præditus
es. Quis te non metuat, o genti- 7
um rex? cuius id imperium eſt,
vt in omnibus gentium ſapienti-
bus, omnibusque regnis, nullus
ſit tibi conferendus. Inſaniunt 8
autem illi, ac plane deſipiunt,
coarguente vanitatem ligno. Di- 9
ductum argentum ex Cilicia im-
portatur, et aurum ex Ophaz,
fabri manuumque aurificis opus
hyacinthino purpureoque veſtitu,
quæ omnia peritorum ſunt opus.
At Ioua Deus verus, Deus eſt 10
viuens, et rex æternus, ad cuius
iram tellus contremiſcit, neque ſus-
tinent eius indignationem gentes.
*[*Qui dii cælum et terram non fece-* 11
runt, ii ex terra, et locis cælo ſubie-
ctis tollentur. Qui terram ſua vi 12
fecit, ſapientia orbem condidit,
prudentia cælum extendit. Voce 13
dat aquæ multitudinem [t] in cælo, at-
tollitque ab vltimis terris nebulas,
fulgura pluuiæ facit, et ex ſuis ven-
tum cellis educit. Inſanit omnis 14
homo inſcitia: ſimulacrorum pu-
debit fictores omnes, quorum falſa
et

r) Cedarianos. Vide cap. 49. s) ſcilicet lignei dii. t) in aere.

et inanima ſint fuſilia. Vana ſunt, opus fallax, eorum ſupplicii tempore peritura. Non talis eſt is, cum quibus rem habent Iacobei, quin is omnium conditor eſt, nomine Ioua armipotens, cuius hereditatis natio ſunt Iſraelitæ. Collige ex terra tuam mercem, *u* quæ degis in munitione. Nam ſic dicit Ioua: en ego nunc incolas quaſi funda disjiciam, eosque vrgebo, *x* vt digni ſunt. Hei mihi, quanta ſum in calamitate? quam atrox vulnus habeo? quem quidem meum morbum mihi ferendum eſſe cogito. Perditum eſt meum tabernaculum, abruptis omnibus meis funibus: mei nati, a me digreſſi, non adſunt: non iam eſt, qui meum tabernaculum intendat, et vela erigat. Inſaniunt enim paſtores, non ſtudioſi Iouæ, ideoque quum non ſapiant, omnis eorum diſperſa paſtio eſt. Auditur fama: ecce aduentat, ingensque ex ſeptemtrionali terra motus aduenit, ad iudæas vrbes in vaſtitatem, draconum manſionem redigendas. Scio, Ioua, non eſſe penes hominem ipſius viam, non eſſe penes mortales ingredi, et ſuum firmare greſſum. Caſtiga me Ioua, ſed ratione, non irate, ne me diminuas. Effunde bilem iſtam in gentes, ignaras tui, in nationes, quæ tuum nomen non inuocant, quæ quidem Iacobeos conficiant, et conficiendo conſumant, peruaſtantes eorum ſedem.

CAPVT XI.

Ad vatem Iouæ ſermo. Exſecrabilis Deo non audiens. Fœdus obſeruandum. Iacobeorum idololatria. Deaſtrorum ingens numerus. Inſidiæ in vatem. Ioua prophetæ defenſor.

Sermo qui ad Ieremiam habitus eſt a Ioua in hunc modum.

AVdite verba fœderis illius, et 2
Iudæos ac Hieroſolymitanos
his verbis adloquimini: ſic 3
dicit Ioua Deus Iſraelitarum: exſecrabilis homo, qui illius fœderis di-
ctis non obediuerit, quo ego ma- 4
ioribus veſtris, (quum quidem eos
ex Aegypti fornace ferrea eduxiſſem,) præcepi hunc in modum: eſte
mihi dicto audientes, et quæcumque vobis præcipio, facite, et vos
mihi populus, et ego vobis Deus
ero, vt præſtem, quod maioribus 5
veſtris iureiurando promiſi, daturum me eis lacte melleque ſcatentem terram, vt perſpicuum eſt. Et
ego reſpondens: ita eſto, inquam,
Ioua. Et Ioua: pronuntia, (inquit 6
me adloquens,) hæc omnia verba in
oppidis Iudææ, perque vicos Hieroſolymæ, ita dicens: obedite eius
fœderis dictis, eaque exſequimini.
Quum enim ego maiores veſtros, 7
ad hunc vsque diem, ex quo eos ex
Aegypto eduxi, vigilanter monere
perſeuerauerim, vt mihi dicto audientes eſſent, non obediuerunt, 8
nec aurem præbuerunt, ſed ſui
quisque animi perditæ libidini obſecuti ſunt. Itaque ego inuexi
eis omnia in illo fœdere contenta,
quoniam, quod a me iuſſi erant facere, non feciſſent. Deprehenſa con- 9
iuratio eſt, (inquit adloquens me
Ioua,) in Iudæis et Hieroſolymitanis: redierunt ad priſcorum et ma- 10
iorum ſuorum vitia, qui meis dictis obtemperare recuſarunt, ſecutique ſunt alienos deos colendi
gratia: violarunt iſraelitica iudæaque domus fœdus, quod ego cum
eorum maioribus percuſſeram.
Itaque ſic dicit Ioua: ego in eos ma- 11
lum inueham, ex quo emergere
non poterunt, nec eos inuocantes
exaudiam, ibuntque Iudææ ciui- 12
tates et Hieroſolymitani inuocatum eos, quibus ſuffiunt, deos, qui
eos

u) Hieroſolymitani. *x*) ad verbum, vt inueniant, ſcilicet quod quærunt, hoc eſt, vt dignas dent pœnas.

eos periculoſo eorum tempore non
13 tuebantur. Nam quot habetis
oppida, Iudæi, tot habetis deos:
quot ſunt Hieroſolymæ compita,
tot pudendas aras poſuiſtis, aras ad
14 ſuffiendum Baali. Tu vero noli
pro iſto orare populo, aut oratione
precibusue vti: nec enim exaudi-
am tum, quum inuocabunt me ſuis
15 in malis. * Quid meo dilecto eſt in
templo meo, quum [y] ea tot commit-
tat flagitia? * faceſſant a te ſacræ car-
nes, quæ malefaciendo exſultes.
16 Pulchre frondentem, decenterque
fructuoſam oleam te nominauit
Ioua, cuius folia magno ſonitus
ſtrepitu comburet ignis, cuiusque
17 rami frangentur. Atque idem, qui
te plantauit Ioua armipotens, in te
malum decernit, ob iſraeliticæ iu-
dææque domus ſcelus, quo com-
mittendo me irritarunt, dum Baali
18 ſuffiunt. Ego vero, oſtendente
monſtranteque Ioua, noui mores
19 eorum. Atque equidem ſimilis
eram gregalis ouis, quæ ad cædem
ducitur, nec intelligebam, eos in me
talia moliri. [z] Corrumpamus ar-
borem cum ſuo cibo, eumque ex
viuentium terris exſcindamus, ne
nomen eius memoretur amplius.
20 At, o armipotens Ioua, iuſte iudex,
renum cordisque explorator,
videbo tuam de illis vltionem,
quandoquidem tibi meam pa-
21 tefeci cauſſam Itaque ſic dicit
Ioua in Anathothenſes, qui tibi
necem machinantur, vetantes,
te Iouæ nomine vaticinari, niſi ve-
lis manibus eorum mori: ſic, in-
22 quam, dicit armipotens Ioua: en
ego ſic in eos animaduertam, vt eo-
rum et iuuenes ferro, et filii filiæ-
que fame moriantur, nec ex eis ſu-
perſint reliquiæ: tantum mali im-
portabo Anathothenſibus anno eo-
rum ſupplicii.

CAPVT XII.

Cum Deo vatis colloquium de ſceleſtorum gaudiis. Terræ damna. Peccatorum pœnæ. Iouæ gladius omnia conficiens. Plectendi Iudæi, reuocandi ad meliorem frugem. Perdendi funditus rebelles perpetuo.

QVamquam iuſtus es, Ioua, ſi
tecum contendam, tamen
iure tecum experiar. Cur 2
ita proſpera eſt impiorum via? cur
fortunati ſunt omnes perfidioſi, et
a te plantati, radices agunt, profi-
cientesque fructum edunt? quum-
que tu in eorum ore adſis, abes a re-
nibus? Tu vero, Ioua, qui me no- 3
ſti et perſpicis, animumque meum
exploratum habes, abripe eos,
tamquam oues, ad cædem, et necis
diei deſtina. Quousque lugebit ter- 4
ra, et omnis agri arebit herba, ob
incolarum ſcelus, quadrupedibus
volucribusque conſumtis? quo-
niam negant, me viſurum eſſe ipſo-
rum [a] exitum. [b] Si, cum peditibus 5
currens, defatigaris ab eis, quo pa-
cto cum equitibus certabis? et ſi
iſtud tibi in [c] pacato ſolo, in quo ſe-
curus es, accidit, quid in Iordanis
[d] faſtigio facies? Nam tui etiam fra- 6
tres paternaque familia, te ipſi quo-
que produnt, te pleno clamore in-
ſectantes, quibus noli credere,
quamuis te comiter adloquantur.
Deſerui meam domum, dereliqui 7
meum patrimonium, addixi id,
quod erat animo meo cariſſimum,
eius hoſtium manibus. Eſt mi- 8
hi meum patrimonium, quaſi leo ſil-
ueſtris, me ſua voce perſequens,
ideoque ego id odi. [e] Habeone tale
patrimonium, qualis eſt verſicolor
ales?

y) Hieroſolyma. z) Ieremiam interficiamus, vt pereant eius actiones. Cibum arboris vocant fructum. a) ſupplicium, ſicut minari ſoleo, vt cap. 11. hoc eſt putant ſe impune peccare. b) ſi te fatigant Anathotenſes, quid facient Hieroſolymitani? c) patria tua. d) montibus, in quibus ſunt leones, vt eſt cap. 49. hoc eſt Hieroſolymæ. e) Mea patria ſic infeſtatur a multis, vt noctua ab auibus.

ales? Eſtne alitibus circumdatum? agite, congregentur omnes agreſtes beſtiæ, venite ad epulandum. Multi paſtores corrupere meam vineam, proculcauere meum fundum, meum elegantem fundum in vaſtam redegere ſolitudinem. Is in vaſtam redactus vaſtitatem luget apud me: vaſtata eſt tota regio, quod nemo hoc in animum demittit. Omnia ſaltuum cacumina peruadunt depopulatores, Iouæ gladio regionem ab extremo ad extremum conficiente, ita vt nihil mortale pacem habeat. Triticum ſeminarunt, et ſpinas metunt: inutilia posſident, eosque ſuorum *f* pudet prouentuum, ob acrem Iouæ iram. Sic minatur Ioua meis omnibus malis vicinis, ad quos pertinet patrimonium, quod ipſe ſuis dedit Iſraelitis posſidendum. Ego et eos ex ſua terra, et iudæam domum ex medio eorum euellam: ac, poſtquam eos auulſero, miſerabor eos, reconciliatus, et in ſuum quemque patrimonium terramque reuocabo. Quod ſi meorum mores ſic inſtituerint, vt meum viuentis Iouæ nomen iurent, quemadmodum eos Baalem iurare docuerunt: exſtruentur inter meos. Sin non obtemperauerint, eam ego gentem perdam funditus, inquit Ioua.

CAPVT XIII.

Cauerna. Cinctus corruptus. Corrumpenda ſic Iudæa. Disſidium in Iudæos a Ioua perdendos. Ad regem vates atque reginam. Disſipandi nefarii Iudæi.

SIc mihi dixit Ioua: i comparatum cinctum lineum, idque tuis lateribus accommodato, et ne in aquam immittito. Igitur ego cinctum ex Iouæ mandato comparaui, et meis lateribus accommodaui. Et Ioua mecum iterato locutus eſt: ſume, inquit, cinctum, quem comparaſti, quem
habes in lateribus, et ad Euphratem profectus, eum ibi in cauo
rupis abscondito. Itaque iui, 5
eumque ad Euphratem abscondi,
quemadmodum mihi Ioua præceperat. Deinde multo poſt tempo- 6
re ſic me Ioua adloquitur: age, i ad
Euphratem, et illinc ſumito cinctum, quem ego te illic occultare
iusſi. Ego ad Euphratem profe- 7
ctus, cinctum ex eo loco effodi, in
quo eum abdideram, quem quidem cinctum ita corruptum offendi, vt ad nullam rem esſet idoneus.
Et Ioua me adloquens: ſic dicit Io- 8
ua, (inquit,) ſic ego tantum Iudææ
Hieroſolymæque faſtum corrumpam, efficiamque, vt homines iſti 9
mali, qui meis dictis obtemperare
recuſantes, animi ſui prauitati
obſequuntur, alienos ſequentes
deos, colendi a dorandique cauſſa, ſimiles ſint iſtius cinctus, qui
ad nihil eſt idoneus. Vt enim ad- 10
hæret cinctus lateribus hominis,
ſic ego mihi adplicaueram omnem
iſraeliticam iudæamque domum,
(inquit Ioua,) vt mihi populus, et
famæ, et laudi, decorique esſent,
et non obtemperarunt. Itaque 11
hanc rem eis dices: ſic dicit Ioua
Deus Iſraelitarum: omnis lagena
impletur vini. Atque illi tibi di- 12
cent: quaſi neſciamus, omnem
lagenam impleri vini. Et tu eis di- 13
ces: ſic dicit Ioua: en ego omnes iſtius incolas terræ, et reges, qui
pro Dauide ſedent in eius ſolio,
et ſacerdotes, et vates, omnesque Hieroſolymitanos ebrietatis
implebo, eosque inter ſeſe collidam, parentes ſimul et liberos, 14
(inquit Ioua,) nihil neque parcens, neque temperans, neque miſereſcens, quo minus eos perdam.
Audite et auſcultate ſine arrogan- 15
tia, quandoquidem Ioua loquitur:
tribuite Iouæ Deo veſtro gloriam, 16
antequam contenebret, et antequam offendant in caliginoſis montibus

f) habent minimos prouentus.

tibus pedes veſtri, ſperatamque vo-
bis lucem ipſe in feralem tætram-
que vertat, et redigat caliginem.
17 Cui rei niſi obtemperaueritis,
g flebo ego in occulto iſtam ſu-
perbiam, et lacrimabundi demit-
tent oculi mei lacrimas, abacto Io-
18 uæ grege. Dic regi et reginæ: de-
gite humiliter: nam veſtri capitis
ornamentum, veſtri corona deco-
19 ris, deſcendet. Auſtrales vrbes
clauduntur, aperiente nullo, abacta
20 Iudæa, abacta penitus vniuerſa. At-
tollite oculos, et adſpicite venientes
a ſeptemtrionibus. Vbinam eſt tra-
ditus tibi grex? tui decoris oues?
21 Quid dices, quum in te animaduer-
tet? quæ illos contra teipſam do-
cueris duces eſſe præcipuos: nonne
te dolores inuadent, quales partu-
22 rientem feminam? Quod ſi cogi-
taueris cum animo tuo, curnam
tibi iſta acciderint: ob tui criminis
magnitudinem h tui calces, diductis
23 tuis ſinibus, detecti ſunt. Si muta-
bit Aethiops ſuam cutem, aut par-
dus maculas; et vos recte facere
poteritis, edocti male facere.
24 Itaque vos ego disſipabo, tamquam
25 actas ſilueſtri vento ſtipulas. Hæc
tibi ſors conditionis a me adme-
tienda eſt, inquit Ioua, quæ, oblita
26 mei, confidis falſis. Ego quoque
ſinus tuos in faciem tuam ſubdu-
cam, vt adpareant tua verenda.
27 Tua adulteria, hinnitus, flagitio-
ſam in collibus ſub dio luxuriam,
tua ſcelera video: hei tibi Hieroſo-
lyma: deinceps aliquamdiu non
purgaberis.

CAPVT XIIII.

Siccitas miſerabilis in Iudæa. Pro ſuis vates. Preces refellens Deus. Pſeudouates fruſtra ſolantur. Conficiendi, perdendi. Lacrimæ vatis perpetuæ.

Iouæ ſermo habitus ad Ieremian
ſuper ſiccitate.

LVget Iudæa, exciſæque eiu
portæ, humi pullatæ iacent, et
exorto Hieroſolymitanorum
clamore, nobiles eorum miſerun
ſuos minores ad aquam: qui ad
conceptacula profecti, non inuent
aqua, inanibus vaſis reuertuntur
tanto pudore erubeſcentes, vt ſib
caput operiant. Quoniam vitia
ta tellus eſt, carente terra plu
uia, agricolæ præ pudore ſibi capu
operiunt. Quinetiam cerua ruri
quod peperit, deſerit herbarum pe
nuria, et onagri, ſtantes in cacu
minibus, auram more draconum
ducunt, oculis herbæ defectu con
ſumtis. Si nos vitia noſtra accu
ſant, Ioua; facito tui nominis gra
tia: quandoquidem, dum nimis a
bona fruge ſumus auerſi, te offen
dimus. O Iſraelitarum ſpes, et
ſeruator aduerſo tempore, i cur ſis
quaſi peregrinus in terra? quaſique
diuertens ad pernoctandum via
tor? Cur ſis quaſi vir ſomniculo
ſus, quaſi defendere non valens mi
les? quum tamen ſis inter nos, Ioua,
a te denominatos. Ne deſtitue nos.
Sic dicit his hominibus Ioua: quo-
niam ſic amant vagari, pedibus
ſuis non temperantes, Ioua iam,
(cui non placent,) eorum memor
criminis, in eorum delicta animad-
uertet. Et Ioua mihi, ne precare,
inquit, pro hominum iſtorum vti-
litate, quorum ego ieiunantium
orationem non exaudio, neque vi-
ctimis et ferto facientes mihi pla-
cent, quin eos armis, fame, peſte-
que conficiam. At ego: ah Domi-
ne Ioua, inquam: tamen vates, eos
vel arma viſuros, vel famem paſſu-
ros, negant, ſed te eis fidam hoc in
loco daturum pacem. Et Ioua:
falſo vaticinantur meo nomine va-
tes,

g) dabitis ſuperbiæ pœnas, id quod mihi Ieremiæ dolebit. h) foedo adfecta ſupplicio es, vt ſi meretrici, ſubductis veſtis ſinibus, detegantur ad ignominiam obſcena. i) cur adeo auerſus es, vt nos non magis cures, quam ſi nulla nobiſcum neceſſitudine coniunctus eſſes.

tes, (inquit mihi,) non miſſione, non
iuſſu, non mandato meo, falſas
præſenſiones, diuinationes, futilia,
animique ſui fallaciam vaticinantes
vobis. Itaque ſic minatur vatibus
Ioua, qui a me non miſſi, meo no-
mine vaticinantur, negantes, regio-
nem iſtam armis aut fame infeſtan-
dam. Et ipſi vates armis fameque
conficientur, et homines, quibus
vaticinantur, præ fame armiſque
per Hieroſolymæ vicos iacebunt,
carentes ſepultore, tum ipſi, tum
eorum vxores, atque liberi, eoſ-
que ego ſuo ſcelere perfundam.
Dices autem eis hanc rem: profun-
dent oculi mei noctes dieſque lacri-
mas indeſinenter: quippe ingenti
calamitate fracta virgine puella mei
populi, vulnere perquam atroci.
Si rus exeo; ecce ferro cæſos: ſin vr-
bem ingredior; ecce fame languen-
tes: et vatibus et ſacerdotibus in i-
gnotam ſibi terram profectis. Iu-
dæamne repudiaſti? aut animo Sio-
nem reſpuis? cur ita nos vulneraſti,
vt remedio careamus? ſalutem ſpe-
rantes, nihil boni conſequamur?
proque exſpectato medicinæ tem-
pore, ſit pernicies? Agnoſcimus,
o Ioua, impietatem noſtram, culpam
auitam, qui aduerſum te peccaueri-
mus. Ne deteſtare, (tui no-
minis gratia,) ne demolire tuæ ſo-
lium gloriæ, memento, vt, quod
tibi nobiſcum fœdus intercedit, non
ſoluas. Numquid ſunt in cetera-
rum gentium *k* vanitatibus, qui plu-
ant, efficiantque, vt cælum det im-
bres? nonne tu is es, Ioua Deus no-
ſter, in quo horum omnium aucto-
re ſpem habemus?

CAPVT XV.

...uana in Iudæos ira. Tremenda Iouæ in Iudæos iudicia. Clades impendentes Iudæis a Deo. Ad frugem bonam inuitans Deus, clementiam promittens.

AT Ioua mihi dixit: etiamſi 1
coram me *l* ſtaret Moſes et Sa-
muel, non eſſet populus iſte
mihi cordi: apage ex meo conſpe-
ctu, abeant. Quod ſi tibi dixerint: 2
quo abeamus? dices eis: ſic dicit
Ioua: partim ad letum, partim ad
ferrum, partim ad famem, par-
tim ad captiuitatem, in eoſque qua- 3
tuor pœnarum generibus animad-
uertam, inquit Ioua, ferro, necan-
do: canibus, laniando: et aeriis aui-
bus, terreſtribuſque belluis voran-
do atque corrumpendo: efficiam- 4
que, vt per omnia orbis regna ia-
ctentur, ob Manaſſis Ezechiæ filii,
Iudææ regis, facinus, quod commi-
ſit Hieroſolymis. Quis enim tibi 5
parcat, Hieroſolyma? quis tua cauſ-
ſa condoleſcat? quis tibi pacem
m petere adgrediatur? Tu relicto 6
me, (inquit Ioua,) retro abis: itaque
adferam tibi manum, teque corrum-
pam, *n* temperando defeſſus, et 7
eos ventilabro per terræ portas diſ-
iiciam, orbans perdenſque meos a
ſuis moribus non deſciſcentes.
Efficiam, vt ſint eorum viduæ mari- 8
na numeroſiores arena: adducam
eis in *o* matrem ſobolis vaſtatorem
in meridie, incutiens ei nec opi-
nanti et vrbem et ſubitam pernici-
em. Interit *p* ſeptipara, animam 9
exhalat: occidit *q* ſol eius de die:
pudet eam turpiter, et eorum reli-
quias hoſtili ferro obiiciam, inquit
Ioua. Hei mihi, o mater mea, quæ 10
me hominem omnium mortalium
rixis et litibus exponendum pepe-
riſti: qui *r* quum neque creditor
ſim, neque debitor, omnes mihi
maledicunt. Enimuero, inquit Io- 11
ua, ceteroquin tibi bene erit, niſi
quod tibi malo aduerſoque tempore
hoſtem impingam. *s* Scilicet ferro 12
ferrum rodetur *t* ſeptemtrionale,
aut æs? * Veſtras ego copias et fa- 13
cultates

vanis diis. *l*) pro eis oraret. *m*) ſalutem. *n*) a pœnis me continendo. *o*) Hie-
roſolymam. *p*) fecunda. *q*) lætæ res. *r*) quum ſim a litibus alienus. *s*) Quum
te ferreum æneumque fecerim, tibi noceri non poteſt. Vide finem capitis.
t) quod ex ſeptemtrione importatur, hoc eſt durisſimum.

cultates prædæ exponam, nullum ob
pretium, ob veſtra tot peccata, quæ
14 totis patent veſtris finibus, vosque
hoſtibus veſtris in ignota vobis ter-
ra ſubiiciam: quandoquidem incen-
15 ſus ira mea ignis incendet vos. Tu
rem noſti, Ioua: memento mei,
eamque mei curam habe, vt me a
16 meis inſectatoribus vlciſcaris. No-
li me *u* tua lentitudine tollere: co-
gnoſce, me tua cauſſa ferre ignomi-
17 niam. Inuenta tua dicta comedi,
et tua dicta mihi fuere lætitiæ, et
animi voluptati, quoniam a tuo no-
mine cenſeor, Ioua Deus armipo-
18 tens. Non ego in deriſorum con-
cilio exſultans dego: ob tuam ma-
num ſeorſum dego, quoniam tu me
19 ſæuitia repleuiſti. Cur in dolore
ſum continuo? adeoque ſæuum vul-
nus habeo, vt ſanari renuat? dum
x tu mihi, ſicut infidelis aqua, quaſi
20 fallax es. Ergo ſic dicit Ioua: ſi
redieris, reconciliabo te, *y* adpari-
turum mihi: et ſi *z* pretioſum a vili
discernes; eris quaſi meum os: red-
ibunt illi ad te, neque tu redibis ad
21 eos, efficiamque, vt ſis hominibus
iſtis murus aheneus, adeo munitus,
vt te oppugnantes non vincant:
22 quippe cui ego conſeruator et libe-
rator adero, inquit Ioua, teque ex
malorum et inhumanorum manu
et poteſtate conſeruabo atque vin-
dicabo.

CAPVT XVI.

*Negatæ vati nuptiæ. Triſte Iudæis excidi-
um impendens. Prohibitus a parentatione
Ieremias. Calamitates proximæ propter
idololatriam. Exigendi ex patria deaſtri-
colæ praui.*

1 ITem mecum Ioua locutus eſt
2 his verbis: vxorem ne ducito,
neue filios aut filias habeto in
3 iſto loco. Sic enim dicit Ioua de
filiis et filiabus, qui in iſto loco na-
ſcentur, deque matribus, eos pari-
turis, et de patribus, eos genituris
in iſta terra: triſti morte occum-
bent, et indefleti atque inſepulti,
terræ ſolum ſtercorabunt, ferroque
et fame confecti, cæleſtes vo-
lucres, beſtiasque terreſtres ſuo
paſcent cadauere. Nam ſic dicit
Ioua: ne domum *a* parentalium in-
gredere, neue ad lugendum ito, ne-
ue de illis doleto. Nam auferam
meam pacem ab iſtis hominibus,
(inquit Ioua,) clementiam ac miſe-
ricordiam, morienturque magni
iuxta ac parui in terra iſta, neque
ſepelientur, neque compungendis
glabrandisue corporibus lugebun-
tur, * neque panis in luctu distri-
buetur ad quempiam de morte
alterius conſolandum, neque po-
culo inuitabuntur conſolatorio in
paterno maternoue funere. Igi-
tur in domum compotationis ne
intrato, vt cum eis accumbas ſu-
mendi cibi potionisque gratia. Sic
enim dicit armipotens Ioua, Deus
Iſraelitarum: ego, vobis videnti-
bus, veſtroque tempore, efficiam
vt in iſto loco neque voluptas aut
gaudium, neque ſponſus audia-
tur aut ſponſa. Quum autem illi
hæc omnia renuntiaueris, interro-
gatus ab eis, quamobrem in eos Io-
ua hæc tot tanta mala decreuerit
aut quod ſit ipſorum crimen, au
commisſum in Iouam ipſorum De-
um peccatum: dices eis: quo-
niam maiores veſtri, relicto me
(inquit Ioua,) deos alienos ſecut
coluerunt atque adorarunt, mequ
relicto, meam legem non ſeru-
runt, et ecce vos maiorum veſtro-
rum praue facta ſuperantes, ſi
quisque animi perditæ improbita
obſequimini, ne mihi obediati
Itaque exigam vos ex iſta terra, i
terram et vobis et maioribus ve-
ſtri

u) hoſtium pœnas differendo, qui mihi perniciem moliuntur. *x*) ſperatum a te auxi-
lium non adipiſcor, vt ſi quis ſperatam in fonte aquam non inueniat. *y*) min-
ſtraturum. *z*) prudens eris. *a*) in qua fiunt parentalia, hoc eſt funebre co-
uiuium.

ſtris ignotam, vbi diis alienis dies
noctesque ſeruiatis, me vobis nul-
lam conciliante gratiam. Ergo fu-
turum eſt,(inquit Ioua,) vt non iam
dicatur: ſic viuat Ioua, qui Israeli-
tas ex ægyptia terra deportauit.
Sed ita: ſic viuat Ioua, qui Israe-
litas deportauit ex aquilonia terra,
omnibusque terris, in quas eos pro-
fligauerat, eosque reducam in ſu-
am terram, quam eorum dedi
maioribus. Ego multis mandabo
piſcatoribus, (inquit Ioua,) vt pi-
ſcentur eos: deinde multis manda-
bo venatoribus, vt eos ex omnibus
montibus, collibus, antrisque ru-
pium venentur. Verumtamen
quum oculos in eorum vias omnes
ſic habeam intentos, vt me non la-
teant, nec eorum crimen meos ſub-
terfugiat oculos: penſabo prius
duplo eorum crimen atque pecca-
tum,qui [a] flagitiorum ſuorum cada-
uere terram meam polluerint, ſuis-
que ſceleribus meam posſeſſionem
repleuerint. O Ioua, mea poten-
ia, meum firmamentum, meum
iduerſo tempore perfugium: ad te
gentes conuenient ab vltimis terris,
et ita dicent: næ falſa posſedere ma-
ores noſtri, vana et inutilia. Ho-
ninem ne ſibi facere deos, qui dii
ion ſint? Itaque ego nunc eis me-
im manum atque virtutem oſten-
lam, ac demonſtrabo, ſcientque,
neum nomen esſe Ioua.

CAPVT XVII.

udæorum noxæ permanentes. Hinc excidia impendentia. Ab hominibus vana ſpes. Cordis natura latens. Contra inſectatores. Ad vatem Ioua. Sabbati cultus.

IVdæorum peccatum ſtilo ſcri-
ptum ferreo, et adamantina cu-
ſpide exaratum eſt in eorum cor-
is tabula, altariumque cornibus:
ui [b] quantum ſuas filios ſuos reco-
int aras, et frondentes arboribus
lucos, editisque collibus impoſitos.
Meus mons complanabitur: ve- 3
ſtras ego copias et facultates omnes
prædæ obiiciam, ſacella veſtra ob
peccatum, quod totis veſtris fini-
bus patet, vosque iſtinc ex patri- 4
monio veſtro, vobis a me dato, de-
turbatos, ſubiiciam veſtris hoſti-
bus, in terra vobis ignota: quan-
doquidem vos arſurum perpetuo i-
gnem ira mea incendiſtis. Sic di- 5
cit Ioua: infelix eſt homo, qui fidit
homini, et ſibi collocat in carne
præſidium, a Ioua ſuum remouens
animum. Hic incultæ myricæ ſi- 6
milis eſt, quæ boni aduentum nul-
lum ſentit,ſed, horride poſita in ſil-
ueſtri [c] ſalſa terra, non durat. Fe- 7
lix homo, qui Ioua fretus habet in
Ioua fiduciam. Is arboris eſt ſimi- 8
lis ad aquam ſatæ, ſuasque radices
porrigentis ad riuum, quæ æſtus
aduentum non ſentit, ſed frondoſa
foliis,ſecura ſiccitatis anni, fructum
ſuum edere non intermittit. Quum 9
omnium malitioſisſimum ſæuisſi-
mumque ſit cor, quis id cognoſcat?
Ego Ioua et cor perſcrutor, et renes 10
exploro, pro ſuis cuique factis, et
vt cuiusque moribus dignum eſt,
ſoluturus. Qualis perdix fouet, 11
quod non peperit, talis eſt, qui di-
uitias non iure comparat, eas me-
dia relicturus ætate, et ad extre-
mum futurus inſanus. Glorioſum 12
ſolium ſublimitatis antiquæ eſt lo-
cus noſtri ſacrarii. O Israelitarum 13
ſpes Ioua, quicumque te relin-
quunt, pudore adficientur, et de-
fectores [d] inſcribentur terræ, qui
perennis aquæ fontem Iouam reli-
querint. Sana me Ioua, et ſanus 14
ero: ſerua me, et ſaluus ero; tu
qui mea laudatio es. Illi quidem
ſic ex me quærunt: vbi eſt Iouæ
prædictio? eueniat ſane. * Atqui 15
non ego, te ſequens, incommodare
conor, neque ſæuam diem cupio:
tute

foedis ſuis diis. b) non minus amant aras, quam ſolent amari liberi. c) ſteri-
li. d) in terram redibunt, hoc eſt, morientur.

tute ſcis, quod ego pronuntio, id
16 tibi in conſpectu eſt. Ne mihi ſis
formidini, tu qui mea fiducia es
17 temporibus malis. Fruſtrentur
inſectatores mei, neque fruſtrer e-
go: paueant illi, neque paueam
ego: inuehe illis tempus malum,
18 eosque duplici clade frangito. Sic
mihi dixit Ioua: i, et ſta in porta
plebis, per quam Iudææ reges in-
grediuntur et egrediuntur, inque
omnibus portis Hieroſolymæ, atque
19 eis ita dicito: audite Iouæ dictum,
Iudææ reges, omnesque Iudæi, et
omnes Hieroſolymæ habitatores,
qui per has portas ingredimini.
20 Sic dicit Ioua: cauete, ſi veſtram
ſalutem amatis, ne onera tollatis
die ſabbati, aut per Hieroſolymæ
21 portas feratis, neue onera ex æ-
dibus veſtris efferatis die ſabbati,
aut vllum opus faciatis, ſed ſabbati
diem ſancte agatis, vt ego præcepi
veſtris maioribus; qui ſane non
22 obediuerunt, neque aurem præ-
buerunt, ſed obfirmauere cerui-
cem, ne obtemperarent, aut diſci-
23 plinam admitterent. Quod ſi mi-
hi in eo obediueritis, (inquit Ioua,)
vt onera per huius vrbis portas non
inferatis die ſabbati, vtque diem
ſabbati ita ſancte agatis, ne in eo
24 vllum opus faciatis: [e] ingredientur
per huius vrbis portas reges et
principes, qui in ſolio Dauidis ſe-
dent, curribus et equis inſidentes
tum ipſi, tum ipſorum proceres Iu-
25 dæi et Hieroſolymitani, habitabi-
turque hæc vrbs in perpetuum, ve-
nientque ex Iudææ ciuitatibus, ex
Hieroſolymorum finitimis, ex Ben-
iamitide, ex demiſſis montanisque
26 locis, et meridie, qui victimas, qui
ſacrificia, qui fertum, qui tus adfe-
rant, et gratiarum actionem in æ-
27 dem Iouæ inferant. Sin autem mi-
hi non obediueritis, diem ſabbati
ſancte agendo, et onera die ſabba-
ti non geſtando, aut per Hieroſo-
lymæ portas ingrediendo: incen-
dam igne portas Hieroſolymæ, qui
eius arces conſumat inexſtinctus.

CAPVT XVIII.

Ad vatem Iouana verba de vaſe fictili. Iouana clementia. Ad Iudæos Iouæ mandata. Iſraelitarum ſcelera, calamitates prædictæ.

Sermo qui ad Ieremiam habitus eſt
a Ioua his verbis.

Age, deſcende in domum fi-
guli, et ego illic tibi mea di-
cta nuntiabo. Igitur ego de-
greſſus in domum figuli, eum of-
fendi, opus facientem in rotis.
Quumque in figuli manu corru-
ptum eſſet vas, quod ex creta facie-
bat, iterauit, et ex eo vas fecit ali-
ud, vt ei viſum eſt. Tum mecum
Ioua ſic verba fecit: ſcilicet ego
non poſſim vobis facere, vt figu-
lus iſte? domus iſraelitica, inquit
Ioua: qui quidem quod eſt in figu-
li manu creta, id eſtis in mea manu,
domus iſraelitica. * Verbi gratia:
minabor alicui genti aut regno
euerſionem, excidium, interitum:
ſi ea gens, cui minatus fuero, ſeſe a
ſuis ſceleribus retraxerit, ego quo-
que malo temperabo, quo eam ad-
ficere cogitaueram. Rurſum, ex- 9
empli cauſſa, promittam alicui gen-
ti aut regno conſtructionem ac ſta-
bilitatem: ſi me offenderit, meis
dictis non obtemperando, ego
quoque bono temperabo, quod
ei conferre ſtatueram. Quapro-
pter age, refer Iudæis et Hieroſoly-
mitanis hæc verba: ſic dicit Ioua:
en ego malum in vos molior, et
quiddam cogito: retrahite vos a
ſua quisque vitioſa conſuetudine,
veſtrasque conſuetudines et mo-
res corrigite. Minime vero, in-
quiunt, quin cogitationes noſtras
ſequemur, et ſui quisque animi
prauæ obſequemur improbitati.
Itaque ſic dicit Ioua: conquirite
ſane per gentes, ecquis talia audi-
uerit,

e) ſalua manebit vrbs et regnum.

uerit, quam improbe fecit virgo
4 Iſrael. * Niuemne relinqui ſub-
dialis rupis Libani? aut omit-
ti *f* recentem gelidam manantem
5 aquam? Atqui, obliti me, mei
ſuffiunt rebus nihili, et in æternis
viarum ſuarum orbitis impingunt,
ambulantes per non tritæ viæ ſemi-
6 tas, vt in vaſtitatem redacta tellus
eorum, ſibiletur æternum, dum
quicumque præteribit eam, caput,
7 ſtupefactus, quasſabit. Eos ego,
euro actos, hoſti profligabo, cerui-
cem ei, non frontem præbens, tum
quum interibunt. Illi vero ita di-
cunt: adeſte, comminiſcamur ali-
quid in Ieremiam: nam * neque
ſacerdoti lex, neque ſapienti conſi-
lium, neque vati deeſt oraculum:
g eſt nobis feriendus in lingua, nec
eſt eius loquacitas attendenda. At-
tende me Ioua, et audi meorum
aduerſariorum vocem. Itane ve-
ro pro bono rependitur malum, vt
mihi cauent foueam? Memento,
me ante te ſtetisſe, vt eorum vtili-
tati conſulerem, auertendo ab eis
tuam bilem. Ergo expone eorum
natos fami, eosque armis ſic vexa,
vt eorum et mulieres orbentur, vi-
duenturque, et viri mortem oppe-
tant, et iuuenes in pugna armis oc-
cumbant; audiatur ex eorum do-
mibus clamor, adductis in eos a te
militibus ex improuiſo: quoniam
foueam ad me capiendum cauant,
meisque pedibus laqueos abscon-
dunt. Tu vero Ioua, qui omne
eorum de mea nece conſilium no-
ſti, ne ignoſce eorum crimini, neue
eorum peccatum ex tuo conſpectu
oblitterato, quin coram offendant,
tum tu eos, tum quum iraſceris,
ita tractabis.

CAPVT XIX.

Ad vatem Ioua de teſtacea fidelia. Damna Iudæis impendentia. Idololatria Iudæorum. Fideliæ colliſio. In Hieroſolymam Iouanæ minæ.

SIc mandauit Ioua: i compara- 1
tum teſtaceam fideliam a figu-
lo, et adſumtis ex populi ſacer-
dotumque ſenatoribus, exito in 2
vallem filii Hennomi, quæ eſt ante
portam lateritiam, et ibi verba,
quæ ego tibi dicam, pronuntiato,
atque ita dicito: audite Iouæ di- 3
cta, Iudææ reges et Hieroſolymita-
ni. Sic dicit armipotens Ioua, Deus
Iſraelitarum: ego eiusmodi malum
in hunc locum inueham, vt quis-
quis id audiuerit, auribus reddatur
attonitus: quoniam, relicto me, 4
locum iſtum abalienarunt, ſuffien-
tes in eo diis alienis, quos nec ipſi,
nec eorum maiores, aut Iudææ re-
ges nouerant, eumque locum 5
ſanguine repleuerunt innocentum,
exſtructis Baali ſacellis, ad liberos
ſuos igni cremandos, Baali victi-
mas, quod ego non iusſi, neque
mandaui, neque mihi venit in 6
mentem. Itaque tempus erit,
inquit Ioua, quum non iam vo-
cabitur locus iſte Tophet, aut
vallis filii Hennomi, ſed vallis occi-
dionis. Reſcindamque Iudæorum 7
et Hieroſolimytanorum conſilium
in iſto loco, et eos armis ipſorum
hoſtibus, et per eorum necis cupi-
dos deiiciam, atque eorum cadaue-
ra auibus aeriis beſtiisque terre-
ſtribus obiiciam voranda. Redi- 8
gamque vrbem iſtam in ſibilan-
dam ſolitudinem, ita vt, quicumque
præter eam tranſibit, ſtupefactus
ad tot eius clades, ſibilet, et eos 9
ſuorum filiorum filiarumque carne
paſcam, ita vt alii aliorum carnem
comedant præ anguſtia et necesſita-
te, qua eos prement hoſtes, et eis
necem molientes. Franges autem 10
fideliam, ſpectantibus tuis comiti-
bus, et eis ita dices: ſic dicit armi- 11
potens Ioua: ſic ego iuſtum popu-
lum vrbemque frangam, vt frangi-
tur fictile vas, irremediabili modo,
et in Topheto ſepelientur, defi-
ciente ad ſepulturam loco. Sic ego 12

f) ingem. *g*) hoc eſt, eum occidamus, vt loqui deſinat.

iſti loco faciam, inquit Ioua, et eius
incolis, reddamque vrbem iſtam ſi-
13 milem Tophethi, ita vt ſint Hiero-
ſolymæ regumque Iudææ domus,
qualis eſt Topheti locus, impuræ
ſcilicet, in quarumcumque domo-
rum tectis ſuffiuerunt omnibus co-
piis cæleſtibus, vinaque alienis li-
14 bauere diis. Reuerſus autem ex
Tophetho Ieremias, quo eum Ioua
miſerat ad vaticinandum, ſtetit in
atrio ædis Iouæ, et omnem popu-
15 lum ſic adlocutus eſt: ſic dicit ar-
mipotens Ioua Deus Iſraelitarum:
ego ſum in vrbem iſtam, inque o-
mnia eius municipia importatu-
rus, quidquid ei mali minatus
ſum, quoniam obfirmauere cer-
uices ſuas, ne meis dictis obtem-
perarent.

CAPVT XX.

Verberatus a pontifice vates, in vincula coniectus. Ad eum vates productus. Vaticinium contra Iudæos. Canendæ Iouæ laudes. Vatis gemitus.

1 HAs res vaticinantem Ieremi-
am quum audiuiſſet Phaſſur,
Emmeris filius, pontifex, qui
Iouani templi adminiſtrationem
2 gerebat: Ieremiam vatem verbera-
uit, et in carcerem coniecit, qui
carcer erat ad portam beniamiti-
cam ſuperiorem, poſitam ſecun-
3 dum Iouæ ædem. Deinde eum poſt-
ridie produxit ex carcere. Et Ie-
remias ſic eum adlocutus eſt. Non
Phaſſurem nominat te Ioua, ſed
4 Omniterrium. Etenim ſic dicit
Ioua: ego et tibi et tuis omnibus
amicis terrorem incutiam, effi-
ciamque, vt cadant hoſtium ſuo-
rum armis, tuis ſpectantibus oculis,
et Iudæos omnes babylonio regi in
manum radam, qui eos in Babylo-
niam deportet, trucidetque ferro,
5 et omnes iſtius vrbis opes, omnia
labore parta, omnia pretioſa,
omnes regum Iudææ faculta-
tes hoſtibus eorum in manum
tradam, qui direpta captaque
in Babyloniam asportent. Tu 6
vero Phaſſur omnesque tui dome-
ſtici, abibitis captiui, et in Babylo-
niam venies, ibique morieris, ac ſe-
pelieris, tuque tuique omnes ami-
ci, quibus falſo vaticinatus es.
h Decepiſti me, Ioua, deceptumque 7
tenes ac vincis, qui quotidianæ ſim
deriſioni, omnibus mihi illudenti-
bus. Nam quandocumque verbis 8
quiritans, iniuſtitiæ et ſæuitiæ oc-
clamito, ſunt mihi Iouæ dicta quo-
tidiano probro ac ignominiæ. Sin 9
te deinceps non commemorare, ne-
que tuo nomine loqui cogito, eſt
mihi in corde quaſi ardens ignis, in
meis concluſus artubus, quem la- 10
borans continere nequeam. Ete-
nim multorum probra audio, ter-
rore circumſeſſus: comminiſcen-
dum eſt crimen aliquod, quo eum
accuſemus, (inquiunt omnes, qui
mihi pacati ſunt, meam aucupantes
ruinam,) ſi forte eum deceptum
vincere poſſimus, et de eo pœnas
capere. At Ioua mihi quaſi ferox 11
miles adeſt: ideoque cadent infeſti
mei, neque vincent, adeoque non
ſuccedet eis, vt pudore vehementi
infamiaque adficiantur æterna, ac
numquam oblitteranda. O armi- 12
potens Ioua, qui iuſtos probas, re-
nes cordaque perſpiciens, videbo
tuam de illis vltionem, quoniam ti-
bi meam patefeci cauſſam. Canite 13
Iouam, collaudate Iouam, qui pau-
peris vitam liberet ex manu nocen-
tium: infelix meus dies natalis: 14
dies, quo mea me peperit mater, ne
ſit felix. Infelix homo, qui meo 15
patri nuntiauit, ei natum eſſe filium
marem, adficiens eum lætitia. Sit 16
is homo ſimilis vrbium, quas Ioua
immiſericorditer euertit, audiat-
que et *i* clamorem mane, et quiri-
tatum meridiano tempore, quod 17
me non necaueris ab vtero, vt eſſet
mihi mea mater ſepulcrum, et
eius

h) vide not. capit. 15. paullo ante finem. *i*) ſcilicet pereuntium.

eius vterus grauiditas perpetua.
8 Cur tandem ex vtero exiui, vt labo-
rem et ægrimoniam viderem, et
ætatem finirem turpiter?

CAPVT XXI.

Ad Ieremiam Deus. Pontificem rex ad vatem mittens. Vani impiorum conatus. Nabuchodonoſoris in Iudæos victoria proxima. Ad iudices verba vatis.

1 SErmo, qui habitus eſt ad Iere-
miam a Ioua, quum miſisſet ad
eum rex Sedecias Phasſurem
Melchiæ, et Sophoniam Maaſeiæ
filium pontificem, cum hoc man-
2 dato: conſule quæſo de nobis Io-
uam, quos Nabuchodonoſor Baby-
loniæ rex oppugnat, ſi forte perfi-
ciat nobis Ioua, quemadmodum
tot eius miraculis dignum eſt, vt il-
3 le a nobis diſcedat. Quibus Iere-
mias: ſic Sedeciæ dicetis, inquit:
4 ſic dicit armipotens Ioua Deus Iſ-
raelitarum: ego retundam tela
bellica, quæ vos habetis in manu,
quibus pugnatis cum Babyloniæ re-
ge,et Chaldæis vos extra muros ob-
ſidentibus, illosque in mediam
5 iſtam vrbem congregabo, et ipſe
porrecta manu, valido lacerto ira-
tisſime, ardentisſime, atrocisſime
6 vobis repugnabo, et iſtius vrbis
incolas et homines et beſtias magna
7 percusſos lue necabo. Deinde,
(inquit Ioua,) Sedeciam Iudææ re-
gem, Sedecianosque et plebem, et
qui in iſta vrbe ex lue, ex ferro, ex
fame reſtabunt, tradam in manum
Nabuchodonoſoris Babyloniæ re-
gis, et hoſtium ipſorum, eorum-
que necem cupientium, qui eos ſine
vlla venia, ſine continentia, ſine
8 miſericordia ferro trucidet. Iſti
autem populo dices: ſic dicit Ioua:
ego vobis vitæ mortisque viam
propono. Qui in iſta vrbe manſe-
9 rit, is ferro, fame, peſte morietur:
qui vero egresſus ad Chaldæos, (qui
vos obſident,) transfugerit, viuet,
vitæque ſuæ conſulet. Etenim ego
10
vultum ad iſtius vrbis non vtilita-
tem, ſed perniciem conieci, inquit
Ioua: efficiamque, vt ea veniat in
Babyloniæ regis poteſtatem, qui
eam igni comburet. Quod item 11
ad familiam regis Iudææ attinet,
audite, quid Ioua dicat,dauidica fa-
milia. Sic dicit Ioua: agite matu- 12
re cauſſas,et oppresſos ab iniurioſis
defendite, ne mea bilis erumpat, vt
ignis, et ardeat inexſtincta ob mo-
rum veſtrorum prauitatem. En 13
tibi me, vallis incolarum campe-
ſtris rupis, inquit Ioua, qui dicitis:
quis in nos impresſionem faciet?
aut quis noſtras manſiones inuadet?
Ego vero in vos, vt merentur ve- 14
ſtri mores, animaduertam,(inquit
Ioua,) et [k] iſtius ſiluam igne incen-
dam, qui omnia circa eam combu-
rat.

CAPVT XXII.

Ad Ieremiam Deus. Vates ad regem Iudææ. Impendentes impiis calamitates. Fœdus Dei neglectum ab Iſraele. Contra Ioacimum dicta. Planctus Iſraelitarum.

SIc mihi mandauit Ioua: deſcen- 1
de in domum regis Iudææ, et
illic hanc rem eloquere, ita di-
cens: audi Iouæ mandatum, Iu- 2
dææ rex, qui in Dauidis ſolio ſedes,
tu tuique ſtipatores,et homines, qui
per has ingrediuntur portas. Sic 3
dicit Ioua: facite ius et æquum, et
oppresſos a calumniatorum iniuria
liberate, neue peregrinos, pupil-
los, viduas premite: ne ſæuite, in-
ſontem ſanguinem ne fundite in
iſto loco. Nam ſi hanc rem fece- 4
ritis, ingredientur per iſtius do-
mus portas, qui in Dauidis ſolio
pro ipſo ſedent reges, curribus et
equis inſidentes, vna cum ſuis ſer-
uis atque populo. Sin his verbis 5
non obedieritis, per me iuro, in-
quit Ioua, domum iſtam fore de-
ſertam. Sic enim minatur Ioua do- 6
mui Iudææ regis. * Tu mihi Galaa-
dus es,o Libani caput, ni ego te red-

k) Hieroſolymæ.

igam in ſolitudinem vrbium non
7 habitatarum, et aduerſum te de-
ſtinabo armatos telis depopulato-
res, qui lectiſſima quæque cedro-
rum tuorum exſcindant, et in
8 ignem coniiciant. Ac inter ſeſe
percontantibus, qui præter iſtam
vrbem frequentes transibunt, ho-
minibus, quare ſic tractauerit
9 iſtam tantam vrbem Ioua, re-
ſpondebitur, quoniam illi, omiſſo
Iouæ Dei ſui fœdere, deos venerati
10 ſint alienos, eisque ſeruierint. Ne
deplorate mortuum, aut eius vicem
dolete: deplorate diſcedentem, qui
iam non ſit reuerſurus, et ſuam vi-
11 ſurus patriam. Etenim ſic dicit Io-
ua de Sellumo, Ioſiæ, Iudææ regis,
filio, regnante pro Ioſia patre ſuo,
12 qui ex loco iſto migrauit: non red-
ibit iſtuc amplius: nam quem in
locum exſul abductus eſt, ibi mo-
13 rietur, neque terram iſtam videbit
amplius. Væ qui domum ſuam in-
iuſte, qui cœnacula ædificat inique,
14 vtens aliorum opera gratis, nec eis
ſoluens præmium, qui ſibi ſpa-
tioſas ædes, l perflabiliaque cœnacu-
la exſtruere cogitat, et feneſtras ſe-
15 cat, cedroque tegit, et ſinopide illi-
16 nit. Tune ergo regnabis, vt tibi
ſit res cum cedris? Pater tuus non-
ne m habebat, quod eſſet ac biberet?
quumque ius et æquum faceret, ei
bene erat, et inopum pauperum-
que cauſſas agenti bene erat: hoc
17 nimirum eſt, noſſe me, inquit Ioua.
At tu et oculos et mentem tuam
non niſi ad quæſtum tuum intendis,
et ad inſontem ſanguinem haurien-
18 dum, iniquitatesque et violentiam
exercendam. Itaque ſic minatur
Ioua Ioacimo Ioſiæ filio, Iudææ re-
gi. Non plangetur, n heu frater, heu
ſoror: non plangetur, heu domi-
19 ne, heu maieſtas. Aſini ſepultura
ſepelietur, raptatus et proiectus
20 extra portas Hieroſolymæ. Con-
ſcende Libanum, et quirita, et in
Baſana vocem ede, quiritans per re-
giones: nam fracti ſunt omnes
amatores tui. Quum ego te ſoſpi- 21
tem monerem, negaſti, te obtem-
peraturam: quæ tua eſt iam a te-
neris conſuetudo mihi morem non
gerendi. Omnes tuos paſtores 22
o paſcet ventus, tuique amatores ca-
ptiui diſcedent, te tum ob tua tot
ſcelera turpiter erubeſcente. De- 23
gis in Libano, nidulata in cedris; o
quam futura gratioſa, quum tibi
cruciatus venient, qualis eſt partu-
rientis dolor? Ita viuam, inquit 24
Ioua, vt etiamſi eſſet Chonias, Ioa-
cimi Iudææ regis filius, mihi p annu-
lus in manu dextra, inde te auel-
lam, et tibi necem molientibus,
eisque, quos tu horres, et Nabucho- 25
donoſori Babyloniæ regi Chaldæis-
que in poteſtatem tradam, et te, 26
et, quæ te peperit, matrem, in aliam
terram, in qua nati non eſtis,
transferam, ibi morituros: nec in 27
terram, quo redire feret animus,
redituros. Contemtane et caſſa 28
ſtatua eſt homo iſte Chonias? aut
vas, quod diſpliceat? vt transfera-
tur et ipſe et eius progenies, et in
ignotam ſibi terram proiiciantur?
O terra, terra, terra, audi Iouæ di- 29
ctum: ſic dicit Ioua: q ſcribatur 30
homo iſte orbus, vir infelicis æui,
quippe cuius ex ſtirpe nemo ſit eam
felicitatem conſecuturus, vt in
Dauidis ſolio ſedeat, aut deinceps
imperet Iudææ.

CAPVT XXIII.

Ad improbos paſtores propheta. Reliquiæ ouium cogendæ. Iudæus conſeruandus. Iouanus dolor de pſeudouatibus. Sacerdotum impuritas. Vaticinia per Baalem.

HEu paſtores, qui meæ paſtio- 1
nis oues perditis atque diſſi-
patis, inquit Ioua. Itaque 2
ſic

l) alta et ventis expoſita. m) ſatis locuples erat. n) nec a cognatis, nec a ſubditis lugebitur. o) ad nihilum redigentur. p) cariſſimus et coniunctiſſimus. q) quæ ſcribuntur, certa ſunt. Certum eſt, iſtum hominem orbare, cet.

ſic minatur Ioua Deus Iſraelitarum
paſtoribus, meos paſcentibus popu-
lares: vos meas oues diſpergitis at-
que profligatis, eas non curantes:
3 ego in vos ingenii veſtri prauita-
tem vindicabo, inquit Ioua, colli-
gamque mearum ouium reliquas
omnibus ex terris, quo eas profli-
gauero, et in ſua reducam ſtabula,
fetificabuntque et multiplicabun-
4 tur, et in eas paſtores ſuſcitabo,
qui eas ita paſcant, vt deinceps ne-
que timeant aut terreantur, neque
5 [r] deſiderentur, inquit Ioua. Futu-
rum eſt, inquit Ioua, vt ego ſuſci-
tem Dauidi iuſtam ſtirpem, qui rex
regnet, et ſapiat, et ius æquumque
5 faciat in terris. Eius tempore ſer-
uabitur Iudæus, degetque tutus Iſ-
raelita. Vocabitur autem hoc no-
7 mine: Ioua iuſtitia noſtra. Ita-
que tempus erit, inquit Ioua, quum
non iam dicetur: ſic viuat Ioua,
qui deportauit Iſraelitas ex Aegy-
8 pto: ſed: ſic viuat Ioua, qui de-
portauit, quique adduxit iſraeliti-
cæ domus progeniem ex aquilona-
ri terra, exque omnibus terris, in
quas ego eos profligauero, degent-
9 que in ſua terra. [s] De vatibus mihi
et cor in pectore rumpitur, et o-
mnes artus vacillant, ſimilisque ſum
hominis ebrii, viri vino turbati, ob
10 Iouam eiusque ſacra verba. Nam
adulteris referta terra eſt: nam ob
periuria luget terra, erubeſcunt ſta-
tiones ſaltuum, adeo malus eſt eo-
11 rum curſus, et poteſtas iniqua. Si-
quidem tum vates, tum ſacerdotes
impuri ſunt, eorumque ſcelus etiam
[t] domi meæ deprehendi, inquit Io-
12 ua. Itaque viam habebunt, tam-
quam lubricum in caligine locum,
in qua vexati cadent, me eis inue-
hente malum anno eorum ſupplicii,
13 inquit Ioua. Et in ſamaritanis va-
tibus abſurditatem video, vatici-
nantibus per Baalem, Iſraelitasque
meos in errorem inducentibus. Et 14
in hieroſolymitanis vatibus fœdita-
tem video, adulterantibus, falſaque
ſectantibus, et [u] improborum manus
corroborantibus, ne a ſua quisque
prauitate deſciſcant. Sunt omnes
mihi perinde ac Sodomitani, eius-
que incolæ, ſicut Gomorrani. Item 15
ſic minatur armipotens Ioua vati-
bus: ego eos et abſinthio cibabo, et
aqua potionabo fellea: quandoqui-
dem a hieroſolymitanis vatibus
profecta eſt impuritas in totam re-
gionem. Sic dicit armipotens Io- 16
ua: nolite verba audire vatum, vobis
vaticinantium, qui vos fruſtra ha-
bent, animi ſui viſa, non meo Iouæ
ore prolata, eloquentes. Qui meis 17
contemtoribus dicunt, Iouam eis
pacem promittere, et omnibus, ani-
mi ſui peruerſitati obſequentibus,
negant euenturum malum. Quis 18
enim adfuit in Iouæ conſilio? eius-
que dicta vidit et audiuit? quis
eius orationem attendit et audiuit?
En prodit excandeſcentis Iouæ pro- 19
cella, irruens procella in impiorum
caput incumbet: non cohibebitur 20
ira Iouæ, quin animi ſui cogitata fe-
cerit, ac præſtiterit, id quod vos
olim conſideratius conſiderabitis.
Ego non miſi vates, et currunt: 21
non adfatus ſum, et vaticinantur.
Quod ſi adfuerunt in meo conſilio, 22
nuntient mea dicta meis, eosque a
ſua praua vitæ via morumque pra-
uitate reuocent. Recensne Deus 23
ego? inquit Ioua: ac non Deus
[x] longinquus? Videlicet ita latebit 24
in tenebris homo, vt ego eum non
videam? inquit Ioua: quaſi vero
non ego cælum terramque com-
pleam, inquit Ioua. Audio, quid 25
dicant vates, per meum nomen fal-
ſo ita vaticinantes: ſomniaui, ſo-
mniaui. Quousque habebunt in 26
animo vates, falſa animique ſui fal-
laciam vaticinari? Qui cogitant, 27
meum

r) perdantur. s) ob vates. t) in templo. u) improbos in improbitate confirmantibus. x) antiquus, et cuius omnium rerum cognitio et maieſtas vobis nota eſſe debeat.

meum populum in mei nominis
obliuionem adducere ſuis ſomniis,
quæ narrant alius alii, quemadmo-
dum obliti ſunt meum nomen ma-
28 iores eorum per Baalem. Qui va-
tes ſomnium habet, ſomnium nar-
ret: qui autem dicta mea habet, di-
cta mea vere narret: quid y) ſtramini
29 cum farre? inquit Ioua. Nonne
ſic ſunt dicta mea, vt ignis, inquit
Ioua, vtque petram diffindens mal-
30 leus? Itaque ego minitor vatibus,
(inquit Ioua,) qui mea dicta ſurri-
31 piunt alius alii. Ego minitor vati-
bus, inquit Ioua, qui z) ſuis linguis
vtuntur ad inquiendum, inquit.
32 Ego minitor falſa vaticinantibus
ſomnia, inquit Ioua, narrantibus-
que et meos mendaciis ac temerita-
te ſua decipientibus: quos quum
ego non miſerim, nec id eis præce-
perim, nihil proderunt iſti populo,
33 inquit Ioua. Quod ſi ex te iſtorum
aliquis plebeius, aut vates, aut ſa-
cerdos quæſiuerit, ecquæ ſint Iouæ
a) minæ? dices eis: quid minæ?
quum ego ſim ſublaturus vos, inquit
34 Ioua. Quod ſi quis vates aut ſacer-
dos aut plebeius dixerit Iouæ mi-
nas, animaduertam in hominem il-
35 lum, atque in eius domum. Sic
inuicem dicetis inter vos: quid re-
ſpondit Ioua? aut quid locutus eſt
36 Ioua? Iouæ quidem minas ne me-
morate amplius. Nam ſua cuique
verba erunt minæ, dum viuentis Dei,
Iouæ armipotentis, Dei noſtri ver-
ba inuertitis. Sic dicetis vati: quid
37 tibi reſpondit Ioua? aut quid elocu-
tus eſt Ioua? Quod ſi Iouæ minas
38 dixeritis, idcirco ſic dicit Ioua:
quoniam dicitis hoc verbum, Iouæ
minæ, quum ego mandauerim vo-
39 bis, ne Iouæ minas diceretis; ideo
ego vos tollam, et vos et vrbem,
quam vobis veſtriſque dedi maiori-
bus, auferam ex meo conſpectu,
40 et vos æterna ignominia, perpetuo-
que ac numquam oblitterando
probro adficiam.

CAPVT XXIIII.

Ficuum fiſcellæ. Captiua gens Iudæorum. Ad vatem Ioua. Cura captiuorum a Ieua. Malæ ficus. Calamitates immittendæ in prauos captiuos.

OStendit mihi Ioua duas ficu- 1
um fiſcellas ante Iouæ cellam
poſitas, poſteaquam Nabu-
chodonoſor Babyloniæ rex Iecho-
niam, Ioacimi Iudææ regis filium,
Iudææque principes, et fabros, et
opifices Hieroſolymis captiuos in
Babyloniam deportauit: quarum 2
fiſcellarum altera erat ficuum valde
bonarum, quales ſunt primores fi-
cus: altera ita malarum, vt comedi
non poſſent. Et Ioua mihi dixit: 3
quid vides, Ieremia? Ficus, (in-
quam ego,) quarum bonæ, valde bo-
næ ſunt: et malæ, valde malæ, adeo
vt comedi non poſſint. Tum ad- 4
loquens me Ioua, ſic dicit: Ioua, 5
Deus Iſraelitarum, inquit: vt ficus
iſtæ bonæ ſunt, ſic ego exſulum
Iudæorum, (quos iſtinc in chaldæ-
am terram miſi,) rationem habebo,
in eoſque coniiciam oculum boni 6
cauſſa, et eos in terram iſtam redu-
cam, inſtruamque, non euertam:
et plantabo, non eruam: et eam 7
illis mentem dabo, vt me Iouam
eſſe intelligant, et ipſi mihi populus,
et ego eis ſim Deus, quum ad me
toto corde reuerterint. Rurſum 8
quales ſunt malæ ficus, ita malæ, vt
comedi non poſſint, tales ego red-
dam, (inquit Ioua,) Sedeciam Iudææ
regem, principeſque, et reliquos
Hieroſolymitanorum, qui in terra
iſta ſuperſunt, quique in Aegypto
degunt, eoſque male vexandos in 9
omnia terrarum regna dabo, ita
vt ignominiæ, dicterio, fabulæ, et
deteſtationi ſint, vbicumque loco-
rum eos profligauero: in eoſque 10
arma

y) vanitati cum veritate? Plurimum differt inter falſa et vera. z) dicunt illud, inquit Ioua. a) minax oraculum.

arma, famem, peſtem immittam,
eousque vt omnino pereant ex ter-
ra, quam ego eis eorumque maio-
ribus dedi.

CAPVT XXV.

Ad Iudæos Ieremias. Ad frugem meliorem adhortatio. Ab aquilone proditio Iudæorum. In Babylonios vindicta Dei. Tætri vini poculum. Populorum potio et temulentia. Stercoranda tellus hominum cadaueribus.

SErmo, qui ad Ieremiam habitus
eſt ad omnem iudæum popu-
lum, anno quarto Ioacimi Ioſiæ
ilii, Iudææ regis, qui annus eſt pri-
nus Nabuchodonoſoris Babylo-
iiæ regis, quum quidem adfatus
:ſt Ieremias vates omnem iudæum
ɔopulum, omneſque Hieroſolymi-
anos in hunc modum: ab anno
oſiæ, Ammonis filii, Iudææ regis,
ecimo tertio, ad hodiernum diem,
er hos viginti tres annos et Ioua
ne, et ego vos adlocutus ſum, et
igilanter adlocutus ſum, nec audi-
iſtis, nec obediuiſtis, aut aures ad
udiendum præbuiſtis, quum
nitteret ad vos Ioua ſuos tot ſeruos
ates, et quidem vigilanter, qui vos
a monerent: deſciſcite a ſua
uiſque mala conſuetudine mo-
umque prauitate, et manebitis in
:rra, quam Ioua vobis veſtriſque
edit maioribus in omnem ſæculo-
um æternitatem. Neue alienos
:quimini deos, ſeruiendi aut colen-
i cauſſa, ne ego, veſtris actionibus
:ritatus, vobis malefaciam. Sed
on audiuiſtis me, inquit Ioua, vt
ıe veſtris actionibus ad vobis ma-
faciendum irritaretis. Quare ſic
icit armipotens Ioua: quoniam
os mihi dicto audientes non fui-
is, ego curabo arceſſendas o-
mnes aquilonares nationes, inquit
ɔua, meumque Nabuchodonoſo-
:m, Babyloniæ regem, quos in ter-
m iſtam, inque omnes eius inco-
s, et in omnes iſtas finitimas gen-
tes inueham, eaſque euertam, et
in ſtupendam, ſibilandam, perpe-
tuam ſolitudinem redigam, effi- 10
ciamque, vt in eis neque voluptas
aut lætitia, neque ſponſus aut
ſponſa, neque molæ audian-
tur, aut lumen ſit lucernæ. Atque 11
ita, omni iſta terra in ſtupendam
redacta ſolitudinem, ſeruient iſtæ
gentes babylonio regi annos ſeptua-
ginta. Deinde, completis annis ſe- 12
ptuaginta, vindicabo in Babyloniæ
regem, inque gentem illam, (inquit
Ioua,) eorum culpam, inque terram
chaldæam, et eam in perpetuam
redigam vaſtitatem, et in terram 13
illam importabo, quidquid ei mi-
natus ſum, videlicet quidquid in li-
bro iſto ſcriptum eſt, quo vaticina-
tus eſt Ieremias aduerſus gentes
omnes: quandoquidem et ipſæ 14
ſeruierunt [b] eis: gentes multæ ma-
gnique reges: itaque eis digna ſuis
factis et actionibus rependam.
Sic enim mihi dixit Ioua Deus Iſ- 15
raelitarum: accipe de mea manu
hoc tætri vini poculum, et eo po-
tiona gentes omnes, ad quas ego te
mitto, vt bibant, et inde commo- 16
ueantur vel ad rabiem, ob arma,
quæ ego inter eos immittam. Igi- 17
tur ego accepto de Iouæ manu po-
culo, gentes omnes potionaui, ad
quas me Ioua miſerat, videlicet 18
Hieroſolymam, Iudææque ciuita-
tes, atque reges, et principes, vt in
ſtupendam, ſibilandamque et de-
teſtandam vaſtitatem redigerentur,
vt res indicat; item Pharaonem 19
Aegypti regem, eiuſque et ſeruos,
proceres, et omnem populum;
item omne promiſcuum vulgus, 20
omneſque reges terræ Huſæ, et o-
mnes Palæſtinæ reges, Aſcalonem,
Gazam, Accaronem, Azotique re-
liquias, Idumæos, Moabitas, Am- 21
monitas; omnes tyrios, ſido- 22
nioſque reges, et inſulares, reges
transmarinos, et Dedanem, The- 23
mam, Buzam, omneſque vltimas
inco-

b) ſcilicet diis peregrinis, vt et Iſraelitæ.

24 incolentes oras; omnes tum reli-
quæ Arabiæ reges, tum eos, qui ſal-
25 tus incolunt; omnes Zambrio-
26 rum, Elamitarumque reges, o-
mnes Mediæ aquilonareſque reges,
ſiue finitimos, ſiue alios, ab aliis re-
motos; denique omnia, quæcum-
que ſunt in orbe regna. Rex autem
27 [c] Seſac potabit poſt illos. Dices au-
tem eis: ſic dicit armipotens Ioua
Deus Iſraelitarum: potate, et ine-
briamini, et vomite, et cadite, non
ſurrecturi, propter arma, quæ ego
28 inter vos immitto. Quod ſi pocu-
lum recuſauerint de manu tua ſu-
mere ad potandum, dices eis: ſic
dicit armipotens Ioua: potabitis.
29 Nam quum ego vrbi a me denomi-
natæ malefacere incipiam, vos ſci-
licet impune feretis? Non impune
feretis: ſiquidem arma omnibus
terrarum incolis edico, inquit ar-
30 mipotens Ioua. Tu vero has o-
mnes res eis vaticinare, ita dicens:
Ioua ex ſublimi rugiet, ex ſua ſacra
ſede ſonitum edet: rugiet aduerſus
domicilium ſuum, clamorem emit-
tens, qualis eſt vuas calcantium, in
31 omnes terrarum habitatores, per-
ueniente ad vltimas terras ſtrepitu,
quoniam certamen habebit Ioua
cum gentibus, contendet cum o-
mnibus mortalibus, impios armis
32 obiiciens, inquit Ioua. Sic dicit
armipotens Ioua: exiturum eſt
tantum malum ex gente in gentem,
et tam ingens procella ab extremis
33 excitanda terris, vt ſint tum Iouæ
cæſi [d] ab altero terrarum fine ad al-
terum, neque plangentur, neque
colligentur, neque ſepelientur, ſed
34 terræ ſolum ſtercorabunt. Eiulate
paſtores, et quiritate, vos ipſos vo-
lutantes, ouium magiſtri: ſiquidem,
completo ad cædem veſtram ſpatio,
diſpergemini, et, tamquam elegans
35 ſupellex, cadetis, carebuntque ef-
fugio paſtores, et ſalute ouium ma-
giſtri. Auditur quiritatus paſto-
36 rum, eiulatio magiſtrorum oui-
um: quoniam depopulatur eorum
paſcua Ioua, pereuntque pacatæ
ſtationes, ardenti ira Iouæ, qui qua-
ſi leo luſtrum ſuum reliquit, eo-
rum terra ob atrocem ſæuitiam, ob
eius iræ ſæuitiam, in vaſtitatem
redacta.

CAPVT XXVI.

Ad vatem Deus. Legis cultus. Comprehenſus et vinctus vates. Accuſatores improbi. Vrias vates in Aegyptum fugiens, comprehenſus, necatus. Ieremiæ ſalus.

INitio regni Ioacimi Ioſiæ filii,
Iudææ regis, hic ſermo eſt ha-
bitus a Ioua. Sic dicit Ioua: adſta 2
in atrio ædis Iouæ, et eloquere in
omnes Iudææ ciuitates: quæ in æ-
dem Iouæ adoratum veniunt, o-
mnia verba, quæ ego tibi ad eas
eloquenda mando, ne verbo qui-
dem ſubtracto, ſi forte audiant, 3
et a ſua quiſque mala conſuetudine
deſciſcant, vt ego malum reuocem,
quo eos adficere ob eorum mores
prauos cogito. Dices igitur eis: ſic 4
dicit Ioua: niſi me audiueritis, legi,
quam vobis propoſui, obſequen- 5
do, et meorum vatum dicta au-
diendo, quos ego ad vos, (quamuis
non audiatis,) mitto, et quidem 6
vigilanter mitto: reddam ædem
iſtam, vt Siluntem, vrbemque iſtam
efficiam omnibus terrarum genti-
bus exſecrandam. Audiebant au- 7
tem ſacerdotes et vates, omniſque
populus, Ieremiam ea verba in æde
Iouæ pronuntiantem. Igitur ſimul 8
ac perorauit Ieremias omnia, quæ
omni populo dici Ioua iuſſerat,
comprehenderunt eum ſacerdotes
et vates omniſque populus, mor-
tem ei minantes, qui Iouæ nomi- 9
ne vaticinans, dixiſſet, eam ædem
futuram eſſe, vt Siluntem, vrbem-
que ab habitatoribus deſertum iri.
Igitur quum congregaretur ad Ie- 1
remiam omnis populus in æde Io-
uæ, principes Iudæi, his rebus au-
ditis,

c) Babyloniæ. d) quam longe patet terra.

litis,ex regia adſcenderunt in ædem
ouæ. Atque vbi hi ante portam
ouæ nouam conſtiterunt, dice-
ant ſacerdotes et vates principibus
unctoque populo, hominem il-
um capitale commiſiſſe crimen,qui
n vrbem illam vaticinatus eſſet,
uæ illi ſuis auribus audiuiſſent.
Tum Ieremias principes omnes
unctumque populum adloquitur:
oua me miſit, inquit, ad vatici-
andum in hanc ædem atque vr-
em, quæcumque vos audiuiſtis.
Quapropter corrigite veſtros mo-
es atque ingenium, et Iouæ Dei
eſtri dictis obedite, et is malo
emperabit, quod in vos ſtatuit.
quidem ſum in veſtra manu: faci-
e mihi, vt vobis videbitur et libe-
it. Verumtamen ſcitote, fore, ſi
ne interfeceritis,vt vos et hæc vrbs
t incolæ luant innocentis ſangui-
em. Nam vere miſit me ad vos Io-
a, vt vobis audientibus hæc o-
mnia dicerem. Hic principes et o-
nis populus ſic ſacerdotes et va-
s adloqui: non eſt hic homo in
apitali crimine, ſiquidem nos Io-
æ Dei noſtri nomine adfatus eſt.
um ſurrexerunt homines ex re-
ionis ſenioribus, qui ad omnem
opuli concionem ſic verba fece-
unt. Michæas Moraſtita vaticina-
us eſt Ezechiæ Iudææ regis tempo-
. Is omni iudæo populo dixit,ſic
mipotentem Iouam dicere, fore,
Sion ager araretur, et Hieroſo-
ma eſſent rudera, et templi mons
ueſtria faſtigia. Num eum ideo
cidit Ezechias Iudææ rex, aut vl-
s Iudæorum? nonne Iouam ve-
tus precibus compellauit, atque
temperauit Ioua malo, quod il-
minatus erat? et nos tanto faci-
ore committendo animas noſtras
ligabimus? Fuit item vir qui-
m Iouæ nomine vaticinans, Vri-
Semeiæ filius, Cariathiarimenſis,
i eadem plane in hanc et vrbem
terram vaticinatus eſt, quæ in
remiæ verbis habentur. Eius
orationem vbi audiuit rex Ioaci-
mus, et omnes eius milites atque
proceres, conatus eſt eum necare:
quo audito,veritus Vrias aufugit, et
inAegyptum ſe contulit. Sed miſit 22
rex Ioacimus homines ægyptios,
videlicet Elnathanem Achoboris fi-
lium,et certos cum eo in Aegyptum,
qui eductum ex Aegypto Vriam ad 23
ſe perduxerunt, isque eum ferro
necauit, et eius corpus in publicum
ſepulcretum proiecit. Ahicha- 24
mus quoque Saphanis filius, Iere-
miæ fuit præſidio,nec permiſit eum
in populi poteſtatem ad necandum.

CAPVT XXVII.

Ad vatem Deus. Vincula collo adaptata. Ad reges mandata Iouæ. Nabuchodonoſoris imperium a Deo. In hariolos ac ſomniatores. Pſeudouates ſpem facientes.

INitio regni Ioacimi, Ioſiæ filii, 1
Iudææ regis, habitus eſt ad Iere-
miam hic ſermo a Ioua, in hæc
verba. Sic mihi dixit Ioua: fac 2
tibi vincula et ligamina, quæ tuo
collo adaptes, et mittas ad Idu- 3
mææ, Moabitarum, Ammonita-
rum, Tyri, Sidoniſque reges, per
legatos, qui Hieroſolymam ad Se-
deciam Iudææ regem venerunt,
eisque ad ipſorum dominos hoc 4
mandatum des. Sic dicit armipo-
tens Ioua, Deus Iſraelitarum. Vos
ita veſtris dominis dicetis: ego et 5
terram, et homines, et in terris
verſantes beſtias, mea magna vi
porrectoque brachio et feci, et qui-
bus viſum eſt, do. Et nunc omnes 6
iſtas terras meo Nabuchodonoſori,
Babyloniæ regi, in poteſtatem dedi:
quin etiam terreſtres beſtias ei in
ſeruitutem addixi, eique et eius 7
nato, et nepoti ſeruient gentes o-
mnes, donec eius quoque terræ
tempus veniat: ei, inquam, mul-
tæ gentes, magnique reges ſeruient.
Ac quæ gens regnumue non ſer- 8
uierit ei, videlicet Nabuchodono-
ſori, Babyloniæ regi, quæque col-
lum

lum ſuum iugo regis Babyloniæ non
ſubdiderit; in eam ego gentem fer-
ro, fame, peſte animaduertam,
inquit Ioua, eo vſque, vt per eum
9 conſumatur. Vos vero nolite ve-
ſtros audire vates, hariolos, ſo-
mniatores, magos et præſtigiatores,
qui negant, vos eſſe Babyloniæ regi
10 ſeruituros. Nam falſa vobis vati-
cinantur, vt vos a terra veſtra re-
moueant, et a me vexati pereatis.
11 Quæ vero gens ceruicem ſuam re-
gis babylonii iugo ſubiunxerit, ei-
que ſeruierit; eam ego in ſua terra
ſinam, inquit Ioua, eamque colet
12 atque habitabit. Sedeciam quo-
que Iudææ regem iisdem prorſum
verbis adlocutus ſum ita: ſubmit-
tite ceruices veſtras iugo regis Ba-
byloniæ, eique et eius hominibus
13 ſeruite, et viuetis: ne tu, tuique
ferro, peſte, fame moriamini,
quemadmodum minatur Ioua gen-
ti, quæ Babyloniæ regi non ſer-
14 uierit. Neue vatum dicta audiatis,
qui negant, vos Babyloniæ regi ſer-
uituros. Etenim falſa vobis vatici-
15 nantur: nec enim eos ego miſi,
(inquit Ioua,) ſed ipſi meo nomine
falſa vaticinantur, vt a me profli-
gati pereatis et vos, et vates, qui
vobis vaticinantur. Item ſacerdo-
tes et omnem hunc populum adlo-
16 cutus ſum ita. Sic dicit Ioua: nolite
audire dicta veſtrorum vatum, qui
vobis vaticinantur, futurum eſſe,
vt templi Iouæ vaſa ex Babylone
propediem reportentur: nam fal-
17 ſum vobis vaticinantur. Nolite
eos audire: ſeruite Babyloniæ regi,
et viuetis: alioquin fiet hæc vrbs
18 deſerta. Quod ſi vates ſunt, et ha-
bent Iouæ mandatum, impetrent
ſane ab armipotente Ioua, ne vaſa,
quæ in Iouæ æde, et in Iudææ re-
gia, Hieroſolymisque reſtant, Ba-
19 bylonem veniant. Sic enim dicit
Ioua de columnis, et lacu, et ba-
ſibus, reliquisque vaſis, quæ in hac
20 vrbe reſtant, quæ non abſtulit
Babyloniæ rex Nabuchodonoſor,
quum Iechoniam, Ioacimi, Iudæ
regis filium, omnesque Iudæos
Hieroſolymitanos nobiles Hier
ſolyma Babylonem transtulit: ſi
inquam, dicit armipotens Iou
Deus Iſraelitarum, de vaſis, qu
in æde Iouæ, inque Iudææ regia
Hieroſolymis ſuperſunt, ea po
tatum iri Babylonem, ibique for
donec ego ea, (inquit Ioua,) in locu
iſtum referenda ac reportanda c
rem.

CAPVT XXVIII.

Ananias vates ad Ieremiam. Babylonia v
xanda: Iudæi abſoluendi. Ieremiæ deſid
rium. Abruptum vinculum. Ad Ieremia
Deus. Ananias perdendus a Ioua non mi
ſus. Eiusdem finis.

EO anno initio regni Sedeci
Iudææ regis, anni quarti men
ſe quinto, Ananias, Azuris fi
lius, vates Gabaonita, me in æde Io
uæ, ſacerdotibus totoque ſpectant
populo, ſic eſt adlocutus: ſic di
cit armipotens Ioua Deus Iſraelita
rum: ego frangam iugum regis Ba
byloniæ. Hinc ad biennium refe
ram in locum iſtum omnia ædis Io
uæ vaſa, quæ Nabuchodonoſo
Babyloniæ rex iſtinc ablata, Baby
lonem deportauit. Iechoniam
quoque Ioacimi filium Iudææ re
gem omnesque Iudæos exſules, qu
in Babyloniam venerunt, ego iſtu
reducam, inquit Ioua, quum regi
Babyloniæ iugum fregero. At Ie-
remias vates in ſacerdotum totius-
que populi præſentia, qui in æde
Iouæ aderant, ſic Ananiæ vati re-
ſpondit: vtinam ſic Ioua faciat, et,
quæ tu iſtis verbis vaticinatus es,
præſtet, ædisque Iouæ vaſa et capti-
uos omnes ex Babylonia hunc in lo-
cum reportet. Verum audi hanc
rem, quam ego, te et cuncto audien-
te populo, eloquar. Qui vates iam
olim ante me et te fuerunt, et in
multas regiones, ingentiaque regna,
* bellum, aut aliquod malum, aut
peſtem vaticinati ſunt; eorum va-
tum

um ſi quis fauſtum aliquid vatici-
iatus erat, vbi illud a vate dictum
euenerat, adparebat vatem vere a
oua eſſe miſſum. At Ananias va-
es detractum de Ieremiæ collo li-
gamen rupit, et, cuncto ſpectante
opulo, dixit: ſic dicit Ioua: hoc
go pacto Nabuchodonoſoris, Ba-
ylonıæ regis, iugum hinc ad bien-
ium ex omnium gentium ceruici-
us abrumpam. Tum Ieremias
ates inde digreſſus eſt: et eum Io-
a poſt abruptum ab Anania vate
x eius collo vinculum, ſic adloqui-
ur: i, et ita dicito Ananiæ: ſic
licit Ioua: tu lignea vincula rum-
endo pro eis feciſti ferrea. Nam
ic dicit armipotens Ioua Deus Iſ-
aelitarum: ego ferreum iugum
mponam ceruicibus omnium iſta-
um gentium, vt Nabuchodonoſo-
i, Babyloniæ regi, ſeruitutem ſerui-
nt, cui ego etiam belluas terreſtres
edi. Igitur Ieremias cum Anania
ate locutus eſt in hanc ſententiam.
udi ſane Anania: non miſit te Io-
a, et tu hunc populum in falſam
pem adducis. Hanc ob rem ſic
icit Ioua: ego te ex orbe amanda-
o: morieris hoc anno, quoniam
Ioua deficiendi auctor es. Ita-
ue mortuus eſt Ananias vates eius
nni menſe ſeptimo.

CAPVT XXIX.

Ad captiuos Ieremiæ litteræ. A pſeudouatibus diſcrimina. Euaſionis tempus. Orantes Iouam exaudiendi. Calamitates adflicturæ dauidicum genus. Pſeudouates duo necandi.

EXemplar epiſtolæ, quam miſit
Ieremias vates Hieroſolymis
ad reliquos ſenatores exſules,
ad ſacerdotes vateſque, et ad o-
mem populum, quem Nabucho-
onoſor Hieroſolymis in Babyloni-
n deportauerat, poſtquam Ie-
onias rex, regina, ſpadones, prin-
peſque Iudæi et Hieroſolymitani,
brique et opifices Hieroſolymis
emigrauerant: quam epiſtolam 3
per Elaſam Saphanis, et Gamari-
am Helciæ filium, (quos Sedecias
Iudææ rex, Babylonem ad Babylo-
niæ regem Nabuchodonoſorem
mittebat,) his verbis miſit: ſic 4
dicit armipotens Ioua, Deus
Iſraelitarum, omnibus exſulibus,
quos ipſe Hieroſolymis in Babylo-
niam relegauit. Aedificate, quas 5
habitetis, domos, et hortos, quo-
rum fructu veſcamini, conſerite,
ducite vxores, liberoſque gigni- 6
te, et filiis veſtris vxores capite, et
filias nuptum locate, quæ liberos
pariant, atque iſtic creſcite, neue
decreſcite, et ſaluti ſtudete vrbis, 7
quo vos ego relegaui, Iouamque
pro ea orate: nam in eius ſalute vo-
bis ſita ſalus eſt. Sic enim dicit ar- 8
mipotens Ioua, Deus Iſraelitarum:
ne committite, vt vobis imponant
vates hariolique veſtri, qui verſan-
tur inter vos, neue audite, quæ ipſi
ſomniatis ſomnia. Etenim falſo 9
vobis meo nomine vaticinantur,
non meo miſſu, inquit Ioua. Nam 10
ſimul ac compleuerit Babylon an-
nos ſeptuaginta, (inquit Ioua,) ego
curabo vos, et quæ bona promiſi,
præſtabo, vobis in locum iſtum re-
uocandis. Scio enim, quas de vo- 11
bis habeam cogitationes, (inquit
Ioua,) amicas videlicet, non inimi-
cas, vt exitum ſpemque dem vobis.
Ac vos, inuocantes me, et oratum 12
venientes, exaudiam, meque veſti-
gantes inuenietis, ſi tota mente re-
quiſiueritis, inuentuſque vobis, 13
(inquit Ioua,) reuocabo vos capti-
uos, ac, quocumque gentium aut 14
locorum profligauero, inde colli-
gam, (inquit Ioua,) et eodem, vnde
relegaui, reducam, [e] qui dicitis, Io- 15
uam vobis ad Babylonem ſuſci-
taſſe vates. Nam ſic dicit Ioua de 16
rege, qui ſedet in Dauidis ſolio, de-
que omni populo, in hac vrbe de-
gente, qui veſtri ſunt conſanguinei,
vobiſ-

[e] ne forte fidem habeatis vatibus, quos Babylone habetis, quaſi diuinitus adflatis, quum aliter dicant quam futurum ſit.

vobiſcum in exſilium non profecti,
17 ſic, inquam, dicit armipotens Ioua:
ego in eos ferrum, famem, peſtemque
immittam, ſimileſque reddam
tætrarum ficuum, adeo malarum,
18 vt edules non ſint, et eos ferro,
fame, peſte perſequens, ita per omnia
terrarum regna diuexandos
dabo, vt quocumque gentium eos
profligauero, ibi mire deteſtabiles,
19 ſibilandi, et infames ſint: quoniam
meis dictis non obtemperarunt,
inquit Ioua, qui eis vates meos, et
quidem vigilanter, miſiculauerim,
nec vos tamen obediueritis, inquit
20 Ioua. Vos vero audite Iouæ dicta,
omnes extorres, quos ego a Hieroſolymis
in Babyloniam amanda-
21 ui. Sic dicit armipotens Ioua Deus
Iſraelitarum de Achabo Coliæ, et
Sedecia Maaſiæ filio, qui vobis meo
22 nomine vaticinantur falſo. Ego
eos Nabuchodonoſori, Babyloniæ
regi, dedam, qui eos in oculis veſtris
ita occidat, vt ab eis præbeatur omnibus
exſulantibus in Babylonia
Iudæis huiuſmodi imprecatio:
23 adficiat te Ioua vt Sedeciam, et Achabum,
quos Babyloniæ rex igne
torruit, quoniam flagitium in Iſraelitis
committunt, et aliorum vxores
conſtuprant, meumque nomen in
re falſa interponunt, iniuſſu meo,
cuius ego rei conſcius ac teſtis ſum,
24 inquit Ioua. Semeiæ quoque Ne-
25 helamitæ hæc dices: ſic dicit armipotens
Ioua Deus Iſraelitarum:
quandoquidem tu tuo nomine
quum ad omnem, qui Hieroſolymis
eſt, populum, tum ad Sophaniam
Maaſiæ filium pontificem, et
ad omnes ſacerdotes miſiſti litteras
26 in hæc verba. Quum te Ioua pontificem
in Ioiadæ pontificis locum
fecerit, vt Iouæ templo præfectus,
omnes lymphatos, et vaticinantes,
in compedes et fidiculas coniicias:
27 cur Ieremiam Anathotenſem vobis
28 vaticinantem non coerces? qui
nobis in Babyloniam ſignificauerit,
longum fore: conſtruamus domos,
quas incolamus, hortoſque conſeramus,
quorum veſcamur fructu.
Recitauerat autem hanc epiſtolam 2
Sophonias pontifex, audiente vate
Ieremia. Igitur Ioua cum Ieremia 3
hoc modo verba fecit: ſignifica 3
omnibus exſulibus in hanc ſententiam:
ſic pronuntiat Ioua de Semeia
Nehelamita: quoniam vobis vaticinatus
eſt Semeias (Nehelamita,)
non miſſu meo, voſque in falſam
adduxit fiduciam: propterea ſic 3
pronuntiat Ioua: ego Semeiam Nehelamitam,
ciuſque progeniem,
ita puniam, vt non ſit ex eo quiſquam
remanſurus in iſto populo,
neque bona viſurus, quibus ego
meos adficiam, inquit Ioua, quoniam
a Ioua deficiendi auctor eſt.

CAPVT XXX.

Verba in libro deſcribenda. Liberandi captiui. Iacobei non omnino perdendi. Perdendi piorum inimici. Curanda per Ionam eccleſiæ vulnera.

Sermo ad Ieremiam habitus a Ioua 1
in hæc verba.

SIc dicit armipotens Ioua, Deus 2
Iſraelitarum: deſcribe tibi in
libro omnia verba, quæ ego
tibi eloquor. Nam tempus erit, 3
inquit Ioua, quum captiuos meos
Iſraelitas et Iudæos reuocabo, inquit
Ioua, et reducam in terram,
quam eorum dedi maioribus, eamque
poſſidebunt. Hæc ſunt autem 4
verba, quæ eloquitur Ioua ad Iſraelitas
et Iudæos. Nempe ſic dicit 5
Ioua: formidinis vocem audimus,
et pauoris impacati. Sciſcitamini 6
quæſo, et videte, f num pariat mas?
cur video viros omnes, admotis ad
latera manibus, more parturientis,
omneſque vultus in pallorem verſos?
Heu quanta quamque in- 7
comparabilis eſt illa dies, et aduerſum
tempus Iacobeo? ex quo tamen
euadet, eritque dies, inquit 8
armi-

f) quum viri parere non ſoleant, qui fit, vt parturientium more doleant?

armipotens Ioua, quum ego illius iugum ex tua ceruice abrumpam, tuaque vincula diſſoluam, nec illi ſeruient amplius alienis, ſed Iouæ Deo ſuo ſeruient, Dauidique regi ſuo, quem eis ſuſcitabo. Tu vero ne metue, mi Iacobee, ne formida, Iſraelita. Nam ego te procul, ego tuam progeniem ex captiuitatis ſuæ terra ita vindicabo, vt reuerſi Iacobei placide quieſcant, exterrente nullo. Siquidem ego tibi adero, inquit Ioua, tui conſeruandi gratia. Quumque ſim gentes omnes, quo te diſperſero, prorſum perditurus: te tamen non prorſum perdam, tametſi, impunitatem tibi non concedens, iure caſtigabo. Sic enim dicit Ioua: ſæua tua calamitas, cruciabile tuum vulnus eſt: non eſt, qui cauſſam tuam quaſi medicando agat: tu ſalubri medicina cares. Omnes tui amatores te obliti non requirunt, quoniam ego tibi crudelis caſtigationis hoſtile vulnus inflixi, ob tua tot tantaque vitia ac peccata. Quid de ſæuo calamitatis tuæ dolore conquereris? ob tua tot tantaque vitia ac peccata feci ego iſta tibi. Ergo quicumque te conficiunt, conficientur: et omnes, quicumque tibi aduerſantur, abibunt captiui, obiicienturque tui depopulatores omnes depopulationi, et omnes direptores tuos ego exponam direptioni. Nam incolumitatem tibi pariam, et te a tuis vulneribus ſanabo, inquit Ioua, quam vocant repudiatam Sionem, eam, quam nullus expetat. Sic dicit Ioua: ego captiuos reuocabo tabernaculorum Iacobei, eiusque habitationum ita miſerebor, vt vrbs in ſua mole inſtauretur, et arx habitetur in ſuo ſtatu. Atque ab eis gratiarum actio, ludentiumque vox proficiſcetur, et eos ita multiplicabo, vt non decreſcant, itaque hono-
rabo, vt non imminuantur, effi- 20
ciamque, vt habeant natos, vt olim:
eorumque ciuitate apud me com-
poſita, in omnes eorum depopula-
tores animaduertam. Erit autem 21
eorum dux ex ipſis, eorumque do-
minator ex ipſorum medio profi-
ciſcetur, et ii adſciſcente me, acce-
dent ad me. Etenim *g* quis eſt, qui
mentem ſuam ad me accedendum
libenter adplicet? inquit Ioua. Et 22
vos mihi populus, et ego vobis De-
us ero. En excandeſcentis Iouæ 23
procella exit, procella ruens, quæ
in impiorum caput incumbet. Non 24
cohibebitur ardens ira Iouæ, quin
animi ſui cogitata fecerit ac exhibu-
erit, quam rem vos olim conſidera-
bitis.

CAPVT XXXI.

Ad Ieremiam Deus. Iacobeorum defenſio. Precatio pro Iudæorum ſalute. Congregandi extorres. Gaudia et ouationes proximæ. Rachelis planctus de ſuis natis.

IN illo tempore, inquit Ioua, et 1
ego omni Iſraelitarum generi
Deus ero, et ipſi mihi populus.
Sic dicit Ioua: carus fuit in deſer- 2
tis reliquus ab armis populus, va-
dens in requietem ſuam Iſraelita,
*cui Ioua procul adparuit, et æterno 3
h te amore proſecutus ſum, ideoque
vſus erga te clementia. Aliquan- 4
do ſtructore me conſtrueris, virgo
Iſrael: aliquando tuis ornata tym-
panis, exibis cum ludentium cho-
ris: aliquando vineas conſeres in 5
montibus Samariæ, quas iidem, qui
conſeuerint, *i* profanabunt. Erit 6
enim dies, quum clamabunt in E-
phraimitarum monte cuſtodes:
agite, adſcendamus in Sionem, ad
Iouam Deum noſtrum. Sic enim 7
dicit Ioua: ouetur iucunde Iaco-
beis, et clametur in *k* cacumine gen-
tium, ita verba cum laudibus fa-
cien-

) nemo niſi adliciente me. *h*) femininum in Hebr. eſt, quippe relatum ad puellam Iſraelem. *i*) fructum percipient. Adlud. ad Deut. 8. *k*) editiſſimo loco.

ciendo: ſerua, Ioua, tuum popu-
8 lum, Israelitarum reliquias. Eos
equidem adducam ex ſeptemtriona-
li regione, et ab extremis terrarum
oris colligam, huc vna cum cæcis
et claudis, cum grauidis et puerpe-
ris magna frequentia redituros.
9 Quumque plorantes abierint, eos
ego clementer reportabo, ducens
ad aquæ fluuios recta via, qua non
impingant: quoniam Israelitæ pa-
ter ego ſum, meusque primogeni-
10 tus eſt Ephraimita. Audite Iouæ
dicta, gentes, et procul per inſulas
ita prædicate: qui ſparſerat Israe-
litas, idem eos colligit cuſtoditque,
11 ſicuti paſtor ſuum gregem. Redi-
met enim Ioua Iacobeos, et ex ma-
nu potentioris, quam ſunt ipſi, vin-
12 dicabit, venientque triumphatum
in Sionis faſtigio, et Iouæ bonis,
frumento, muſto, oleo, ouinoque
et caprino ac bouino genere adflu-
ent, et animum rigui horti ſimilem
habentes, non amplius deinceps
13 dolebunt. Tunc et virgines cho-
ris, et iuuenes ſimul atque ſenes læ-
tabuntur, conuertamque eorum
luctum in voluptatem, eos conſo-
lans, et ex mærore exhilarans,
14 et [l] ſacerdotum adpetitum pingui
perfundam, efficiamque, vt meus
populus meis bonis ſaturetur, in-
15 quit Ioua. Sic dicit Ioua: *auditur
apud Ramam lamentabilis acerbæ
complorationis vox, Rachelis ſuos
natos ita deplorantis, vt de eis con-
ſolationem reſpuat, quia perie-
16 runt. Sic dicit Ioua: cohibe et
vocem tuam a ploratu, et oculos a
lacrimis, quoniam erit operi tuo
merces, inquit Ioua, redibuntque
17 ex hoſtili terra, eſtque tibi ad ex-
tremum ſpes, inquit Ioua, reditu-
18 ros eſſe natos in ſuos fines. Audio
adflictantem ſeſe Ephraimitam:
ego, te caſtigante, caſtigor, vt rudis
vitulus: reuoca me, et redibo,
quoniam tu, Ioua, Deus meus es.

Poſtquam enim redii, pœnitet me:
poſtquam me ipſum recognoui,
plango femur, pudore erubeſcens,
qui feram meæ iuuentutis infami-
am. Pretioſus ne mihi filius eſt
Ephraimita? aut deliciarum puer?
quoniam ex quo eius mentionem
feci, adhuc eius meminero: ideo-
que, commotis in eum meis viſceri-
bus, miſerebor eius, inquit Ioua.
Statue tibe cippos, pone tibi cumu-
los: animaduerte, qua itineris via
abeas, redi, virgo Israel, redi ad iſtas
tuas vrbes. Quouſque palabere,
puella perfida? Siquidem rem no-
uam Ioua facturus eſt in terra: *amb-
ibit femina marem. Sic dicit ar-
mipotens Ioua Deus Israelitarum:
aliquando dicetur hoc verbum in
Iudæorum terra atque vrbibus,
quum eorum reuocauero captiuos:
felicitet te Ioua, ſtatio iuſtitiæ,
mons ſanctitatis: in eaque degent 2
Iudæi ſimul et omnes eorum ciuita-
tes, agricolæ, et cum grege profi-
ciſcentes. Nam ego laſſas animas 2
conſpergam, omnesque dolentes
animas replebo, ad id expergefa- 2
ctus et intuitus, meo ſomno dele-
ctatus. Tempus erit, inquit Io- 2
ua, quum israeliticam et iudæam
domum humano pecorinoque ſe-
mine conferam. Ac quemadmo- 2
dum eis deſtruendis, eruendis,
euertendis, perdendis, lædendis in-
uigilauero: ſic exſtruendis et con-
ferendis inuigilabo, inquit Ioua.
Per ea tempora non iam dicetur, 2
patres comediſſe vuam immatu-
ram, et filiorum dentes ſtupere:
ſed ſua quisque culpa morietur. 3
Quisquis homo vuam comederit
immaturam; huic ipſi dentes ſtu-
pebunt. Tempus erit, inquit Io- 3
ua, quum feriam cum israelitica
iudæaque domo nouum fœdus:
non quale fœdus percuſſi cum eo- 3
rum maioribus, tum quum manu
prehenſos eduxi ex Aegypto, quod
quidem

[l]) terram ita fecundabo, vt primitiis et primogenitis, quæ libabuntur, ſacerdotes ad ſatietatem epulentur.

quidem meum, eis imperantis, fœ-
3 dus violarunt, inquit Ioua. Sed
hoc fœdus erit, quod cum iſraeliti-
ca domo poſt illa tempora percu-
tiam, inquit Ioua. Meam legem in
eorum pectora dabo, inſcribam-
que cordi, et ego eis Deus, et ipſi
4 mihi populus erunt, nec iam in-
ter ſeſe docebunt alius alium, ad Io-
uam cognoſcendum cohortantes,
quin vniuerſi me parui iuxta ac ma-
gni cognoſcent, inquit Ioua, qui eo-
rum culpæ ignouero, eorum pecca-
tum non recordaturus amplius.
Sic dicit Ioua, qui et ſolem diurno,
et lunæ ſtellarumque leges noctur-
no lumine tribuit, quo mare finden-
te, murmurant eius fluctus, cuius
nomen eſt armipotens Ioua. Si
mutabuntur hæ leges apud me, in-
quit Ioua, etiam Iſraelis progenies
deſinet coram me gens eſſe perpe-
tuo. Sic dicit Ioua: ſi et ſuperum
cælum metabitur, et inferæ terræ
fundamenta perueſtigabuntur, et-
iam ego omnem Iſraelis progeniem
repudiabo ob eorum facta omnia,
inquit Ioua. Futurum eſt, inquit
Ioua, vt conſtruatur vrbs Iouæ a
turri Hananeelis, ad portam angu-
larem, præter quam prodibit por-
ro menſoria linea ad collem Gareb,
Goathamque circumdabit. Ac to-
ta cadauerum cineriſque vallis toti-
que campi, vsque ad torrentem
Cedronem, vsque ad angulum por-
tæ equorum, ad orientem, erunt
Iouæ ſacra, nullo deinceps æuo di-
ruenda aut euertenda.

CAPVT XXXII.

Hieroſolyma obſeſſa. Vatis vincula. Ex-pugnanda vrbs. Rex captiuus ducendus. Fundus emtus a Ieremia. Emtionis obſignata ſcheda. Ad Iouam propheta pro popularibus obſeſſis. Tradenda obſidentibus vrbs.

SErmo ad Ieremiam habitus a
Ioua, anno Sedeciæ Iudææ re-
gis decimo, qui annus eſt Na-
buchodonoſoris duodeuiceſimus,
quum quidem cœpit Babyloniæ rex 2
obſidere Hieroſolymam, Ieremia
vate concluſo in atrio carceris, qui
erat in domo Iudææ regis, quem 3
concluſerat Iudææ rex Sedecias,
quoniam vaticinatus eſſet in hunc
modum: ſic dicit Ioua: ego vr-
bem iſtam Babyloniæ regi in ma-
num tradam, qui eam capiat, nec 4
euadet Sedecias Iudææ rex Chal-
dæorum manum, quin Babyloniæ
regi in manum dabitur, eumque
præſens præſentem et ore adloque-
tur, et oculis adſpiciet, atque ille 5
Sedeciam deportabit Babylonem,
ibi futurum, donec eum ego curem,
inquit Ioua. Quod ſi cum Chal-
dæis pugnabitis, infeliciter vobis
accidet. Igitur, (inquit Ieremias,) 6
Ioua mecum ita locutus eſt, ven- 7
turum eſſe ad me Hananeelem,
Sellumi patrui mei filium, petitu-
rum, vt fundum ſuum anatho-
thenſem emerem: nam meum eſſe,
eum fundum cognationis iure vin-
dicare. Ergo venit ad me Hana- 8
neel, patrui mei filius, vt Ioua præ-
dixerat, in atrium carceris, meque
hortatus eſt, vt emerem fundum
ſuum, qui Anathothis eſſet in Benia-
mitide: eſſe enim meum poſſeſſio-
nis ac vindicandi ius: proinde eme-
rem. Tum ego Iouæ mandatum 9
eſſe intelligens, emi ex Hananeele,
patrui mei filio, fundum anatho-
thenſem, eique argentum adpendi,
ſeptem ſiclos, et decem argenteos,
idque in ſcheda ſcripſi ac obſignaui, 10
teſtatus teſtes, adpenſoque in ſta-
tera argento. Deinde ſumſi emti- 11
onis ſchedam tum obſignatam, vt
inſtitutio decretaque poſtulant,
tum apertam eamque Barucho, Ne- 12
riæ filio, Maaſiæ nepoti, tradidi,
in præſentia Hananeelis mei patrui,
et teſtium, qui emtionis ſchedam
ſubſcripſerant, præſentibus Iudæis
omnibus, qui in carceris atrio de-
gebant, atque ita in illorum præ- 13
ſentia, Barucho præcepi: mandat 14
armipotens Ioua Deus Iſraelita-
rum,

rum, vt ſumas has ſchedas, hanc
emtionis ſchedam obſignatam, tum
apertam hanc, easque in vaſe fictili
15 reponas, quo durent diu. Sic
enim dicit armipotens Ioua, Deus
Iſraelitarum, aliquando emtum iri
domos et fundos et vineas, in hac
16 terra. Deinde poſtquam Barucho
Neriæ filio emtionis ſchedam tradi-
17 di, Iouam precatus ſum in hæc
18 verba: o Domine Ioua, tu qui-
dem cælum terrasque magna iſta
vi, et extento brachio condidiſti,
nec vlla tibi res eſt ardua: qui be-
nignitate in mille ſtirpis genera vte-
ris, parentumque culpam poſt eos
in eorum natos penitus vlciſceris:
19 Deus magne, potens, cuius armi-
potens Ioua nomen eſt, ingens con-
ſilio, natura magnus, qui apertos
habes oculos in omnes humani ge-
neris mores, ad reddenda cuique
digna moribus et ingenio præmia:
20 qui ea oſtenta prodigiaque tum in
ægyptia terra antehac, tum apud
Iſraelitas, hominesque reliquos,
edidiſti, vt hanc tam claram tibi fa-
21 mam comparaueris, Iſraelitasque
tuos ex ægyptia terra, per oſtenta et
prodigia, præualente manu, exten-
to brachio, ingenti cum terrore
22 eduxiſti, eisque terram hanc de-
diſti, quam eorum maioribus, te eis
daturum, promiſeras, terram lacte
23 melleque ſcatentem; cuius quum
poſſeſſionem adepti, tibi non fue-
rint dicto audientes, neque tuæ le-
gi obſecuti ſint, omnia, quæ tu eis
facienda præceperas, non facientes:
24 inuexiſti eis hoc omne malum. En
aggeres admouentur vrbi, ad eam
capiendam: eaque Chaldæis, a qui-
bus oppugnatur, propter ferrum,
famem atque peſtem, in poteſtatem
datur: quæque prædixiſti, fiunt, vt
25 vides: tamen iubes, Domine Io-
ua, vt ego fundum mihi argento
emam, teſtibus adhibitis, quum
vrbs in Chaldæorum poteſtatem
26 veniat. Tum Ioua Ieremiam ſic eſt

adlocutus: quaſi vero mihi, qu
Ioua ſum omnium mortalium De
us, res vlla ſit ardua. Itaque ſi
dicit Ioua: ego iam vrbem iſtam
Chaldæis et Nabuchodonoſori Ba
byloniæ regi, in poteſtatem dabo
qui eam capiat: venientque Chal
dæi, qui vrbem iſtam oppugnan
et eam domosque,(quarum in tecti
ſuffitum Baali, et fuſa diis aliis liba
mina ſunt irritandi mei gratia,
igne incenſam cremabunt. Nam
nihil aliud, quam me offenderun
Iſraelitæ et Iudæi ab ineunte ætate
nihil aliud Iſraelitæ, quam m
ſuis factis irritarunt, inquit Ioua
Nam mihi iram bilemque moui
vrbs iſta, ex quo die condita eſt, ad
hunc vsque diem, vt ego eam e
meo conſpectu tollam, ob tot Iſ
raelitarum Iudæorumque ſcelera
quibus faciendis me irritarunt ipſi
eorumque reges, principes, ſacer
dotes, vates, Iudæi, ac Hieroſoly
mitani, mihique tergum obuer
terunt, non faciem. Ac quum do
cerentur, et vigilanter docerentur
non obtemperarunt, vt caſtigatio
nem admitterent: ſed denomina
tam a me ædem, ſuis a ſceleribus in
ea ponendis, polluerunt. Quin
Baalis ſacella, quæ ſunt in valle fili
Hennomi, conſtruxerunt, ad ſuo
natos natasque Molocho traiicien-
dos: id quod eis equidem non iuſ-
ſeram, nec mihi venerat in men-
tem, vt fieret eiusmodi ſcelus, quo
ad peccandum adducerentur Iudæi.
Quapropter ſic dicit Ioua, Deus Iſ-
raelitarum, de vrbe iſta, quam vos
dicitis, præ armis, fame ac peſtilen-
tia in regis Babyloniæ poteſtatem
eſſe venturam: ego quocumque
terrarum eos, magna ira et bile in-
cenſus, diſſipauero, inde relegam,
et in locum iſtum reductos, in tuto
collocabo, et ipſe ſe mihi popu-
lum, et ego me eis Deum præſta-
bo, eisque mentem vnam, viam-
que vnam dabo, vt me perpetuo
vereantur.

a) infandis ſimulacris.

vereantur, ad ipſorum poſtero-
40 rumque vtilitatem. Et eis fœdere
paciſcar æterno, me ab eis, benefi-
centia proſequendis, non deſcitu-
rum. Et eum mei metum in eorum
animos dabo, vt a me non diſce-
41 dant, eiſque benefaciendo dele-
ctabor, et eos in terra iſta vere
plantabo toto meo corde atque ani-
42 mo. Etenim ſic dicit Ioua: quem-
admodum inuexi iſti populo iſtud
tam ingens malum: ita inueham eis
omne bonum, quod eis promitto,
43 emeturque ager in iſta terra, quam
vos dicitis hominibus pecudibus-
que derelictam, venire in Chal-
44 dæorum poteſtatem. Ementur
agri argento, ſcribenturque et obſi-
gnabuntur ſchedæ, et teſtes adhi-
bebuntur in Beniamitide finitimiſ-
que Hieroſolymæ, et in oppidis iu-
dæis, in montanis, in campeſtribus
ac meridianis, quum reuocauero
eos captiuos, inquit Ioua.

CAPVT XXXIII.

Ad vatem Deus vinctum. Exoratus a rogantibus Ioua. Lætitia Iudæorum promiſſa. Rex in ſolio Dauidis. Reuocati in libertatem extorres.

1 LOcutus eſt item Ioua iterum
cum Ieremia, adhuc concluſo
in carceris atrio, his verbis:
2 ſic dicit Ioua *b* eius auctor, Ioua e-
ius formator ac compoſitor, nomi-
3 ne Ioua: implora me, et ego tibi
exoratus, magna reconditaque in-
dicabo, ignota tibi. Sic enim dicit
Ioua Deus Iſraelitarum de iſtius
vrbis iudæorumque regum domi-
bus, quæ aggeribus et machinis
dirutæ ſunt, qui reges veniunt ad
pugnandum cum Chaldæis, et ad
c domos cadaueribus hominum re-
plendas, quos homines ego ira in-
cenſus occidero, quum quidem ob
eorum tot ſcelera vultum meum iſti
vrbi ſubduxero. Equidem ei in-
columitatem remediumque pari-
am, et eis medebor, et * pacis fidei-
que ornamentum aperiam, et Iu- 7
dæorum ac Iſraelitarum captiuos
reducam, eoſque prole inſtruam,
vt olim, et ab omni commiſſa 8
contra me culpa expurgabo, data
venia omnibus, quibus in me deli-
querint ac peccauerint, vitiis. Ita 9
fiet, vt ea mihi iucundum nomen
laudemque et decus pariat apud
omnes terrarum gentes, quæ, audi-
to, quanta ego eis beneficia contule-
rim, cohorreſcent, attonitæ tot be-
neficiis, tantaque pace, qua eam ad-
fecero. Sic dicit Ioua: aliquando 10
audietur in iſto loco, (quem vos et
ab hominibus et a pecudibus de-
ſertum dicitis,) in Iudææ oppidis,
Hieroſolymæque vicis, ab homine,
ab incola, a pecore derelictis, vox 11
voluptatis et lætitiæ, vox ſponſi at-
que ſponſæ, vox dicentium: ce-
lebrate armipotentem Iouam, quo-
niam bonus Ioua, quoniam æternæ
eſt clementiæ: adferentium in æ-
dem Iouæ gratiarum actionem, re-
uocatis a me regionis captiuis in
priſtinum ſtatum, inquit Ioua. Sic 12
dicit armipotens Ioua: aliquando
erunt in iſto loco, tum ab homini-
bus, tum a pecoribus deſerto, in-
que omnibus eius oppidis, ſtationes
paſtorum, oues ſtabulantium.
Montana, campeſtriaque et meri- 13
diana oppida, et Beniamitidem, et
Hieroſolymæ finitima, et oppida
Iudææ peragrabunt oues aliquan-
do ſub manu recenſentis, dicit Ioua.
Tempus erit, inquit Ioua, quum 14
ego promiſſa bona præſtabo, quæ
Iſraelis Iudææque domui promiſi.
Illa tempeſtate ac tempore faciam, 15
vt germinet dauidicum germen iu-
ſtitiæ, quod ius æquumque faciat in
terris. Illa tempeſtate ſeruabitur 16
Iudæa, tuteque deget Hieroſolyma,
eaque hoc nomine vocabitur, Ioua
iuſtitia noſtra. Sic enim dicit Io- 17
ua: non aberit ex Dauidicis, qui
Ggg 2 ſede-

b) Sionis. *c*) Sunt enim in cauſa, vt multi occidantur, dum Babyloniæ regi repugnant.

ſedeat in iſraeliticæ domus ſolio:
18 itemque ex ſacerdotibus Leuitis
non aberit, qui coram me ſolida ſa-
cra faciat, fertoque ſuffiat, et ſa-
19 crificia faciat perp tuo. Item
cum Ieremia locutus eſt his ver-
20 bis Ioua: ſic dicit Ioua: ſi pacti-
onem, quæ mihi cum die et cum no-
cte intercedit, rumpetis, ita vt non
ſint dies noctesque ſuo tempore:
21 etiam, quod ego Dauidi meo cultori
pactus ſum, rumpetur, vt non ſit ex
eo prognatus, qui regnet in eius ſo-
lio, aut quod Leuitis ſacerdotibus
22 miniſtris meis. Vt innumerabiles
ſunt *d* cæleſtes copiæ, et immenſa
maris arena, ſic ego et cultoris mei
Dauidis progeniem, et miniſtran-
tes mihi Leuitas multiplicabo.
23 Item Ieremiam his verbis adlocu-
24 tus eſt Ioua: videsne, quid homi-
nes iſti dictitent? quas duas Ioua
e familias elegerit, easdem repudi-
aſſe: vtque meum populum ita de-
ſpicentur, vt eis non amplius gens
25 eſſe videatur? Sic dicit Ioua: ſi
pactionem cum die nocteque non
feci, ſi cæli terræque leges non
26 poſui: etiam Iacobi Dauidisque
mei progeniem repudiabo, non ſu-
mendo ex eius ſemine, qui Abra-
hami, Iſaaci, Iacobique poſteris im-
perent, quum eos captiuos, eorum
miſertus, reuocauero.

CAPVT XXXIIII.

Ad Ieremiam Deus. Expugnanda Hieroſolyma. Placide moriturus Sedecias. Alius ad vatem Ioua ſermo. Abſoluendi captiui. Rurſus ad vatem Deus de fœdere cum patribus Aegypto eductis. Priſcorum et viuentium pertinacia contra Iouam. In Iudæos calamitates miſerabiles impendentes.

1 SErmo ad Ieremiam habitus a
Ioua, quum Nabuchodonoſor
Babyloniæ rex cum ſuis omni-
bus copiis, imperiique ſui regnis
ac popul s, Hieroſolymam et omnia
2 eius oppida oppugnaret. Sic dicit
Ioua Deus Iſraelitarum: i nuntia-
tum Sedeciæ Iudææ regi in hanc
ſententiam: ſic dicit Ioua: ego vr-
bem iſtam Babyloniæ regi in pote-
ſtatem tradam, qui eam comburat
igni, nec tu eius euades manum, 3
quin captus ei traderis, et oculis iſtis
Babyloniæ regis oculos videbis, et
ille te ore ſuo adloquetur, ibisque
Babylonem. Verumtamen audi 4
Iouæ dictum, Sedecia Iudææ rex.
Hoc tibi promittit Ioua, non te ar-
mis, ſed placide moriturum: ac 5
quemadmodum in funere maio-
rum tuorum regum ſuperiorum,
qui te antecesſerunt, cremati ſunt
odores; ita cremabuntur etiam in
tuo, ac heu domine lugeberis.
Quandoquidem rem ego pronun-
tio, inquit Ioua. Igitur elocutus 6
eſt Ieremias vates Sedeciæ, Iudææ
regi, eas omnes res, Hieroſolymis:
quum quidem oppugnarent Baby- 7
loniæ regis milites Hieroſolymam,
et omnia reliqua Iudææ oppida, La-
chim et Azecam: nam hæc oppida,
ex oppidis Iudææ, munita ſupere-
rant.

Sermo ad Ieremiam habitus 8
a Ioua, poſtquam pepigit rex Sede-
cias cum omnibus hominibus, qui
Hieroſolymis erant, vt eis indicere-
tur libertas, vt ſuos quisque ſeruos 9
et ancillas Hebræos et Hebræas ma-
numitterent, ne quis eorum vllo Iu-
dæo conſanguineo ſuo vteretur
ſeruo. In quam quidem pactio- 1(
nem qui venerant omnes tum prin-
cipes, tum plebeii, quum obediuiſ-
ſent, et obſecuti, ſuos quisque ſer-
uos et ancillas manumiſiſſent, nec
amplius eorum vterentur ſeruitio,
poſtea quos ſeruos et ancillas manu- 1
miſerant, eosdem rurſum ſeruituti
ſubiecerant. Igitur ad Ieremiam 1
huiusmodi verba facta ſunt a Ioua:
ſic dicit Iſraelitarum Deus Ioua, ego 1
cum maioribus veſtris, quum qui-
dem eos ex Aegypto domo ſeruitu-
tis, eduxiſſem, pactionem feci in
hanc ſententiam: peractis ſeptem 1
annis,

d) ſtellæ. *e*) regalem et ſacerdotalem.

annis, dimittetis ſuum quisque
conſanguineum Hebræum, qui
tibi venditus, ſex annos ſeruiuerit,
eum, inquam, manumittes. Sed
mihi non obediuere maiores veſtri,
15 nec aurem præbuere. Rurſum
vos hodie, quum quod mihi place-
ret, feciſsetis, vocantes alii alios ad
libertatem, facta coram me pactio-
ne in æde, a me denominata, rur-
16 ſum meum profanaſtis nomen, et
ſuos quisque ſeruos et ancillas, quos
liberos et ſui iuris dimiſeratis, ite-
rum vobis ſubieciſtis in ſeruitutem.
17 Itaque ſic dicit Ioua: quandoqui-
dem vos mihi non obediuiſtis, vt
inuicem alii alios in libertatem vo-
caretis: ego vobis manumiſsionem,
inquit Ioua, ferro, peſte, fame in-
dico, vexandos daturus per omnia
18 regna terrarum, tradamque ho-
mines, (qui contra meum pactum
facientes, non ſtetere verbis pactio-
nis, quam pepigere coram me, in
duo partiti vitulum, et inter partes
19 eius transeuntes,) principes Iu-
dæos et Hieroſolymitanos, ſpado-
nesque et ſacerdotes, omnemque
regionis populum, qui inter vituli
20 partes transierunt, eos ego hoſti-
bus, et eorum necem cupientibus,
dedam, eruntque eorum corpora
cæleſtibus volucribus, beſtiisque
21 terreſtribus paſtui. Et Sede-
ciam Iudææ regem, et eius pro-
ceres, hoſtibus et eorum neci
ſtudentibus, regisque Babyloniæ
militibus, qui a vobis diſcesſere,
22 dedam. Curabo ego, inquit Io-
ua, vt reuertantur ad iſtam vrbem,
eamque expugnatam captamque
igni comburant, et oppida iudæa in
eam redigam vaſtitatem, vt nullus
ſit incola.

CAPVT XXXV.

*Ad Ieremiam Deus. Propinandum Recha-
bitis vinum. Inuitati negantes potiones
haurire. Ionadabus vini vſum damnans.
Ad vatem Deus. Calamitates in Iudæos
impendentes. Ionadabi a Ioua fauor.*

SErmo ad Ieremiam habitus a 1
Ioua, tempore Ioacimi, Ioſiæ fi-
lii, Iudææ regis, in hunc mo-
dum: i domum Rechabitarum, et 2
eos adlocutus, in Iouæ ædem intro-
ducito in aliquod cœnaculorum,
eisque vinum bibendum dato. Ita 3
arcesſiui Iezoniam Ieremiæ filium,
Habſaniæ nepotem, eiusque fratres
et filios omnes, omnemque Recha-
bitarum domum, eosque in Iouæ 4
templum introduxi, in cœnaculum
filiorum Hananis, Iegedeliæ filii,
f diuini, quod erat ſecundum prin-
cipum cœnaculum poſitum ſupra
Maaſiæ cœnaculum, Sellumi filii,
ad limen cuſtodis, adpoſuique fa- 5
miliæ Rechabitarum filiis cyathos
vini plenos, et calices, et eos ad bi-
bendum vinum inuitaui. At illi, ſe 6
vinum bibere, negarunt. Nam Io-
nadabus, inquiunt, Rechabi filius,
parens noſter, præcepit nobis, ne
vinum nos noſtriue nati vnquam
biberemus, neue domum con- 7
ſtrueremus, aut ſementim facere-
mus, vineamue conſereremus, aut
haberemus, ſed in tabernaculis de-
geremus per omnem vitam: vt diu
viuamus in terra, in qua commora-
mur. Itaque Ionadabo Rechabi 8
filio parenti noſtro in omnibus, no-
bis ab eo præceptis, obtemperamus,
a vini potione per omnem vitam
abſtinendo, nos vxoresque et libe-
ri noſtri, et habitandas nobis do- 9
mos non ædificando: nec vineam
vllam, aut agrum, aut ſeminarium
habemus, et in tabernaculis ma- 10
nemus, patrique noſtro Ionadabo
obſequentes, quidquid nobis præ-
cepit, exſequimur. Quum autem 11
expeditionem faceret Nabuchodo-
noſor Babyloniæ rex in hanc regio-
nem, ſtatuimus Hieroſolymam con-
ferre nos ob Chaldæos Syrosque
milites, atque ita Hieroſolymis ma-
nere. Tum Ioua Ieremiam adlo-
quitur: ſic dicit armipotens Ioua 12
Deus Israelitarum: i, et ita dicito 13
Iu-

f) vatis.

Iudæis ac Hieroſolymitanis: non-
ne diſciplinam admittetis, meis obe-
14 diendo dictis? inquit Ioua. Obe-
ditur iusſis Ionadabi, Rechabi filii,
vetitique ab eo eius filii vinum bi-
bere, non biberunt hactenus;
quippe patris ſui præcepto obſe-
quentes: et vos mihi admonenti, et
vigilanter admonenti, non obtem-
15 peratis? Quumque mittendis ad
vos tot vatibus meis ſeruis, vos ſe-
dulo commonefecerim, vt a ſuo
quisque prauo deſciſcentes inſtitu-
to, veſtros mores corrigeretis, ne-
ue alienos ſecuti deos coleretis, vt
maneretis in terra, quam vobis ve-
ſtrisque maioribus dediſſem: non
præbuiſtis aurem, neque me audi-
16 uiſtis. Quumque id exſequantur
Ionadabi filii, Rechabi nepotes,
quod eis præcepit pater, iſti homi-
17 nes mihi non obediunt. Quapro-
pter ita dicit Ioua Deus armipotens,
Deus Iſraelitarum: ego Iudæis o-
mnibusque Hieroſolymitanis im-
portabo, quidquid eis mali mina-
tus ſum: quoniam mihi loquenti
non obtemperarunt, neque claman-
18 ti reſponderunt. Rechabitarum
autem familiæ dixit Ieremias: ſic
dicit armipotens Ioua Deus Iſraeli-
tarum: quoniam vos Ionadabi pa-
rentis veſtri præcepto obediuiſtis,
eiusque omnia mandata conſerua-
ſtis, ac quidquid vobis præcepit, fe-
19 ciſtis; hanc ob rem ſic dicit armi-
potens Ioua, Deus Iſraelitarum:
non deerit vmquam [g] Ionadabo Re-
chabi filio, qui coram me duret.

CAPVT XXXVI.

Ad vatem Deus. Verba Iouæ in volumine ſcribenda. Ieremias ad Baruchum amanuenſem. Ieremiæ vincula. Recitanda Iouæ dicta per Baruchum ad populum. Michæas recitata exponens. Ad Baruchum principum mandata Iudæis legit ex volumine ſcripta coram rege. Diſſectum et incenſum volumen. In vates duos inſidiæ. Salus eorumdem a Deo. Reſcribenda in altero volumine vaticinia. In regem Iouæ minæ.

ANno quarto Ioacimi, Ioſiæ fi- 1
lii, Iudææ regis, Ioua cum
Ieremia huiusmodi verba
fecit: ſume libri volumen, et in 2
eo ſcribe, quæcumque ego tibi
contra Iſraelitas Iudæosque et o-
mnes gentes effatus ſum, ex quo te
Ioſiæ temporibus adfatus ſum, ad
hunc vsque diem, ſi forte Iudæa 3
domus, audito, quot ego malis eos
adficere cogitem, deſciſcant a ſuo
quisque prauo inſtituto, atque ita
ego eorum culpæ peccatoque igno-
ſcam. Igitur vocauit Ieremias Ba- 4
ruchum, Neriæ filium, ſcripſitque
Baruchus ex ore Ieremiæ, quæcum-
que ei Ioua effatus erat, in libri vo-
lumine. Tum Ieremias ita Baru- 5
cho præcepit: concluſus ego non
poſſum in ædem Iouæ ire. Tu 6
ibis, et ex volumine recitabis, quæ
ex ore meo deſcripſiſti Iouæ dicta,
audiente populo, in æde Iouæ, die
ieiunii, nec non audientibus omni-
bus Iudæis, qui ex ſuis vrbibus
aduenerint, ea recitabis: ſi forte, 7
compellato eorum ſupplicatione
Ioua, deſciſcant a ſuo quisque pra-
uo inſtituto: nam magna eſt ira et
ſæuitia, quam minatur huic populo
Ioua. Ita fecit Baruchus, Neriæ fi- 8
lius, quidquid ei Ieremias vates præ-
ceperat, vt ex libro recitaret Iouæ
verba in æde Iouæ. Quumque 9
anno quinto Ioacimi, Ioſiæ filii, Iu-
dææ regis, menſe nono, omnibus
tum Hieroſolymitanis, tum iis, qui
ex Iudææ oppidis aduenerant, in-
dictum eſſet Hieroſolymæ apud Io-
uam ieiunium: legit Baruchus ex 10
libro verba Ieremiæ, in æde Io-
uæ, in cœnaculo Gamariæ Sapha-
nis filii, ſcribæ, in atrio ſuperiore,
ante nouam templi Iouæ portam,
audiente omni populo. Tum Mi- 11
chæas Gamariæ filius, Saphanis ne-
pos, auditis ex libro omnibus Iouæ
dictis, deſcendit in regiam in ſcribæ
cœnaculum, et ibi nactus omnes 12
proceres ſedentes, Eliſamam ſcri-
bam,

g) de ſtirpe Ionadabi.

bam, Dalaiam Semeiæ, Elnatha-
nem Achoboris, Gamariam Sapha-
nis, et Sedeciam Ananiæ filium, o-
3 mneſque primates, expoſuit eis
omnem orationem, quam, Barucho
librum in auribus populi recitante,
4 audiuisſet. Itaque omnes princi-
pes miſerunt ad Baruchum, Iudim
Nathaniæ filium, Selemiæ nepo-
tem, Chuſis pronepotem, qui ei
ſignificaret, vt ſecum ferens volu-
men, quod, audiente populo, le-
5 gisſet, ad eos veniret. Baruchus
Neriæ filius, volumen ſecum ferens,
eos adit, et hortantibus, vt ſederet,
ac, audientibus ipſis, legeret, legit.
Atque illi, audita omni oratione,
attoniti inter ſeſe, Barucho dixe-
runt, ſeſe omnem orationem illam
regi expoſituros. Tum ex ipſo Ba-
rucho petunt, vt eis exponat, quo
pacto ea omnia ex illius ore ſcripſiſ-
ſet. Quibus Baruchus ita reſpon-
dit: ego, illo mihi hæc omnia ore
ſuo dictitante, deſcripſi in libro,
atramento. Et proceres: i, in-
quiunt, et latita tu et Ieremias, ne
quis ſciat, vbi ſitis. Deinde regem
adeunt in atrium, depoſito volumi-
ne in Eliſamæ ſcribæ cœnaculo, et
audiente rege, rem omnem expo-
nunt. Tum rex Iudim mittit peti-
tum volumen. Et Iudis illud, ex Eli-
ſamæ ſcribæ cœnaculo petitum,
cœpit, audiente rege et omnibus,
qui regi adſtabant, proceribus, lege-
re. Sedebat autem rex in tepida-
rio, menſe nono, ardente ante
eum foculo. Is lectis a Iudi tribus
aut quatuor paginis, volumen ſcal-
pro librario disſecuit, et in foculi
ignem coniecit, ita vt totum vo-
lumen eo foculi igne conſumere-
tur; tantumque abfuit, vt attoniti
sua veſtimenta conciderent rex re-
giique omnes, qui omnem illam
orationem audiebant, vt ne El-
nathani quidem et Dalaiæ ac Gama-
riæ, ne volumen combureret, de-
hortantibus, obtemperauerit rex.
Quin etiam mandauit Ierameeli A-
melechi, et Saraiæ Azrielis, et Se-
lemiæ Abdeelis filio, vt Baruchum
notarium, et Ieremiam vatem com-
prehenderent. Sed eos abdidit Io-
ua, et Ieremiam poſt combuſtum
a rege volumen, et poſt oratio- 27
nem, quam Baruchus ſcripſerat ex
ore Ieremiæ, ſic adlocutus eſt: ite- 28
rum ſume volumen aliud, et in eo
ſcribe omnia priora verba, quæ
erant in priore volumine, quod
combusſit Ioacimus Iudææ rex, at-
que ipſi Ioacimo Iudææ regi dicito:
ſic dicit Ioua: tu volumen illud cre- 29
maſti, quod in eo, venturum eſſe
Babyloniæ regem, ſcripſisſem, et
hanc regionem depopulaturum, ex
eaque et homines ſublaturum, et
pecudes. Quapropter ſic pronun- 30
tiat Ioua de Ioacimo Iudææ rege.
Non erit ex eo, qui ſedeat in Dauidis
dis ſolio, eiusque cadauer et ardori
interdiu, et gelu noctu obiectum
iacebit, animaduertamque in eum 31
et in eius progeniem atque ſeruos,
eorum culpam, et eis et Hieroſo-
lymitanis ac Iudæis omne malum
inueham, quod minanti mihi non
obtemperarunt. Igitur Ieremias 32
ſumtum aliud volumen tradidit Ba-
rucho, Neriæ filio, notario, in
quo ille ex ore Ieremiæ ſcripſit o-
mnia verba libri, quem Ioacimus
Iudææ rex igni cremauerat, addi-
tis inſuper et multis eius generis a-
liis.

CAPVT XXXVII.

Sedecias pro Iechonia rex impius, ad Ieremiam nuntios mittens. Ad vatem Ioua. Aegyptiorum vana ſpes. Expugnanda a Chaldæis Hieroſolyma. Comprehenſus vates, in carcerem coniectus. Ad regem vates. Infauſtum vaticinium.

REgnauit autem Sedecias, Ioſiæ 1
filius pro Iechonia, Ioacimi
filio, creatus in Iudæa rex a
Babyloniæ rege Nabuchodonoſo-
re, nec obtemperauit ipſe, aut 2
eius ſerui, aut regionis populus, Io-
uæ dictis, quæ per Ieremiam vatem

3 eloquebatur. Is rex Sedecias Iu-
chalem Selemiæ, et Sophoniam,
Maaſiæ filium pontificem miſit ad
Ieremiam vatem cum hoc manda-
to: precare, quæſo, pro nobis
4 Iouam Deum noſtrum. Verſaba-
tur autem Ieremias in publico, nec
5 erat in carcerem coniectus, et
Pharaonis exercitus erat ex Aegypto
profectus, cuius audita fama Chal-
dæi, qui Hieroſolymam obſidebant,
6 a Hieroſolyma diſceſſerant. Igitur
Ioua cum Ieremia vate verba fecit
7 in hunc modum: ſic dicit Ioua
Deus Iſraelitarum: ſic dicetis Iu-
dææ regi, qui vos ad me conſulen-
8 dum miſit. Exercitus Pharaonis,
ad ferendum vobis auxilium pro-
fectus, reuertetur in Aegyptum,
ſuam terram, reuerſique Chaldæi
vrbem iſtam oppugnabunt, capient-
9 que et igni comburent. Sic dicit
Ioua: nolite animos efferre, arbi-
trantes, diſceſſuros a vobis Chal-
10 dæos: non enim diſcedent. Quin
licet Chaldæos omnes vobiscum
bellum gerentes, ita concideritis,
vt ex eis transfoſſi duntaxat ſuper-
ſint homines: illi ipſi ſurgent ex ſuo
quisque tabernaculo, et vrbem
11 iſtam igni cremabunt. Profecto
autem Chaldæorum exercitu a Hie-
roſolymis, ob Pharaonis exercitum,
12 egreſſus eſt Hieroſolyma Ieremias,
iturus in Beniamitidem, vt inde ho-
13 minum vulgus ſubterfugeret. Sed
vbi ad beniamiticam portam ven-
tum eſt, is, cui illic cura mandata
erat, Ierias nomine, Selemiæ filius,
Ananiæ nepos, Ieremiam vatem
comprehendit, dicens, eum ad Chal-
14 dæos transfugere, neque Iere-
miæ, falſum eſſe dicenti, ſeque ad
Chaldæos transfugere, neganti, au-
ſcultauit, ſed comprehenſum ad
15 proceres perduxit, qui in Iere-
miam ſæuierunt, eumque cæſum
in vincula coniecerunt, in ædibus
16 ſcribæ Ionathanis; nam ex eis fe-
cerant carcerem. Quum Iere-
mias in barathrum imamque ſpe-
cum deueniſſet, et ibi multos dies
manſiſſet, curauit rex Sedecias 1
inde arceſſendum, eumque domi
ſuæ clam interrogauit, ecquod eſ-
ſet Iouæ effatum. Eſt, inquit Ie-
remias. Tu in manum regi Baby-
loniæ traderis. Sed quid in te 1
peccaui? inquit, aut in tuos, aut in
hunc populum, vt me conieceritis
in carcerem? Et vbi ſunt vates ve- 1
ſtri, qui vobis vaticinabantur, Ba-
byloniæ regem non eſſe vos et hanc
terram adgreſſurum? Et nunc 2
audi, quæſo, domine mi rex: ad-
mitte, quæſo, meam ſupplicatio-
nem, neue me in ſcribæ Ionatha-
nis ædes remiſeris, ne illic moriar.
Itaque iuſſit rex Sedecias, poni Ie- 2
remiam in atrio cuſtodiæ, *eique
quotidie panis vnus dabatur ex foro
piſtorio, donec conſumtus eſt o-
mnis in vrbe panis: atque ita man-
ſit Ieremias in atrio cuſtodiæ.

CAPVT XXXVIII.

Ad populum vates de proximo excidio. In vatem proceres. In foſſam deiectus vates. Spado pro vate. Erutus effoſſa vates. Ruina vrbis per vatem prædicta.

AVdiuit autem Saphatias Ma-
thanis, Godolias Phasſuris,
Iuchal Selemiæ, et Phasſur
Melchiæ filius, Ieremiam ad o-
mnem populum loquentem his
verbis: ſic dicit Ioua: qui man-
ſerit in hac vrbe; is ferro, fame,
peſte morietur: qui vero ad Chal-
dæos exiuerit; is vitæ ſalutique ſuæ
conſulet. Sic dicit Ioua, venturam
eſſe vrbem hanc in exercitus regis
Babyloniæ poteſtatem, ab eoque
capiendam. Hanc ob rem illi pro-
ceres ita regi dixerunt: moriatur,
quæſumus, is homo, qui reliquorum
in hac vrbe militum, totiusque po-
puli manus emolliat, huiusmodi
verbis eos adloquendo. Nam is
homo non ſaluti ſtudet huius po-
puli, ſed malo. Quibus rex Sede-
cias: is vero vobis eſt in manu, in-
quit;

quit: nec enim in vos quidquam
6 poteſt rex. Tum illi captum Iere-
miam deiecerunt in Melchiæ regis
filii foſſam, qui erat in atrio cuſto-
diæ, et funibus demiſerunt: qua in
foſſa quum non esſet aqua, ſed
cænum, demerſus eſt Ieremias in
7 cænum. Sed Abdemelchus, ho-
mo Aethiops, ſpado, qui erat in re-
gia, vbi Ieremiam audiuit in foſſam
8 esſe coniectum, egreditur ex re-
gia, et regem, qui ſedebat in porta
beniamitica, his verbis adloquitur;
9 domine rex, omnino male egerunt
homines iſti in eo, quod Ieremiæ
vati fecerunt, quem quidem in foſ-
ſam coniecerint, ibidem fame mo-
riturum: quippe quum non ſuper-
10 ſint in vrbe cibaria. Tum rex Ab-
demelecho Aethiopi mandauit, vt,
adſumtis triginta ex iis,qui aderant,
hominibus, Ieremiam vatem ex
foſſa extraheret, priusquam mo-
11 reretur. Itaque Abdemelchus,
adhibitis hominibus,iuit in regiam,
ſub cellam, et ſumtos inde laceros
obſoletosque pannos, funibus ad
12 Ieremiam in foſſam demiſit, mo-
nuitque, vt eos ſubter axillas ſuas
funibus ſupponeret: quod quum
fecisſet Ieremias, illi, eum funibus
13 extrahentes, ſubduxerunt ex foſ-
ſa: atque ita manſit Ieremias in a-
14 trio cuſtodiæ. Deinde rex Sede-
cias Ieremiam vatem ad ſe in ter-
tium templi Iouæ aditum iusſit ar-
cesſi, eumque ſic adlocutus eſt;
ego quæram ex te quiddam, quod
15 noli celare me. Cui Ieremias: ſi
ego id tibi expoſuero; tu forſitan
occides me; et ſi tibi conſilium de-
dero; non mihi obtemperabis.
16 Tum rex Sedecias Ieremiæ clam
iurat: per Iouam viuentem, in-
quit, qui nobis hunc animum cre-
auit, non occidam te, neque tra-
dam illis hominibus, qui tuam ne-
17 cem cupiunt. Et Ieremias Sede-
ciam ſic adloquitur: ſic dicit Ioua
Deus armipotens, Deus Iſraelita-
rum: ſi ad regis Babyloniæ proce-
res exiueris; et tu vna cum tua do-
mo viues, neque hæc vrbs igni cre-
mabitur. Sin non exiueris; et hæc 18
vrbs veniet in Chaldæorum pote-
ſtatem, qui eam igni comburent,
neque tu eorum manus euades. At 19
rex: formido Iudæos, inquit, qui
ad Chaldæos transfugerunt: ne eis
tradar illudendus. Non traderis, 20
inquit Ieremias: audi Iouæ vocem,
quam ego tibi eloquor, vt tuo bo-
no ſalutique conſulatur. Quod ſi 21
exire renuis, accipe, quid mihi Io-
ua monſtrauerit. Omnes mulie- 22
res, quæ in Iudææ regia ſuperſunt,
educentur ad regis Babyloniæ pro-
ceres, et tibi obiicient, te a tuis a-
micis proditum atque victum esſe,
pedibus in cænum demerſis, illis
retro regresſis. Tum omnes tuæ 23
vxores ac liberi educentur ad Chal-
dæos, neque tu eorum manus effu-
gies, quin regis Babyloniæ manu
capieris, qui et vrbem hanc igni
cremabit. Et Sedecias: hæc ne- 24
mo reſciſcat, inquit, ne tu moria-
re. Quod ſi primates, me tecum 25
esſe locutum, audiuerint,teque con-
uenerint, petentes, vt ſibi exponas,
et quid tu cum rege, et quid rex
tecum locutus ſit, ac tibi mortem,
ſi id ſe celaueris, minitantes, di- 26
ces eis,te a rege precibus contendis-
ſe,ne te in Ionathanis ædes redu-
ceret, ne ibi moriaris. Igitur 27
quum audiuisſent primates omnes
Ieremiam, eumque interrogasſent,
retulit eis prorſus eodem modo,
quo iusſerat rex: itaque illi ab eo
ſe abstinerunt,re inaudita. Man- 28
ſit autem Ieremias in atrio cuſto-
diæ ad eum diem, quo capta Hiero-
ſolyma eſt.

CAPVT XXXIX.

Hieroſolymæ expugnatio per Chaldeos. Regis fuga, captiuitas, deportatio. Cedes nobilium Iudæorum. Excæcatus rex Hieroſolymæ. Pro vate rex Chaldeus. Abdemelechum conſeruans Deus.

1 QVa quidem capta, (irruptum
eſt autem in vrbem anno Se-
deciæ vndecimo, quarti men-
2 ſis die nono, quum quidem eiuſ-
dem Sedeciæ, Iudææ regis, anno no-
no, menſe decimo, Nabuchodono-
ſor Babyloniæ rex cum ſuis omni-
bus copiis Hieroſolymam adortus
3 obſedisſet,) ingresſi omnes regis
Babyloniæ proceres, manſerunt in
porta media, Neregal, Sareſer, Sam-
garnabo, Sarſachimus, Rabſaris,
Neregal, Sareſer, Rabamagus, et
omnes reliqui regis Babyloniæ pro-
4 ceres. Quibus viſis, Sedecias Iu-
dææ rex, et omnes milites aufuge-
runt: et ex vrbe noctu egresſi, re-
giorum hortorum via, per portam,
duobus muris interpoſitam, profe-
5 cti ſunt per campeſtria. Sed eos
perſecuti milites Chaldæi, Sedeciam
in hierichuntiis campis adſecuti,
comprehenderunt, et ad Babylo-
niæ regem Nabuchodonoſorem, ad
Reblatham in hemathenſem ter-
6 ram adduxerunt. Is Babyloniæ rex
Reblathæ de Sedeciæ ſupplicio egit,
et, eo ſpectante, eius filios, et omnes
7 Iudæos nobiles trucidauit, tum
ipſum Sedeciam oculis excæcauit, et
catenis, Babylonem ducendum, col-
8 ligauit. Regiam autem plebeiaſ-
que domos igni combusſere Chal-
dæi, et Hieroſolymæ muros dirue-
9 runt. Reliquias hominum, qui in
vrbe ſupererant, transfugasque, qui
ad illum perfugerant, et quod po-
puli reſtabat, transtulit Nabuzar-
dan magiſter equitum in Babylo-
10 niam, relictis ex tenui et inopi
plebe in Iudæa, quibus tunc vineas
agrosque adſignauit. Mandauit
11 autem Nabuchodonoſor Babyloniæ
rex de Ieremia Nabuzardani equi-
12 tum magiſtro, vt eum arcesſeret,
curæque haberet, neue eum vlla re
læderet, ſed ipſius arbitrio tracta-
13 ret. Itaque curauit Nabuzardan
magiſter equitum, nec non Nabu-
ſazbazus, Rabſaris, Neregal, Sare-
ſer, Rabamagus, omnesque Baby-
loniæ regis optimates, arcesſen-
dum ex atrio cuſtodiæ Ieremiam,
eumque Godoliæ Ahicami filio, Sa- 1
phanis nepoti, tradiderunt, edu-
cendum domum, et in publico ver-
ſaturum. Ieremiam autem in atrio 1
cuſtodiæ concluſum, adlocutus erat
his verbis Ioua: i, et Abdemele- 1
cho Aethiopi dicito: ſic dicit armi-
potens Ioua Deus Iſraelitarum,
ſcito, me importaturum vrbi iſti,
quæ prædixi, mala, non bona, eaque
tum te præſente futura. Sed te 1
tum defendam, inquit Ioua, neque
in hominum poteſtatem venies,
quos exhorres: quin te ita tue- 1
bor, vt armis non cadas, vitæque
tuæ conſuletur: quoniam mihi con-
fiſus es, inquit Ioua.

CAPVT XL.

Hoſtis ad vatem. Ieremias manicis abſolutus cum viatico. Ad Godoliam disſipati. Iohannes ad Godoliam contra Iſmaelem. Res ad ſicarium pro Iſmaele.

SErmo a Ioua habitus ad Ieremi- 1
am, poſtquam eum a Rama di-
miſit magiſter equitum Nabu-
zardan, quum quidem eum inter
tot Hieroſolymitanos Iudæosque
extorres, qui in Babyloniam rele-
gabantur, manicis conſtrictum pre-
hendisſet, atque ita adlocutus eſ-
ſet: Ioua Deus tuus malum hoc 2
in iſtum locum et prædixerat, et, vt
prædixerat, intulit, fecitque, quo- 3
niam vos in Iouam peccaſtis, nec ei
dicto audientes fuiſtis, ideoque vo-
bis iſta res accidit. Nunc ego ſol- 4
uo te hodie manicis iſtis, quas in
manibus habes. Si tibi placet me-
cum Babylonem ire, veni: ego ge-
ram tui curam. Sin minus placet,
omitte: tota quidem terra tibi pa-
tet: tu, quo tibi eundum videbitur
ac placebit, ito. Quumque Iere- 5
mias nondum reuerteretur, ille
cum ſic adloqui perrexit: aut re-
uertere ad Godoliam, Ahicami fili-
um, Saphanis nepotem, quem vr-
bibus

bibus Iudææ præfecit Babyloniæ
rex, et cum eo inter hominum vul-
gus maneto: aut quocumque tibi
videbitur eundum, ito: eique de-
dit magiſter equitum viaticum et
6 munus, et eum dimiſit. Ita venit
ad Godoliam Ieremias, Ahicami fi-
lium, ad Maſpham, et apud eum
manſit inter eos, qui in terra ſuper-
7 erant, homines. Ceterum quum
audiuisſent omnes militiæ duces,
qui in agris erant vna cum ſuis ho-
minibus, Godoliam Ahicami filium,
a Babyloniæ rege præpoſitum eſſe
regioni, et cum eo collocatos viros,
feminas, paruulos, et regionis te-
nuisſimos quosque ex iis, qui Ba-
bylonem non fuisſent relegati,
venerunt Maſpham ad Godoliam
Iſmael Nathaniæ filius, Iohannes et
Ionathan Careæ filii, Saraias, Tha-
nehumethi filius, et Ephai, Neto-
phatitæ filii, et Iezonias, Maachatis
filius, ipſi eorumque homines.
Quibus eorumque hominibus Go-
dolias Ahicami filius, Saphanis ne-
pos, iurauit in hunc modum: ne
metuite ſeruire Chaldæis: manete
in hac regione, babylonio regi ſer-
10 uientes, et bene vobis erit. Equi-
dem hic Maſphæ dego, vt Chaldæis
præſto ſim, qui ad nos venerint:
vos quoque vinum, fruges, oleum
percipite, et in vaſis veſtris condite,
quæque tenetis oppida veſtra, inco-
11 ite. Omnes quoque Iudæi, qui
apud Moabitas, Ammonitas, Idu-
mæos, denique qui omnibus in
terris erant, vbi intellexerunt, Ba-
byloniæ regem reliquos feciſſe Iu-
dæos, eisque Godoliam, Ahicami
filium, Saphanis nepotem, præfe-
12 ciſſe, reuerſi ſunt omnibus ex lo-
cis, in quæ fuerant disſipati, ſeque
Maſpham in Iudæam contulerunt
ad Godoliam, et vini frugumque
13 plurimum perceperunt. Iohannes
vero Careæ filius, et omnes militiæ
duces, qui erant in agris, Maſpham
ad Godoliam venerunt, eumque
certiorem fecerunt, a Baali Ammo-
nitarum rege miſſum eſſe Iſmae-
lem, Nathaniæ filium, qui ei mor-
tem inferret. Quibus non creden- 14
te Godolia, Iohannes Careæ filius
cum Maſphæ clanculum ſic eſt ad-
loutus: vis vt eam occiſum Iſ- 15
maelem, Nathaniæ filium, nemine
conſcio? ne ille tibi mortem con-
ſciſcat, atque ita diſperſis omnibus,
qui ad te congregati ſunt, Iudæis,
pereant Iudææ reliquiæ. Cui Go- 16
dolias: tu vero iſtud ne feceris, in-
quit: nam de Iſmaele falſum dicis.

CAPVT XLI.

Iſmael Godoliam interficiens. Eiusdem falſæ lacrimæ. Aduenientes ab Iſmaele ſicariis trucidati. In foſſam proiecti. In Iſmaelem Iohannes. Iſmaelis euaſio.

SEptimo autem menſe venit Iſ- 1
mael Nathaniæ filius, Eliſamæ
nepos, de ſemine regio, regii-
que optimates, et cum eo viri de-
cem, Maſpham ad Godoliam, Ahi-
cami filium: atque ibi Maſphæ
quum ſimul cibum caperent, ſur- 2
git Iſmael Nathaniæ filius, et viri
decem eius comites, et Godoliam,
Ahicami filium, Saphanis nepotem,
gladiis vulnerant ac interficiunt,
quem regioni præfecerat Babylo-
niæ rex. Itemque Iudæos omnes, 3
qui Maſphæ eum illo Godolia erant,
et Chaldæos milites, qui ibi reperti
ſunt, occidit Iſmael. Secundo die 4
poſt interfectum, nemine ſciente,
Godoliam, aduenerunt homines a
Sichema, Silunte et Samaria, vi- 5
delicet octoginta, *b* raſis barbis, la-
ceratis veſtibus, et compuncti, fer-
tum atque tus ſecum ferentes, vt ea
in ædem Iouæ inferrent. Quibus 6
Iſmael, Nathaniæ filius, Maſpha exi-
it obuiam, flens inter eundum: atque
vbi eis occurrit, inuitauit, vt ad Go-
doliam Ahicami filium venirent.
Deinde vbi in medium oppidum 7
venerunt, trucidauit eos Iſmael
vna

b) lugentes.

vna cum ſuis comitibus, et in me-
8 diam fosſam proiecit. Inuenti ſunt
autem in eis homines decem, qui
ab Iſmaele petierunt, ne ſe interfice-
ret: esſe enim ſibi reconditum in
agris triticum, hordeum, oleum at-
que mel: itaque ille ſe ab eis, inter
ipſorum cognatos perimendis abs-
9 tinuit. Fosſa autem, in quam pro-
iecit Iſmael omnia hominum, cor-
pora, quos ſecundum Godoliam
occidit, ea erat, quam fecerat rex
Aſa propter Baaſam Iſraelitarum re-
gem, quam quidem Iſmael, Natha-
niæ filius, cæſorum corporibus re-
10 pleuit. Deinde reliquum homi-
num, quicumque erant Maſphæ,
regis filias, et quidquid hominum
Maſphæ reſtabat, quibus præfece-
rat Nabuzardan magiſter equitum
Godoliam, Ahicami filium, abigens
Iſmael, Nathaniæ filius, in Ammo-
11 nitas ire contendit. Sed Iohannes,
Careæ filius, et quicumque mili-
tum duces cum eo erant, audito,
quantum ſcelus patrasſet Iſmael,
12 Nathaniæ filius, adhibitis omni-
bus viris, profecti ſunt ad inferen-
dum ei bellum, cumque offende-
runt ad magnum quemdam fluui-
13 um apud Gabaonem. Ac Iohan-
nem et omnes eius comites militiæ
duces conſpicati, quicumque ab Iſ-
maele a Maſpha abducebantur, læ-
14 ti ad Iohannem reuerterunt. Iſ-
mael autem cum octo viris Iohanni
elapſus, ad Ammonitas ſe contulit.
15 Iohannes omnesque eius comites
militiæ duces, adhibitis hominum
reliquis, quoſcumque ab Iſmaele
Maſpha, poſt interfectum ab eo
Godoliam, abactos, abduxerat a
16 Gabaone, videlicet viros milites,
mulieres, paruulos, et ſpadones, ve-
nerunt in Geruthchamaam, qui lo-
17 cus eſt apud Bethlehemam, ibique
commorati ſunt, vt Aegyptum pe-
terent, Chaldæorum metu, quod
Godoliam, prouinciæ a Babyloniæ
rege impoſitum, occidisſet Iſmael.

CAPVT XLII.

Ad populum ſupplicem vates. Adflictorum promiſſa pia. Ad Iouam Ieremias. Exauditus vates pro populo. In Aegyptum non eundum.

Acceſſerunt igitur omnes militiæ duces, et Iohannes Careæ, et Iezonias, Oſaiæ filius, vniuerſusque populus tum parui, tum magni, ad Ieremiam vatem, et cum eo egerunt in hanc ſententiam: patere, quæſumus, exorari te, vt pro nobis Iouam Deum tuum ores, pro his quantiscumque reliquiis, qui pauci reſtamus ex multis vt tute nos tuis oculis vides, vt nobis oſtendat Ioua Deus tuus, quam vel viam inſiſtamus, vel rem agamus. Quibus Ieremias: audio, inquit: ego, vt poſtulatis, Iouam Deum veſtrum orabo: ac quidquid vobis Ioua reſponderit, id vobis indicabo, neque quidquam vos celabo. Atque illi: Ioua nobis fidus certusque teſtis eſto, (inquiunt, Ieremiam adloquentes,) nos, vtcumque tibi Ioua Deus ad nos mandauerit, ita facturos esſe, ſiue id *i* bonum, ſiue malum ſit. Iouæ Deo noſtro, ad quem te mittimus, dicto audientes erimus, vt bene nobis eueniat, quum obediuerimus Iouæ Deo noſtro. Igitur peractis decem diebus, Ieremias, Ioua eum adlocuto, Iohannem, Careæ filium, omnesque eius comites militiæ duces, denique omnem populum a minimo ad maximum, euocat, et ſic adfatur: ſic dicit Ioua Deus Iſraelitarum, ad quem me miſiſtis vos, vt veſtram ſupplicationem ei præſentarem. Si remanſeritis in iſta terra, conſtruam vos, non diruam: conſeram vos, non euertam: quoniam pœnitet me mali, quo vos adfeci. Ne metuite regem Babyloniæ, quem metuitis: eum ne metuite, inquit Ioua: nam ego vobis adero ad vos conſeruandos, et ab illius manu defendendos, et erga vos eam commouebo eius miſe-

i) ſuaue ſiue acerbum.

miſericordiam,vt vos in terram ve-
3 ſtram reuocet. Quod ſi Iouæ Deo
veſtro non obtemperantes, negatis,
4 vos in regione iſta manſuros, ſed
potius in Aegyptum venturos, vbi
manentes neque bellum videatis,
aut tubæ ſonitum audiatis, neque
panem eſuriatis: audite vero Iouæ
5 dicta, reliqui Iudæi, ſic dicit ar-
mipotens Ioua Deus Iſraelitarum:
ſi vos ad petendam Aegyptum con-
uertitis, eoque commorandi cauſſa
6 vaditis, fiet, vt, quæ timetis arma,
vos illic in Aegypto comprehen-
dant, fameſque, propter quam ſol-
licitamini, illic in Aegypto vos a
7 tergo vrgeat, et ibi moriamini. Ac
quicumque hominum ſeſe ad Aegy-
ptum conuerterint, vt eo profecti,
ibi commorentur, ii armis, fame,
peſte morientur, nec quiſquam eo-
rum ſupererit aut euadet: tantum
8 ego eis malorum inueham. Sic
enim dicit armipotens Ioua, Deus
Iſraelitarum: quemadmodum de-
ſtillauit ira biliſque mea in Hiero-
ſolymitanos; ita deſtillabit mea bi-
lis in vos, in Aegyptum profectos,
eritiſque mirandum in modum ex-
ſecrabiles, deteſtabiles, infames,
nec amplius locum iſtum videbitis.
9 Edicit vobis Ioua, o reliqui Iudæi,
ne in Aegyptum eatis: cognoſcite,
vos a me hodierno die commonitos
10 eſſe. Veſtræ enim vitæ periculo
erratis, qui quum me ad Iouam
Deum veſtrum miſeritis, petentes,
vt pro vobis Iouam Deum veſtrum
11 orarem, ac, quidquid Ioua Deus
veſter dixiſſet, id vobis renuntia-
rem, vos enim facturos: quum
ego id vobis hodie renuntiauerim,
vos non obtemperatis Iouæ Deo ve-
ſtro in omnibus, quæ ipſe mihi ad
12 vos mandata dedit. Quamobrem
ſcitote, vos armis, fame, peſte
morituros in loco, in quem ire ad
ibi peregrinandum concupiſcitis.

CAPVT XLIII.

*In vatem arrogantes. Hieroſolymitani in Ae-
gyptum confugientes. Lapides adſumti duo.
Babyloniæ rex Iouæ miniſter. In Aegypti-
os victor auguſtus.*

POſtquam perorauit Ieremias 1
ad omnem populum hanc o-
rationem, quam ei Ioua Deus
eorum ad eos mandauerat, Aza- 2
riasOſaiæ,et Iohannes Careæ filius,
et hominum arrogantiſſimi quique
Ieremiæ ſic reſponderunt: tu fal-
ſum dicis: non tibi mandauit Ioua
Deus noſter, vt nos vetares ire
commoratum in Aegypto. Sed 3
Baruchus Neriæ filius te in nos in-
ſtigat, vt nos in manum coniiciat
Chaldæorum, qui nos vel interfi-
ciant, vel in Babyloniam deportent.
Ita Ioua dicto audientes non fue- 4
runt IohannesCareæ filius,et omnes
tum militiæ duces, tum reliqui, vt
in iudæa terra manerent, ad- 5
ſumſeruntque Iohannes et omnes
duces reliquias omnes Iudæorum,
qui ex quacumque gentium, in
quas fuerant diſſipati, redierant ad
commorandum in Iudæa, viros, 6
feminas, paruulos, regias filias, de-
nique quoſcumque homines Na-
buzardan magiſter equitum, Godo-
liæ, Ahicami filio, Saphanis nepoti,
reliquerat, nec non Ieremiam va-
tem,et Baruchum Neriæ filium, et
in Aegyptum iuerunt, Iouæ non
obedientes. Poſtquam ad Taph- 7
nim peruenerunt, Ioua Taphnis
Ieremiam ſic adlocutus eſt: ſume 8
manu duos magnos lapides, et eos
in argilla, in figlina, quæ Taphnis
eſt, pro foribus domus Pharaonis,
ſpectantibus Iudæis hominibus,ab-
dito, eiſque dicito: ſic dicit ar- 9
mipotens Ioua, Deus Iſraelitarum:
ego meum Nabuchodonoſorem Ba-
byloniæ regem arceſſendum cura-
bo, et eius ſolium iſtis, quos abdi- 10
di, lapidibus ſuperimponam, ſuper-
que eis auguſtale ſuum tendet, et 11
ægyptiam terram, qua leto, qua ca-
ptiuitate,qua ferro, verberatum ve-
niet,

niet, incenſasque ægyptiorum deo-
rum domos igni comburet, et eos
12 captiuos abiget, atque ita omni
k ægyptia terra amictus, quomodo
13 amicitur ſua veſte paſtor. exibit
inde incolumis, fractis ſtatuis tem-
pli ſolis, quod eſt in Aegypto, æ-
gyptiorumque deorum templis igni
crematis.

CAPVT XLIIII.

Ad Iudæos in Aegypto vates. Mala propter idololatriam. Viuentium Iudæorum impietas, pertinacia. Cæli regina deaſtricolarum numen. Clades Aegypti proxima.

1 SErmo ad Ieremiam habitus ad
omnes Iudæos Magdolis,
Taphnis, Memphis, et Phari
in Aegypto incolas, in hunc mo-
2 dum: ſic dicit armipotens Ioua,
Deus Iſraelitarum: vos videtis,
quot ego mala in Hieroſolymam,
inque omnes iudæas vrbes impor-
tauerim, adeo vt hodierno die de-
3 ſolatæ careant incolis; propter il-
lorum ſcelera, quibus committen-
dis me irritarunt, dum alienis diis
adolendo ſeruitum eunt, quos nec
ipſi, nec vos, nec maiores nouerant
4 veſtri. Quumque ego, meis tot va-
tibus ad vos mittendis, et vigilanter
mittendis, monerem, ne tam nefa-
riam rem, et mihi inuiſam faceretis:
5 non audiuerunt, nec aurem præ-
buerunt, vt a ſuo ſcelere ſe reuoca-
6 rent, alienis non adolendo diis. Ita-
que deſtillans bilis et ira mea vsque
adeo in iudæas vrbes et Hieroſoly-
morum vicos exarſit, vt in vaſtam
ſolitudinem verſæ ſint, vt res indi-
7 cat. Quare ſic dicit Ioua Deus ar-
mipotens, Deus Iſraelitarum: cur
vos veſtro ipſorum periculo tan-
tum ſcelus facitis, vt veſtrum et vi-
ri et feminæ, et pueri lactentesque
8 exſtirpentur ex Iudæa, nec ex vo-
bis quidquam reliquum fiat; dum
me veſtris factis irritatis, alienis
adolendo diis in Aegypto, quo ad
commorandum veniſtis, vt exſcin-
damini, et in omnibus terrarum
gentibus deteſtabiles ſitis et infa-
mes? Oblitine eſtis ſcelera maio- 9
rum veſtrorum, Iudææque re-
gum, et vxorum eorum, veſtraque
et veſtrarum vxorum, quæ ſcelera
illi in Iudæa, perque Hieroſolymæ
vicos fecerunt, indomiti ad hunc
diem, neque veriti, nec meæ legi
et inſtitutis obſequentes, quæ ego
vobis veſtrisque maioribus propo-
ſui? Quocirca ſic dicit armipotens
Ioua, Deus Iſraelitarum: ego ad
veſtrum malum conuerſus, Iudæos
omnes exſcindam, eorumque re-
liquos, qui ſe ad Aegyptum con-
uerterunt, vt ibi commoratum ve-
nirent, ita accipiam, vt omnes in
Aegypto conficiantur, ferro cadant,
fame conſumantur a minimo ad
maximum, ferroque et fame ene-
cti, mirum in modum exſecrabiles,
deteſtabiles, et infames ſint. Anim-
aduertamque in incolas Aegypti,
ſicut in Hieroſolymam animaduer-
ti, ferro, fame, ac peſtilentia, nec
erunt ex reliquis Iudæis, qui in Ae-
gyptum ad commorandum vene-
runt, qui elapſi ſuperſint, et in Iu-
dæam reueniant, quo ſe redituros
eſſe, et ibi manſuros ſibi perſuadent:
nec enim redibunt præterquam *l* e-
lapſi. At viri omnes, (qui ſciebant,
vxores ſuas alienis adolere diis,) et
omnes, quæ aderant, mulieres,
cœtus ingens, omnisque populus
Phari, in Aegypto degentium, Ie-
remiæ reſponderunt in hanc ſen-
tentiam: quam tu rem nobis per
Iouæ nomen renuntias, in ea tibi
nos non obtemperabimus. Quin
quamcumque rem pronuntiaueri-
mus, eam faciemus, vt cæli reginæ
adoleamus, et latices libemus,
quemadmodum fecimus et nos, et
maiores, regesque et principes no-
ſtri, quum per ceteras vrbes Iu-
dææ, tum per vicos Hieroſolymæ,
vt victu læti abundemus, nihilque
mali

k) Aegypto ſpoliata. *l*) pauci qui euaſerint.

mali patiamur. Equidem ex quo
reginæ cæli adolere, et libamina
fundere deſiimus, omnibus rebus
caruimus, ferroque et fame con-
19 fecti ſumus. Quod ſi nos cæli re-
ginæ adolemus, et latices libamus;
an ſine viris noſtris eam, faciendis
placentis, fundendisque libamentis,
20 placamus? Tum Ieremias omni
populo, viris, feminis, denique o-
mnibus, qui ei reſponſum illud de-
21 derant, ita dixit: ergo quæ ſuffi-
menta vos maioresque et reges et
principes, et conterranei veſtri,
adoleuiſtis in oppidis Iudææ, inque
Hieroſolymæ vicis, ea adeo memi-
nit, et in animo habuit Ioua, vt
veſtrorum morum prauitatem, et,
22 quæ flagitia feciſtis, amplius pati
nequiuerit, ſitque terra veſtra in
ſtupendam et exſecrandam redacta
vaſtitatem atque incultum, vt adpa-
ret, quoniam ſuffiuiſtis, et in Iouam
peccaſtis, Iouæ non obſequentes,
aut ex eius lege, inſtitutis, monitis-
23 que vos gerentes: quam ob
cauſſam vobis accidit iſtud mali,
24 vt res indicat. Audite Iouæ di-
ctum, (inquit, omnem populum
omnesque feminas adloquens Iere-
mias,) quicumque Iudæi eſtis in Ae-
25 gypto. Sic dicit armipotens Ioua,
Deus Iſraelitarum: vos, vxores-
que veſtræ, et ore dicitis, et mani-
bus exſequimini, dicentes veſtra
vota, quibus cæli reginæ ſuffitio-
nem libaminumque fuſionem vo-
uetis, facturos, et eadem vota præ-
26 ſtantes atque facientes. Quapro-
pter audite Iouæ dicta, quicumque
Iudæi degitis in Aegypto. Ego per
meum magnum nomen iuro, (in-
quit Ioua,) non amplius adpellatum
iri meum nomen in tota Aegypto
vllius ore Iudæi, dicentis: per vi-
27 uentem Dominum Iouam. Ego
eorum malo, non bono, ita inuigi-
labo, vt quicumque Iudæi ſunt in
Aegypto, ii ferro fameque conſu-
28 mantur ad internecionem: ac qui
ferrum euaſerint, ii ex Aegypto in
Iudæam numero pauci redibunt,
ſcientque omnes reliqui Iudæi, qui
in Aegyptum commorandi gratia
venerunt, vtrum mea an ipſorum
dicta rata ſint. Atque hoc ſigni 29
habetote, inquit Ioua, me iſto in
loco animaduerſurum eſſe in vos,
vt intelligatis, meas in vos minas
fore ratas. Sic dicit Ioua: ego 30
Pharaonem Ophram, Aegypti re-
gem, capitalibus eius hoſtibus in
manum tradam, vt et Sedeciam Iu-
dææ regem Nabuchodonoſori Ba-
byloniæ regi, eius hoſti capitali, in
manum tradidi.

CAPVT XLV.

Ad Baruchum Ieremiæ verba. Salus Baruchi ex ærumnis communibus.

Sermo, quem habuit Ieremias 1
vates ad Baruchum Neriæ fili-
um, quum is illa verba ſcripſiſ-
ſet in libro ex ore Ieremiæ, anno
quarto Ioacimi Ioſiæ filii, Iudææ
regis, huiusmodi verbis: ſic tibi 2
dicit Ioua Deus Iſraelitarum, Baru-
che: conquereris miſerabiliter, 3
Iouam dolori tuo addere mæro-
rem, teque gemendo defesſum, non
inuenire requiem: ſic ei dices: 4
ſic dicit Ioua: ego quod exſtruxi,
idem deſtruam: et quod plantaui,
eruam; videlicet omnem iſtam
terram: et tu tibi tam [m] magna pe-
tes? Ne pete, nam ego malum o- 5
mnibus importans mortalibus, in-
quit Ioua, ſaluam tibi vitam conce-
dam, quocumque locorum vades.

CAPVT XLVI.

Contra Aegyptiorum copias. Chaldæi contra Aegyptios victoria. Iacobidarum conſolatio, non funditus delendorum.

Habitus ad Ieremiam vatem ſermo 1
Iouæ aduerſus exteras gentes.
In Aegyptios, aduerſum Pharao- 2
nis Nechonis, Aegypti regis,
exercitum, qui erat Charcamis
apud

m) ardua et difficilia, videlicet requietem, in omnium inquietudine.

apud Euphratem fluuium, quem
fudit Nabuchodonoſor Babyloniæ
rex,anno quarto Ioacimi Ioſiæ filii,
3 Iudææ regis: parate clipeos et
4 ſcuta, et inite prœlium. Iungite
equos, et adſcendite equites, atque
in galeis conſiſtite: polite lanceas,
5 induite loricas. Cur eos video
pauidos? retro cedentes? eorum-
que fortisſimos cæſos, fugam ca-
pesſere ſine reſpectu, terrore cir-
6 cumdante, inquit Ioua? Ne effu-
giant celeres, neue fortes euadant:
ad aquilonem ſecundum flumen
7 Euphratem adliſi cadunt. Quis
iſte eſt, qui [n] ritu fluminis adſcen-
dit, ruentibus eius quaſi fluuialibus
8 aquis? Aegyptius ritu fluminis ad-
ſcendit, ruentibus quaſi fluuialibus
aquis: adſcendam, inquit, terram
operiam, vrbem cum ſuis incolis
9 perdam. Adſcendite equi: furite
quadrigæ: prodeant fortes Aethio-
pes, Lybiesque clipeati, et Lydii ſa-
10 gittarii. Ille quidem dies, Domi-
no Iouæ armipotenti dies eſt vltio-
nis, qui ſuos vlciſcatur hoſtes, com-
edatque ad ſatietatem gladius, et
cruore madeat illorum, Domino
Ioua armipotente ſacrificium in ſe-
ptemtrionali terra ad flumen Eu-
11 phratem habente. Adſcende in Ga-
laaditidem, et pete reſinam, virgo
puella Aegypte: fruſtra multis vte-
ris medicamentis; nihil tibi profi-
12 citur. Audiunt gentes tuam tur-
pitudinem, tuaque replet terram
querimonia, quoniam fortes forti-
bus adliſi, vtrique cecidere pariter.
13 Sermo, quem habuit ad Ieremiam
vatem Ioua, de venturo Nabucho-
donoſore, Babyloniæ rege ad infe-
rendam Aegypto cladem:
14 Prædicate per Aegyptum, nuntiate
Magdole, nuntiate et Memphi at-
que Taphnis: dicite: conſiſte,teque
compone, nam vorat enſis circa te.
15 Qui fit, vt deuicti tui generoſi non
ſtent, Ioua eos profligante? Fre-
quentes labuntur, incidentes alius
in alium: et, age, inquiunt, redea-
mus ad noſtros in terram patriam,
ob pernicialem gladium. Clama-
tur ibi, o Pharao Aegypti rex, [o] tu-
multus intercipit tempus. Sic vi-
uam, inquit rex, nomine armipo-
tens Ioua, vt quam eſt Tabor mon-
tanus, et Carmelus maritimus, tam
[p] ille veniet. Inſtrumenta exſilii
tibi facito, habitatrix Aegypti puel-
la: nam in ſolitudinem redacta et
exciſa Memphis, carebit habitato-
ribus. Vitula formoſa Aegyptus
eſt, * quam inuadet, inuadet ab a-
quilone impresſio, adeo vt etiam
eius [q] mercenarii, qui in ea ſagina-
torum vitulorum ſimiles verſantur,
verſi fugiant ſimul, neque ſtent:
quippe quibus pernicioſus ſupplicii
dies aduenerit. [r] Vox eius feretur
anguinea: quandoquidem cum ex-
ercitu venientes eam ſecuribus ad-
gredientur, quaſi lignatores, eius
ſiluam ſucciſuri, inquit Ioua, vt-
pote infiniti, plures locuſtis, et in-
numerabiles. Pudet puellam Ae-
gyptum deditam in poteſtatem a-
quilonaris populi. Dicit armipo-
tens Ioua, Deus Iſraelitarum: ego
in turbam minoanam, in Pharao-
nem et Aegyptum, inque Aegypti
et deos et reges, et tum in Phara-
onem, tum in confidentes ei, anim-
aduertam, eosque eorum necem
cupientibus, et Nabuchodonoſori
Babyloniæ regi, ac Nabuchodono-
ſorianis in poteſtatem tradam: de-
inde habitabitur vt olim, inquit Io-
ua. Tu vero ne metue, mi Iaco-
bida, ne formida, Iſraelita: nam
ego te procul, ego poſteros tuos ex
eorum captiuitatis terra conſerua-
bo, ita vt reuerſus Iacobida placide
quiescat, exterrente nullo. Tu ne
metue, mi Iacobida, inquit Ioua:
nam ego tibi adſum, ego gentes o-
mnes

n) rabide. o) repentinus hoſtium aduentus Aegyptum opprimit, ita, vt nullum ſit pugnandi tempus. p) Aſſyrius in Aegyptum. q) ſcilicet milites. r) Aegyptus attonita ſtridebit.

mnes, quo te diſsipauero, funditus delebo: at te non funditus delebo, ſed moderate caſtigabo, nec ſinam impunitum.

CAPVT XLVII.

A ſeptemtrionibus torrens ærumnarum. Palæſtina exſcindenda. Iouanus gladius.

Habitus ad Ieremiam vatem ſermo Iouæ in Palæſtinos, antequam expugnasſet Pharao Gazam.

SIc dicit Ioua: adſcenſura eſt ex aquilone aqua, quæ in torrentem redundans, terram, et quod ea continetur, vrbem et eius incolas, inundet. Adeoque clamabunt homines, adeo eiulabunt incolæ, vt præ ſonitu ſtrepitus vngularum [a] illius ducum, præ quadrigarum motu et fragore rotarum, ne parentes quidem reſpiciant liberos: adeo erunt [b] ſolutæ manus eo die, qui dies venerit ad perdendos omnes Palæſtinos, ad excidendam Tyrum et Sidonem, omnes auxiliarium reliquos. Perdet enim Ioua Palæſtinos, reliquias [c] inſulæ Cappadocum. Venit [d] raſura in Gazam: deleta eſt Aſcalon, reliquiæ vallis eorum: quousque te [e] laniabis? Heu Iouæ enſis, quem ad finem non cesſabis? Condere vagina tua, et tacitus quieſce. Poteriſne cesſare, quum tibi Ioua aduerſus Aſcalonem maritimumque litus imperet, [f] quo tibi indixit?

CAPVT XLVIII.

In Moabitas vaticinium infauſtum. Populi captiuitas et ærumnæ ſuppliciaque.

De Moabitis.

SIc dicit armipotens Ioua, Deus Iſraelitarum: heu Nabo, nam periit: pudet captam Cariathaimam: pudet fractam Miſgabam:
non iam Moabitarum laus eſt Heſe- 2
bone, cui male cogitetur: agite,
exſcindamus eam ex hominum nu-
mero. Tu quoque Madmena de-
leberis, perſequente te gladio. Au- 3
ditur querula vox ab Horonaima,
ſtrages et calamitas ingens: fracta
Moabitis eſt: edunt eius paruuli
querelam. Nempe per Luhithæ 4
cliuum cum lugubri ploratu adſcen-
ditur. Nempe per Horonaimæ 5
deſcenſum hoſtilis calamitatis qui-
ritatus auditur. Fugite, conſulite 6
vitæ veſtræ, ſimiles futuræ ſilue-
ſtris myricæ. Etenim, quoniam 7
tuis rebus facultatibusque freta es,
tu quoque capieris, migrabitque
[g] Chamoſus in exſilium, vna cum
ſuis ſacerdotibus et proceribus, per- 8
uadetque vaſtator omnes vrbes, nec
vrbs euadet vlla, et valles peribunt,
et campi vaſtabuntur, nam id dicit
Ioua. Date Moabitidi pennas; 9
nam emigrabit, et eius vrbes in tan-
tam vaſtitatem redigentur, vt nul-
lus in eis habitet. Exſecrabilis, qui 10
facit opus Iouæ fraudulenter: ex-
ſecrabilis item, qui eius enſem pro-
hibet a ſanguine. Tranquillus 11
Moabita a pueritia, inque ſuis qui-
eſcens fæcibus, non eſt ex alio vaſe
transfuſus in aliud, nec abiuit in
exſilium, ideoque manet ſuus in
eo ſapor, nec eſt eius odor immu-
tatus. Itaque tempus erit, inquit 12
Ioua, quum ego ei vectores mit-
tam, qui eum vehant, eiusque vaſa
vacuent, et lagenas collidant, pu- 13
debitque Moabitas Chamoſi, quem-
admodum pudet Iſraelitas Bethelis,
ſuæ fiduciæ. Audebitiſne dicere, 14
vos eſſe fortes, et bello pollentes
viros? Perit Moabitis, eiusque et 15
vrbes deflagrant, et lecta pubes ad
cædem deſcendit, inquit rex, no-
mine armipotens Ioua. Breui ve- 16
niet excidium Moabitæ, eiusque
malum

a) Nabuchodonoſoris. b) territi homines. c) inſulam vocat maritimum locum. d) luctus, in quo raduntur pili. e) ſcil. in luctu, hoc eſt, quousque lugebis. f) vbi te adesſe iusſit. g) Moabitarum deus.

17 malum multum properat. Dole-
te eius vicem omnes eius finitimi,
omneſque, quibus notum eſt eius
nomen, dicite: qui fit, vt fractus
ſit potens baculus, venuſta virga?
18 Deſcende de gloria, et dege in ſiti,
puella dibonenſis: nam Moabita-
rum vaſtator ad te proficiſcitur,
19 tuas corrupturus munitiones. Ad
viam ſta, et ſpeculare, quæ Aroer
incolis: interroga profugos et e-
lapſos, quærens, quid acciderit.
20 Pudet confractum Moabitam, eiu-
late quiritantes, nuntiate ad Arno-
21 nem, periiſſe Moobitam, ſum-
tumque ſupplicium eſſe de terra
campeſtri, de Helone, de Iaſa,
22 Mephaatha, Dibone, Nabone,
23 Bethdiblathima, Cariathaima,
Bethgamule, Bethmaone, Cario-
24 this, Boſra, denique de omnibus
moabiticæ terræ oppidis tum re-
25 motis, tum vicinis. Abſciſſum eſt
Moabi cornu, brachiumque fra-
26 ctum, inquit Ioua. Inebriate
eum, quoniam contra Iouam ſeſe
effert, *h* pauiatque Moabita vomi-
tum ſuum, et ſit ipſe quoque ludi-
27 brio: niſi forte tibi non fuit Iſrae-
lita ludibrio; quaſi inter fures de-
prehenſus, qui ſimulac eius men-
28 tionem facis, *i* commoueris. De-
ſerite vrbes, et habitate petram,
Moabitidis incolæ, et eſte colum-
bæ ſimiles, nidificantis intra caui
29 fauces. Audimus Moabitæ fa-
ſtum, valde faſtoſi, arrogantiam,
ſuperbiam, inſolentiam, animique
30 faſtidium. Ego noui, (inquit Ioua,)
tam immodicam eius ferocitatem,
31 vt eius vires non paria faciant. Ita-
que Moabitas eiulabo, de Moabi-
tis omnibus conquerens, ad Cir-
32 hereſenſes ſonabitur. Iazerenſi
ploratu plorabo te, o ſabamenſis
vinea, cuius palmites, traiecto lacu,
ad iazerenſem lacum pertingunt.
33 In æſtatem vindemiamque tuam

irruit vaſtator, ſublatumque eſt ex agro culto, et moabitica terra, gaudium et lætitia, et vinum ex torcularibus abſtuli: non calcabitur cum celeuſmate, celeuſma, celeuſma non erit. Ex Heſebonis clamore ad Eleale, ad Iaſam edunt vocem, a Sigori ad Horonaimam, *k* vitulam trimam: nempe etiam nemrimana aqua redigetur in vaſtitatem, auferamque ex Moabitis, (inquit Ioua,) immolantes in ſacellis, et diis ſuis adolentes: ergo mihi animus de Moabita tibiarum ritu ſonat: mihi ſuper Cirhereſenſibus animus tibiarum ritu ſonat: quandoquidem, quas comparauerant, periere copiæ. Nam omne et caput tonſum, et mentum raſum eſt: omnes manus ſcalpturis, omnia latera centonibus obducta ſunt: in omnibus moabiticis et tectis et vicis plangunt omnes: quoniam ego Moabitam fregi tamquam vas iniucundum, inquit Ioua. Qui factum eſt, vt ſit obtritus? vlulate: qui factum eſt, vt tergum tam turpiter Moabita verterit, Moabita omnibus illudendus et obterendus finitimis? Sic enim dicit Ioua: vt inuolans aquila, ita ille in Moabitam ſuas explicabit alas. Expugnata ſunt Cariotha, captæ arces, eritque ea die Moabitarum militum animus, qualis animus eſt parturientis feminæ, peribitque ex hominum genere Moabita, qui ſeſe aduerſus Iouam extulerit. Pauor, et fouea, et laqueus tibi imminet, Moabitidis incola, inquit Ioua. Qui pauorem effugerit, cadet in foueam: et qui ex fouea erepſerit, capietur laqueo: quandoquidem ei, ſcilicet Moabitidi, ego inueham annum eorum ſupplicii, inquit Ioua. In Heſebonis vmbra ſtant ſine viribus profugi: quoniam Heſebone egreſſus ignis et flamma ex Sehonii,

h) ira Iouæ, ita inebrietur et perfundatur, vt ei accidat quod ebriis, qui vomunt, caduntque in vomitum. *i*) exſultas eius calamitatis lætitia. *k*) laſciuam.

honiis Moabitarum tractum homi-
numque tumultuoſorum verticem
confecit. Hei tibi, Moabita, periit
Chamoſi populus: quoniam et nati
captiui, et natæ tuæ captiuæ abdu-
cuntur. Sed Moabitarum captiuos
certo poſt tempore reuocabo, inquit
Ioua. Hactenus Moabitarum ſup-
plicium.

CAPVT XLIX.

Ammonitarum calamitoſa tempora, reuocatio. Contra Idumæos vaticinia, in Damaſcenos, et regna baſoriana. Contra Elamitas. Chaldæorum arma victricia.

De Ammonitis.

SIc dicit Ioua: an liberis caret
Israel? an heredem non habet,
vt Gaditas occupauerit *l* Mel-
chomus, eiuſque populus eorum
vrbes incolat? Ergo tempus erit,
inquit Ioua, quum ego in Rabba-
ham Ammonitarum canam claſſi-
cum, eaque in vaſtitatis tumulum
redigetur, et eius coloniæ igni con-
flagrabunt, poſſidebitque Israelita
eos, a quibus poſſeſſus eſt, inquit
Ioua. Eiula Heſebon; nam periit
Hais: vociferamini rabbathanæ
coloniæ, amicite centones, et plan-
gendo pererrate ſepes: ſiquidem
ibit Melchomus in exſilium, vna
cum ſuis ſacerdotibus ac proceri-
bus. Quid de vallibus gloriaris?
effluxit tua vallis, puella perfida, tuis
confiſa facultatibus; *m* quis me inua-
det? Ego vero tibi pauorem tan-
tum adducam, inquit Dominus ar-
mipotens Ioua, ab omnibus tuis fi-
nitimis, vt diſſipemini, quorſum
quisque verſus erit, nullo colligen-
te, palantes. Sed poſtea reuocabo
captiuos Ammonitas, inquit Ioua.

De Idumæis.

Sic dicit armipotens Ioua: nullane
ſupereſt in *n* Themane ſapientia?
periitne prudentum conſilium, ſu-
peruacanea eorum ſapientia? Fu- 8
gite: terga vertite: abſtrudite vos
penitus, o Dedanenſes: nam ego
Eſao perniciem adfero, tempus
meæ in eos animaduerſionis. Si 9
te vindemiatores adgreſſi forent,
tamen reliquisſent racemos: ſi fu-
res nocturni, diripuiſſent, quan-
tum eis ſatis eſſet. Ac ego Eſaum 10
ita ſpoliaui, itaque eius abdita de-
texi, vt latere nequeat, ita perdita
eius progenie, et cognatis, et vici-
nis, vt ipſe nusquam ſit. Omitte 11
tuos pupillos, ego alam, mihique
tuæ viduæ confident. Sic enim di- 12
cit Ioua: ſcilicet *o* potandi poculi in-
ſolentes, tamen potabunt, et tu im-
munis eris? non eris, quin potabis.
Nam per me iuro, inquit Ioua, va- 13
ſtam, infamem, deſertam, exſe-
crabilem fore Boſram, eiusque op-
pida æternas fore ſolitudines. Au- 14
ditione accepi a Ioua, et legatus ad
gentes miſſus eſt. Coite, eamque
inuadite, et in bellum conſurgite.
Nam ego te gentium minimum, et 15
hominum contemtiſſimum red-
dam. Tua tibi terribilitas, et a- 16
nimi faſtus imponit, quæ in præru-
pta rupe habitas, tenens collis ca-
cumen. Etiamſi tam alte nidifica-
ueris, quam aquila, inde te detur-
babo, inquit Ioua: eritque ea I- 17
dumææ vaſtitas, vt quisquis eam
præteribit, ſibilet, tot eius cladi-
bus attonitus. Cuiusmodi eſt So- 18
domæ Gomorræque, et eius vici-
narum euerſio, inquit Ioua, ſic
illic nemo deget: in ea nullus ho-
minum commorabitur. Ac vt leo 19
ex Iordanis *p* faſtigio inuadit fir-
mum ſtabulum, ſic ego faciam, vt ille
ob eam repente currat: et qui erunt
lectiſſimi, eos aduerſus eam deſti-
nabo. Nam quis mihi par eſt? quis
mecum congrediatur? quisnam
q paſtor eſt, qui mihi reſiſtat? Er- 20
go

Ammonitarum deus. *m*) quæ te a nemine inuadi poſſe putas. *n*) Is fuit Eſai nepos, Eliphazi filius, a quo mons Seir Theman adpellatur. *o*) perferendi ſupplicii. *p*) montibus et ſiluis. *q*) hoc dicit propter ſimilitudinem, quam paullo ante duxit a leone.

go audite, quod Ioua conſilium ce-
perit in Idumæos, et quæ cogitaue-
rit in Themanis incolas: eos ſine
dubio raptabunt opilionum infimi,
et aduerſus eos ſua ſtabula colloca-
21 bunt. Ad eorum caſus ſonitum
quatietur tellus, eorum clamoris
ſono ad mare rubrum audiendo.
22 Atque ille aquilæ modo adſcendet,
et paſſis in Boſram alis, aduolabit,
eritque tum Idumæorum militum
animus, qualis animus eſt parturi-
entis feminæ.

De Damaſco.

23 Pudet Hemathaṁ et Arphad, audi-
to triſti nuntio fluentes, qualis eſſe
ſolet in mari ſollicitudo neſcia quie-
24 tis. Elanguit Damaſcus in fugam
verſa, tremore capta, et angu ſtia
cruciatibusque correpta, quales
25 ſunt parturientium. Mirum eſt
tam laudatam ciuitatem, tam amœ-
nam vrbem non eſſe prætermiſſam.
26 Ergo cadent eius iuuenes per eius
vicos, omnesque milites eo die de-
lebuntur, inquit armipotens Ioua:
27 incendamque igni muros Damaſci,
qui Benadadi conſumet arces.
28 De Cedare haſorianisque regnis,
quæ ſubegit Nabuchodonoſor
Babyloniæ rex.
29 Sic dicit Ioua: agite, adſcendite ad
30 Cedar, et orientales perdite. Eo-
rum tabernacula ouesque capian-
tur, tentoria omneque inſtrumen-
tum et cameli auferantur, et in eos
31 terror vndique vocetur. Fugite:
faceſſite magnopere: abſtrudite
vos penitus, o Haſoris incolæ, in-
quit Ioua, contra quos Nabucho-
donoſor Babyloniæ rex conſilium
32 capiat, et aliquid moliatur, Agite,
adſcendite ad gentem beatam, in tu-
to degentem, (inquit Ioua.) ſeorſum
ſine oſtiis, ſine repagulis habitanti-
33 um, quorum cameli direptioni, et
pecorum multitudo prædæ erit,
eosque in omnes vltimarum regio-
num ventos diſpergam, et ex omni-
bus eorum tractibus deducam eo-
34 rum perniciem, inquit Ioua: eritque
Haſor draconum domicilium, deſer-
tum in perpetuum, nemine morta-
lium ibi degente aut commorante.
Habitus Iouæ ſermo ad Ieremiam
vatem in Elamitas, initio regni Se-
deciæ Iudææ regis, in hæc
verba.
Sic dicit armipotens Ioua: ego Ela-
mitarum arcus, quod caput eſt vir-
tutis eorum, frangam, adductis-
que in Elamitas quatuor ventis ex
quatuor cæli extremis, eos in o-
mnes hos ventos diſpergam; nec
erit vlla gens, quo non veniant dis-
iecti Elamitæ: obteramque Ela-
mitas capitalibus ipſorum hoſtibus
et eis malum, ira ardens, inueham
inquit Ioua, eosque armis perſecu-
tus ad internecionem, ponam in
Elamitide meum ſolium, ſublato in-
de rege et principibus, inquit Ioua
Sed certo poſt tempore captiuo
Elamitas reuocabo, inquit Ioua.

CAPVT L.

Babylonis expugnandæ vaticinium. In ... mu acra. Ab aquilone Babylonis vaſta... res.

Sermo, quem Ioua per Ieremiam va-
tem in Babyloniam Chaldæo-
rum terram fecit.

PVblicate per gentes et nunti-
te, ſublato ſigno nuntiate, ni-
hil celando, in hunc modum
capta eſt Babylon, turpificatus Bel
Merodachus obtritus: turpificat
eius ſtatuæ, obtrita infanda ſimula-
cra. Nam proficiſcitur in ea
gens ſeptemtrionalis, quæ eius te
ram eo vaſtitatis adducet, vt in e
nullus maneat, faceſſentibus ab
euntibusque tum hominibus, tu
pecudibus. Ea tempeſtate eoqu
tempore, inquit Ioua, venient vn
cum Iudæis Iſraelitæ, plorantesqu
vadent, et Iouam Deum ſuum re
quirent, ſioniam ſciſcitantes viam
conuerſo huc vultu: adeſte, con
iungamur cum Ioua, fœdere num
quam oblitterando. Oues perdi
t

tæ ſunt mei, quæ a ſuis paſtoribus
ſeductæ, per montes oberrant, va-
dentes ex montibus in colles, cuban-
7 di neſciæ. Eas quicumque inue-
niunt, comedunt, negantque earum
hoſtes, ſe crimen committere,
quippe quæ in Iouam peccauerint,
in Iouam iuſtitiæ domicilium, et
8 maiorum ipſarum ſpem. Facesſi-
te ex Babylonia, et ex Chaldæorum
terra migrate, et eſte vt hirci ante
9 pecus. Nam ego excitabo addu-
camque in Babyloniam magnarum
gentium cateruam ex aquilonari
terra, quæ in eam inſtruet aciem,
atque inde capietur ipſa: quarum
ſagittæ, tamquam periti militis, non
10 reuertantur infecta re: eritque
Chaldæa prædæ, ita vt omnes eius
deprædatores ſatientur, inquit Io-
11 ua. Quoniam vos posſesſionem
meam conculcantes, læti exſultatis,
quoniam altilis vitulæ ritu gliſcitis,
et ſonipedum more hinnitis, fœ-
dabitur mater veſtra vehementer,
infamabitur veſtra parens, vsque
adeo *r* gentium exitus eſt vaſtitas, in-
cultus, ſolitudo. Præ Iouæ ſæui-
tia non incoletur, eritque tota vaſta,
adeo vt quisquis præter Babylo-
nem tranſibit, ſibilet, attonitus tot
eius cladibus. Inſtruite in Baby-
lonem circumquaque aciem, omnes
ſagittarii: iaculamini in eam, nihil
parcentes ſagittis, quoniam in Io-
uam peccauit. Canite in eam claſ-
ſicum vndique: *s* dat manus, ruunt
eius mœnia, euertuntur muri, quo-
niam Iouæ vltio eſt: vlciſcimini
eam, et ei par pari referte. Exſtir-
pate ex Babylone et ſatores, et falci-
bus tempore mesſis vtentes: tanta
ſit armorum ſæuitia, vt ad ſuam
quisque nationem ſe referat, in ſu-
am quisque terram fugiat. Di-
ſperſum pecus eſt Iſraelita, a leoni-
bus profligatum, quod prior come-
dit Aſſyriæ rex, et iſte poſterior ex-
oſſauit, Nabuchodonoſor Babylo-
niæ rex. Quare ſic dicit armipo- 18
tens Ioua, Deus Iſraelitarum: ego
in Babyloniæ regem, eiusque ter-
ram, animaduertam, quemadmo-
dum in Aſſyriæ regem, et in eius
terram animaduerti, Iſraelitam- 19
que in ſuam ſtationem reducam,
qui Carmelum Baſanamque depa-
ſcat, et in Ephraimitarum montanis,
et Galaaditide ſeipſum exſaturet.
Illa tempeſtate illoque tempore, 20
(inquit Ioua,) quæſita Iſraelitarum
culpa nusquam exſtabit, et Iudæo-
rum peccata non inuenientur:
quod ego eis ignoſcam, quos reli-
quos fecero. Aduerſum terram 21
contumacem proficiſcere, et in pu-
niendos incolas grasſare: et eos
perſequens, funditus exſcinde: ac
quidquid tibi ego imperaui, facito.
Bellicus auditur ſonus in terra, et 22
calamitas ingens. Mirum eſt, eli- 23
ſum fractumque eſſe totius orbis
malleum. Mirum eſt, in ſolitudi-
nem redactam eſſe Babyloniam in-
ter gentes. Irretiui te, captaque 24
es, Babylon, et quidem inſciens de-
prehenſa captaque es, quoniam Io-
uam irritaſti. Aperto armamen- 25
tario ſuo Ioua atrocitatis ſuæ tela
depromſit: nam hoc opus habet
Dominus Ioua armipotens in Chal-
dæa. Inuadite eam ab extremis fi- 26
nibus: recludite eius viuaria: pro-
culcate quaſi manipulos eam, et ita
peruertite, vt nihil ei ſuperſit.
Ferro trucidate omnes eius *t* tauros, 27
deſcendant ad lanienam: væ illis,
vtpote quorum dies, quorum ſup-
plicii tempus aduenerit. Auditur 28
profugorum vox, et ex babylonia
terra elapſorum, ad nuntiandam in
Sione Iouæ Dei noſtri vindictam,
ſcilicet *u* eius templi. Euocentur in 29
Babylonem multi, omnes ſagitta-
rii, caſtra facite aduerſus eam per
circuitum: nemo euadat: reddi-
te ei digna eius factis: prorſus ei
parem gratiam referte, quæ in Io-
uam

r) gentes ad extremum vaſtantur. *s*) vincitur. *t*) homines præcipuos. *u*) qui Babylonios vltus ſit ob profanatum ſuum templum.

uam,quæ in Iſraelitarum Auguſtum
30 ſuperbierit, quam ob cauſſam ca-
dent illa die eius iuuenes per ipſius
vicos, omneſque delebuntur mili-
31 tes,inquit Ioua. Tibi ego minitor,
o ſuperbe, inquit Dominus armi-
potens Ioua: ſiquidem venit tua di-
es,tempus, quo in te animaduertam,
32 lapſusque iacebit ſuperbus, attol-
lente nullo, et incendam eius vrbes
igni, qui omnia finitima conſumat.
33 Sic dicit armipotens Ioua: fit Iſrae-
litis Iudæisque ſimul iniuria: et eos,
quicumque captiuos habent, reti-
34 nent, et dimittere recuſant. Sed
eorum vindex potens, nomine ar-
mipotens Ioua, eorum cauſſam
aget, vt orbem quietum reddat, et
35 Babylonios conturbabit. Gladii
Chaldæis imminent, inquit Ioua, et
Babylonis incolis, principibus et ſa-
36 pientibus: gladii hariolis infa-
tuandis: gladii militibus obteren-
37 dis: gladii equis et curribus,
omnique promiſcuo vulgo, quod in
ea verſatur, effeminando: gladii
38 eius facultatibus diripiendis: ari-
ditas eius aquis exſiccandis: quo-
niam ſimulacrorum terra eſt, et in
39 terriculis gloriantur. Itaque de-
gent cum faunis ſiluani, agentque
in ea ſtruthiones, nec ea vmquam
deinceps incoletur, nec vllis habi-
40 tabitur ſæculis. Vt eſt diuinitus
euerſa Sodoma et Gomorra, eius-
que vicinæ, inquit Ioua: ſic ibi
mortalium nemo deget aut com-
41 morabitur. Aduenturus eſt ab
aquilone populus et gens magna,
multique reges ex vltimis terrarum
42 oris exciti, qui arcus et haſtilia tra-
ctantes, ita crudeles erunt, vt nihil
miſereantur,voce,ritu maris,ſonan-
tes, vecti equis, ordinati, vt ad pu-
gnam viri,aduerſum te,puellaBaby-
43 lon. Horum audita fama Babyloniæ
rex languidis manibus angore cor-
ripitur,qualis cruciatus parturientis
44 eſt. x Ac veluti leo ex Iordanis faſti-
gio adſcendit ad firmum ſtabulum, ſic ego faciam,vt illi ob eam repente currant: et qui erunt lectisſimi, eos aduerſus eam deſtinabo. Nam quis mihi par eſt? quis mecum congredietur? quisnam paſtor eſt, qui mihi reſiſtat? Ergo audite, quod Ioua conſilium ceperit in Babylonem, et quæ cogitauerit in Chaldæam. Eos certo raptabunt opilionum infimi, et aduerſus eos ſtabula collocabunt. Ad Babylonis captæ ſonitum quatietur tellus, clamore apud gentes audiendo.

CAPVT LI.

In Babylonem ſpiritum pernicioſum immittens Ioua. Poculum inebrians Babylon. Ex Media Babylonis excidium. Iudæorum Ioua vindex in Babylonem. Mandatum a Ieremia Saraiæ cubiculario Sedeciæ.

SIc dicit Ioua:* ego in Babylonem et incolas Lebcamai ſpiritum excitabo pernicioſum, immittamque in Babylonem ventilatores, qui eam ventilent, eiusque territorium exinaniant, eam malo tempore vndique circumſidentes. In eam et iaculentur ſagittarii, et inſultent loricati, nihilque parcentes eius iuuenibus, eius omnem exercitum peruertite, cadantque cæſi in Chaldæa, et per eius vicos transfoſſi. *y* Non enim viduati ſunt Iſraelitæ et Iudæi, Deo ſuo Ioua armipotente, ſed eorum terra criminibus, in Iſraelitarum Auguſtum commisſis, repleta eſt. Fugite ex Babylone, et ſuæ quisque vitæ conſulite, ne in eius culpa deleamini: quandoquidem Iouæ vindictæ tempus eſt, quo ſoluit ei præmium. Poculum aureum eſt Babylon in manu Iouæ, totum orbem inebrians, potantibus ex eius vino gentibus, et ideo deſipientibus. Repente collapſa Babylon, fracta eſt: eiulate eam, adhibete ad eius dolorem reſinam, ſi forte ſanetur. Medicat

x) eadem capite 40. *y*) non ideo in Chaldæa exſulant, quia ſint a Deo deſtituti, ſed quia cum in Iudæa offenderunt.

dicati ſumus Babyloni, neque ta-
men ſanata eſt: deſeratur, et in ſu-
am quisque patriam proficiſcamur:
quoniam cælum pertingit eius cauſ-
10 ſa, ad æthram vsque elata. Pro-
fert Ioua innocentiam noſtram: ad-
eſte, et narremus in Sione factum
11 Iouæ Dei noſtri. Acuite ſagittas,
replete pharetras, excit Ioua Me
dorum regum ſpiritum, quippe
qui Babylonem perdere habeat in
animo: quoniam Iouæ vindicta eſt,
12 videlicet eius templi. In Babylonis
muros ſignum extollite: cuſtodiam
firmate: ſtatuite cuſtodes: inſidias
componite: nam Ioua et decreuit,
et faciet, quod ſtatuit in Babylonios.
13 O quæ z in humore copioſo habitas,
facultatibus abundans, venit tuus
14 finis, auaritiæ tuæ modus. a Iu-
rat armipotens Ioua per ſemeti-
pſum, fore vt ipſe te repleat homi-
nibus, tamquam erucis, qui con-
tra te celeusma recinant, is, qui
terram vi ſua fecit, orbem ſua ſa-
pientia compoſuit, ſuaque pruden-
tia diſtendit cælum. Qui voce dat
aquæ multitudinem in cælo, attol-
litque ab vltimis terris nebulas, ful-
gura pluuiæ facit, et ex ſuis ventum
cellis educit. Bardus eſt omnis
homo inſcitia: ſimulacrorum pu-
debit fictores omnes, quorum
falſa inanimaque ſint fuſilia. Va-
na ſunt opus fallax, ſupplicii ſui
tempore peritura. Non talis eſt
is, cum quo Iacobidis res eſt, quin
is omnium conditor, eorumque he-
reditatis ſceptrum eſt, nomine Ioua
armipotens. Tu mihi malleus es,
inſtrumenta belli: per te gentes
contundo, per te regna perdo, per
te equos et equites, per te currus et
vectores, per te viros et feminas,
per te ſenes et iuuenes, per te ado-
leſcentes et virgines, per te paſto-
res et eorum greges, per te agrico-
las et eorum iuga, per te prætores
et præſides contundo. Repen- 24
damque, ſpectantibus vobis, Ba-
byloni et omnibus incolis Chaldææ,
omne malum, quo Sionem adfe-
cerunt, inquit Ioua. Ego tibi mi- 25
nitor, b mons pernicioſe, inquit Io-
ua, qui totum orbem corrumpis:
intenſaque in te manu, de rupibus
te deuoluam, et exuſtum montem
reddam, ita vt ex te non ad angu- 26
lum, non ad fundamenta lapis ſu-
matur, quod eris æterna vaſtitas,
inquit Ioua. Efferte ſignum per 27
orbem, clangite tuba per gentes, de-
ſtinate contra eam gentes, euocate
aduerſus eam regna Armeniæ, Mi-
nææ, et Aſcaniæ, conſtituite aduer-
ſus eam imperatorem, adducite e-
quos, c hirſutarum erucarum ſimi-
les, deſtinate aduerſus eam gentes, 28
videlicet Mediæ reges: prætores,
præſides omnes, omnemque eius
imperii terram, ita vt commota 29
tellus excrucietur, quoniam acci-
dunt in Babylonem Iouæ cogitata,
vt babyloniam terram in ſolitudi-
nem redigat, habitatorum exper-
tem. Deſiere Babylonii milites 30
pugnare, manentes in munitioni-
bus, amiſſa virtute effeminati, in-
cenſis eius habitationibus, refractiſ-
que clauſtris. Occurrit et curſori 31
curſor, et nuntius nuntio, ad nun-
tiandum Babyloniæ regi, eius vrbis
partem eſſe captam, occupatos 32
tranſitus, d ſtagna cremata igni, mi-
liteſque perturbatos. Sic enim di- 33
cit armipotens Ioua Deus Iſraelita-
rum: puella Babylon quaſi quædam
area eſt, cuius triturandæ tempus
eſt, cui breui veniet tempus
e meſſis. f Conſumſit turbauitque 34
me Nabuchodonoſor Babyloniæ
rex: me vas inane reddidit: me
quaſi draco deuorauit: meis deliciis
ſuam expleuit ingluuiem: me pro-
fligauit. Crudelitatis aduerſum 35
me

z) opibus adfluis, vt arbores in humido loco. a) Eadem cap. 10. b) Babylon quæ elata es et excellens. c) horridos et denſiſſimos. d) exhauſtam aquam. Nam Cyrus Euphratem ab vrbe corriuaſſe alio et per alueum ingreſſus eſſe dicitur. e) excidii. f) Sionis verba.

me carnemque meam auctor eſt
Babylon, dicat Sionis habitatrix,
meique *g* ſanguinis habitatores
36 Chaldææ, dicat Hieroſolyma. Ita-
quo ſic dicit Ioua: ego cauſſam tuam
agam, tuaſque perſequar iniurias,
illiuſque et mare exhauriam, et
37 venam exſiccabo, vt ſit Baby-
lon cumuli draconum, ſtupenda
et ſibilanda manſio, incolarum
38 expers. *h* Illi ſimul ritu leonum
rugient, laſciuientes, vt leonini
39 catuli. Hos ego conuiuio cale-
faciam et inebriabo, vt exſultent,
atque ita ſomno ſopiantur æter-
no, non expergefaciendi, inquit
40 Ioua: deducam eos tamquam a-
gnos ad cædem, tamquam arietes
41 cum hircis. Ergone expugnata
eſt Seſach, et capta, quæ erat toto
orbe laudatiſſima? ergone in va-
ſtitatem redacta eſt Babylon inter
42 gentes? Scandit in Babylonem
mare, cuius fluctuum multitudine
43 ipſa obruitur. Redactæ ſunt eius
vrbes in vaſtitatem, terram incul-
tam atque derelictam, terram toti
mortalium generi incultam ac inac-
44 ceſſam. Animaduertam autem
in Belem Babylonium, eique *i* bo-
lum ex faucibus eripiam, nec ad
eum confluent amplius gentes, col-
45 lapſo etiam Babylonis muro. E-
migrate ex ea mei, et ſuæ quiſque
vitæ conſulite ob ardentem iram
46 Iouæ, neue animis remolleſcen-
tes metuatis, quum audietur per
orbem fama, venietque per annum
fama, itemque poſt eum per an-
num fama, et crudelitas in orbe, et
dominator ſuper dominatorem.
47 Itaque tempus erit, quum in ſimu-
lacra Babylonis animaduertam, to-
tamque eius terram pudebit, et o-
mnes cæſi in eius medio cadent,
48 ouabitque ſuper Babylone et cælum
et terra, et quæcumque ſunt in eis,
quum ab aquilone venerint ei de-
49 populatores, inquit Ioua. Per Ba-
bylonem cecidere cæſi Iſraelitæ: per eamdem Babylonem cecidere cæſi totius orbis. O elapſi ex armis vadite, nihil reſtantes: mementote procul Iouæ, et vobis Hieroſolyma veniat in mentem. Pudet nos probrum audientes, vultu infamia circumfuſo, quod intrauerint hoſtes in ædis Iouæ ſacraria. Ergo tempus erit, inquit Ioua, quum in eius ſimulacra animaduertam, perque omnem eius terram ſingultabunt ſaucii. Etiam ſi adſcenderit Babylon in cælum, potentiæque ſuæ excelſitatem muniuerit, a me venient ei depopulatores, inquit Ioua. Querula vox auditur a Babylone, ingensque clades ex chaldæa terra, quoniam depopulatur Ioua Babylonem, tollitque ex ea ingentem eorum vocem, quorum quaſi copioſarum aquarum fluctus reſonant, edendo vocis eorum tumultu. Inuadunt enim eam, videlicet Babylonem, depopulatores, capiunturque milites eius, fractis eorum arcubus: quandoquidem remunerationum Deus Ioua præmia rependet. Itaque eius et principes et ſapientes et prætores et præſides et milites inebriabo, vt ſomnum dormiant æternum, non expergefaciendi, inquit rex nomine armipotens Ioua. Sic dicit armipotens Ioua: Babylonis craſſa illa mœnia diruentur, eiusque altæ illæ portæ *k* igni ſuccendentur, atque ita laborauerint incaſſum populi, et nationes igni ſeſe defatigauerint. Mandatum a Ieremia vate traditum Saraiæ Neriæ filio, Maaſiæ nepoti, proficiſcenti cum Sedecia Iudææ rege Babylonem, anno eius regni quarto, qui quidem Saraias erat cubicularius. Igitur quum ſcripſiſſet in vno libro Ieremias, quidquid mali erat euenturum Babyloni, videlicet omnia illa in Babylonem ſcripta verba, Sara-

g) hoc eſt cædis, ſcilicet autores ſunt. *h*) Medi. *i*) victimas et ferta. *k*) quod opus magno cum labore fecerint, id igni flagrabit.

61 Saraiam ſic adloquitur: quum Ba-
bylonem perueneris, videto, vt hæc
omnia verba recites, atque ita dicas:
62 tu te, Ioua, locum hunc ita exciſu-
rum eſse dixiſti, vt in eo nec homo
nec pecus degat: quippe qui futu-
63 rus ſit æterna vaſtitas. Deinde per-
lecto hoc libro, adligabis ei lapi-
dem, eumque in medium proiicies
64 Euphratem, ita dicens: ſic pesſum
ibit, non emerſura Babylon, præ
malis, quæ ego ei inueham, ac defe-
tiſcentur. Hactenus verba Iere-
miæ.

CAPVT LII.

Sedeciæ regis anni, regnum, mater, impietas, calamitas, captiuitas, vincula ad mortem. Hieroſolymæ incendium, depopulatio. Reliquiarum exſilium. Ioachinus ex vinculis productus, honore adfectus.

1 NAtus annos vnum et viginti
Sedecias regnum iniit: regna-
uit Hieroſolymis annos vnde-
cim, matre nomine Hamutale, Ie-
2 remiæ filia, Lebnenſi. Is Iouam
offendit, vt fecerat Ioacimus:
3 quoniam adeo iratus erat in Hiero-
ſolymitanos et Iudæos Ioua, vt eos
ex ſuo conſpectu *l* abiiceret. Igitur
rebellauit in Babyloniæ regem Se-
4 decias. Itaque anno eius regni
nono, decima die menſis decimi,
adortus eſt Nabuchodonoſor Ba-
byloniæ rex, vna cum ſuis omnibus
copiis, Hieroſolymam, in eamque
caſtra fecit, et aggerem vndique
5 conſtruxit. Quumque obſesſa
fuisſet vrbs ad vndecimum annum
6 Sedeciæ, quarti menſis die nono,
vigente in vrbe fame, victuque ca-
rentibus incolis, irruptum eſt in vr-
7 bem, omnesque milites aufuge-
runt, et ex vrbe per noctem egresſi
via portæ, quæ erat inter duos mu-
ros, ſecundum regios hortos, cir-
cumſidentibus vrbem Chaldæis, ab-
8 ierunt via campeſtri. Sed Sede-
ciam regem perſecuti Chaldæi
milites, et in campo hierichuntio
adſecuti, dilapſis omnibus eius mi-
litibus, comprehenderunt, et 9
Reblatham in hemathenſem regio-
nem ad Babyloniæ regem perduxe-
runt, qui Babyloniæ rex de eius
ſupplicio egit, et Reblathæ Sede- 10
ciæ filios, ſpectante ipſo, nec non
omnes Iudææ principes, trucidauit:
tum ipſius Sedeciæ oculos cæcauit, 11
catenisque vinctum Babylonem
abduxit, et in cuſtodiam dedit ad vs-
que mortis eius diem.
Menſis autem quinti die decimo, 12
qui annus erat Nabuchodonoſo-
ris Babyloniæ regis vndeuiceſi-
mus, venit Nabuzardan magiſter
equitum, Babyloniæ regis mini-
ſter, Hieroſolymam, ædemque
Iouæ, et regiam, et omnes Hie- 13
roſolymæ domos, præſertim ma-
ximas quasque, igni cremauit.
Omnes autem Hieroſolymæ mu- 14
ros vndique diruerunt omnes
Chaldæi milites, qui erant cum
magiſtro equitum. * Reliquias 15
hominum, qui in vrbe ſupererant,
quique ad Babyloniæ regem trans-
fugerant, quodque vulgi ſupererat,
Nabuzardan in exſilium deporta-
uit, relictis ex tenui plebe, qui 16
vinitores et agricolæ esſent. Co- 17
lumnas æneas, baſesque, et lacum
æneum, qui in æde Iouæ erant,
fregere Chaldæi, eorumque æs o-
mne Babylonem portarunt. Ol- 18
las, batilla, inſtrumenta muſica,
phialas, lances, omniaque ænea va-
ſa miniſtratoria ceperunt. Pelues, 19
acerras, phialas, lebetes, candela-
bra, pateras, crateres, qua aurea,
qua argentea, cepit magiſter equi-
tum, columnas duas, lacum v- 20
num, boues duodecim æreos, baſi-
bus ſuppoſitos, quas Solomo rex ad
ædem Iouæ fecerat, quorum tot
vaſorum immenſum æris pondus
erat. Patebat autem duodeuigin- 21
ti cubitos in altitudinem columna
vna,

l) et ideo regem bonum non daret, cuius pietate posſet ab irrogando ſupplicio reuocari, quoniam eorum puniendorum occaſionem quærebat. Vide Eſa. 6.

vna, ambitu duodecim cubitorum,
quatuor digitos craſſa, concaua,
22 capitulo æreo quinque cubitos alto,
reticulato opere, et punicis malis
vndique ornato, omnibus æreis:
quæ eadem et punicorum ratio e-
23 rat in altera columna. Erant au-
tem mala punica in ſingulis lateri-
bus nonaginta ſex, quorum o-
mnium ſumma efficiebatur cen-
tum, circum reticulatum opus.
24 Comprehendit etiam magiſter e-
quitum Saraiam ſummum pontifi-
cem, et Sophoniam ſecundarium
25 pontificem, et tres atrienſes, ac
ex vrbe eunuchum vnum, qui fue-
rat præfectus militibus, et ſeptem
de regis adſeclis, qui in vrbe com-
parebant, et Sophrem imperato-
rem, qui rei militaris indigena-
rum curam gesſerat, et ſexaginta
26 indigenas in vrbe inuentos. Hos,
inquam, comprehenſos magiſter
equitum Nabuzardan Reblatham
27 ad Babyloniæ regem duxit, qui
illic eos in finibus Hemathenſium
interfecit, et Iudæos ex ipſorum
patria deportauit. Atque hi ſunt 28
homines, quos Nabuchodonoſor
transtulit, anno ſeptimo, Iudæo-
rum tria millia viginti tres. Anno 29
Nabuchodonoſoris duodeuiceſi-
mo transtulit Hieroſolymis capita
octingenta triginta duo. Anno 30
Nabuchodonoſoris viceſimotertio
transtulit Nabuzardan magiſter e-
quitum Iudæorum capita ſeptin-
genta quadragintaquinque, quo-
rum omnium capitum ſumma effi-
citur quatuor millia ſexcenta. An- 31
no autem triceſimoſeptimo exſilii
Ioachinis Iudææ regis, duodecimi
menſis die viceſimoquarto, cura-
uit Euilmerodachus Babyloniæ rex,
quo anno regnum iniit, extrahen-
dum ex carcere Ioachinem Iudææ
regem, eumque comiter adlocu- 32
tus, collocauit in ſolio ceterorum
regum, quos Babylone habebat, ſo-
liis altiore. Mutatis eius carceris
veſtimentis: eumque per omnem
vitam conuictorem habuit, et
quotidiano demenſo ex regio penu
aluit, quamdiu vixit.

IEREMIAE LAMENTATIONES.

CAPVT I.

Hieroſolymam lamentans vates. Vrbis et incolarum ærumnæ. Peccata tanti mali cauſa.

G. L.

POSTQVAM actis in ca-
ptiuitatem Iſraelitis, Hiero-
ſolyma deſerta eſt, ſedit Ie-
remias vates plorans, et hac
lamentatione Hieroſolymam la-
mentatus eſt, mæſto animo, ſu-
ſpirans et eiulans his verbis: *H.*
1 א Ergone ſola manet vrbs tam po-
puloſa? eſt viduæ ſimilis gentium
numeroſisſima? dominata pro-
uinciis eſt tributaria? ב Plora- 2
tum edit per noctem, manantibus
per genas lacrimis, nullo eam ex
omnibus eius amicis conſolante, o-
mnibus eius neceſſariis in eam per-
fidioſis, hoſtibusque factis. ג Re- 3
legata præ miſeria, ſeruitutisque
magnitudine Iudæa, manet inter
exteras gentes, nullam inueniens
requiem, tot eius infeſtis eam inter
anguſtias adſecutis. ד Viæ Sionis 4
lu-

lugent, nullis ad ſolemnia venti-
tantibus: omnes eius et portæ de-
ſertæ ſunt, et ſacerdotes gemunt, et
virgines anguntur, et ipſa in mæro-
5 re eſt. ה Eius aduerſarii ſuperio-
res ſunt: eius hoſtes feliciter agunt,
Ioua eam ob eius tot peccata adfli-
gente: eius paruuli captiui diſce-
6 dunt ante aduerſarios. ו Migra-
uitque ex puella Sione omnis eius
maieſtas, dum eius principes, tam-
quam cerui pabulum non inueni-
entes, abeunt imbelles ante aba-
7 ctores. ז Recordatur Hieroſoly-
ma ſuæ miſeriæ, querimoniarum-
que tempore ſuas præteritorum
temporum tot iucunditates, dum
cadit hoſtili manu eius populus,
nullo ei ſubueniente, eamque ſpe-
ctantes aduerſarii, derident eius
8 ſabbata. ח Peccatum commiſit
Hieroſolyma, ideoque in vexatio-
ne eſt: eam quicumque honora-
bant, deſpectui habent, quippe
qui eius obſcena videant: atque
ipſa ſe gemebunda *m* retrouertit.
9 ט Lacinias *n* habet ſordibus coin-
quinatas, immemor eorum, quæ ei
ſunt a tergo, deſcenditque mirabi-
liter, nullo eam conſolante. Re-
ſpice Ioua meam miſeriam, quo-
10 niam ſuperbit hoſtis. י Manum
adiecit aduerſarius ad eius carisſi-
ma quæque, adeoque vidit ipſa
extraneos, ingresſos ſuum ſacra-
rium, quos tu in tuam venire ci-
11 uitatem vetueras. כ Cunctus eius
populus gemebundi victum requi-
rentes, quæ habent carisſima, ea
ob cibum addicunt, vitæ recrean-
dæ gratia. Adſpice Ioua, et contem-
plare, quam ego ſim deſpecta.
12 ל Et vos, o quicumque hac iter ha-
betis, contemplamini, et adſpicite,
an ſit vllus dolor meo dolori par,
quo me adfecit adflixitque Ioua,
13 tum quum ira incanduit. מ Ex
ſublimi demiſit ignem in membra
mea, qui ea domet, meque, obten-
ſo meis pedibus reti, retro egit: me
ita vaſtam reddidit, vt adſidue mæ-
ream. נ Connexum eſt in eius 14
manu meorum peccatorum iu-
gum, quæ conferta meam ceruı-
cem ſuperſcandunt: deiecit meas
vires: tradidit me Dominus in e-
iusmodi manus, vnde reſurgere
nequeam. ס Conculcauit genero- 15
ſisſimos quosque meorum Domi-
nus, in medio mei, indicto aduer-
ſum me conuentu ſolemni, ad fran-
gendos meos iuuenes: torculari
calcauit Dominus virginem puel-
lam Iudæam. ע His de causſis e- 16
go ploro, oculis, oculis meis aqua
manantibus: quoniam abeſt mihi
conſolator, qui mihi recreet ani-
mum, deſolatis meis natis, vtpote
præualente hoſte. פ Pandit Sion 17
manus ſuas, nemine eam conſolan-
te: immiſit Ioua in Iacobidam vn-
dique eius aduerſarios, quos inter
Hieroſolyma diuexatur. צ Iuſtus 18
eſt Ioua, quippe cui ego non mo-
rigerata fuerim. Audite quæſo o-
mnes populi, et meum adſpicite do-
lorem, cuius et virgines et adole-
ſcentes in captiuitatem abiuerint.
ק Voco meos amicos: at hi me fe- 19
fellerunt: mei ſacerdotes et ſena-
tores per vrbem exſpirarunt; quum
ſibi cibum quærerent, quo ſuas re-
crearent animas. ר Adſpice o Ioua, 20
in quanta ſim anguſtia, quam mihi
viſcera turbentur, et cor in pectore
verſetur, quoniam fui contumax:
vt foris orbat gladius, ſic domi
mors eſt. ש Quum fama ſit me 21
gemere, non eſt, qui me conſole-
tur. Omnes hoſtes mei, meum
audientes malum, lætantur, quod
tu eceris, vt adduceres deſtinatam
a te diem. Sed fiant mei ſimiles.
ת Veniant eorum tot ſcelera in tu- 22
um conſpectum, eosque tracta, vt
me, propter mea tot peccata, tra-
ctas, quæ cum tot gemitibus ani-
mo mæreo.

CAPVT

m) præ pudore auertit. *n*) per lutum agitur in exſilium, et ita vrgetur a prædonibus, vt reſpiciendi non ſit poteſtas.

CAPVT II.

Pſeudouates Hieroſolymam decipientes. Ad Iouam confugiendum. Pro popularibus ad Iouam precatio.

1 א ERgone atrauit iratus Do-
minus puellam Sionem? de-
iecit de cælo in terram de-
cus Israelitarum? immemor ſca-
mni pedum ſuorum præ iracundia.
2 ב Abſorpſit Dominus inclementer
omnes Iacobidarum ſtationes: di-
ruit ſæuiter puellæ Iudææ munitio-
nes, humique ſtratum profanauit
eius regnum atque principes.
3 ג Confregit ardens ira omne Is-
raelitarum cornu, [e] eorum dexte-
ram in hoſtis aduentu retrahens,
exarſitque in Iacobidas, vt inflam-
matus ignis vndique conſumens.
4 ד Intendit arcum ſuum tamquam
hoſtis, adhibitaque ſua quaſi hoſti-
li dextera, peremit quæque oculis
cariſſima in puellæ Sionis taber-
naculo, effuſa ignis in morem ſua
5 bile. ה Præſtitit ſe hoſtem Do-
minus: abſorpſit Iſraelitam: ab-
ſorpſit eius omnes arces, muni-
tiones deleuit, et puellæ Iudææ
mæſtitiæ mœrorisque multum con-
6 flaui. ו Et profligauit tamquam
hortenſem caſam ſuam, corrupit
ſuas ſolemnitates, aboleuit in Sione
Ioua ſolemnitates atque ſabbata, ira-
que feruidus, et reges et ſacerdotes
7 deſpicatos habuit. ז Deſeruit Do-
minus aram ſuam, ſacrarium ſuum
depopulatus eſt, compegit in hoſti-
um manus muros eius arcium, qui
hoſtes in æde Iouæ ſtrepitum e-
8 dunt, quaſi ſolenni die. ח Sta-
tuit Ioua corrumpere mœnia puel-
læ Sionis: extendit regulam, neque
manum ab abſumendo auocauit, ex-
ciſaque lugent propugnacula ſimul
9 et mœnia. ט Peſſumdatæ ſunt eius
portæ: perdidit perfregitque eius
clauſtra: eius et rex et principes
ſunt apud gentem exlegem, ne va-
tibus quidem oraculum a Ioua nan-
10 ciſcentibus. י Humi ſedent taciti
ſenatores puellæ Sionis, impoſito
capiti puluere, centonibus amicti:
demittunt ad terram caput hieroſo-
lymitanæ virgines. כ Mihi præ 11
lacrimis oculi conſumuntur, viſce-
ra turbantur, effunditur ad terram
iecur, ob meorum popularium pu-
ellæ calamitatem, quum infantes et
lactentes per vrbem vicatim exani-
mentur. ל Matres rogant ſuas, 12
vbi frumentum ſit et vinum, quum
exanimentur, tamquam ſaucii, per
vrbis vicos, animum ſuum in ma-
ternos ſinus effundentes. מ Quid 13
ego te moneam? cui te conferam,
o puella Hieroſolyma? cui te com-
parem conſolando, o virgo puella
Sion? cuius calamitas tam ingens
eſt, quam mare, quis tibi medea-
tur? נ Vates tui vana tibi futilia- 14
que prædixerunt, culpam tuam
non patefacientes, vt tuam cohibe-
rent captiuitatem, ſed vana tibi
profligataque ſuis oraculis prædi-
centes. ס Explodunt te manibus 15
viatores omnes, et ſibilantes quaſ-
ſant capita in puellam Hieroſoly-
mam: hæccine eſt vrbs, quæ per-
fectæ venuſtatis, qua totius orbis
voluptas dicebatur? ע Os in te 16
diducunt omnes hoſtes tui, et ſibi-
lantes dentibus frendent: abſorpſi-
mus, inquiunt: nimirum hæc dies
eſt, quam ſperauimus, nacti ſu-
mus, vidimus. פ Fecit Ioua, quod 17
cogitauerat: repræſentauit, quod
olim prædicendum curauerat: e-
uertit nihil parcens, et de te exhi-
larauit hoſtem, euexit aduerſario-
rum tuorum cornu. צ Clamat 18
eorum cor ad Dominum: o mure
puellæ Sionis, demitte dies noctes-
que torrentem lacrimarum, nul-
lam tibi dans intermiſſionem irre-
quieta oculorum tuorum pupilla.
ק Surge, vociferare noctu, ineun- 19
tibus vigiliis: effunde vndatim cor
tuum in Domini conſpectu: attolle
ad eum palmas tuas ob paruulorum
tuorum vitam, qui fame paſſim
per

e) eis reſiſtendi vim adimens.

20 per compita exanimantur. ר Ad-
ſpice o Ioua, et conſidera, ecquem
vmquam ſic tractaueris: ecquando
fetus ſuos, infantes palmares, com-
ederint feminæ, aut occiſi fuerint
in Domini ſacrario ſacerdotes atque
21 vates. ש Iacent humi vicatim pu-
eri ſenesque: meæ virgines atque
iuuenes occubuere ferro, te irato
occidente, mactante, nihilque
22 parcente. ת Euocaſti ad me,
quaſi die ſolemni, terrores vndi-
que, neque fuit, iraſcente Ioua, qui
euaderet aut ſupereſſet: adeo quos
ego alui atque auxi, meus confecit
hoſtis.

CAPVT III.

Captiuorum ærumnoſiſſima conditio. Ad Iouam preces. Iouana clementia. Prauitas, crudelitas hoſtilis. In hoſtes imprecationes.

1 א EGo is homo ſum, qui mi-
ſeriam ſentiam, eius ſæui-
2 tiæ virga. א Agit, ducit-
que me per tenebras, non per lu-
3 cem. א Nimirum in me conuer-
ſus, manum ſuam vertit adſidue.
4 ב Tabefacit carnem cutemque
meam, oſſa mea perfringens.
5 ב Obſtruxit mihi, * felle me et fati-
6 gatione circumuallans. ב Me in
tenebris collocauit, vt æternum
7 mortuos. ג Circumſepiuit me, ne
exeam, grauesque mihi compedes
8 adhibuit. ג Ac licet conquerar et
clamem, meas excludit preces.
9 ג Obſepiuit meas vias quadrato la-
pide: meas ſemitas deprauauit.
10 ד Vrſus inſidiator mihi eſt, leo in
11 latibulis. ד Vias meas flexit, me-
que depopulatus deſertum reddidit.
12 ד Intendit arcum ſuum, et me quaſi
ſcopum ad ſagittam conſtituit.
13 ה Egit per renes meos [p] pharetræ
14 ſuæ natos. ה Sum omnibus meis
popularibus deriſioni: quotidiana
15 cantilena. ה Me ſaturauit amari-
tudine: me abſinthio conſperſit.
ו Attriuitque meos dentes calculis: 16
me puluere adobruit. ו Ita vt ego, 17
pace deſtitutus, bonum neſciam.
ו Dicamque, meum periiſſe robur, 18
et quam in Ioua ſpem habebam.
ז Memento meæ * miſeriæ et acer- 19
bitatis, abſinthii et fellis. ז Memo- 20
ria repeto, et animo mecum medi-
tor: ז hoc in mentem reuoco, 21
ideoque ſpero: ח Iouæ clemen- 22
tiam videlicet non eſſe conſumtam:
non defeciſſe miſericordiam,
ח quæ quotidie recens eſt: tu mul- 23
ta fide præditus es. ח Mihi cum 24
Ioua res eſt, (inquit animus meus,)
ideoque ab eo pendebo. ט Bonus 25
eſt Ioua ſperantibus ipſum homini-
bus, eius ſtudioſis. ט Bonum eſt, 26
patienter exſpectare Iouæ defen-
ſionem. ט Bonum eſt homini, 27
ferre iugum in pueritia. י Solus 28
maneat tacitus, quum iugum ſub-
iuit. י Os ſuum admoueat humo, 29
ſi qua ſit ſpes. י Præbeat ferienti 30
malam: ſaturetur ignominia.
כ Non enim perpetuo deſerit Do- 31
minus. כ Sed idem et adfligit, et 32
pro ſua ſingulari clementia miſere-
tur. כ Non enim libenti animo 33
premit et adfligit hominum genus.
ל Obterere ſub pedibus ſuis omnes 34
terrarum vinctos. ל Inuertere
ius hominis, [q] in ſupremi conſpe- 35
ctu, ל circumſcribere hominem
in ſua cauſſa Dominus neſcit. 36
מ Quisnam eſt, quo dicente fiat ali-
quid, iniusſu Domini, מ quin ex ore 37
ſupremi malum bonumque prod- 38
eat? מ Quid mortalis, quid ho-
mo ob ſui peccati pœnam dolet? 39
נ Exploremus et perſcrutemur
mores noſtros, et ad Iouam reuer- 40
tamur. נ Attollamus animos no-
ſtros cum palmis ad Deum cæle- 41
ſtem. נ Nos contumaces pecca-
uimus, id quod tu non ignouiſti. 42
ס Obuelaſti iracunde perſequens
nos, et nihil parcendo interficiens: 43
ס obuelaſti te nube, [r] ne transeant
pre- 44

p) ſagittas. q) in iudicio: nam Deus adeſt in iudicantibus. r) ne noſtras preces audias.

45 preces. ס Quiſquilias excremen-
tumque feciſti nos inter populos.
46 ע Hiant ore in nos omnes hoſtes
47 noſtri. ע Formidinem foueam-
que habemus, vaſtationem et cala-
48 mitatem. ע Manant aquæ riuis
oculi mei, ob puellæ meorum po-
49 pularium calamitatem. פ Fluunt
irrequieti mei oculi ſine intermiſ-
50 ſione: פ donec adſpiciat videat-
51 que Ioua de cælo. פ Oculi mihi
ſ vitam adficiunt, propter omnes vr-
52 bis meæ puellas. צ Me venati
ſunt vt auiculam hoſtes mei imme-
53 rito. צ Detruſerunt in bara-
thrum vitam meam, meque lapi-
54 darunt. צ Redundat ſupra me-
um caput aqua, ita vt me periiſſe
55 dicam. ק Inuoco tuum, o Ioua,
56 nomen ex ima ſpecu. ק Vocem
meam audis, noli tuam aurem
meæ ſubducere querelæ, quo reſpi-
57 rem. ק Tu præſens ades, quan-
documque te inuoco, meque time-
58 re vetas. ר Diſcutis, Domine,
meas lites, meam vitam redimens.
59 ר Vides, Ioua, quæ mihi fiat in-
60 iuria: age meam cauſſam. ר Vi-
des tantas eorum ſimultates et co-
61 natus aduerſum me. ש Audis eo-
rum conuicia, Ioua, et tantos con-
62 tra me conatus: ש orationem
aduerſariorum meorum, et quo-
tidianam contra me cogitationem.
63 ש Siue ſedentes conſideres, ſiue
64 ſtantes, ſum eis cantilena. ת Red
de eis, Ioua, dignum eorum fa-
65 ctis præmium. ת Obduc eorum
animis callum, tua in eos diritate.
66 ת Inſectare in eos iracunde, et ex re-
rum natura tolle, Ioua.

CAPVT IIII.

Hieroſolymæ calamitates. Vatum et ſacerdotum ſcelera tanti mali origo. Contra Idumæos.

א ERgone *t* obſcuratum eſt au- 1
rum? mutatum obrizum?
diſiecti paſſim per compita
ſacri lapides? ב Nati *u* Sionis pre- 2
tioſi, auro rependendi, qui fit, vt
pro teſtaceis vrceolis, opere ma-
nuum figuli habeantur? ג Etiam 3
dracones, prolatis vberibus, catulos
ſuos lactant: puella meorum po-
pularium tam crudelis eſt facta,
quam ſunt ſilueſtres ſtruthiones.
ד Hæret lactentium lingua palato 4
præ ſiti: flagitant infantes panem,
nec eſt qui porrigat. ה Qui deli- 5
ciis veſcebantur, vicatim pereunt:
qui in cocco ſunt educati, comple-
ctuntur ſtercora. ו *x* Maiorque eſt 6
puellæ meorum popularium culpa,
quam Sodomæ peccatum, quæ de
improuiſo euerſa fuit, nec in ea re-
languerunt manus. ז Eius Naza- 7
ræi, qui fuerant niue puriores, la-
cte candidiores, corpore gemmis
rubicundiores inſculptis in Sapphi-
ro, ח obſcuriorem habent ipſa 8
nigritudine faciem, non agnoſcen-
di per vicos: adhæret eorum cutis
oſſibus, aridior ligno. ט Melius 9
cum illis actum eſt, qui ferro, quam
qui fame necati ſunt: qui transfoſſi
exſpirarunt, quam qui terræ fru-
gum penuria. י Mites feminæ 10
ſuis manibus ſuos coxere natos, et
eis ad cibum vſæ ſunt in calamitate
puellæ meorum popularium.
כ Adſumſit Ioua bilem ſuam: ef- 11
fudit ardentem iram ſuam, et igne
Sionem incendit, qui eam funditus
abſumſit. ל Non credidiſſent ter- 12
rarum reges, aut vlli habitatores
orbis, ingreſſurum fuiſſe aduerſa-
rium et hoſtem per portas Hiero-
ſolymæ, מ * ob eius vatum peccata 13
et ſacerdotum vitia, qui in eius
medio innocentum effudere ſangui-
nem; נ vagantes cæci per vicos, 14
ita ſanguine contaminati, vt eorum
tangi veſtimenta non poſſent. ס Fa- 15
eesſite

s) mærent. *t*) pretioſa indigne tractantur. *u*) ſuperioris verſus declaratio. *x*) grauiores culpæ dant pœnas quam Sodoma, quippe quum illa ſine longo obſidionis languore perierit.

ceſſite polluti, (clamabant illis,) fa-
ceſſite, faceſſite, nolite tangere: adeo
iurgantes vagabantur, negantes,
eos deinceps apud ceteras gentes
6 eſſe commoraturos. ע Eos infen-
ſus Ioua disiecit, non amplius reſpe-
cturus eos: nulla neque ſacerdotum
habita eſt ratio, neque ſenioribus
7 tributa miſericordia. פ Quum
adhuc *y* oculi nobis ad inane auxili-
um noſtrum intabeſcerent, dum
intenti in non defenſuram gentem
18 intuemur: צ venati ſunt greſſus
noſtros, vt per fora noſtra non ea-
mus: aduenit finis noſter, peracto
noſtro ſpatio: qui finis noſter vbi
9 venit; ק leuiores aeriis aquilis
inſectatores noſtri, per montes nos
perſecuti, per ſiluas nobis inſidiati
0 ſunt. ר Narium [z] noſtrorum ſpi-
ritus, Iouæ vnctus, captus eſt ab
illis pernicioſis, cuius nos in vmbra
fore ſperabamus, vt apud exteras
1 gentes viueremus. ש Lætare ſua-
uiter, o puella Idumæa, in Hus ter-
ra degens: ad te quoque perueniet
poculum, quo tu inebriata nudabe-
2 ris. ת Finita eſt tua culpa, o pu-
ella Sion: non amplius te relega-
bit: animaduertet in te tuam cul-
pam, o puella Idumæa, patefactis
tuis peccatis.

CAPVT V.

Ad Iouam ſupplex vates. Populi anguſtiæ. Violentia Aegyptiorum et Aſſyriorum in Iacobeos. Iouana clementia, omnipotentia, ira in ſceleratos.

MEmento, Ioua, noſtri caſus,
adſpice et vide noſtrum op-
probrium. Hereditas no-
ſtra ad alienos, domus ad extraneos
verſæ ſunt. Pupilli ſumus patre 3
carentes, noſtræ matres ſunt qua-
les viduæ. Aquas noſtras pecunia 4
bibimus: ligna noſtra pretio vene-
unt. Nobis infeſtantur ceruices: 5
laboramus irrequieti. Aegyptiis 6
damus, Aſſyriisque manum, vt
victum ad ſatietatem habeamus.
Maiores noſtri peccauere, qui iam 7
non ſunt, et nos eorum commiſſa
luimus. Serui nobis imperant, 8
nullo nos ab eorum vindicante ma-
nu. Vitæ noſtræ periculo victum 9
noſtrum importamus, propter [a] ar-
ma ſiluarum. Cutis nobis furno 10
nigrior eſt, præ famis atrocitate.
Mulieres in Sione, virgines in vrbi- 11
bus Iudææ ſtuprantur. Principes 12
manibus illorum ſuſpenduntur,
nulla ſenilium perſonarum reue-
rentia. Adoleſcentes in piſtrinum 13
rapiuntur: iuuenes [b] ligno pes-
ſumdantur. Senatores in curiis 14
deſunt: adoleſcentes a ſuis ces-
ſant modulis. Ceſſat animorum 15
noſtrorum voluptas, verſis in lu-
ctum ſaltationibus noſtris. Deci- 16
dit noſtri corona capitis: hei nobis,
quia pecauimus. Hanc ob rem 17
nobis mæret animus: hanc ob
cauſſam nobis caligant oculi. Mon- 18
tem Sionem, qui vaſtatus eſt, per-
uadunt vulpes. Tu Ioua, qui per- 19
manes æternus, ſolio perenni, cur
noſtri perpetuo immemor, nos de-
ſeris tamdiu? Reconcilia nos tibi, 20
Ioua, et reconciliabimur: inſtaura
tempora noſtra, qualia fuere quon-
dam. Etenim repudiaſti nos, ſæ- 21
uis in nos vehementius. Reconcilia 22
nos tibi, Ioua, et reconciliabimur:
inſtaura tempora noſtra, qualia fue-
re quondam.

y) fruſtra auxilium ab Aegyptiis intentiſſime exſpectaremus. *z*) vita noſtra. Vide Eſai 3. *a*) hoſtes foris graſſantes. *b*) lignatores ſunt.

* * * *
* *
* *
*

Exem-

G. L.

Exemplum Epiſtolæ, quam Ieremias ad abducendos Babylonem a Babyloniæ rege captiuos miſit, vt eis exponeret, quæ a Deo in mandatis habebat.

Peccatorum cumulus. Iudæorum captiuitas. Aſſyrii victores. Captiui abſoluendi. Babyloniorum ſimulacra cauenda. Miſera ſimulacrorum conditio. Idolorum exacta deſcriptio.

1 PROPTER peccata, quæ in
Deum commiſiſtis, ducemini
Babylonem captiui, a Baby-
loniæ rege Nabuchodonoſore,
2 et Babylonem ingreſſi,eritis ibi lon-
go complurium annorum tempore,
3 ad ſeptem [c] ſæcula: poſtea illinc ego
4 vos educam incolumes. Iam vero
videbitis in Babylonia deos argen-
teos, aureos, et ligneos, humeris
geſtari, gentibus incutientes me-
5 tum. Cauete, ne vos quoque alie-
nigenarum ſimiles, eorum exem-
plo deos illos reformidetis, quum
videbitis, eos a præcedente et ſe-
6 quente turba adorari: ſed ita ani-
mis cogitate: te conuenit adorare,
7 Domine. Meus enim angelus vo-
bis adeſt, is qui veſtros animos ex-
8 plorat. Nam [d] iſtorum quidem lin-
gua a fabro expolita eſt, ipſaque au-
rata et argentata, falſa ſunt, neque
9 loqui posſunt. Ac quemadmodum
in virgine, ornatus cupida, fieri ſo-
let, aurum ſumunt, et coronas ſuo-
rum deorum capitibus conficiunt.
10 Nonnumquam etiam ablatum a
diis ſuis aurum et argentum ſacer-
dotes in ſeipſos impendunt, et inde
11 domeſticis ſcortis impertiunt, eos-
que tamquam homines veſtimentis
ornant,deos argenteos, deos aureos
12 et ligneos: atqui illi rubiginem ca-
riemque non euadunt, quamuis
purpureo ſint amicti veſtitu, eo-
rumque facies ab ædis puluere de-
tergeatur, qui multus eis inſidet.

Habet ille ſceptrum, vt regionis gubernator aliquis: qui tamen peccantem in ſe non interficit. Tenet pugionem dextera, aut ſecurim: et tamen ſeipſum a bello et latronibus non vindicat: vnde perſpicuum eſt, eos non esſe deos. Quamobrem eos ne timete. Nam quale vas homini eſt, quod contritum ſit inutile: tales ſunt iſtorum dii, qui ſuis in ædibus poſiti, oculos habent pulueris plenos, qui ingredientium pedibus excitatur. Ac quemadmodum ſi quis regem offendit, vndique clauduntur atria, vt illo ad necem abducendo, ſic iſtorum ædes muniunt ſacerdotes oſtiis, clauſtris, et repagulis, ne a latronibus diripiantur. Lucernas eis, et quidem plures, quam pro eorum numero, accendunt, quarum illi nullam posſunt videre, ſuntque perinde ac trabes in ædibus. Eorum pectora aiunt a terreſtribus elingi ſerpentibus; a quibus quum et ipſi et eorum veſtitus erodantur, non ſentiunt. Nigras habent ædium fumo facies: eorum corpori capitique inuolitant noctuæ, hirundines, et ceteræ aues, itemque feles; vnde intelligatis, eos non esſe deos. Quapropter eos ne metuite. Nam quod auro pulchritudinis causſa ſunt obducti, niſi quis æruginem abſtergeat,non fulgent: nec enim quum conflarentur, ſentiebant: ſummoque pretio emti, nullo ſpiritu præditi ſunt. Inopia pedum geſtantur humeris, ſuam ignominiam oſtendentes hominibus. Pudenda ſunt etiam ſuis cultoribus, quum

c) ſæculum vocat decem annos. d) ſimulacrorum.

quum ſi forte humi ceciderint, per
ſe non reſurgant, neque ſi quis re-
cta ſtatuat, per ſe moueantur, ne-
14 que proclinata erigantur, ſed
tamquam mortuis munera adpo-
nantur, eorumque venditis victi-
15 mis ſacerdotes abutantur, femi-
næ item ex eis obſonant, neque
quidquam pauperibus aut inopibus
16 impertiunt. Eorum ſacrificia men-
ſtruales mulieres et puerperæ tan-
17 gunt. Quocirca vos ex his intelli-
gentes, non eſſe deos, ne eos for-
18 midate. Vnde enim vocentur dii?
quum mulieres iſtis argenteis, au-
reis, ligneisque diis cibos adponant,
et in eorum ædibus ſacerdotes ſe-
deant, laceris tunicis, et barba capi-
teque raſo ac detecto mugiant, vo-
ciferantes ante ſuos deos, perinde
ac ſi ſint in funebri cœna. Eis ve-
ſtimenta detrahunt ſacerdotes, qui-
bus vxores liberosque ſuos induant.
Illi vero neque ſi malo, neque ſi bo-
no a quopiam adficiantur, posſunt
rependere, neque regem creare aut
abrogare queunt, nec item diuitias
aut æs dare valent. Si quis nun-
cupatum eis votum non reddat; in
eum non animaduertunt: neminem
a morte vindicant, nec minorem a
potentiore defendunt. Homini cæ-
co viſum non reſtituunt, hominem
ex rebus aduerſis non eripiunt, non
miſerentur viduæ, non pupillo be-
nefaciunt. Montanis ſaxis ſimilia
ſunt *L.* iſtorum numina *G.* lignea,
aurata et argentata, quorum culto-
res pudefient. Posſuntne igitur
dii putari aut dici? quum ipſi etiam
Chaldæi ea dedecorent, qui ſi quan-
do mutum et loquendi impotem vi-
derunt, admoto Belo, fari iubent,
quaſi Belus ſentire posſit, nec ta-
men posſunt ea ſenſus expertia co-
gitare, itaque relinquere. Iam
vero feminæ, funibus accinctæ, per
vias ſedent, furfuribus ſuffientes.
Quod ſi qua earum ab aliquo præ-
tereunte attracta, cum eo concu-
buit, id alteri exprobrat, quod eius
rei digna non fuerit habita, vt ipſa,
nec eius funiculus fuerit abruptus.
Denique omnia, quæ fiunt in illis, 37
falſa ſunt. Poteſtne igitur eos eſſe 38
deos putari aut dici? A fabris et 39
aurificibus confecta, nihil ſunt
aliud, quam quod ea eſſe volunt
artifices, ipſique adeo fabricatores
eorum, longæui non ſunt, tantum
abeſt, vt eorum opificia dii eſſe
posſint. Oſtendunt enim ex iis, 40
quæ accidunt, quam falſi ſint, et
probroſi. Siquidem ſi quando 41
bellum eis, et mala accidunt, conſul-
tant apud ſeſe ſacerdotes, vbinam v-
na cum eis ſeſe abdant: ex quo non
intelligi non poteſt, non eſſe deos,
qui ſeipſos a bello maliſue non vin-
dicent. Quum ſint enim lignea et 42
inaurata ac argentata: futurum eſt,
vt cunctis gentibus falſa eſſe cogno-
ſcatur, vtque regibus perſpicuum
ſit, non eſſe deos, ſed humanarum
manuum opera, in quibus nullum
diuinum ſit opus. Quis neſciat, 43
non eſſe deos, qui neque regionis
creent regem, neque pluuiam dent
hominibus, neque ſuam ipſorum
cauſſam agant, nec iniuriam pro-
pulſent, vtpote inualidi, non minus
quam pendentes inter cælum ter-
ramque cornices? Nam ſi quando 44
in ligneorum aut auratorum argen-
tatorumue deorum ædem ignis in-
cidit, eorum ſacerdotes fuga eua-
dunt: ipſi, tamquam trabes, medii
conflagrant, nec regi aut hoſtibus
reſiſtunt. Posſuntne igitur dii pu- 45
tari aut vocari? quum nec fures
euadant, nec latrones, dii lignei,
argentei et aurei, quorum aurum,
argentum, veſtitum, quo circum-
dati ſunt, potentiores auferunt at-
que aſportant, nec illi ſibimetipſis
ſubueniunt. Itaque potior rex eſt, 46
oſtendens ſuam potentiam: aut in
domo vas vtile, quod domino ſit
vſui, quam falſi dii: potior ianua 47
domus, quæ domi ſunt, cuſtodiens,
quam falſi dii: potior regiæ colu-
mna lignea, quam dii falſi. Nam 48

ſol quidem et luna, ſideraque ful-
gida, quæ ad vſus mittuntur neceſ-
49 ſarios, obedientia ſunt. Similiter
et fulgur, quum emicat, perſpi-
50 cuum eſt. Itidem et ventus regio-
nem omnem perflat, et nubes a Deo
totum orbem permeare iuſſæ, man-
datum exſequuntur: ignis quoque,
ad montes arbuſtaque conſumenda
ſuperne demiſſus, imperata facit.
51 Iſta vero nec formis nec viribus
cum his conferenda ſunt, vnde deos
eſſe nec arbitrandum eſt, nec di-
cendum, quum nec pœnam irroga-
re, nec beneficium hominibus con-
ferre queant: quamobrem vos in-
telligentes, non eſſe deos, nolite eos
52 timere. Nam neque reges in-
felicitant, aut felicitant, nec ſigna
gentibus in cælo oſtendunt, nec vt

luna lucent, ſuntque illis præſta
tiores beſtiæ, quæ ſub tectum eff
giendo ſibi prodeſſe poſſint. It
que nullo modo deos eſſe, nobis
perſpicuum. Quocircà eos ne fo
midate. Nam quale eſt in cucum
rario terriculum nihil cuſtodien
tales ſunt iſtorum dii lignei, au
et argentei: eodemque mo
qualis eſt in hortis rhamnus, ſup
qua volucres omnes ſidunt. Ite
iacenti in tenebris mortuo ſimil
ſunt iſtorum aurei argenteique d
A purpura denique et *a* marmora
in eis putreſcente diſcetis, no
eſſe deos, eaque tandem ad hon
num dedecus conſumtum iri. I
que potior eſt iuſtus homo, q
ſimulacra non habet: is enim proc
aberit ab ignominia.

BARVCHVS.

CAPVT I.

Captiuorum lacrimæ, pecunia coacta ad populares miſſa, fani vaſa refecta, ſacrificia renouata. Liber in fano legendus. Ad Iouam precatio.

1 VERBA libri, quem ſcripſit
Baruchus, Neriæ filius,
Maaſiæ filii, Sedeciæ filii,
b Aſadiæ filii, Helciæ filii,
2 in Babylonia anno quinto, die
menſis ſeptima, quo tempore
Chaldæi Hieroſolymam ceperunt
3 et igni cremarunt: cuius libri
verba recitauit Baruchus, audien-
te Iechonia, Ioacimi Iudææ regis
filio, omnique populo, qui ad
audiendum librum conuenerat:
4 audientibus item proceribus, re-
gumque filiis, et ſenatoribus, de-
nique audiente vniuerſo Babylonis
incolarum populo, ad fluuium So-

dim, paruis æque ac magnis. It
que plorarunt ieiunaruntque,
Domino vota fecerunt, et arge
tum pro cuiusque facultate coeg
runt, idque Hieroſolymam a
Ioacimum, Helciæ filium, Salon
nepotem, pontificem, et ad facer
dotes populareſque omnes, qu
cumque tum cum eo Hieroſolym
degebant, miſerunt: quum qu
dem ædis Domini vaſa argentea,
Sedecia, Ioſiæ filio Iudææ rege fa
cta, quæ ex templo exportata fue
rant, recepiſſet Baruchus in Iu
dæam reportanda, decimo die men
ſis Siban, poſtquam Nabuchodo
noſor Babyloniæ rex Iechonian
et magiſtratus ac potentiſſimo
quoſque vinctos, incolaſque, Hie
roſolymis Babylonem deportarat
Miſerunt autem cum hiſce manda
ti

a) tectorio. *b*) Latinus legit, Sadai.

tis. Mittimus ad vos argentum, quo
argento ematis ſolidas hoſtias, et
piaculares, atque tus fertumque fa-
ciatis, et ad aram Domini Dei noſtri
1 immoletis, proque Babyloniæ regis
Nabuchodonoſoris, et eius filii Bal-
thaſaris, vita ſupplicetis, vt tamdiu
ætatem agant, quamdiu terris in-
2 cumbet cælum; vtque nobis vires
det Dominus, et *c* noſtros illuſtret
oculos, quo ſub Nabuchodo-
noſoris Babyloniæ regis, et eius filii
Balthaſaris, vmbra viuamus, eisque
diu ſeruiamus, et eos propitios ha-
3 beamus. Supplicate etiam pro no-
bis Domino Deo noſtro, in quem
adeo peccauimus, vt eius ſæuitia
iraque nondum a nobis receſſerit.
4 Legetis autem hunc, quem vobis
mittimus, librum, recitando in æde
Domini, diebus feſtis et ſolemni-
; bus, atque ita dicetis: *d* Domini
Dei noſtri iuſtitia eſt, noſtra
autem ignominia, vt perſpicuum
eſt, videlicet Iudæorum, et Hie-
roſolymitanorum, et regum, et
principum, et ſacerdotum, et vatum,
maiorum noſtrorum, qui in Do-
minum contumaces peccauerimus,
neque Domino Deo noſtro dicto
audientes fuerimus, vt eius præce-
pta nobis ab eo propoſita, exſeque-
remur. Ex quo maiores noſtros
Dominus eduxit ex Aegypto, ad
hunc vsque diem, fuimus in Domi-
num Deum noſtrum contumaces,
et ei obedire perditi recuſauimus.
Itaque nobis inhæſerunt mala et in-
felicitas, quam Dominus per Moſem
ſuum minatus erat, quum ex Aegy-
pto maiores noſtros eduxiſſet, quo
nobis lacte melleque circumfluen-
tem terram daret: id quod accidit.
At nos Domini Dei noſtri dictis
non obtemperauimus, vt poſtula-
bant tot dicta vatum, quos ille mit-
tebat ad nos: ſed ſui quisque ani-
mi vitioſæ libidini obſecuti ſumus,
diis alienis operantes, atque ita
Dominum Deum noſtrum offen-
dentes.

CAPVT II.

Promiſſionum Dei veritas. Diſperſi Iudæi priſci, poſtremi. Commiſerationes ad Iouam pro captiuis. Non ex meritis fiducia. Reducendi captiui in patriam.

ERgo præſtitit Dominus, quod 1
nobis noſtrisque præſidibus,
qui Iſraelitas rexerunt, et re-
gibus, et magiſtratibus, Iſraeli-
tisque et Iudæis minatus fuerat,
dum tantum nobis malorum im-
portat, vt ſub omni cælo nihil tale 2
acciderit, quale Hieroſolymis fa-
ctum eſt, quemadmodum in mo-
ſaica lege ſcriptum eſt, adeo vt
in nobis fuerint, qui ſuorum filio- 3
rum filiarumque carnes comede-
rint. Iam vero eos, ſub omnium
nobis finitimorum regnorum po- 4
teſtatem redactos, infamiæ et va-
ſtitati expoſuit per omnes finitimos
populos, vbi a Domino diſperſi,
inferiores ſint, non ſuperiores.
Peccauimus enim in Dominum De-
um noſtrum, eius dictis non ob- 5
temperantes. A Domino Deo no-
ſtro iuſtitia eſt, a nobis autem, no- 6
ſtrisque maioribus, pudor eſt et
ignominia, id quod hac luce cla-
rius eſt. Quæ nobis minatus erat
Dominus, hæc tot mala nobis acci- 7
derunt: neque tamen ei ſupplica-
uimus, a ſuæ quisque malæ mentis 8
ingenio recedentes. Hanc ob
cauſſam malis, in nos inuehendis, 9
inuigilauit Dominus, et quidem
omnia iuſte fecit, quum nos eius 10
imperio non obtemperauerimus,
vt Domini præcepta, nobis ab eo
propoſita, exſequeremur. Nunc
Domine Deus Iſraelitarum, qui 11
populum tuum ex Aegypto valida
manu, ſublimi brachio, exemplis,

 prodi-

) quo noſtra peccata agnoſcamus, atque ita veniam petamus, et Dei beneficio propitium regem habeamus. *d*) a Domino ius eſt, nos autem merito miſeri ſumus.

prodigiis, magnaque poteſtate e-
duxiſti, nomenque tibi, vt per-
12 ſpicuum eſt, peperiſti: peccaui-
mus, impie improbeque fecimus,
Domine Deus noſter, contra tuas
13 omnes ſententias. Sed auertatur
a nobis ira tua, qui pauci reſtamus
inter gentes, vbi tu nos diſperſiſti.
14 Exaudi Domine precationem ſup-
plicationemque noſtram, et nos
propter te ipſum libera, nobisque
beneuolentiam concilia eorum, qui
nos in captiuitatem abduxerunt:
15 vt intelligat vniuerſus orbis terra-
rum, eſſe te Dominum Deum no-
ſtrum, *e* cuius nomine cenſeatur Is-
16 rael, eiusque genus. Et reſpice
ex tua ſancta domo, noſtrique ra-
tionem habe. Acclina Domine au-
17 rem tuam, et audi: aperi oculos,
et vide. Neque enim mortui apud
inferos, quorum pectoribus adem-
tus eſt ſpiritus, gloriam Domino,
18 iuſtitiamque tribuent, ſed mens,
quæ propter declinantem et la-
beſcentem tantam *f* magnitudinem
cruciatur, et languentes oculi, ani-
musque famelicus, gloriam tibi
iuſtitiamque tribuent, Domine.
19 Neque enim virtutibus maiorum,
regumque noſtrorum freti, te ſup-
pliciter adpellamus, Domine Deus
20 noſter, qui in nos iratus ſæuis,
quemadmodum per cultores tuos
vates minatus eras in hunc modum.
21 Sic dicit Dominus: ſubmittite ve-
ſtros humeros ad ſeruiendum regi
Babylonis, et terram incoletis,
quam ego dedi maioribus veſtris.
22 Quod niſi Iouæ dicto audientes
eſtis, vt Babylonis regi ſeruiatis:
efficiam, vt in vrbibus Iudææ et
23 Hieroſolymis, neque voluptates
et gaudia, neque ſponſi et ſponſæ
audiantur, ſitque omnis iſta regio
24 vaſta et inculta. Nos vero dictis
tuis non auſcultauimus, vt regi ſer-
25 uiremus babylonio. Itaque præ-
ſtitiſti, quæ per tuos cultores vates
minatus eras, vt regum, maiorum-
que noſtrorum oſſa, loco mota ſuo,
nunc diurno ardori, nocturnoque
gelu expoſita, iaceant: illisque di- 2
ris laboribus, fame, ferro, exſilio
mortuis, adpellatum de nomine tuo
templum in hunc ſtatum redegiſti,
ob domus israeliticæ iudaicæque
noxam: quum vſus fuisſes erga 2
nos, Domine Deus noſter, tua tan-
ta benignitate, tamque ſingulari
miſericordia: quemadmodum 2
per cultorem tuum Moſem, (quum
quidem ei mandasſes, vt legem
ſcriberet præſentibus Israelitis)
prædixeras in hanc ſententiam:
niſi mihi dicto fueritis audientes, 2
ſane hæc tanta, tamque frequens
turba ad exiguam redigetur, inter
gentes, vbi ego ſum diſperſurus eos.
Scio enim, non eſſe mihi obtem- 3
peraturos, quippe duræ ceruicis
homines. Sed ad ſanitatem reuerſi, 3
in exſilii ſui terra, intelligent, eſſe
me Dominum ipſorum Deum;
daboque eis et cor ad intelligen- 3
dum, et aures ad audiendum, me-
que in exſilii ſui terra laudabunt,
et, mei memores nominis, deſci-
ſcent a ſua tanta pertinacia, praue-
que factis, recordantes maiorum 3
ſuorum mores, qui aduerſus Do-
minum peccauerint. Itaque redu- 3
cam eos in terram, quam eorum
maioribus Abrahamo, Iſaaco, Ia-
cobo iuraui, eamque posſidebunt;
et eos multiplicabo, non dimi-
nuendos; cumque eis fœdere 3
paciſcar æterno, vt et ego Deus i-
pſis, et ipſi mihi ſint populus,
nec ego deinceps meos Israeli-
tas ex terra, quam eis dedero, amo-
ueam.

CAPVT III.

Ad Iouam preces pro adflictis. Ad miſeros vatis verba vera, increpantia, conſolantia. Iouana maieſtas ineſtimabilis. Damnati gigantes. Deus Iacobidarum vnus.

Domi-

e) in cuius tutela ſit. *f*) Israelitarum.

1 DOmine omnipotens Deus Iſ-
raelitarum, te preſſus ani-
mus, te anxia mens inuocat:
2 audi Domine, et miſerere noſtri, qui
contra te peccauimus, manentem
perpetuo, pereuntes ipſi perpetuo.
3 Domine omnipotens Deus Iſraeli-
tarum, audi preces *f* enectorum Iſ-
4 raelitarum, et natorum, qui con-
tra te peccauerunt, tibi Deo ſuo
non obtemperantes: quamobrem
5 nos his malis ſumus implicati. No-
li vitia recordari maiorum noſtro-
rum, ſed tuam recordare *g* manum
6 atque nomen hoc tempore, qui
Dominus es Deus noſter: et nos te
7 laudabimus, Domine, qui ideo
tui metum animis noſtris incuſſe-
ris, vt tuum nomen inuocaremus,
teque laudaremus in exſilio noſtro,
reuocata in mentem tanta maio-
rum noſtrorum commiſſa contra te
8 culpa. Ecce nos hodie in hoc, quo
tu nos diſperſiſti, exſilio, ignomi-
niis, maledictis, ſuppliciis obno-
xios, pro tot maiorum noſtrorum
vitiis, qui a Domino Deo ſuo defe-
9 cerint. Audite Iſraelitæ vitalia
præcepta: intendite cognoſcendæ
10 prudentiæ. Quæ cauſſa eſt, o
Iſraelita, vt in hoſtili terra degas?
11 vt in aliena terra conſeneſcas? vt,
h cum mortuis pollutus, inferorum
12 numero habearis? Reliquiſti fon-
13 tem ſapientiæ. Diuina via ſi in-
greſſus fuiſſes, in pace perpetuo
14 degeres. Diſce, vbi ſit prudentia,
vbi potentia, vbi intelligentia, vt
ſcias ſimul, vbi ſit æui longitudo at-
que vita, vbi *i* lumen oculorum at-
15 que pax. Quis eius locum inue-
nit? aut quis in eius cellas intrauit?
16 Vbi ſunt principes gentium, ter-
reſtriumque beſtiarum dominato-
17 res, qui aeriis illudunt auibus,
qui argentum aurumque, (cui con-
fidunt homines,) ita congerunt, vt
nullus ſit eorum quærendi modus?
18 Nam qui argentum fabrefaciunt,
opuſque ſuum incredibili induſtria
elaborant, pereunt, et in orcum 19
deſcendunt. Eis ſuccedunt iunio- 20
res alii, qui quum *k* lumen videant,
incolantque terras; ſcientiæ viam
neſciunt, nec eius calles intelli- 21
gunt, nec eam tuentur, et eorum
filii ab eius via procul abſunt. Ea 22
nec in Chananæa audita, nec in
Themane viſa eſt, nec Agareni, 23
omnium in terris ſcientiæ ſtudioſiſ-
ſimi, nec meranenſes negotiatores,
aut themanenſes, aut fabulatores
et ſcientiæ veſtigatores ſapientiæ
viam intelligunt, aut eius calles te-
nent. O Iſraelita, quam ingens 24
eſt Dei domus? quam longe patet
eius poſſeſſionis locus, magnitudi-
ne infinitus, altitudine immenſus?
Ibi exſtiterunt gigantes illi quon- 25
dam celebres, immanes et belli pe-
riti: nec tamen eos elegit Deus, nec
eis ſcientiæ viam tradidit. Itaque 26
perierunt, prudentiæ conſiliique
inopia et defectu. Quis in cælum 27
adſcendit, eamque ſumtam de nubi-
bus detulit? Quis eam traiecto 28
mari nactus, auro puro compara-
uit? Nemo eſt, qui eius viam te- 29
neat, callemue calleat. Sed qui 30
nouit omnia, eam cognoſcit, ſua-
que prudentia inuenit, is qui ter- 31
ram ad perennitatem condidit, be-
ſtiiſque quadrupedibus compleuit,
quo mittente, it lux: eodemque 32
vocante, trepida paret, et ſidera 33
ſuis in ſtationibus læta relucent,
eoque vocante, præſto adſunt, et 34
cum lætitia conditori ſuo ſplen-
dent. Hic Deus noſter, præter 35
quem alius nullus putandus eſt,
omnem ſcientiæ viam perueſti-
gauit, Iacoboque cultori ſuo, 36
Iſraeli ſibi caro tradidit, quæ
deinceps comparuit in terris, et
apud homines verſata eſt.

CAPVT IIII.

Legis liber, obſeruatio ſalutaris. Ad frugem

f) calamitoſorum, et pæne exſtinctorum. *g*) poteſtatem, *h*) inuiſus fœduſque vt mortui, *i*) vita, *k*) viuant,

bonam Iacobida inuitatus, Hieroſolymæ verba, de adflictionibus, de ſpe ſalutis ad ſuos natos.

1 IS eſt Dei præceptorum liber, et
in perpetuum duratura lex. Eam
quicumque tenuerint, vitam
adepturi ſunt: qui vero relique-
2 rint, morientur. Conuerte te, Ia-
cobida, eamque comprehende. In-
gredere ad fulgorem, exaduerſum
3 eius lumini. Noli alteri gloriam
tuam, noli alienæ genti tua commo-
4 da concedere. Beati ſumus, o Iſ-
raelitæ, quod nobis nota ſunt Dei
5 noſtri placita. Bono eſte animo,
populares mei, *l* monumentum Iſ-
6 raelis. Non vos ad perniciem
gentibus eſtis emancipati; ſed, quia
Deum irritaſtis, ideo eſtis aduerſa-
7 riis dediti. Exacerbaſtis enim crea-
torem veſtrum, dæmoniis, non Deo,
8 ſacrificantes: obliti eſtis veſtrum
conditorem, Deum immortalem,
altricemque veſtram Hieroſoly-
9 mam læſiſtis, quæ diuinam iram,
vos adgreſſam, conſpicata, dixit: au-
dite, Sionis accolæ: inuexit mihi
10 Deus grauem luctum. Vidi enim
meorum filiorum filiarumque ca-
ptiuitatem, quam eis Deus immor-
11 talis importauit: quos ego, cum
lætitia nutritos, amiſi cum fletu at-
12 que luctu. Nemo mihi gratule-
tur, viduæ, et a tam multis dereli-
ctæ: vaſtata ſum propter meorum
natorum peccata, quod de Dei lege
13 deflexerint, quod Dei iura non
nouerint, neque præceptorum viis
ingreſſi fuerint, neque diſciplinæ
14 ſemitas iuſte inſtiterint. Adeſte
Sionis accolæ, et captiuitatem meo-
rum recolite filiorum atque filia-
rum, quam eis aduexit Deus im-
15 mortalis. Induxit enim in eos gen-
tem remotam, homines immanes
16 et barbaros, qui neque ſenes re-
ueriti, neque puerorum miſerti, di-
lectos viduæ natos abegerunt, et
17 filiabus orbarunt ſolitariam. Ego

vero quid vobis auxilii ferre poſſum? Idem, qui mala vobis intulit, vos ex hoſtium veſtrorum manu liberabit. Vadite nati, vadite: ego vero ſola deſerta, exuto pacis veſtitu, et meo ſupplicationis amicta centone, ad Deum immortalem per omnem vitam quiritabor. Bono eſte animo, nati, implorate Deum; et ille vos ex hoſtium poteſtate manuque vindicabit. Nam equidem iam ab immortali Deo ſalutem ſpero veſtram, mihique venit ab Auguſto gaudium ob miſericordiam, quæ breui vobis ab immortali veſtro ſeruatore continget. Equidem cum ploratu luctuque vos dimitto: ſed mihi vos Deus cum gaudio et lætitia reddet in ſempiternum. Vt enim nunc viderunt Sionis finitimi veſtram captiuitatem: ita cernent breui profectam a Deo veſtro ſalutem, quæ vobis magna cum immortalis Dei gloria et ſplendore obueniet. O nati, magno animo ferte illatas vobis a Deo pœnas: nam hoſtium veſtrorum, qui vos infeſtarunt, exitium propediem videbitis, eorumque ceruices peruadetis. Delicati mei per vias profecti ſunt aſperas, ab hoſtibus, tamquam raptum ouile, ſublati. Bono eſte animo, nati, Deumque inuocate. Nam, qui vobis iſta inuexit, veſtri memor erit. Quanto enim mentes ad deerrandum a Deo procliuiores habuiſtis, tanto vel decies magis ei mutati ſtudete. Etenim qui vobis attulit mala, idem vobis ſempiternam adferet cum ſalute lætitiam. Bono es animo, Hieroſolyma: idem te confirmat, qui *m* nominauit: infelices, qui te vexarunt, tuoque caſu lætati ſunt: infelices vrbes, quibus tui ſeruiuere nati: infelix, *n* quæ tuos accepit natos. Vt enim tuo caſu ruinaque gauiſa et delectata eſt: ita dolebit ipſa ſua vaſtitate. Eius ego tam nume-

l) poſteri, in quibus Iſraelis nomen durat, et memoria. *m*) curat: nam quos nominamus, nouimus, et quos nouimus, curamus. *n*) Babylon.

numeroſæ ſobolis exſultationem
auferam, et gloriationem in luctum
4 conuertam. Nam eam inuadet ab
immortali Deo ignis in longa tem-
pora, eaque diu a dæmoniis incole-
5 tur. Circumſpice ad orientem,
Hieroſolyma, et adſpice venientem
5 a Deo tuo lætitiam. Aduentant
ecce, tui filii, quos tu dimiſiſti: ve-
niunt ab oriente vsque ad occiden-
tem collecti, ſancti Dei iuſſu, diui-
na lætantes gloria.

CAPVT V.

Ad vrbem plangentem conſolationis verba. Regreſſuri ad ſuos Iacobidæ.

EXue, o Hieroſolyma, tui lu-
ctus et miſeriæ ſtolam, et col-
latæ diuinitus gloriæ decus in-
due ſempiternum. Veſtire palla
diuinæ iuſtitiæ: impone capiti tuo
mitram gloriæ ſempiterni Dei.
Deus enim toti ſubiectæ cælo terræ
ſplendorem tuum oſtendet. Nam 4
vocabere diuinitus hoc ſempiterno
nomine, pax iuſtitiæ gloriaque
pietatis. Surge, Hieroſolyma, et 5
ſta in alto, et ad orientem circum-
ſpiciens, adſpice coeuntes ſancti Dei
iuſſu, vsque ab ortu ſolis ad occa-
ſum, tuos natos, Dei recordatione 6
lætos. Etenim quum a te pede-
ſtres, agentibus hoſtibus, exierint,
adducit eos ad te Deus [o] ſublimes, vt 7
filios regios. Siquidem ſtatuit
Deus, deprimendos eſſe montes
omnes arduos, perennesque ſcopu-
los, et valles complendas, ac ſolo 8
coæquandas: vt vadant Iſraelitæ
tuti diuina gloria, arbuſtis etiam
cunctis, et odoriferis arboribus Iſ-
raelitas Dei iuſſu inumbrantibus. 9
Præibit enim Deus Iſraelitarum
cum lætitia, ſuo ſplendido lumine,
cum miſericordia et iuſtitia, cuius
ipſe auctor eſt.

EZECHIEL.

CAPVT I.

Ezechielis ætas vaticinantis. Iouanæ gloriæ figura, ſpiritus, nubes, ignis. Electrum, animalia quatuor. Impulſæ ſpiritu rotæ.

ANNO triceſimo, die quin-
to quarti menſis, quum e-
go inter extorres eſſem a-
pud flumen Chobar, vidi
aperto cælo diuina viſa. Quinta
menſis, anno quinto exſilii re-
gis Ioachinis, habitus eſt Iouæ
ſermo ad Ezechielem Buzis filium,
ſacerdotem, in terra Chaldæa, ad
flumen Chobar. Illic igitur Iouæ
manu inſtinctus, animaduerti tem-
peſtuoſum ſpiritum, a ſeptemtrioni-
bus venientem, nubem magnam,
ignemque collectum, ſplendore 5
circumdatum, ex cuius ignis me-
dio exſiſtebat quædam ſpecies ele-
ctri, et indidem * forma quatuor a-
nimalium, quorum ea erat facies, 6
vt hominis formam haberent. Ea
ſingula quaternos vultus habebant, 7
quaternasque alas, pedes rectos,
pedum veſtigiis vitulinorum ſimili-
bus, in æris politi ſpeciem coru- 8
ſcantes. Alis ſuberant humanæ
manus ſecundum quatuor eorum
quadrati partes, habebantque
quatuor illa ita compoſitas facies
atque alas, vt alæ eſſent inter ſeſe
coniunctæ, nec ipſa conuerteren-
tur inter eundum, ſed eorum quod-
que eo tenderet, quo ſpectantem

o) honorifice geſtatos.

9 faciem haberet. *Erant autem
eorum facies ea figura, vt illa qua-
tuor haberent dextera parte huma-
nam leoninamque faciem: ſiniſtra
10 bouinam et aquilinam. Atque
eorum facies et alæ erant ita ſuper-
ne diſtinctæ, vt binæ ſingulorum
eſſent coniunctæ: alteræ binæ te-
11 gerent eorum corpora. Ibant au-
tem eorum ſingula prorſum ten-
dentia: quo ſpiritus agebat, ibant,
nec inter eundum conuertebantur.
12 Erat ea animalium forma, vt ſpe-
cie referrent carbones ignis, arden-
tes facium ritu, qui ignis inter ani-
malia ferretur, ſplendorem habens,
13 emicante ex igne fulgure: et cur-
rebant redibantque animalia, qua-
14 lis eſt fulgetri ſpecies. His anima-
libus intuendis animaduerti rotas
quasdam humi apud animalia, ad
15 quatuor eorum facies, ea figura
atque opere, vt ſpeciem referrent
chryſolithi, eadem earum quatuor
figura, ea forma atque opere, qua-
16 ſi eſſet rotæ interpoſita rota. Eun-
tes in quatuor ſui quadri partes ten-
debant, neque inter eundum cir-
17 cumagebantur. Habebant et qua-
tuor ipſæ canthos, eosque altos et
formidabiles, vndique oculorum
18 plenos. Euntibus autem anima-
libus, ibant et rotæ apud ea: quum-
que a terra attollerentur animalia,
19 attollebantur et rotæ. Quocum-
que ferebat ſpiritus, eo tendebant,
impellente ſpiritu, et rotæ ſecun-
20 dum ea attollebantur. Nam præ-
ditæ animalium ſpiritu rotæ, illis
euntibus, ibant, ſtantibus, ſtabant,
attollendis humo, attollebantur et
ipſæ ſecundum illa, vtpote anima-
21 lium ſpiritu præditæ. Supra ani-
malium capita erat figura ætheris,
in modum terribilis cryſtalli, in eo-
22 rum capita deſuper extenſi, cui
ætheri ſuberant eorum alæ, altera
ad alteram directæ, quæ ſingulo-
rum binæ tegebant ea, hoc eſt, eo-
23 rum corpora. Audiui autem eo-
rum alarum ſonitum, qualis eſt
abundantis aquæ, vt præpotentem
ſonitum, illis euntibus, ſonitum tu-
multuoſum, qualis eſt agminis.
Quum vero ſtantia remitterent a- 2
las; exſiſtebat ex æthere, eorum
capitibus ſuperimminente, ſonitus,
illis inter ſtandum alas remittenti-
bus. Supra æthram eorum capiti 2
imminentem, erat ad ſapphiri
gemmæ ſimilitudinem figura ſolii,
et ſupra figuram ſolii, figura ſimilis
humanæ, illi ſuperimpoſita. Vi- 2
dique quiddam, quod ſpecie ele-
ctrum referret, viſu ſimile ignis
vndique obſtructi, ſupra illius late-
rum formam: infra autem laterum
formam vidi quiddam viſu ſimile
ignis ſplendore circumdati, qui cir-
cumiectus ſplendor adſpectu ſimilis
erat arcus, qui eſt in nubibus, ſi-
quando pluit. Ea erat figura ſimili- 2
tudinem habens gloriæ Iouæ.

CAPVT II.

Vatis caſus. Vox Iouana. Actus diuino ſpiritu vates. Ezechiel miſſus ad Iacobidas. Manus librum porrigens. Libri planctus.

EO viſo quum ego pronus ceci-
diſſem, audiui loquentis vo-
cem, et ita mihi dicentis: ho-
mo, conſiſte in pedes tuos, et te ad-
loquar. Tum ſimul ac ille me ad-
locutus eſt, intrauit in me ſpiritus,
meque in pedes meos ſtatuit, et au-
diui adloquentem me in hæc verba:
homo, mitto ego te ad Iſraelitas,
hominum genus rebelle, qui in me
rebellarunt tum ipſi, tum maiores
eorum, qui a me ad hodiernum vs-
que diem defecerunt: ad duri
oris obſtinatique cordis natos, ad
hos ego te mitto, quibus dicas: ſic
dicit Dominus Ioua: qui ſiue au-
dient, ſiue, (vt ſunt genus hominum
contumax,) non audient, at certe
intelligent, verſatum eſſe inter
ipſos vatem. Tu vero, homo, ne
eos timueris, ne eorum verba ti-
mueris; quamuis apud refractari-
os

os et intractabiles agas, et cum
ſcorpionibus degas: ne eorum vel
verba timueris, vel conſpectum
expaueris; quamuis contumax ſit
7 natio: ſed eis mea dicta eloquere,
ſiue audiant, ſiue minus, vt ſunt
8 contumaces. Tu igitur, homo,
audi, quod tibi ego eloquor: ne ſis
contumax in natione contumaci: a-
peri os tuum, et comede, quod ego
9 tibi præbeo. Hic ego animaduer-
ti porrectam ad me manum, in
10 qua erat libri volumen, quod ille
coram me explicuit, in fronte ter-
goque inſcriptum, et inſcriptum
næniis, querelis atque planctu.

CAPVT III.

Comedendum volumen, voratumque ſuauiſſime. Ad Israelitas miſſus vates. Speculator Israelis vates. Vincula et infantia vatis, rurſus abſolutio, et vis ad eloquendum.

1 ATque ille mihi: homo, in-
quit, quod nactum fueris,
comede, comede volumen
hoc, et i adlocutum Israelitas.
2 Deinde quum ego os aperuiſſem,
cibauit me illo volumine, ita me-
3 cum loquens: homo, tu ventre
iſto comedes, *iſtisque viſceribus
conficies volumen hoc, quod ego
tibi præbeo: itaque comedi, fuit-
que illud mihi in ore dulcedine
4 melleum. Atque ille: homo, in-
quit mihi, age, adi poſteros Israelis,
5 vt eos meis verbis adloquare. Non
enim ad abstruſi ſermonis impedi-
tæque linguæ populum mitteris, ad
6 Israelitarum genus; non ad di-
uerſos populos abstruſi ſermonis et
impeditæ linguæ, quorum tu ver-
ba non intelligas: quin ad eos ego
7 te mitto, qui te intelligant. Ve-
rum ideo nolent Israelis poſteri au-
dire te, quoniam nolunt audire me:
quippe quum ſint omnes Israelis
poſteri obfirmata fronte duroque
corde. Ego vero tuam et faciem
8 et frontem obfirmatam reddo ſe-
cundum eorum faciem atque fron-
tem: qualis eſt ſaxo firmior ada- 9
mas, talem ego reddo tuam fron-
tem, ne eos timeas, aut eorum
conſpectum expaueſcas; quamuis
ſit hominum genus contumax.
Homo, (inquit ille, me adloquens,) 10
quidquid ego tibi verborum dixe-
ro, id et animo percipe, et auribus
audi, et ad extorres populares tu- 11
os profectus, eos adloquere, eis-
que dicito: ſic dicit Dominus Ioua:
idque ſiue audiant, ſiue ſecus.
Hic ego, ſublatus a ſpiritu, audiui 12
poſt me magni motus ſonitum:
prædicanda eſt Iouæ gloria ex ipſius
loco: ſonitumque alarum ani- 13
malium, mutuo deoſculantium, et
rotarum ſecundum illa ſonitum, et
magni motus ſonitum. Igitur 14
ſublatus et ablatus a ſpiritu, abii ſto-
machabundus, animo incandeſcens,
Iouæ manu valide agente me, et 15
Thelabib ad exſules profectus, flu-
men Chobar accolentes, manſi, vbi
manebant ipſi, ſeptem dies inter eos
mærens. Peractis ſeptem diebus, 16
Ioua ſic adloquitur me: homo, 17
ſpeculatorem ego te Israelis poſte-
ris conſtitui, qui, auditis ex ore
meo verbis, eos a me commone-
facias. Quum ego impio mor- 18
tem minatus fuero, ſi tu impium
illum verbis non monueris, eius ab
impio more ſuo auertendi gratia,
quo viuat: ipſe quidem impius ſua
culpa morietur; ſed eius ſanguinis
pœnas ego a te repetam. Sin au- 19
tem tu monueris impium, nec ille
ſe ab impietate ſua, ab impiis mori-
bus, reuocauerit: morietur ille
quidem ſua culpa; ſed tu teipſum
liberaueris. Item quum iuſtus a 20
iuſtitia ſua ad nequiter agendum
defecerit, ideoque ego ei infortu-
nium aliquod obiecero, vnde mo-
riatur, quia tu eum non admonue-
ris: morietur ille quidem ſuo pec-
cato, nulla eius recte factorum ha-
bita ratione: ſed eius ſanguinem
ego in te vindicabo. Sin tu iuſtum 21

monueris, ne peccet iuſtus, isque
non peccauerit: et ille viuet, quip-
pe monitus, et tu te ipſum libera-
22 ueris. Tum ibi Ioua me, ſua ma-
nu actum, ſic adloquitur: ſurge, e-
gredere in campum, et ibi ego te
23 adfabor. Atque ego ſurrexi et in
campum exii, vbi ſtantem Iouæ
gloriam nactus, qualis erat gloria,
quam ad flumen Chobar videram,
24 cecidi pronus. Sed ingreſſus in
me ſpiritus me in pedes meos con-
ſtituit, et ille mecum locutus eſt: i,
25 inquit, conclude te domi tuæ. Et
tibi quidem homo lora adhibebun-
tur, quibus ita vinciaris, vt in eo-
26 rum vulgus non exeas: tuamque
linguam ego ita tuo palato adfigam,
vt obmuteſcas, nec eis caſtigato-
rem præbeas, qui ſint genus contu-
27 max. Sed te adloquens, os tibi
aperiam, vt eis dicas, ſic dicit Do-
minus Ioua: qui audit, audiat:
qui minus, omittat; quandoqui-
dem genus ſunt hominum contu-
max.

CAPVT IIII.

In latere Hieroſolyma deſcripta. Terrea ſartago. Cubatio vatis varia. Fruges in vas coniectæ. Aquæ potus. Calamitates Iudæorum prædictæ.

1 TV vero, homo, laterem ſu-
me, eumque tibi propone, et
in eo vrbem ſculpe Hieroſo-
2 lymam, et aduerſus eam ſtatue
obſidionem, vallum conſtrue, duc
aggerem, fac caſtra, et arietes cir-
3 ca diſpone. Deinde ſartaginem
ſume ferream, eamque pro muro
ferreo colloca inter te et vrbem, et,
compoſito in eam vultu, circum-
ſeſſam obſide, quod ſit Iſraelitarum
4 generi prodigioſum. Tu vero ia-
ceto in tuum latus ſiniſtrum, et ei
Iſraelitarum generis culpam impo-
nito, laturus eam culpam, quot
5 dies in eo iacebis. Ego tibi do eo-
rum culpæ annos ad numerum die-
rum trecentorum nonaginta, qui-
bus tu iſraelitici generis culpam fe-
ras. Quibus peractis, incubabis 6
iterum lateri dextro, et iudaici ge-
neris culpam feres quadraginta di-
es, me tibi totidem dies, pro toti-
dem annis, dante, faciemque tu- 7
am ad Hieroſolymæ obſidionem
compones, et exſerto brachio vati-
cinaberis in eam. Atque ego tibi 8
lora adhibebo, ita vt ex alio latere
in aliud non vertaris, donec trans-
egeris iſtius obſidionis dies. Tu 9
vero ſume triticum, hordeum, fa-
bam, lentes, milium, et viciam, et
iis in vnum vas coniectis, conficito
ex eis tibi panem, pro numero die-
rum, quibus in latus tuum iacebis,
quo pane per trecentos nonaginta 10
dies veſcare, ita comparata eius
comedendi ratione, vt viginti ſi-
clorum pondus vnoquoque die ſta-
tis horis comedas. Aquam quo- 11
que ad menſuram videlicet hinis
ſextam partem, certis horis bibes,
et ſpæritas hordeaceas comedes, 12
easque in illorum conſpectu huma-
ni excrementi ſtercoribus parabis.
Sic comedent Iſraelitæ, (inquit Ioua,) 13
panem ſuum immundum apud
gentes, quo ego eos profligauero.
At ego: ah Domine Ioua, inquam, 14
atqui ego non ſum pollutus, neque
morticinum aut raptitium hacte-
nus a pueritia comedi, nec eſt in-
greſſa per os meum immunda caro.
Et ille: en, inquit, ego tibi pro huma- 15
nis ſtercoribus fimum bubulum
do, in quo panem tuum facias. Et 16
porro: homo, inquit ille, mecum
loquens, ego panis adminiculum
Hieroſolymæ ita frangam, vt pa-
nem ad pondus anxie comedant, et
aquam ad menſuram attoniti bi-
bant, vt pane aquaque carentes ſtu-
peant inuicem, ſuaque culpa conta-
beſcant.

CAPVT V.

Nouacula pili abraſi. Pilorum diſſipatio, Hieroſolymorum horribilis ruina, fames, gladius, peſtis.

At

1 AT tu, homo, ſume cultellum
acutum, nouaculam tonſo-
riam, eaque ſumta, rade ti-
bi caput et mentum, ac, ſumta truti
2 na, partitus pilos, tertiam par-
tem igni in media vrbe, completis
obſidionis diebus, comburito: ter-
tiam partem ſumito, et cultello vn-
dique accidito: tertiam partem in
auram diſpergito, quos ego ſtricto
3 gladio perſequar. Inde paucos
numero ſumes, quos in tuis con-
4 ſtringas gremiis: et ex illis porro
ſumes, quos in medium ignis pro-
iectos, exuras igni, ex quo prodeat
incendium in totam Iſraelis do-
5 mum. Sic dicit Dominus Ioua:
iſta Hieroſolyma, quam ego cete-
ris regionibus circumdatam in me-
dio gentium collocaui, mutauit
in impietatem meas ſententias ma-
gis, quam gentes exteræ, meaque
placita magis, quam regiones ei fini-
timæ: quippe quæ meas ſententias
repudiauerit, neque meis placitis
obſecuta ſit. Quare ſic dicit Do-
minus Ioua: quandoquidem vos
plus, quam finitimæ gentes, tumul-
tuando, meis inſtitutis non paretis,
neque meas ſententias exſequimini,
p neque finitimarum gentium con-
ſuetudines imitamini, propterea
ſic dicit Dominus Ioua: en ego
quoque tibi minitor, inque tui me-
dio exempla edam, ſpectantibus re-
liquis gentibus, faciamque in te,
quale neque feci, neque ſum fa-
cturus deinceps ob tua tot flagitia.
Itaque in te et parentes liberos, et
liberi parentes ſuos comedent: edi-
tisque in te exemplis, omnes reli-
quias tuas in omnes diſpergam ven-
tos. Itaque ſic viuam ego, inquit
Dominus Ioua, vt, quoniam tu me-
um ſacrarium tuis tot ſceleribus et
flagitiis polluiſti: ego quoque, nihil
temperans aut parcens, exſcindam.
Tertia pars tuorum partim peſte
morietur, partim fame conficietur
in te: tertia pars armis cadet circum
te: tertiam partem ego in omnes
ventos diſpergam, et in eos ſtringam
gladium, ac me, conſumenda et exo- 13
neranda in eos mea ira atque bile,
ſolabor, ſcientque, me Iouam acri-
ter minatum fuiſſe, quum in eos
bilem meam conſumſero: et te 14
derelictam infamemque reddam a-
pud finitimas gentes, in omnium
prætereuntium oculis, erisque 15
finitimis gentibus infamia, pro-
brum, exemplum, et admiratio,
quum ego in te exempla, atroci ira
ardens atque flagrans, edidero, in-
quam ego Ioua, quum in eos ſæ- 16
uas famis immiſero ſagittas: quæ
ſint exitio, quas ad veſtram mittam
perniciem, et vos fame petens, vo-
bis cibi adminiculum frangam, in 17
vosque malum immittam, et feras
beſtias, quæ vos depopulentur, ef-
ficiamque, vt peſtis et cædes in te
graſſetur, et arma in te inueham,
inquam ego Ioua.

CAPVT VI.

Vaticinium in Iſraelem infauſtum. Dii ſtercorei Iudæorum. In idololatras iratus Deus.

ITem me Ioua his verbis adlocu- 1
tus eſt: homo, compone faci- 2
em tuam in montes iſraeliticos,
et in eos his verbis vaticinare; o iſ-
raelitici montes, audite Domini Io-
uæ dicta. Sic dicit Dominus Ioua 3
montibus et collibus, depreſſis lo-
cis atque vallibus: ego, illatis in vos
armis, ſacella veſtra perdam, veſtra- 4
que et altaria vaſtanda, et ſigna per-
fringenda, curabo, et veſtros pro-
ſternam coram veſtris ſtercoreis di-
uis occiſos, et Iſraelitarum cadauera 5
ipſorum ſtercoreis diuis proponam,
veſtraque oſſa circum veſtra altaria
diſſipabo. Vbicumque degetis, 6
vrbes deſolabuntur, ſacellaque va-
ſtabuntur, vt, deſolatis vaſtatisque
veſtris aris, fractis abolitisque ſter-
coreis diuis, excisis ſignis, deletis 7
veſtris

p) non obeditis Deo veſtro, vt illæ ſuis.

veſtris operibus, iacentibusque in-
ter vos occiſis, intelligatis, me eſſe
8 Iouam. Reliquos autem faciam,
qui ex vobis per terras diſperſis, ar-
9 ma euadant apud gentes, qui ve-
ſtrum elapſi recordabuntur mei
apud gentes, vbi erunt captiui:
quandoquidem fractis per me impu-
dicis eorum mentibus, quæ a me
defecerint, oculisque, qui cum ſter-
coreis eorum diuis fuerint mere-
tricati, tædebit eos palam ſcelerum,
quæ ſuis tot flagitiis commiſerint,
10 ſcientque, me Iouam non ab re pu-
taſſe, hoc illos adficiendos malo.
11 Sic dicit Dominus Ioua: plaude
manu, et pede paui, dicens: ah:
ſuper tot tam ſceleſtis domus Iſrae-
litarum flagitiis, qui ferro, fame,
12 peſte cadent. Abſentes peſte mo-
rientur: præſentes ferro cadent:
reliqui et obſeſſi fame interibunt,in
eosque meam bilem conſumam,
13 ſcientque, me Iouam eſſe: quum
erunt eorum occiſi ſtercoreis ipſo-
rum diis permixti, circum eorum
aras,per omnes editos colles, in o-
mnibus montium verticibus, ſub
omnibus frondoſis arboribus,omni-
14 busque opacis ilicibus, per quæ
loca ſuis tot ſtercoreis diuis ſuaues
15 dederint odores; intentaque in
eos mea manu, eorum terram vs-
que a ſaltu Deblatha vaſtam horri-
damque reddam, quacumque ha-
bitant,ſcientque, me eſſe Iouam.

CAPVT VII.

Exitia in impios impendentia. Scelera idololatrarum Iudæorum. Catena inſtituta. Miſeriæ congeſtæ in populos, in regem.

1 ITem ſic me adlocutus eſt Ioua:
2 tibi vero, homo, ſic dicit Domi-
nus Ioua de Iſraelitarum terra:
finis adeſt, finis quatuor terræ tra-
3 ctibus. Iam q tibi adeſt finis, teque
ego,laxata in te ira mea, vt merita
es,puniam, tibique tua tot flagitia
rependam, neque mihi a te tem
perabo aut parcam, quo minus tuo
mores in te vlciſcar, tuaque flagiti
penitus luas, ſciatisque, me eſſe Io
uam. Sic dicit Dominus Ioua
malum ſuper malum ecce adeſt
finis adeſt,adeſt finis excitus in te:e
adeſt,adeſt matutinum in te, o in
cola terræ: adeſt tempus, inſta
dies tumultus, non r montani ſoni
tus. Nunc ego propediem mea
bilem iramque in te effundam at
que conſumam, teque, vt merita es
puniam, tibique tua tot flagitia re
pendam: neque mihi temperab
aut parcam, quo minus tuos mo
res in te vlciſcar, tuaque flagitia pe
nitus luas, ſciatisque, me Iouam eſ
ſe, qui feriam. Ecce dies, ecc
adeſt, exoritur matutinum, flore
s virga, pullulat t ſuperbia, u adſurgi
iniuſtitia in virgam impietatis, ne
ipſi, nec eorum multitudo, aut o
pes, excipientur, nec erit vlla eo
rum deploratio. Adeſt tempus
imminet dies: neque emtor gau
deat, neque venditor mæreat: ſi
quidem vniuerſæ eius multitudin
impendet ira. Non enim redi
bunt venditores ad res venditas
quamdiu erunt in viuis ſuperſtites
ſiquidem eiusmodi fatum vniuerſ
multitudini eius impendet, vt redi
turi non ſint, aut ſuam quisque vi
tam retenturi, id quod fiet eo
rum culpa. Clangetur tuba pa
rando omnia, nec erit, qui eat i
prœlium, vtpote me in omnem e
ius multitudinem ſæuiente. Fo
ris arma, domi peſtis atque fames
qui ruri erit, armis morietur: qu
in vrbe, hunc fames peſtisqu
conficiet. Qui vero eorum eua
ſerint, ii columbis conuallium ſi
miles in montibus, vniuerſi ſu
quisque culpa gement, omnes
que et manibus relangueſcentes, e
genibus remolleſcentes, centone
amicient, et horrore cooperti; o
mne

q) Regionem adloquitur. r) vani rumoris, qualis eſt echo. s) qua verberabimini
t) veſtra. u) iniuſtitia iſta in cauſſa erit, vt impietas veſtra diuina virga puniatur.

mnes, et in vultu pudorem, et in
9 capite *x* glabretum gerent. Suum
argentum per vicos proiicient, et
eorum aurum dilapidabitur, nec ar-
gentum, nec aurum poterit eos tue-
ri, ſæuiente Ioua: nec habebunt,
vnde ſuum adpetitum exſaturent,
0 aut viſcera repleant. Eſt enim
eorum culpæ infortunium, qui *y* no-
bili ſuo ornamento, in ſublimi poſi-
to, ſuas ſceleſtas imagines, ſua ſce-
1 lera fecerint in eo. Quamobrem
id ego illis efficiam, vt vexetur,
hoſtibusque diripiendum et homi-
num maxime impiis depeculandum
profanandumque dedam, qui, me
illos auerſante, meum penetrale im-
pient, et id graſſatores ingreſſi
contaminent. Fac catenam, quo-
niam enim et regio ſanguinariis iu-
diciis, et vrbs iniquitate referta eſt:
adducam gentium deterrimos, qui
eorum domos occupent; poten-
tiumque ſuperbiam coercebo, et
eorum profananda curabo ſacraria.
Excidium aduentat, quæſitaque
pax non erit. Miſeria miſeriæ ſu-
peruenict, famaque famæ ſucce-
det, et in vate oraculum require-
tur, et ſacerdotes diſciplina, et ſe-
nes conſilio carebunt. Lugebit
rex: circumfundetur calamitate
magiſtratus: plebeiorum manus
turbabuntur: pro meritis eos tra-
ctabo, dignisque pœnis adficiam,
ſcientque, me eſſe Iouam.

CAPVT VIII.

Vates cum ſenatoribus. Ignis figura. Electrum manus prehendens comam. Flagitia idololatrarum, imagines. Dii ſtercorei, turibula, ſuffitiones. Plorantes feminæ. Solem adorantes.

ANno autem *z* ſexto, die quin-
ta menſis ſexti, quum ego
domi meæ ſederem, Iudæis
ſenatoribus coram me ſedentibus,
ibi Domini Iouæ manu inuaſus,
animaduerti quamdam figuram in 2
formam ignis, ſupra cuius laterum
formam ignis erat, infra latera e-
rat forma ſplendoris in ſpeciem ele-
ctri, qui, emiſſa quadam quaſi 3
manu, prehendit me capitis mei
cirro, et ſublatum inter terram at-
que cælum tulit ſpiritus Hieroſo-
lymam per diuina viſa ad introitum
portæ interioris, ſpectantis ad ſe-
ptemtriones, vbi collocatum erat
a obtrectatorium ſimulacrum, effi-
ciens obtrectationis. Atque illic 4
nactus ſum Dei Iſraelitarum glori-
am, qua forma videram in campo.
Et ille me ſic adfatur: homo, con- 5
iice oculos ſeptemtriones verſus.
Et ego coniectis ſeptemtriones ver-
ſus oculis, animaduerti a ſeptemtri-
onibus ad aræ portam ſimulacrum
illud obtrectatorium in ingreſſu.
Et ille ſic mecum loquitur: homo, 6
videsne, quæ faciant, quanta faci-
ant hic Iſraelis poſteri flagitia, vt e-
go a meo fano recedam? Atqui
iterum etiam maiora cernes flagi-
tia. Tum me duxit ad introitum 7
atrii, vbi quum animaduertiſſem
in pariete foramen; ille mihi ſic di-
cit: homo, perfora parietem. 8
Quumque perforaſſem parietem,
adſpexi oſtium vnum. Et ille: in- 9
gredere, inquit, et vide, quam illi
ſceleſta committant hic flagitia.
Tum ego ingreſſus, animaduerti o- 10
mne genus obſcenorum ſerpen-
tium, atque quadrupedum imagi-
nes, omnesque ſtercoreos iſraeli-
ticæ domus diuos, vndique in parie-
te cælatos, et coram illis ſtantes 11
iſraelitici generis ſenatores ſeptua-
ginta, (quos inter aderat Iezonias,
Saphanis filius,) ſuum quemque tu-
ribulum habentes in manu, exha-
lante nidore nebulæ ſuffitionis.
Atque ille; vides ne, homo, (inquit,) 12
quid

x) glabrabantur et tondebantur in luctu capita. y) fano. z) a capto Ioachimo. a) alieni dei, quod Iouam irritaret, zelotypumque redderet, vt maritum adulter.

quid iſraelitici generis homines fa-
ciant in tenebris, in imaginoſis ſuis
penetralibus? quippe qui ſe Iouæ
conſpicuos eſſe negent, quippe Io-
13 uam reliquiſſe terram. Et tamen
iterum cernes etiam maiora, inquit,
14 quæ faciunt flagitia. Tum me
duxit ad introitum portæ templi Io-
uæ, quæ erat ad ſeptemtriones, vbi
ſedentes conſpexi feminas ploran-
15 tes *b* Thammuzum. Vides ne, ho-
mo? inquit, me adloquens. Atqui
iterum etiam maiora his flagitia vi-
16 debis. Deinde me duxit in inte-
rius atrium templi Iouæ, et ecce ad
introitum cellæ Iouæ inter veſtibu-
lum et aram, homines ad viginti-
quinque, qui a Iouæ cella auerſi,
et ad orientem conuerſi, ſolem, o-
17 rientem verſus, adorabant. Vi-
den, homo? inquit ille mihi: pa-
rumne eſt Iudæorum generi, flagitia
facere, quæ hic committunt, quum
terram iniuſtitia repleuerint, niſi
rurſus irritent me, et, (vt vides,) o-
18 dorem mittant in nares illorum? E-
go viciſſim iracunde agam, nihil
mihi temperans, nihilque parcens:
nec eos, mihi in aurem ingenti voce
clamantes, exaudiam.

CAPVT IX.

Supplicia prauis Iudæis imminentia. Sex homines telo armati. Signandi Hieroſolymitani. Vltor iniquorum Deus.

1 DEinde, audiente me, magna
voce clamans dixit: inſtant
vrbi ſupplicia, et ſuum quis-
que letiferum habet in manu te-
2 lum. Et ecce ſex homines venie-
bant via portæ ſuperioris, ſpectan-
tis in ſeptemtriones, ſuum quiſque
exitiabile telum manu ferentes,
quos inter vir vnus erat lino veſti-
tus, in latere ſcriptorium habens a-
3 tramentarium. Hi venerunt, a-
pudque æneam aram conſtiterunt,
et Dei Iſraelitarum gloria a cheru-
bo, ſuper quem erat, ſublata eſt
ad limen ædis. Tum ad virum 4
linigerum, cui ſcriptorium erat a-
tramentarium in latere, ſic Ioua
clamauit: peragra vrbem Hiero-
ſolymam, et nota ſignato frontes
hominum, qui ad tot, quæ in ea
fiunt, flagitia congemiſcunt atque
ſuſpirant. Illis autem audiente 5
me dixit: peragrate vrbem poſt
eum, et cædite ſine vlla temperan-
tia aut continentia. Senes, iuue- 6
nes, virgines, paruulos, mulieres
funditus occidite: ſed quiſquis no-
tam habebit, ad eum ne accedite:
a meo autem fano incipite. Ita-
que initium fecerunt a viris ſeni-
bus, qui erant ante ædem. Conta- 7
minate ædem, (inquit eis,) et atria
occiſis complete: exite. Tum illi
egreſſi cædebant per vrbem. Qui- 8
bus cædentibus relictus ego cecidi
pronus, et clamans: ah Domine
Ioua, inquam, tune omnes Iſraeli-
tarum reliquias delebis, tuam bi-
lem effundens in Hieroſolymam?
Et ille: immodica eſt, inquit, Iſ- 9
raelitarum Iudæorumque culpa,
eſtque ſanguine terra, et vrbs iniu-
ſtitia plena, quia dicunt, Iouam de-
ſeruiſſe terras, Iouam nihil videre.
Ego viciſſim me non continebo, 10
neque parcam, quo minus eorum
mores in ipſorum caput vlciſcar.
Interea vir ille, veſtitus lino, qui a- 11
tramentarium habebat in latere,
negotium retulit: feci, inquit, vt tu
mihi imperaſti.

CAPVT X.

Solii figura in æthra. Cherubi, liniger homo. Rotæ Cheruborum. Plena oculorum corpora.

DEinde animaduerti in æthra, 1
quæ cherubis ſupra caput e-
rat, quaſi ſapphirum gem-
mam, quæ ſolii figuram adſpectu
repræſentaret, illis ſupereminens.
Tum ille linigerum virum ſic adlo- 2
quitur: ingredere inter currum,
ſubter

b) Nonnulli arbitrantur Adonidem.

ſubter Cherubum, et imple volas
tuas igneis carbonibus, qui ſunt
inter cherubos, eosque carbones in
vrbem effunde. Igitur ille, ſpe-
3 ctante me, ingreſſus eſt. Stabant
autem cherubi ad dexteram ædis,
ingrediente viro, et interius atrium
4 repleuerat nebula, euectaque Io-
uæ claritate a cherubo ſupra limen
ædis, repleta erat ædes nebula, et
atrium ſplendore claritatis Iouæ,
5 audiebaturque alarum cherubo-
rum ſonitus ad exterius atrium,
qualis vox eſt præpotentis Dei, dum
6 loquitur. Poſtquam imperauit
viro linigero, vt ignem, currui et
cherubis interpoſitum, caperet:
ingreſſus eſt ille, et apud rotas con-
7 ſtitit. Tum cherubus, immiſſa
manu ſua inter cherubos ad inter-
iectum cherubis ignem, ſumſit, et
linigeri volis impoſuit: quo acce-
8 pto, ille exiit. Adparebat autem in
cherubis humanæ manus effigies
9 ſub eorum alis. Animaduerti au-
tem quatuor rotas apud cherubos,
10 ſingulas apud ſingulos, quarum
rotarum ea erat forma, vt gemmæ
chryſolithi ſpeciem exhiberent, eo-
dem earum quatuor figuræ adſpe-
ctu, perinde ac ſi rotæ foret inter-
iecta rota. Inter eundum tende-
bant in quatuor ſui quadrati partes,
neque euntes circumagebantur, ſed
quo ſpectabat [c] caput, eo ſequeban-
tur, nullo inter vadendum circum-
actu. [d] Illorum autem totum cor-
pus, et terga, et manus, et alæ, et eo-
rum quatuor rotæ, plena erant o-
culorum vndique: quas quidem
rotas, audiente me, vocauit currum.
Habebant ſinguli quaternas facies,
vnam cherubi, alteram hominis,
tertiam leonis, quartam aquilæ,
et attollebantur cherubi, quod idem
animal videram ad flumen Chobar.
Ac ambulantibus cherubis, ambu-
labant rotæ apud eos: attollenti-
busque cherubis alas ſuas, vt a ter-
ra ſubueherentur; rotæ quoque ab
illis non recedebant. Stantibus il-
lis, ſtabant: quumque efferren- 17
tur, efferebantur et ipſæ, quippe a-
nimantis ſpiritu præditæ. Digreſ- 18
ſa autem Iouæ claritas ab ædis limi-
ne, ſtetit ſuper cherubos, et che- 19
rubi ſublatis alis ab humo euecti,
ſpectante me eorum digreſſum, co-
mitantibus eos rotis, ſteterunt pro
foribus ædis Iouæ orientalibus, Io-
uæ claritate eis deſuper incumben-
te. Id erat animal, quod ego vi- 20
deram ſub Iſraelitarum Deo, apud
flumen Chobar, quos eſſe cheru-
bos cognoui, habentes ſingulos
quaternas facies, quaternaſque 21
alas, et ſub alis humanarum manu-
um effigiem, eadem facierum effi-
gie, quales facies videram ad flu-
men Chobar, eodemque eorum 22
adſpectu atque natura, vnoquoque
ipſorum antrorſum ambulante.

CAPVT XI.

Sublatus a ſpiritu Ezechiel. Viri viginti quatuor. Impoſtores Iudæorum. Iouana clementia. Cor nouum abſolutis tribuendum.

TVm me ſublatum tulit ſpiri- 1
tus ad orientalem ædis Iouæ
portam, ſpectantem ad ori-
entem: et ecce pro foribus viginti
quinque viros, quos inter vidi Ie-
zoniam Azuris, et Pheltiam Ba-
naiæ filium, populi primarios. At- 2
que ille ſic mecum locutus eſt: ho-
mo, hi ſunt homines, qui in hanc
vrbem nefas cogitant, malumque
conſilum ineunt, qui dicunt: 3
[e] non prope eſt: conſtruantur do-
mus: hæc [f] olla eſt, nos autem caro.
Quocirca vaticinare aduerſus eos, 4
vaticinare, homo. Hic quum in 5
me Iouæ ſpiritus illapſus eſſet: dic:
(inquit ille, me adloquens,) ſic dicit
Ioua: vos ita loquimini, iſraeliti-
ca domus, (et ego mentis veſtræ co-
gitata

c) facies, quæ in capite aduerſa erat. d) cheruborum. e) procul abſunt, quæ minantur vates. f) vt in olla caro manet, ita nos in vrbe manebimus.

6 gitata noui,) vt multos in iſta vrbe
g interficiatis,eiusque vicos implea-
7 tis occiſorum. Quamobrem ſic
dicit Dominus Ioua: occiſi veſtri,
quos in ea poſuiſtis, caro ſunt: ipſa
olla eſt: vos autem ego ex ea edu-
8 cam: arma metuitis, et arma vo-
bis inueham, inquit Dominus Io-
9 ua, ex eaque eductos hoſtibus
addicam, et in vos exempla edam:
10 armis cadetis, et in Iſraelitarum fi-
nibus puniam vos, ſcietisque, me
11 eſſe Iouam. Nec iſta vobis olla,
nec vos in ea caro eritis, quos ego
in finibus Iſraelitarum puniam,
12 efficiamque, vt ſciatis, me eſſe Io-
uam, cuius inſtitutis vos non paru-
eritis, cuiusque ſententias non fue-
ritis exſecuti, ſed finitimarum gen-
13 tium imitati mores. Hic, vatici-
nante me, Pheltias Banaiæ filius
mortuus eſt: et ego pronus cecidi,
ac magna voce clamans dixi: ah
Domine Ioua, funditus tu ne deles
14 reliquias Iſraelitarum? At Ioua
me adloquens: homo, inquit, ſunt
fratres, ſunt fratres tui, tuæ conſan-
guinitatis homines, et vniuerſa do-
mus iſraelitica, quibus dicunt Hie-
15 roſolymitani: diſcedite a Ioua:
nobis hæc terra poſſidenda data eſt.
16 Itaque dicito: ſic dicit Dominus Io-
ua: ſi eos ego per gentes atque ter-
ras procul diſperſi, ero eis paullis-
per fanum, in quas venerunt ter-
17 ras. Quocirca dic: ſic dicit Do-
minus Ioua: ego vos ex natio-
nibus atque terris, per quas eſtis
diſiecti, conuocabo atque colligam,
18 et iſraelitica terra donabo: quo
poſtquam venerint, tollent ex ea
omnia eius ſcelera atque flagitia,
19 eisque vnum cor dabo, et in veſtra
pectora nouum ſpiritum immit-
tam, detractoque de eorum corpo-
ribus lapideo corde, cor eis carne-
20 um dabo, vt ex inſtitutis meis ſe
gerant, et ſententias meas conſer-
uent ac obeant, et ipſi mihi popu-
21 lus, et ipſis ego ſim Deus. Qui

vero animis ſua ſcelera et flagitia ſe-
quuntur, in eorum ego caput, vt
digni ſunt, animaduertam, inquit
Dominus Ioua. Tum cherubi,
comitantibus rotis, alas ſuſtule-
runt, et Iouæ Dei Iſraelitarum
ſplendor illis deſuper incumbens,
ſeſe ex media vrbe ſuſtulit, atque
in monte, qui vrbi ab oriente eſt,
ſubſtitit. Et ſpiritus ſublatum me
in Chaldæam ad exſules per viſum
tulit diuino adflatu: digreſſaque
a me viſione, quam videram, exſu-
libus expoſui, quidquid rerum mi-
hi Ioua oſtenderat.

CAPVT XII.

*Regis Sedeciæ captiuitas. Fames atque ſi-
tis prænuntiata. Impendentia Iudæis
mala.*

ITem mecum locutus eſt his ver-
bis Ioua: homo, tu inter con-
tumax hominum genus habitas,
qui et oculos habent ad videndum,
neque vident; et aures ad audien-
dum, nec audiunt, quippe genus
hominum contumax. Igitur tu
homo, compara tibi migrationis
inſtrumenta, et interdiu, cernen-
tibus illis, emigra, videlicet ex tuo
loco in alium, ipſis ſpectantibus: ſi
forte videant, ſe contumax eſſe ge-
nus. Efferes autem ſupellectilem
tuam, ſicut in migratione fieri ſo-
let, interdiu, ſpectantibus illis: et
ſero exibis, iisdem cernentibus, vt
ſolent migrantes egredi. Illis cer-
nentibus, parietem perfode, et per
eum effer. Illis cernentibus, onus-
tus humeros crepuſculo efferes, te-
cto vultu, neque terram cernens:
quoniam ego te prodigium Iſraeli-
tarum generi do. Igitur ita feci,
vt iusſus eram: ſupellectilem me-
am extuli migrantium more de die:
ſero autem, perfoſſo mea manu
pariete, crepuſculo extuli, por-
tans humeris, illis ſpectantibus.
Mane autem Ioua mecum ſic verba
fecit: homo, nonne te interroga-
uit

g) necis cauſſa eſtis,dum eis Deo contraria perſuadetis.

uit genus Iſraelitarum, genus con-
tumax, quid ageres? Dicito eis:
ſic dicit Dominus Ioua: hieroſoly-
mitani principis eſt hoc triſte fa-
tum, et totius Iſraelitarum generis,
qui inibi verſantur: dicito: ego
vobis ſum prodigio: quemadmo-
dum ego feci, ſic eis fiet: in exſi-
lium captiui abibunt. Princeps
autem, qui verſatur inter eos, is hu-
meris ferens, crepuſculo per parie-
tem, exeundi cauſſa perfoſſum, exi-
bit, tecto vultu, ne oculis cernat ipſe
terram. Ei ego rete meum obten-
dam, captumque meis caſſibus, Ba-
bylonem in chaldæam terram per-
ducam, quam neque videbit, et ibi
morietur. Omne autem eius ſti-
patorum præſidium, omnemque
comitatum in omnes ventos diſii-
ciam, ſtrictoque gladio perſequar,
et efficiam, vt me ſciant eſſe Io-
uam, quum eos per gentes atque
terras diſſipauero atque diſper-
ſero. Ceterum reliquos ex
eis faciam homines numero pau-
cos, ab armis, fame atque peſte, vt
narrent ſua tot flagitia apud gentes,
quo venerint, ſciaturque, me eſ-
ſe Iouam. Item me his verbis ad-
fatus eſt Ioua: homo, tu panem
tuum trepide comedes, aquamque
pauide et anxie bibes, et incolas ſic
adloqueris: ſic dicit Dominus Io-
ua de iis, qui Hieroſolymam in iſ-
raelitica terra incolunt. Et panem
anxie comedent, et aquam miſere
bibent, vt derelinquatur eius ter-
ra ab his, quæ ea continentur, pro-
pter eius omnium incolarum iniu-
ſtitiam, et habitatæ vrbes deſola-
buntur, et terra deſerta erit, ſcietiſ-
que, me eſſe Iouam. Item mecum
Ioua verba fecit in hunc modum:
homo, quid vult vobis dictum iſtud
per Iſraelitarum terram dicenti-
um? longe abeſt tempus, periitque
omne oraculum. Ergo illis dicito:
ſic dicit Dominus Ioua: auferam
dictum iſtud, nec eius amplius erit
vſus apud Iſraelitas; quin prope
eſt tempus, inquies eis, et omnis
oraculi prædictio. Nec enim erit 24
amplius vllum oraculum vanum,
aut lubrica [a] diuinatio inter Iſraeli-
tarum genus. Nam ego Ioua elo- 25
quar, et, quod verbis elocutus fue-
ro, fiet: neque deinceps proroga-
bitur, quin veſtro æuo, o natio
contumax, rem et dicam et faciam,
inquit Dominus Ioua. Item me 26
ſic eſt adlocutus Ioua: homo, ecce
dictitat Iſraelitarum genus: quod 27
ille effatur oraculum, id in multum
ſpatium longinquaque tempora va-
ticinatur. Propterea dic eis: ſic 28
dicit Dominus Ioua: non differe-
tur amplius vllum meum dictum:
quam ego rem dixero, ea et fiet, in-
quit Dominus Ioua.

CAPVT XIII.

Iouana contra pſeudouates verba. Peſſimæ vaticinantes feminæ.

ITem Ioua mecum verba fecit 1
hoc modo: homo, vaticinare 2
in vates Iſraelitas vaticinantes, et
dic iis, qui ſua commenta vaticinan-
tur: audite Iouæ dicta. Sic dicit 3
Dominus Ioua: væ veſanis vatibus,
qui ſuum ſequuntur ſpiritum,
quum non præuideant. [b] Silue- 4
ſtrium vulpium ſimiles ſunt tui va-
tes, o Iſraelita. Vos non in ruinas 5
adſcenditis, aut iſraeliticam do-
mum ſepto ſepitis, in pugna ſtando
die Iouano. Vana vaticinantur 6
diuinatione fallaci, dicentes: in-
quit Ioua, quum Ioua non miſerit
eos, et ſpem facientes, euenturum
eſſe, quod dicitur. Nonne vana 7
editis oracula, falſaque diuinatis, di-
centes: inquit Ioua: quum ego
non ſim locutus? Quamobrem ſic 8
dicit Dominus Ioua: quoniam va-
na dicitis, falſaque vaticinamini,
propterea ego vobis minitor, in-
quit

a) ambigua et incerta. b) fallaces vates Dei iram non auertunt.

9 quit Dominus Ioua: et ita ma-
num adferam vatibus, qui vana ef-
ſantur, falſaque diuinant, vt in
meorum concilio non ſint, neque
Israelitarum ſcripto adſcribantur,
neque in Israelitarum ſolum per-
ueniant, ſcietisque, me esſe Domi-
10 num Iouam. Quandoquidem
meis errandi auctores ſunt, dicen-
do c pacem, quum pax non ſit, et,
d quem exſtruxit ille murum, illi in-
11 condite trullisſant: dicito trullis-
ſantibus incondite, caſurum esſe. E-
rit inundans nimbus, et vos grandi-
noſi lapides decidetis, irrumpetque
12 ventus tempeſtuoſus, atque ita
collapſo muro, nimirum ex vobis
quæretur, vbinam ſit, quod trul-
13 lisſaueritis. Ergo ego, inquit Do-
minus Ioua, tempeſtuoſum ventum
iratus impingam, eritque nimbus
inundans, et grandinoſi lapides, me
14 ira ardente ad internecionem, de-
molitusque murum, quem vos tam
incondite trullisſatis, ad terram
deturbabo, ruetque funditus, et
vos in eius medio conficiemini, ſcie-
15 tisque, me esſe Iouam: et in mu-
rum, et in eos, qui eum tam incon-
dite trullisſant, bilem meam conſu-
mam, diceturque vobis, neque
murum iam esſe, neque trul-
lisſatores eius vates Israelitas,
16 qui de Hieroſolyma vaticinantur,
et ei pacis edunt oracula, quum non
17 ſit pax, inquit Dominus Ioua. Tu
vero, homo, compone faciem tuam
in populares tuas, commenta ſua
vaticinantes, et in eas his verbis va-
18 ticinare. Sic dicit Dominus Ioua:
væ, quæ puluinulos conſuitis ad o-
mnium manuum axillas, facitisque
ceruicalia e ad omnis ſtaturæ caput,
ad aucupandas animas. Vos animas
venamini meorum, et f animas vo-
19 bis conſeruatis, meque profana-
tis apud meos, ob hordei pugillos,
panisque fruſta, animas et necand
non morituras, et conſeruando no
victuras, dum meis mentimini, au
dientibus mendacium. Quare ſi
dicit Dominus Ioua: ego puluinu
los iſtos, quorum vos aucupio ani
mas venamini, vobis de brachii
euellam, animasque dimittam, qua
rum vos vitam aucupando captatis
iſtisque laceratis puluinulis, meo
a vobis liberabo, non amplius iſti
venandos manibus, ſcietisque, me
esſe Iouam, quoniam iuſtis fal
ſum dolorem animi facitis, quum
ego eis non ſim doloris auctor: im
piorumque confirmatis actiones
ne, omisſis prauis ſuis moribus, vi
uant. Quamobrem non amplius
incerta vaticinabimini, aut diuina
tionem edetis: quin ego meos a
veſtris manibus tuebor, efficiam
que, vt, me Iouam esſe, intelligatis.

CAPVT XIIII.

Sceleratis dati a Deo falſi vates. Impios iu-ſti non eripientes. Captiuorum conſolatio.

QVum autem conuenisſent me quidam de ſenatoribus Israelitis, et coram me ſederent: Ioua ſic eſt mecum locutus: homo, hominibus iſtis ſui ſtercorei diui cordi ſunt, ſuumque detrimentoſum crimen præ ſe ferunt: debeone eis exorari? Ergo adloquere eos his verbis: ſic dicit Dominus Ioua: ſi quis israelitici generis homo ſuos ſtercoreos diuos habens in animo, ſuumque detrimentoſum crimen præ ſe ferens, conuenerit vatem: huic ego Ioua, vt tot eius ſtercoreis diuis dignum erit, reſpondebo: vt comprehendant in animis ſuis Israelis poſteri, ſeſe ſuis tot ſtercoreis diuis a me deſciuisſe. Quocirca dic Israelitarum generi: (
ſic

c) ſaluam esſe rem. d) Hieroſolymam, quam Ioua condidit, vates male tuentur, falſa promittendo, quæ res ruinæ cauſſa erit. e) omnium hominum. f) quibus vutlis, vitam promittitis meo nomine, quæ res efficit, vt ego vanus esſe videar,

ſic dicit Dominus Ioua: redite, et
auertite a veſtris ſordibus, a veſtris
tot flagitiis adſpectum auertite.
Nam quiſquis vel genere Iſraelita,
vel inter Iſraelitas commorans
peregrinus, a me deſciuerit, et ſuos
ſtercoreos diuos habens in animo,
ſuumque detrimentoſum crimen
præ ſe ferens, vatem adiuerit, eius
de me conſulendi gratia: huic
ego Ioua dignum me reſponſum da-
bo, hominemque illum, inſenſus ei,
ſic diſperdam, vt exemplo pro-
uerbioqne ſit, et ex meorum nu-
mero exſtirpabo, ſcietisque, me
eſſe Iouam. Qui vates autem
deceptus aliquid dixerit: illum ego
vatem Ioua *g* decepi, eique manum
adferam, et eum de meorum Iſrae-
litarum numero tollam, luentque
ſuam culpam eadem conſultoris
culpa, qua vatis: ne deinceps Iſ-
raelis poſteros a me per errorem
abducant, ne amplius ſuis tot pec-
catis contaminentur, ſintque mihi
populus, et ego eis ſim Deus, inquit
Dominus Ioua. Item mecum ver-
ba fecit Ioua in hunc modum:
homo, ſi ego cuipiam regioni, quæ
contra me peccando crimen com-
miſerit, manum adferam, fracto-
que ei panis adminiculo, et immiſſa
in eam fame, homines ex ea beſtias-
que exſcindam, et fuerint in ea *h* hi
tres viri, Noa, Daniel, et Iobus: ii
demum ſua iuſtitia vitam ſuam li-
berabunt, inquit Dominus Ioua.
15 Si feras in terram immiſero, quæ
eam ita depopulentur, vt deſerta ſit,
nullo in ea verſante, propter be-
16 ſtias, tribus iſtis viris in ea verſan-
tibus: ita viuam, inquit Dominus
Ioua, vt neque filios neque filias li-
berabunt: ipſi ſoli euadent, terra
17 deſerta. Aut arma in terram illam
intulero, iuſſiſque armis per
terram illam graſſari, exſcin-
dam ex ea tum homines tum be-
18 ſtias, tribus iſtis viris in ea verſan-
tibus: ita viuam, inquit Dominus
Ioua, vt filios filiasue non libera-
bunt, ſed ſoli euadent. Aut immiſ- 19
ſa in terram illam peſte, meam bi-
lem in eam cædibus infundam, ho-
mines beſtiasque ex ea exſtirpando,
et Noa, Daniel, et Iobus in ea fue- 20
rint: ita viuam, inquit Dominus
Ioua, vt neque filium, neque filiam
liberabunt: ipſi ſua iuſtitia vitam
ſuam liberabunt. Enimuero ſic 21
dicit Dominus Ioua: atqui quum
quatuor mea mala ſupplicia, arma,
famem, feras, et peſtem in Hiero-
ſolymam immiſerim, hominum pe-
corumque ex ea exſtirpandorum
gratia: * tamen ſuperſunt in ea, qui 22
elapſi educantur, filii atque filiæ, ii-
que ad vos profecturi ſunt, quo-
rum vobis perſpecti mores atque
natura, conſolationem adferent ma-
lorum, quæcumque ego in Hiero-
ſolymam importaui, vosque con- 23
ſolabuntur, quum, perſpectis eo-
rum moribus atque ſtudiis, intelli-
getis, non ab re feciſſe me, quidquid
ei feci, inquit Dominus Ioua.

CAPVT XV.

Incendia Hieroſolymæ prædicta. Vitis imago facile comburendæ. Incenſus in populos Ioua.

ITem mecum locutus eſt Ioua his
verbis: homo, * quid fieri poſ- 1
ſit ligno vitis ex omnibus ra- 2
moſis arboribus, quæ ſunt in arbo
rum ſilua? An ſcilicet ſumetur ex
eo lignum adhibendum operi? an 3
ſumetur ex eo clauus, in quo quod-
piam ſuſpendatur vtenſile? Quid 4
ſi eo in ignem coniecto, vt conſu-
matur, ignis vtrumque eius extre-
mum conſumſerit, medium autem
vſtulatum ſit: an erit ad opus ac-
commodatum? Etiam quum eſ- 5
ſet integrum, non adhibebatur ad
opus, nedum vt poſtquam igni ab-
ſumtum atque vſtulatum eſt, fiat ex
eo

g) falſo ſpiritu adflaui. Vide 3 Regum 22. Malo conſultori malum vatem dat Deus, et contra. *h*) pauci viri boni, quales fuerunt illi.

6 eo opus. Ergo ſic dicit Dominus
Ioua: quale lignum vitis eſt in ar-
borum ſilua, ſi quis id comburen-
dum in ignem coniecerit, tales ego
7 Hieroſolymitanos reddam, et, eis
infenſus, efficiam, vt, ignem egreſſi,
conſumantur igne, ſcietiſque, me
eſſe Iouam, quum eis infenſus eo-
rum terram vaſtam reddidero:
8 quoniam in me crimen commiſe-
rint, inquit Dominus Ioua.

CAPVT XVI.

Ingentia Ioua merita in populos. Horum ingratitudo, idololatria. Vindex in impios Deus. Non immemor ſui fœderis Ioua.

1 PRæterea mecum locutus eſt in
2 hunc modum Ioua: homo,
oſtende Hieroſolymæ ſua ſce-
3 lera, dicens: ſic dicit Dominus Io-
ua Hieroſolymæ: *i* tu originem na-
taleſque trahis ex chananæa terra:
tibi et pater Amorræus, et mater
4 Hettæa eſt, et ita natali tuo die nata
es, vt neque tibi abſciſſus ſit vmbili-
cus, neque aquæ lotione fota ſis, ne-
que ſale ſalita, nec inuoluta faſciis.
5 Nullus miſericordia erga te motus,
vllam iſtarum rerum tibi præſtitit,
ſed ſub dio abiecta, cum vitæ tuæ
6 periculo,natali tuo die iacuiſti. At
ego te præteriens, conſpicatus in
cruore tuo volutantem, *k* dixi tibi:
viue, cruenta, viue, inquam, cruen-
7 ta, multiplici incremento tam-
quam terreſtrem ſtirpem te auxi,
creuiſtique et adoleuiſti, et eo per-
ueniſti, vt mundo comenda fores,
adepta mammas, et capillos adul-
tos: ſed eras nuda atque detecta.
8 Ego vero te præteriens, quum
animaduertiſſem eius ætatis eſſe,
quæ eſſet amoribus idonea: ex-
panſo in te meo gremio, tuam na-
turam texi, tibique iurans, *l* tecum
fœdus feci, inquit Dominus Ioua,
9 factamque meam aqua perlui, cruo-
rem tuum elui, te vnguento perun-
10 xi, phrygianis indui, calceaui me-
linis,amiciui byſſo, ſerico operui
ornamentis comſi, manibus ar
millas, iugulo torquem accommo
daui, faciei frontale, auribus inau
res addidi, et capiti decoram impo
ſui coronam. Tu vero et auro a
que argento ornata, et byſſo, ſer
co, phrygionatiſque veſtita, et ſ
mila, melle, oleo paſta, atque i
formoſiſſima et regno idonea facta
quum iſtius pulchritudinis nome
per gentes propagatum foret
quippe quæ eſſet perfecta o
meum decus, quod ego tibi ad
poſuiſſem, inquit Dominu
Ioua; tu, inquam, freta tua pu
chritudine, meretricata es, læ
dendoque famam tuam, impudici
tiæ tuæ copiam omnibus viatoribu
effuſe contra fas feciſti. Tum,ſumt
parte veſtium tuarum, tibi varia f
ciſti ſacella,in quibus contra fas co
traque ius meretricata es. Præte
ea ſumto tui decoris inſtrumento
ex auro argentoque meo, quod eg
tibi dederam, feciſti tibi maſcula
imagines, cum quibus ſcortata e
quaſque, ſumtis tuis phrygionat
veſtimentis, operuiſti, et eis vn
guentum ſuffitumque meum adpo
ſuiſti, et cibum meum, quem eg
tibi dederam, ſimilam, oleum, me
quo ego te cibaueram, ea tu illis a
ſuauem odorem obieciſti: ita e
inquit Dominus Ioua. Et inſupe
filios filiaſque tuas, quos mihi pe
pereras, ſumſiſti, ac illis ad cibum
immolaſti, quaſi parum eſſet impu
dicitia tua, niſi meos mactares na
tos,et illis *m* traiiciendo dares. I
quibus ſane tuis tot flagitiis atqu
ſtupris non recordata es ætate
pueritiæ tuæ, quum nuda detecta
que in cruore tuo volutareris
Quinetiam poſt tua tam multa ſce
lera, (hei, hei tibi, inquit Dominu
Ioua,) tu tibi lupanaria exſtruxiſti
et ſacella paſſim per vicos feciſti
quibus ſacellis, paſſim per compit
con

i) impura es,vt illæ gentes,vt ab illis genus ducere videaris. *k*) vitam tibi cruentæ conſeruaui. *l*) te mihi deſponſaui. *m*) ſcilicet per ignem.

conſtructis, tuam inceſtaſti pulchri-
5 tudinem, et tuos cunctis viatori-
bus diuaricans pedes, libidini indul-
6 ſiſti, cumque ægyptiis homini-
bus, vicinis tuis, magna membra ha-
bentibus, ſcortando, multa luxuria
7 ad irritandum me vſa es. Quum-
que ego, tibi manum adferens, tuum
inſtitutum abrupisſem, et te inimi-
carum tuarum libidini dedidisſem;
8 videlicet palæſtinarum *n* puellarum,
quas tuorum tam probroſorum
puderet morum: ſcortata es cum
9 asſyriis hominibus, inſatiabilis, et
ne ſic quidem libidine ſatiata, im-
pudicitiam tuam per chananæam
terram ad Chaldæam vsque propa-
0 gaſti, ne ſic quidem exſaturata. O
te perditæ mentis, inquit Dominus
Ioua, quæ facias iſta tot opera me-
1 retricis impudentis: dum tua pro-
ſtibula ſacellaque pasſim per omnia
compita vicoſque ædificas atque
2 facis. Neque vero meretricis ſi-
milis es, negligendo quæſtum: aut
mulieris adulteræ, quæ pro viro ſuo
3 admittit alienos. Quum cunctis me-
retricibus dari ſoleat merces, tu
mercedem cunctis tuis amatoribus
ſoluis, eoſque luxuria tua conducis,
4 vt ad te veniant vndique: fitque in
te, tua iſta libidine, contra mulie-
rum conſuetudinem, dum non amb-
iris ipſa ad ſcortandum, ſed et pre-
tium das, neque tibi pretium datur,
5 atque ita ceteris contraria es. Qua-
re, o meretrix, audi Iouæ dicta:
6 ſic dicit Dominus Ioua: quoniam
tuum et *o* æs profuſum, et obſcena
detecta ſunt, tua iſta in amatores
tuos, inque tot ſtercoreos iſtos et
abominandos diuos, libidine tuo-
rumque liberorum ſanguine, quem
7 illis dediſti: propterea ego con-
gregabo omnes et amatores tuos,
quibus tu te oblectaſti, et quoscum-
que adamaſti, vna cum omnibus,
quos odiſti, eos, inquam, aduer-
ſum te vndique congregabo, eiſque
obſcena tua ita patefaciam, vt tua o-
mnia verenda videant, et tibi 38
adulterarum et ſicariarum pœnas
irrogabo, ſuppliciumque de te ſu-
mam, quale ſolet *p* ira et obtrecta-
tione inferri, et te in eorum ma- 39
nus tradam, qui tua proſtibula
euertent, ſacellaque diruent, teque
tuis ſpoliatam veſtibus, ablato tui
decoris inſtrumento, nudam deſti-
tuent atque detectam, et, adducta 40
in te multitudine, lapidibus obru-
ent, gladiiſque perfodient, et tuas 41
domos igni comburent, atque in te
exempla edent, cernentibus multis
q mulieribus, teque a meretricando
coercebo, efficiamque, vt nullum
deinceps pretium ſoluas, et *r* meam 42
bilem in te ſedabo, ſublataque mea
in te obtrectatione, quieſcam, non
ſæuiturus amplius. Quoniamque, 43
immemor tuæ puerilis ætatis, me
iſtis omnibus irritaſti; ego quoque
tuos mores in caput iſtud vlciſcar,
inquit Dominus Ioua, ita vt ſuper
tua tot ſcelera flagitium non facias.
Iam vero quicumque prouerbiis
vtuntur, ii in te prouerbium hoc 44
dicent: ſimilis matri filia. Tu
s tuæ filia matris es, quæ et virum et 45
natos ſuos reſpuit: et ſororum
tuarum ſoror es, quæ et viros et 46
natos reſpuerunt ſuos. Veſtra ma-
ter Hettæa, et pater Amorræus,
tuaque ſoror maior eſt cum ſuis
filiabus Samaria, quæ ad ſiniſtram
tuam degit. Minor autem te ſoror
tua eſt ad dexteram tuam habitans 47
Sodoma cum ſuis filiabus. Quam-
quam tu propemodum earum mo-
res et ſcelera non es imitata, ſed in
omnibus tuis moribus nequior illis
fuiſti. Sic viuam, inquit Dominus
Ioua, vt non fecit tua ſoror Sodo- 48
ma, vna cum ſuis filiabus, qualia tu,
vna cum tuis filiabus feciſti. Hæc
ſane culpa fuit Sodomæ ſororis 49

n) ciuitatum. *o*) pecunia. *p*) ab iratis et zelotypis maritis. *q*) gentibus. *r*) ſatiabo me pœnis, quibus tu adeo opprimeris, vt deinceps flagitium, quod mihi obtrectationem moueat, facere nequeas. *s*) hoc eſt ſimilis.

tuæ, quod quum tum ipſa, tum
eius filiæ, culmen et victus ſaturita-
tem, otiique proſperitatem habe-
rent: inopibus egentibusque non
50 opitulatæ ſunt, ſed ſuperbientes
flagitium aduerſum me fecerunt:
51 quo ego viſo, eas ſuſtuli. Samaria
quidem dimidium peccatorum tuo-
rum non commiſit: adeoque tu il-
las tuis ſceleribus ſuperaſti, vt tot
ſceleribus committendis tuas ſoro-
52 res [t] inſontes reddideris. Ergo tu
tuam lue obſcenitatem, quæ tuis
ſororibus patrocinata ſis; dum
peccatorum tuorum fœditate ſu-
peratæ ſunt, innocentiores te: tu
quoque turpiter obſcenitatem tuam
lue, quæ ſorores tuas reddideris in-
53 nocentes. Itaque reuocabo earum
captiuos, videlicet Sodomæ et eius
filiarum, et Samariæ eiusque filia-
54 rum, * et in his etiam tuos: vt ob-
ſcenitatis tuæ des pœnas, teque pu-
deat omnium, quæ feceris, dum
55 conſolaris illas: tuaque ſoror So-
doma et eius filiæ in priſtinum ſta-
tum redibunt, et Samaria eiusque
filiæ in priſtinum ſtatum redibunt,
et tu filiæque tuæ in priſtinum ſta-
56 tum redibitis: quæ dignata non
eſſes ſororis tuæ Sodomæ iſto ore
mentionem facere, [u] quum in faſti-
57 gio fores, ante patefactam praui-
tatem tuam, vt tempore dedecoris
puellarum Syriæ, et omnium eius
finitimarum puellarum Palæſtina-
rum, quæ nunc vndique te deſpi-
58 cantur: Tu tuum flagitium ſcele-
59 raque lues, inquit Ioua. Sic enim
dicit Dominus Ioua: ego tibi pa-
rem gratiam referam, quæ, violan-
do fœdere ſacramentum contemſe-
60 ris. Sed memor ego fœderis, quod
mihi tecum tua puerili ætate ictum
eſt; pangam tecum fœdus æter-
61 num, teque, tuos recordantem
mores, pudebit, admiſſis tuis ſorori-
bus tum te grandioribus, tum mi-
noribus, [v] quas ego tibi filias dabo,

nec id ex tuo fœdere, tecumqu
fœdus meum ſtabiliam, ſciesque, me
eſſe Iouam: vt te memorem pu
deat: nec audeas amplius hiſcer
præ pudore tuo, quum tibi, quæcum
que feceris, ignouero, inquit Domi
nus Ioua.

CAPVT XVII.

*Aquilæ geminæ. Sedecias in Aegyptum per
fidus. Idem rex mortuus. Zorobabel i
regnum ſuſcipiendus.*

AD hæc mecum Ioua locutu
eſt his verbis: homo, pro
pone ænigma, et ede ſenten
tiam Iſraelitarum generi, atque it
dicito: ſic dicit Dominus Ioua
aquila ingens, ingens alis, long
corpore, plena plumis atque pictu
rata, venit in Libanum, ſumſit
que cedri ſurculum, et decerptum
eius ramorum caput, ſublatumque
in mercatoriam terram, colloca
uit in vrbe negotiatorum. Præter
ea ſumſit ex eius terræ ſeminario,
quod in ſolo ſatiuo, (quod largo hu-
more irriguum deſumſerat,) poſuit,
et compoſite collocauit, id quod
exortum * euaſit in luxuriantem vi-
tem, ſtatura humilem, in ſuo con-
ſpectu ſuos habentem palmites,
ſuasque radices ſubter ſe. Id igitur
in vitem euaſit, actisque durami-
nibus, emiſit ſarmenta. Erat au-
tem aquila quædam ingens, ingens
alis, abundansque plumis, ad quam
ecce vitis illa ſuas flexit radices, ei-
que ſuos palmites porrexit, vt ab
ea per ſui ſatus ordines irrigaretur,
quum eſſet ipſa in bono ſolo, et in
multo humore ſata, vt et pampinos
ederet, et fructum ferret, eſſetque
vitis nobilis. Ergone ei bene eue-
niet, (inquies,) inquit Dominus Io-
ua? Nonne aquila, eius et radices
exſtirpabit, et fructum decerpet,
vt, arefactis omnibus eius vitium
ramis, exareſcat? nec magna ſane
manu

t) effeceris, vt præ te inſontes eſſe videantur. u) regnante Dauide, qui Syros e
Palæſtinos ſubiugauit. v) Hieroſolyma mater eſt chriſtianorum ex fœdere gratiæ

manu multiſque copiis vtetur in ea
tollenda radicitus. An videlicet
ſata feliciter aget? nonne adflata
euro areſcet, et areſcet in ſuarum
vitium ordinibus? Tum adlo-
quens me Ioua: dic, age, nationi
contumaci, inquit: an ignoratis,
quid hæc ſint? Venit, inquies, Ba-
byloniæ rex Hieroſolymam, ca-
ptumque eius regem et proceres
Babylonem ad ſe deportauit. Præ-
terea ſumſit de regio ſemine, cum
quo ad ſacramentum adacto pactio-
nem fecit, regioniſque potentiſſi-
mos abſtulit: vt eſſet humile re-
gnum, ne ſeſe efferret, ſed eius
pactione ſeruanda ſtaret. At ille
in eum rebellauit, miſſis in Aegy-
ptum legatis, per quos copioſum
equitatum poſtularet et exerci-
tum. Ergone ei bene eueniet? er-
gone euadet, qui hæc fecerit, pa-
ctumque violarit? Euadet vero?
Ne viuam ego, inquit Dominus Io-
ua, ni in patria regis eiuſdem, a
quo factus rex, eius ſacramentum
contemſit, pactumque violauit, ni
apud eum in media Babylone mo-
rietur, nec ei magno cum exer-
citu multiſque copiis in bello ſub-
ueniet Pharao, quum exprimetur
agger, exſtrueturque propugna-
culum ad multorum mortalium ex-
cidium. Et quia violando pacto
ſacramentum contemſit, quumque
manum * dediſſet, tamen hæc o-
mnia fecit, non euadet. Quocir-
ca ſic dicit Dominus Ioua: ne vi-
uam, ni meum ſacramentum eſt,
quod contemſit, meumque pa-
ctum, quod violauit, idque in e-
ius caput vlciſcar, tendamque
in eum rete meum, et meo caſſe
captum Babylonem deportabo,
vbi de eo ſupplicium ſumam crimi-
nis, quod contra me commiſit.
Omnes autem eius profugi, cum
toto eius comitatu, ferro cadent:
reliqui in omnes regiones diſſipa-
buntur, ſcietiſque, me Iouam lo-
cutum fuiſſe. y Sumam autem, in- 22
quit Dominus Ioua, de proceræ
cedri coma, decerptumque ex eius
ſurculorum cacumine flagellum,
deponam, plantaboque in edito 23
atque eminenti monte, idque, per
me in altiſſimo Iſraelitarum monte
depactum, ramos edet, fructum-
que pariet, fietque cedrus nobilis,
ſub qua, et in cuius ramorum vm-
bra, omnes aues, omnes habita-
bunt alites, ſcientque omnes ter- 24
reſtres arbores, me Iouam arbores
et altas deprimere, et humiles ex-
tollere, et areſacere virentes, et ari-
das vireſacere: ego Ioua et dico et
faciam.

CAPVT XVIII.

Suam quiſque calamitatem ferens. Corrigentium ſe facilis felicitas. Ad probitatem cohortatio. Iouana in ſupplices benignitas.

ITem mecum Ioua locutus eſt his 1
verbis: quid ſibi vult prouer- 2
bium iſtud, quod vos per iſrae-
liticam terram iactatis, dicentes:
patres comederunt vuam acerbam,
et liberorum dentes ſtupent. Ne 3
viuam, inquit Dominus Ioua, ni
non erit vobis amplius vſus iſtius
prouerbii apud Iſraelitas. Quum- 4
que omnes meæ ſint animæ, quum
tam patris, quam filii anima ſit mea:
quæ anima peccauerit, ea morie-
tur. Ac qui homo iuſtus fuerit, 5
æquumque et ius fecerit, in mon- 6
tibus non polluxerit, aut oculos
ſuſtulerit ad ſtercoreos diuos iſrae-
liticæ domus, neque alterius vxo-
rem ſtuprauerit, nec ad menſtrua-
lem feminam acceſſerit, nemi- 7
nem læſerit, ſuum debitori pignus
reddiderit, non exercuerit rapi-
nam, victum ſuum impertiuerit
eſurienti, nudumque veſte texerit,
fenori non dederit, nec vſuram ac- 8
ceperit, ab iniquitate continuerit
manum, verum iudicium in ho-
minum controuerſiis fecerit, ex 9
meis

x) ſcil. Nabuchodonoſori, y) Vide cap. 21. paullo ante finem.

meis decretis ſe gesſerit, measque
ſententias, verum faciendo, con-
ſeruauerit: is iuſtus viuet, inquit
10 Dominus Ioua. Quod ſi filium
genuerit perditum, ſanguinarium,
qui in quodlibet horum commiſe-
11 rit, nec hæc omnia fuerit exſecu-
tus, quin polluxit in montibus,
12 ſtuprauit vxorem alterius, ino-
pes pauperesque læſit, rapinam
exercuit, pignus non reddidit, ad
ſtercoreos diuos ſuſtulit oculos, fe-
13 cit ſcelus, fenerauit, accepitque
vſuram: isne viuet? non viuet,
qui hæc tot ſcelera fecerit, ſed me-
14 rito morte pœnas dabit. Rurſum
ſi is filium genuit, qui, animaduer-
ſis tot commiſsis a patre ſuo pecca-
15 tis, metuit nec imitatur illa, in
montibus non pollucet, nec ocu-
los ad domus iſraeliticæ ſordes at-
tollit, alterius vxorem non ſtuprat,
16 neminem lædit, non retinet pignus,
non rapinam exercet, victum ſuum
famelico largitur, nudumque veſte
17 tegit, ab inope manum abſtinet,
fenus et vſuram non accipit, meas
ſententias exſequitur, et meis inſti-
tutis obſequitur: is ſui patris culpa
18 non morietur, ſed viuet. Pater
eius ſi fraudauit, ſi quid fratri eri-
puit, denique ſi quid non rectum
fecit inter ſuos populares: is ſua
19 culpa mortuus eſt. Quod ſi quæ-
ritis, cur non luat patris culpam fi-
lius: fecit ius æquumque filius, o-
mnia decreta mea conſeruauit at-
que obiuit: dignus eſt, qui viuat.
20 Quæ anima peccauerit, ea morie-
tur: non filius patris, non filii pa-
ter culpam luet: et ſuam iuſtitiam
iuſtus, et ſuam impietatem feret
21 impius. Quod ſi quis impius ab
omnibus ſuis, quæ commiſit, pec-
catis recesſerit, omniaque mea pla-
cita conſeruauerit, et ius æquum-
que fecerit: viuet, non morietur,
22 quidquid peccatorum commiſit,
non recoletur ei, ſed ſua, quam ex-
23 ercuerit, iuſtitia viuet. Num ego
impii mortem expeto? inquit Do-
minus Ioua, ac non vt a moribus
ſuis recedat atque viuat? Rurſum
ſi iuſtus, omisſa ſua iuſtitia, nequi-
ter egerit, omnia, quæ commit-
tunt impii, ſcelera imitatus: is ne
viuet? omnes eius virtutes, quas
exercuerit, non recolentur ei, quin
ob commisſum a ſe crimen atque
peccatum morietur. Et negatis
z Domini conſtare rationem? Audi
te ſane, genus Iſraelis, meane ra
tio non conſtet, an potius veſtra
rationes non conſtent. Quum iu
ſtus, omisſa iuſtitia ſua, nequite
egit, ob eaque moritur: is ob com
misſam a ſe culpam moritur. Rur
ſus quum impius, omisſa, quan
exercuit, impietate, ius æquum
que facit: is vitam ſuam conſerua
quodque, perpenſa re, ab omnibu
quæ exercuit, peccatis recedit, v
uere debet, non mori. Et nega
Iſraelis domus Domini conſtare ra
tionem? Meæne, ac non potiu
veſtræ, domus Iſraelis, ratione
non conſtant? Itaque vos ego pr
ſuis quemque meritis iudicabo
domus Iſraelis, inquit Domin
Ioua: redite, et vos reuocate a
omnibus peccatis veſtris, et n
erit vobis detrimento culpa. A
iicite a vobis, quæcumque pecca
commiſiſtis, et vobis cor nouu
mentemque nouam comparate,
non moriamini, domus Iſrael
Non enim mortem aueo morie
tis, inquit Dominus Ioua: reu
cate vos, et viuite.

CAPVT XIX.

Leunculi et leo. Ioachazi et Ioacimi cap uitas. Eruta vinea. Hieroſolymæ rui imminens.

TV vero ede in Iſraelitaru principes næniam, et dicit iam vero tua mater leæn cubans inter leones, in medio uenum leonum enutriuit ſuos tul

z) Dominum esſe iuſtum.

3 tulos. Quorum [a] vnus * vbi in leo-
nem adoleuit, doctus prædam ra-
4 pere, homines comedit. Quod
poſtquam de eo audiuere gentes:
eum, ſua fouea captum, duxerunt
5 catenis in ægyptiam terram. At
illa, videns, amisſa ſpe, fruſtra ſe ex-
ſpectare, ſumſit vnum ſuorum ca-
6 tulorum, leonemque effecit, [b] qui
inter leones verſatus, factus et ipſe
leo, prædam rapere didicit, ho-
minesque comedit, * et eorum ar-
7 ces populatus eſt, vrbes deſolauit,
terramque et, quod ea continebatur,
tur, ſui rugitus ſonitu vaſtauit.
8 Hunc vndique adortæ gentes ex
prouinciis rete ſuum ei obtende-
runt, ſuaque fouea captum dederunt
9 in cuſtodiam, catenisque conſtri-
ctum ad Babyloniæ regem adduxe-
runt, et in munitiones coniecerunt:
ne vox eius amplius audiretur in
10 montibus israeliticis. * Tua mater
tamquam in humore ſata vitis, te
[c] cruento, frugifera pampineaque
fuit ob humoris abundantiam. Ea
11 virgas habuit validas ad ſceptra im-
peratoria, quæ quum inter comam
in eam ſurrexisſent proceritatem,
vt altitudine ſua in palmitum copia
adparerent, ea furenter eruta, hu-
12 mi proſtrata eſt, eiusque fructum
arefecit eurus, euulſasque et arefa-
ctas eius fortes virgas conſumſit i-
13 gnis. Nunc autem in inculto plan-
tata loco eſt, in arida ac ſiticuloſa
14 terra, et profectus ignis a virgis
eius duraminum fructum eius con-
ſumſit, nec eſt in ea virga potentiæ,
15 baculus ad dominandum. Hæc
nænia, et quidem lamentabilis eſt.

CAPVT XX.

In ingratos inexorabilis Deus. Caſtigandi ingrati, rurſus liberandi. Sentis incenſi figura. Comburenda Hieroſolyma.

1 ANno ſeptimo, quinti menſis
die decimo, venerunt qui-
dam de ſenatoribus Israelitis
ad Iouam interrogandum, quibus
apud me manentibus, Ioua me his
verbis adfatus eſt: homo, adlo- 2
quere ſenatores Israelitas, eisque
dicito: ſic dicit Dominus Ioua: 3
vosne mei interrogandi cauſſa ve-
niſtis? Ita viuam, vt vobis non
exorabor, inquit Dominus Ioua:
ſcilicet [d] patrocineris eis? ſcilicet 4
patrocineris? homo. Scelera ma-
iorum ipſorum eis demonſtra, et
ita dicito: ſic dicit Dominus Ioua: 5
quum Israelitas elegisſem, * promi-
ſisſemque ſtirpi iacobeæ domus, et
eis in ægyptia terra cognitus, re-
cepisſem, me eſſe Iouam eorum
Deum; quum, inquam, eis pol- 6
licitus esſem, educturum eſſe eos
ex ægyptia terra, in terram, quam
eis prouidisſem, lacte melleque
fluentem, quæ esſet terrarum o-
mnium nobilisſima: eos monui, 7
vt eas quisque [e] obſcenitates abiice-
rent, in quas coniectos oculos ha-
berent, neue Aegyptiorum ſterco-
reis diuis contaminarentur: me eſ-
ſe Iouam ipſorum Deum. At illi 8
in me contumaces mihi obedire no-
luerunt, nec eas quisque obſceni-
tates abiecerunt, in quas coniece-
rant oculos, nec Aegyptiorum reli-
quere ſtercoreos diuos. Ergo co- 9
gitaueram in eos bilem meam ef-
fundere, iramque conſumere in
media Aegypto: ſed feci mei no- 10
minis cauſſa, (ne id profanaretur a-
pud gentes, inter quas illi verſaban-
tur, quibusque ſpectantibus, ego
illis innotueram,) vt eos ex ægyptia
terra educerem. Itaque eductos 11
ex ægyptia terra, in ſolitudinem
perduxi, eisque mea inſtituta tra- 12
didi, et ſententias ostendi, in qui-
bus obeundis ſita homini vita esſet.
Mea quoque ſabbata eis tradidi,
quæ argumento eſſent inter me et
ipſos, quo ſciretur, me Iouam eſ-
ſe, qui eos redderem ſanctos. Sed 13
in me contumaces Israelis poſteri
in

a) Ioachaz Ioſiæ filius. b) Ioacimus. c) recens nato. d) hoc enim fecerat vates cap. 9. e) obſcenos deos.

in deſertis non ſe geſſerunt, vt po-
ſtulabant inſtituta mea, ſententiaſ-
que meas repudiarunt, in quibus
exſequendis homini poſita vita eſt,
meaque ſabbata admodum profa-
narunt. Itaque cogitaueram eos in
deſertis, bile mea perfuſos, confice-
14 re. Sed habui mei nominis ratio-
nem, ne id profanaretur apud gen-
tes, quibus ſpectantibus, eos edu-
15 xeram. Tametſi confirmaui eis
in deſertis, non eſſe me introductu-
rum eos in terram, quam *G. L.* eis
H. lacte melleque manantem dediſ-
ſem, quæ eſſet omnium nobiliſſi-
16 ma terrarum: quoniam mea iura
repudiaſſent, nec, vt mea ferebant
inſtituta, ſe geſſiſſent, et mea ſab-
bata profanaſſent, quippe ſequen-
tes animo ſuos ſtercoreos diuos.
17 Quamquam mihi ab eorum interi-
tu temperaui, nec eos in deſertis
18 funditus deleui; ſed eorum natos
in deſertis admonui, ne patrum ſuo-
rum inſtituta ſequerentur, aut mo-
res retinerent, ſtercoreisue diuis
19 coinquinarentur: me eſſe Iouam
ipſorum Deum: parerent meis in-
ſtitutis, measque ſententias tueren-
20 tur et obirent, et ſabbata ſancte
agerent, quæ eſſent inter me et i-
pſos ſigno, quo intelligeretur, me
21 Iouam eſſe ipſorum Deum. At
contumaces contra me nati non
paruerunt meis decretis, non meas
ſententias exſequendo ſeruarunt,
quæ ſunt eiusmodi, vt in eis exſe-
quendis homini poſita vita ſit: mea-
que ſabbata profanarunt. Hanc
ob rem cogitabam in eos bilem me-
am effundere, iramque abſumere in
22 deſertis. Verum meam manum
reuocaui, habuique mei nominis
rationem: ne id profanaretur apud
gentes, quibus ſpectantibus, eduxiſ-
23 ſem illos. Tamen eis in ſolitudi-
ne confirmaui, me eos per gentes
atque terras diſiecturum et diſper-
24 ſurum eſſe: quoniam iura mea non
obiiſſent, decretaque repudiaſſent,
et ſabbata profanaſſent, *f* ſecutique
oculis eſſent maiorum ſuorum ſter-
coreos diuos. Itaque ego etiam 2
eis decreta tradidi non bona, et ſen-
tentias, in quibus non eſſet eis vita
poſita, eosque contaminaui ob 2
ſua donaria, qui fetus omnes, [qui
vuluam aperuiſſent, *g* traiicerent, vt
eos euaſtarem, quo me Iouam eſſe
ſcirent. Quamobrem adloquere 2
genus Iſraelitarum, homo, et eis
dicito: ſic dicit Dominus Ioua. In
eo præterea me dedecorauere ma-
iores veſtri, crimen committentes
contra me, quod quum eos in 2
terram, quam eis daturum promi-
ſeram, introduxiſſem, illi, animad-
uerſis paſſim editis collibus, arbori-
busque comantibus, ibi ſua fecerunt
ſacrificia, ibi *h* ſuæ libationis irrita-
mentum collocarunt, ibi poſuere
ſuos odores ſuaues, ibi fuderunt li-
bamenta ſua, et ex eis ego quæſi- 2
ui, *quodnam eſſet ſacellum, ad
quod irent, vnde ſacellum nomina-
tum eſt ad hunc diem. Quare dic 3
Iſraelitarum generi: ſic dicit Domi-
nus Ioua: ſcilicet vos maiorum ve-
ſtrorum moribus polluti, et eorum
ſecuti obſcenitates, ſcortati fueritis,
ferendisque veſtris donariis, filios 3
veſtros per ignem traiiciendo, iſtis
tot ſtercoreis diuis ad hunc diem
contaminati: et ego vobis exora-
bor, domus Iſraelis? Ita viuam, in-
quit Dominus Ioua, vt vobis non
exorabor, neque fiet, quod vos 3
mente conceptum habetis, qui co-
gitetis ſimiles eſſe ceterarum gen-
tium nationumque terrarum fa-
mulando lignis atque lapidibus. Ne 3
viuam, inquit Dominus Ioua, niſi
in vos rigida manu, porrecto bra-
chio, effuſaque bile regnabo, vos- 3
que ex populis educam, et ex terris,
per quas eritis diſſipati, colligam ri-
gida manu, porrecto brachio, ef-
fuſaque bile, et in populorum ſo- 3
litu-

f) coluiſſent et in pretio habuiſſent. *g*) ſc. per ignem. *h*) ſuas libationes, quibus ego irritarer.

litudinem perducam, vbi vobis-
cum præſens cum præſentibus iure
5 agam. Vt egi cum maioribus ve-
ſtris in ægyptia ſolitudine, ſic vo-
biſcum iure agam, inquit Domi-
7 nus Ioua, ſub iugumque miſſos
8 adigam ad vinculum fœderis, ac
ſeparatos a vobis eos, qui rebelles
a me deſciuerint, educam ex ſuæ
peregrinationis terra, nec in Iſrae-
litarum terram venient, ſcietiſque,
9 me eſſe Iouam. Vobis vero, do-
mus Iſraelis, ſic dicit Dominus Io-
ua: ite, ſeruite ſuis quiſque ſterco-
reis diuis, poſtquam mihi non obe-
ditis, et [i] meum ſanctum nomen ne
profanate amplius veſtris donariis
0 ſtercoreiſque diuis. Nam in meo
ſacro monte, in altiſſimo Iſraelita-
rum monte, inquit Dominus Ioua,
ibi mihi ſeruiet vniuerſa domus Iſ-
raelis, qua quidem in terra eis faue-
bo, et ibi veſtra honoraria veſtro-
rumque munerum primitias in o-
mnibus veſtris dicatis libenter ad-
mittam, vobis per ſuaues odores
fauens, quum vos ex populis edu-
xero, et ex terris collegero, per quas
fueritis diſperſi, atque [k] in vobis ſan-
ctus habebor apud gentes, ſcietiſ-
que, me eſſe Iouam, quum vos in
iſraeliticam terram introduxero:
quam terram maioribus veſtris da-
turum eſſe me promiſi, atque il-
lic vos, morum omniumque ſtudio-
rum veſtrorum memores, quibus
fueritis contaminati, tædebit, pu-
debitque tot commiſſorum a vobis
ſcelerum, ſcietiſque, me eſſe Io-
uam, quum vos mei nominis gratia
aliter tractauero, quam veſtri vi-
tioſi mores corruptaque ſtudia me-
rentur, domus Iſraelis, inquit Do-
minus Ioua.

CAPVT XXI.

Hieroſolymæ futurum excidium. Sedeciæ captiuitas. Populi cædes. Babylonius gladius. Conſeruandum Iudææ ſceptrum. Ammonitarum et Aſſyriorum miſeriæ venturæ.

ITem me adlocutus eſt Ioua his 1
verbis: homo, compone faciem
tuam verſus auſtrum, et [l] perfun-
de notum, ac in meridiani agri ſil-
uam vaticinare, et meridianæ ſil-
uæ dicito: audi Iouæ dicta. Sic 2
dicit Dominus Ioua: ego te igne in-
cendam, qui in te omnes tum viri-
des tum aridas conſumet arbores,
inexſtincta flammante flamma, qua
flagrabunt omnes facies a meridie
ad ſeptemtriones, videbuntque
mortales omnes, me Iouam eam
accendiſſe non exſtinguendam. At 3
ego: o Domine Ioua, inquam, ipſi
me figurata oratione vti dicunt.
Et Ioua me adloquens, homo, in- 4
quit, compone faciem tuam ver-
ſum Hieroſolymam, et perfunde
fanum, ac in iſraeliticam terram
vaticinare, et iſraeliticæ terræ di-
cito: ſic dicit Ioua: te ego peto, 5
eductoque ex ſua vagina meo gla-
dio, exſcindam ex te et bonos et im-
probos. Et quoniam ex te et bo- 6
nos et improbos exſcidero, pro-
pterea exibit ex vagina ſua meus
enſis in omnes mortales a meridie
ad ſeptemtriones, ſcientque mor- 7
tales omnes, me Iouam meum en-
ſem ex vagina ſua eduxiſſe, non am-
plius reuerſurum. Tu vero, ho- 8
mo, ingemiſce, et cum laterum ru-
ptione atque acerbe ingemiſce, illis
ſpectantibus. Quod ſi te interro- 9
gauerint, quorſum ingemiſcas? di-
ces: ad famam, quæ talis aduen- 10
tat, vt omne et cor liqueſcat, et ma-
nus relangueſcant, et mens fatiſcat,
et fluxa fiant genua, id quod ad-
uentat, fietque, inquit Dominus
Ioua. Item me ſic eſt adlocutus 11
Ioua: homo, vaticinare, et dic:
ſic dicit Dominus Ioua. Gladius, 12
gla-

i) dum a me denominati, alios colitis, meum nomen profanatis, miſcentes ſacra profanis. k) meum in vos beneficium in cauſſa erit, vt me gentes ſancte laudent. l) vaticinare in Iſraelitarum terram, hominum alumnam, vt eſt ſilua arborum, quæ Babyloniæ (in qua hæc dicuntur) eſt a meridie.

gladius et acutus et politus eſt: acu-
tus, vt cædem faciat: politus, vt
13 fulgorem habeat. *Scilicet læte-
mur: mei nati ſceptrum omne li-
14 gnum repudiat, eum autem man-
dauit ille poliendum, vt manu ca-
15 piatur. Is eſt acutus, is politus
gladius, interfectori tradendus in
16 manum, vociferare et eiula, ho-
mo: nam hic meo populo, hic o-
mnibus impendet principibus Is-
raelitis: terrores a gladio imminent
meo populo: itaque plange femur.
17 Eſt enim exploratio: quamquam
quid tum poſtea, etiamſi ſceptrum
non repudiaret? inquit Dominus
18 Ioua. Tu vero, homo, vaticina-
re, et manus complode, et ite-
retur gladius, ac tertietur, gla-
dius interfector, hoc eſt, gladius
magnæ cædis, illis penitus recon-
19 ditus. Ego, vt animi deficiant,
multique ſint caſus per omnes eo-
rum portas, dabo formidinem gla-
dii, heu ad fulgorem facti, ad cæ-
20 dem acuti. *m* Alterutrum facito, aut
ad dexteram te, aut ad ſiniſtram
compone, quo deſtinatam faciem
21 habes. Ego quoque *n* manus meas
complodam, meamque bilem *o* ſe-
22 dabo: ego Ioua loquor. Tu ve-
ro, homo, (inquit, adloquens me,
Ioua,) pone duas vias, quibus ve-
niat regis Babyloniæ gladius, ambas
ex eadem terra profectas, et locum
23 elige in biuio: vrbem elige. Vi-
am vnam pone, qua veniat gladius
Rabbatham Ammonitarum, alte-
ram, qua munitam in Iudæa Hie-
24 roſolymam. Conſiſtit enim Baby-
loniæ rex in biuio viarum diuortio,
auſpicii faciendi gratia: expedit ſa-
gittas, lares interrogat, adſpicit ie-
25 cur. Ad dexteram habet auſpicium
Hieroſolymæ, ad admouendos a-
rietes, ad edendam cum vocifera-
tione cædem, ad edendum cum
clangore ſonitum, ad admouendos
portis arietes, ad exprimendum
aggerem, ad vallum exſtruendum.
Sed *p* iis videtur vanum auſpicium, 26
quibus iuratum iusiurandum eſt, et
q ipſe crimen recolit, vt capiatur.
Quapropter ſic dicit Dominus Ioua: 27
quoniam vos crimen veſtrum reco-
litis, patefaciendis peccatis veſtris,
vt, quæ in omnibus veſtris ſtudiis
delicta commiſiſtis, adpareant:
quoniam, inquam, recolitis: ma-
nu capiemini. *Tu vero, o rei ca- 28
pitalis damnate princeps Iſraelita-
rum, cuius dies venit, finiti crimi-
nis tempore, detrahe cidarim, (ſic
dicit Dominus Ioua,) et aufer coro-
nam: quod eſt, ne ſit: humile 29
extollendum eſt, et elatum depri-
mendum. Ad nihilum, ad ni- 30
hilum, ad nihilum eam ego redi-
gam: id quod tamen futurum non
eſt, donec veniat is, cuius erit iudi-
cium, quem ego dabo. Tu vero, 31
homo, vaticinare, et dicito: ſic di-
cit Dominus Ioua de Ammonitis,
eorumque probro. Gladius, gla- 32
dius, (inquies,) diſtrictus eſt ad peri-
mendum, ac conficiendum, poli-
tus, vt fulgeat, dum *r* tibi vana præ-
dicuntur, dum tibi falſa diuinantur,
vt *s* ponare cum ceruicibus damna- 33
torum rei capitalis, quorum dies
venit, finiti criminis tempore. Sci- 34
licet referetur in vaginam ſuam?
Ego te, quo in loco creata es, in ori- 35
ginis tuæ terra puniam, meaque
ſæuitia perfundam: te atrocitatis
meæ igne adflabo, et inſanis ho-
minibus perdendi artificibus de-
dam, igni conſumendam. Erit 36
ſanguis tuus in media terra, peribit-
que tui memoria, quoniam ego Io-
ua locutus ſum.

CAPVT

m) Regis Babyloniæ gladium adloquitur. *n*) increpantis eſt. *o*) totum ſupplicio conſumam. *p*) Iudæis, qui Nabuchodonoſori iurarunt. *q*) Sedecias de periurio ſeſe iactat, quæ res in cauſſa erit, vt capiatur. *r*) adloquitur Ammonitidem regionem. *s*) puniaris vt Sedecias.

CAPVT XXII.

Hieroſolymitani crudeles, et ſceleſti. Iſraelitæ praui. Falſa pſeudouatum vaticinatio, cupiditas inhians, diſcrimina impendentia.

1 ITem me adfatus eſt his verbis
2 Ioua: tu vero, homo, ſcilicet patrocineris, ſcilicet patrocineris vrbi cruentæ? immo ei demonſtra eius tot ſcelera, et dicito:
3 ſic dicit Dominus Ioua: o vrbs, quæ
in medio tui ſanguinem fudiſti, vt
t tuum tempus veniat, ſtercoreosque diuos contra temetipſam feci-
4 ſti, vt polluaris: tu iſto, quem
fudiſti, cruore, noxam contraxiſti, iſtisque, quos feciſti, ſtercoreis diuis polluta es, et diem tuam adduxiſti, ad annosque perueniſti tuos: quam ob cauſſam ego te gentium terrarumque omnium oſten-
5 tui et ludibrio exponam, vt te et
propinquæ et a te remotæ illudant, et nomine pollutam, et turbis inſi-
6 gnem. *u* Equidem in te principes
Iſraelitarum, pro ſuis quisque viribus, in eo fuerunt, vt ſanguinem
7 funderent: in te patres matresque contemti ſunt: in medio tui peregrinis facta iniuria eſt: in te
8 oppreſſi ſunt pupilli et viduæ: tu
meum fanum deſpicata es, meaque
9 polluiſti ſabbata: in te calumniatores fuerunt cauſſa fundendi ſanguinis: in te per montes polluctum eſt: in medio tui facta ſunt inceſta:
10 in te *x* verenda patrum retecta ſunt:
in te pollutæ menſtruales compresſæ ſunt: in te et vir cum alterius
11 vxore flagitium commiſit, et ſocer
nurum inceſto polluit, et ſororem frater eodem patre natam compres-
12 ſit: in te dona accepta ſunt ob
fundendum ſanguinem: tu fenus vſuramque cepiſti, et alios auare per iniuriam fraudaſti, oblita mei,
13 inquit Dominus Ioua. Iam vero
ego iſtam, quam tu exercuiſti, auaritiam et factas in tui medio cædes
explosi: quo minus animo con- 14
ſtes, et manibus valeas, quo ego
tempore agam tecum. Ego Ioua 15
et dixi, et faciam, teque per gentes
et terras ſparſim disſipabo, et a ſor-
dibus tuis coercebo, ita vt tute a- 16
pud te in præſentia ceterarum gen-
tium dolens, cognoſcas, me eſſe Io-
uam. Item me adlocutus eſt his 17
verbis Ioua: homo, ſunt mihi 18
poſteri Iſraelis vniuerſi ſcoria, æs,
ſtannum, ferrum, et plumbum in
media fornace: ſunt argenti ſcoria.
Itaque ſic dicit Dominus Ioua: 19
quoniam cuncti vos ſcoria eſtis,
hanc ob rem ego vos in mediam
Hieroſolymam colligam. Quo- 20
modo colligitur argentum, et æs,
et ferrum, et plumbum, et ſtan-
num in fornacem, vt igne adflata
liquefiant: ſic ego vos ira incenſus
colligam, et in ea collocatos lique-
faciam, congeſtosque adflabo 21
igne atrocitatis meæ, atque ita in ea
liquefietis, vt liquefit in fornace
argentum: ſic vos liquefietis in 22
ea, ſcietisque, me Iouam bile mea
perfudiſſe vos. Item mecum his 23
verbis egit Ioua: homo, dic ei: 24
tu terra es non purgata, non com-
pluta, dum ſæuitur. In ea verſa- 25
tur eius vatum proditio, qui ſicut
rugiens leo prædam rapit, ſic ani-
mas comedunt, opes diuitiasque
capiunt, multas feminas in ea vi-
duant. Eius ſacerdotes legem 26
meam temerant, profanantque me-
um fanum, ſacrum a profano non
diſcernunt, nec impurum diiudi-
cant a puro, et *y* meis ſabbatis ſub-
trahunt oculos ſuos, atque ego inter
eos profanor. Eius principes in 27
ea verſantes, ſimiles ſunt luporum,
prædæ rapacium, ſanguinem fun-
dendo, vitasque perdendo, quæ-
ſtus faciendi gratia. Vates autem 28
eius, eis incondite trulliſſant, vana
prædicentes eis, et vana diuinan-
tes, dicendo, ſic dicit Dominus Io-
ua,

t) tui ſupplicii. *u*) Hieroſolymæ ſcelera. *x*) filii cum nouercis rem habuerunt.
y) mea ſabbata non ſpectant, hoc eſt, non curant aut agunt.

29 ua, quum Ioua non ſit locutus. Ple-
beii iniuriam faciunt, rapinam
exercent, opprimunt inopes et
pauperes, et peregrinis inique fa-
30 ciunt iniuriam, quærensque ego
ex eis aliquem, qui ſeptum refici-
at, et in ruina mihi pro gente ob-
ſiſtat, ne eam corrumpam, non in-
31 uenio. Itaque eos ſæuitia mea
perfundens, meæ atrocitatis igne
conficiam, eorum mores in ipſorum
caput vlciſcens, inquit Dominus
Ioua.

CAPVT XXIII.

Samariæ idololatria, et Hieroſolymæ. Meretricum geminarum figura. Hieroſolymæ peccata nefaria. Scortorum ruina.

1 ITem mecum locutus eſt his ver-
2 bis Ioua: homo, duæ mulie-
res eiuſdem matris filiæ fuerunt.
3 Eæ ſcortatæ ſunt in Aegypto, idque
in pueritia ſua, compresſis ibi et
ſubactis earum vberibus mammiſ-
4 que virgineis. Harum nomina
ſunt Tabernaculana maior et Ta-
bernaculimea ſoror eius, quæ mihi
nupſerunt, filioſque et filias pepe-
rerunt. Nomina ſunt Tabernacu-
lanæ, Samaria: Tabernaculimeæ,
5 Hieroſolyma. Tabernaculana
z ſub me eſt meretricata, adamans
ſuos amatores, videlicet Asſyrios
6 propinquos, qui hyacintho ve-
ſtiti prætores et primates erant, o-
mnes iuuenes elegantes, equis in-
7 ſidentes equites. His pudorem
ſuum proſtituit, qui omnes esſent
Asſyrii generis lectisſimi, et quoſ-
cumque adamauit, eorum omnibus
8 polluta eſt ſtercoreis diuis, non
omisſa tamen ſua cum Aegyptiis
impudicitia, qui ei puellæ concu-
buisſent, et, ſubactis eius virgineis
mammis, eam perfudisſent libidine
9 ſua. Hanc ob cauſſam ego eam
ſuis amatoribus dedidi, videlicet
10 Asſyriis, quos adamasſet: qui eius
verenda detexerunt, filios filiaſque
ceperunt, ipſamque gladiis pereme-
runt, atque ita facta eſt mulierum
famoſisſima, editis in eam exem-
plis. Eo viſo, ſoror eius Taberna- 11
culimea illam ſuam ſororem libidi-
nis et meretricandi nequitia ſupera-
uit, Asſyrios adamans prætores 12
et primates, propinquos, omnes e-
gregie veſtitos, equites equis inſi-
dentes, elegantes iuuenes. Ita- 13
que vidi, pollutam esſe, et eamdem
esſe vtriuſque viam. Auxit autem 14
hæc ſuam impudicitiam, quod ſcul-
ptos in pariete homines conſpicata,
Chaldæorum imagines in ſinopide
impresſas, cinctas latera balteis, 15
tinctas in capitibus tiaras habentes,
cunctas forma ducum, figura Baby-
loniorum Chaldææ, quæ eorum pa-
tria eſt, eos ad oculorum adſpe- 16
ctum adamauit, nuntioſque miſit
ad eos in Chaldæam. Itaque vene- 17
runt ad eam Babylonii ad amatori-
um concubitum, eamque ſua lu-
xuria polluerunt: a quibus ipſa
polluta animum ab eis auocauit. Ita 18
quum impudicitiam obſcenitatem-
que ſuam patefecisſet: ego ab ea a-
nimum abduxi, vt ab eius ſorore
abduxeram. Auxit item impudi- 19
citiam ſuam, memor ſui puerilis
æui, quo ſcortata fuerat in Aegypto,
et adamauit eorum cinædos, qui a- 20
ſininos coles, equinamque genitu-
ram haberent, et pueritiæ tuæ fla- 21
gitia recoluiſti, quum tibi ſubactæ
fuisſent ab Aegyptiis mammæ, pro-
pter vbera tua puerilia. Quare, o 22
Tabernaculimea, ſic dicit Domi-
nus Ioua: ego in te excibo tuos a-
matores, a quibus animum abſtra-
xiſti, et eos aduerſum te vndique
adducam, Babylonios omneſque 23
Chaldæos præfectos, imperatores,
illuſtreſque, vna cum omnibus Aſ-
ſyriis, qui ſunt omnes iuuenes ele-
gantes, prætores et primates, du-
ces atque celebres, omnes equis ve-
cti. Hi te rhedis, quadrigis, cur- 24
ribus

z) quum mea esſet,

ribus cum hominum multitudine
adorti, ſcutis, clipeis, galeis circum-
dabunt, et, conceſſo eis a me arbi-
trio, more ſuo punient, meque
in te ſeueritate mea vtente, agentes
iracunde tecum, nares tibi et auri-
culas eximent, teque ferro ad extre-
mum collapſa, tuos natos et natas
auferent, et poſtremo conſumeris
igni, atque illi te tuis ſpoliabunt
veſtibus, tuique decoris ornatu pri-
uabunt, atque ita ego te a flagitiis
tuis ægyptioque meretricatu coer-
cebo, vt oculos in illos non conii-
cias, nec Aegyptios reminiſcaris
amplius. Sic enim dicit Dominus
Ioua: ego te illis dedam, quos tu
peroſa, animum ab eis reuocaſti,
qui tecum odio agentes, omnia tua
labore parta auferant, teque nu-
dam relinquant ac detectam: vt
obſcenitas tuæ impudicitiæ, tuaque
flagitia et meretricatus adpareat.
Quæ quidem tibi ideo fient, quod
cum gentibus ſcortata ſis: quippe
earum ſtercoreis diuis inquinata,
tuæ viam ſororis ingreſſa, [a] cuius e-
go calicem tibi in manum tradam.
Sic dicit Dominus Ioua: tu ſororis
tuæ calicem profundum, latum,
multæ capacitatis, deridenda lu-
dendaque potabis, ebrietate ac
mærore replenda, ſtupendæ cali-
cem deſolationis, calicem germa-
næ tuæ Samariæ. Eum tu epotabis
et exſuges, et eius teſtas confringes,
uaque velles vbera: quoniam ego
ocutus ſum, inquit Dominus Ioua.
3 Quocirca ſic dicit Dominus Ioua:
uoniam tu, oblita mei, me poſt ter-
um reieciſti, tu quoque lue tuum
3 lagitium ac impudicitiam. Tum
dloquens me Ioua: homo, inquit,
ne Tabernaculanæ et Taberna-
ulimeæ cauſſam agas? quin tu eis
3 arum ſcelera expone. Mœchatæ
int enim, et habent manus ſangui-
olentas: neque ſolum cum ſuis
ercoreis diuis adulterarunt, ſed
etiam liberos ſuos, quos mihi pe-
pererant, illis epulandos traduxe-
runt per ignem. Atque inſuper 38
hoc commiſerunt in me, quod eo-
dem die polluerunt meum fanum,
meaque ſabbata profanarunt:
quumque ſuos liberos ſuis ſterco- 39
reis diis immolasſent: intrarunt
eodem die in meum fanum, eius
profanandi cauſſa, idque in media
æde mea fecerunt. Iam vero ven- 40
turos procul homines arcesſiue-
runt, qui legatione arcesſiti ve-
nerunt, quibus tu te lauiſti, oculos
iſtos fucaſti, et ornata mundo, 41
ſediſti in præclaro lecto, inſtructa
ante eum menſa, ſuper quam ſuf-
fimen vnguentumque meum poſu-
iſti, adhibito ad eam feſtæ tur- 42
bæ ſtrepitu, virisque ex hominum
vulgo adductis, Sabæis, ex ſaltibus,
qui earum et manibus armillas, et
capitibus decentes impoſuerunt co-
ronas. Ac, me cogitante, mœcha- 43
tos cum [b] vetula, nunc cum [c] huius
quoque ſalacitate ſcortaturos: adi- 44
uerunt eam, quomodo femina me-
retrix aditur, ſic illi Tabernacula-
nam et Tabernaculimeam, flagitio-
ſas feminas adiuerunt. Atque iidem 45
homines [d] iuſti, eas adulterarum
ac ſanguinariarum ſupplicio adfici-
ent: vtpote adulteras, et quæ ſan-
guinolentas manus habeant. Sic 46
enim dicit Dominus Ioua: inueha-
tur in eas multitudo, eæque ve-
xandæ dentur ac diripiendæ, quæ 47
multitudo eas et lapidibus obruat,
et gladiis trucidet, et earum filios
filiasque perimat, et domos cre-
met igni. Atque ita ego flagitium 48
ex terra auferam, caſtigatæque
[e] mulieres omnes, non imitabuntur
veſtra flagitia, quum iſta flagitia 49
fuerint in vos animaduerſa, et
ſordium iſtarum peccata lueritis,
meque eſſe Dominum Iouam intel-
ligetis.

CAPVT

a) eodem te ſupplicio, quo illam, adficiam. b) Samaria. c) Hieroſolymæ.
d) iuſte facientes in eo, quod eas punient, e) ciuitates.

CAPVT XXIIII.

Lebes æſtuans. Coniugis vatis mors. Ezechielis ærumnæ a peccatoribus.

1 PRæterea adfatus eſt me Ioua
anno nono, decimi menſis die
2 decimo, his verbis: homo,
ſcribe diei nomen, huius ipſius diei,
(hoc ipſo die oppugnat Babyloniæ
3 rex Hieroſolymam,) et vtere ad
hominum genus contumax allego-
ría, eiſque dicito: ſic dicit Dominus
Ioua: [f] para ollam, para, et aquam in
4 eam infunde: congere eius offas
in eam, optimas quasque offas, fe-
mora et armos: eam membris im-
5 ple lectiſſimis. Ouium lectiſſimas
ſume, idque ſuccenſis ſubter eam
oſſibus: feruefac ius eius, et cura,
6 vt in ea coquantur eius artus. Er-
go ſic dicit Dominus Ioua: heu vr-
bem ſanguinariam, ollam, in qua
ipſius ſpuma eſt, nec ex ea exiuit e-
ius ſpuma: fruſtatim, fruſtatim eam
eiice, nulla ſuper ea iacta ſorte.
7 * Nam eius ſanguis eſt in ea, quem
ipſa ſuper ſiccum ſaxum poſuit, non
ad terram effudit, vt operiretur
8 humo. Vt gliſcat bilis ad capien-
dam pœnam, ego poſui eius ſangui-
nem ſuper ſiccum ſaxum, ne ope-
9 riatur. Quamobrem ſic dicit Do-
minus Ioua: heu vrbem cruen-
tam: ego quoque ingens incendi-
10 um excitabo. Adhibeatur mul-
tum lignorum, accendatur ignis,
caro conſumatur, adhibeantur con-
11 dimenta, oſſaque adurantur, col-
loceturque ipſa ſuper ſuam pyram
vacua, vt caleat, vſtoque eius ære,
liqueſcat in ea eius immunditia,
12 conſumta ſpuma. Labore defeſſa
eſt, nec exiit ex ea eius et copioſa
13 et putida ſpuma. Flagitioſa eſt tua
impuritas, quæ, purgante me, non
purgata ſis ab iſta impuritate, non
ante purganda, quam ego in te
meam bilem [g] ſedauero. Ego Ioua
et ventura dixi, et faciam: non ceſ-
ſabo, neque parcam, aut me pœ-
nitebit, quominus pro moribus ſtu-
diiſque tuis puniare, inquit Do-
minus Ioua, Item me ſic eſt adlo-
cutus Ioua: homo, ego iam tibi
[h] oculorum tuorum iucunditatem
clade auferam, neque tu planxeris,
aut ploraueris, aut lacrimaueris. A
ſuſpirando te contineto: funereum
luctum ne facito, comamque redi
mitus, adhibeto tuis pedibus cal
ceos, nec mentum velato, nec ve
ſcere [i] conſueto victu. Igitur cum
populo mane locutus ſum, et, mor
tua veſpere mea coniuge, feci ma
ne, ſicut eram iuſſus. Ac petente
populo, vt eis exponerem, quid
ſibi vellet id, quod ego facerem, it
dixi: Iouæ ſermo ad me habitu
eſt in hæc verba: dic Iſraelitarun
generi. Sic dicit Dominus Ioua: e
go iam meum profanabo fanum
culmen veſtræ potentiæ, oculo
rum iucunditatem, et animorun
delicias: veſtrique filii et filiæ, quo
[k] reliquiſtis, ferro occumbent, e
vos facietis, vt ego facio. non men
tum velabitis: non veſcemini con
ſueto pane: et comam in capiti
bus, et calceos in pedibus haben
tes, non plangetis, non plorabiti
ſed occalleſcetis in veſtris vitiis, et a
lius alium [l] conſolabimini, eritqu
vobis Ezechiel portento, eius omn
factum imitantibus, quum id eue
nerit, et me intelligetis eſſe Dom
num Iouam. Tu vero, homo, n
mirum quum ego ab eis ipſoru
potentiam, decoris voluptatem
oculorum iucunditatem, anim
que iactantiam, videlicet filios
filias, abſtulero, quo die ven
rit ad te [m] elapſus, qui [n] ſit auctor f
ma

[f]) Adludit ad eos, qui vrbem ollam, et ſe carnem dicebant cap. 11. [g]) conſum ſero. [h]) vxorem. [i]) ſcilicet in tali re. Vide Ierem. 16. [k]) ſcilicet Hier ſolymæ. [l]) vide cap. 31, in adnotationibus. [m]) Id factum eſt cap. 31, [n]) Hier ſolymam captam nunciet.

7 mæ; tu, inquam,[a] illo die, (aperto
apud elapſum illum ore tuo,) loque-
ris, nec amplius tacebis, et eris il-
lis oſtento, ſcientque, me eſſe Io-
uam.

CAPVT XXV.

In Ammonitas vaticinium delendos. In Moabitas edenda exempla. Contra Idumeos, atque Palæſtinos vexandos vaticinia.

1 ITem adfatus eſt me Ioua his ver-
bis: homo, conuerte faciem
ad Ammonitas, in eosque vaticI-
nare, et Ammonitis dicito: audite
Domini Iouæ dicta. Sic dicit Domi-
nus Ioua: quoniam tu meo fano
inſultaſti, quod id profanatum eſſet,
et israeliticæ terræ, quod vaſtata, et
Iudæorum generi, quod iuisſent
in exſilium: propterea ego te [b] o-
rientalibus occupandam dabo, qui
in te caſtella ſua collocabunt, ſedes-
que ponent, qui et fructus tuos
comedent, et lac bibent, et Rab-
bam in camelorum ſtabulum, et
Ammonitarum fines in ouium cu-
bile redigam, efficiamque, vt ſcia-
tis, me eſſe Iouam. Sic enim dicit
Dominus Ioua: quoniam tu et ma-
nu plauſiſti, et pede pauiſti, o-
mni animi petulantia de israelitica
[c] regione gaudens: propterea ego
tibi manus adferam, teque genti-
bus dabo compilandam, et ex po-
pulis exſtirpabo, et ex terris miſere
delebo, ſciesque, me eſſe Iouam.
Sic dicit Dominus Ioua: quoniam
dictitant Moabitæ et Seirii, [d] cuius-
uis gentium ſimile eſſe genus Israe-
litarum: propterea ego Moabita-
rum latus, a certis eorum vrbibus
extremis, regionis nobiliſſimis, vi-
delicet Bethieſimothis, Baalmeone,
et Cariathaimo, patefaciam ori-
entalibus [e] in Ammonitas, quorum
patriam ita occupandam curabo, vt
non memorentur inter gentes Am-
monitæ: et in Moabitas ea edam 11
exempla, vt ſciant, me eſſe Iouam.
Sic dicit Dominus Ioua: quoniam 12
inimice cum Iudæis egerunt Idu-
mæi, eosque vlciſcentes crimen
commiſerunt: hanc ob cauſſam, 13
(inquit Dominus Ioua,) ego adfe-
ram Idumææ manum, et, exciſis ex
ea tum hominibus tum pecoribus,
eam a Themane ad Dedanem va-
ſtam reddam, illis ferro lapſis, ſu- 14
mamque de Idumæis eiusmodi ſup-
plicium per meos Israelitas, (qui I-
dumæos tractabunt, vt poſtulat ira
bilisque mea,) vt ſciatur, hoc vltio-
nis eſſe meæ, inquit Dominus Io-
ua. Sic dicit Dominus Ioua: quo- 15
niam inimice egerunt Palæſtini, et
animo petulanti, æternis ad perni-
ciem inimicitiis, pœnas expetiue-
runt: propterea ſic dicit Dominus 16
Ioua: ego manum Palæſtinis infe-
ram, exſcindamque Cerethæos, et
oræ maritimæ reliquias perdam,
eisque irata animaduerſione tan- 17
tas irrogabo pœnas, vt intelligant,
me eſſe Iouam, quum de eis ſuppli-
cium ſumſero.

CAPVT XXVI.

Contra Tyrios vaticinia. Rex Babyloniæ Tyriorum vaſtator.

ANno autem vndecimo, prima 1
die menſis, habitus eſt ad me
a Ioua huiusmodi ſermo:
homo, quoniam dictitat Tyrus de 2
Hieroſolyma, aha, effracta eſt,
quæ erat [f] populorum portæ, con-
uerſa eſt ad me, replebor ea vaſta-
ta: propterea ſic dicit Dominus 3
Ioua: ego te, Tyre, peto, inuectu-
rus in te gentes multas, quomodo
ſuos fluctus attollit mare, quæ 4
tyria mœnia corrumpant, euer-
tantque turres, ac eam cum puluis-
culo euerram, et in ſiccum ſaxum
redi-

a) nam ante minus libere loqui poterat, eius oraculis nondum euentu confirmatis. b) Chaldæis. c) ſcilicet vaſtata. d) non minus malis adfici, quam alios, nec Deo eſſe cariores. e) per quod latus inuadant Ammonitas. f) celeberrima, et populis frequentata.

5 redigam, ita vt ſeruiat expanden-
dis ſagenis in mari: quoniam ego
locutus ſum, inquit Dominus Io-
6 ua: et ipſa gentibus erit prædæ,
et eius coloniæ, quæ ſunt in conti-
nenti, ferro perimentur, ſcientur-
7 que, me eſſe Iouam. Sic enim di-
cit Dominus Ioua: ego ad Tyrum
Nabuchodonoſorem Babyloniæ re-
gem adducam ex ſeptemtrione, re-
gum regem, cum equis, quadrigis,
equitibus, magnaque copiarum
8 multitudine, qui et tuas colonias,
quæ ſunt in continenti, ferro peri-
met, et in te vallum admouebit, in
te aggerem exprimet, in te eriget
9 ſcutum, et admota muris tuis vi-
nea, ſua machina, tuas turres ſuis ar-
mis diruet, tanta equorum copia,
10 vt te puluis eorum operiat, et præ
equitum, curruum, quadrigarum
ſonitu tua concutiantur mœnia,
quum ille per tuas portas intrabit,
quomodo in effractam vrbem in-
11 trari ſolet, et equorum ſuorum
vngulis tuos omnes vicos proculca-
bit, tuum populum ferro necabit,
tuæque potentiæ ſtatuas demolietur
12 ad terram, et tuas opes deprædа-
buntur, merces diripient, euertent
muros, ſuaues domos diruent, ſa-
xaque, et ligna, et puluerem ponent
13 in mediam aquam, atque ita car-
minum tuorum turbam coercebo,
nec amplius audietur cithararum
14 ſonitus tuarum, teque in ſiccum
ſaxum redigam, vt ſis expandendis
ſagenis, non deinceps inſtauranda:
quoniam ego Ioua locutus ſum, in-
15 quit Dominus Ioua. Sic dicit Do-
minus Ioua Tyro: nimirum ad
ruinæ tuæ fragorem, (quum qui-
dem ſuſpirabunt ſaucii, et edetur in
te cædes,) concutientur inſulæ,
16 deſcendentque de ſuis ſoliis omnes
maris principes: et detractis tra-
beis, exutisque ſuis phrygianis ve-
ſtibus, circumfuſi formidinibus,
17 humi ſedebunt: et ſubito caſu pa-
uidi, ac de te attoniti næniam de
te edent, tibique dicent: qui fa-
ctum eſt, vt perieris, o æquorea,
vrbs tantopere laudata, quæ maris
præpotens fuiſti, tuque tuique in-
colæ, qui terrorem omnibus maris
incolis incusſerunt? * Nunc pauent 1
naues diem tuæ ruinæ, turbantur-
que marinæ inſulæ tuo exitu.
Nam ſic dicit Dominus Ioua: quum 1
ego te vrbem deſertam reddam,
quales ſunt, quæ non incoluntur
vrbes, quum in te pelagus inue-
ham, teque vaſtæ obruent aquæ:
demittam te cum iis, qui deſcen- 2
dunt in barathrum, *g* ad æternum
populum, et in ſempiternis telluris
imæ deſertis collocabo cum iis, qui
deſcendunt in tartara, vt non ha- 2
biteris, et *h* viuentium terram nobi-
litans, * ita te in nihilum redigam,
vt nulla ſis, quæſitaque numquam
deinceps inueniaris, inquit Domi-
nus Ioua.

CAPVT XXVII.

Næniæ in Tyrum excidendam, a negotiatoribus deſerendam.

TVm me ſic eſt adfatus Ioua: 1
tu vero, homo, ede in Ty- 2
rum næniam, et dic Tyro, ad
maris aditus ſitæ, populorum ad
multas inſulas negotiatrici. Sic di- 3
cit Dominus Ioua: o Tyre, tu te
perfectæ pulchritudinis eſſe dicis.
Fines habes in maris meditullio: te 4
qui conſtruxerunt, abſolutæ pul-
chritudinis fecerunt. Saniriis pi- 5
nis omnia tibi asſamenta conſtruxe-
runt: cedrum ſumſerunt ex Liba-
no, vnde tibi malum facerent:
tuos remos baſanicis ilicibus, tua 6
transtra fecerunt ebore asſyrio, ex
inſulis cypriis adportato. Aegy- 7
ptia byſſus verſicolor, tua carbaſus
eſt: tibi velum præbet hyacinthus,
et purpura ex inſulis Eliſæ adlata, tu-
um eſt operimentum. Tu ſido- 8
nios aradiosque remiges habes, et
tuo-

g) ad manes. *h*) Iſraelitarum.

tuorum Tyriorum peritisſimos
quosque nauicularios, et ſenes
doctosque Gabalenſes, refectores,
omnibusque maris nauibus, et ea-
rum nautis vteris ad tua tractanda
negotia. Perſæ, Lydii, Libyes, in
tuo ſunt exercitu bellatores tui, qui,
ſuspenſis in te clipeis et galeis, tibi
decus conciliant. Aradii tuique mi-
lites vndique per tuos muros Ga-
madiique in tuis ſunt turribus, qui
ſuspenſis per murorum tuorum
ambitum ſuis pharetris, tuam pul-
:hritudinem perficiunt. Cilices
nſtitores tui, omni opulentiæ co-
ɔia, argento, ferro, ſtanno, plum-
ɔo tuis funguntur nundinis. Græ-
:i, Iberi, Moſchi, tui in mancipiis
eneisque vaſis mercatores, tibi
nercimonia ſuppeditant. *i* Qui
unt ex genere Thogormæ equos,
quites, mulos tuis nundinis ſugge-
unt. *k* Rhodii mercatores tui, tot
nſulæ tuæ negotiationis ſociæ,
burneorum *l* cornuum ebenique
retia tibi ſubminiſtrant. Syri tui
ıegotiatores ob operum tuorum
ıultitudinem, carbunculos, pur-
uram, phrygiana, bysſum, coralia,
ryſtallum præbent tuis nundinis.
udæa et israelitica regio, tui inſti-
ɔres, tibi præcipui tritici, balſami,
ıellis, olei et reſinæ, præſtant mer-
imonia. Damaſceni propter ope-
ım tuorum multitudinem, tui
ınt nundinatores omni opum co-
ia, excellente vino, nitidaque la-
19 a. Tum danii et græci circum-
ɔranei exhibent in tuis nundinis
rrum fabrefactum, ſtacten, et ca-
mum, quibus tu mercimoniis
20 are. Dedanenſes tecum ingenua
21 :ſte ſtragula rem habent. Ara-
:s et omnes cedariani proceres, te-
ım agnorum, arietum, et capro-
ım mercimonia contrahunt.
22 ercatores Sabæi et Romani te-
m habentes commercium, omne
nus præſtantisſimorum aroma-
tum, gemmarumque, et auri, con-
ferunt ad tuas nundinas. Hara- 23
nenſes, cannenſes, et edenenſes
mercatores, ſabæi, asſyrii, et chel-
madenſes tui mercatores, tecum 24
rationem habent rebus abſolutisſi-
mis, hyacinthinis phrygianisque
pannis, ac pretioſis capſis, funibus
conſtrictis et cedratis, quæ ſint in
tuis mercatibus. Naues cilicæ ſunt 25
tuæ negotiationis principes, ac te 26
repletam, et in maris meditullio fa-
ctam glorioſisſimam, in altum ſub-
ducent tui remiges, euro in medio
mari frangendam. Tuæ opes, 27
nundinæ, inſtitores, nauitæ, nauar-
chi, refectores, exercitores, tui-
que milites, quotquot in te ſunt,
tuaque turba, quæcumque in te
verſatur, occumbent in medio ma-
ri, die tuæ ruinæ. Ad gubernato- 28
rum tuorum clamoris ſonitum con-
cutientur pomœria, deſcendentque
de ſuis nauibus cuncti remigatores
nauitæ, cuncti marini guberna- 29
tores in terra ſtabunt, et de te ſubla-
ta voce triſtem edent clamorem, ac
impoſito capitibus ſuis puluere, in
cinere volutati, et propter te at- 30
tonſi, amictique centonibus, cum
triſti mærentis animi luctu te de-
plorabunt, edentque de te næniam
eorum filii, te ita lamentantes:
fuit incomparabilis Tyrus, quæ 31
nunc in mari deleta iacet. Tu, 32
quæ exeuntibus ex mari tuis merci-
bus, ſatiabas tot populos, quæ 33
tuarum opum mercaturæque co-
pia locupletabas reges terrarum,
eadem nunc mari in aquarum gur-
gitibus fracta es, mercatura cun- 34
ctaque multitudine tua in te colla-
pſa. Omnes et inſulares de te ob-
ſtupeſcunt, et eorum reges horrore 35
correpti, vultu conturbantur: te 36
negotiatores per populos exſibi-
lant, in nihilum redactam, et in
perpetuum deletam.

Phryges. *k*) Secutus ſum Græcum, alioquin Dedan bis poneretur. *l*) den-
:ium elephantinorum.

CAPVT XXVIII.

In tyrium principem vaticinium. In eumdem nænia. De Sidone vaticinium infauſtum. Congregandæ miſerorum ex Iudæis reliquiæ. Quies futura pro Iudæis et Iſraelitis.

1 PRæterea adloquens me Ioua:
2 homo, inquit, dic principi ty-
rio. Sic dicit Dominus Ioua:
quoniam tu elato animo te Deum
eſſe dicis, qui in diuina ſede, in ma-
3 ris meditullio ſedeas; quumque
homo ſis, non deus, animum geris
quaſi dei, videlicet tu Daniele ſa-
pientior, nihil vt tam ſit abstruſum,
4 quod te prætereat; tu tibi pro tua
ſapientia prudentiaque, copias, tu
aurum argentumque in tuum
5 fiſcum comparaſti, tu tibi multas,
(quæ eſt tua ſingularis ſapientia,)
copias tua negotiatione peperiſti,
de quibus tuis copiis animo inſo-
6 lens es: propterea, inquam, ſic
dicit Dominus Ioua: quoniam tu
animum perinde geris ac ſi ſis deus:
7 hanc ob rem ego in te hoſtes inue-
ham, ferociſſimos gentium, qui,
ſtrictis m in iſtius ſapientiæ elegan-
tiam gladiis, tuum ſplendorem fœ-
8 dabunt, in exitium te præcipitan-
tes, atque ita violenta morte mo-
9 rieris in maris meditullio. Num
tu te deum eſſe dices apud tuum
carnificem? tu vero homo eris,
non deus, in occiſoris tui manu,
10 inhoneſta morte interiturus hoſtili
manu: quoniam ego locutus ſum,
11 inquit Dominus Ioua. Item adlo-
12 quens me Ioua, dixit: homo, ede
in tyrium regem næniam, et ei di-
cito: ſic dicit Dominus Ioua: tu
es omnibus numeris abſolutum ſpe-
cimen, plenus ſapientiæ et pulchri-
13 tudinis perfectæ. Es in Edenis di-
uino pomario, omne genus gem-
mas habens, operimentum, ſardam,
topazium, adamantem, chryſoli-
thum, onychem, iaſpidem, ſapphi-
rum, carbunculum, ſmaragdum
atque aurum. Tuorum tympano-
rum fiſtularumque opus vna te-
cum, eodem, quo tu editus es, di
conditum eſt. Tu vnctus patu
luſque cherubus es, qui a me in ſa
cro Dei monte poſitus ita es, vt ſi
deus, et in medio igneorum lapi
dum ambules. Tu in iſto ſtatu
perfectus fuiſti, ex quo die creatu
es, donec in te deprehenſa eſt im
probitas. Tu præ tuæ negotiatio
nis multitudine, referto tuo pectore
iniquitate, peccaſti: itaque ego te
ex diuino monte fœde auferam at
que perdam, cherube patule, ex
medio igneorum lapidum, qui ani
mum ob pulchritudinem tuam ef
fers. Corrupiſti tuam ſapientiam
ſplendore tuo: te ego humi abie
ctum regibus proponam deſpici
endum. Tu tuis tot vitiis, tuæ ne
gotiationis improbitate, tuum pro
fanaſti ſacrarium: itaque ego ex
medio tui ignem depromam, qui te
conſumat, teque in cinerem hu
mi redigam, in omnium, qui te vi
debunt, conſpectu, omnibus, qui
te per populos nouerunt, de te at
tonitis, in nihilum redacto, et in
perpetuum deleto.

Item me adlocutus eſt Io
ua in hæc verba: homo,
compone faciem tuam in Si
donem, et in eam vaticinans dicito:
ſic dicit Dominus Ioua: ego tibi
minitor, Sidon, et in te gloriam
mihi comparabo, efficiamque, vt
ſciatur, eſſe me Iouam, quum in
eam exempla edidero, et me ſan
ctum exhibuero: immittamque
in eam peſtem cædemque tantam,
vt vicatim occumbant in ea cæſi, ar
mis eam circumdantibus, ſcietur
que, me eſſe Iouam; nec habe
bunt amplius Iſraelis poſteri pun
gentes aculeos, et doloris efficien
tes ſpinas ab omnibus ſuis finitimis
in eos petulantibus, ſcientque, me
eſſe Dominum Iouam. Sic dicit
Dominus Ioua: quum ego genus
Iſraelitarum ex populis, per quos
erunt diſſipati, colligam: ſanctum
me

m) in te, qui tibi tam præclara ſapientia præditus videris.

me in eis præbebo ob oculos gentium, manebuntque in ſua terra, quam ego meo Iacobo dedi, et in ea tuto manentes, domos ædificabunt, conſerentque vineas, degentes in tuto: quum ego exempla edidero in omnes eorum finitimos, qui ſunt in eos petulantes, ſcientque, me Iouam eſſe Deum ſuum.

CAPVT XXIX.

Contra Aegyptum, et Pharaonem vaticinia. Captiuitatis anni. Liberatio, conſolatio Aegyptiorum. Nabuchodonoſori tradendum Aegypti imperium.

ANno decimo, die decimi menſis duodecimo, Ioua mecum ſic verba fecit: homo, compone vultum in Pharaonem Aegypti regem, et aduerſus eum, aduerſusque vniuerſam Aegyptum vaticinare, in hæc verba loquens. Sic dicit Dominus Ioua: te ego peto, Pharao Aegypti rex, cete ingens, in medio tuo flumine recubans, qui te de flumine, quod habes, iactas, teque a temetipſo factum eſſe dicis. At ego te, adhibitis hamis tuo rostro, adfixisque omnibus fluminis tui piſcibus ad tuas ſquamas, ex medio tui fluminis extraham, omnibus fluminis tui piſcibus hærentibus in tuis ſquamis, teque omnesque fluminis tui piſces in inculto loco deſeram, ita vt ſub dio iacens, non collectus aut congeſtus, terrestribus beſtiis, aeriisque volucribus paſtui ſis, ſcientque omnes Aegypti incolæ, eſſe me Iouam, qui Iſraelitarum domui fuerint arundineus baculus, qui ab illis prehenſus manu, quaſſatus ſis, eisque totum humerum laceraueris, et, eis tibi innitentibus, fractus,* eorum tota latera perforaueris. Quapropter ſic dicit Dominus Ioua: ego, latis in te armis, homines ex te beſtiasque excidam, eritque ægy-
ptia terra vaſta et inculta, ſcieturque, me eſſe Iouam: quoniam tu, te flumen habere, et te a teipſo factum, dicis. Itaque te ego tuum- 10
que flumen peto, et ægyptiam terram in tam incultæ ſolitudinis vaſtitatem redigam, a turri Syene, vsque ad Aethiopiæ confinia, vt 11
eam non humanus, non pecuinus pes peragret, nec habitetur per annos quadraginta. Reddam, in- 12
quam, ægyptiam terram vaſtam, et vnam de vaſtis terris, eiusque vrbes inter deſolatas vrbes erunt vaſtæ annos quadraginta, atque ipſos Aegyptios per gentes et terras vltro citroque diſſipabo. Sic autem di- 13
cit Dominus Ioua: peractis annis quadraginta, colligam Aegyptios ex populis, quo fuerint diſſipati, reuocatosque Aegyptios captiuos 14
reducam in terram Phariam, quod eorum natale ſolum eſt, vbi erunt humile regnum, quod regnorum 15
infimum, non ſe amplius ſupra gentes efferet, eis a me diminutis, ne gentibus imperent, nec erunt 16
amplius Iſraelis domui fiduciæ, quæ criminis commonefaciat, dum *o* ad eos ſe conuertunt, ſcientque, me eſſe Dominum Iouam. Anno au- 17
tem viceſimo ſeptimo, prima die menſis primi, habitus eſt ad me Iouæ ſermo in hæc verba: homo, 18
quum Nabuchodonoſor Babyloniæ rex exercitum ſuum tantis operis onerauerit ad Tyrum, vt omnia eorum et capita glabrata, et humeri depilati ſint, nullam tamen de Tyro, nec ipſe, nec eius exercitus mercedem habuit pro opera, quam aduerſus eam præſtitit. Quare 19
ſic dicit Dominus Ioua: ego Nabuchodonoſori Babyloniæ regi ægyptiam terram do, qui eius turbam auferat, facultates deprædetur, diripiat fortunas, quæ ſit eius exercitui merces. Pro officio, quod in 20
p illa præſtiterunt, ego do eis Aegy-

 pti

*) tibi de niliaca opulentia places, et ita ſuperbis, quaſi deus ſis, et per teipſum conſtes, non factus a Deo. *o*) ab eis pendent. *p*) Tyro.

pti terram, quod mihi opus fece-
21 rint, inquit Dominus Ioua. Tunc
efficiam, vt fruticet cornu domus
Iſraelis, et [q] tibi faciam inter eos
fandi copiam, ſcientque, me eſſe
Iouam.

CAPVT XXX.

In Aegyptum vaticinia. In Aethiopes. Nabuchodonoſor Aegypti triumphator. Stercorei deaſtri deturbandi. Contra Pharaonem vaticinium.

1 TVm adloquens me Ioua, in-
2 quit: homo, vaticinare, et di-
cito: ſic dicit Dominus Ioua,
3 eiulate, heu diem: nam propinquat
dies, propinquat dies Iouæ, dies nu-
bilus, gentium [r] tempus erit, quo ſic
inuadent Aegyptum arma, vt ſit in
4 Aethiopia pauor, quum cadent in
Aegypto ſaucii, eiusque turba ca-
pietur, et ipſa a fundamentis dirue-
5 tur; quum quidem Aethiopes,
Libyes, Lydii, plebs omnis et Cobii,
et [s] fœderatæ regionis homines cum
eis ferro occumbent, ſicut dicit Io-
6 ua, et cadent, qui opitulantur Ae-
gypto, et deprimetur eius poten-
tiæ faſtigium, vsque a turri Syene
cadentibus in ea ferro, inquit Do-
7 minus Ioua; et vaſtabuntur inter
euaſtatas terras, et eorum vrbes
8 erunt inter vrbes deſolatas, ſcie-
turque, me eſſe Iouam, quum, im-
miſſo a me in Aegyptum incendio,
fracti fuerint omnes eius auxiliares.
9 Eo die proficiſcentur a me nuntii
nauigiis ad perterrendos ſecuros
Aethiopes, eritque pauor in eis,
[t] quantum eſſe conſentaneum eſt æ-
gyptia die, quandoquidem ea adue-
10 niet, vt dicit Dominus Ioua, æ-
gyptiamque turbam cohibebo per
Nabuchodonoſorem Babyloniæ re-
11 gem. Is, vnaque ſui mortalium
ferociſſimi, ad regionis perniciem
adducti, ſtrictis in Aegyptum gla-
diis, replebunt occiſis terram; et
flumina ſicca reddam, et terram po-
teſtati malorum emancipabo, eam-
que, et quæ ea continentur, hoſtili
manu euaſtabo: ego Ioua loquor.
Sic dicit Dominus Ioua: ego ſter-
coreos diuos, et deaſtros ex Mem-
phi perdam atque tollam, nec erit
amplius Aegyptius gubernator: et
metu ægyptiam terram adficiam,
et Pharum euaſtabo, et in Xoim im-
mittam incendium, et in Dioſpo-
lim edam exempla, et in Saim Ae-
gyptiorum potentiam bilem meam
effundam, et dioſpolitanam multi-
tudinem exſcindam. Inferam
ignem Aegypto, dolore adficietur
Sais, effringetur Dioſpolis, Mem-
phis quotidianas feret res aduerſas,
Heliopolis Bubaſtique iuuenes fer-
ro occumbent, et ipſæ in captiuita-
tem abibunt. Thaphnis [u] caligabit
dies, quum, abruptis illic a me nexi-
bus Aegypti, coercitum fuerit in ea
eius potentiæ culmen. [x] Hæc nube
eam operiet, eiusque puellæ in ca
ptiuitatem abibunt, et edam eius-
modi in Aegyptios exempla, vt in
telligant, me eſſe Iouam. Anno
autem vndecimo, die menſis prim
ſeptimo, Ioua me ſic eſt adlocutus
homo, ego Pharaonis Aegypti re
gis brachium frangam, idque ita v
non obligetur adhibendis medica
mentis, adponendisque cataplaſma
tis, quo obligatum firmetur ad te
nendum gladium. Ergo ſic dici
Dominus Ioua: ego Pharaonem
Aegypti regem peto, eiusque bra
chia, [y] tum validum, tum fractum
frangam, et ei gladium de manu ex
cutiam, Aegyptiosque per gente
atque terras ſparſim diſſipabo, e
corroboratis regis Babyloniæ bra
chiis, ei gladium meum in manum
tr

q) Adloquitur vatem. r) fatale ſupplicium. s) Iſraelitæ. t) magnus,
accidere neceſſe eſt in tanti regni interitu. Diem enim fatum vocat, et ſuppl
cium. u) luctus erit. x) Adludit ad illud, quód eſt in initio cap. Dies nub
lus: nam in Hebræo eſt, Dies nubis, hoc eſt calamitoſus. y) neſcio an de
trum ſiniſtrumue innuat.

tradam, ita fractis Pharaonis bra-
chiis, vt coram illo ſauciorum mo-
re ſuſpiret, et babylonii regis bra-
chia confirmabo, et Pharaonis bra-
chia vt concidant, efficiam, ſcietur-
que, me eſſe Iouam, quum gla-
dium meum Babyloniæ regi in ma-
num dedero, qui eum extendat in
ægyptiam terram, diſſipaboque,
et diſpergam Aegyptios per gentes
atque terras, faciamque, vt ſciant,
me eſſe Iouam.

CAPVT XXXI.

Aſſyriorum claritas ſimilitudine plantarum præſtantium.

ANno autem vndecimo, pri-
ma die menſis tertii, Ioua
mecum locutus eſt his ver-
bis: homo, dic Pharaoni Aegy-
ptiorum regi, eiusque multitudini:
cuinam iſta magnitudine ſimilis es?
En Aſſyrius cedrus eſt in Libano,
pulchris ramis, vmbroſa materia,
tanta proceritate, * vt habeat inter
nubila cacumen. Hanc humor
enutriit, profundum extulit, ſuis
circum eius ſtirpem manantibus
fluuiis, ſuisque riuis ad omnes ter-
reſtres arbores dimiſſis. Itaque
altitudine ſupra omnes terreſtres
arbores euecta eſt, in tantum mul-
tiplicatis eius ramuſculis, porrecta-
que coma, dum ſe præ humoris
abundantia diffundit, vt et in eius
ſurculis omnes aeriæ nidulentur
aues, et ſub comis omnia terreſtria
pariant animalia, et in vmbra ple-
ræque omnes gentes degant: adeo
ſua magnitudine pulchra eſt, patu-
lis ramis, quippe quæ radices ha-
beat humore multo irriguas.
Hanc non obſcurant ne [z] diuini qui-
dem pomarii cedri: non æquant
pinus eius ſurculos: non caſtaneæ
pares ſunt eius comæ, denique nul-
la arbor in diuino viridario eam
pulchritudine æquiparat; tam 9
pulchram eam, tam ramoſam ego
feci, vt ei omnes edenenſes arbores
inuideant, quæ ſunt in diuino po-
mario. Atqui ſic dicit Dominus 10
Ioua: quoniam tanta proceritate
euectus, vt cacumen ſuum ſubdu-
xerit inter nubila, ſublimitate ſua
animum extulit: * ego eum deo 11
gentium in manum tradam, qui
eum, a me reiectum, tractet, vt po-
ſtulat eius impietas, eamque ex- 12
ſcindent hoſtes mortalium ferociſ-
ſimi, et in montibus relinquent,
lapſisque per omnes valles eius ra-
mis, et, fractis comis per omnia de-
preſſa terrarum, deſcendent ex eius
vmbra gentes totius orbis, eamque
deſerent, habitantibus in eius rui- 13
na cunctis aeriis volucribus, omni-
busque terreſtribus animalibus per
eius comas degentibus, ne ſe 14
ſublimitate efferant vllæ arbores ir-
riguæ, aut ſua proferant inter nu-
bes cacumina, neue eis ob ipſarum
proceritatem adſtent vllæ [a]humori-
bibæ, quoniam omnes neci deden-
tur ſubter imam terram inter homi-
num genus, ad eos, qui deſcendunt
in tartara. Sic dicit Dominus Io- 15
ua: qua ille die ad inferos deſcen-
det, ego luctum faciam, eum pro-
fundo obruam, impediens eius flu-
uios, prohibitis tam multis aquis,
deque eo pullatum reddam Liba-
num: de eo terreſtres omnes exa-
nimabuntur arbores. Eius ruinæ 16
ſonitu commouebo gentes, eum ad
inferos cum iis, qui deſcendunt in
barathrum, demittens, [b] adficientur-
que conſolatione in ima terra o-
mnes edenenſes arbores; Libani le-
ctiſſimæ atque optimæ, quæcum-
que ſunt potrices humoris, quæ et 17
ipſæ cum illo deſcendent in orcum
ad cæſos armis eiusque brachio, in
eius vmbra verſatæ inter gentes.
[c] Tu, qui ei gloria et magnitudine 18
tam ſimilis es inter edenenſes arbo-
res,

z) Edenis. a) arbores. b) hoc ſe ſolabuntur alii mortui, quod Aſſyrium habebunt ſocium. c) te Pharao Aſſyrii ſimilem ſimilis manet exitus.

res, et demittis edenenſes arbores ad imam terram, iacebis inter [d] præputiatos, cum ferro cæſis tum ipſe, o Pharao, tum omnis tua multitudo, inquit Dominus Ioua.

CAPVT XXXII.

Nænia de Pharaone. Babyloniæ rex contra Aegyptum.

1 ANno autem duodecimo, pri-
ma die menſis duodecimi, Io-
ua mecum his verbis egit:
2 homo, ede næniam de Pharaone
Aegypti rege, et ei dicito: tu gen-
tium leoni ſimilis es, et quaſi qui-
dam cetus in æquoribus, qui per
fluuios tuos ruens, aquas pedibus
turbas, earum flumina conculcans.
3 Sic dicit Dominus Ioua: obtendam
ego tibi rete meum per multorum
populorum multitudinem, teque
4 ab illis ſagena mea extractum, hu-
mi ſub dio deſertum relinquam, et
tibi omnes aerias volucres impin-
gam, et totius orbis animantes ex
5 te ſaturabo, poſitoque tuo corpo-
re in montibus, tabo tuo valles
6 complebo, et vndantem tuam ter-
ram per montes irrigabo tuo cruo-
7 re, ita vt te compleantur aluei, et,
te exſtinguendo, cælum obtegam,
eiusque ſtellas atrabo: ſolem ipſum
nube obducam, efficiamque, vt lu-
8 na ſuo lumine non luceat, omnia
luminis cæleſtis luminaria de te a-
trabo, inque tuam terram tenebras
9 inducam, inquit Dominus Ioua, et
multorum populorum animos ſti-
mulabo, calamitatem tuam per gen-
tes propagans ad ignotas tibi terras,
et multos de te populos ſtupefa-
10 ciam, quorum reges horrore de
te corripientur, vibrante me me-
um gladium præter eorum ora, et
ſuæ quisque vitæ repente formida-
11 bunt, quum tu cecideris. Sic e-
12 nim dicit Dominus Ioua: te regis
Babyloniæ gladius inuadet: tuam
ego multitudinem gladiis militum
deiiciam, qui omnes mortalium
ferociſſimi perdent Aegypti faſti-
gium, peribitque omnis eius multi- 1
tudo, et omnes eius quadrupedes,
quæ in tam abundantibus aquis ver-
ſantur, perdam, vt eas non homi-
nis pes, non vngulæ quadrupedum
turbent deinceps. Tunc eorum 1
aquas tranquillabo, fluuios agens
vt oleum, inquit Dominus Ioua,
quum ægyptia terra, a me in vaſti- 1
tatem redacta, deſerta erit ab eis,
quæ continet, cæſis a me omnibus
eius incolis, ſcieturque, me eſſe
Iouam. Hæc eſt nænia, qua la- 1
mentabuntur [e] puellæ gentium, qua
lamentabuntur, qua, inquam, Aegy-
ptum et omnem eius multitudinem
lamentabuntur, inquit Dominus Io-
ua. Die autem menſis decima 1
quinta, anno duodecimo, Ioua me-
cum locutus eſt his verbis: ho- 1
mo, deplora Aegypti turbam, et
eam, vnaque gentium nobiliſſima-
rum puellas, ad telluris ima * depri-
me cum deſcendentibus in tartara.
Quo tu amœnior es, eo magis de- 1
ſcende, et iace cum præputiatis, in-
ter enſe cæſos caſuris, qui enſis 2
dabitur diſtracturis et [f] ipſam et o-
mnem eius turbam. Eum quidem 2
adloquentur militum manes ex me-
dio orco, nec non eius auxiliares,
qui degreſſi iacebunt præputiati
cum enſe cæſis. Ibi erit Aſſyria, et 2
eius omnis multitudo, ſuis circum-
data ſepulcris, omnes cæſi, lapſi
gladiis, cuius ſepulcra erunt in 2
penitiſſimo collocata barathro, i-
pſius ſepulcro eius multitudine cir-
cumdato, qui omnes cæſi gladiis oc-
cuberint, quum [g] in viuorum ter-
ra terrori fuiſſent. Ibi Elamis et 2
eius tota turba, ipſius ſepulcro cir-
cumiecta, omnes cæſi, lapſi gla-
diis, qui præputiati ad telluris ima
deſcenderint, quum ſe in viuorum
terra

d) impuros et inhoneſta morte defunctos. e) ipſæ gentes. f) Aegyptum. g) inter homines.

terra præbuisſent terribiles, turpi-
terque pœnas dederint cum degreſ-
5 ſis in tartara. Ei cubile tribuetur
in medio cæſorum, in omni eius
turba, ſepulcro ſuo circumdata, qui
omnes præputiati, gladiis cæſi,
quum præbuisſent in terra viuen-
tium terrorem, turpiter pœnas de-
derint, cum degresſis, in tartara
5 inter occiſos poſiti. Ibi erit Mo-
ſchia, Iberia, eiusque omnis turba,
ſuis circumdata ſepulcris, omnes
præputiati, gladiis cæſi, quoniam
ſe in terra viuorum terribiles præ-
7 buerint, neque cum deiectis præ-
putiatorum militibus iacebunt, qui
cum ſuis armis bellicis ad inferos
deſcendunt, ſuppoſitis eorum gla-
diis ipſorum capitibus, ſed [h] eorum
culpam ipſorum osſa luent, quod
milites in viuentium terra fuerint
terrori. Et tu in medio præputia-
torum fractus iacebis cum enſe cæ-
9 ſis. Illic Idumæa, eius reges prin-
cipesque omnes cum ſua fortitudi-
ne, cum gladio cæſis collocati, ia-
cebunt cum præputiatis, et in tar-
tara degresſis. Illic ſeptemtriona-
les rectores vniuerſi, cunctique Si-
donii, qui cum occiſis terribiles de-
ſcenderint, de ſua virtute erube-
ſcentes, iacebunt præputiati cum
gladio cæſis, turpiterque pœnas da-
bunt cum degresſis in tartara. Il-
lis viſis, Pharao mitigabitur ſuper
omni Aegypti turba cæſorum gladi-
o, tum ipſe Pharao, tum eius omnis
exercitus, inquit Dominus Ioua.
Nam ego eum mei terrorem incu-
tiam in viuentium terra, vt iaceat in
medio præputiatorum cum gladio
cæſis Pharao, et eius turba omnis,
inquit Dominus Ioua.

CAPVT XXXIII.

Ad populares vaticinium Ezechielis. Quorum miſereatur Ioua, quorum autem vindictam ſumat. Iouæ ingenium a morte alienum. Quisque pro ſuis actis habendus.

ITem adfatus eſt me Ioua his ver- 1
bis: homo, loquere cum tuis 2
popularibus, et eis ita me ſigni-
ficare dicito: ſi ego alicui regioni 3
arma intulero, et incolæ aliquem
ſui corporis hominem ſibi conſtitu-
erint ſpeculatorem, isque conſpi-
catus hoſtes regionem inuadentes
homines tuba clangens admonue-
rit, et quispiam, audito tubæ ſono, 4
non cauerit, itaque ab hoſtibus
oppresſus perierit: is ſuo periculo
perierit, qui audito tubæ ſonitui 5
non obtemperauerit: ſuo, inquam,
periculo periit: quum, ſi obtem-
perasſet, potuerit vitæ ſuæ conſu-
lere. Sin ſpeculator, conſpicatus 6
venientes hoſtes, tuba non clanxe-
rit, itaque, non præmonitis homi-
nibus, venerint hoſtes, et eorum
aliquem oppresſerint, is quidem
[i] ſua culpa fuerit oppresſus: ſed e-
go eius ſanguinis pœnas a ſpecula-
tore repetam. Tu ſane, homo, ſpe- 7
culator a me datus es Iſraelitarum
generi, qui, auditis ex ore meo ver-
bis, eos a me commonefacias. Si 8
ego impio minatus fuero mortem,
neque tu locutus fueris, vt impium
a ſuo more admonendo retraheres:
et ipſe impius ſuo vitio morietur, et
ego eius ſanguinis pœnas a te repo-
ſcam. Sin tu impium monueris, 9
vt a ſuo more deſciſcat, nec is ta-
men deſciuerit: ipſe ſua culpa mo-
rietur, tu vero vitam tuam ſerua-
ueris. Tu igitur, homo, dic Iſ- 10
raelitarum generi: vos ita quidem
dicitis: [k] ſi nobis delicta, peccata-
que noſtra luenda ſunt, et in eis ta-
beſcendum, qui fiet, vt viuamus?
Dic eis: ſic viuam ego, inquit Do- 11
minus Ioua, vt mihi impium mo-
ri non placet, ſed recedere impium
a via ſua, et viuere. Recedite, re-
cedite ab iſtis malis moribus, ne
moriamini, domus Iſraelis. Tu 12
vero, homo, dic tuis popularibus:
neque iuſtum ſua iuſtitia tuebitur,
ſi pec-

h) inſepulti iacebunt. i) ob aliquod ſuum peccatum. k) ſi nos pro noſtris meritis Deus punit, actum eſt de nobis.

ſi peccauerit: neque improbo ob-
erit improbitas, ſi ab improbitate
ſua deſciuerit: neque iuſtus pote-
rit ſua iuſtitia viuere, ſi deliquerit.
13 Si ego iuſto vitam promiſero, et is,
ſua iuſtitia fretus, nequiter fecerit:
is, nullius eius iuſte factorum ratio-
ne habita, ob id, quod nequiter fe-
14 cerit, morietur. Rurſum ſi ego
improbo mortem fuero minatus, et
is a ſuo peccato ſe abſtinens, ius æ-
15 quumque fecerit, pignus reddi-
derit, ereptum retulerit, *l* vitalibus
inſtitutis obediens, ſeque a nequiter
agendo continens: is viuet, non
16 morietur, nec vllum commisſo-
rum ab eo peccatorum ducetur ei,
qui ius æquumque fecerit: viuet.
17 Et negant populares tui, *m* conſtare
Domini rationem? quum ipſorum
18 ratio non conſtet. Dum deflectit
iuſtus a ſua iuſtitia, nequiterque
19 facit: is mori debet. Rurſus dum
recedit improbus ab improbitate
ſua et ius æquumque facit: is de-
20 bet viuere. Et negatis conſtare
Domini rationem? ego vos pro ſuis
quemque moribus iudicabo, domus
21 Iſraelis. Anno autem exſilii noſtri
duodecimo, die quinta menſis de-
cimi, venit ad me quidam Hieroſo-
lymis elapſus, qui, vrbem ſuba-
22 ctam esſe, retulit: quum quidem
veſpere, illius aduentum antegresſo,
mihi Iouæ inſtinctu apertum fuisſet
os, donec ille venit ad me mane,
quo ore mihi aperto, deinceps non
23 tacui. Egit autem mecum Ioua
24 his verbis: homo, qui *n* ruinas illas
incolunt in iſraelitica terra, ſic di-
ctitant: vnus fuit Abrahamus, et
tamen terram posſedit: ergo nobis,
qui plures ſumus, terræ posſesſio
25 data eſt. Ergo dic eis: ſic dicit
Dominus Ioua: vos cum ſanguine
epulabamini, et oculos coniicietis
in iſtos ſtercoreos diuos, ſangui-
nemque fundetis, et terram posſi-
debitis? *o* Inſtatis veſtris gladiis, fa- 26
citis nefanda, et alii aliorum ſtu-
pratis vxores, et terram posſidebi-
tis? Ita dices eis: ſic dicit Domi- 27
nus Ioua: ita viuam ego, vt qui
ſunt in ruinis, ferro cadent: et
qui ruri, eos beſtiis dabo comeden-
dos: et qui in arcibus aut ſpelun-
cis, peſte morientur, redigam- 28
que terram in vaſtitatem ac ſolitu-
dinem, coercita eius potentiæ ſub-
limitate, reddamque ita deſertos
montes iſraeliticos, vt a nemine
peragrentur: ſcieturque, me esſe 29
Iouam, quum terram in vaſtitatem
ſolitudinemque redegero, propter
tot eorum nefanda facinora. De 30
te vero, homo, ſermocinantur po-
pulares *p* tui: apud parietes, et in
domorum veſtibulis, et inter ſeſe
colloquentes dictitant alius alii,
eundum esſe ad audiendum, ecquid
adfati a Ioua emanarit: teque, 31
(quomodo vulgo fit,) conueniunt,
et coram te ſedentes mei, tua ver-
ba audiunt nec ea exſequuntur,
ſed * faciunt ore ſuo cantica, animo
ſuæ indulgentes auaritiæ, ac te 32
pro amatorio carmine habent, ele-
ganti voce et fidibus bene modula-
to, et tua quidem dicta audiunt,
ſed non exſequuntur. Verum 33
quum id euenerit, quod aduentat
ſcient, inter ſe verſatum fuisſe va-
tem.

CAPVT XXXIIII.

*In Iſraelitarum paſtores vaticinia. Paſto-
rum ſcelera, gregis calamitates. Paſto-
rum pœnæ, gregis conſolatio, nouo fœde-
re.*

ITem adlocutus eſt me Ioua his 1
verbis: homo, vaticinare con- 2
tra paſtores Iſraelitarum, vati-
cinare, et dic illis paſtoribus: ſic
dicit

l) legi, in qua obeunda poſita eſt vita. *m*) æquum et iuſtum esſe, quod facit Dominus. *n*) dirutas vrbes Iudææ. *o*) crudeles eſtis et homicidæ. *p*) vulgo in circulis, et vbi apricantur.

dicit Dominus Ioua: heu Iſraelita-
rum paſtores, qui vos ipſos paſcitis.
Nonne [q] oues paſcere, paſtorum eſt?
3 Adipem comedetis, lanam indue-
tis, mactabitis opima, oues non
4 paſcetis? Vos infirmas non con-
firmatis, ægras non ſanatis, non
obligatis fractas, non reuocatis
profligatas, perditas non quæritis,
eisque violenter aſpereque impera-
5 tis. Itaque vagantur defectu pa-
ſtoris, et ita palantes, omnibus feris
6 paſtui ſunt. Errant oues meæ paſ-
ſim per montes, perque omnes edi-
tos colles, perque omnes terrarum
regiones vagæ ſunt oues meæ, nul-
lo veſtigante, nullo quærente.
7 Quamobrem, o paſtores, audite Io-
8 uæ dicta: ne viuam, inquit Do-
minus Ioua, ni quoniam oues meæ
prædæ paſtuique ſunt omnibus be-
ſtiis agreſtibus, defectu paſtoris,
neque meas oues conquirunt mei
paſtores, paſcuntque paſtores ſe-
ipſos, oues autem meas non paſcunt.
9 Hanc ob rem, paſtores, audite Iouæ
10 dicta: ſic dicit Dominus Ioua: e-
go paſtores petam, ouesque meas
ab eis repoſcam, et eos ouium pa-
ſtione abdicabo, efficiamque, vt
non paſcant amplius paſtores ſe-
metipſos, et liberabo meas oues ex
eorum faucibus, ne ſint eis pabulo.
11 Sic enim dicit Dominus Ioua: ego
ipſe ſum meas conquiſiturus oues,
12 et veſtigaturus; quemadmodum
veſtigat paſtor ſuum gregem, quan-
documque eſt in medio diſperſa-
rum ouium ſuarum: ſic ego per-
13 ueſtigabo meas oues, et liberabo
ex omnibus locis, vbi fuerint nubi-
lo caliginoſoque tempore diſſipa-
tæ, easque ex populis eductas, et
ex terris collectas, introducam in
ſuam terram, et per iſraeliticos
14 montes, per depreſſa loca, per-
que omnes terræ ſedes paſcam, et
paſcam in bonis paſcuis, habebunt-
que in altisſimis iſraeliticorum
montium ſtabula, vbi in bonis cu-
bent ſtabulis, et læta per iſraeliti-
cos montes paſcua depaſcant. Ego 15
meas oues paſcam, ego idem ſta-
bulabo, inquit Dominus Ioua,
perditas quæram, profligatas re- 16
uocabo, fractas obligabo, confir-
mabo imbecillas, pingues autem
robuſtasque perdam, eas cum ra-
tione paſcens. At vos, o oues 17
meæ, ſic dicit Dominus Ioua: ego
pecus a pecore, arietes ab hircis di-
iudicabo. Parumne vobis eſt pa- 18
ſcuorum optima depaſci, niſi etiam
pabulorum veſtrorum reliquias pe-
dibus obteratis? aut limpidisſimam
aquam bibere, niſi inſuper reli-
quam pedibus turbetis, ita vt o- 19
ues meæ pedibus veſtris et obtrita
paſcant, et turbata bibant? Qua- 20
propter ſic eis dicit Dominus Ioua:
ego ipſe inter obeſum pecus et ma-
cilentum diiudicabo, quoniam 21
vos lateribus humerisque detrudi-
tis, cornibusque veſtris arietatis in
infirmisſimas quasque, eousque,
vt eas foras ſparſim quatiatis. Ita- 22
que ego meas oues conſeruabo, ne
ſint amplius prædæ, et pecus a pe-
core diiudicabo, eisque paſtorem 23
vnum ſuſcitabo, qui eas paſcat,
meum Dauidem, qui eas paſcet, eis-
que paſtor erit. Ego vero Ioua eis 24
Deus ero: meus autem Dauid re-
ctor verſabitur inter eos: ego Ioua
loquor. Percutiam autem cum 25
eis fœdus [r] pacis, tollamque ex terra
feras beſtias, ita vt in deſertis tuto
degentes, dormiant in ſaltibus,
eisque circa collem meum fecundi- 26
tatem dabo, et imbres ſuo tempore
demittam, qui imbres ſint fecundi,
atque ita et terreſtribus arboribus 27
ſuos fructus, et humo ſuas edente
fruges, erunt in ſua terra tuti, ſci-
entque, me eſſe Iouam, quum, ru-
ptis eorum iugi nexibus, eos ex eo-
rum poteſtate vindicauero, qui eis
vtebantur ſeruis. Nec erunt am-
plius prædæ gentibus, nec a feris 28
comedentur terreſtribus, ſed tuto
degent

q) Hebræa vox ouium et caprarum communis eſt. r) felicitatis.

29 degent interriti, eiſque s planta-
rum nomen erigam, nec amplius
conficientur in terra fame, nec am-
plius gentium probrum patientur,
30 ſcientque, me Iouam ſuum Deum
ſibi adeſſe, ſeque meum eſſe popu-
lum Iſraele prognatos, inquit Do-
31 minus Ioua. Vos vero, o meæ o-
ues, meæ paſtionis oues, qui homi-
nes eſtis, ego ſum Deus veſter, in-
quit Dominus Ioua.

CAPVT XXXV.

Contra Seirem montem vaticinium. Aeternæ in Seire ſolitudines. Idumææ vaſtatio.

1 ITem his me verbis adfatus eſt
2 Ioua: homo, compone faciem
tuam aduerſus montem Seirem,
et contra eum vaticinans, ſic ei di-
3 cito: ſic dicit Dominus Ioua: ego
te petam, mons Seir, et tibi manus
inferens, te in vaſtam ſolitudinem
4 redigam, vrbeſque tuas deſolabo,
et tu deſertus eris, ſcieſque, me eſ-
5 ſe Iouam: quoniam æternas ge-
rens inimicitias, compingis Iſraeli-
tas in enſes, tempore eorum exitii,
6 tempore t peracti criminis. Quam-
obrem ne viuam, inquit Dominus
Ioua, ni te cæde adficiam, teque
cædes perſequetur: ni te, qui u cæ-
7 dem odiſti, cædes perſequetur, re-
digamque Seirem montem in va-
ſtam ſolitudinem, et ex eo, qui ibi
8 obuerſentur, exſtirpabo, eiuſque
montana ſuis occiſis complebo ca-
dentibus per omnes tuos colles, per-
que tum edita, tum demiſſa loca,
9 ſauciis ferro. Aeternas ſolitudines
ex te faciam, nec incolentur vrbes
tuæ, ſcietiſque, eſſe me Iouam:
10 quandoquidem dicis, ambas gen-
tes, ambaſque terras fore tuas, x e-
amque vos eſſe poſſeſſuros, vbi Io-
11 ua eſt. Itaque ſic viuam, inquit
Dominus Ioua, vt quemadmodum
ira inuidiaque iſta dignum eſt, qua
præ tuo in eos odio vſus es, ſic a-
gam, atque ita quum in te exem-
plum edidero; cognoſcar apud eos,
ſcieſque, me Iouam audiuiſſe iſta 12
tot maledicta, quæ vos in iſraeliti-
cos montes contuleritis, dicentes
vaſtatos eſſe et vobis comedendos
datos, et in me atroci oratione 13
procacibuſque verbis vtentes, quæ
ego audiui. Sic dicit Dominus Io- 14
ua: gaudente toto orbe, efficiam
te vaſtum: quemadmodum tu 15
domus iſraeliticæ patrimonium va-
ſtatum eſſe gaudes, ſic efficiam, vt
vaſtus fias, mons Seir, et vniuerſa
Idumæa, ſcieturque, me eſſe Io-
uam.

CAPVT XXXVI.

Contra montes iſraeliticos vaticinia. Contra gentes, Idumæam cumprimis. Conſolandi Iſraelitæ. Horum calamitates. Reducendi in patriam Iſraelitæ.

TV vero, homo, vaticinare ad 1
iſraeliticos montes, et dic:
o montes iſraelitici, audite
Iouæ dicta. Sic dicit Dominus Io- 2
ua: quoniam in vos inſultat hoſtis,
et ſibi y æternorum faſtigiorum poſ-
ſeſſionem ceſſiſſe dicit: propterea 3
vaticinare, dicens: ſic dicit Domi-
nus Ioua: quandoquidem vos vn-
dique vaſtati, et depopulati, reliquis
gentibus in poſſeſſionem ceſſiſtis, et
in hominum dicteria atque probra
veniſtis: hanc ob rem, o montes
iſraelitici, audite Domini Iouæ di-
cta. Sic dicit Dominus Ioua mon- 4
tibus, et collibus, et depreſſis locis,
vallibuſque, et vaſtis ruinis, et de-
relictis vrbibus, quæ reliquis vndi-
que gentibus prædæ ludibrioque
ſunt, ſic, inquam, dicit Dominus 5
Ioua: omnino ego ardenti vehe-
mentia vti decreui, quum in reli-
quas gentes, tum in totam Idumæ-
am,

s) firmum duraturumque nomen conciliabo. t) ſupplicii, quod peracto crimine irrogatur. u) non vis cædibus adfici. x) Hieroſolymam. y) iſraeliticorum montium.

am, qui terræ meæ poſſeſſionem
ſumma cum mentis lætitia animi-
que procacitate ſibi vindicauerint,
6 quod ea eſſet obiecta prædæ. Quo-
circa vaticinare de iſraelitica terra,
et dic montibus atque collibus, de-
preſſiſque locis et vallibus. Sic dicit
Dominus Ioua: ego acriter et ira-
cunde loquor: quoniam vos gen-
7 tium probra fertis, hanc, inquam,
ob cauſſam ſic dicit Dominus Ioua:
ego vobis promitto gentes, vobis
vndique finitimas infamiam paſſu-
8 ras eſſe: vos autem, o montes iſ-
raelitici, veſtros et ramos ede-
tis, et fructus feretis Iſraelitis
9 meis propediem z) venturis. Nam
hoc vobis confirmo futurum
eſſe, vt ego reſpiciam vos, colendoſ-
10 que et ſeminandos curem, et ho-
minibus frequentem, videlicet vni-
uerſo Iſraelitarum genere, vtque
vrbes habitentur, et diruta conſtru-
11 antur, faciamque, vt in vobis et
hominum ſit et pecorum copia, qui
crebreſcant ac fetificent, voſque in
antiquum reſtituam, et pluribus
bonis adficiam, quam quæ habue-
ritis olim, ſcietiſque, me eſſe Iouam,
12 atque in vos perducam homines,
videlicet meos Iſraelitas, qui te
poſſideant, quorum tu ſis patrimo-
nium, nec eos deinceps depopuleris.
13 Sic dicit Dominus Ioua: quoniam
tu hominum conſumtrix, gentiſ-
que tuæ depopulatrix eſſe diceris:
14 propterea non amplius homines
conſumes, gentemue tuam depo-
pulabere deinceps, inquit Dominus
15 Ioua, neque committam, vt am-
plius audias probra gentium, neque
deinceps aut populorum maledicta
feres, aut tuam gentem depopula-
16 bere, inquit Dominus Ioua. Præ-
terea ſic adlocutus eſt me Ioua:
17 homo, Iſraelis poſteri in terra ſua
manentes, eam ſuis moribus ſtudi-
iſque polluerunt. Itaque ego eo-
rum mores pro menſtrualis fœdita-
te ducens, in eos bilem meam 18
profudi propter terram, ab eis et
ſanguine perfuſam, et ſtercoreis
eorum diis pollutam, eoſque pro 19
ipſorum moribus ſtudiiſque pu-
niens, vltro citroque per gentes
atque terras diſſipaui. Illi vero, 20
vt ventum eſt in nationes, in quas
venerunt, a) meum ſacrum profana-
uere nomen, quum Iouæ populus
eſſe, qui ex ſua terra migraſſent, di-
cerentur. Sed ego indulgeo meo 21
ſacro nomini, quod profanarunt
Iſraelis poſteri in nationibus, in
quas venerunt. Quare dic Iſraeli- 22
tarum generi: ſic dicit Dominus
Ioua: non ego veſtra id cauſſa fa-
cio, domus Iſraelis, ſed propter
meum ſacrum nomen, quod vos a-
pud gentes, in quas veniſtis, profa-
naſtis. Hoc ego meum magnum 23
nomen conſecrabo, profanatum
apud gentes, id vobis inter eas pro-
fanantibus, ſcientque gentes, me
eſſe Iouam, inquit Dominus Ioua,
quum ego me in vobis ob oculos il-
larum ſanctum præbuero. Arceſ- 24
ſam autem vos ex gentibus, et ex
omnibus collectos terris adducam
in veſtram patriam, puraque 25
conſperſos lympha, vt ab omnibus
veſtris fæditatibus purgemini, ab
omnibus veſtris vos expiabo ſter-
coreis diuis, vobiſque et cor no-
uum, et ſpiritum nouum in pe- 26
ctore dabo, ac, exemto de corpori-
bus veſtris lapideo corde, vobis car-
neum cor dabo, et, dato in pecto- 27
ra veſtra meo ſpiritu, faciam, vt
inſtitutis meis pareatis, meaſque
ſententias conſeruetis. Quo faci- 28
endo manebitis in terra, quam ego
dedi maioribus veſtris, et vos mihi
populus, et vobis ego Deus ero,
voſque ab omnibus veſtris impuri- 29
tatibus vindicabo, et frumentum
euocans atque multiplicans, non im-
ponam

z) ſcilicet iſtuc. a) ibi quoque peccarunt, quo fit, vt ego male audiam, quum mei dicantur eſſe. Atque ob id crimen ego vos delerem. Sed male audirem apud gentes, ni eos reuocarem, vt promiſi.

30 ponam vobis famem, ſed arbo-
rum fructus agrique fruges multi-
plicabo, ne vobis fames amplius a-
31 pud gentes exprobretur. Recor-
dantes autem vos veſtros vitioſos
mores, improbamque naturam,
diſtædebit apud vos ipſos vitiorum
32 ſcelerumque veſtrorum. Non
propter vos ego hoc faciam, inquit
Dominus Ioua, vt hoc ſciatis: pu-
deat vos, et erubeſcite veſtros mo-
33 res, domus Israelis. Sic dicit Do-
minus Ioua: quum ego vos ab o-
mnibus vitiis veſtris mundauero, et
34 inſtauratis, quæ diruta ſunt, effe-
cero, vt habitentur vrbes, deſerta-
que terra, pro eo, quod deſerta
fuerit, colatur, ſpectantibus cun-
35 ctis viatoribus: dicetur, terram
iſtam vaſtatam ſimilem eſſe ede-
nenſis viridarii, vrbesque dirutas,
vaſtatas, euerſas, habitari munitas,
36 ſcientque gentes, quæ circum vos
erunt reliquæ, me Iouam eum eſſe,
qui et euerſa inſtaurem, et vaſta
conſeram. Ego Ioua et dico et fa-
37 ciam. Sic dicit Dominus Ioua:
hoc adhuc, vt Israelitis faciam, exo-
rabor, *b* videlicet vt eos augeam
38 quaſi humanas oues. Quaſi oues
ſacræ, quaſi oues Hieroſolymæ in
eius ſolemnibus, ſic erunt vrbes
dirutæ humanarum ouium plenæ,
ſcientque, me eſſe Iouam.

CAPVT XXXVII.

Adflatus Iouanus in vate. Exſurgentia cadauera. Oſſa Israelitarum. Inſcribenda ligna, coniungenda in vnum. Colligendi populi disſipati. Rex Dauid futurus. Prædicta felicitas Iacobitarum. Fœdus nouum, et fanum ſempiternum.

1 IOua me, a ſe inſtinctum Iouano
adflatu, perduxit in medium
campum, qui erat oſſium ple-
2 nus: præter quæ oſſa me per cir-
cuitum deduxit: erant autem per-
multa, in campi ſolo, eaque pera-
rida. Atque ille me ſic adlocutus 3
eſt: homo, reuiuiſcentne hæc oſ-
ſa? Cui ego: Domine Ioua, in-
quam, tu id ſcis? Et ille: vaticina- 4
re, (inquit mihi,) ad hæc oſſa, et eis
dicito: o arida oſſa, audite dicta
Iouæ. Sic dicit Dominus Ioua his 5
oſſibus: * ego in vos immittam ſpi-
ritum, quo reuiuiſcatis, vosque 6
et neruis inducam, et carne obdu-
cam, et obtegam cute, ſpirituque
donabo, atque ita reuiuiſcetis, et
me Iouam eſſe cognoſcetis. Igitur 7
ego vaticinatus ſum, ſicut eram
iusſus: ac, me vaticinato, ſonus
exſtitit et motus, quum quidem
accederent oſſa ad ſuum quodque
os, ſpectansque animaduerti, 8
creſcere in ea neruos atque car-
nem, eaque cute deſuper integi, ſed
carentia ſpiritu. Atque ille mihi: 9
vaticinare ad ſpiritum, inquit, va-
ticinare homo, et dic ſpiritui: ſic
dicit Dominus Ioua: a quatuor re-
gionibus veni, o ſpiritus, et hos in-
terfectos adfla, vt reuiuiſcant. Ita- 10
que vaticinatus ſum, ſicut eram
iusſus: atque in illa venit ſpiritus;
reuixeruntque, et in pedes ſuos
conſtiterunt, copiæ ſane maximæ.
Et ille mihi: homo, inquit, hæc 11
oſſa ſunt totum genus Israelitarum,
qui ſane dicunt, aruiſſe oſſa ſua,
ſpem ſuam periiſſe, ſeque exciſos
eſſe. Quamobrem vaticinare, et 12
eis dicito: ſic dicit Dominus Ioua:
ego aperiam ſepulcra veſtra, et vos
meos, ex ſepulcris veſtris extractos,
in israeliticam terram introducam,
ſcietisque, me eſſe Iouam, quum 13
ego, apertis ſepulcris veſtris, vos
meos ex eis extraxero, vobisque 14
ſpiritum meum indam, faciamque
vt viuatis, et vos in patria veſtra
victuros collocabo, ſcietisque, me
Iouam *c* eum eſſe, qui et dicam et
faciam, inquit Ioua. Item adlocu- 15
tus eſt me Ioua in hunc modum:
tu vero, homo, ſume lignum vnum, 16
et

b) vt paſtor oues habet, ſic ego eos hieroſolymitanos homines habebo. *c*) ea facere, quæ dixerim.

et in eo inſcribe: Iudæorum et Iſraelitarum eorum ſociorum. Item alterum lignum ſume, et in eo inſcribe: ioſepheum lignum Ephraimitarum, et totius Iſraelitarum domus eorum ſociorum, eaque alterum alteri admoue, vt tibi ſit lignum vnum, fiantque vnum in tua manu. Quod ſi ex te petierint populares tui, vt eis exponas, quid tibi velint iſta: dicito eis. Sic dicit Dominus Ioua: ego ioſepheum lignum ſumam, quod in Ephraimitarum manu eſt, et Iſraelitarum tribus eorum ſociorum, atque hos vna cum illis componam cum Iudæorum ligno, et ex eis vnum faciam lignum, eruntquè vnum in mea manu. Habens autem inſcripta a te ligna in manu, ſpectantibus illis, eos adloquere. Sic dicit Dominus Ioua: ego Iſraelitas ex gentibus, in quas abiuerint, arceſſitos, et vndique collectos, introducam in ipſorum patriam, eosque in terra in vnam gentem redigam, in montibus iſraeliticis, vnumque regem habebunt omnes regem, nec erunt amplius duæ gentes, neque deinceps in duo regna diuidentur, nec amplius ſuis ſtercoreis diis, obſcenitatibus, et tot peccatis polluentur, ac eos, vbicumque locorum, (in quibus peccauerint,) degentes ſeruabo et expiabo, et ipſi ſe mihi populum, et eis ego me præbebo Deum. Meus autem Dauid erit eorum rex, cunctique paſtorem vnum habentes, ad mea iura viuent, meaque decreta ſeruabunt et exſequentur, et terram incolent, quam ego meo Iacobo dedi, quam eorum maiores incoluerunt: eam incolent ipſi, eorumque nati, et nepotes, in perpetuum, meum Dauidem rectorem habentes in ſempiternum. Ac cum eis fœdus pacis feriam, fœdus æternum eis futurum, eosque promouebo at-
que augebo, ponamque inter eos 27
meum fanum in ſempiternum, et
habens apud eos habitationem, ero
Deus illis, et ipſi mihi populus erunt,
ſcientque gentes, me Io- 28
uam Iſraelitas conſecrare, quum
erit meum fanum inter eos in ſempiternum.

CAPVT XXXVIII.

In Gogum et Magogum vaticinia. Gogus Iſraelitas vexaturus, fugandus, perdendus. Sanctus Ioua, cognitus a cunctis.

ITem me ſic adfatus eſt Ioua: 1
homo, *compone faciem tuam 2
ad Gog, terram Magog, ſummum
Moſchorum Iberorumque
ductorem, et in eum ita vaticinare:
ſic dicit Dominus Ioua: mihi 3
tecum res eſt, Gog, Moſchorum
Iberorumque ſumme ductor: te 4
ego retraham, et, prehenſo hamis
tuo roſtro, extraham, teque et totum
exercitum tuum, equos, et
equites omnes indutos perfecte,
cunctos ingenti multitudine ſcutatos
et clipeatos, omnes enſibus vtentes,
Perſas, Aethiopes, et 5
Lybies vna cum eis, clipeatos omnes
et galeatos, Galatiam cum 6
ſuis omnibus copiis, genus Thogormæ,
tractus ſeptemtrionales
cum omnibus ſuis copiis, tot populis
te comitantibus. Præpara et 7
inſtrue te vna cum omni tuorum
multitudine, qui ad te coiuerunt,
vt ſis eis cuſtodiæ. In te poſt longa 8
tempora animaduertetur, qui vltimis
annis recidiuam ab armis terram
inuades, ex multis collectam
populis, in montes iſraeliticos, qui
perpetuo fuerint deſolati, [e] qua ex
populis educta, degent, e illi omnes
in tuto. Vades autem in ea expe- 9
ditione quaſi tempeſtas quædam,
quaſi operiens terram nubes, tu
tuæque omnes copiæ, multis te comitantibus
populis. Atque illo 10
tempo-

) ſcilicet terra, hoc eſt hominibus, loco pro incolis poſito. e) regionis homines.

tempore, (inquit Dominus Ioua,)
tu quædam animo concipies, et ma-
11 lam cogitationem habebis, ſta-
tuesque regionem adgredi [f] paga-
nam, quietos inuadere, in tuto de-
gentes, omnes ſine mœnibus agen-
tes, carenteſque clauſtris atque
12 oſtiis, vt ſpolia prædamque agas
atque diripias, vt manum tuam
conuertas ad habitatas ruinas, et
ad collectum ex gentibus populum,
qui pecuariam remque faciat, in
13 terrarum vmbilico degens. Sa-
bæi, Dedanenſes, Ciliciæque mer-
catores, ac leones omnes inter-
rogabunt te, num ad capienda ſpo-
lia venias, num ad diripiendam
prædam coegeris multitudinem
iſtam, ad tollendum argentum at-
que aurum, ad pecus, atque res
auferendas, ad magna capienda ſpo-
14 lia. Quamobrem vaticinare, ho-
mo, et dic Gogo: ſic dicit Dominus
Ioua: nimirum illo tempore, ha-
bitantibus in tuto meis Iſraelitis, tu
15 cognita re, venies ex loco tuo,
ex tractibus ſeptemtrionalibus, cum
frequentium populorum comitatu,
qui omnes vehentur equis, quæ
16 ingens erit copioſaque multitudo
atque exercitus, et adgrediere
meos Iſraelitas, quaſi quædam ter-
ram operiens nubes, vltimo tem-
pore futurus, teque in meam terram
inducam, vt cognoſcant me gentes,
[g] quum in te præſtitero me ſan-
ctum, ipſis cernentibus, Goge.
17 Sic dicit Dominus Ioua: tune ille
es, de quo ego priſcis temporibus
per meos vates Iſraelitas, illorum
temporum annis vaticinatos, præ-
dixerim fore, vt te in eos adduce-
18 rem? Atque illa die, qua die inua-
det Gogus Iſraelitarum patriam,
inquit Dominus Ioua, gliſcet, irato
19 me, bilis mea, ac cum igneæ atro-
citatis impetu prædico fore omni-
no ea die tam ingentem in Iſraeli-
tarum patria motum, vt me tre- 20
mant et [h] marini piſces, et aeriæ
volucres, et beſtiæ terreſtres, et
quæcumque greſſilia gradiuntur
humi, et quicumque homines ſunt
in terræ ſolo, euertanturque mon-
tes, labantur arces, omnesque
muri concidant ad terram. Atque 21
in eum per totos montes meos ita
conciebo gladios, inquit Dominus
Ioua, vt ipſi ſe mutuo gladiis pe-
tant; cumque eo peſte et cæde 22
contendam, et vndantem pluuiam,
grandinoſos lapides, ignem ſul-
phurque impluam in eum, et in
eius copias, inque tot eum comi-
tantes populos, atque ita ma- 23
gnum me ſanctumque præſtabo, et
in multarum gentium conſpectu
cognoſcar, ſcieturque, me eſſe
Iouam.

CAPVT XXXIX.

In ductorem Moſchorum Gogum. Huius ca-lamitates. Ignis in Magogum immittendus. Inuiolandum Iouæ nomen. Gogica clades. Volucres cadaueribus humanis opimæ.

TV vero homo, vaticinare in 1
Gogum, dicens: ſic dicit
Dominus Ioua: mihi tecum
res eſt, Goge, ſumme ductor Mo-
ſchorum atque Iberorum: te ego 2
retraham, [i] ſextaboque, et quum
te ex ſeptemtrionali tractu extra-
ctum adduxero in montes iſraeliti-
cos, tibi et arcum de ſiniſtra ex- 3
cutiam, et ſagittas de dextra deii-
ciam, et in iſraeliticis lapſum 4
montibus teque tuasque copias o-
mnes, et populos, te comitantes, ali-
tibus volucribus, quantum alati eſt,
beſtiisque terreſtribus comedendos
tradam. Tu in agri ſolo occum- 5
bes: quoniam ego locutus ſum, in-
quit Dominus Ioua: immittam- 6
que ignem in Magogum, et in ſecu-
ros inſulares, efficiamque, vt ſci-
ant,

f) nullis mœnibus munitam. g) quum te puniuero, in quo ſanctitas ſeueritasque mea adparebit. h) aquatiles. i) ſex pœnis adficiam, quas paullo ante poſui, videlicet peſte, cæde, pluuia, grandine, igne, et ſulphure.

ant, me eſſe Iouam, ac meum
ſanctum nomen inter meos Iſraeli-
tas declarabo, nec amplius meum
ſanctum nomen profanabo, ſcient-
que gentes, me eſſe Iouam, apud
Iſraelitas ſanctum. Ventura eſt
et futura, inquit Dominus Ioua,
illa, quam ego dico, dies, quum
quidem egreſſi iſraeliticarum vr-
bium incolæ, accendent crema-
buntque arma, et clipeos, et ſcuta,
arcus et ſagittas, ſudes et iacula,
iisque facient ignem ſeptem annos,
nec ex agris ligna conuehent, nec
ex ſiluis lignabuntur, ſed armis i-
gnem facient, illorumque ſpolia ac
prædam capient ac diripient, in-
quit Dominus Ioua. Atque illo
tempore tribuam ibi Gogo ſepultu-
ræ locum, in finibus Iſraelitarum,
vallem viatorum mare verſus, quæ
efficiat, vt prætereuntes ſibi [a] nares
obturent, vbi Gogus cum omni ſua
turba ſepeliatur, quæ gogicæ tur-
bæ vallis adpelletur. Sepelient
autem eos Iſraelitæ, expurgandæ
terræ gratia, ſeptem menſibus, et
ſepelient omnes incolæ: eumque
diem, quo ego me glorioſum præ-
ſtitero, habebunt celebrem, inquit
Dominus Ioua. Tum [b] adſiduos
homines deſtinabunt, ad peragran-
dam regionem, cumque iis pera-
grantibus alios, qui ſepeliant reli-
quos per terræ ſolum, eius purgan-
dæ gratia, [c] quos quidem peractis
ſeptem menſibus, conquirent. At-
que illi terram luſtrando obeuntes,
ſi hominis oſſa viderint, exſtruent
apud ea cippum, dum ea ſepeliant
humatores in vallæ gogicæ turbæ.
Eritque etiam vrbi nomen [d] Hamo-
na, atque ita terram purgabunt. Tu
vero, homo, ſic dicit Dominus
Ioua, dic auibus omnibus alatis,
omnibusque beſtiis terreſtribus:
conuenite et adeſte, coite vndique
ad meum ſacrificium, quod ego
vobis, ingens ſacrificium, in iſrae-
liticis montibus ſacrifico, et car-
nem comedetis, potabitisque ſan-
guinem. Carnem heroum come- 18
detis ſanguinemque principum ter-
rarum bibetis, arietum, agno-
rum, hircorum atque taurorum,
qui ſunt omnes [e] baſanice ſaginati.
Comedetis autem adipem ad ſatieta- 19
tem, et ſanguinem bibetis ad ebrie-
tatem ex meo ſacrificio, quod vo-
bis ſacrificauero, et in menſa mea 20
ſatiabimini equis et vectoribus, he-
roibus, omnique genere militum,
inquit Dominus Ioua, meamque
gloriam per gentes propagabo,
cernentque gentes omnes ſuppli- 21
cium, quod irrogauero, et ma-
num, quam eis intulero, ſcient- 22
que et poſteri Iſraelis, me eſſe Io-
uam ſuum Deum, ab illa die dein-
ceps, et ceteræ gentes ſua culpa 23
exſulaſſe Iſraelis poſteros, quibus
ego propter eorum in me crimen
vultum meum ſubtraxerim, eos-
que ſuis hoſtibus addixerim, atque
ita ferro omnes occubuerint, me 24
eos, vt poſtulabat eorum fœditas
et peccata, tractante, et vultum
meum eis ſubtrahente. Quamob- 25
rem ſic dicit Dominus Ioua: nunc
ego reuocabo captiuos Iacobeos,
miſeratusque totum genus Iſraeli-
tarum, [f] meo ſacro nomini ſtudebo,
(quum quidem illi infamiam paſſi 26
dederint pœnas ſui tanti contra me
criminis, tum commiſſi, quum in
patria ſua tuti, exterrente nullo,
degerent,) dum eos ex populis re- 27
uocabo, et ex hoſtilibus terris col-
ligam, [g] meque in eis ſanctum præ-
ſtabo in multarum gentium con-
ſpectu, efficiamque, vt ſciant, 28
me Iouam eſſe Deum ſuum, dum
quos

a) ſcilicet præ fœtore. b) certos et nauos. c) per ſeptem menſes ſepelient omnes incolæ, iis peractis conſtituentur certi, qui conquirant, ſi qui ſepeliendi reſtent. d) hoc eſt turba. e) pinguiſſimi. f) operam dabo, vt mihi nomen ſanctum famamque comparem. g) ita cum eis agam, vt ſanctus eſſe videar.

quos ad gentes transtulero, eoſ-
dem in patriam ſuam congregabo,
nullo amplius eorum ibi relicto,
29 nec amplius eis vultum meum ſub-
ducam, qui meo ſpiritu domum
Iſraelitarum perfudero, inquit
Dominus Ioua.

CAPVT XL.

Exſilii anni. Templi deſcriptio. Vir cum amuſsi, et decempeda. Partium fani menſuræ.

1 ANno exſilii noſtri viceſimo
quinto, initio anni, deci-
mo die menſis, anno ab vr-
be ſubacta decimoquarto, eo, in-
quam, ipſo die Ioua me inſtinctu
2 ſuo duxit illuc, duxit, inquam,
me per diuina viſa in iſraeliticam
terram, et in præalto monte collo-
cauit, in quo erat quaſi vrbis ædifi-
3 cium ab auſtro. Eo poſtquam ille
me duxit, video virum forma qua-
ſi ærea, habentem in manu amuſ-
ſim lineam, et decempedam, qui
ad portam ſtabat, qui vir ſic me eſt
4 adlocutus; homo, cerne tuis o-
culis, et auribus audi, et animo
attende, quidquid ego tibi mon-
ſtrabo: nam vt tibi monſtretur,
huc adductus es. Referto, quid-
5 quid videris, Iſraelis domui. * Cir-
cumdabat autem vndique murus
templum, extrinſecus, et * vir ille
habens in manu decempedam ſex
cubitorum, qui ſinguli cubitum et
quatuor digitos haberent, * menſus
eſt ædificii craſsitudinem vna de-
cempeda, et altitudinem vna de-
6 cempeda, deinde venit * ad por-
tam obuerſam ad orientem, adſcen-
ditque per eius gradus, et portæ li-
men in vnius decempedæ craſsitudi-
nem menſus eſt, itemque alterum li-
men in vnius decempedæ craſsitudi-
7 nem. Cellas quoque in ſingularum
decempedarum longitudinem, ac la-
titudinem quinis inter ſeſe cubitis
8 diſtantes. Diſtabat autem portæ
limen a veſtibulo, quod erat intus,
vna decempeda. Veſtibulum ita 9
menſus eſt, vt intrinſecus *h* abesſet
vna decempeda, idque octo cubi-
tos pateret, adpendices habens
duorum cubitorum, intus colloca-
tum. Erant autem illæ in porta 1
cellæ verſus orientem, vtrimque
trinæ, eadem ipſarum omnium,
eadem item adpendicum hinc atque
hinc menſura. Oſtii portæ latitu- 1
dinem menſus eſt decem cubitis,
ianua *i* longa tredecim cubitos. An-
te cellas erant ſingulorum cubito-
rum ſpatia vtrimque, ipſæque cellæ
hinc inde patebant ſenos cubitos.
Itaque portæ latitudinem a cellæ
tecto ad ipſius portæ tectum, men-
ſus eſt vigintiquinque cubitis,
quum oſtium oſtio reſponderet.
Fecit autem adpendices ſexaginta
cubitorum, quum quidem adpen-
dicem portæ circumdaret atrium.
Atque a fronte ianuæ, qua intra-
batur, ad frontem interioris ianuæ
veſtibuli, erant quinquaginta cu-
biti. Habebant autem cellæ, item-
que adpendices et acceſsiones, fe-
neſtras cluſiles, parte interiore
portæ, quæ feneſtræ erant intrin-
ſecus vndique, erantque adpendi-
ces palmatæ. Tum me duxit ex-
terius in atrium, vbi cœnacula e-
rant, et pauimentum factum per
atrii circuitum, quæ cœnacula, ad
pauimentum erant triginta. Erat
autem pauimentum a latere porta-
rum, ſecundum portarum longitu-
dinem, idque inferius. *Latitudi-
nem menſus eſt a fronte inferioris
ianuæ ante interius atrium foris
centum cubitis, tum ad orientem,
tum ad ſeptemtrionem. * Item por-
tæ, quæ erat ſeptemtrioni ad a-
trium exterius obuerſa, longitu-
dinem latitudinemque menſus eſt,
ita vt trinas vtrimque cellas et ad-
pendices ac proiecturas haberet,
eiuſdem cum prima porta menſu-
ræ, longa quinquaginta cubitos,
lata

h) ſcilicet a liminis ingreſſu. *i*) in altitudinem.

22 lata vigintiquinque, feneſtris,
adpendicibus, palmiſque eiuſdem
menſuræ, cuius erant portæ ſpe-
ctantis orientem. Atque ad eam
ſeptem gradibus adſcendebatur,
ante quos erant eius adpendices.
23 Erat autem porta interioris atrii e
regione alterius portæ, tam ad
ſeptemtrionem, quam ad ortum,
menſusque eſt ab vna porta ad alte-
24 ram, centum cubitos. Deinde me
duxit meridiem verſus. Erat verſus
meridiem porta, cuius adpendices
et acceſsiones metatus eſt iiſdem il-
25 lis modulis. Ea et feneſtras et ad-
pendices per circuitum habebat, il-
lis feneſtris ſimiles, patens in longi-
tudinem quinquaginta cubitos, in
26 latitudinem vigintiquinque. Eius
adſcenſus erat ſeptem graduum, an-
te quos erant eius adpendices, quæ
palmas habebant vtrimque ſingu-
27 las, habebatque interius atrium
portam meridiem verſus, a qua
porta ad alteram portam meridiem
verſus, menſus eſt centum cubitos.
28 Tum me duxit ad atrium interius
per meridianam portam, quam me-
ridianam portam menſuris iiſdem
29 dimenſus eſt, iiſdemque eius cel-
las et adpendices atque acceſsiones,
habentem tum ipſam, tum eius ac-
ceſsiones, feneſtras per ambitum,
longam quinquaginta cubitos, la-
tam vigintiquinque, circumie-
ctis acceſsionibus longitudine vi-
gintiquinque cubitorum, latitudine
quinque, ad atrii k partem exte-
riorem pertinentibus: adpendici-
bus autem palmatis, habente eius
adſcenſu octo gradus. Item me
duxit ad atrium interius orientem
verſus, portamque ad illas ratio-
nes, itemque eius cellas, adpen-
dices, acceſsiones menſus eſt, vn-
dique feneſtratam tum ipſam, tum
eius acceſsiones, in quinquaginta
cubitorum longitudinem porre-
ctam, in latitudinem vigintiquin-
que, acceſsionibus ad exteriorem
atrii partem pertinentibus: adpen-
dicibus autem hinc atque hinc pal-
matis, adſcenſu octo graduum.
Tum me duxit ad ſeptemtriona- 35
lem l portam, quam iiſdem modu-
lis dimenſus eſt, cellas, adpendi- 36
ces, et acceſsiones, vndique fene-
ſtratam, longam quinquaginta cu-
bitos, latam vigintiquinque, ac- 37
ceſsionibus ad exteriorem atrii par-
tem pertinentibus, adpendicibus
autem hinc atque hinc palmatis,
octo graduum adſcenſu. Erant 38
autem in portarum adpendicibus
cœnacula vna cum oſtiis, vbi laua-
rentur hoſtiæ ſolidæ. In veſtibulo 39
erant vtrimque binæ menſæ, in
quibus ſolidæ et piaculares et noxa-
les victimæ mactarentur. Item- 40
que ab externo latere adſcenſus,
erant ad oſtium portæ ſeptemtrio-
nalis, duæ menſæ, et ad alterum la-
tus, quod ad veſtibulum pertine-
bat, duæ alteræ menſæ. Ita ad 41
portæ latera erant octo menſæ,
vtrimque quaternæ, in quibus im-
molaretur. Harum menſarum 42
quatuor ad ſolidas hoſtias, erant ex
quadratis lapidibus, longæ ſingu-
los cubitos ſemis, latæ ſingulos cu-
bitos ſemis, altæ ſingulos cu-
bitos, in quibus reponerentur in-
ſtrumenta, quibus quum reliquæ,
tum ſolidæ mactarentur hoſtiæ.
Interius erant vndique adfixa labra 43
palmaria, carne libaminum men-
ſis impoſita. *G.* Supra eaſdem
menſas erat tectum, quod eas a plu-
uia et ardoribus protegeret. Dein-
de me duxit in interius atrium. *H.* 44
Erant extra portam interiorem *G.*
duo *H.* cœnacula in ipſo interiore
atrio, quorum vnum, quod erat
ad portæ latus ſeptemtrionale, ſpe-
ctabat in meridiem. Alterum, quod
erat ad portæ latus meridianum,
ſpectabat in ſeptemtriones. Et ille
me ſic adlocutus eſt: hoc cœnacu- 45
lum, quod ſpectat in meridiem, eſt
ſacerdotum, ædis curam gerentium

k) quæ erat extra portam. *l*) ſcilicet interioris atrii.

45 Quod autem ſeptemtrionem adſpi-
cit, ſacerdotum eſt, habentium
aræ procurationem, qui ſunt Sa-
dociani, qui ex Leuitis accedunt ad
Iouam, ad miniſtrandum ei.
47 Deinde atrium menſus eſt longitu-
dine et latitudine centenum cubi-
torum, quadratum. Ante ædem
48 erat ara. Duxit autem me in ædis
veſtibulum, idque * veſtibulum qui-
nis vtraque parte cubitis dimenſus
eſt, ianua vtraque parte lata trinos
49 cubitos, veſtibuli longitudine vi-
ginti cubitorum, latitudine decem,
*ad quod w decem gradibus adſcen-
debatur. Ad adpendices hinc vna et
inde altera erat columna.

CAPVT XLI.

Membrorum fani multorum dimenſiones.

1 DEinde me duxit in cellam, et
* adpendices dimenſus eſt vtra-
que parte in latitudinem ſe-
num cubitorum, quæ latitudo erat
2 operimenti. *Oſtii latitudo decem
cubitorum erat, eiusdem humeri
quinum vtrimque cubitorum. Lon-
gitudinem cellæ quadraginta, lati-
tudinem viginti cubitis dimenſus
3 eſt. Tum ingreſſus in penetrale,
menſus eſt oſtii adpendicem duo-
bus cubitis: ipſum oſtium ſex:
oſtii latitudinem vtriusque humeri
4 ſeptenis. Ipſius * penetralis longi-
tudinem viginti cubitis, latitudi-
nem totidem terminauit in cellæ
fronte, et mihi dixit: hoc eſt ſan-
5 ctius ſacrarium. Aedis parietem
ſex cubitis menſus eſt: et * tabulata
vndique per ædis ambitum quater-
6 nos lata cubitos, * et ea trina alia
aliis impoſita, idque tricies, quæ
prodibant ad ædis parietem, ipſis ta-
bulatis vndique circumiectum, ita
vt eſſent ipſa inter ſeſe continua,
nec ædis parietem attingerent.
7 Quanto autem tabulata erant altio-
ra, tanto erant et latiora, et maioris
circuitus: quod ædis ambitus quanto
altior erat, tanto patebat latius. At-
que ita infima adſcenſum ad ſumma
habebant per media. * Quumque 8
ædis altitudinem per circuitum ſpe-
ctarem, patebant tabulatorum
fundamenta, quanta eſt decempe-
da, videlicet ſenum cubitorum ſpa-
tium. * Parietis autem, qui erat 9
extra tabulata, craſſitudo erat
quinque cubitorum. Quod ædis 1
ſpatium vacabat inter tabulata, id
ita habebat, vt cœnacula ædem vn-
dique circumſtantia diſtarent inter
ſe viginti cubitorum latitudine.
* Oſtia tabulatorum erant apud va- 1
cantem locum, ſpectantia altera
ſeptemtrionem, altera meridiem.
Locus per circuitum vacans erat la-
titudinis quinque cubitorum. * Ita 1
ædificium ipſum, in fronte conſe-
pti collocatum, patebat occidentali
parte in latitudinem cubitos ſeptua-
ginta, in longitudinem nonaginta,
muro quinque cubitos craſſo cir-
cumſeptum. Itaque templi longi- 1
tudinem centum cubitis dimenſus
eſt. * Item conſepti et ædificii, vna
cum eius parietibus longitudinem
centum cubitis: itemque latitudi- 1
nem frontis templi vna cum conſe-
pto, parte orientali, centum cu-
bitis. Menſus eſt et ædificii longi- 1
tudinem in fronte conſepti, poſt æ-
dificium collocati, vna cum eius v-
trobique adiectionibus, centum
cubitis. Et cella autem interior, et
atriorum veſtibula, et limina, et 1
cluſiles feneſtræ, et * additamenta,
quæ circum trinis veſtibulorum
cellis inerant, e regione liminum,
erant vndique ligno obducta, ſolo
feneſtris adæquato, feneſtrisque
tectis, idque menſuris vſque ab 1
oſtiis ad interiorem ædem, et fo-
ris, et ad omnem vndique parietem,
tum intrinſecus, tum extrinſecus,
adhibitis. Erant autem ita facti 1
cherubi atque palmæ, vt eſſent
alternæ palmæ cherubis interiectæ,
iisque bifrontibus, et hinc huma- 1
na,

w) Lat. octo.

na, illinc leonina facie palmam ſpe-
ctantibus: quod opus totam vndi-
0 que obibat ædem, factis a ſolo vſ-
que ab oſtio ad cellæ parietem, che-
1 rubis atque palmis. Cella poſtem
habebat quadratum, ſimili et eius
2 et ſacrarii frontis adſpectu. Ara li-
gnea erat tres alta cubitos, longa
duos, verſuris, et longitudine, et
coſtis ligneis: de qua ille mihi di-
xit, eam eſſe Iouæ adpoſitam men-
3 ſam. Habebant autem et cella, et
4 ſacrarium, binas valuas, eaſque
bifores, vtraque valua binas fores
5 verſatiles habente, in quibus cel-
læ valuis facti erant cherubi et pal-
mæ, quemadmodum et in parieti-
6 bus. In fronte veſtibuli erat ex-
trinſecus coasſatio, et cluſiles fene-
ſtræ, palmæque hinc atque hinc in
humeris veſtibuli, et tabulæ, et
coasſatio per templum.

*CAPVT XLII.

Cœnacula multa ſacroſancta.

ITem * me eduxit in atrium exte-
rius, qua via erat ſeptemtriona-
lis, et ad cœnacula duxit, quæ
erant contra conſeptum, contra-
que ædificium ad ſeptemtrionem,
qua ad oſtium ſeptemtrionale pate-
bat longitudo centum cubitos, lati-
tudo quinquaginta, * contra viginti
cubitos interioris atrii, contra-
que pauimentum exterioris atrii,
* quæ quidem cœnacula erant tri-
num tabulatorum, et proceſſus ha-
bebant altera, alterorum proceſſi-
bus oppoſitos. * Ante cœnacula erat
ambulatio decem cubitorum latitu-
dine tendens interius, et via vnius
cubiti, habebantque oſtia ad ſeptem-
trionem. * Erant autem ſuprema
cœnacula contractiora: quippe quæ
excederentur a proceſſibus infimo-
rum et mediorum ſtructuræ cœna-
culorum. * Erant enim trinarum
contignationum, neque columnas
habebant, vt eſſe ſolent atriorum
columnæ: ideo ſuprema a ſolo re-
cedebant intra quam infima atque
media. * Quod ſeptum autem foris 7
erat ſecundum cœnacula, verſus
exterius atrium, in fronte cœnacu-
lorum; id erat longitudine cubi-
torum quinquaginta. *Nam et cœ- 8
naculorum exterioris atrii longitu-
do erat cubitorum quinquaginta,
quum ſecundum cellæ faciem eſ-
ſent centum cubiti. Infra illa vero 9
cœnacula erat aditus ab oriente, per
quem adirentur ab exteriore atrio,
in craſſitudine ſepti atrii, orientem 10
verſus,* quæ cœnacula erant ad con-
ſepti ædificiique frontem, * et ante 11
ea iter, eadem forma, qua erant
cœnacula verſus ſeptemtrionem,
eadem et longitudine et latitudine,
omnibuſque eorum egreſſibus et
rationibus, et oſtiis, quæ tum illis
ſimilia erant, tum oſtiis cœnacu- 12
lorum, quæ erant meridiem ver-
ſus, * ita vt et oſtium eſſet in itineris
capite, et iter eſſet ante accommo-
datum ſeptum, verſus meridiem,
qua adirentur. Atque ille mihi: 13
cœnacula, inquit, tum ſeptemtrio-
nalia, tum meridiana, quæ ſunt an-
te conſeptum, ea ſunt ſacra cœna-
cula, vbi ſacerdotes, qui ad Iouam
accedunt, ſacroſancta comedent,
vbi ſacroſancta, et ferta, et piacu-
laria, et noxalia reponent: quo-
niam ſacer eſt locus, quem ingreſ- 14
ſi ſacerdotes, non exibunt ex ſacro
in exterius atrium, quin ibi veſtes
ſuas reponant, in quibus admini-
ſtrauerint, quippe ſacras, aliaſque
veſtes induant, atque ita tractent
n vulgaria. Igitur peracta interioris 15
templi dimenſione, eduxit me ver-
ſus portam, orienti obuerſam, et
templum vndique dimenſus eſt.
* Menſus eſt regionem orientalem 16
decempeda, quingentis decempe-
dalibus cubitis in ambitum. Men- 17
ſus eſt et ſeptemtrionalem regio-
nem decempeda, quingentis de-
cempedalibus cubitis in ambitum.

) profana.

18 Et meridianam regionem decem-
peda menſus eſt quingentis decem-
19 pedalibus cubitis in ambitum. Et
occidentalem regionem menſus eſt
decempeda quingentis decempeda-
20 libus cubitis. Denique id ad qua-
tuor regiones metatus eſt, muro
circumdatum, in longitudinem
quingentorum, et in latitudinem
quingentorum, * ad diſiungendum
ſacrum a profano.

CAPVT XLIII.

Iouanus ad portam ſplendor. Pronus accidens vates. Spiritu ſublatus vates in atrium. Iouanum nomen haud polluendum. Deſcribenda populo fani ratio. Leodeus qualis. Hoſtiæ nouæ.

1 TVm me duxit ad portam,
quæ porta ſpectabat orien-
2 tem, et ecce Dei Iſraelita-
rum ſplendor ab orientis via venie-
bat, cuius Dei ſonus erat, qualis eſt
multarum aquarum ſonus, illuſtra-
baturque eius ſplendore terra.
3 Erat autem figura illius figuræ ſi-
milis, quam figuram ego videram,
quum irem ad vrbem delendam, ſi-
milesque figuræ illi, quam ad Cho
4 bar flumen videram. Igitur ego
pronus cecidi, et Iouæ ſplendor in
templum venit via portæ, ſpectantis
5 orientem. Tum ſpiritus ſubla-
tum me tulit in atrium interius,
animaduertique, repletum Iouano
6 ſplendore templum, et audiui lo-
quentem mecum de templo, adſtan-
te mihi viro, qui me ſic eſt adlocu-
7 tus: homo G. vides H. locum mei
ſolii, locum veſtigiorum pedum
meorum, vbi habitabo inter Iſrae-
litas in perpetuum, neque polluent
amplius Iſraelitæ meum ſacrum
nomen, ipſi, eorumque reges, ſua
aut regum ſuorum impudicitia,
aut regum ſuorum cadaueribus ac
8 ſacellis, dum ſua limina, meo limi-
ni, et poſtes poſtibus adponunt, in-
teriecto inter me et eos pariete,
meumque ſacrum nomen ſuis, quæ

committunt, ſceleribus polluunt, ideoque, irato me, conficiuntur. Iam remouebunt a me ſuam impudicitiam, regumque ſuorum cadauera, atque ego inter eos in perpetuum habitabo. Tu, homo, expone Iſraelitarum generi templum, vt, ob ſua vitia erubeſcentes, compoſitionem dimetiantur. o Quod ſi ſuorum omnium factorum pudet eos, formam templi, et compoſitionem, et exitus aditusque, denique omnes eius formas, inſtituta, deſcriptiones atque leges eis demonſtrato, et ante eorum oculos deſcribito, vt eius omnes formas et inſtituta ſeruent et exſequantur. Templi lex eſt hæc, vt in montis cacumine ſint omnes eius fines, vndique ſacroſancti. Et hæc quidem templi lex eſt. Aræ autem dimenſiones, quæ illis cubitis fient, qui valent ſingulos cubitos et quaternos digitos, erunt huiusmodi. Sinus erit cubitalis, latitudine cubitali, ſpatio ad crepidinem circumdatus dodrantali. Atque hic quidem erit deiectus aræ. A ſinu autem, qui humi erit, ad inferiorem aream vnum cubitum latam, erunt duo cubiti: et porro ab area minore vnum cubitum lata, ad aream maiorem, erunt quatuor cubiti: Leodeus erit altitudinis quatuor cubitorum. Super Leodeum erunt quatuor cornua. Erit autem Leodeus tum longitudine, tum latitudine duodenum cubitorum, quadratus quatuor quadraturæ ſuæ partibus. Area erit tum longa, tum lata quatuordenos cubitos, quatuor quadraturæ partibus, circumdata ſpatio dimidii cubiti, ſinum habens vndique cubitalem. Eius gradus ſpectabunt orientem. Atque ille mihi, homo, inquit, ſic dicit Dominus Ioua: hæc ſunt aræ inſtituta, quum facta fuerit ad libandas in ea victimas, fundendumque ſanguinem. Trades

ſacer

o) Res diuinæ redeuntibus ad frugem patefiunt.

ſacerdotibus Leuitis, (qui, Sadoci
ſemine prognati, accedunt ad me, in-
quit Dominus Ioua, vt mihi mini-
ſtrent,) taurum bouinum ad piacu-
lum, ſumesque eius ſanguinis,
quo quatuor aræ cornua intingas,
quatuorque areæ verſuras, et cir-
cumiectum ſpatium, atque ita eam
ſupplicando expies. Tum piacu-
larem taurum ſumes, et in templi
loco ad id deſtinato combures extra
ſacrarium. Secundo die obmoue-
bis caprum caprinum integrum ad
expiandum, expieturque ara, ſicut
fuerit expiata tauro. Quum expia-
tionem abſolueris, taurum obmo-
uebis bouinum integrum, et arie-
tem ex pecore integrum, eosque
obmouebis Iouæ, et eos conſper-
gent ſale ſacerdotes, ac Iouæ ſoli-
dos ſacrificabunt. Septem diebus
facies quotidie piaculari capro, fiet-
que tauro bouino, et ariete ex pe-
core, integris, per quos ſeptem
dies expiabitur ac purificabitur ara,
et ſacerdotis manus initiabuntur.
Peractis diebus, octauo die et dein-
ceps facient ſacerdotes in ara ve-
ſtras ſolidas victimas, et pro ſalute,
faueboque vobis, inquit Dominus
Ioua.

CAPVT XLIIII.

Iouana templi porta orientalis. In ſacrario princeps. Præputiatus a fano abſiſtat. In ſtercoreos deos, ſuosque cultores. Ad menſam ritus in templo. Inſtitutiones tradendæ. Sacerdotum poſſeſſio Deus.

DEinde me reduxit verſus ex-
teriorem ſacrarii portam, ob-
uerſam orienti, quæ clauſa
erat. Et Ioua mihi dixit: hæc
porta erit clauſa, nec aperietur, nec
hominum quisquam per eam
ingredietur: nam per eam Ioua
Deus Israelitarum eſt ingresſus,
ideoque clauſa futura eſt. Quod
ad principem attinet, princeps
in ſacrario deget, vt coram
Ioua cibum capiat, et per viam ve-
ſtibuli ingredietur, ac per eamdem
exibit. Tum me duxit verſus por- 4
tam ſeptemtrionalem, ad templi
frontem, vbi quum repletam Iouæ
ſplendore ædem viderem, cecidi
pronus. Et Ioua ſic mecum locu- 5
tus eſt: homo, adiice animum, et
oculis adſpice, et auribus audi, quid-
quid ego tibi eloquar de omnibus
templi Iouæ inſtitutis atque legibus,
et animo aduerte tum ingresſum
templi, tum omnes exitus ſacrarii,
et iſti contumaci Israelis domui di- 6
cito. Sic dicit Dominus Ioua: eſto
tandem vobis tot ſcelerum modus,
domus Israelis, qui peregrinos 7
homines, et animo et corpore præ-
putiatos, eo introducitis, vt ſint in
meo ſacrario, ædem meam profa-
nando, dum mihi dapem adipe fa-
citis et ſanguine, atque ita violatur
meum fœdus veſtris tot ſceleribus,
neque ſacrorum meorum curam 8
geritis, ſed [o] vobis ipſis in ſacrario
meo poſuiſtis, qui diſciplinæ meæ
cuſtodes ſint. Sic dicit Dominus 9
Ioua: nullus alienigena et animo
et corpore præputiatus intrabit in
meum ſacrarium, quotquot alieni-
genæ verſantur inter Israelitas.
Quinetiam Leuitæ, qui a me reces- 10
ſerunt, errantibus Israelitis, qui ſuos
ſecuti ſtercoreos diuos a me aber-
rant, dabunt pœnas, eruntque in 11
ſacrario meo miniſtri tum eorum,
quæ ad templi portas procuranda
ſunt, tum ipſius templi. Iidem po-
pulo tum ſolidas, tum reliquas ma-
ctabunt hoſtias: iidem illis admini-
ſtrandi gratia adparebunt, quo- 12
niam eis apud ipſorum ſtercoreos
diuos adminiſtrant, et israeliticæ
domui detrimentoſo crimini ſunt.
Hanc ob rem hoc eis confirmo, in-
quit Dominus Ioua, daturos pœ-
nas; nec accedent ad me, mihi
fungentes ſacerdotio, et ad omnia 13

o) quos diſciplinæ meæ cuſtodes ſtatuiſtis, vobis ſtatuiſtis, non mihi, vt vobis, non mihi inſeruiant.

mea ſacra in ſanctius ſanctuarium
accedentes, ſed commiſsa a ſe ſcele-
14 ra turpiter luent, eosque templi
procurationi præficiam, quidquid
eius muneris, et quidquid in eo fa-
15 ciendum eſt. At ſacerdotes Leui-
tæ, Sadoco prognati, qui Iſraelitis a
me deerrantibus, ſeruant ſacrarii
mei diſciplinam, ii ad me, mihi mi-
niſtrantes, accedent, mihique adpa-
rebunt, adipem et ſanguinem ob-
mouentes, inquit Dominus Ioua.
16 Iidem et in ſacrarium meum ingre-
dientur, et ad menſam meam, mihi
adminiſtrantes, accedent, ac meam
17 diſciplinam conſeruabunt. Ven-
turi autem ad interioris atrii por-
tas, induent veſtes lineas, nec laneo
vtentur indumento, quum in inte-
rioris atrii portis, aut interius ad-
18 miniſtrabunt. Lineos habebunt
in capite pileos, lineis feminalibus
ilia veſtiti, ne cum ſudore ſuccin-
19 gantur. Exituri vero ad atrium
exterius, videlicet ad populum, exu-
ent ſua veſtimenta, in quibus ad-
miniſtrabunt, et in ſacris cœnaculis
reponent, aliasque veſtes induent,
ne populum conſecrent ſuis veſti-
20 mentis. Neque caput vero ra-
dent, neque comam promittent, ſed
21 capillos decurtabunt. neque vi-
num bibent vlli ſacerdotes, in inte-
rius atrium intraturi, neque viduas
aut repudiatas ducent vxores, ſed
virgines ſtirpis iſraeliticæ domus.
22 Viduas quoque, ſacerdotibus vidua-
23 tas, ducent. Docebunt autem me-
os. quid inter ſacrum et profanum
differat, monſtrabuntque diſcrimen
24 puri et impuri. Iidem controuer-
ſiis præerunt, cauſsas meas diiudi-
cabunt, illis ius dicent, et meas le-
ges ac inſtituta in omnibus meis ſo-
lemnibus cuſtodient, meaque ſab-
25 bata ſancte agent, nec obeundis
hominum funeribus polluentur, ex-
ceptis patre, et matre, et filio, et fi-
lia, et fratre, et ſorore, quæ virum
non habuerit: in his enim polluen-
tur. Ceterum poſt ſui purificatio- 26
nem, ſeptem numero dies agent:
quo vero die in ſacrum intrabunt in 27
atrium interius, vt in ſacro admi-
niſtrent, obmouebunt ſui piacu-
lum, inquit Dominus Ioua. Ha- 28
bebunt autem pro patrimonio me
patrimonium ſuum, nec eis posſeſ-
ſionem tribuetis inter Iſraelitas:
ego ſum eorum posſeſſio. Ferta 29
et piacula, et noxalia comedent,
omniaque apud Iſraelitas deuota,
erunt eorum. Item omnes omni- 30
um primogenitorum primitiæ, o-
mniaque omnium exceptitiorum
veſtrorum exceptitia erunt ſacer-
dotum, veſtrarumque frugum pri-
mitias dabitis ſacerdotibus, vt domi
veſtræ reſideat vbertas. Nullo 31
morticino aut rapto, ſiue ex aui-
bus, ſiue ex quadrupedibus, ve-
ſcentur ſacerdotes.

CAPVT XLV.

Honorarium ſacrum in agro. Contra iniuſtos principes. Pondera, et menſuræ. Sacrificia. Paſcha ſeptemdiale.

QVum autem terræ patrimo- 1
nium ſortiemini, excipietis
Iouæ honorarium ſacrum
ex terra, longitudine videlicet vi-
ginti quinque q millium cubitorum,
latitudine decem millium, quod
ſuis vndique finibus erit ſacrum.
Ex eo quingentorum ſpatium tum
in longitudinem, tum in latitudi-
nem vndique quadratum, cedet
r ſacro, habens vndique quinqua-
ginta cubitorum pomœrium. At-
que ex iſta menſura metieris longi-
tudinem vigintiquinque millium,
latitudinem decem millium, et in
eo ſacrarium erit, ſanctius ſacrari-
um. Id ſacrum de terra habebunt
ſacerdotes adminiſtri ſacrarii, qui
accedent ad miniſtrandum Iouæ, et
eum domibus locum, et ſacrario
ſacrarium habebunt. Item viginti-
quinque millium cubitorum longi-
tudo,

q) habebis huius totius distributionis declarationem cap. 48. r) fano.

tudo, et decem millium latitudo,
erit Leuitarum ædis adminiſtro-
rum, qui eam habebunt viginti cœ-
6 naculorum poſseſsionem. Vrbis
poſseſsionem ponetis latitudinis
quinque millium, longitudinis vi-
gintiquinque millium, ſecundum
ſacrum honorarium, quæ ſit totius
7 israeliticæ domus. Princeps au-
tem ex vtraque parte ſacri excepti,
et poſseſsionis vrbis, ſecundum ſa-
crum exceptum, et ſecundum poſ-
ſeſsionem vrbis, occidentali parte
verſus occidentem, et orientali
parte verſus orientem, longitudi-
ne, ſecundum vnam partium, ab
occidentali termino ad orientalem,
8 habebit in terra poſseſsionem apud
Israelitas, nec grauabunt amplius
mei principes meum populum, ſed
terram israeliticæ domui tradent
9 pro ipſorum tribubus. Sic dicit
Dominus Ioua: modum tandem
facite, principes Israelitarum: in-
iuſtitiam et atrocitatem tollite, et
ius æquumque facite: auferte iſtas
exactiones a meis, inquit Domi-
10 nus Ioua. Trutinam iuſtam, [1] ephi
11 iuſtum, batum iuſtum habete. E-
phi et bati erit eadem ratio, vt va-
leat batus decimam cori partem, e-
phi item decimam cori partem, re-
ferenda eorum ratione ad corum.
12 Siclus erit viginti obolorum. Vi-
ginti, et vigintiquinque, et quinde-
cim ſicli valebunt vobis minam.
13 Hoc autem honorarium excipietis,
ſextam ephi partem ex coro tritici,
itemque ſextam ephi partem ex co-
14 ro hordei. Olei modus ſic habe-
bit, vt olei batus ſit decima cori,
decem batis corum facientibus:
15 nam decem batorum corus eſt. Ba-
lantum autem ducenteſimum
quodque pecus ex Israelitarum ſa-
gina ferto deſtinabitur, et ſolido
ſacrificio, et pro ſalute, ad ſuppli-
candum pro eis, inquit Dominus
16 Ioua. Hoc honorario totus regio-
nis populus fungetur Israelitarum
principi, et ad principem pertine- 17
bunt victimæ, et ferta, et vini li-
bamina in feſtis, et nouiluniis, et
ſabbatis, denique in omnibus do-
mus israeliticæ ſolemnibus. Is
piaculo, is ferto et ſolidis hoſtiis
et pro ſalute faciet, pro domo israe-
litica ſupplicando. Sic dicit Domi- 18
nus Ioua: prima die menſis primi
ſumes taurum boue natum inte-
grum, et expiabis ſacrarium, ſu- 19
metque ſacerdos de ſanguine piacu-
li, quo intinget templi poſtem, et
quatuor aræ altaris cornua, po-
ſtemque portæ interioris atrii:
itidemque facies die menſis ſeptimo 20
[2] de homine, qui inſciens impru-
densque commiſerit, proque tem-
plo ſupplicabitis. Primi menſis 21
die decimoquarto erit vobis paſcha
ſeptemdiale feſtum, quo come-
dentur ſine fermento panes, quo 22
die faciet princeps pro ſe, proque
omni regionis populo, taurum pia-
cularem. Septem autem feſtis die- 23
bus faciet Iouæ ſolidum ſacrificium
ſeptenis tauris, ſeptenisque arie-
tibus integris in ſingulos illos dies
ſeptem ac capro caprino quotidie.
Fertum autem ephi in ſingulos tau- 24
ros, et ephi in ſingulos arietes fa-
ciet, adhibito olei hine ad ſingula
ephi. Septimi menſis die decimo- 25
quinto in [3] feſto eadem faciet ſe-
ptem diebus, tum piaculo, tum ſo-
lido ſacrificio, tum ferto, tum o-
leo.

CAPVT XLVI.

Orientalis portæ cærimoniæ. Sacrificia. Precantium leges in ianuarum ratione. Donorum leges. Coquorum domus. Loca pro victimis coquendis.

SIc dicit Dominus Ioua: interio- 1
ris atrii porta, ſpectans orien-
tem, erit clauſa ſex diebus pro-
feſtis: die vero ſabbati aperietur, et

[1]) aridorum et liquidorum menſuras. [2]) hoc eſt ob hominis cauſſam. [3]) ſcilicet vmbraculorum.

2 die nouilunii, ingreſſusque foris
princeps via veſtibuli, ſtabit ad
portæ poſtem, facientque ſacerdo-
tes eius ſolidum ſacrificium, et pro
ſalute, atque ille, Deum veneratus,
ad portæ limen exibit, nec ante ve-
3 ſperum claudetur porta, adora-
bitque regionis populus pro fori-
bus illius portæ, in ſabbatis et no-
4 uiluniis, Iouam. Solidum autem
ſacrificium, quod Iouæ obmoue-
bit princeps die ſabbati, erunt agni
5 ſex integri, et aries integer, vna
cum ephi ferto ad arietem, et ferto
ad agnos, pro eius opibus, adhi-
6 bito olei hine ad ephi. Die vero
nouilunii, erit taurus bos, inte-
ger, et ſex agni, et aries, integri, fa-
cietque fertum ephi ad ſingulos
7 tauros, et ephi ad arietem, et ad
agnos pro facultate ſua, adhibito
8 olei hine ad ephi. Quum autem
intrabit princeps, intrabit via ve-
ſtibuli, eademque via egredietur.
9 At plebeii quum in Iouæ conſpe-
ctum ſolemnibus ingredientur,
qui via portæ ſeptemtrionalis fue-
rit ingreſſus ad adorandum, exi-
bit via portæ auſtralis: et rurſum
qui via portæ auſtralis fuerit in-
greſſus, exibit via portæ ſeptem-
trionalis, nec eiusdem portæ via
reuertetur, qua fuerit ingreſſus, ſed
10 contraria exibit. Princeps autem
inter eos, ipſis intrantibus, intrabit,
11 et, exeuntibus, exibit, eritque fe-
ſtis et ſolemnibus, fertum ephi ad
taurum, et ephi ad arietem, et ad
agnos pro eius opibus, adhibito o-
12 lei hine ad ſingula ephi. Quod ſi
faciet princeps voluntarium ſoli-
dum ſacrificium, aut pro ſalute vo-
luntarium Iouæ, aperiet ſibi por-
tam, obuerſam orienti, facietque
ſuum ſolidum ſacrificium, aut pro
ſalute, quomodo faciet die ſabbati:
deinde exibit, et egreſſus claudet
13 portam. Ceterum agnum anni-
culum integrum Iouæ quotidie fa-
ciet ſolide, idque ſingulis matuti-
14 nis, adhibito ad eum ferto ſingu-
lis matutinis ſextæ partis ephi, et o-
lei tertia hinis ad ſimilam miſcen-
dam, quod ſit Iouæ fertum adſidu-
um, æternis inſtitutis: facient-
que agno, et ferto, et oleo, ſingu-
lis matutinis, iuge ſolidum ſacrifi-
cium. Sic dicit Dominus Ioua: ſi
dederit princeps donum cuipiam
liberum ſuorum, id habebunt eius
liberi, quippe eius patrimonium,
eritque hæc eorum hereditaria
poſſeſſio. Sin autem de ſuo patri- 1
monio donum dederit alicui ſeruo-
rum ſuorum, id erit illius vsque ad
annum libertatis, deinde redibit ad
principem, cuius dumtaxat patri-
monium eius liberi habebunt, nec 1
adimet princeps de plebeiorum pa-
trimonio, ſua eos poſſeſſione mul-
ctans, ſed de ſua poſſeſſione ſuis
dabit hereditatem liberis, ne quis
meorum a ſua poſſeſſione distraha-
tur. Tum me duxit per aditum, 1
qui erat ad portæ latus, ad ſacra
ſacerdotum cœnacula verſa ad ſe-
ptemtriones, vbi quum locus eſſet
in cœnaculorum vltima parte ad
occidentem, ille mihi ſic dixit: hic 2
locus eſt, vbi coquent ſacerdotes
noxalia atque piacula, vbi etiam
ferta coquent, ne efferendo in a-
trium exterius, plebeios conſe-
crent. Deinde me in atrium exte- 2
rius eduxit, et ad quatuor atriorum
angulos circumduxit. *Erant au- 2
tem in ſingulis atriorum angulis
ſingula atriola, videlicet in quatuor
angulis, eaque fumoſa, longitu-
dine quadragenaria, latitudine tri-
cenaria, eadem eorum quatuor an-
gularium menſura, in quibus 2
quatuor atriolis erant circumqua-
que manſiones, et ſub manſionibus
factæ per ambitum culinæ. At- 2
que ille me adloquens: hæ ſunt
coquorum domus, inquit, vbi
ædis adminiſtri coquent populi vi-
ctimas.

CAPVT

CAPVT XLVII.

Ebulliens aqua ſub fani limine. Flumen. Homo menſurator. Terra hereditaria Iacobidarum. Eiuſdem fines ad quatuor vniuerſi plagas.

1 DEinde me reduxit ad ingreſ-
ſum templi, et ecce oriebatur
aqua ſub templi limine orien-
tem verſus, quoniam templi frons
erat orientalis, quæ aqua ſub tem-
pli latere dextro deferebatur e re-
2 gione aræ. Quumque me via
portæ ſeptemtrionalis eductum cir-
cumegisſet exteriore via ad exteri-
orem portam, via ad orientem ſpe-
ctante, manabat aqua a latere dex-
3 tro. Et egresſus homo ad orien-
tem, habens in manu lineam, et
mille dimenſus cubitos, traiecit me
per aquam, quæ aqua ad talos per-
4 tingebat. Deinde menſus mille,
traduxit me per aquam, quæ ad ge-
nua pertingebat: et porro mille
menſus, traduxit me per aquam,
5 quæ ad ilia perueniebat. Quumque
item menſus esſet mille, fluuius erat
quem transire non posſem, quippe
tanta aquæ altitudine, vt tranandæ
foret, nec posſet vado transiri flu-
6 uius. Videsne homo? inquit ille
mihi, meque iterum duxit ad flu-
7 uii ripam. Ac reuerſus ego, anim-
aduertebam ad fluuii ripam hinc
atque hinc frequentisſimas arbores.
8 Et ille: hæc aqua, inquit mihi, ad
orientalem regionem defluens, de-
lata per planitiem, veniet in *x* la-
cum, quo quum peruenerit, ſana-
9 buntur aquæ. Ac quocumque per-
uenerit fluuius, quodcumque ani-
mal ibi natabit, id viuet, eritque
ingens piſcium copia, quippe quo
peruenerit hæc aqua, ſanabuntur
ac viuent, quocumque peruenerit
10 fluuius: ita fiet, vt *y* eum accolant
piſcatores, expandendis ab Engaddi
vsque ad Enaglaim retibus, piſci-
um et vario genere et tanta copia,
quanta eſt maris. Quod ad eius
paludes et lamas attinet, non ſana-
buntur, ſed in ſalſuginem redigen-
tur. Ceterum ad vtramque ri- 12
pam fluuii creſcent omnis generis
arbores edules, et foliis non deci-
duis, et fructibus inexhauſtis, quæ
ſuis menſibus nouos fructus edent,
quippe quarum humor oriatur ex
ſano, eruntque earum et fructus
eſui, et folia medicinæ. Sic dicit 13
Dominus Ioua: hi ſunt fines, quibus
terræ cernetis hereditatem in duo-
decim tribus Iſraelitarum, ita vt
gemina ſit Ioſepheorum ſors. Oc- 14
cupabitis autem eam æqua ſorte,
quam me, maioribus veſtris datu-
rum esſe, promiſerim, obtingetque
vobis iſta terra hereditate. Igitur 15
hi terræ fines erunt parte ſeptem-
trionali, a mari Hethalonem verſus,
qua itur Sedad, Hematha, Berotha,
Sabarim, quæ eſt in Damaſci He-
mathæque confinio, Hazer me- 16
dium, quod eſt Aurani confine, e-
ritque terminus a lacu, Hazarenon
confine Damaſci, et vergendo in
ſeptemtriones, confine Hemathæ.
Atque hæc quidem de latere ſe-
ptemtrionali. Latus orientale ab
iis finibus, qui ſunt inter Auranem, 17
et Damaſcum et Galaaditidem, et Iſ-
raeliticam iordanenſem terram, ad
latum orientalem metiemini. Hoc
erit latus orientale. Meridianum
latus erit a Thamare, ad caden- 18
ſem aquam iurgii fluuius, ad mare.
Hoc erit meridianum latus. Oc-
cidentale latus erit mare, ab eo ter- 19
mino vsque contra, qua itur He-
matham. Hoc erit occidentale la-
tus. Iſtam terram vobis Iſraelita-
rum tribubus diuidetis, et here- 20
ditate tum vobis ſortiemini, tum 21
degentibus inter vos peregrinis, qui
liberos inter vos genuerint, eosque
pro indigenis in Iſraelitis habebitis,
vobiscum ſortitos hereditatem in-
ter Iſraelitarum tribus. Ac in qua
quisque tribu peregrinus commo- 22
rabitur, ibi ei hereditatem tribue-
tis, inquit Dominus Ioua.

CAPVT

x) ſcilicet Aſphaltitem. *y*) lacum.

*CAPVT XLVIII.

Terra per tribus distributa. Honorarium Iouæ ſolum. Templum in medio. Locus vrbis profanus. Campus principis. Vrbis deſcriptio.

1 CEterum hæc ſunt tribuum
nomina, Ab extremo ſeptem-
trione, ad hethaloniæ viæ vi-
cinitatem, qua itur Hemathacm, Ha-
zerenane damaſceno, termino ſe-
ptemtrionali, ad Hemathæ vicini-
tatem, ita vt orientale latus ſit ei
2 lacus, erit Dania pars vna. Da-
niæ confinis erit ab orientali ad oc-
3 cidentale latus Aſeriana vna. Aſe-
rianæ ab orientali ad occidentale
latus confinis erit Nephthalenſis v-
4 na. Nephthalenſi ab orientali ad
occidentale latus confinis erit Ma-
5 nasſenſis vna. Manasſenſi ab ori-
entali ad occidentale latus confinis
6 erit Ephraimitica vna. Ephraimi-
ticæ ab orientali ad occidentale la-
tus confinis erit Rubenenſis vna.
7 Rubenenſi ab orientali ad occiden-
tale latus confinis erit Iudæa vna.
8 In Iudææ confinio ab orientali
ad occidentale latus erit, quod
exceperitis Iouæ honorarium,
longitudine ac latitudine viginti
quinque millium, æquale vni par-
tium, ab orientali latere ad oc-
cidentale pertinens, atque in eius
9 medio erit fanum. Erit autem ho-
norarium, quod Iouæ excipietis,
longum viginti quinque millia cu-
bitorum, latum decem millia, quod
ſacrum honorarium erit ſacerdo-
10 tum, a ſeptemtrione longitudi-
ne vigintiquinque millium: ab oc-
caſu latitudine decem millium: ab
ortu latitudine decem millium: ab
auſtro longitudine viginti quinque
11 millium. Eius in medio erit Iouæ
fanum, ſacerdotibus conſecratum,
Sadoco prognatis, qui meam diſci-
plinam conſeruarunt, qui non er-
rarunt, errantibus Iſraelitis, quem-
12 admodum errarunt Leuitæ. Ho-
rum erit exceptitium ex terræ ex-
ceptitio ſacroſanctum, apud fines
Leuitarum. Leuitæ autem ſecun
dum ſacerdotum fines habebun
longitudinis viginti quinque millia
latitudinis decem millia, vt ſit o-
mnino longitudo viginti quinque
millium, latitudo decem millium,
nec de eo vendent, nec permuta-
buntur, nec alienabuntur terræ
primitiæ, quippe Iouæ ſacræ.
Quinque autem millia in latitudine
ſecundum viginti quinque millium
longitudinem reſtantia, locus erit
profanus vrbis ad habitationem, et
ad pomœrium, cuius in medio e-
rit vrbs, ita metata, vt ſeptemtri-
onali latere et meridiano, et orien-
tali, et occidentali pateat cubito-
rum quaterna millia quingentenos,
habeatque pomœrium a ſeptemtri-
one, a meridie, ab oriente, et ab
occidente, ducentenum quinqua-
genum. Eius autem quod ſupere-
rit in longitudine ſecundum ſacrum
exceptitium, videlicet denum mil-
lium ab oriente, et totidem ab oc-
cidente, quod erit ſecundum ſa-
crum exceptitium, eius, inquam,
prouentus erit vrbis colonis ali-
mento, idque colent vrbis coloni,
qui erunt ex omnibus Iſraelitarum
tribubus. In ſumma exceptitium,
quod vicenaquina tum in longitu-
dine, tum in latitudine millia ha-
beat, quadratum, excipietis, quod
partim ſacrum ſit, partim ad vrbis
posſesſionem. Quod autem ab v-
traque parte exceptitii ſacri, et
posſesſionis vrbis ſecundum vigin-
tiquinque millia pasſuum reſtabit,
exceptum ad orientalem occidenta-
lemque terminum, ſecundum vi-
gintiquinque millia, ad occidenta-
lem terminum, ſecundum partes;
id erit principis, ſacrario templi in
medio exceptitii ſacri poſito. Ex
Leuitarum autem et vrbis posſes-
ſione, quod medium erit inter iu-
dæos et beniamiticos fines, id prin-
cipis erit. Reliquarum tribuum
ab orientali latere ad occidentale
partem vnam habebit Beniamitica.
Ben-

Beniamiticæ confinem vnam habe-
bit ab orientali ad occidentale latus
Simeonia. Simeoniæ confinem
vnam habebit ab orientali ad occi-
dentale latus Iſſachariana. Iſſacha-
rianæ confinem vnam habebit ab
orientali ad occidentale latus Zabu-
lonia. Zabuloniæ confinem vnam
habebit ab orientali ad occidentale
latus Gadina. Ad Gadinorum ter-
minum meridiano latere fines
erunt a Thamare cadenſis aquæ
iurgii fluuius, ad mare. Hæc terra
eſt, cuius hereditatem ſortiemini
tribubus Iſraelitarum, atque hæ
ſunt earum partes, inquit Domi-
nus Ioua. Vrbis autem exitus ſic ha-
bebunt, vt a latere ſeptemtrionis pa-
teat quatuor millia quingentos cu-
bitos, vrbis portis ab Iſraelitarum 31
tribubus denominatis, vt ſint ſe-
ptemtrionales portæ tres, vna Ru-
benenſis, vna Iudæa, et vna Le-
uitica. Latus orientale erit quatu- 32
or millium quingentorum cubito-
rum, portis tribus, vna Ioſephea,
vna Beniamitica, et vna Dania.
Latus meridianum patebit cubito- 33
rum quatuor millia quingentos,
portis tribus, vna Simeonia, vna
Iſſachariana, et vna Zabulonia.
Latus occidentale habebit quatuor 34
millia quingentos, portas tres, v-
nam Gadinam, vnam Aſerianam,
et vnam Nephthalenſem. Vrbis 35
circuitus erit cubitorum duodeui-
ginti millium: nomen autem vr-
bis deinceps, Iouæ ſtatio.

DANIEL.

CAPVT I.

Babyloniæ rex Hieroſolymam obſidens, expugnans, diripiens. Iuuenum captiuorum delectus. Electorum quatuor victus et ſapientia.

ANNO tertio regni Ioacimi
Iudææ regis, adortus Na-
buchodonoſor Babyloniæ
rex Hieroſolymam, eam
obſedit, et Ioacimo Iudææ rege,
dante Domino, potitus, eum vna
cum parte vaſorum fani in terram
z) Sennaram traduxit, et vaſa in Dei
ſui templum illata, in eius fiſcum
intulit. Tum Aſphenazo, ſpado-
num ſuorum magiſtro mandauit,
vt ex Iſraelitis adduceret regio et
nobili genere ortos iuuenes, omnis
vitii expertes, forma præſtantes,
omnibus ſcientiis et diſciplinis eru-
ditos, ac prudentes, nec non viribus
præditos, qui degerent in regis pa-
latio, litteraſque et linguam chal-
dæam docerentur. Atque iis quo- 5
tidianum victum ex regio penu, vi-
nique potu, rex adſignauit, vt tri-
ennium educarentur, et, eo finito,
miniſtrarent regi. In his fuerunt 6
ex Iudæ genere, Daniel, Ananias
Miſael, et Aſarias, quibus nomina
impoſuit magiſter ſpadonum,
vocauitque Danielem, Baltaſa- 7
rem: Ananiam, Sidracum: Miſae-
lem, Miſacum: Azariam, Abdenago-
nem. Daniel autem in animum 8
induxit, regio cibo et vini potu non
inquinari, quod vt liceret, a ſpado-
num magiſtro contendit. Spado- 9
num magiſter ad clementiam et mi-
ſericordiam erga Danielem diuini-
tus impulſus, cum eo ſic locutus eſt:
ego Dominum meum regem me- 10
tuo, qui vobis cibum potionemque
adſignauit, ne ſi facies veſtras anim-
ad-

z) In ea eſt Babylonia.

aduerterit triſtiores, quam ſunt
veſtræ conditionis iuuenum, in
cauſſa ſitis, vt a rege capite plectar.
11 At Daniel Malaſarem, quem ma-
giſter ſpadonum Danieli, Ananiæ,
Miſaeli, et Azariæ præfecerat, ſic
12 eſt adlocutus: fac, quæſo, noſtri
periculum per decem dies, nobis-
que et legumina ad cibum, et a-
13 quam ad potionem dari iube. De-
inde tibi ſpectabuntur et noſtræ fa-
cies, et iuuenum, qui regio victu
vtuntur, ac pro eo, quod animad-
14 uerteris, agito nobiſcum. Igitur
ille eis hac in re obſecutus, eos per
15 decem dies periclitatus eſt: qui-
bus decem diebus præteritis, adpa-
ruerunt et forma lætiores, et cor-
pore pinguiores, quam vlli iuue-
num, qui regio victu vtebantur.
16 Itaque Malaſar eis cibi viniquc de-
menſum detraxit, et legumina de-
17 dit. Hos quatuor iuuenes Deus
cognitione et prudentia omnium
litterarum ac doctrinarum donauit,
et Danielem omnium viſorum et
18 ſomniorum peritum reddidit. Fi-
nito tempore, quo rex eos ad ſe
iuſſerat adduci, eos ſpadonum ma-
giſter in conſpectum Nabuchodo-
19 noſoris adducit: et, adlocuto eos
rege, nullus omnium inuentus eſt
cum Daniele, Anania, Miſaele et
Azaria conferendus. Itaque ii regi
20 adminiſtrarunt. Ac quacumque
eos de re, quæ doctrinæ eſſet et
ingenii, rex interrogauit, compe-
rit omnibus et coniectoribus et di-
uinis, qui in vniuerſo eius regno
21 erant, decuplo præſtantiores. Fuit
autem Daniel vsque ad primum
Cyri regis annum.

CAPVT II.

Inſomnium regis de ſtatua. Conuocati ſapientes. Regis crudelitas in ſomnium non agnoſcentes. Agens Deo gratias Daniel. Idem ſomnium explicans. Quatuor lectorum iuuenum apud regem gratia.

Anno autem regni ſui ſecundo ſomniauit rex Nabuchodonoſor ſomnia, quibus quum anxium animum haberet, ei ſomnus excuſſus eſt. Itaque iuſſit euocari coniectores, hariolos, præſtigiatores, et Chaldæos, qui regi declararent eius ſomnia. Qui poſtquam venerunt, et in regis conſpectu ſteterunt, ſic eos adlocutus eſt rex: ſomniaui ſomnium, cuius ſomnii cognoſcendi cupiditate anxio ſum animo. Et Chaldæi regi ſyriace ſic dixerunt: rex in perpetuum viue: dic tu tuis nobis ſomnium, et nos, quid id ſibi velit, exponemus. At rex Chaldæis reſpondens: excidit mihi res, inquit. Quod niſi mihi et ſomnium et eius ſententiam ostenderitis: et vos finnus fietis, et veſtræ domus in latrinas redigentur. Sin autem ſomnium eiusque ſententiam protuleritis: magna munera et præmia honoremque accipietis a me. Quapropter ſomnium eiusque ſententiam explicate. At illi rurſum reſpondent: rex ſomnium nobis eloquatur, nos interpretationem adferemus. Tum rex: enimuero intelligo ego, vos inde occaſionem aucupari, quod mihi rem videtis excidisſe. Quod niſi mihi ſomnium ostenditis, eſt profecto vobis vna ſententia atque propoſitum, fallacem peruerſumque ſermonem habere apud me, [a] donec mutetur tempus. Quare ſomnium mihi edisſerite, vt ſciam, vos interpretationem eius adferre poſſe. At Chaldæi ſic regi reſpondent: nemo eſt in terris, qui rem iſtam, o rex, poſſit exponere: ſiquidem nullus rex, princeps aut præſes talia ab vllo coniectore diuinoue, aut Chaldæo quæſiuit vmquam: eſtque quod tu, rex, rogas, ita difficile, vt non ſit alius, qui id tibi explicare valeat, præter deos, quorum non eſt cum mortalibus habitatio. Hac re

a) vt ita tempus extrahatis, dum ego rem omittam.

re vehementi ira percitus rex, iuſ-
ſit omnes Babylonios ſapientes per-
di. Hac pronuntiata ſententia, re-
3 ſtabat, vt ſapientes interficerentur,
et Daniel eiusque ſocii quæreban-
4 tur ad necem. Tunc Daniel de
eo conſilio ac decreto Ariochum
interrogauit, regium magiſtrum
equitum, qui ad interficiendos ſa-
5 pientes Babylonios exierat, et ex
eo regio præfecto quæſiuit, cur
tam atrox esſet a rege ſententia.
5 Quumque rem ei demonſtrasſet
Ariochus, Daniel regem adit:
petit, vt ſibi tempus det: ſeſe ei in-
7 terpretationem adlaturum. Dein-
de domum ſe recipit, et Ananiæ,
Miſaeli et Azariæ, ſociis ſuis, rem
3 aperit, cæleſtisque Dei miſeri-
cordiam ſuper eo arcano implo-
rant, ne Daniel eiusque ſocii vna
cum reliquis Babyloniæ ſapienti-
bus perirent. Igitur Danieli per
nocturnum viſum patefactum eſt
id arcanum: itaque cæleſti Deo
gratias egit his verbis: prædican-
dum eſt Dei nomen per omnem ſæ-
culorum æternitatem, cuius eſt ſa-
pientia atque virtus, qui tempora
permutat et tempeſtates, qui idem
reges et abrogat et creat, idem ſa-
pientes ſapientia, et prudentes
donat intelligentia: idem profun-
da et abdita patefacit, videns, quæ
ſunt in tenebris, habitante apud
eum luce. Tibi maiorum meo-
rum Deus grates ago: te celebro,
qui mihi ſapientiam fortitudinem-
que contuleris, et nunc, quod a te
rogauimus, ostenderis, regis neg-
otium demonſtrans. Igitur pro-
fectus Daniel ad Ariochum, cui rex
perimendi Babylonios ſapientes
negotium dederat, ab eo petiit, ne
Babylonios ſapientes interimeret,
ſed ſe ad regem duceret: ſeſe ei
ſomnii ſententiam declaraturum.
Tum Ariochus Danielem continuo
deducit ad regem, et ei dicit, reper-
tum esſe ex exſulibus Iudæis homi-
nem, qui regi ſit interpretationem
adlaturus. Rex Danielem nomi- 26
ne Baltaſarem adloquitur: tunc
mihi potes, inquit, et quod vidi
ſomnium, et eius ſignificationem
declarare? Et Daniel regi reſpon- 27
dens, quod quæris arcanum, in-
quit, o rex, non ſapientes, non
harioli, non coniectores, non ha-
ruſpices tibi posſunt explicare; ve- 28
rum eſt in cælo patefactor arcano-
rum Deus, qui regi Nabucho-
donoſori demonſtrat, quid ſit o-
lim futurum. Somnium tuum, et
tui capitis cubicularia viſa, ſunt
hæc. Tu, rex, in cubili tuo in 29
cogitationem veniſti, ecquid poſt-
hac futurum esſet: et arcanorum
declarator tibi futura demonſtrat.
Mihi vero,(non quidem per ſapien- 30
tiam, qua mortales omnes antecel-
lam,) patefactum eſt id arcanum, vt
regi demonſtretur ea ſententia, et
tui cordis cogitata perſpicias. Tu, 31
rex, tibi ſpectare videbaris ma-
gnum quoddam ſimulacrum, quod
ſimulacrum et magnitudine ingens,
et forma excellens, ſtabat coram te,
adſpectu terribili. Eius ſimula- 32
cri caput erat ex auro probo: pe-
ctus et brachia argentea: venter et
femora ænea: tibiæ ferreæ: pe- 33
des partim ferrei, partim cretacei.
Interea, te ſpectante, abſcisſus nul- 34
lis manibus lapis, ſimulacri ferreos
cretaceosque pedes percusſit, atque
contriuit, ſimulque contritum eſt 35
ferrum, creta, æs, argentum at-
que aurum, et ea ventus, tam-
quam æſtate puluerem ex area ſic
ſuſtulit, ne veſtigio quidem eorum
exſtante. Lapis autem, qui ſi-
mulacrum percusſit, factus eſt
mons tantus, vt totam terram im-
pleuerit. Hoc eſt ſomnium, cuius 36
ſignificationem nos apud te, rex, di-
cemus. Tu, o rex, regum rex es, 37
cui cæleſtis Deus regnum, imperi-
um, poteſtatem, honoremque lar-
gitus eſt tantum, vt, vbicumque 38
degit hominum, ferarum, peco-
rum, et aeriarum volucrum genus,
omnia

omnia ſub tuum imperium ditio-
nemque ſubiunxerit. Tu caput es
39 aureum. Poſt te ſurget aliud re-
gnum tuo deterius, et porro terti-
um regnum æreum, quod toto or-
40 be dominabitur. Quartum autem
regnum erit durum, vt ferrum. Vt
enim ferrum omnia conterit atque
domat, ſic illud tamquam violen-
tum ferrum omnia illa comminuet
41 ac violabit. Quod autem pedes
pedumque digitos vidiſti partim ex
argilla fictiles, partim ferreos: re-
gnum disſidens erit, et ex parte fer-
reum rigorem obtinebit, ſicut vi-
diſti ferrum cum argilla figulari
42 mixtum. Quod autem pedum di-
giti partim erant ferrei, partim
cretacei: regnum ex parte firmum,
ex parte fragile futurum eſt.
43 Quodque ferrum vidiſti argillæ fi-
gulari mixtum: illi quidem huma-
no ſemine miſcebuntur, ſed inter
ſeſe non coaleſcent: quomodo fer-
rum cretæ permiſceri non poteſt.
44 Iſtorum autem regnorum tempori-
bus ſuſcitabit Deus cæleſtis num-
quam euertendum regnum, cuius
imperium non relinquetur alteri,
quod quidem illa omnia regna
comminuet ac conficiet, ipſum au-
45 tem durabit æternum, quemad-
modum vidiſti de monte abſcisſum
nullis manibus lapidem, qui fer-
rum, æs, cretam, argentum, au-
rumque contriuit. Deus maximus
tibi, rex, demonſtrat, quid ſit poſt-
hac futurum, eſtque ſomnium ve-
46 rum, et certæ ſignificationis. Tum
rex Nabuchodonoſor Danielem
pronus accidit, eumque veneratus,
fertum et odores ei libari iusſit, eum
47 huiusmodi verbis adloquens: pro-
fecto Deus veſter deorum Deus eſt,
regumque dominator, et arcano-
rum demonſtrator, qui potueris
48 hoc arcanum patefacere. Itaque
Danielem amplificauit rex, multis-
que et magnis donatum muneribus
totius babylonicæ regionis imperio
præfecit, et omnium Babyloniæ
ſapientum principem conſtituit.
Daniel vero a rege obtinuit, vt Si-
dracum, Miſacum, et Abdenago-
nem, præponeret regionis babylo-
nicæ negotiis, et ipſe Daniel in aula
verſaretur.

CAPVT III.

Nabuchodonoris colosſus aureus. Huius dedicatio, adoratio, Iudæi tres minime colosſum colentes. In fornacem ardentem proiecti, illæſi, canentes. Angelus Iouanu cum tribus Iudæis. Regis ad meliorem frugem conuerſio. Pro coniectis in fornacem gratia.

G.

ANno vndeuiceſimo CHAL-
fecit Nabuchodonoſor rex
aureum colosſum altitudine
cubitorum ſexaginta, latitudine
ſex, eumque in campo Dura, in Ba-
byloniæ finibus erexit, et ſatrapas,
præfectos, prætores, præſides, ty-
rannos, optimates, magiſtratus, de-
nique omnes regionis adminiſtra-
tores congregandos curauit, vt ad-
esſent ad colosſi dedicationem,
quem Nabuchodonoſor rex erexiſ-
ſet. Quumque conuenisſent ſatra-
pæ, præfecti, præſides, tyranni,
optimates, magiſtratus, denique
omnes regionis adminiſtratores ad
colosſi dedicationem, quem rex
Nabuchodonoſor erexisſet, et ante
eum colosſum ſtarent: præco cla-
ra voce ita proclamauit: vobis e-
dicitur, populi, nationes atque lin-
guæ, vt ſimul ac ſonitum audi-
ueritis tubæ, tibiæ, citharæ, ſam-
bucæ, pſalterii, ſymphoniæ, o-
mniumque muſicorum inſtrumen-
torum, procumbatis, et erectum
a rege Nabuchodonoſore aureum
colosſum veneremini. Qui vero
non procubuerit, ac veneratus fue-
rit: is eueſtigio coniicietur in ar-
dentem igne fornacem. Igitur ſi-
mul ac audiuerunt omnes populi
vocem tubæ, tibiæ, citharæ,
ſambucæ, pſalterii, ſymphoniæ,
denique omnium muſicorum in-
ſtru-

ſtrumentorum: procíderunt omnes populi, nationes, atque linguæ, aureum venerantes colosſum a Nabuchodonoſore rege erectum.

Eodem tempore Nabuchodonoſorem regem adgresſi quidam Chaldæi, Iudæos apud eum hac oratione accuſarunt.

Rex in perpetuum viue.

Tu, rex, edictum propoſuiſti, vt quisquis homo tubæ, tibiæ, citharæ, ſambucæ, pſalterii, ſymphoniæ, denique muſicorum omnium inſtrumentorum vocem audiuisſet, procideret, et aureum veneraretur colosſum: ac qui non procidisſet ac veneratus fuisſet, eum in ardentem igne fornacem coniiciendum esſe. Sunt quidam Iudæi, quibus tu babylonicæ regionis procurationem mandaſti, Sidracus, Miſacus et Abdenago, quos nulla tui, rex, cura tangit: tuos deos non colunt, nec erectum a te colosſum aureum venerantur. Hic Nabuchodonoſor ira ardens, Sidracum, Miſacum et Abdenagonem adduci iubet, adductosque in ſuum conſpectum homines, adloquitur in hæc verba: itane eſt, Sidrace, Miſace, et Abdenago, vt vos nec meum colatis deum, nec erectum a me colosſum aureum veneremini? * quod ſi tamen adhuc protinus audita voce tubæ, tibiæ, citharæ, ſambucæ, pſalterii, ſymphoniæ, muſicorumque omnium inſtrumentorum procideritis, venerantes factum a me colosſum: ſin autem non venerabimini, confeſtim in mediam flagrantis ignis fornacem coniiciemini. Ecquis vero Deus eſt, qui vos eripere posſit ex manu mea? At Sidracus, Miſacus et Abdenago regi reſponderunt his verbis: non equidem ſumus ſolliciti, quomodo tibi ad rem iſtam reſpondeamus: quum ſit eiusmodi Deus is, quem nos colimus, vt posſit nos ex incenſæ fornacis ardore ſeruare, et ex tua, o rex, manu

ſeruaturus ſit. Quod etſi non ita 18
esſet: ſcito tamen, rex, nos neque
tuos adorare deos, nec erectum a
te colosſum aureum venerari.
Tum Nabuchodonoſor furore ple- 19
nus, immutato in Sidracum, Miſacum
et Abdenagonem vultus colore,
iubet fornacem ſeptuplo magis
incendi, quam prius erat accenſa:
et ſuorum militum valentisſimis 20
imperat, vt Sidracum, Miſacum et
Abdenagonem vinctos in ardentem
igne fornacem immittant. Ergo 21
colligati homines cum ſuis ſarabal-
lis, tunicis, capitalibus, ac indu-
mentis coniiciuntur in flagrantem
igne fornacem, adeo vrgente regis 22
mandato, vt quum esſet tantopere
incenſa fornax, homines illos, qui
Sidracum, Miſacum, et Abdena-
gonem proiiciebant, flamma ignis
exſtinxerit. At illi tres homines, 23
Sidracus, Miſacus et Abdenago
vincti in ardentem ignis fornacem
delapſi, *G. L.* ambulabant in me- 24
dia flamma, Deum laudantes, Do-
minumque celebrantes. Ac ſtans 25
Azarias ita precatus eſt, et in me-
dio igne ſic verba fecit: prædican- 26
dus es, Domine Deus maiorum no-
ſtrorum, et laudabile glorioſum-
que nomen habes in perpetuum.
Nam quidquid nobis feciſti, iuſte 27
feciſti: vtque omnia tua facta vera
ſunt, et recti mores, et veræ ſen-
tentiæ, ſic in omnibus, quæ in nos,
inque ſanctam maiorum noſtro-
rum ciuitatem Hieroſolymam im-
portaſti, vero iure vſus es, vere- 28
que et iure hæc omnia propter pec-
cata noſtra inuexiſti. Peccauimus 29
enim, et a te nefarie defecimus,
et errauimus in omnibus, neque 30
tua præcepta audiuimus, neque
conſeruauimus, neque fecimus, vt
nobis præceperas, quo bene nobis
esſet. Itaque quæcumque nobis 31
importaſti, quæcumque nobis fe-
ciſti, vero iure feciſti. Tradidi- 32
ſti autem nos in manus nefariorum
hoſtium, inimicisſimorum perfu-
garum,

garum, et regis iniuſti, omnium-
que, qui vsquam ſunt in terris, de-
33 terrimi. Nunc nobis hiſcere non
licet, tuisque ſeruis, et cultoribus
34 probro ſumus et ignominiæ. No-
li ſane prorſum prodere nos tui no-
35 minis gratia: ne viola pactum tu-
um,neue miſericordiam tuam a no-
bis aufer, Abrahami gratia dilecti
tui, et Iſaaci cultoris tui, ſanctique
36 tui Israelis: quibus pollicitus es,
te ſtirpem eorum ad cæleſtium ſi-
derum, arenæque litoris marini
37 numerum amplificaturum. Ete-
nim, o Domine, nos ſumus infra
omnes gentes, et hodie toto orbe
abiectisſimi propter peccata noſtra:
38 nec eſt nobis hac tempeſtate prin-
ceps, aut vates, aut gubernator:
non res diuina, non ſacrificium,
non libatio, non ſuffitio, non tibi
fruges libandi locus et miſericordi-
39 am obtinendi. Verum patere, vt
animo fracto, abiectaque mente
40 litemus, pro arietum taurorum-
que victimis: ac pro multis opimo-
rum agnorum millibus habeatur
apud te hodiernum noſtrum ſacri-
ficium, et officium erga te, cui con-
41 fidentes non fruſtrantur. Igitur te
toto animo ſequentes reueremur,
tuumque conſpectum requirimus.
42 Ne nos fruſtrare, ſed vtere erga
nos tua clementia et miſericordia
43 ſingulari, et nos, (vt es mirificus,)
libera, atque eam tuo nomini glo-
44 riam concilia, Domine: vt con-
futentur omnes, qui tuos malis ad-
ficiunt: omnique vi et potentia fru-
ſtrentur, et eorum frangatur pote-
45 ſtas: vt intelligatur, Dominum
eſſe te Deum ſolum, totoque or-
46 be glorioſum. Non deſinebant
autem regis miniſtri, qui eos inie-
cerant, caminum naphtha, pice,
ſtuppa, ſarmentisque ſuccendere,
47 ita vt flamma, in nouem et quadra-
ginta cubitos ſupra caminum diffu-
48 ſa ac euagata, cremauerit, quos
Chaldæorum nacta eſt circum ca-
49 minum. Angelus autem Domini

deſcenderat vna cum Azaria et ſociis in caminum, et disiecta ex camino flamma ignis mediam caminum roſeo et leniter ſpirante vento refrigerauerat, ita vt eos ignis nec attingeret, nec læderet, aut offenderet. Tunc illi tres Deum vno ore celebrare, prædicare, collaudare cœperunt in camino his verbis: prædicandus es Domine Deus maiorum noſtrorum, et laude extollendus immortali. Prædicandum eſt glorioſum tuum ſanctumque nomen, et laude extollendum immortali. Prædicandus es in ſacræ tuæ gloriæ fano, et ſumma immortalique commendatione dignus, et gloria. Prædicandus es, qui cherubis inſidens, profunda cernis, et ſumma æternaque commendatione efferendus. Prædicandus es in glorioſo regni tui ſolio, ſummaque et æterna commendatione dignus et gloria. Prædicandus es in æthere cæleſti, et ſumma æternaque commendatione dignus et gloria. Prædicate omnia opera Domini Dominum, et æterna commendatione extollite. Prædicate cæli Domini Dominum, et æterna commendatione extollite. Prædicate angeli Domini Dominum, et æterna commendatione extollite. Prædicate omnes aquæ cæleſtes Dominum, et æterna commendatione extollite. Prædicate omnes Domini poteſtates Dominum, et æterna commendatione extollite. Prædicate ſol et luna Dominum, et æterna commendatione extollite. Prædicate cæleſtia ſidera Dominum, et æterna commendatione extollite. Prædicate omnis imber et ros Dominum, et æterna commendatione extollite. Prædicate omnes ſpiritus Dominum, et æterna commendatione extollite. Prædicate ignis et ardor Dominum, et æterna commendatione extollite. Prædicate rores et pruinæ Dominum, et æterna commendatione extollite. Prædicate

dicate noctes dieſque Dominum, et
æterna commendatione extollite.
Prædicate lumen tenebræque Do-
minum, et æterna commendatio-
ne extollite. Prædicate gelu fri-
guſque Dominum, et æterna com-
mendatione extollite. Prædicate
glacies niueſque Dominum, et
æterna commendatione extollite.
Prædicate fulgura nubeſque Domi-
num, et æterna commendatione
extollite. Prædicet terra Domi-
num, et æterna commendatione
extollat. Prædicate montes et col-
les Dominum, et æterna commen-
datione extollite. Prædicate o-
mnia ex terra naſcentia Dominum,
et æterna commendatione extollite.
Prædicate fontes Dominum, et æ-
terna commendatione extollite
Prædicate mare fluuiique Domi-
num, et æterna commendatione
extollite. Prædicate cete omnia-
que in aquis mouentia Dominum,
et æterna commendatione extollite.
Prædicate omnes volucres aeriæ
Dominum, et æterna commenda-
tione extollite. Prædicate omnes
beſtiæ pecoraque Dominum, et æ-
terna commendatione extollite.
Prædicate hominum genus Domi-
num, et æterna commendatione ex-
tollite. Prædicent Iſraelitæ Domi-
num, et æterna commendatione
extollant. Prædicate Domini ſa-
cerdotes Dominum, et æterna com-
mendatione extollite. Prædicate
Domini cultores Dominum, et æ-
terna commendatione extollite.
Prædicate iuſtorum mentes animi-
que Dominum, et æterna com-
mendatione extollite. Prædicate
ſancti animo humiles Dominum, et
æterna commendatione extollite.
Prædicate Anania, Azaria, Miſael,
Dominum, et æterna commenda-
tione extollite. Quoniam eripit
nos ex orco, et a mortis iniuria tue-
tur, exque media camino, ardente
flamma, medioque igne liberat.
Gratias agite Domino, qui bonus,
qui æterna eſt clementia. Prædi- 91
cate omnes Domini cultores deo-
rum Deum, eumque commendan-
tes, ei gratias agite, cuius clemen-
tia duret in omnia ſæcula. *CHAL.* 92
Tunc rex Nabuchodonoſor atto-
nitus repente ſurgit, et proceribus
ſuis dicit: nonne tres viros conſtri-
ctos in ignem coniecimus? Ve-
rum, inquiunt illi, regi reſponden-
tes. Atqui ego video quatuor, in- 93
quit, viros ſolutos per mediam am-
bulantes fornacem illæſos,*quorum
quartus formam habet Deo nati ſi-
milem. Deinde acceſsit Nabucho- 94
donoſor ad incenſæ fornacis præ-
furnium, et: o Sidrace,inquit,Miſa-
ce et Abdenago, ſupremi Dei
cultores prodite et venite. Tunc 95
prodierunt Sidracus, Miſacus et
Abdenago ex igne, quum quidem
congregati ſatrapæ, præfecti, præ-
tores, conſiliariique regis homines
illos ſpectarent, in quorum corpo-
ra nullam vim habuiſſet ignis, ne
capillo quidem capitis aduſto, inte-
gris ſaraballis, et ab ignis adflatu
intactis. Igitur Nabuchodonoſor 96
ita locutus eſt: ago Sidraci, Miſaci
et Abdenagonis Deo gratias, qui,
miſſo angelo ſuo, liberauerit ſui
cultores, qui, eo confiſi, regis
dictum fecerunt irritum, ſuaque
corpora dediderunt, ne cui deo,
præterquam ſuo, vllum cultum
aut honorem haberent, Atque 97
a me decretum proponitur, vt
qui, cuiuscumque ſit populi, na-
tionis, aut linguæ, de Sidraci,
Miſaci, et Abdenagonis Deo male-
dixerit, is fimus fiat, eiusque
domus in latrinam redigatur:
quandoquidem non eſt alius deus,
qui poſſit ita liberare. Deinde rex 98
Sidracum, Miſacum, et Abdena-
gonem in regione Babyloniæ auxit,
G. et omnibus Iudæis, quot-
quot erant in eius regno, præſidere
iuſſit.

CAPVT IIII.

Nabuchodonoſoris inſomnium. Baltaſar coniectorum princeps, ad regem Daniel placidus, ac ſomnium explanans. Rex in beſtiam immutandus.

CHALD.

1 NAbuchodonoſor rex omnibus
omnium linguarum populis
et nationibus, toto orbe de-
gentibus, ſalutem plurimam dicit.
2 Prodigia ac miracula, quæ in me
ſupremus fecit Deus, viſum eſt mi-
hi declarare, quod eius Dei adeo
3 multa prodigia, adeoque ingen-
tia ſint miracula, eiusque regnum
ſempiternum regnum ſit, et impe-
4 rium per ſecula perennet. Ego
Nabuchodonoſor, quum domi
meæ, quum in meo palatio felici-
5 ter florerem, ſomnium vidi, quo
equidem territus ſum, et cubicula-
ribus meis cogitationibus, capitis-
que mei viſionibus perturbatus.
6 Itaque mandatum dedi, vt ad me
ſiſterentur omnes Babyloniæ ſa-
pientes, qui mihi ſomnii ſignifica-
7 tionem oſtenderent. Quumque
coniectores, harioli, Chaldæi, ha-
ruſpices conuenisſent, eis ſomnium
retuli: ſed eius ſignificationem mi-
8 hi non demonſtrarunt. Poſtremo
venit ad me Daniel, qui ſecundum
Dei mei nomen Baltaſar adpellatur,
ſanctorum ſpiritu deorum prædi-
9 tus, ad quem ſomnium detuli. Bal-
taſar coniectorum princeps, quem
ego ſcio ſanctorum ſpiritu deorum
esſe præditum, nec quidquam esſe
tam obſcurum, quod tibi nego-
10 tium exhibeat, accipe, quæ ego
viſa per ſomnium viderim, et ſo-
mnii ſententiam eloquere. Sunt
autem mei capitis cubicularia viſa
11 huiusmodi. Videbar mihi videre in
media terra magnæ proceritatis ar-
borem, quæ arbor adeo creuit et
roborata eſt, vt faſtigio cælum at-
12 tingeret, ad extremum totius or-
bis conſpicua, pulchras frondes,
copioſum fructum, et omnibus
alimentum habens. Sub ea terre-
ſtres habitabant beſtiæ, eius in ra-
mis aeriæ nidulabantur aues, ea-
que veſcebantur mortales omnes
Hanc dum ego per mei capitis cubi-
cularia viſa adſpicio: ecce vigil e
ſanctus de cælo deſcendit, qui ve-
hementer clamauit, et ita dixit
a excidite arborem: eius ramos de
truncate: frondes excutite: diſper
gite fructum: diſcedant, quæ ſub e
ſunt, beſtiæ, et ex eius ramis volu
cres, tantum eius radicum ſtirpe
relinquite in terra, ferreoque e
æreo colligatus vinculo, in herb
da terra cæleſti rore tingatur,
eamdem cum pecoribus ſortem
graminoſo ſolo perferat, human
priuatus, et bruto præditus anim
atque ita ſeptem *b* tempora trans
gat. * Hæc res decreto vigilum
hæc rogatio pronuntiatione ſanct
rum perlata eſt, idque eo conſili
vt ſciant mortales, ſupremum illu
in hominum regno dominari,
id, cui ipſi viſum ſit, tradere,
que vel infimum hominum præ
cere. Hoc ſomnium vidi ego r
Nabuchodonoſor: tu vero, Ba
taſar, interpretationem edisſer
quandoquidem omnes regni m
ſapientes mihi ſignificationem ei
non potuerunt oſtendere. At
potes, quippe ſanctorum adfla
deorum præditus. Tunc Dani
nomine Baltaſar, circiter vna
horam mente conturbatus tacu
Et rex, noli, inquit, ſomnio, B
taſar, et eius ſignificatione pertu
bari. At Baltaſar, ah domine, i
quit, ſomnium eiusque ſignifi
tionem tuis inimicis et hoſtibus i
precor. Quam tu arborem vidi
quæ adeo creuit atque conuali
vt faſtigio pertingeret ad cælu
toto orbe conſpicua, pulch
fronde, copioſo fructu, ferens
mnibus alimentum, ſub qua beſ
degebant terreſtres, et in eius
mis aeriæ habitabant volucres,

a) hoc eſt excidatur, cet. *b*) annos.

te es, o rex, qui tanto incremento corroboratus es, vt tanta iſta magnitudo ad cælum, imperium autem ad vltimum orbem pertineat. Quod autem vidiſti, rex, vigilem et ſanctum de cælo deſcendere, qui iuſſit arborem excidi atque euerti, (relicta tamen eius radicum ſtirpe in terra,) ac ferro atque ære vinctum, in herboſo ſolo cæleſti rore tingi, et eiuſdem cum beſtiis terreſtribus eſſe ſortis, donec ſeptem peregiſſet tempora: hæc eſt declaratio, rex, et ſupremi ſententia, quæ in te, domine rex, competit. Tu ex hominibus depulſus, verſaberis inter beſtias terreſtres, herbiſque boum ritu paſceris, et cæleſti rore tingeris, atque ita ſeptem perages tempora, donec intelligas, ſupremum in hominum regno dominari, et id, cui velit, tradere. Quod autem iuſſum eſt, vt ſtirps radicum arboris relinqueretur: tuum tibi regnum manebit, poſtquam cæleſtem recognoueris potentiam. Quocirca, rex, o mi rex, veliſ peccata culpaſque tuas benignitate et erga inopes beneficentia redimere, ſi forte tuæ ſaluti conſulatur. Hæc omnia Nabuchodonoſori regi contigerunt. Præteritis enim duodecim menſibus, in regio Babylonis palatio deambulans, rex ita locutus eſt: nempe hæc eſt magna Babylon, quam ego, vt mihi regni domus et maieſtatis decus eſſet, validis opibus conſtruxi. Adhuc orationem habebat rex in ore, quum vox de cælo delapſa eſt: tibi dicitur, o Nabuchodonoſor rex: tu regno exactus, et ex hominibus depulſus, cum beſtiis agreſtibus deges, herbiſque ritu boum paſceris, donec, tranſactis temporibus ſeptem, recognoſcas, ſupremum in hominum regno dominari, et id, cui libeat, tradere. Eodem momento contigit ea res Nabuchodonoſori, ex
hominibusque depulſus, herbas
more boum comedit, eiuſque cor-
pus cæleſti rore tinctum eſt, adeo
vt ei et pili vt c) aquilis, et vngues vt
alitibus increuerint. Exacto ſpa-
tio, ego Nabuchodonoſor, ſubla- 34
tis in cælum oculis, in mentem red-
ii, et ſupremum illum atque im-
mortalem gratiarum actione, lau-
dibus et honore ſum proſecutus,
cuius imperium ſempiternum im-
perium eſt, cuius regnum perpe-
tuis durat ætatibus, ad quem vni-
uerſi terrarum incolæ nihil ſunt, 35
qui arbitratu ſuo, et cæleſti exerci-
tu, et terræ habitatoribus vtitur,
nec eſt quisquam, qui eius manum
impediat, aut ab eo facti rationem
exigat. Eo tempore mens mihi 36
reddita, et glorioſa regni maieſtas,
vna cum priſtina forma reſtituta
eſt, atque, a meis conſiliariis ac
primatibus conquiſitus, in regnum
repoſitus ſum, et dignitate auctus.
Quare ego Nabuchodonoſor, cæli 37
regem laudo, extollo, honoro,
cuius opera et facta omnia vera æ-
quaque ſunt, quique ſuperbe ſe ge-
rentes poteſt deprimere.

CAPVT V.

Regium ad proceres conuiuium. Sacra ex fano ad conuiuium vaſa. Babylonie ſapientes coacti. Ex lauandum ſcriptum, explanantis præmium. Euocatus ad regem Daniel. Hic aperiens regis ſcriptum. In regis impotentiam vates. Daniel honoribus adfectus. Rex interfectus.

BAlſaſar rex mille ſuis proceri-
bus lautum conuiuium habu- 1
it, et apud eos vino potus,
iuſſit inter pocula proferri aurea
argenteaque vaſa, quæ eius auus 2
Nabuchodonoſor ex hieroſolymi-
tano fano deportauerat, in quibus
biberent rex, eiuſque proceres, et
vxores, atque concubinæ. Ita-
que adferuntur vaſa aurea, quæ ex 3
hieroſolymitano delubro fuerant
 trans-

c) ſcil. creſcunt plumæ.

translata, et in eis potat rex, vna
cum ſuis proceribus, et vxoribus,
4 ac concubinis. Atque inter potan-
dum vinum, quum aureos, argen-
teos, æreos, ferreos, ligneos, la-
5 pideosque laudarent diuos, re-
pente exſtiterunt humanæ manus
digiti, et apud candelabrum in te-
ctorio parietis regii palatii ſcripſe-
runt, ipſo rege ſcribentem manum
6 ſummam inſpectante. Itaque *d* mu-
tauit colorem rex, adeoque mente
perturbatus eſt, vt, eneruatis late-
ribus, genua eius inuicem confli-
7 gerent. Ergo magna voce iusſit
arcesſi diuinos, et Chaldæos, et haru-
ſpices, eisque Babyloniæ ſapienti-
bus hoc pronuntiauit, quisquis ſcri-
ptum illud legisſet, eiusque fecisſet
explanationem, eum purpura ve-
ſtitum iri, aureamque torquem in
collo geſtaturum, et tertium in re-
8 gno dominaturum. Sed quum
conuenisſent omnes regii ſapientes,
ſcriptum legere, aut, quid id ſibi
vellet, regi ostendere nequiuerunt.
9 Qua re vehementer perturbatus
rex Balſaſar, colorem mutauit, eius
10 quoque proceribus attonitis. Ob
hoc regis et procerum negotium,
regina in cœnationem ingreſſa, ſic
loquitur: rex in perpetuum viue.
Noli mente perturbari, coloremue
11 mutare. Vir eſt in regno tuo ſan-
ctorum adflatu deorum inſtinctus,
cuius præclara peritia et diuina pla-
ne ſapientia tempore aui tui com-
perta fuit, quem quidem rex Na-
buchodonoſor auus tuus, o rex,
coniectorum diuinorum, Chaldæ-
orum, haruſpicumque magiſtrum
conſtituit, quod eum Danielem,
cui auus tuus Baltaſari nomen im-
12 poſuit, compertum esſet, in ſo-
mniis interpretandis obſcurisque
explicandis, et ambiguis enodandis,
ingenii esſe, ſcientiæque et peritiæ
13 ſingularis. Quapropter euocetur
Daniel, qui proferat interpretatio-
nem. Tum Daniel ad regem ſiſti-
tur, eumque rex adfatur his verbis:

tu es ille Daniel ex exſulibus Iu-
dæis, quos auus meus rex ex Iudæa
transtulit. Audio, te a ſanctis adfla-
tum diis, compertum esſe præclaræ
peritiæ, excellentisque ſapientiæ.
Nam ſapientes quidam harioli, qui
ad me adducti ſunt, vt mihi ſcri-
ptum hoc legerent, ac interpre-
tando enuclearent, non potuerunt
rei ſignificationem explanare. Te
autem audio ſententias declarare, et
ambigua enodare posſe. Quam-
obrem ſi mihi ſcriptum legere, et
interpretando euoluere potueris,
purpura veſtieris, et in collo tor-
quem habebis auream, ac tertius in
regno dominaberis. Tum Daniel
regi ſic reſpondit: tua tibi dona et
munera habeto, aut in alios confer-
to: tamen ſcriptum tibi, rex, legam,
et interpretatione illuſtrabo. Nabu-
chodonoſori auo tuo, o rex, ſu-
premus Deus tantam regni magni-
tudinem, tantæque maieſtatis glo-
riam largitus erat, vt præ ea ma-
gnitudine, quam ei ille tribuerat,
omnes eum omnium linguarum
populi atque nationes trepide me-
tuerent: quippe qui, quem vellet,
occideret: quem vellet, cæderet:
quem vellet, efferret: quem vel-
let, deprimeret. Sed quum, ela-
tus animo, ſpiritu ſuperbo inſole-
ſceret, de regni ſui ſolio deturbatus
eſt, et dignitate priuatus, ac ex ho-
minum conſortio exactus, eun-
dem cum beſtiis animum habuit, et
cum onagris habitauit, herbisque
boum more paſtus, rore cæleſti
tinctum corpus habuit, donec co-
gnouit, dominari ſupremum Deum
in hominum regno, et ei præficere,
quem velit. Tu quoque eius ne-
pos Balſaſar, non animum ſubmi-
ſiſti, quum tamen hæc ſcires o-
mnia: ac contra cæli Dominum
ſuperbiens, eius templi vaſa tibi
adponenda curaſti, in quibus tu,
tuique proceres, et vxores ac con-
cubinæ vinum potaſtis, argenteos-
que et aureos, et æreos, et ferreos, et
li-

d) expalluit.

ligneos, et lapideos, (qui nec vident,
nec audiunt, nec intelligunt,) prædi-
caſtis deos, quum Deo, (cuius in ma-
nu tua anima et actiones omnes
ſunt,) non habueris honorem. Ita-
que ab eo miſſa eſt hæc ſumma ma-
nus, quæ ſcriptum hoc exarauit,
quod quidem exaratum ſcriptum ſic
habet: MENSVS EST, MENSVS
EST, PONDERAVIT, ET DI-
VISIT. Cuius rei ſententia eſt
hæc: MENSVS EST: menſus eſt
Deus tuum regnum, idque conſum-
mauit: PONDERAVIT: ponde-
ratus es in trutina, et inuentus le-
uior. DIVISIT: diuiſum eſt tu-
um regnum, et Medis Perſiſque
traditum. Tum iuſſit Balſaſar Da-
nielem purpura veſtiri, eiusque
collum aureo torque indui, ac eum
tertium in regno principem procla-
mari. Eadem nocte occiſus eſt
Balſaſar Chaldæorum rex, eius-
que regnum occupauit Darius Me-
dus, annos duos et ſexaginta natus.

CAPVT VI.

Darius regni ſatrapas creans. Daniel vnus ex præfectis. Collegarum inuidia, crimen in Danielem. Coniectus ad leones Daniel. Angelus ad vatem. Extractus de ſpecu vates. Edictum de Iona Danielis Deo.

VIſum eſt Dario, centum vigin-
ti ſatrapas regno præficere,
qui toti regno præeſſent, eis-
que tres præponere præſides,
quorum vnus fuit Daniel, ad quos
illi ſatrapæ rationes referrent, ne
rex prægrauaretur. Excellebat
autem is Daniel præſides atque ſa-
trapas, quippe ingenio præſtans:
itaque fecit rex, vt eum toti regno
præficeret. Quamobrem præſides
crimen aliquod quærebant, quod
Daniel in adminiſtratione regni
commiſiſſet. Verum quum nullum
crimen aut culpam inuenire poſ-
ſent, quippe qui integrior eſſet,
quam vt vllum facinus aut culpa in
eo deprehenderetur, rationem
comminiſcuntur, qua Danielem il-
lum, * ſi nulla alia in re, ſaltem in
eius Dei religione criminarentur.
Itaque regem ſimul adorti præſides 6
et ſatrapæ, ſic adloquuntur: Dari
rex in perpetuum viue. Statue- 7
runt omnes regni præſides, præfe-
cti, ſatrapæ, conſiliarii et prætores,
decreto regio et lege ſanciendum
eſſe, vt quisquis rem vllam ab vllo
vel deorum, vel hominum, (præ-
terquam a te, rex,) per triginta dies
petiuerit, is coniiciatur in ſpecum
leonum. Quapropter, rex, confir- 8
ma decretum, et libellos ſanci, ita vt
quemadmodum fert irreuocabilis
Medorum Perſarumque lex, re-
ſcindi non poſſit. Ita rex Darius 9
ſcriptum decretumque ſancit. Quod 10
ſcriptum Daniel vbi ſancitum co-
gnouit, in domum ſuam ſe confert,
et, aperta conclauis ſui feneſtra, Hie-
roſolymam verſus, ter quotidie fle-
xis genibus Deum collaudat, ac
orans celebrat, vt antea ſolitus erat
facere. Tum homines illi con- 11
gregati, quum orantem Danielem,
ac Deo ſuo ſupplicantem deprehen-
diſſent, regem conueniunt. Et 12
cum eo de regio decreto ſic agunt:
nonne decreto ſanxiſti, vt quisquis
homo rem vllam ab vllo vel deo
vel homine, (præterquam a te, rex,)
per triginta dies petiiſſet, is coniice-
retur in leonum ſpecum? Et rex,
vera res eſt, inquit, idque Medo-
rum et Perſarum lege irreuocabili.
Tum illi: Daniel, inquiunt regi, 13
qui eſt ex exſulibus Iudæis, nullam
neque tui, neque ſanciti a te decre-
ti rationem habens, ter in die pre-
cibus orat. His verbis auditis, ma- 14
gno inde dolore adfectus rex, ani-
mum ad Danielem liberandum ad-
iecit, et de eo eripiendo ad occaſum
vsque ſolis laborauit. Sed homi- 15
nes, ad regem congregati, demon-
ſtrant, Medorum Perſarumque in-
ſtitutum eſſe, vt omne regis decre-
tum atque ſtatutum ratum eſſet ac
immutabile. Igitur rex Danielem 16

 addu-

adduci, et in leonum ſpecum iubet
coniici, eum his verbis proſequens:
Deus tuus, quem tu adſidue colis, te
17 tueatur. Deinde adfertur ſaxum
et ſpeluncæ oſtio admouetur, ac re-
gis procerumque annulis obſigna-
tur, ne quod de Daniele placitum
18 erat, impediretur. Deinde in re-
giam profectus rex manſit incœna-
tus, nullis adhibitis fidibus, caruit-
19 que ſomno. Mane autem diluculo
lo ſurrexit, et feſtinanter ad leonum
20 ſpeluncam ſe contulit: et ad eam
propinquans, Danielem triſti voce
clamauit his verbis: o Daniel, vi-
uentis Dei cultor, potuitne te Deus
iſte tuus, quem tu perpetuo coluiſti,
21 a leonibus defendere? Et Daniel
cum rege loquens, rex, in perpetu-
22 um viue, inquit. Deus, miſſo an-
gelo ſuo, ora leonum obſtruxit, ita
vt me non læſerint, quoniam et er-
ga eum innocens inuentus ſum, nec
aduerſum te quidem, rex, ſcelus
23 commiſi; tum rex, ingenti inde læ-
titia adfectus, Danielem ex ſpecu
iusſit extrahi: quo extracto, nulla
in eo extitit læſio, vtpote qui Deo
24 ſuo confiſus esſet. Deinde iusſit rex
homines adduci, qui crimen in Da-
nielem conflauerant, et in leonum
antrum vna cum ipſorum liberis ac
vxoribus coniici: quos, antequam
antri ſolum contigisſent, leones cor-
ripuerunt, eorumque membra
25 comminuerunt omnia. Deinde
Darius rex ad omnes omnium lin-
guarum populos ac nationes, qui
toto orbe degerent, ita ſcripſit. Sal-
26 uete plurimum. Edictum a me
ponitur, vt in vniuerſa regni mei
ditione terrori ſit et formidini Da-
nielis Deus, qui Deus eſt viuens,
æternumque durans, regnum im-
perditum et dominatum habens in-
27 finitum, conſeruator, liberator,
oſtentorum et miraculorum tum
in cælo, tum in terra effector, qui
Danielem defenderit ab iniuria leo-
28 num. Floruit autem is Daniel, re-
gnante Dario et Cyro Perſa.

CAPVT VII.

Quatuor animalia vati viſa. Leo, vrſus, pardus, terrificum quartum animal. Sedens longæuus. Igneus fluuius. Decem quarti animalis cornua.

ANno Balſaſaris Babyloniæ re-
gis primo, quum Daniel per
cubicularia ſui capitis viſa
ſomnium vidisſet, ſcripſit id ſo-
mnium, cuius orationis initium hoc
erit: loquitur Daniel in hunc
modum: ego per nocturna viſa
mihi viſus ſum quatuor videre cæli
ventos, in vaſto mari ruentes,
et quatuor ingentia animalia ex
mari exſiſtere, inter ſe diſ-
ſimilia. Eorum primum ſi-
mile erat leoni, aquilinis alis, qui-
bus eius alis interea ſpectante me
reuulſis, ipſum ſublatum eſt ex ter-
ra, et in pedes tamquam homo
conſtitit, humana mente donatum.
Ecce autem aliud animal ſecundum,
vrſo ſimile conſtitit vna ex parte ha-
bens in ore tres coſtas inter dentes,
quæ ſic ei dicebant: agedum,
comede carnem adfatim. deinde,
ſpectante me, ecce aliud animal par-
di ſimile, quod animal habebat in
dorſo quatuor alas volucres, et
quatuor habebat capita, eique da-
tum eſt imperium. Poſtea animad-
uerti per nocturna viſa quartum
animal, terrificum, horribile, ac
præualidum, dentibus ferreis, ma-
gnis, comedens ac comminuens, et
reliquum pedibus conculcans, id-
que omnia excellens animalia ſu-
periora, habens decem cornua.
Ea cornua dum ego contemplor,
ecce aliud paruulum cornu exſtitit
inter ea, a quo tria ex ſuperioribus
cornibus deiecta ſunt. Erant au-
tem in eo cornu oculi quales hu-
mani, et os grandiloquum. *G.* At-
que id cornu bellum contra ſanctos
gerebat. *H.* Interea, ſpectante me,
poſitis ſellis, ſedit LONGAEVVS,
veſte niuis in morem candida, ca-
pillo capitis nitidæ lanæ ſimili: cu-
ius ſolium erant igneæ flammæ, ro-
tæ

10 tæ autem flagrans ignis. Ab eo
manans proficiſcebatur igneus flu-
uius, eique miniſtrabant decies
centena millia, et in eius conſpectu
ſtabant millies centena millia, dato-
11 que iudicio aperti ſunt libri. Ac
dum ego ſpecto ob tam magnilo-
quam verborum vocem, quæ cor-
nu illud faciebat, ſpectante me, per-
emtum eſt animal, eiusque contru-
cidatum corpus igni traditum eſt ad
12 cremandum. Cetera autem ani-
malia ſua poteſtate priuata ſunt,
conceſſo eis certo æui et temporis
13 viuendi ſpatio. Spectabam per no-
cturna viſa, quum in nubibus ae-
riis tamquam e hominis filius venie-
bat, qui ad longæuum peruenit, in
14 eius conſpectum adductus. Atque
ei tanta poteſtas, dignitas, regnum
datum eſt, vt omnes omnium lin-
guarum populi ac nationes eum co-
lerent, æterna ac immutabili pote-
ſtate, imperditoque regno prædi-
15 tum. Hic ego Daniel vix animi
compos, (tanta fuit rationis, viſa illa
16 contuentis, perturbatio,) acceſſi ad
vnum ex adſtantibus, et ex eo quæ-
ſiui illorum omnium veritatem,
quam ille mihi dixit, et rei ſenten-
17 tiam demonſtrauit. Animalia hæc,
quæ ſunt quatuor, inquit, quatuor
reges ſunt, qui in terris exſiſtent.
18 Deinde occupabunt f ſupremi ſancti
regnum, et regnum obtinebunt in
omnem ſæculorum perennitatem.
19 Tum mihi libuit veritatem exqui-
rere animalis quarti, omnium illo-
rum præſtantiſſimi, tam terribilis,
ferreis dentibus, vnguibus æneis,
20 quod minutatim comedebat, et re-
liquum pedibus obterebat. Item
de decem in capite cornibus, ac de
alio cornu, quod ſuccreuerat, a quo
deiecta fuerant tria, quod quidem
cornu oculos habebat, et os grandi-
loquum, eratque maioris, quam ce-
21 tera, ſtaturæ, quod cornu, ſpectan-
te me, cum ſanctis prœlium gere-
bat, eosque ſuperabat, donec ve-
nit longæuus, et iudicium ſancti g 22
ſupremis datum eſt, venitque tem-
pus, quo regnum tenuere ſancti.
Atque ille: quartum animal, in-
quit, quartum regnum eſt, futu- 23
rum in terra, quod omnium re-
gnorum potentiſſimum, totum
orbem conficiet, contundet, atque
conteret. Decem autem cornua,
decem reges ſunt, qui ex eo regno 24
exſiſtent, poſt quos ſurget alius, qui,
ſuperiores antecellens, tres reges
deprimet, verba contra ſupre-
mum faciet, ſupremos ſanctos ſubi- 25
get, et tempora legemque mutare
cogitabit, illis ei in poteſtatem tra-
ditis ad tempus et tempora ad dimi-
dium temporis. Sed, iudicio dato,
poteſtate priuabitur, euerſusque 26
peribit funditus, atque ita imperii,
quod toti cælo ſubiacet, regnum,
poteſtas, amplitudo tradetur ſupre- 27
morum ſanctorum populo, cuius
regnum erit æternum regnum,
quemque poteſtates omnes colent,
ac ei obedient. Hactenus finem 28
habet oratio. Ego Daniel mente
admodum perturbatus, et colore
immutatus, orationem tradidi me-
moriæ.

CAPVT VIII.

Viſum de ariete ante fluuium. Caprinus hircus arietem vincens. Cornu fractum hirci. Aries qui reges, qui caprinus hircus, cornu ingens. Danielis ægrotatio.

ANno Balſaſaris regis tertio,
adparuit mihi Danieli vi- 1
ſum, poſt illud, quod mihi
adparuerat principio, quod qui-
dem huiusmodi vidi. Quum eſ-
ſem Suſis in arce, quæ eſt in Elami- 2
tide prouincia, viſus ſum mihi per
viſum, (quum quidem eſſem
ad Eulæum fluuium,) cernere
g arietem vnum ſtantem ante
fluuium, habentem duo cor-

 3

e) hoc eſt homo. f) Iſraelitæ, hoc eſt chriſtiani. g) Medorum et Perſarum imperium, in quo Perſarum eſt potentius.

nua ſublimia, quorum alterum altero ſublimius erat, quod ſublime
4 poſterius creuit. Eum arietem videbam ad occidentem, ad ſeptemtriones, et ad meridiem arietare, ita vt nullum animalium ei reſiſteret, nec eſſet, qui contra vim eius defenderet, quo minus arbitratu ſuo age-
5 ret, ac magnus euaderet. Interea conſiderante me, ecce caprinus hircus, qui ab occidente ita peruadebat omnem terram, vt terram non attingeret, isque [h] cornu habens
6 inter oculos conſpicuum. Is [i] illum cornutum arietem adortus, quem ego ante flumen ſtantem videram, in eum efferatis viribus incurrit, ac, vidente me, cum ariete congresſus, in eum ita deſæuiit, vt eum vicerit, et ei ambo cornua fregerit, quum aries ad obſiſtendum ei vires non haberet, et humi proſtratum conculcauit arietem, non habentem, a quo contra eius vires defendere-
8 tur. Ita creuit caprinus hircus mirum in modum: atque, vbi inualuit, fractum eſt illud ingens cornu, cuius loco ſuccreuerunt [k] quatuor eminentia cornua, quatuor cæli
9 plagas ſpectantia, ex quorum vno ortum eſt [l] vnum exiguum, quod in auſtrum atque occidentem, et [m] in nobilitatem mirum in modum in-
10 creuit, auctumque in [n] cæleſtes copias, de copiis deque ſtellis pesſum-
11 dedit ac proculcauit, et in copiarum [o] ducem eousque inſoleuit, vt ab eo ſublatum ſit [p] perenne, illiusque
12 ſacrarii proſtrata ſedes. Eſt autem datum certum ſpatium expiandi perennis, quo ſpatio illud cornu humi proſtrata veritate, ageret pro-
13 ſpere. Audiui enim loquentem vnum ſanctum, qui ſanctus loquentem quemdam interrogabat, quousque fatale eſſet perenne inexpia-
14 tum in calamitate eſſe, ſacrumque et copias proculcari. Atque ille mihi ita dixit: ad veſperomatutina bis mille et trecenta: deinde expiabitur ſacrum. Id viſum quum 15
ego Daniel cernens, intelligentiam quærerem, ecce adſtitit contra me quaſi quædam viri ſpecies, audi- 16
uique hominis vocem, inter Eulæum his verbis clamantem: Gabriel, doce hunc de ſpectro.
Atque ille ad eum locum venit, vbi 17
ego ſtabam, cuius aduentu perterritus, quum pronus cecidisſem, ille mihi dixit ita: attende homo tu: nam ad vltimum tempus pertinet
oraculum. Interea, illo mecum lo- 18
quente, ego humi pronus ſopie-
bar. At ille me tangens, erexit in 19
veſtigia, atque ita dixit: ego te iam docebo, quid ſit extremo ſupplicio futurum: nam hoc ad vltimum tempus pertinet. Aries ille 20
cornutus, quem vidiſti, reges ſunt
Mediæ atque Perſiæ. Hircus ca- 21
prinus eſt Græciæ rex. Cornu ingens, quod eſt inter eius oculos, eſt
[q] primus rex. Quod autem, eo fra- 22
cto, quatuor eius loco conſtiterunt, regna quatuor ex ea gente exſiſtent, ſed illi viribus imparia.
Sub extremum autem regni illo- 23
rum, [r] fontibus conſummatis, exſiſtet inhumanus et ænigmatum peri-
tus rex, qui viribus confirmatus, 24
(non tamen illi paribus,) mira edet funera, et ſucceſſu vtetur ſecundo, ſortes populumque ſanctorum de-
populans, ac ingenii acumine ad 25
dolos, et quidem proſpere, vtens, animoque inſolens, multos fortunatus peruertet, et contra principem principum ſtans, nulla manu
frangetur. Illud quoque de ve- 26
ſperomatutinis viſionis effatum verum eſt. Tu oraculum conclude,
quippe quod ſit [s] diuturnitatis. E- 27
go vero Daniel debilitatus ægrotaui

h) Alexander Magnus. *i*) Darium. *k*) regna Syriæ, Aegypti, Aſiæ, Græciæ. *l*) Antiochus Epiphanes, 1. Mac. 1 Ioſeph. 12. Ant. 7. *m*) Sionem. *n*) Israelitas. *o*) Deum. *p*) ſcilicet ſacrificium. *q*) Alexander Magnus. *r*) quum erant peccata perfecta, ideoque punienda. *s*) olim euenturum.

taui dies aliquot: atque vbi conualui, ad regia me negotia contuli, attonitus viſione non intellecta.

CAPVT IX.

Annorum numerus a Daniele animaduerſus. Ad Iouam precatio vatis, ieiuniumque. Ad vatem Gabriel de inſtauranda Hieroſolyma, et Meſſiæ aduentu neceque.

ANno primo regni Darii, Aſſueri filii, Medo genere nati, qui in Chaldæorum regno imperauit, ego Daniel, quum aduertisſem in litteris annorum numerum, per quos duraturam eſſe Hieroſolymæ calamitatem Ioua Ieremiæ vati prædixerat, videlicet annorum ſeptuaginta, ad Dominum Deum me conuerti, eum precibus ſuppliciter, vſus ieiunio, centone, ac puluere, implorans, ac Iouam Deum meum, peccata confitens, precatus ſum his verbis: o Domine Deus magne et metuende, qui pactum clementiamque ſeruas erga tui amantes, et tua præcepta ſeruantes, peccauimus, culpam commiſimus, impie et contumaciter a tuis præceptis et inſtitutis deflectentes, neque ſeruos tuos vates audiuimus, qui nomine tuo reges, principes, patres noſtros, cunctumque regionis populum commonefecerunt. Tua, Domine, eſt æquitas, noſtra eſt, (vt liquido adparet,) infamia, videlicet Iudæorum et Hieroſolymitanorum, omniumque Israelitarum, ſiue propinquorum, ſiue longinquorum, quocumque tu terrarum eos ob commisſum ab eis in te crimen diſſipaſti. O Domine, noſtra eſt infamia, noſtrorum regum, principum atque patrum, qui aduerſum te peccauerimus. Domini Dei noſtri eſt lenitas et placabilitas, in quem nos rebellauimus, neque Iouæ Deo noſtro dicto audientes fuimus, vt ex eius legibus
viueremus, quas nobis ſeruorum
ſuorum vatum opera propoſuerat:
omnesque Israelitæ contra eius le- 11
gem fecerunt, eius dictis obedire
recuſantes. Itaque defluxerunt in
nos diræ, et exſecrationes, quæ
ſcriptæ ſunt in lege Moſis ſerui Dei,
quoniam in eum peccauimus:
præſtititque, quod nobis et noſtris 12
gubernatoribus, qui nobis præfue-
re, minatus erat, tantum mali no-
bis inferendo, vt nusquam ſub cæ-
lo acciderint, qualia Hieroſolymis
acciderunt. Quemadmodum ſcri- 13
ptum in lege Moſis eſt, hoc omne
malum nobis euenit, neque tamen
Iouam Deum noſtrum interpella-
uimus, a noſtris deſciſcendo vitiis,
eiusque fidem ſcite perpendendo.
Ergo Ioua Deus noſter malo inuigi- 14
lans, id nobis inuexit. Eſt enim iu-
ſtus Ioua Deus noſter in omnibus,
quæ facit, operibus, cui nos dicto
audientes non fuimus. Quare, o 15
Domine Deus noſter, qui, tuis ex
Aegypto valida educendis manu,
tibi nominis claritatem comparaſti,
nos peccauimus, impie egimus.
Domine, pro tua ſingulari æquita- 16
te inhibe, quæſo, iram ſæuitiamque
tuam ab vrbe tua Hieroſolyma, tuo
ſacro monte: nam propter peccata
noſtra maiorumque noſtrorum vi-
tia Hieroſolyma tuusque populus
infamis eſt apud omnes noſtros fi-
nitimos. Quamobrem exaudi, 17
Deus noſter, meas, qui tuus ſum,
preces et ſupplicationem, tuoque
vultu colluſtra fanum tuum vaſta-
tum, propter *Dominum. Præbe, 18
mi Deus, aurem iſtam: et audi: a-
peri oculos iſtos, et noſtras reſpice
calamitates, vrbemque de tuo no-
mine vocatam. Nec enim virtuti-
bus noſtris, ſed tua præſtanti lenita-
te freti nos, hisce te ſupplicationi-
bus compellamus. Domine exau- 19
di, Domine ignoſce, Domine at-
tende, et citra cunctationem age
propter teipſum, mi Deus, cuius
de

*) Chriſtum.

de nomine tua vrbs tuusque popu-
20 lus adpellatur. Hac ego oratione
precabar, et tum mea tum meorum
popularium Israelitarum peccata
confitebar, et Iouam Deum me-
um, ad Dei mei ſacrum montem
21 conuerſus, ſupplicıter interpella-
bam, quum, me adhuc orando lo-
quente, vir ille Gabriel, quem ini-
tio in viſione videram, aduolauit,
meque tetigit veſpertini ferti tem-
22 pore, atque his verbis adloquens
edocuit: Daniel, nunc profectus
23 ſum, vt te intelligere doceam. Ini-
tio tuæ ſupplicationis editum eſt
mandatum, id quod ego tibi indica-
tum veni, quoniam iucundus es:
itaque rem attende, et oraculum
24 percipe. Septuaginta ſeptenarii
deſtinati ſunt tuo populo, tuæque
ſacræ vrbi, ad conſummandum pec-
catum, ad obſignanda delicta, ad
ignoſcendam culpam, et ad indu-
cendam æternam iuſtitiam, et ad
obſignandam viſionem ac vaticina-
tionem, et ad vngendum ſancto-
25 rum ſanctisſimum. Scies igitur, et
intelliges ab edito mandato de redi-
tu, et de inſtauranda Hieroſolyma,
vsque ad Mesſiam principem, fore
ſeptenarios ſeptem et ſexaginta du-
os, quibus redibitur, et vici ruinæ-
que inſtaurabuntur, idque in diffi-
26 cultate temporum. Poſt duos au-
tem et ſexaginta ſeptenarios peri-
metur Mesſias, idque deſtitutus, vr-
bemque, et ſacrum qui depopule-
tur, princeps veniet populus, erit-
que finis eius in grasſatione, et ad
belli finem ſæuisſimæ calamitates.
27 Confirmabit autem fœdus multis
vnus ſeptenarius, dimidiusque ſepte-
narius ſacrificium fertumque tollet,
et pinnis imponentur calamitoſa
ſcelera, idque ad internecionem,
fluente ad vaſtitatem ſæuitia.

CAPVT X.

Ter ſeptem dies plangens vates, inedia. Viſus vir. Spectrum non videntes alii. Ad vatem ſpectrum conſolans. Cum duce Perſidiis pugna futura.

Anno Cyri Perſarum regis tertio, res eſt patefacta Danieli, qui Baltaſar nominatus eſt, eaque vera, et longi ſpatii, quam rem perſpexit, et præmonſtratam intellectu adſecutus eſt. Per id tempus ego Daniel in luctu fueram ter ſeptem dies, nec primario pane veſcens, nec victu carnis aut vini, nec vnguentis vtens toto illorum ter ſeptem dierum ſpatio. Die autem viceſimoquarto menſis primi, quum esſem apud magnum flumen, videlicet Tigrim, ſublatis oculis, animaduerti virum quemdam lino veſtitum, lateribus auro obrizo ſuccinctis, corpore chryſolitho ſimili, facie fulguris in modum coruſca, oculis ignearum facium ſimilibus, brachiis pedibusque reſplendentis æris ſpeciem referentibus, verborum ſono qualis turbæ ſonus eſt. Id ſpectrum ſolus ego Daniel vidi: qui autem mecum aderant homines, ſpectrum non viderunt, ſed graui terrore perculſi, latebram fuga quæſiuerunt. Ego ſolus relictus, viſo tam ingenti ſpectro, ſum robore deſtitutus: et mutata perditaque coloris elegantia nihil retinui virium. Tum illius verborum vocem audiui, qua verborum voce audita, pronus humi conſopiebar. Et ecce manus me tetigit, ac in genua manuumque palmas ſtatuit, et me ſic ille adlocutus eſt: Daniel, vir iucunde, attende verba, quæ ego tibi dicam, et in veſtigia conſiſte. Nunc enim ad te misſus ſum. Quæ quum ille mecum loqueretur, conſtiti ſtremens. At ille: ne metue Daniel, inquit mihi: nam ex quo primum die animum ad conſiderandum, et te Deo tuo ſubmittendum adpuliſti, audita eſt oratio tua, atque equidem propter orationem tuam veni. Tametſi regni Perſici dux mihi contra ſtetit dies vnum et viginti, quum

quum quidem Michael vnus de pri-
mis ducibus mihi ſuppetias venit,
quum esſem illic apud reges Perſiæ
4 relictus. Veni autem tui docendi
gratia, quid in poſterum ſit tuis po-
pularibus euenturum: nam adhuc
ad certum tempus pertinet oracu-
5 lum. Huiuſmodi verbis quum il-
le me adloqueretur, ego, demisſo ad
6 terram vultu, obmuteſcebam, et
ecce hominum ſimilis imago mea
labra tetigit, atque ego, aperto ore,
eum, qui contra me ſtabat, his ver-
bis adlocutus ſum: Domine, vel ad-
ſpectu adeo mihi collabefacti ſunt
nerui, vt nihil virium retineam,
7 nedum vt talis ego tuus, talem te,
Domine, posſim adloqui, quum
mihi iam nunc exanimato nullæ
8 vires conſtent. Hic me rurſum
attactu ſuo confirmauit illud homi-
9 nis ſimulacrum, dicens: pone
metum, homo iucunde: ſaluus es:
recipe te ac recollige. Igitur, eo me-
cum loquente, collegi me, et, lo-
quere ſane Domine, inquam,
quandoquidem me confirmaſti.
10 Et ille: ſcin cur ad te venerim? in-
quit, iam reuerſurus ad pugnan-
dum cum duce Perſiæ: qui, ſimulac
profectus fuero, dux aderit Græ-
11 ciæ. Sed tamen enuntiabo tibi,
quid ſit in ſcripto veritatis exara-
tum, quamquam in his ne vnus
quidem a me ſtat, excepto Michae-
le duce veſtro, a quo ego quoque
anno primo Darii Medi ſteti, eum-
que auxilio iuui, et nunc tibi ve-
rum indicabo.

CAPVT XI.

Rex quartus Perſidis maximus. Frangenda eius potentia. Ab auſtro calamitates. Bella multa inter auſtrales et ſeptemtrionales. Maozim deaſter colendum prædicens ſpectrum.

QVum tres adhuc reges exſti- 1
terint in Perſide,[u] quartus erit
omnium maximis præditus
diuitiis, quarum opibus vniuer-
ſum Græciæ regnum concitabit.
Sed exſiſtet [x] rex potens, qui, amplis- 2
ſimum adeptus imperium, rerum
potietur. Qui poſtquam conſti- 3
terit, frangetur eius regnum, et in
quatuor cœli regiones diuidetur,
nec id habebunt eius poſteri, nec
erit tanti imperii, quantum habue-
rit ipſe, quippe diſtrahetur eius re-
gnum etiam in alios, quam [y] in illos.
Inualeſcet autem [z] rex auſtralis, et 4
de [a] illius principibus [b] vnum ſupe-
rabit, ac, principatum adeptus, late
imperabit. Deinde, præteritis ali- 5
quot annis, ſocietatem coibunt,
venietque [a] auſtralis regis [c] filia ad [d]
ſeptemtrionalem regem ad [e] æquum
faciendum, ſed robur illud vires 6
non retinebit, nec ſtabit [f] ipſe, aut
eius [g] proles, ſed dedetur ipſa, eius-
que ductores, et parens, et adiu-
tor, certis temporibus. Verum 7
ſuccedet [h] illi de ſtirpe radicum eius,
[i] qui expeditionem faciet, et arcem
inuadet [k] regis ſeptemtrionalis, effi-
cietque, vt illos ſuperet, adeo vt 8
eorum etiam deos, cum eorum
primatibus, vna cum eleganti ar-
gentea aureaque ſupellectile, in Ae-
gyptum prædatus inferat. Atque
is quidem aliquot annos regi ſe- 9
ptemtrionali reſiſtet, ſeque in re-
gnum regis auſtralis conferet, ac
patriam repetet. Sed incitati illius
[l] filii vim ingentem militum colli- 10
gent, et [m] ille grasſans inuadet ac per-
uadet, iterumque vſque ad [n] illius
arcem incitabitur. Ergo exacer-
batus [o] rex auſtralis exibit, et cum 11
ſeptem-

u) Xerxes. x) Alexander. y) quatuor ſuccesſores. z) Ptolemæus Ceraunus Ptolemæi Philadelphi frater. a) Alexandri ſuccesſoribus a) Seleucum. b) Ptolemæi Philadelphi. c) Berenice. d) Antiochum Hieracem. e) foedus. f) Ptolemæus. g) Berenice. h) Ptolemæo Philadelpho. i) Ptolemæus Euergetes Berenicæ frater. k) Seleuci Callinici. l) Antiochus Magnus, et Seleucus Ceraunus m) Antiochus Magnus. n) Ptolemæi Philopatoris. o) Ptolemæus Philopator.

p ſeptemtrionali rege pugnabit, ma-
gnis coactis copiis, ac potitus exer-
citu, victor animo ſuperbiet exer-
citus: ac legiones proſternet, ne-
12 que pollebit. Nam *q* ſeptemtriona-
lis rex iterum maiores, quam ante,
copias conficiet, ac, peracto ali-
quot annorum ſpatio, veniet cum
magno exercitu, multaque opu-
13 lentia. Quibus ſane temporibus
frequentes *r* auſtrali regi obſiſtent,
nec non profligati homines popula-
res tui efferentur, vt comprobe-
14 tur oraculum, ac offendent. Ve-
niet igitur *s* rex ſeptemtrionalis, ex-
presſoque aggere, munitam vr-
bem capiet, nec habebit manus au-
ſtralis, lectique homines, vires ad
reſiſtendum, quo minus eos ad-
gresſus, ſuo vtatur arbitrio. Ita
nullo reſiſtente in *t* nobili terra con-
ſiſtet, quæ per eum conficietur.
15 Tum eo ſe vertet, vt cum totius
regni ſui robore vadat, comitan-
tibus eum *u* probis, * facietque, vt mu-
lierem illi det ad eam corrumpen-
dam, ſed ea non ſtabit, nec eius
16 erit. Deinde ſe conuertet ad inſu-
las, capietque multas: ſed rector
ita illius in ſe contumeliam compe-
ſcet, vt ille eam in ipſum contume-
17 liam non iteret. Ergo referet ſe
ad munitiones ſuæ terræ, offendet-
que, et ita labetur, vt nusquam in-
18 ueniatur. Succedet in eius locum
translaturus regiam maieſtatem ty-
rannus, qui diebus aliquot nulla
iracundia nulloque bello frangetur.
19 Huic porro ſuccedet deſpectus qui-
dam, cui quum regia dignitas non
fuerit tributa, veniet feliciter, re-
gnumque per blanditias adipiſce-
20 tur, atque ab eo grasſantes ma-
nus grasſatura frangentur, nec non
auctor fœderis, cum quo per ſpe-
ciem ſocietatis dolo malo aget,
21 profectusque præualebit exigua
gente feliciter, ac regionis opulen-
tisſima peruadens, faciet, quæ ne-

que patres eius, neque maiores fe-
cerint, prædam, ſpolia, facultates
illis dispertiet, inque munita loca
ſuos conatus conferet, idque ad
tempus. Deinde vires animum-
que ſuum in auſtralem regem ma-
gno cum exercitu concitabit. Rex
autem auſtralis ad prœlium magno
exercitu impelletur, valebitque
multum, neque tamen conſiſtet,
quoniam inſidiis petetur, et, a ſuis-
met conuictoribus fractus, ma-
gnam, profligato eius exercitu, ab
illo cladem accipiet. Atque ambo
illi reges malitioſis animis eadem in
menſa falſum loquentur: quod ta-
men non ſuccedet, quoniam ad-
huc finis differetur. Ille autem pa-
triam cum magnis facultatibus re-
petet, animo ad ſacrum fœdus adie-
cto, proficietque, deinde patriam
repetet. Aliquanto poſt iterum
in auſtrum veniet; ſed non vt pri-
us, ſic poſterius accidet. Ibunt
enim ad eum naues citiæ: itaque
dolens reuertetur, et in ſacrum fœ-
dus ſæuiet, proficietque, et iterum
ſe in deſertores ſacri fœderis inten-
det, exſiſtentque ex eo manus,
quæ munitum ſacrarium profana-
bunt, ſublatoque perenni, ſcelus
calamitatis importabunt: fœdifra-
gos autem blandimentis corrum-
pet. At homines, Dei ſui notitiam
habentes, valebunt ac proficient,
eorumque peritiores erudient mul-
tos, et gladiis, flamma, captiuitate,
direptione ſuccumbent diu. Suc-
cumbentibus autem eis, exiguo
ſubuenietur auxilio, eisque multi
per blanditias coniungentur, at-
que ex peritioribus ſuccumbent
nonnulli, vt explorentur, expur-
gentur, dealbentur vsque ad vlti-
mum tempus: nam adhuc ſupere-
rit tempus. Aget autem rex pro 3
ſua libidine, elatusque ſuperbiet
contra omnem Deum, et contra 3
deorum Deum mirifice loquetur,
et

p) Antiocho Magno. *q*) Antiochus Magnus. *r*) Antiocho Epiphani. *s*) Antiochus Magnus. *t*) Iudæa. *u*) Israelitis.

et ſecundo ſucceſſu vtetur, donec
peractum ſit ſupplicium: nam age-
tur ſæuiter. Neque vero deos ille
patrios, neque mulierum volupta-
tem, nec vllum omnino deum cu-
rabit, quin ſeſe ſupra omnia extol-
let. Ceterum Maozim deum vice
eius colet, et ignotum maioribus
ſuis deum auro, argento, gemmis,
pretioſisque rebus honorabit, fa-
cietque, vt munitores maozios, nec-
non illum peregrinum, quem a-
gnouerit, deum gloria cumulet,
et eis imperium in multos concilia-
bit, ac terram pretio diuidet. Ex-
tremo autem tempore confliget
cum eo rex auſtralis: in quem rex
ſeptemtrionalis multis cum curri-
bus, equitibus ac nauibus impe-
tum dabit, ac terras grasſando per-
uadet atque percurret, inuadetque
terram nobilem, et multi ſuccum-
bent. Euadent autem eius ma-
num Idumæi, Moabitæ, et bona
pars Ammonitarum. Iniiciet au-
tem manum terris, nec terra eua-
det ægyptia, theſauriſque potietur
auri argentique, et omnibus, quæ
in Aegypto, Libya, Aethiopia, qua-
cumque greſſum inferet, erunt
pretioſa. Sed, nuntiis ab oriente ac
ſeptemtrione conturbatus, proficiſ-
ſcetur, vehementer incenſus, ad
multos funditus perdendos, et
fixis caſtrorum ſuorum tentoriis
inter maria, ad ſacræ nobilitatis
montem, veniet ad finem ſuum,
nullo ei ſuccurrente.

CAPVT XII.

Michael Hebræorum dux. Vatis populares euaſuri. Conſignandus a vate liber. Alii duo viri viſi ad fluuium.

ATque illo temporre exſiſtet
Michael princeps ille ma-
gnus, qui tuis præeſt popu-
laribus, eritque temporis difficul-
tas, quanta nulla vmquam poſt ho-
mines natos ad id temporis fuerit.
Ac illo tempore euadent populares
tui, quicumque in libro ſcripti ex-
ſtabunt, multique eorum, qui 2
obdormiuerint, humatique fue-
rint, expergiſcentur, alii ad vi-
tam æternam, alii ad dedecus et mi-
ſeriam æternam. Periti autem 3
fulgebunt, vt fulgor æthereus, qui-
que multos reddiderint iuſtos, e-
runt ſtellarum ſimiles in omnem
æternitatem. At tu, Daniel, con- 4
clude hæc verba, librumque conſi-
gna ad tempus vltimum. Verſa-
bunt ſeſe multi, creſcetque ſcien-
tia. Hic ego Daniel animaduerti 5
duos alios, alterum ad alteram flu-
minis ripam ſtantes, atque ille di- 6
xit homini linigero, qui erat ſu-
pra fluminis aquam: quando tan-
dem finis erit miraculorum? Au- 7
diuique hominem linigerum, qui
erat ſupra fluminis aquam, dextra
ſiniſtraque in cælum ſublata iuran-
tem per immortalem, fore ad tem-
pus temporum, et dimidium, fini-
taque diſperſione manus populi
ſancti, finienda eſſe illa omnia. Id 8
ego auditum quum non percepiſ-
ſem: Domine, inquam, quis erit
iſtorum exitus? At ille: abi Da- 9
niel, inquit: nam concluſa conſi-
gnataque ſunt hæc verba ad vlti-
mum tempus. Expurgabuntur, 10
dealbabuntur, et explorabuntur
multi, et impie agent impii, nec in-
telligent vlli impii: at periti intel-
ligent. A tempore autem ſublati 11
perennis, vſque ad illatum calami-
tatis nefas, erunt dies mille ducenti
nonaginta. Beatus, qui exſpecta- 12
bit et pertinget ad dies mille trecen-
tos trigintaquinque. Tu vero 13
perge ad finem, requieturus et ſta-
turus in tua ſorte ad finem dierum.

CAPVT XIII.

Ioacimus Babylonis incola Suſannæ vir. Senatores et iudices duo. In horto Suſanna. Senum libido, audacia in Suſannam. Mulieris pudi-

pudicitia. Senum iniuria in innocentem, calumniæ, periuria: Ad Iouam contra iudices mulier. Pro innocente ad populum Daniel. Diſiuncti iudices, examinati, mendaces, necati. Suſannæ celebratio. Danielis gratia in ciuitate.

G. L.

1 VIr quidam Babylonis incola
2 fuit nomine Ioacimus. Is
vxorem duxit nomine Suſan-
nam, Helciæ filiam, formoſam in
primis, et Domini reuerentem,
3 boniſque ortam parentibus, et ab
4 iiſdem in lege Moſis eruditam. E-
rat Ioacimus prædiues, et hortos
habebat domui ſuæ proximos. Ad
eum itabant Iudæi, quod erat o-
5 mnium clariſſimus. Quodam au-
tem anno creati ſunt Iudices duo de
populo ſeniores: de quibus locu-
tus eſt Dominus, quum ait, iniu-
ſtitiam Babylone ortam eſſe a ſenio-
ribus iudicibus, qui populum re-
6 gere viderentur. Hi domum Ioa-
cimi frequentabant, ad eoſque
commeabant omnes, qui lites ha-
7 bebant. Quum autem iam abierat
populus in meridie, ſolebat Suſan-
na in viri ſui hortos intrare, et ibi
8 inambulare. Eam quotidie in-
trantem et inambulantem quum
adſpicerent duo ſenes; capti eius
cupiditate a recto mentes deflexe-
9 runt et oculos, vt neque in cæ-
lum intuerentur, neque iuris et æ-
10 quitatis meminiſſent. Quumque
ambo eam deperirent, ſuam tamen
ægritudinem inter ſeſe non indica-
11 bant: quippe quos puderet tan-
tam potiendi ea libidinem enuntia-
12 re. Illud quidem diligenter ob-
ſeruabant, vt eam quotidie vide-
13 rent. Quumque inuicem com-
monuiſſent, vt domum irent, quod
hora eſſet prandii, digreſſi ſunt.
14 Poſt rurſum eodem congregati,
quum alter ex altero cauſſam per-
contaretur, confeſſi ſunt ſuam v-
terque libidinem. Tunc commu-
niter de tempore ſtatuerunt, quo
15 ſolam poſſent nanciſci. Atque illis
accommodatum ei rei diem obſer-

uantibus, ipſa cum duabus pediſſe-
quis hortos ſuo more ingreſſa, in
eis lauare cupiit: erat enim æſtus.
Et quum illic nullus eſſet præter
duos ſeniores latentes, et eam ob-
ſeruantes, iuſſit pediſſequis, vt o-
leum ſibi et vnguentà peterent,
hortorumque portas clauderent, v
lauaret. Illæ dicto eius parebant,
et, clauſo hortorum oſtio, per poſti-
cum, quod erat ad latus, ad peten-
da ea, quæ erant iuſſæ, exierunt
neque ſeniores aduerterunt, quip-
pe occultos. Illi, egreſſis pediſſe-
quis ſurgunt continuo, ad eamque
accurrunt, et ei ſic dicunt: vi-
des, hortorum ianuam eſſe clauſam
neque nos quiſquam cernit, et ſu-
mus tui cupidi. Quapropter conce-
de te nobis in congreſſum. Alio-
qui teſtificabimur, tecum fuiſſ-
iuuenem, eaque de cauſſa pediſſe-
quas a te eſſe dimiſſas. Hic Suſann-
ingemiſcens: angor vndique, in-
quit. Nam ſiue hoc facio, mor-
mihi impendet: ſiue detrecto, no-
effugiam manus veſtras. Sed mih-
ſatius eſt detrectando in veſtras ma-
nus incidere, quam contra Domi-
num peccare. Itaque magnum cla-
morem ſuſtulit Suſanna. At ſeni-
ores ambo contra occlamare, e
alter ad oſtium hortorum aperien-
dum currere. Eo in hortis audito
clamore, famuli, qui domi eran-
per poſticum inſiliunt, vt eius caſu-
cognoſcerent. Atque eos quidem
audita ſeniorum oratione, diſpu-
duit, quod nihil vmquam tale iacta-
tum eſſet de Suſanna. Poſtridi-
quum conueniſſet populus ad vi-
rum eius Ioacimum, præſto fuerun-
duo illi ſeniores, nefaria ment-
pleni, et mortem Suſannæ ſtudente-
qui apud populum iuſſerunt arceſ-
Suſannam, Helciæ filiam, Ioacim-
vxorem. Eorum ergo arceſſit-
venit ipſa, eiuſque parentes, et li-
beri, et cognati omnes. Quum
eſſet autem Suſanna delicatiſſima, e
ſpecie formoſiſſima: illi eam co-
ſe

ſcelerati iusſerunt detegi, (erat
enim velata,) vt eius pulchritudine
explerentur, quum omnes, qui
aderant, quique eam nouerant,
flerent. Tum duo illi ſeniores in
medio populo conſtiterunt, mani-
busque Suſannæ capiti impoſitis,
cælum cum multo fletu intuentis,
quippe quæ Domino ex animo con-
fideret, ita verba fecerunt: quum
nos in hortis ſoli deambularemus,
hæc cum duabus ancillis ingresſa
eſt, iisque, clauſa hortorum ianua,
amandatis, venit ad eam iuuenis,
qui in occulto latebat, et cum ea
concubuit. Nos, qui in hortorum
angulo eramus, viſo flagitio, ad
eos accurrimus, et eos vidimus
quidem coeuntes, ſed illum com-
prehendere nequiuimus. Nam
quum esſet nobis valentior, aperta
ianua, exſiliit. Tantum hanc pre-
henſam rogabamus, quis esſet
iuuenis? ſed nobis noluit enuntia-
re. Hæc nos teſtificamur. Ita illis,
vt ſenioribus et populi iudicibus,
habita a conuentu fides eſt, et da-
mnatur rei capitalis Suſanna: quæ
tunc clara voce in hæc verba excla-
mauit: o Deus immortalis, qui oc-
culta noſti, qui omnia ante eorum
ortum perſpicis, tu ſcis, hos fal-
ſum contra me teſtatos, meque mo-
ri, quum nihil fecerim eorum, quæ
contra me per malitiam commenti
ſunt. Eius vocem audiuit Deus.
Itaque quum duceretur ad necem;
excitauit animum iuuenis cuius-
dam pueri, cui nomen erat Daniel,
qui magna voce exclamauit in hunc
modum: [a] in huius ſanguine ego me
extra omnem culpam pono. Ad
eum quum vniuerſus populus ſeſe
conuertisſet, et, quidnam diceret,
rogauisſet; ipſe in medio eorum
ſtans, ita fatus eſt. Itane ſtulti
eſtis, Israelitæ, vt, neque quæſtio-
ne habita, neque veritate comper-
ta, condemnaueritis Israelitidem?

Reuertimini in curiam. Hi enim 49
falſum contra eam teſtimonium di-
xerunt. Ergo omnis populus ce- 50
leriter reuertitur. Atque ei ſenio-
res ita dicunt: agedum, ſede in me-
dio noſtrum, et tuam nobis pro-
nuntia ſententiam, poſtquam tibi
ſenatus diuinitus datur. Tum 51
Daniel, disiungite eos procul, in-
quit, vt ego eos examinem. De- 52
inde, illis disiunctis, alterum euo-
cat, et ſic adloquitur: vetule vete-
rator, nunc tua te ſcelera petunt,
quæ faciebas antea, quum, inſon- 53
tibus condemnandis, et ſontibus ab-
ſoluendis, iniqua iudicia faceres,
Domino inſontem et iuſtum inter-
fici vetante. Nunc igitur, ſi qui- 54
dem hanc vidiſti, dic, ſub qua eos
arbore congresſos videris. Sub
lentiſco, inquit. Et Daniel: pro- 55
be inquit, in tuum caput mentitus
es. Iam enim Dei nuntius, manda-
to ab illo accepto, disſcindet te me-
dium. Deinde, illo amoto, iubet 56
produci alterum, et cum eo ſic a-
git: genus chananæum, non iu-
dæum, te venuſtas fefellit, tua tibi
cupiditas mentem peruertit: ita ve- 57
ro agebatis cum Israelitidibus, quæ
præ metu in veſtrum congresſum
pertrahebantur. Sed non Iudæ pro-
genies veſtrum flagitium ſuſtinuit.
Nunc ergo dic mihi, ſub qua eos 58
arbore congresſos deprehenderis.
Sub ilice, inquit ille. At Daniel: 59
tu quoque probe, inquit, in tuum
caput mentitus es. Præſto eſt enim
Dei nuntius cum framea, qui te
medium disſecet, vosque perdat.
Hic vero vniuerſus conuentus cla- 60
morem efferre, Deo gratias agendo,
qui ſibi confidentes ſeruet, et eſt 61
factus in ſeniores impetus, quorum
teſtimonium Daniel ſuis ipſorum
verbis refellisſet, ſuntque eadem, 62
quam alteri per calumniam para-
uerant, pœna ex lege Moſis multati,
id eſt necati, et eſt illo die capitale
peri-

[a] in huius necem non conſentio.

periculum ab innocentis capite de-
63 pulſum. Helcias autem, et eius
vxor, Deum de filia ſua Suſanna
laudauerunt, vna cum eius viro
Ioacimo et cognatis omnibus, quod
in ea nullius rei fuisſet deprehenſa
64 turpitudo. Quare Daniel apud
populum deinceps erat in magno
nomine et gloria.

CAPVT XIIII.

Aſtyagis mors. Cyri regnum. Conuictor Daniel. Simulacrum Belus. Hunc Daniel non colens. Sacerdotes Beli impoſtores de cibariis a ſimulacro comeſis. Cinis in templo. Obſignata fani ianua. Cæſi a rege falſi ſacerdotes. Babylonis draco. Hunc Daniel non venerans. Coniectus in leonum ſpecum. Ad vatem angelus. Incolumis vates. Inuidi ſtatim a leonibus deuorati.

1 ASTyage rege vita defuncto,
Cyrus Perſa in eius regnum
ſuccesſit, cuius regis Daniel
erat conuictor, vir omnium illius
2 amicorum illuſtrisſimus. Erat
autem Babyloniis ſimulacrum no-
mine Belus, in quod impendeban-
tur quot die ſiliginis artabæ duode-
cim, oues quadraginta, et vini me-
3 tretæ ſex, quod ſimulacrum et-
iam rex venerabatur, et ſingulis di-
ebus ad adorandum adibat. Daniel
autem ſuum Deum adorabat. Ex
quo quum rex quæſiuisſet, cur non
4 adoraret Belum: quoniam non
venerer, (inquit,) ſimulacra manu-
facta, ſed viuentem Deum, qui cæ-
lum creauit et terram, tenetque
omnium rerum humanarum prin-
5 cipatum. Et rex: non videtur
tibi Belus esſe viuens Deus? Non
vides, quantum edat et bibat quo-
6 tidie? At Daniel ſubridens: is ve-
ro, (ne tu erres, o rex,) intrinſecus
luteus eſt, extrinſecus autem ære-
7 us,neque vmquam comedit. Hic
iratus rex, Beli ſacerdotes conuo-
cat,et mortem minatur vel eis, niſi
ſibi dixisſent, quis illum ſumtum
8 conſumeret: vel Danieli, ſi illi,
eum Belum esſe, oſtendisſent, quo-

niam de Belo maledixisſet. Et Daniel: placet vero, inquit, iſta conditio. Erant autem Beli ſacerdotes ſeptuaginta, præter eorum vxores et liberos. Venit ergo rex cum Daniele in ædem Beli, et cum eo ſacerdotes ſic egerunt. Nos iam foras concedemus: tu vero rex, cibis ei adpoſitis, et vino infuſo, oſtium claudito, et tuo annulo obſignato. Quumque mane redieris, niſi inueneris, omnia a Belo comeſa, morte pœnas luemus: aut ipſe Daniel, ſi fuerit mentitus contra nos. Erant autem ſecuri animo, propterea quod ſub menſa fecerant occultum aditum, per quem adſidue introibant, et illa conſumebant. Ergo quum, egresſis illis, cibum rex Belo adpoſuisſet: iusſit Daniel ſuis famulis, vt cineres adferrent, quibus totius templi ſolum, vno rege præſente, conſperſerunt. Deinde egresſi clauſerunt ianuam,et, ea regis annulo obſignata, abierunt. Sacerdotes autem de nocte ſuo more venerunt vna cum vxoribus et liberis, et omnia perederunt atque ebiberunt. Mane rex quum ſurrexisſet, Danielem, qui eum comitabatur, ſic adloquitur: ſaluane ſigna ſunt, Daniel? Plane ſalua, rex. Et ſimul atque aperta eſt ianua, intuitus rex in menſam, magna voce exclamauit: magnus es, Bele, et omnis doli expers. Hic Daniel ridens prehenſum regem ab introeundo retinuit,et adſpice, inquit, ſolum, et cognoſce, cuius hæc ſint veſtigia. Equidem video veſtigia virorum, et mulierum, et puerorum. Tunc iratus rex, ſacerdotes, et eorum coniuges, liberoſque comprehendit: et quum ab eis occultos introitus didicisſet, per quos ingresſi, ea, quæ erant in menſa, conſumebant: eos interfecit, et Belum Danieli in poteſtatem dedit, qui eum eiusque delubrum euertit. Erat et quodam in loco draco magnus, quem venera-

venerabantur Babylonii, de quo
rex Danieli ita dixit: num tu hunc
quoque æreum eſſe dices? vides, vt
viuat, edatque et bibat? non pot-
es hunc negare deum eſſe viuen-
tem. Itaque adora eum. At Da-
niel: Dominum Deum meum ado-
rabo, qui Deus eſt viuens. Sed tu,
rex, fac mihi poteſtatem, et ego
draconem ſine vllo gladio aut telo
interficiam. Facio, inquit ille. Tum
Daniel picem et adipem et pilos ſi-
mul coxit, et hinc confectas offas
draconi in os iniecit: ex quo quum
crepuiſſet ille; ecce veſtra, inquit
Daniel, numina. Ea re audita,
Babylonii adeo offenſi ſunt, vt in
regem conuerſi, eum Iudæum eſſe
factum dictitarent, qui et Belum
deturbaſſet, et interemiſſet draco-
nem, et ſacerdotes trucidaſſet. Ita-
que regem adgreſſi, Danielem ſibi
dedi, poſtulabant, regi mortem et
eius familiæ minitantes, niſi feciſ-
ſet. Rex, quum videret, ſe ita vr-
geri, coactus eſt eis dedere Danie-
lem: quem illi in ſpecum leonum
iniecerunt, vbi fuit ſex dies. Erant
in eo ſpecu leones ſeptem, quibus
quum quotidie duo corpora, et to-
tidem oues dari ſolitum eſſet: tunc
data non ſunt, vt Danielem deuora-
rent. Erat autem Habacucus va 31
tes in Iudæa, qui edulium quod-
dam, quod, intrito in catinum pane,
parauerat, rus portabat ad meſſo-
res; quem Domini angelus inter- 32
pellauit hoc modo: defer iſtud
prandium Babylonem ad Danielem,
in ſpecum leonum. Cui Habacu- 33
cus: Domine, Babylonem num-
quam vidi, ſpecus vbi ſit neſcio.
Tum angelus eum, vertice prehen- 34
ſum, et capitis coma ſublatum, ſui
ſpiritus momento Babylonem de-
portauit, et ſuper ſpecum depoſuit.
Atque hic Habacucus ita clamauit: 35
Daniel, Daniel, accipe prandium,
quod tibi miſit Deus. Atque ille, 36
etiam mei, inquit, meminiſti, o
Deus, nec eos deſeris, qui te curant
et amant. Hoc dicto ſurrexit, et 37
comedit. At Dei angelus Habacu-
cum ſtatim in locum ſuum repoſuit.
Rex autem ſeptimo die venit ad lu- 38
gendum Danielem. Et quum ad
ſpecum acceſſiſſet, et Danielem ſe-
dentem adſpexiſſet; clamorem ma-
gnum edidit. Magnus es, (inquit,) 39
Domine Deus Danielis, nec eſt alius
præter te. Deinde eum attraxit, et
eius necis auctores coniecit in ſpe-
cum, qui extemplo, ipſo præſente,
ſunt deuorati.

OSEA.

CAPVT I.

...itis ætas Ozia regnante. Coniux meretrix. Iehu ſoboles abolenda. Iſrael excidendus. Iudæi multandi.

IOVAE ſermo habitus ad Oſe-
am Beeris filium, temporibus
Oziæ, Iothami, Achazi et Eze-
chiæ, Iudææ regum, et tempo-
re Ieroboami Ioæ filii, regis Iſ-
2 raelitarum. Principio adlocutus
eſt Oſeam Ioua his verbis: i, duc
vxorem meretricem, liberos geni-
turus meretricios: quoniam terra,
omiſſo Ioua, meretricabitur. Ita- 3
que iuit, duxitque Gomeram Di-
blaimi filiam, quæ grauidata, fili-
um ei peperit: de quo Ioua ſic ei 4
dixit: nomina eum Iezraelem, nam
propediem pœnas ſumam iezrae-
litici ſanguinis de domo Iehu, tollam-

5 que regnum domus israeliticæ. At-
que eo quidem tempore frangam
israeliticum arcum in valle iezrae-
6 litica. Deinde quum iterum gra-
uida facta filiam peperiſſet; iuſſit
Oſeæ Ioua, vt eam Immiſerandam
nomine vocaret: quoniam non
iam deinceps miſerabor israeliti-
cam domum, inquit, ſed eos tol-
7 lam. At Iudæorum domum miſe-
rabor, eosque per Iouam ipſorum
Deum non arcu, non enſe, non bel-
lo, non equis equitibusue ſeruabo.
8 Deinde quum poſt abactam a mam-
mis Immiſerandam grauidata con-
iux, filium peperiſſet; ille ita iuſ-
9 ſit: nuncupa eum Nopopulme-
um: quoniam neque vos meus po-
pulus eſtis, nec ego veſter ero,
10 eruntque *b* Israelitæ numero pares
arenæ maris immenſæ ac innume-
rabilis: ac pro eo quod negati fue-
rint meus eſſe populus dicentur vi-
11 uentis Dei filii, congregatique
eodem Iudæi ac Israelitæ *c* caput v-
num ſibi conſtituent, et ex *d* terra
proficiſcentur: tanta eſt *e* iezraeliti-
ca dies.

CAPVT II.

Ad meliorem frugem ſuos inuitans vates. Populi idololatria, diſcrimina, otia, iuſtitiaque ventura.

1 DIcite fratres veſtros meum
populum, ſororesque veſtras
miſerandas. Obiurgate ma-
2 trem veſtram, obiurgate: quo-
niam nec ipſa mea vxor, nec ego
vir eius ſum, vt ſua ſtupra a ſuo vul-
tu, ſuaque adulteria a ſuo auferat
3 intermammio, ne ego eam ſpo-
liem ac denudem, talemque red-
dam, qualis natali die ſuo fuit, ac in
deſertæ vaſtæque terræ ſtatum
4 redactam ſiti perimam, nec eius
natos miſerer, quippe meretricios
5 na os. Meretricatur enim eorum
mater, agit impudice eorum geni-
trix, quæ ita dicat: ſequar me[os]
amatores, qui mihi panem, aqua[m]
lanam, linum, oleum, potione[m]
que præbeant. Quamobrem eg[o]
vias tuas ſpinis obſtruam, ac ſe[pe]
obſepiam, ita vt ſemitas ſuas no[n]
inueniat: ſuosque perſequens ama-
tores, non adſequatur: et quæ-
rens, non inueniat, atque ita d[i]-
cat: referam me ad virum meu[m]
priorem: nam melius tunc mecu[m]
agebatur, quam nunc. Ipſa qui-
dem neſcit, me ſibi ſuppeditar[e]
frumentum, muſtum, oleum, ar-
gentique multum et auri dare, qui-
bus Baali operantur. Qua de cau-
ſa rurſus frumentum muſtumqu[e]
meum ſuo anni tempore intercipi-
am, lanamque et linum meum
quibus eius verenda teguntur, au-
feram, iamque eius veſaniam o[b]
oculos eius amatorum detegam, ne-
mine eam a mea manu defendente
atque omnes eius voluptates, feſta,
nouilunia, ſabbata, denique omnes
eius ſolemnitates, tollam, vineas-
que et ficus, (quas ſuum quæſtum
eſſe, ſibi a ſuis datas amatoribus,
dicit,) euaſtabo, et in ſiluam red-
igam, a terreſtribus beſtiis depa-
ſcendas. Sumamque de ea ſuppli-
cium temporis Baalum, quibus ſuf-
fiuit, et, inaure monilique ſuo com-
ta, ſuos amatores ſecuta eſt, ob-
lita mei, inquit Ioua. Quapro-
pter ego eam ſollicitabo, et in de-
ſerta ductam comiter adloquar,
atque inde ei ſuas dabo vineas, A-
chorisque vallem, ad ſpei ingres-
ſum, vbi recinat, quomodo tum,
quum iuuenis erat, et quum ex Ae-
gypto diſceſſit. Ac eo tempore,
(inquit Ioua,) tu me virum tuum,
non Dominum, deinceps adpellabis,
et tibi ex ore ita Baalum nomen de-
traham, vt eorum nominis nulla
fiat amplius mentio, atque illos
tum fœdere coniungam cum beſtiis
agreſtibus, aeriis volucribus, et
cum

b) Chriſtiani. *c*) Meſſiam. *d*) ſcilicet captiuitatis. *e*) chriſtianitatis, nam Iezrael diuinum ſemen ſignificat.

cum iis,quæ in terra mouentur, et, fractis per terras arcubus, gladiis, atque bellis, eos in tuto collocabo, ac te mihi in perpetuum deſpondebo, te mihi iuſtitia, iure,pietate, ac humanitate deſpondebo: te mihi fide deſpondebo, efficiamque, vt Iouam cognoſcas. Ac eo tempore exorabor, inquit Ioua, exorabor ego cælo, et cælum terræ, et terra frumento, muſto, oleo, et illa Iezraelitis exorabuntur, eamque mihi in terra ſeminabo, et immiſerandæ miſerebor, et non meum populum meum populum dicam, et ipſe me ſuum Deum dicet.

CAPVT III.

Erga Israelitas Iouana merita. Populi ſcelera. Deaſtrorum cultus calamitates, correctio, ſalus tandem.

ITem mihi dixit Ioua: i nunc, ama mulierem alterius amicam ac adulteram,vt amat Ioua Israelitas, qui tamen in alienos intuentur deos, et vuarum obbas amant, quum ego eam mihi quindecim argenteis nummis, hordeique coro, et dimidio hordei coro, conciliauerim, eique ita dixerim: tu mihi diu ita manebis, vt neque meretriceris, neque tu virum, nec ego te habeam. Nam diu manebunt Israelitæ ſine rege, ſine principe, ſine ſacrificio, ſine ſtatua, ſine ephodo ac laribus. Poſtea rurſum quærent Israelitæ Iouam ſuum Deum, Dauidemque ſuum regem, formidabuntque Iouam, et eius bonitatem poſtremis temporibus.

CAPVT IIII.

Iouæ lis cum populis. Israelitarum et ſacerdotum noxæ. Propter peccatum ærumnæ. Iudæorum cohortatio, ne Israelitas imitentur.

AVdite Iouæ dicta, Israelitæ: nam Iouæ lis eſt cum terræ incolis: quoniam nulla fides,
nulla pietas, nulla Dei cognitio eſt
in terra. Peierare, mentiri, occi- 2
dere, adulterare, profligati ſunt,
f ſanguinemque contingit ſanguis.
Ideoque lugebit terra, peribuntque 3
omnes eius incolæ, vna cum terre-
ſtribus beſtiis, auibusque aeriis,
confectis etiam piſcibus aquatili-
bus. g Iam vero nemo quemquam 4
obiurget aut reprehendat: quum
tua plebes cum ſacerdotibus certa-
re videatur. Itaque laberis hodie, 5
labitur etiam vates tecum noctu,
tuamque matrem perdomabo.
Pereunt mei præ inſcitia: quoniam 6
tu ſcientiam reiicis, ego te ab obe-
undo mihi ſacerdotio reiiciam:
quoniamque Dei tui legem oblitus
es, ego quoque tuos natos obliui-
ſcar. Quo plures ſunt, eo magis in 7
me delinquunt: eorum ego glo-
riam conuertam in dedecus. Meo- 8
rum piaculo veſcuntur, eorumque
h culpa vitam ſuam ſuſtinent, et eſt
qualis plebeius,talis ſacerdos. Ita- 9
que, in eos ipſorum actiones
animaduertam, eisque mores ipſo-
rum ita rependam, vt comeden- 10
tes non ſaturentur, ſcortantes non
propagentur: quia Iouam deſie-
runt obſeruare. Venus, et vinum 11
muſtumque mentem eripiunt. Mei 12
lignum ſuum conſulunt, i eisque ſuus
dat reſponſa ſtipes, quippe impudi-
citiæ adflatu decipiente, ita vt,
omiſſo Deo ſuo, meretricentur.
In montium verticibus ſacrificant, 13
inque collibus ſuffiunt ſub robore,
et populo, et quercu, cuius bona
vmbra ſit. Hanc ob cauſſam ve- 14
ſtræ et filiæ ſcortabuntur, et nurus
adulterabunt, nec ego in veſtras vel
filias ſcortatas, vel mœchatas nurus
animaduertam: quippe quum ipſi
cum ſcortis ſecedatis, cumque me-
retricibus ſacrificetis: itaque vapu-
labit indocilis populus. Si ſcorta- 15
ris tu Israelita; at ne committat

f) perpetuantur cædes. g) non eſt,quod alii alios reprehendant, quum omnes ſint æque nocentes. h) noxalibus victimis. i) a diis e ſtipite factis petunt oracula.

crimen Iudæus: ne ite Galgala: ne
proficiſcimini Bethauen, neue vi-
16 uentem iurate Iouam. Iam enim
Iſraelitas, contumacis more vaccæ
deficientes, Ioua paſcit, *k* vt agnum in
17 planitie. Coniunctus eſt ſimula-
18 cris Ephraimita: omitte eum. *l* Ex-
cedit modum perpotatio, ſcortan-
tur eius propugnatores: adducite
19 propudium. Conſtringi eam *m* ven-
tus ſuis alis, ſed eos ſuorum pudebit
ſacrificiorum.

CAPVT V.

Iſraelitarum peccata. In iſtos Oſeas. Sacerdotum ac principum ſcelera. Impiorum pœnæ. Sacrificia negligenda. Nullum, Ioua puniente, præſidium.

1 AVdite hoc ſacerdotes, atten-
dite domus Iſraelis, et regia
domus auſcultate: nam ve-
ſtra cauſſa agitur, qui *n* laqueus eſtis
ad Maſpham, et expanſum rete in
2 Tabore, altam cædem facientes,
noxii, quorum ego omnium caſti-
3 gator ero. Ego noui Ephraimi-
tam, nec me latet Iſraelita: nempe
nunc meretricaris Ephraimita, pol-
4 luitur Iſraelita. Non dant ope-
ram, vt ad Deum ſuum redeant:
quippe qui, impudicitiæ ſpiritum in
pectore habentes, Iouam ignorent.
5 Itaque *o* loquitur Iſraelita ſuperbia
in ipſius vultu: et Iſraelita et Ephrai-
mita ſua culpa offendunt, offen-
6 dente etiam Iudæo cum ipſis. Cum
ſuis et balantibus et bubus ibunt
quæſitum Iouam, nec inuenient,
7 quippe declinantem eos. In Io-
uam perfide egerunt, qui filios ge-
nuerint degeneres, quos iam vel
vnus menſis conſumet cum ipſo-
8 rum poſſeſſionibus. Clangite tu-
ba in colle, buccina in ſublimi:
ſtrepite apud Bethauen, poſt te, o
Beniamita. Ephraimitis vaſta fiet 9
pœnæ tempore, * oſtendente me,
quæ ſit in Iſraelitarum tribubus fide-
litas. Sunt Iudæi principes, tam-
quam translatores terminorum,
quos ego atrocitate mea vndatim
perfundam. Opprimitur Ephrai-
mita, quaſſatur ſupplicio: quo-
niam tam cupide ſequitur *p* præce-
ptum. Itaque ero ego Ephraimi-
tæ quædam quaſi tinea, et Iudæ do-
mui quaſi caries. Quum videat
autem Ephraimita ſuum morbum,
et Iudæus ſuum vulnus; adit
Ephraimita Aſſyrium, arceſſitque
Iarebum regem: ſed is vos ſanare
non poterit, neque vulneri veſtro
mederi. Nam ego quaſi panthe-
ra ero Ephraimitæ, quaſi leo Iu-
dææ domui. Ego, ego rapiam, et
abibo: auferam, eripiente nullo.

CAPVT VI.

Adflictio cogit ad Iouam confugere. Iſraelitæ peſſimi. Vatis dolor pro populi peccatis. Ephraimitæ miſeri. Captiui liberandi.

Abibo, redibo in meum lo-
cum, donec, commiſſo crimi-
ne, requirant meam præſen-
tiam, mihi rebus in aduerſis adui-
gilantes: agite, redeamus ad Io-
uam: nam idem nos et rapuit, et
ſanabit: idem et ſauciauit, et cura-
bit: reuocabit nos in vitam *q* poſt bi-
duum, die tertio ſuſcitabit nos, et
coram eo viuemus: diſcemus-
que, et Iouam cognoſcere enite-
mur, cuius ortus tamquam auroræ
compoſitus eſt, quique nobis ve-
niet vt pluuia, vt irrigans terram ſe-
rotinus imber. Quid tibi faciam, o
Ephraimita? quid tibi faciam, o
Iudæe? *r* quorum pietas eſt matuti-
næ

k) ad cædem et ſupplicium. *l*) Ephraimitidis principes vino calentes iubent meretrices adduci, hoc eſt ſimulacra colunt. *m*) ſcilicet meretricius, vt paulo poſt patebit. *n*) apud Maſpham et Taborem retinetis homines ad ſimulacrorum cultum, quare in cauſſa eſtis, vt multi ob crimen iſtud a me pereant. *o*) perſpicua eſt. *p*) ſcilicet Ieroboami de colendo vitulo. *q*) cum Chriſto, qui tertio die reuixit. *r*) qui celerrime pietatem relinquitis.

næ nubi ſimilis, aut abeunti mature
5 rori. Ideo vates fodico, eos oris
mei verbis enecans, vt *s* oriatur æ-
6 quitatis tuæ lux: quandoquidem
pietatem malo, quam ſacrificium,
et Dei cognitionem, quam victi-
7 mas. At illi, vt Adamus faciunt
contra fœdus, et ibi ſunt in me per-
8 fidi. Galaadus ciuitas eſt maleſi-
9 corum, *t* ſanguine callida: eſtque
exſpectantium homines latronum
ſimilis ſacerdotum ſocietas, qui in
via perimunt, qua itur Sichemam,
10 quippe qui *u* flagitium faciant. In
Israelis domo video teterrima: ibi
Ephraimitæ impudicitia eſt, conta-
minatur Israelita. *Tu quoque
Iudæe compara tibi mesſem, quæ
erit, reuocante me, mei populi
captiuos.

CAPVT VII.

Israelis curatio. Ephraimitarum peccata. Samariæ ſcelera. In Asſyriam captiui ſcelerati. Principes impiorum trucidandi.

MEdicante me Israelitis, pateſcit Ephraimitarum crimen, et ſamaritana ſcelera. Nam iniuſte faciunt, et fures ſunt intus, et latrones foris disſpoliant, neque cogitant cum ſuis animis, me omnia ſua ſcelera meminisſe, quos iam ſua circumuenient facinora, mihi propoſita. Sceleribus mendaciisque ſuis *x* regem et principes exhilarant. Vniuerſi *y* ſunt adulteri, tam ardentes quam eſt piſtoris furnus: qui piſtor *z* excitare cesſat, ſubacta masſa, donec fermentata ſit. Regem noſtrum eius die ita
a delasſant principes, furore vino-
lento, vt is cum ſcurris commerci-
um habeat. Adplicant enim *b* furni 6
ritu animum ſuum ſuis inſidiis: to-
ta nocte dormit eorum piſtor, ma-
ne ardet tamquam flamma ignea.
Vniuerſi flagrant vt furnus, *c* conſi- 7
ciuntque ſuos gubernatores: la-
buntur omnes eorum reges, nullo
eorum inuocante me. Ipſe Ephrai- 8
mita cum ceteris permixtus popu-
lis, *Ephraimita panis eſt depſiti-
tius non inuerſus. Comedunt eius 9
facultates alieni, et tamen non ſentit:
etiam *d* canitie conſpergitur, et ta-
men non ſentit: loquiturque Is- 10
raelitæ ſuperbia in ipſius vultu, et
tamen non redeunt ad Iouam De-
um ſuum, nec eum requirunt:
ſuntque Ephraimitæ tam fatui ac 11
excordes, quam eſt columba. Ae-
gyptios aduocant, Asſyrios adeunt:
quos ego ſimulac erunt profecti, 12
obtenſo reti meo, tamquam aerias
aues deiiciam, eos multans, vt de-
nuntiatum eſt eorum multitudini.
Væ eis, qui a me deficiant, pernicies 13
eis, qui in me rebellent: qui, a me
redemti, falſa aduerſum me lo-
quuntur: neque me animo implo- 14
rant, ſed in ſuis lectis eiulant, et ob
e frumentum muſtumque fremen-
tes, a me recedunt: quumque ego 15
eorum brachium correxerim, et
confirmauerim, in me male cogi-
tant. *f* Reuertentur, ſed nequid- 16
quam: fallacis arcus ſimiles cadent
enſe principes eorum, et ita *ff* ſuæ
linguæ pœnas dabunt. Id erit eo-
rum ludibrium in ægyptia terra.

s) iuſtus piusque fias. *t*) in cædibus exercitata. *u*) ad ſimulacrorum cultum pelliciant, quod perinde eſt, ac ſi interficerent. *x*) obedientes ei in colendo vitulo. *y*) ardent libidine colendi deos. *z*) ſcilicet feminas, quæ masſam adferant. *a*) vino onerant et inebriant, vt inſanus ludat cum ſcurris. *b*) ardenter inſidiantur, vt piſtor mane poſt nocturnam quietem ſuum opus vrget, ſic illi ſua maleficia. *c*) ſuis peccatis in cansſa ſunt, vt ego eis malos dem principes, quos deinde puniam. *d*) præ malis ſeneſcit. *e*) frumenti penuriam. *f*) ſcilicet in Aegyptum, Ier. 43. Confer autem hunc locum cum capite 9. *ff*) ſuorum in me maledictorum.

CAPVT VIII.

Iſraelitarum deaſtrorum cultus. Calamitates, miſera ſeruitus in Aegypto.

1 BVccæ tuæ [g] tubam, [h] aquilæ
more, aduerſus ædem Iouæ,
quoniam meum violauere fœ-
dus, et in legem meam deliquerunt.
2 Ad me quiritabunt: o mi Deus, nos
3 te nouimus Iſraelitæ. Reliquit Iſ-
raelita bonum: eum perſequetur
4 hoſtis. Ipſi regem crearunt, non
5 auctore me: principes fecerunt,
inſcio me: argento auroque ſuo
ſibi ſimulacra fecerunt, [i] vt exci-
6 dantur. Relicturi ſunt tuum vitu-
lum, o Samaria, flagrante in eos ira
mea, quamdiu nequibunt [k] inno-
centiam. Nam Iſraeliticus eſt et
ipſe, factus a fabro, non deus: nam
fragmenta erit ſamaritanus vitulus.
7 Seminauerunt enim ventum, meſ-
ſuri tempeſtatem: ſeges erit carens
germine, non factura farinam: aut
ſi fecerit, vorandam ab alienis.
8 Vorantur Iſraelitæ, iamiam ſunt
apud gentes, quaſi vas iniucundum.
9 Proficiſcuntur enim in Aſſyriam,
[l] onager ſolitarius, Ephraimitæ
10 conducunt amatores. Etiamſi con-
duxerint; ego per gentes eos iam ita
[m] cogam, vt parum doleant præ
11 regis ſato proceres. Facit enim
Ephraimita multas aras ad peccan-
dum: aræ ſunt ei cauſſa peccati.
12 *Scripſerim ei legis meæ magnifi-
13 centiam, habetur pro aliena. *Li-
bandarum mihi victimarum immo-
lant corpora, comeduntque: quibus
adeo non delectatur Ioua, vt iam ſit
eorum culpam recordaturus, et in
14 peccatum animaduerſurus. Ipſi
repetent Aegyptum: quumque
oblitus Iſraelita conditorem ſuum,
palatia conſtruat, multaſque faciat
Iudæus vrbes munitas: immittam
in eius vrbes ignem, qui eius con-
ſumat arces.

CAPVT IX.

Vana Iſraelis gaudia. Peccatum cupiditatis. Captiui in Aegyptum Ephraimitæ deducendi. Baalis cultores Iouani populi. Vterus et vbera miſerrima. Diſſipandi vatis populares.

NE lætare, Iſraelita, vt ceteræ 1
nationes exſultant, qui, omiſſo
Deo tuo, [n] ſcorteris, [o] quæſtum
amans ob frequentes areas frumen-
ti. Nec area nec torcular paſcet 2
eos, et muſtum [p] eis mentietur:
nec in Iouæ terra manebunt, ſed 3
Aegyptum repetent Ephraimitæ, et
in Aſſyria veſcentur immundis. Non 4
libabunt Iouæ vinum, nec ei place-
bunt eorum ſacrificia, quæ eis erunt
perinde ac lugubris panis, quo qui-
cumque veſcuntur, polluuntur: nam
*eorum daps pro eorum vita non
intrabit in ædem Iouæ. *Quid fa- 5
cietis ſolemni die, et Iouæ feſto die?
Nam, (vt hoc ſciatur,) ob calamita- 6
tem [q] digreſſos Aegyptus colliget,
Memphis ſepeliet: eorum [r] pecuniæ
elegantiam occupabit vrtica: erit
lappa in eorum tabernaculis. Ad- 7
uentant animaduerſionis dies, ad-
uentant remunerationis dies: co-
gnoſcent Iſraelitæ [s] veſanum vatem,
lymphatum hominem, ventoſum,
ob tuorum criminum multitudi-
nem, et ſimultatis magnitudinem.
Speculator Ephraimitarum * apud 8
Deum meum vates, laqueus eſt au-
cupatorius per omnes eorum vias,
ſimultas in æde eorum Dei: tam 9
penitus deprauati ſunt, quam [t] ga-
baano tempore: recordabitur eo-
rum crimen, animaduertet in eo-
rum peccatum. Vt vuas in deſertis 10
in-

g) ſcil. admoue et clama. h) perniciter eunt hoſtes. i) quæ res in cauſſa erit, vt cæt. k) innocentes eſſe. l) præ libidine. m) puniam, vt rex multo etiam grauiores det pœnas, quam proceres. n) deos colas alienos, vt tibi frumenta ſecundent. o) meretricem agens. p) eos fallet, erit vini penuria. q) ibunt in Aegyptum, et ibi morientur. r) poſſeſſionum elegantiſſimas. s) vanos fuiſſe vates, qui eis lætiora promittunt, t) Iudic. 19, 16.

inueni Iſraelitas, vt in ficu primitias in eius primordio adſpexi maiores veſtros, qui Baalphegorem adierunt, et addicti turpitudini fuerunt, nefarii, vt ipſorum [u] amor. Ephraimitarum vt volucris auolabit [x] gloria a partu, a ventre, et à conceptu: quod ſi ſuos educauerint natos, eos ego ex hominibus tollam: nam væ etiam [y] illis, quum ab eis discesſero. Ephraimita, (vt video,) Tyri ſimilis, amœniter ſitæ, idem Ephraimita educturus eſt * ad interfectorem ſuos natos. Da eis Ioua, quod dare debes: da eis et vterum ſterilem, et ſicca vbera. Omne eorum ſcelus eſt Galgalis: nam ibi eos odi ob ſcelus moris eorum, eos ex æde mea expellam, non amplius amaturus eos, quorum omnes principes ſint degeneres. Cæſi Ephraimitæ, areſacta eorum radice, fructum non ferent: quod ſi etiam genuerint, perimam eorum [z] ventris delicias. Repudiabit eos Deus meus, qui ei non obediuerint, eruntque vagi per gentes.

CAPVT X.

Iſrael vitis inutilis. Eiuſdem peccata, pœnæ impendentes. Ephraimita vitula pugnax. Iſraelis rex perdendus.

Vitis inutilis Iſraelita, [a] fructum ſibimet edit: quo plus habet fructus, eo plures facit aras: quo melior eſt eorum terra, eo melius ſimulacra faciunt. Diuiſum habent animum, iamiam crimen commisſuri: eorum ipſe et aras confringet, et ſtatuas diſperdet. Iam enim [b] dicent: caremus rege: quoniam Iouam non metuimus, rex quidem [c] quid faciet nobis? Verba dederunt, falſum iurantes, fœdus ferientes: itaque germinabit fellea pœna per
agri ſulcos. Ad bethauenſes vitu- 5
las horreſcent Samaritani, ſuo [d] il-
lum lugente populo: ſuisque, (qui
de eo exſultabant,) flaminibus, ob
eius gloriam, qua priuatus erit.
Ipſe quoque in Asſyriam deporta- 6
bitur, munus regi Iarebo: pudor
inuadet Ephraimitam, et ſui con-
ſilii pudebit Iſraelitam. Abolebi- 7
tur Samariæ rex, vt ſpuma in aquæ
ſuperficie, perdenturque aue- 8
nenſia ſacella, ſcelus Iſraelitarum:
creſcent in eorum altaribus ſpinæ,
ac tribuli: [e] dicentque montibus:
obruite nos: et collibus: decidite
in nos. A Gabaæ tempore pecca- 9
ſti, Iſraelita, * vbi ſteterunt illi non
attingendi apud Gabaam prœlio ad-
uerſus homines improbos, quos 10
ego volens ita puniui, vt ad eos
adgregati ſint populi, quum ſuis
vtrique criminibus conſtringeren-
tur. Quum ſit autem Ephraimita 11
docta vitula, ego triturare amans,
obibo eius [f] ceruicis bonitatem, * e-
quitans in Ephraimita, arante Iu-
dæo, occante ei Iacobida. Semi- 12
nate vobis ad iuſtitiam, mesſuri
pro ratione pietatis: nouate vobis
nouale, dum tempus eſt quæren-
di Iouæ, donec veniat, et vos iu-
ſtitiam doceat. Aratis impietatem, 13
improbitatem metitis, comeditis
fructum mendacii: quoniam tuis
moribus, tuorum militum multi-
tudini confidis. Sed exſiſtet in po- 14
pulo tuo tumultus, omnesque tuæ
munitiones vaſtabuntur, vt vaſtauit
Salmam Betharbel, quum quidem
tantum fuit bellum, vt mater col-
liſa ſit cum filiis. Sic vobis fecerit 15
Bethel ob ſceleris veſtri peruerſita-
tem, exſtincto mature Iſraelita-
rum rege.

CAPVT XI.

Iouana in Iſraelem beneficia. Baalis cultores vatis populares. Rex Aſſur in Ephraimitas.

u) adamati diui. x) fetuum fertilitas. y) natis. z) filios. a) ſibimet non mihi Domino ſeruiunt. b) rege priuabuntur. c) nobis opitulari non poterit. d) Ieroboami vitulum, qui perierit. e) extremis malis adflictabuntur. f) bonam ceruicem.

mitas. Aliqua pro adflictis conſolatio. Iudæi conſtantes in pietate.

1 QVum puer eſſet Israelita, e-
um amaui, et ex Aegypto fi-
2 lium meum euocaui. Quo
magis vocantur, eo magis abeunt
e conſpectu: baalibus ſacrificant, et
3 ſimulacris ſuffiunt. Quumque
ego, prehenſos brachiis, Ephraimi-
tas pedauerim, neſciunt, me ſibi
4 remedium attuliſſe. Humanis fu-
nibus, loris amatoriis, eos attra-
xi, eisque fui, quaſi qui impoſitum
eorum maxillis iugum adleuaret, et
5 eis demiſi [g] pabulum: quaſi qui
non eſſent redituri in ægyptiam
terram, aut aſſyrium regem habi-
6 turi: ſed corrigi recuſarunt. Ita-
que graſſabuntur in eorum vrbibus
enſes: eorumque opes conſument
ac conficient ob ipſorum conſilia.
7 Meus vero populus ad me redire
cunctatur, et ad ſupremum voca-
8 tus, protinus non mouetur. [h] Vt
ego te dedam, Ephraimita? vt te
addicam, Israelita? vt te dedam ſic-
ut Adamam? te adficiam vt Se-
boim? [i] Verſatur mihi mens, ſimul-
9 que adfectu permoueor: non v-
tar iræ meæ feruore, non me ad
corrumpendum Ephraimitas con-
uertam: quippe quum Deus ſim,
non homo, inter vos ſanctus, qui
10 [k] in vrbem non intrem. Iouam ſe-
quentur, leonis ritu rugientem: ru-
giet enim, et pauebunt filii in ma-
11 ri, pauebunt, vt auis in Aegypto,
vtque columba in aſſyria terra: et
eos in ſuis domibus collocabo, in-
quit Ioua.

CAPVT XII.

Ephraimitarum leuitas. Plectendus Israelita, et Iudæus. Iouana maieſtas, clementia, beneficia in patres priſcos.

CIrcumuenerunt me mendacio
Ephraimitæ, et perfidia do-
mus Israelis, * Iudæo adhuc
dominante cum Deo, et cum ſan-
ctis fideli. Ephraimitæ ventum 2
paſcunt, eurumque ſectantur,
quotidianum frequentantes men-
dacium atque perniciem: et fœdus
cum Aſſyrio percutiunt, et oleum
* portatur in Aegyptum. Habet au- 3
tem Ioua controuerſiam cum Iu-
dæo, in Iacobum pro eius meritis
animaduerſurus, et ei eius mori-
bus digna ſoluturus. Ille in vtero 4
fratrem ſuum ſupplantauit, ſuoque
robore cum Deo egregie dimicauit,
et angelum dimicando vicit, ſibi 5
flebiliter ſupplicantem, Bethele na-
ctus eum, * et ibi cum eo collocutus.
Atqui * Ioua Deus armipotens erat 6
eius commemoratio. Tu quoque 7
ad Deum tuum redeas, pietatem æ-
quumque ſerues, et in Deo tuo
ſpem ſemper habeas. [l] Chananæus, 8
fallacem habens in manu [m] truti-
nam, amat fraudare: dicitque
Ephraimita, ſe ditatum, inueniſſe
ſibi facultates, nec vllum inuentum
iri in omnibus ſuis [n] laboribus cri-
men, in quo peccatum ſit. At ego 9
Ioua tuus ab [o] ægyptia terra Deus,
aliquando * te in tabernaculis collo-
cabo, ſicut ſolemnibus diebus: i- 10
demque et vates adloquar, et fre-
quentia edam oracula, et vatum o-
pera ſimilitudinibus vtar. Si 11
Galaadus eſt nefarius, profecto ne-
quam ſunt, qui Galgalis boues im-
molant, quorum etiam tot altaria
ſunt, quot tumuli per ſulcos agri.
Quod autem aufugit Iacobus in a- 12
grum Syriæ, et quod ſeruiuit Israel
pro vxore, et pro vxore cuſtodi-
uit, et quod eduxit Israelem Ioua 13
ex Aegypto, quodque is cuſtodi-
tus eſt, id omne per vatem factum
eſt.

g) mannam. h) minatur extremam pœnam. i) reuocat ſe. k) non ſim hominum ſimilis, qui habitant vrbes. l) Ephraimitæ Chananæam incolentes. m) hoc dicit, quoniam Chanaan ſignificat etiam mercatorem. n) actionibus. o) ex quo te eduxi ex Aegypto.

eſt. Irritauit Ephraimita acerbe ſuum Dominum: *p* itaque ille eum capitaliter fœdeque puniet, ac remunerabitur, vt dignus eſt.

CAPVT XIII.

Ephraimitarum ſcelera, commonitio, pœna, redemtio, cædes.

LOquente Ephraimita, tremitur: tantus eſt inter Iſraelitas, et tamen crimen commiſit in Baale, quo morietur. Et nunc inſuper peccarunt, ſibique fecerunt fuſiles argento ſuo ſua ſolertia ſtatuas, quæ omnia fabrilia ſunt opera, de quibus dicunt: * qui hominem immolauerint, vitulos oſculabuntur. Itaque erunt, vt matutina nubes, vtque ros celeriter abiens, vt abrepti ex area aceres. vtque fumus ex fumario. Atqui ego ſum Ioua Deus tuus ab ægyptia terra, nec Deus vllus, præter me, tibi agnoſcendus eſt: nec ſeruator vllus eſt, excepto me, qui te in ſolitudine curaui, in inacceſſa terra. Qui ſimulac paſtu ſaturati ſunt, ſaturi animum extulerunt: ideoque obliti ſunt mei. Itaque eis ero, quaſi panthera, quaſi tigris ad viam Aſſyriæ: eis occurram, vt orbatus vrſus: et, laceratis eorum præcordiis, eos ibi leonis more comedam, a feris agreſtibus diſcerpendos. Tua eſt pernicies, Iſraelita, quum meum ſit tibi ſubuenire. Vbi nunc eſt tuus rex, qui te in omnibus tuis vrbibus ſeruet? tuique gubernatores, qui tibi regem principesque dari poſtulaueris? Regem tibi et iratus dabo, et ſæuiens auferam. Ephraimitæ artum crimen, intimum peccatum eſt: eum parientis dolores inuadent, filius eſt inſipiens: ſed erit quum non manebit * in anguſtia pariendi. Eos ab orci poteſtate redimam, a morte vindicabo, ero tua peſtis, o mors: ero tua lues, o orce: *q* ſolatio carebunt oculi mei. *r* Nam ipſe inter 15
fratres fetificabit, veniet orientalis
Iouæ ventus, ex ſolitudine profectus, qui eius venam arefaciet, qui eius fontem exhauriet, is omnis elegantis ſupellectilis theſaurum diripiet.

CAPVT XIIII.

Samaria diruenda. Populares trucidandi. Iſraelis inuitati conſolatio proxima. Ephraimita ſeruandus, confirmandus a Ioua. Sapiens vaticinia cognoſcens.

CRimen commiſit Samaria, 1
quæ a Deo ſuo defecerit: enſe
cadent: eorum et impuberes
collidentur, et grauidæ diſſecabun-
tur. Redi, Iſraelita, ad Iouam De- 2
um tuum: quoniam tua culpa la-
pſus es. Adhibete verba, et ad Io- 3
uam redite, eique dicite: omne
condona crimen, et * accipe bonum,
et nos labrorum noſtrorum tauros
ſoluemus. Non nos ſeruabit Aſſy- 4
rius, non in equis equitabimus,
nec dicemus amplius deos noſtros
opus noſtrarum manuum; quum
tuum ſit miſereri pupilli. Mede- 5
bor eorum *r* auerſationi, eos mea
ſponte amans: quippe mea in eos
ira coercita. Ero Iſraelitæ, quaſi 6
ros quidam: germinabit in modum
roſæ, agetque radices more Libani.
Procedent eius ſurculi, eritque e- 7
ius decus oleæ ſimile, et odorem
habebit, qualis eſt Libani. Redi- 8
bunt in eius vmbra habitaturi, vi-
uent frumento, et vitis more pul-
lulaſcent: eius memoria erit, *s* vt li-
banium vinum. O Ephraimita, 9
quid mihi amplius rei eſt cum ſi-
mulacris? ego eum exoratus reſpi-
ciam: ego virentis pinus ſimilis, ex
quo eodem me tuus fructus exſtat.
Qui ſapiens et prudens erit, hæc in- 10
telliget ac cognoſcet: nam rectæ
ſunt Iouæ viæ: in eisque et iuſti
gradiuntur, et fontes offendunt.

IOEL.

p) itaque eum ipſius ſanguine perfundet, eique reddet ipſius probrum eius Dominus. 1. edit. *q*) non dormiam, quin hoc fecero. *r*) defectioni. *s*) ſuauis et honeſta.

IOEL.

CAPVT I.

Vates ad ſeniores, et gentes orbis. Locuſtæ voraces. Ad eiulatum inuitatio, frugum corruptio. Ad ſacerdotes verba. Fani negligens et victimarum.

1 Iouæ ſermo habitus ad Ioelem Phatuelis filium.

2 AVDITE hoc ſenes, et auſcultate, quicumque terram incolitis, ecquid tale fuerit, vel veſtris, vel maiorum
3 veſtrorum temporibus. Hoc et vos natis narrate veſtris, et veſtri nati ſuis, et ipſorum nati poſtero-
4 rum generi. Erucæ reliquias conſumſit locuſta: locuſtæ reliquias conſumſit taurus ſcarabeus: tauri
5 reliquias conſumſit rubigo. Expergiſcimini ebrioſi, plorate et eiulate omnes vini potores, ob ere-
6 ptum ex ore veſtro laticem. Nam inuadit terram meam * potens et innumerabilis *t* gens, leonis dentibus, molares habens, quales ſunt vetuli
7 leonis, quæ vineas meas vaſtas efficit, ficusque decorticando nudas reddit, ac peruaſtat, dealbatis
8 earum ramis. Eiula, vt centone ſuccincta virgo, *u* ob iuuentæ ſuæ
9 maritum. Sublatum eſt fertum et libamina ex æde Iouæ: lugent ſa-
10 cerdotes, Iouæ miniſtri. Vaſtatus eſt ager, luget humus, quippe vaſtatum eſt frumentum, fœdatum
11 vinum, periit oleum. Diſpudet agricolas, eiulant vinitores ob triticum atque hordeum: quippe agri
12 meſſe perdita. Fœdatæ ſunt vineæ, periere ficus: punica palma etiam, et malus, breuiter omnes agri arbores aruerunt, fœdata hu-
13 mani generis voluptate. *x* Amicite, et plangite, o ſacerdotes: eiulate altaris adminiſtri, ite, pernoctate
in centonibus, o miniſtri Dei mei, ademto ex æde Dei veſtri ferto ac
libamine. Indicite ieiunium, pro- 14
clamate ferias: conuocate ſenes, o
omnes incolæ, in ædem Iouæ Dei
veſtri, et Iouam implorate. O 15
diem: propinquat enim Iouæ dies,
ab omnipotente ventura, ſicuti vaſtitas,
nimirum ante oculos no- 16
ſtros aufertur alimentum ex æde
Dei noſtri, gaudium ac lætitia.
Fracuerunt grana ſub glumis ſuis, 17
deſtructæ ſunt cellæ, euerſa horrea,
quippe fœdato frumento. O 18
quam ingemiſcit pecus: plorant armenta
boum, quod carent pabulo:
etiam balantum greges multantur.
Te, Ioua, inuocabo, quod ignis ſta- 19
tiones ſaltuum conſumſerit, et flamma
omnes ruris combusſerit arbores:
ipſæque adeo terreſtres qua- 20
drupedes ad te mugient, quod exaruerint
aquarum aluei: ignisque
manſiones ſaltuum conſumſerit.

CAPVT II.

Ex monte Iouano tubæ clangor. Iouæ dies imminens. Inuitati ad Iouam impii. Diuina benignitas. Planctus indicendus, et preces ad Iouam.

CLangite tuba in Sione, ſtrepi- 1
te in ſacro monte meo, contremiſcant
vniuerſi incolæ:
quoniam aduentat Iouæ dies, quoniam
propinquat dies tenebricoſus
ac caliginoſus, dies nubilus atque 2
ater. *y* Quam diffunditur ſupra
montes aurora, tam multus potensque
populus eſt, quantus neque
fuit vmquam, neque poſt eum vllis
ſæculorum annis futurus eſt.
z Ante eum conſumit ignis, poſt 3
eum flamma comburit. Edenenſis
viridarii ſimilis eſt ante eum terra:
poſt

t) locuſtæ. *u*) dum luget. *x*) ſcilicet centones. *y*) vt aurora montes, ſic locuſtæ omnia occupant. *z*) locuſtæ terram vaſtant, quaſi incendium ſit.

poſt eum vaſta ſolitudo: nec quid-
quam eſt, quod eum euadat. For-
mam habent equorum formæ ſi-
milem, et ſic currunt, vt equites.
Qualis eſt quadrigarum ſonitus, ſic
illi per montium cacumina ſaliunt:
qualis eſt igneæ flammæ ſtrepitus,
ſtipulas conſumentis, tamquam
potens populus ad pugnam inſtru-
ctus, quem tremant populi, o-
mnium vultibus pallorem contra-
hentibus. Militum more currunt,
bellatorum ritu ſcandunt muros,
vadunt ſua quisque via, neque de
ſuis ſemitis deflectunt, nec alii alios
vrgent, ſuo quisque itinere vadunt,
ac per misſilia illæſi ruunt. Vr-
bem peruadunt, muros percur-
runt, ſcandunt domos, per fene-
ſtras intrant, vt fures. Eorum ad-
uentu contremiſcit tellus, commo-
uetur cælum, ſol lunaque obſcu-
rantur, et ſtellæ ſuum ſplendorem
amittunt: et Ioua ſonitum edit
ante [a] ſuum exercitum: nam perma-
gnum eſt eius agmen: nam poten-
tes ſunt, qui eius mandatum exſe-
quuntur: nam ingens eſt Iouæ di-
es, et terribilior, quam vt eum
quisquam ſuſtineat. Et tamen, in-
quit Ioua, redite ad me toto pecto-
re, cum ieiunio, ploratu ac plan-
gore, et veſtra corda lacerando,
non veſtes, redite ad Iouam Deum
veſtrum: nam is eſt exorabilis et
miſericors, ad iram tardus, multæ
clementiæ, qui ſe ab inferendo ma-
lo contineat. Quis ſcit, an recon-
ciliatus, ſe cohibeat, relinquatque
poſt [b] illum vbertatem, fertum, vi-
nique libamen Iouæ Dei veſtri?
Clangite tuba in Sione, indicite ie-
iunium, proclamate ferias, conuo-
cate populum, indicite conuen-
tum, ſenatores congregate, con-
uocate paruulos ac ſubrumes: prod-
eat et ſponſus ex ſuo penetrali, et
ſponſa ex thalamo. Inter veſtibu-
lum et aram plorent ſacerdotes, Io-
uæ miniſtri, dicantque: habe, o
Ioua, tuorum rationem, neue tu-
am hereditatem probro addixeris,
ita vt eis imperent extranei, ne
quæratur apud ceteras nationes, v-
binam ſit eorum Deus. Ita Ioua, 18
ſuæ terræ ſtudio inductus, parcet
ſuis, eisque exoratus ita dicet: En 19
ego vobis frumentum, muſtum,
oleumque mittam, quibus ſatiemi-
ni, nec committam amplius vt
probro ſitis apud gentes. [c] Se- 20
ptemtrionalem autem, (qui [d] faciem
ad orientale mare, et extremum ad
vltimum mare habet,) a vobis amo-
uebo, et in inuiam deſertamque
terram abigam, ita vt putrefactus,
fœtorem exhalet: tam magna [e] ille
faciet. Ne metue, tellus, geſti læti- 21
tia: nam magna Ioua faciet. Ne 22
metuite, o terreſtres pecudes:
nam et ſaltuoſæ regiones ſtirpes e-
dent, et arbores fructus ſuos fe-
rent; ficus viteſque vim ſuam exſe-
rent. Et vos, o Sionii, geſtite læ- 23
titia in Ioua Deo veſtro: dabit e-
nim vobis doctorem ad iuſtitiam,
demittetque et primorem, et ſeri-
orem pluuiam in primis: ita vt 24
areæ farre compleantur, et torcu-
la muſto et oleo redundent: red- 25
damque vobis annonas, quas com-
ederint locuſtæ, centipedæ, rubigo
et eruca, meus ingens exercitus,
quem in vos immiſero: comede- 26
tisque ad ſatietatem; et Iouæ Dei
veſtri nomen collaudabitis, qui vo-
biscum tam mirifice egerit, nec
meos pudebit vmquam: ſcietis- 27
que, me inter Iſraelitas verſari, me
Iouam Deum veſtrum, præter
quem nullus ſit, nec meos pudebit
vmquam. Poſtea autem perfun- 28
dam omne genus hominum meo
ſpiritu: vaticinabunturque veſtri
filii et filiæ, veſtri et ſenes ſomnia
ſomniabunt, et iuuenes viſiones
videbunt: quin et ſeruos et ancil- 29
las illis temporibus meo ſpiritu per-
fun-

a) locuſtas. b) ſcilicet locuſtarum populum. c) locuſtas a ſeptemtrionibus in-
uectas. d) totam terram ab altero mari ad alterum occupat. e) ſcil. Ioua.

30 fundam, daboque in cælo ac terra
prodigia, ſanguinem, ignemque, et
31 fumi exhalationem: ſol in tene-
bras vertetur, et luna in ſanguinem,
antequam veniat Iouæ dies ingens
ac terribilis: ac, quicumque Iouæ
32 nomen inuocauerit, euadet. Si-
quidem in Sione monte, ac Hiero-
ſolymis, erunt qui euadant, quem-
admodum promittit Ioua: ac in re-
liquis, quos Ioua vocabit.

CAPVT III.

Iudæi, et Hieroſolymitani ſeruandi, cogendæ in valle Ioſaphati nationes. Iudicium Dei cum gentibus. Pro Iudæis Deus cauſſam agens. Iudicium vniuerſi orbis. Portenta in cælo. Hieroſolyma ſancta. Felicitas abſoluta pro piis. In Aegyptios miſeriæ.

1 NAm illis diebus, illoque tem-
pore, quo iudæos ac hiero-
ſolymitanos captiuos reuoca-
2 bo, colligam gentes omnes, et in
f Ioſaphati vallem deducam, atque
ibi cum eis iudicio contendam de Iſ-
raelitis, meo populo ac hereditate,
quos per gentes diſſipauerint, me-
3 amque terram partiti fuerint, et,
de meis iacta ſorte, pueros cum
ſcortis permutauerint, puellasque
vino vendiderint ac potauerint.
4 Vobis quoque quid mecum rei eſt,
o Tyre et Sidon, omnesque Pa-
læſtinæ tractus? Vtrum mihi vos
refertis, an potius confertis? Ego
celeriter et cito veſtra merita in ve-
5 ſtrum caput referam, qui argen-
tum aurumque meum capitis, et
bonorum meorum elegantiſſima
quæque infertis in veſtra palatia:
6 Iudæosque et Hieroſolymitanos
Græcis venditis, vt a ſuis finibus
7 remoueantur. At ego eos ex loco,
in quem vos eos vendideritis, ex-
cibo, et vobis in caput meritum ve-
8 ſtrum rependam: veſtrosque na-
tos et natas Iudæorum opera ven-
dam, qui vendent eos Sabæis in
gentem longinquam: quoniam Io-
ua loquitur. Proclamate hoc per 9
gentes, bellum indicite, concite
milites: accedant, proficiſcantur,
bellatores omnes, cudite vome-
res veſtros in enſes, et falces in lan-
ceas: *g* dicat ſe fortem imbellis.
Coite et conuenite gentes omnes
vndique, et eo congregamini, vbi
ſternet Ioua tuos milites. Concie-
antur et proficiſcantur gentes in
vallem Ioſaphati: nam ibi ſedebo
ad iudicandum gentes omnes vndi-
que. Immitte falcem, maturuit e-
nim meſſis: adeſte, deſcendite:
nam refertum eſt prelum, redun-
dant torcula, tanta eſt eorum im-
probitas. Turbæ, turbæ in valle
ſeueritatis: nam propinquat Iouæ
dies in valle ſeueritatis. Sol et lu-
na obſcurabuntur, et ſtellæ ſplen-
dorem ſuum amittent, et Ioua ex
Sione rugiet ex Hieroſolyma ſo-
nitum dabit, commouebiturque
cælum atque terra: quum tamen
Ioua ſuis erit fiducia, Iſraelitis fir-
mamentum: ſcietisque, me eſſe
Iouam Deum veſtrum, Sionis in-
colam, mei ſacri montis, eritque
Hieroſolyma ſancta, nec amplius
eam peragrabunt alieni. Atque
eo tempore ſtillabunt montes lati-
cem, collesque lacte manabunt, et
omnes aluei Iudææ ſcatebunt aqua,
oriente ex Iouæ templo fonte, qui
flumen Sittim adaquet. Aegyptus
erit deſerta, et Idumæa erit deſerta
ſolitudo, ob inhumanitatem in Iu-
dæos, qui inſontem ſanguinem in
ſua terra fuderint. Iudæa autem
ſemper Hieroſolyma perpetuis ha-
bitabitur ſæculis: eorumque ſan-
guinem expiabo, quos non expia-
uero, et habitabit in Sione Ioua.

AMOSVS.

f) ſignificat verbum hoc Iouæ iudicium: itaque paullo poſt adpellat vallem ſeueritatis. *g*) ſumma ope pugnandum eſt, etiam imbellibus, tantum inſtat bellum.

AMOSVS.

CAPVT I.

Amoſi paſtoris effata. Ioua ex Sione rugiens. Damaſcenorum peccata, ærumnæ. Syrus relegandus. Gazæorum ſcelera, calamitates Gazæ, in Azotum, in Palæſtinos. In Tyrios, Idumæos, Ammonitas.

EFFATA Amoſi, qui ex Thecuanis paſtoribus fuit: quæ de Israelitis, temporibus Oziæ Iudææ regis, et Ierobo-
ami Ioæ filii, Israelitarum regis,
biennio ante terræ motum his ver-
bis edidit.
Rugiente ex Sione Ioua, et ſoni-
tum a Hieroſolymis dante, luge-
bunt paſtorum ſtationes, areſcetque
Carmeli caput. Sic dicit Ioua: ob
ria Damaſcenorum, quatuorque
peccata non retraham eos, qui Ga-
aaditas ferreis tribulis triuerint.
taque immittam in Hazaelis do-
num ignem, qui Benadadi conſu-
nat arces: effringamque clauſtra
Damaſci, et excidam habitatores ex
Bacathauene, et ſceptriferum ex
Bethedene: relegabiturque Syrus
populus Cyrenen, inquit Ioua. Sic
dicit Ioua: ob tria Gazæorum
uatuorque peccata non retraham
os, qui pleno exſilio [h] relegauerint,
ddicendo Idumæis. Itaque ignem
mmittam in Gazæ muros, qui eius
onſumat arces: excidamque et
zoti habitatores, et Aſcalonis ſce-
triferum, et manum in Accaro-
em conuertam: efficiamque, vt
ereant Palæſtinorum reliquiæ: in-
uit Dominus Ioua. Sic dicit Ioua:
b tria Tyriorum quatuorque pec-
ata non retraham eos, qui prorſus
xſules addixerint Idumæis, frater-
. fœderis immemores. Itaque
nmittam in Tyri muros ignem,
ui eius conſumat arces. Sic dicit
ua: ob tria Idumæorum, qua-
orque peccata non retraham eos,
qui gladiis fratres ſuos perſecuti
ſint, et, abolita humanitate, per
iram rapuerint, atrocitatemque
ſuam retinuerint perpetuo. Ita- 12
que ignem immittam in Themanem, qui boſranas conſumat ar-
ces. Sic dicit Ioua: ob tria Am- 13
monitarum quatuorque peccata
non retraham eos, qui galaaditicas disſecuerint grauidas, vt fines
ſuos amplificarent. Itaque incen- 14
dam Rabbæ muros igne, qui eius
conſumat arces, cum clamore in
die prœlii, cumque tempeſtate, die
procelloſo: ibitque eorum rex in 15
exſilium, vna cum ſuis proceribus:
inquit Ioua.

CAPVT II.

Contra Moabitas vaticinium. Cariothenſes arces cremandæ. Iudæorum noxæ. Hieroſolyma incendenda. Israelitarum flagitia. In eos Iouana beneficia. Israelitarum prauitas.

SIc dicit Ioua: ob tria Moabita- 1
rum quatuorque peccata non
retraham eos, qui Idumææ re-
gis osſa combusſerint in fauillam.
Itaque immittam in Moabitas 2
ignem, qui cariothenſes conſu-
mat arces: efficiamque, vt morian-
tur tumultuoſe Moabitæ cum cla-
more et tubæ ſonitu, excidamque 3
eum, qui [i] in ea eſt, gubernatorem,
et omnes regionis principes vna
cum ipſo perimam: inquit Ioua.
Sic dicit Ioua: ob tria Iudæorum 4
quatuorque peccata non retraham
eos, qui Iouæ legem repudiauerint, nec eius inſtituta conſeruauerint, ſua decepti perfidia, quam
ſecuti erant eorum patres. Itaque 5
immittam in Iudæam ignem, qui
hieroſolymitanas conſumat arces.
Sic dicit Ioua: ob tria Israelitarum
quatuorque peccata non retraham 6
eos,

ſcilicet Israelitas. i) Moabitide.

eos, qui inſontes argento, et pau-
peres calceorum cauſſa vendant,
7 qui humi in puluere tenuium capi-
ta peſſumdent, *k* inopumque viam
flectant, et eamdem puellam com-
primant filius et pater, quo profa-
8 netur ſacrum meum nomen, in-
que veſtibus pignoraticiis paſſim a-
pud aras dec umbant, et multatitium
9 vinum in æde ſui Dei potent. At-
qui ego eorum cauſſa Amorræos
deleui, qui et proceritate cedros,
et robore æquabant robora: eo-
rumque et fructum ſuper, et radi-
10 ces ſubter perdidi. Ego idem vos
ex ægyptia terra eduxi, et per de-
11 ſerta annis quadraginta duxi, ad
occupandam terram amorræam,
et ex veſtris filiis vates, et ex adole-
ſcentibus Nazaræos conſtitui. An
non hoc ita eſt, o Iſraelitæ, in-
12 quit Ioua? At vos et Nazaræis vi-
num datis bibere, et vates vaticina-
13 ri vetatis. En ego *l* ſub vobis ſtri-
deo, quemadmodum ſtridet plau-
ſtrum, quod eſt manipulis refer-
14 tum. Itaque et fugam amittet ve-
lox, neque validus ſuis viribus va-
lebit, neque miles ſuam vitam tue-
15 bitur, nec ſagittarius conſiſtet,
neque celer pedibus ſuis euadet, nec
16 eques ſuam vitam ſeruabit, et
militum animoſiſſimus nudus fugi-
et illa die, inquit Ioua.

CAPVT III.

Ad Iſraelitas Iouæ dicta per Amoſum. Iſraelita ſolus Iouæ cognitus, plectendus. Samaria ſcelerum officina, Iſraelitæ et Bethelenſes vna frangendi.

1 AVdite dictum hoc, quod vo-
bis pronuntiat Ioua, Iſraeli-
tæ, ad totam nationem,
2 quam ex ægyptia terra eduxi: vos
ego dumtaxat, inquit, noui ex o-
mnibus terræ nationibus: itaque in
vos omnia veſtra crimina animad-
uertam. *m* Num faciunt duo ſimul 3
iter, quin ſint coniuncti? Num 4
rugit in ſilua leo, quin prædam ha-
beat? num vocem emittit in luſtro
ſuo iuuenis leo, quin ceperit? Num 5
cadit auis in laqueum humi, quin
ſit ei tendicula? num tollitur a ter-
ra laqueus, quin ceperit? Num 6
clangitur in vrbe tuba, quin popu-
lus expaueſcat? aut eſt in vrbe
malum, quod Ioua non fecerit?
Non facit enim Dominus Ioua 7
quidquam, quin arcanum ſuum
ſeruis ſuis vatibus patefaciat. Le- 8
one rugiente, quis non metuat? Do-
mino Ioua loquente, quis non vati-
cinetur? Nuntiate per arces azo- 9
tias, perque arces ægyptiæ terræ,
et dicite: conuenite ad Samariæ
montes, et videte, quot in ea tur-
bæ, quot iniuria oppreſſi ſint, 10
vtque nihil ſanum ſciant facere, in-
quit Ioua, qui iniuſtitiam pernici-
emque congerunt in ſuis arcibus.
Itaque ſic dicit Dominus Ioua: pre- 11
metur obſeſſa terra, deque tua de-
turbabere potentia, et tuæ diripien-
tur arces. Sic dicit Ioua: vt eripit 12
paſtor ex leonis ore duo crura, aut
auriculam: ſic *n* eripientur Iſraelitæ,
qui Samariæ *o* in cubilium ſpondis, et
lectis damaſcenis habitant. Au- 13
dite, et Iacobeorum domum com-
monete, inquit Dominus Ioua De-
us armipotens. Nam qua die Iſ- 14
raelitarum peccata in ipſos animad-
uertam, animaduertam et in beth-
elenſes aras, truncataque aræ
cornua decutiam ad terram, hi- 15
bernasque pariter et æſtiuas domos
ita ſubigam, vt eburneæ domus lu-
geant, aboleanturque multæ do-
mus, inquit Ioua.

CAPVT IIII.

Samaritani montis bucula iniurioſa miſeris. Iouanum iusiurandum in improbos. Vana

k) inopum vitæ officiant. Nam via eſt vitæ curſus. *l*) grauatis me, tædet me veſtri. *m*) vt hæc vera ſunt, ſic verum eſt, ciuium calamitatis auctorem eſſe Iouam. *n*) rapientur euadentque pauci. *o*) molliter et delicate viuunt, vt declaratur capite 6.

na prauorum ſacrificia. Ioue dignitas, potentia, maieſtas.

AVdite dictum hoc, o baſanicæ buculæ, quæ eſtis in monte Samariæ, quæ tenuibus facitis iniuriam, quæ pauperes quaſſatis: quæ dominis veſtris dicitis: adferte, quod potemus. Iurat Dominus Ioua per ſanctitatem ſuam, futurum eſſe, vt vos ſcutis, veſtramque poſteritatem *a* lenunculis auferat, egreſſæque ſparſim diuerſæ proiiciamini in Armonam, inquit Ioua. Ite Bethel, et peccate, Galgalis multum peccate, et adferte mane veſtra ſacrificia, tribus diebus veſtras decumas, et adolete ex fermento gratiarum actionem, ac voluntaria ſacra proclamantes nuntiate: quandoquidem iſta facere amatis, Israelitæ, inquit Dominus Ioua. Et quamuis ego vobis *b* dentium immunitatem, cibique egeſtatem per omnia oppida locaque veſtra dederim, non rediiſtis ad me, inquit Ioua. Quamuis pluuiam a vobis auerterim, quum ad meſſem ſupereſſent adhuc tres menſes, et in hanc vrbem pluens, in illam non pluerem, aliusque fundus complueretur, alius non complutus areret, ita vt duo triaue oppida ad vnum oppidum aquandi gratia confluerent, neque ſatiarentur: non tamen ad me rediiſtis, inquit Ioua. Adfeci vos vredine ac rubigine; quantum vobis erat hortorum, vinearum, ficetorum, ac oliuetorum, conſumſit eruca: nec tamen rediiſtis ad me, inquit Ioua. Immiſi peſtem vobis *c* ægyptio more; peremi ferro iuuenes veſtros cum equorum veſtrorum abductu, ita vt *d* agmina veſtra fœtorem etiam in nares veſtras exhalarent: neque tamen rediiſtis ad me, inquit
Ioua. Euerti vos, quomodo diui- 11
nitus euerſa eſt Sodoma et Gomorra, ita vt ſimiles ſitis torris, ex incendio erepti: nec tamen rediiſtis
ad me, inquit Ioua. Quamob- 12
rem ſic tecum agam, Israelita: et quoniam ſic tecum agam, * compone te in occurſum Dei tui, Israelita.
Eſt autem montium conditor, ven- 13
tique creator, quique homini, quæ ſint eius cogitata, indicat, auroræ facit obſcuritatem, et terræ faſtigia ſupergraditur: is eſt nomine Ioua Deus armipotens.

CAPVT V.

Ad Israelitas vates. Virgo Israelita non ſurrectura. Quærenda a Deo vita. Diuina omnipotentia. Contra iudices auaros, iniquos. In Ioue clementia ſpei felicitatis.

AVdite dictum hoc, quo ego 1
vtor in vos lamentabili, domus Israelis.
e Cecidit non 2
amplius ſurrectura virgo Israel, humi derelicta, adleuante
nullo. Sic enim dicit Dominus Io- 3
ua. *f* Quæ israeliticæ domus vrbs
mille emittebat, retinebit centum:
et quæ centum emittebat, retinebit decem.
Sic enim dicit Ioua Is- 4
raelis domui: quærite me, et viuetis:
neue quærite Bethel, neue 5
Galgala ite, neue Berſabam concedite: nam et Galgal relegabitur, et
Bethel fiet *g* nefas. Quærite Iouam, 6
et viuetis, ne ipſe inuadat, vt ignis, domum Ioſephi, qui ita Bethel conſumat, vt non ſit, qui exſtinguat,
qui ius in *h* abſinthium vertitis, et æ- 7
quitatem humi deſeritis. Qui 8
Arcturum Orionemque fecit: qui *i* ferales tenebras conuertit in matutinum, et nocte diem obſcurat: qui maris aquas euocat, et in terræ

a) hoc eſt per aquam. *b*) famem. *c*) vt in Aegyptios, quum illic eſſetis. *d*) veſtri milites interficerentur, ac ſub dio inſepulti iacerent. *e*) Præterito pro futuro vtitur ad rem magis exprimendam. *f*) in qua erant mille viri. *g*) vt nefarium punietur. Vide Ioel. 1, 10. *h*) acerbiſſimam iniuriam. *i*) noctem.

ræ ſuperficiem refundit, Ioua no-
9 minatur: qui valida pernicie for-
tes petit, facitque, vt inuadat mu-
10 nitiones pernicies. Oderunt in
curia reprehenſionem, et ſincere
11 loquentem abominantur. Itaque
quoniam tenues prædamini, et ab
eis [k] farris accipitis onus, quas qua-
drato lapide domos ædificaſtis, in
eis non degetis: et quas elegantes
panxiſtis vineas, earum non bibe-
12 tis vinum. Nam veſtra tot tanta-
que peccata ac ſcelera noui, qui pre-
mitis inſontes, accipiendo pretium
ob abſoluendum, et pauperes in
13 ſenatu labefactando. Itaque [l] qui
ſapiet, hoc tempore tacebit, quo-
14 niam tempus malum eſt. Quærite
bonum, non malum, vt viuatis,
atque ita vobis adſit Ioua Deus ar-
mipotens, quemadmodum petitis.
15 Oderitis malum, amate bonum, et
æquitatem in curia conſtituite, ſi
forte gratiam faciat Ioua Deus ar-
mipotens reliquiis Ioſepheorum.
16 Ergo ſic dicit Ioua Deus armipotens
Dominus: per omnia fora plangor
erit, perque vicos omnes eiulabi-
tur, et ad luctum vocabuntur agri-
colæ, et ad plangorem, lamentan-
17 di periti: inque vineis omnibus
erit plangor, me inter vos graſſan-
18 te, inquit Ioua. Heu qui Iouæ diem
cupitis: quorſum vobis tandem Io-
uæ diem? qui [m] tenebricoſus eſt, non
19 lucidus: perinde ac ſi quis, leonem
elapſus, occurrat vrſo: aut eum,
quum domum venerit, et manum
ad parietem adplicuerit, mordeat
20 anguis, nimirum tenebroſus eſt
Iouæ dies, non lucidus: caligino-
21 ſus, et ſplendoris expers. Odi,
reſpuo veſtra feſta, nec ferias ve-
22 ſtras olfacio. Et quamuis mihi ſo-
lidas hoſtias immoletis, et ferta ob-
moueatis, non mactus fio, nec opi-
ma iſta pro ſalute ſacrificia adſpicio.
23 Apageſis a me carminum veſtro-
rum turbam: neque nablorum v
ſtrorum cantum audio. [n] Fluat,
aqua, ius, et iuſtitia, vt fluuius v
hemens. * Num mihi victim
et fertum obmouiſtis in ſolitudi
annis quadraginta, domus Israeli
Immo veſtri regis vmbraculum t
liſtis, ſignumque veſtrorum ſimul
crorum, ſidus dei veſtri, quod vob
feceratis: itaque vos vltra D
maſcum relegabo, inquit Ioua, n
mine Deus armipotens.

CAPVT VI.

*Sion et Samariæ montes gemini, illuſtres, Io
uæ iusiurandum. Iacobei Deo inuiſi, ca
dendi. Israelita vexandus miſere.*

HEu ſecuros in Sione, et fiden
tes in monte Samariæ, qu
montes ſunt omnium, (qui vs
quam gentium exſtant,) illuſtrisſim
atque primi, et in quos venerun
Israele prognati: conferte vo
Calanem et videte: atque illinc it
Hematham magnam, et ad Ge
tham Palæſtinorum deſcendite,
[o] num ſitis regnis iſtis præſtantio-
res? An potius eorum fines fue-
rint veſtris finibus ampliores?
qui * a ſe triſte tempus amouent,
et iniuſtitiæ ſede vtuntur: qui,
in lectis cubantes eburneis, luxu-
riantur in ſuis cubilibus, et oui-
lium agnos, et ex medio ſagina-
rio vitulos comedunt: qui na-
blo numeros modulantur, ſibi
Dauidis ritu inſtrumenta muſica
commenti: qui phialis vinum
potant, præcipuis vnguentis deli-
buti, neque Ioſepheorum calami-
tatem dolent. Quamobrem iam-
iam relegabuntur inter exſulum
præcipuos, amotis luxurioſorum
epulis. Iurat Dominus Ioua per
ſemetipſum, ait Ioua Deus armipo-
tens: abominor ego Iacobeorum
ſuperbiam, eorumque et arces odi
et

k) vos primarii accipitis munera, vetante lege. l) Veritas odium parit. m) tri-
ſtis non lætus. n) abundet. o) qui regna illa veſtro maiora delevi, et veſtrum
delere poſſum, ne forte veſtris montibus confidatis.

et vrbem, quodque ea continetur,
ita adficiam, vt ſi ſuperfuerint in
vna domo homines decem, mori-
antur, et eos eorum patruus ſub-
latos cremabit, vt efferat oſſa do-
mo, dicetque ei, qui erit ad latera
domus: ſupereſtne vllus apud te?
Nemo, inquiet. Et ille, *p* pax, in-
quiet: neque enim commemoran-
dum eſt Iouæ nomen. Nam futu-
rum eſt, vt Ioua maiorem domum
ruinis, minorem rimis curet labe-
factandam. *Num per rupes aut
equi current, aut bobus arabitur?
vt vos ius in fel, et æquitatis fru-
ctum in abſinthium verteritis?
13 Qui ab re gaudetis, iactantes, vos
veſtris viribus comparaſſe vobis
14 cornua. Ego vero in vos ſuſcita-
bo, domus Iſraelis, inquit Ioua
Deus armipotens, gentem, quæ vos
ab Hemathæ regione ad occiduum
fluuium vexabit.

CAPVT VII.

Locuſtæ per Iouam fictæ. Conſumtæ penitus herbæ. Pro Iacobeo vates ad Iouam. Ignis Iouanus omnia incendens. Cum regula Deus, Amaſias contra vatem. Amaſiæ vates reſpondens. Vxor Amaſiæ ſtupranda, filii trucidandi, Iſraelitæ in captiuitatem trahendi.

HVIusmodi quiddam oſtendit
mihi Dominus Ioua. Finge-
bat locuſtas initio incrementi
[illegible]eni cordi. Erat autem cordum poſt
2 [illegible]egis fœniſecium. Igitur quum
[illegible]rreſtres plane conſumerentur
[illegible]erbæ, ego ita dixi: Domine Ioua,
[illegible]noſce quæſo: quis Iacobeum eri-
3 [illegible]t, qui tantillus eſt? In eo con-
[illegible]nuit ſe Ioua: non fiet, inquit Io-
4 [illegible]. Huiusmodi quiddam oſtendit
[illegible]ihi Dominus Ioua. Vocabit ad
[illegible]rtandum ignem Dominus Ioua,
[illegible]i vaſtum pelagus, quique agrum
5 [illegible]nſumebat. Et ego: Domine Io-
[illegible], define quæſo: quis Iacobeum
6 [illegible]get, qui tantillus eſt? Conti-
nuit ſe in eo Ioua, ne hoc quidem
fiet, inquit Dominus Ioua. Tale 7
quid oſtendit mihi. Stabat Dominus
ſuper muro regulari, habens in
manu regulam. Et Ioua mihi: 8
quid tu vides, inquit, Amoſe? Re-
gulam, inquam. Et Dominus: en
ego *q* ponam regulam, inquit, inter
meos Iſraelitas, quam non amplius
transſcendam, vt Iſaacidarum ſa- 9
cella vaſtentur, et Iſraelitarum ſa-
craria deſolentur, conſurgamque
gladio in Ieroboami domum. Mi- 10
ſit autem Amaſias, ſacerdos Bethel,
ita ſignificatum regi Ieroboamo:
coniurat in te Amoſus apud Iſraeli-
tas garrulitate, genti intoleranda.
Sic enim dicit Amoſus, Ieroboa- 11
mum ferro moriturum, et Iſraeli-
tas a ſua patria relegandos. Item- 12
que ipſum Amoſum ſic eſt adlocu-
tus Amaſias. Fatidice abi, aufuge
in iudæam terram, et ibi cibum ca-
pe, ibi vaticinare. Bethele qui- 13
dem nolito amplius vaticinari: nam
regia domus, regiumque fanum
eſt. At Amoſus ſic Amaſiæ reſpon- 14
dit: neque vates ego, neque vatis
filius eram, ſed bubulcus, et capri-
ficarius. Verum abduxit me Ioua 15
ab agendis ouibus, mihique man-
dauit, vt irem vaticinatum in ſuos
Iſraelitas. Quapropter audi Iouæ 16
dictum. Tu me vetas in Iſraelitas
et in Iſaaci domum vaticinari ac
r fluere. Ergo ſic dicit Ioua: vxor 17
tua in vrbe ſtuprabitur, tuique filii
ac filiæ armis occumbent, et tua
terra linea diuidetur, et tu in impu-
ra terra morieris, et Iſraelitæ a ſua
patria exſulabunt.

CAPVT VIII.

Aeſtiua corbis. Eiulatus Iſraelitarum impendens. Contra pauperum vexatores. Occiduus in meridie ſol. Terra, et aer obſcurandus.

[illegible] ne tum quidem ad Iouam redibunt. *q*) immutabili decreto ſtatuam. *r*) ora-
[illegible]ula fundere.

1 TAle quid oſtendit mihi Do-
minus Ioua. Erat corbis æ-
2 ſtiua. Atque ille: quid tu
vides, Amoſe? inquit. Cui ego:
corbem æſtiuam. Et Ioua: venit
exitus Iſraelitis meis, (inquit mihi,)
quem ego exitum iam non trans-
3 ſcendam, eiulabuntque *s* delubri
carmina illo die, inquit Dominus
Ioua, multis vbique locorum pro-
4 ſtratis cadaueribus, *t* pax. Audite
hoc, qui pauperes peſſumdatis, et
regionis inopes aboletis, *u* dicentes:
5 ecquando præterierit nouilunium,
quo cibaria venumdemus? et ſab-
batum, quo far aperiamus? *x* immi-
nuto ephi, aucto ſiclo, et fallaciter
6 vitiata trutina, vt tenues argento,
vt pauperes ob calceos emamus, ac
7 farris quisquilias vendamus. Iu-
rat Ioua *y* de Iacobeorum ſuperbia,
numquam ſe tot eorum facinora
8 obliturum. Scilicet non contre-
miſcet hanc ob rem terra? non lu-
gebunt eius omnes incolæ, et tota
fluminis in morem tumens, diſii-
cietur, ac redundabit, vt ægyptium
9 flumen. Atque illa die, inquit
Dominus Ioua, *z* faciam, vt occidat
in meridie ſol, terramque clara die
10 tenebris obducam, veſtraque et
feſta in luctum et carmina omnia in
lamentationem conuertam, atque
omnia et latera centonibus, et ca-
pita glabreto obtegam, eamque ad
extremum in eum ſtatum redigam,
qui eſt quum acerba die lugetur
11 vnicus filius. Futurum eſt, inquit
Dominus Ioua, vt immittam famem
in terram, non famem panis, aut
aquæ ſitim, ſed audiendi *a* Iouæ di-
cta, ita vt ab altero mari ad alterum
12 pererrent, et a ſeptemtrionibus
ad orientem peragrent, quærendo
Iouæ dicta, nec tamen inueniant:
quum quidem formoſæ virgines
iuuenesque ſiti exanimabuntur.
Qui per ſamaritanum *b* crimen iu-
rant, dicuntque: viuat Deus tuus,
Dan, et viuat *c* berſabanum iter: ii
cadent, non amplius ſurrecturi.

CAPVT IX.

Stans in ara Deus, iratus in impios. Nullum præſidium Ioua cedente. Illius omnipotentia. Iacobei ſeruandi.

VIdi ſtantem ſuper ara Domi-
num, et dicentem: percute
tholum, vt commoueantur
limina, eosque vniuerſos in caput
confice: quos ego ad extremum ita
ferro perimam, vt eorum nemo
effugiat, nemo euadat. Etiamſi
ad inferos penetrauerint, eos illinc
mea manus petet: etiamſi cælum
ſcanderint, illinc eos detraham:
et, licet in carmeli vertice latitent,
eos ego inde perſcrutatus petam:
licet ſeſe ex oculorum meorum
conſpectu in fundo maris abſtru-
dant, illic *d* ſerpens, iubente me,
mordebit eos: et, ſi captiui ante
ſuos hoſtes abierint, illic eos enſis,
mandante me, trucidabit, daboque
operam, vt lædantur, non vt iuuen-
tur. Eſt autem is Dominus Ioua
armipotens, *e* quo tangente, terra li-
quefit, lugentibus eius omnibus
incolis, totaque, fluminis in morem
tumens, ſtagnat, vt amnis ægyptius:
qui ſuos in cælo gradus ædificauit,
ſuumque *f* nodum fundauit in terra:
qui, euocatis maris aquis, terram
perfundit, nomine Ioua. Nimi-
rum *g* vos mihi perinde ac Aethi-
opes

s) qui in delubro cantant. *t*) quæ res ſtuporem et ſilentium faciet. *u*) vellent nullas eſſe ferias, vt quotidie lucrum facerent. *x*) curtis menſuris vendunt et pondere grauiori nummos accipiunt. *y*) Confer cum capite 6. *z*) calamitates et triſtia importabo. *a*) oracula. Vide Mich. 3. *b*) deum, in quo crimen ineſt. *c*) is deus, qui Berſabam aditur. *d*) Leuiathan, hoc eſt, balæna. *e*) confer cum capite 4. *f*) Terram ſolidam firmamque quaſi nodum quemdam fixit, vbi pedes poneret. *g*) Quamuis tam ſitis improbi, quam nigri ſunt Aethiopes, non tamen vos, vt alios delebo. Vide Abdiam, et Ezechiel. 14. et Ier. 30.

opes eſtis, Iſraelitæ, inquit Ioua: ni-
mirum et Iſraelitas ex Aegypto, et
Palæſtinos ex Cappadocia, et Syros
8 ex Cyrene eduxi. Quumque ego
Dominus Ioua dem operam, vt im-
proba regna ex orbe terrarum abo-
leam; non tamen abolebo Iacobeo-
9 rum genus, inquit Ioua: ſed cu-
rabo quidem agitandum per o-
mnes gentes genus iſraeliticum,
h ſicut agitatur vannus; nec tamen
10 cadunt ad terram grana. Armis
occumbent omnes meorum impro-
bi, qui ſibi negant euenturum aut
11 occurſurum eſſe malum. Illo tem-
pore erigam collapſum Dauidis ta-
bernaculum, eiusque et interrupta
obſtruam, et diruta erigam, et id
in priſtinum ſtatum reponam, vt 12
poſſideant Idumæorum omnium-
que *i* a me denominatarum genti-
um reliquias, inquit huius rei au-
ctor Ioua. Futurum eſt, (inquit 13
Ioua,) vt et meſſorem arator, et vua-
rum calcator ſatorem attingat, flu-
antque latice montes, et colles o-
mnes circumfluant: meorumque 14
Iſraelitarum captiuos reuocabo, qui
vaſtatas vrbes inſtaurabunt et in-
colent, vineasque pangent, ac ea-
rum vinum bibent: et hortos fa-
cient, eorumque fructibus veſcen-
tur: eosque ſic in ſua terra pangam, 15
vt non amplius euellantur ex ſua
terra, quam eis dedero, inquit Io-
ua Deus tuus.

ABDIAS.

Ad Idumeam vates. In eius proceres, ac ſapientes. In omnes gentes Ioue ira. In Sione ſalus. Iacobei conſolandi. In Eſainos diſcrimen, et ærumnæ. Ioua regnum in Sione.

Abdiæ oraculum.

1 SIc dicit Dominus Ioua Idu-
mææ. Hæc nos auditione ac-
cepimus a Ioua, miſſo per
gentes legato. Surgite, con-
2 ſurgamus in eam bello. Quum
ego te gentium minimum effece-
3 rim, ita vt ſis contemtiſſimus: tu
animi faſtu turges, habitans in ru-
pium mandris, quæ tuæ ſedis alti-
tudo eſt, ſic animo cogitans: quis
4 me deprimet ad terram? Etiamſi
te, vt aquila, euexeris, adeoque ni-
dum tuum poſueris inter ſidera, in-
de ego te detraham, inquit Ioua.
5 *k* Si te fures, ſi nocturni graſſatores
inuaſiſſent, (o quam depopulatus
es?) profecto furati eſſent, quan-
tum ipſis fuiſſet ſatis. Si te vinde-
miatores adgreſſi forent, profecto
reliquiſſent racemos. Ad quam 6
perueſtigati ſunt Eſaini? quam per-
quiſita eorum intima? Vsque ad 7
confinia te deducunt omnes tui fœ-
derati, te deceptum vicerunt ho-
mines, qui erant erga te pacati: tui
conuictores *l* tibi vulnus ſubiece-
runt imprudenti. Nimirum illo 8
tempore, inquit Ioua, perdam Idu-
mææ ſapientes, et eſaini montis
prudentiam: pauebuntque tui 9
milites, o Theman, vt homines
ex Eſai monte occiſione exſtirpen-
tur. Tu ob inhumanitatem in fra- 10
trem tuum Iacobeum pudore o-
perieris, et excideris in perpetuum.
Quum tu contra ſtares, quum ca- 11
ptiuas abigerent alieni copias eius,

h) vt aceres ex vanno, non grana eiiciuntur, ſic ego malos perdens ſeruabo electos. *i*) Iouanarum, hoc eſt mearum. *k*) vide Ierem. 49, 16. *l*) pro puluinis, qui ſolent in conuiuiis ſupponi, tibi aliquod durum potius, et quod vulneraret, ſuppoſuerunt, hoc eſt, te prodiderunt.

et alienigenæ portas eius adorti,
ducerent ſuper Hieroſolyma ſor-
tem, tu quoque ſicut eorum vnus
12 eras. *m* Ne vero adſpicito fratrum
tuorum diem, quum *n* alienabuntur,
neue de Iudæis gaudeto tum, quum
peribunt, neue *o* ore inſoleſcito ad-
13 uerſo tempore, ne ito ad meorum
portam, quum erit eorum exitium:
ne ſpecta tu quoque eorum malum,
quum erit eorum exitium: neue
inueharis in eorum copias, quum
14 erit eorum exitium: neue ſteteris
ad viarum diuortia, vt eorum
elapſos perdas: neue eorum reli-
quos dedideris aduerſo tempore.
15 Nam inſtat Iouæ dies aduerſum
gentes omnes: vt tu feceris, ſic tibi
fiet: par pari tuo capiti referetur.
16 * Vt enim potaueritis in meo ſacro
monte, potabuntur gentes omnes
adſidue, et ita potando abligurien-
tur, vt ſint perinde ac ſi non fuiſſent.

At in monte Sione erunt, qui eua- 17
dant, eritque fanum, et poſſide-
bunt Iacobi poſteri ſuas poſſeſſio-
nes, eritque Iacobeorum genus 18
ignis, et Ioſepheorum genus flam-
ma, et Eſainorum genus pro ſtipu-
la: eosque illi cremabunt atque
conſument, ita vt ex Eſainorum ge-
nere nullus ſuperſit, quoniam Ioua
loquitur. Poſſidebunt autem au- 19
ſtralem Eſainorum montem, de-
preſſaque loca Palæſtinorum, et
ephraimiticum ſamaritanumque a-
grum tenebunt, et Beniamitæ Ga-
laaditidem: iſtius autem Iſraelita- 20
rum exercitus exſules, qui Chana-
næi ſunt ad Sarephath, et exſules
hieroſolymitani, qui erunt in Se-
pharad, occupabunt auſtrales vr-
bes. Exſiſtentque ſeruatores in 21
Sione monte, qui Eſainorum mon-
tem vlciſcantur, eritque Iouæ re-
gnum.

I O N A S.

CAPVT I.

Ad vatem Iouæ mandata. Vatis fuga. Pelagi tempeſtas. Nautarum pauor, ſortes. Vatis confeſſio de genere, de religione, de fuga. Proiectus in mare Ionas, voratus ab immani piſce.

1 IONAE Amittæi filio mandauit
Ioua, vt ad Niniuen maximam
illam vrbem proficiſceretur,
2 et aduerſus eam prædicaret,
eius ſcelera in Iouæ conſpectum ad-
3 ſcendiſſe. At Ionas, fugiendi Io-
uæ gratia, in Ciliciam ire conten-
dit, et ad Ioppen deſcendit: nauem-
que nactus, quæ in Ciliciam iret,
dato naulo conſcendit, vt cum illis
in Ciliciam, Iouam deuitans, perue-
4 niret. Sed Ioua tantum ventum in
mare concitauit, tantaque tempe-

ſtas in mari coorta eſt, vt nauis
propemodum rumperetur. Qua
re perterriti nautæ ſuum quisque
deum inuocare, et leuandi na-
uigii gratia iacturam facere: quum
Ionas interea, degreſſus ad nauis
latera, cubans dormiret. Quem 6
adgreſſus nauicularius ſic adlo-
quitur: quid dormis? ſurge, in-
uoca Deum tuum, ſi forte ducet
noſtri rationem Deus, ne perea-
mus. Deinde inter ſeſe ita dictita-
re: agite, iaciamus ſortes, vt ſcia-
mus, ecquis nobis huius mali cauſſa
ſit. Itaque iecerunt ſortes: quum-
que deſignaſſet ſors Ionam, ſic cum
eo egerunt: expone nobis, quam
ob rem hoc nobis mali acciderit,
quæ

m) ne gaudeto: nam quæ placent, adſpicimus, quæ diſplicent, auerſamur. *n*) in alienum ſolum abducentur. *o*) verbis.

quæ ſit ars tua, vnde venias, cuias ſis, et vnde gentium? Quibus ille reſpondit, ſeſe Hebræum eſſe, et Iouam cæleſtem Deum reuereri, qui mare terramque feciſſet. Hic homines, poſtquam eum Iouæ conſpectum fugere ex eius indicio cognouerunt, eum, ingenti metu perculſi, ſic adloquuntur: cur iſtud feciſti? quid nos tibi faciemus, vt nobis placetur mare? nam mare magis magisque æſtuabat. Quibus ille: tollite me, inquit, et in mare deiicite: ita vobis placabitur mare. Scio enim ego, vos mea cauſſa hac tanta tempeſtate vexari. At homines ad terram eremigare conari: quod quum non poſſent, propterea quod gliſcebat in eos adſidue maris tempeſtas, Iouam eiusmodi verbis implorarunt: quæſumus te, Ioua, ne propter huius hominis animam pereamus, *p* neue a nobis ſanguinis innocentis pœnas repetas: nam tu, Ioua, arbitratu tuo facis. Deinde ſublatum Ionam in mare deiecerunt, atque id ſæuire deſiit. Itaque homines, Iouam magno metu reueriti, Iouæ ſacrificium fecerunt, votaque nuncuparunt. Præparauerat autem Ioua ingentem piſcem ad Ionam abſorbendum: cuius in piſcis ventre fuit Ionas tres dies, ac tres noctes, et in eo piſcis ventre Iouam Deum ſuum precatus eſt his verbis:

CAPVT II.

Ionæ ad Iouam precatio,

TE ego, Ioua, in meis anguſtiis inuoco, et tu mihi exoraris, meam ex orci ventre orantis vocem audiens. Equidem vbi tu me in medium maris profundum præcipitaſti, quum fluctibus obruerer, et totis tuarum vndarum gurgitibus opprimerer, videbar mihi abs tuis oculis fugatus. Scilicet,
(inquiebam,) tuam ſacram cellam
adhuc reuiſam, quum aqua leta- 4
liter circumfluar, profundo adob-
ruar, capite vorticibus circumuo-
luto, ſubter ima montium deferar,
et terræ clauſtris æternum obſtru- 5
ar; et tu meam ſcilicet vitam, Io-
ua mi Deus, ab interitu extrahes?
Igitur mihi, ita animum deſponden- 6
ti, tu in mentem Ioua veniſti, et
mea ad te precatio in tuam ſacram
cellam peruenit. Qui nequitiæ 7
vanitatem retinent, ii *q* ſuam relin-
quunt clementiam. At ego cum 8
voce gratiarum actionis tibi ſacrifi-
cabo, et, quæ vouero, præſtabo: ab
Ioua ſalus eſt.

CAPVT III.

Reiectus a piſce vates in terram. Ad Niniuitas iterum Ionas miſſus. Huius proclamatio in vrbem immenſam. Populi dolor, ad Iouam reditus.

TVm piſcis, Iouæ iusſu, Io- 1
nam in terram euomuit: et 2
Ioua Ionæ iterum manda-
tum dedit, vt ad Niniuen, magnam
illam vrbem, proficiſceretur, et id in
eam proclamaret, quod ipſe ei præ-
cipiebat. Itaque Ionas Niniuen
ex Iouæ mandato profectus eſt. 3
Erat autem Niniue vrbs diuinæ ma-
gnitudinis, tridui iter patens. In 4
hanc vrbem Ionas vbi procesſit 5
vnius iter diei, proclamauit, fore, vt
poſt quadraginta dies Niniue euer- 6
teretur. At Niniuitæ, Deo fidem
habentes, ieiunium proclamare, et
centones ſummi iuxta infimique
induere. Ea re ad Niniuæ regem 7
perlata, ſurrexit ex ſolio, et, depoſito
inſigni ſuo, operuit ſe centone, et ſe-
dit humi: iusſitque, regis et eius 8
primorum decreto per Niniuen
prædicari, ac pronuntiari, ne ho-
mines, neue pecora, ſiue maiora, ſi-
ue minora, quidquam guſtarent, ne-
ue paſcerentur, aut aquam biberent.
Tum illi, hominibus pariter ac pe-
cudi- 9

p) ne nos tamquam inſontis interfectores punias, *q*) hoc eſt, Deum, qui alioquin eſſet erga eos clemens.

cudibus, centones indutis, Deum
vehementer implorare, et ſeſe a
prauis ſuis moribus, et iniuſtitia,
10 quam exercuerant, reuocare, ſi
forte reconciliatus Deus ſeſe conti-
neret, et ab iræ ſuæ feruore retra-
heret, atque ita fieret, vt non peri-
11 rent. Itaque Deus, viſis eorum
factis, qui ſe a prauitate morum
auocaſſent, cohibuit ſe, et a pœna,
quam in eos irrogare ſtatuerat, abs-
tinuit.

CAPVT IIII.

*Ionas Niniuitarum ægre ferens incolumita-
tem. Deſperans vates. Vmbraculum Io-
næ. Cucurbita per vermem corroſa, ex-
areſcens. Ex ardore ſolis indolens vates.
Ad Ionam Deus pro vrbe.*

1 EA res vſque adeo Ionæ diſpli-
cuit, vt iratus Iouam in hæc
2 verba oraret: o Ioua, nimi-
rum hoc meum dictum fuit, quum
in mea patria eſſem: ideoque in Ci-
liciam aufugere præoccupabam,
qui ſcirem, te Deum eſſe exorabilem
ac miſericordem, ad iram tardum,
multæque clementiæ, et a ſuppli-
3 ciis abſtinentem. Quamobrem,
Ioua, aufer quæſo hanc animam a
me. Nam me mori, quam viuere,
melius eſt. At Ioua eum interro- 4
gauit, rectene iraſceretur. Igitur 5
egreſſus ex vrbe Ionas ad vrbis
orientem conſedit, facto ſibi illic
vmbraculo, ſub quo in vmbra ma-
neret, donec videret, quid vrbi ac-
cideret. Præparauerat autem Io- 6
ua Deus cucurbitam, quæ, ſuper-
ſcanſo Iona, eius capiti præberet
vmbram, eumque ab incommodo
defenderet: qua cucurbita Ionas
magnopere gauiſus eſt. Sed præ- 7
parauit item Deus vermem, ſub or-
tum auroræ poſtridie, a quo per-
ſtricta cucurbita exaruit. Dein- 8
de ſol exortus, inducto diuinitus
euro penetrabili, Ionæ caput ferie-
bat, adeo vt æſtuans mortem ora-
ret: mortem ſibi, quam vitam, po-
tiorem dicens. Tum Deus: ſa- 9
tisne recte, (inquit Ionæ,) propter
cucurbitam iraſceris? Recte, (in-
quit ille,) iraſcor, vel ad mortem.
Et Ioua: ergo tu cucurbitæ cauſa 10
mouearis, inquit, quam nec elabo-
raſti, nec auxiſti: quæ vna nocte
orta, vna nocte periit? Ego non 11
mouear ob Niniuen, tantam vr-
bem, in qua ſunt pluſquam centum
viginti hominum millia, qui dexte-
ram ſuam a ſiniſtra dignoſcere non
norunt, et tam multa pecora?

MICHAEAS.

CAPVT I.

*Ad Michæam Ioua. In Samariam infauſtum
vaticinium, in eiuſdem ſimulacra.*

1 IOVAE ſermo habitus ad Mi-
chæam Moraſtitam tempori-
bus Iothami, Achazi, et Eze-
chiæ Iudææ regum, quo Sa-
mariæ Hieroſolymæque fata
2 dixit. Audite vniuerſi populi,
attende terra, et quod ea contine-
tur, et erit vobis Dominus Ioua mo-
nitor, Dominus ex ſuo ſacro delu-
bro. Etenim Ioua prodibit ex ſuo lo- 3
co, et degreſſus terræ faſtigia ſuper-
gradietur, ſubterque eum et montes 4
liqueſcent, et valles findentur: illi
vt igne cera, hæ vt aquis per decli-
ue præcipitantibus: idque omne
propter Iacobeorum peccatum, et 5
propter iſraeliticæ domus ſcelera.
Quod eſt autem Iacobeorum pec-
catum, niſi Samaria? aut quæ ſunt
Iudææ-

Iudæorum ſacella, niſi Hieroſoly-
ma? Itaque ego Samariam in
agreſte rudus, in vinearum planta-
ria redigam: congeſtisque eius la-
pidibus, in vallem[r] eius fundamenta
patefaciam, atque eius omnia ſi-
mulacra contundenda, omnem
quæſtum comburendum curabo,
omnia ſigna in vaſtitatem redigam:
quippe meretricio collecta quæſtu,
in meretricium quæſtum redibunt.
Hanc ob rem plangens eiulabo, ſpo-
liatus et nudus incedens: plango-
rem draconum ritu, et luctum, vt
ſtruthiones, edam, ob dirum eius
vulnus, quod in Iudæam peruene-
rit, quod ad popularium meorum
portam, ad Hieroſolymam perti-
gerit. Apud Getham ne nuntia-
ueritis, ne ploratum edideritis:
apud Bethaphram in puluere te
voluta. Commigrate Saphiris in-
colæ, turpiter detecti: ne exeunto
Saananis incolæ: Bethaeſelenſis lu-
ctus ducet a vobis initium. Do-
lent enim ob bonum (amisſum) Ma-
rothenſes, quoniam deſcendit a Ioua
malum ad portam Hieroſolymæ.
Iunge veredis currum, incola La-
chis, quæ puellæ Sioni peccati prin-
cipium fuiſti, quoniam in te reper-
ta ſunt Israelitarum peccata. Ideo-
que munera dabis ob gethenſem
posſesſionem, domos axibenſes, Is-
raelitarum regibus fallaces. Ali-
quando depopulatorem tibi indu-
cam, incola Mareſæ, ad Odollam
veniet Israelitarum gloria. Gla-
breſce et tondere ob tuarum deli-
ciarum filios: habe glabretum,
quantum aquila, quippe illis a te
exſulantibus.

CAPVT II.

Contra raptores alienarum opum. Næniæ vſurpandæ. Congregandæ Iacobæorum reliquiæ. Dux illis ac requies tribuenda.

HEu iniquitatem commini-
ſcentes, malumque fabrican-
tes ſuis in cubilibus, quod pri-
mo mane patrent, ſi modo ſit eis
in manu: qui quos agros, quas 2
concupiuere domos, eripiunt et au-
ferunt, et homines cum ſuis domi-
bus, et patrimoniis opprimunt.
Quamobrem ſic dicit Ioua: ego 3
contra nationem iſtam malum co-
gito, vnde ceruices veſtras non ſub-
ducetis, nec elate incedetis: tam
triſte tempus erit. Tunc vtentur 4
de vobis ſententia et lamentabili
næniæ lamento, huiusmodi verbis:
* perditi ſumus, latifundium meo-
rum popularium ille permutat: tan-
tumque abeſt, vt mihi reſtituat, vt
pro reddendo, agros noſtros partia-
tur. Itaque non habebis, qui fu- 5
nem iaciat in ſorte, in Iouano con-
uentu. Ne vaticinamini: aut ſi 6
vaticinantur, non talia vaticinen-
tur, ne probra comprehendant.
O dicta Iacobi domus, eſtne con- 7
tractus Iouæ ſpiritus? an ea eſt eius
natura? nonne dicta mea bona ſunt
recte gradientibus? At meus an- 8
tea populus in hoſtem ſurgit: vos,
detracto veſtibus honeſtamento,
ſpoliatis prætereuntes, ſecure redu-
ces a bello. Meorum vxores ex 9
ſuarum voluptatum domo eiicitis,
ab earum infantibus auferentes me-
um decus in perpetuum. Surgite et 10
abite, non eſt enim iſta requies: quo-
niam polluta eſt, vaſtabitur, idque
vaſtatione dira. Si quis homo ven- 11
toſus ambularet, et falſa dicens
mentiretur, vaticinabor tibi de vi-
no ac temeto is esſet huius populi
fatidicus. Cogam vos vniuerſos, 12
Iacobidæ, et congregatas Israelita-
rum reliquias ſimul collocabo, tam-
quam bosranas oues, tamquam
gregem in ſua caula, tumul-
tuantes præ hominum copia. An- 13
tecedet irruptor eos: irrumpent,
portamque tranſibunt, et per eam
exibunt, præeunte eos ipſorum re-
ge, et Ioua in eorum capite.

r) eam funditus diruam. s) videlicet dum ſenium exuit.

CAPVT III.

Ad principes, atque rectores Iacobidarum. Inexorabilis impio Deus. Contra pſeudovates Ioua, in diuinos. Mihcaæ gratia cum Deo, ſpirituque vaticinandi.

1 DIco autem, audite, quæſo, principes Iacobeorum, et iſraeliticæ domus gubernatores: nimirum veſtrum eſt nouiſſe ius,
2 qui bonum exoſi, malum amant, detrahentes iſtis cutem et carnem
3 ab oſſibus: quique [t] meorum carnem comedunt, et, eis cute diſpoliatis, eorum oſſa contundunt, et tamquam in ollam concidunt, qua-
4 ſique carnem in ahenum. Erit quum Iouam inuocabunt, nec eos exaudiet, ſed eis vultum ſuum ſubducet illo tempore, quemadmodum ipſi prauis moribus fuerint.
5 Sic pronuntiat Ioua contra vates mei populi deceptores, qui dentibus mordent, et pacem proclamant: quod ſi quis eis in os non in-
6 iiciat, indicunt ei bellum. *Quapropter vos noctes et tenebras abs que viſis ac diuinatione habebitis, occidetque vatibus ſol, et dies ob-
7 ſcurabitur, ac præ pudore erubeſcent fatidici et diuini, ſibique labra obuelabunt vniuerſi, quod aberunt
8 diuina reſponſa. Ceterum ego virium a Iouæ ſpiritu, iuriſque et virtutis plenus ſum, vt Iacobeis et Iſraelitis ſuum peccatum et ſcelus ex-
9 ponam. Audite hoc, quæſo, principes Iacobeorum, et iſraeliticæ domus gubernatores, qui a iure abhorretis, et omnem peruertitis æ-
10 quitatem, Sionem ſanguine, Hieroſolymam iniquitate conſtruendo,
11 cuius et principes ob munera iudicant, et ſacerdotes pretio reprehendunt, et vates argento diuinant: et tamen Ioua nituntur, negantes, quum Ioua inter eos verſetur, euen-
12 turum ſibi malum. Hanc ob rem veſtra cauſſa Sion ager arabitur, et Hieroſolyma erunt rudera, ædiſque mons ſilueſtria cacumina.

CAPVT IIII.

Iouæ fanum in monte futurum. Ex Sione lex, et Hieroſolymæ diuina inſtituta. Iacobeorum pietas perpetua. Regnum Iouæ in Sione perpetuum. Captiuitas babylonica, liberatio, vindicandi captiui Iſraelitæ.

FIet autem poſtremis temporibus, vt ædis Iouæ mons ſit in montium culmine fixus, et collium editiſſimus. Confluentque ad eum populi, et venient multæ gentes, dicentque: agite, adſcendamus ad Iouæ montem, et ad Dei Iacobeorum ædem, qui nos de ſuis viis erudiat, vt eius ſemitis gradiamur. Nam ex Sione lex, ex Hieroſolymis Iouæ diſciplina proficiſcetur. Ille multis populis ius dicet, potentesque gentes procul caſtigabit, cudentque ex enſibus ſuis vomeres, et ex ſpiculis falces: nec gentes aliæ aliis arma inferent, nec amplius bella diſcent, degentque ſub ſuis quisque vitibus ac ficubus, exterrente nullo, quoniam Iouæ armipotentis os loquitur. Quum enim populi cuncti in ſui quisque dei nomine gradiantur, nos in Iouæ Dei noſtri nomine gradiemur, in omnem perpetuitatem. Eo tempore, (inquit Ioua,) congregabo [u] claudas, disiectasque et a me adflictas colligam, et ex claudis reliquias et ex disiectis gentem efficiam potentem, in quos regnabit in monte Sione Ioua deinceps in ſempiternum. Tu vero, o [x] turris gregis, puellæ Sionis arx, ibit ad te, venietque priſtinum imperium, regnum puellæ Hieroſolymæ. Nunc cur queſtus edis? an in te rex non eſt? aut tuus periit conſiliarius, vt te dolor teneat quaſi parientem? Dole et vexare, puella Sion, tamquam pariens: iam enim ex vrbe migrabis, et ru-

t) ex meorum incommodis ſua comparant commoda. u) ſcilicet oues. x) Sion omnium chriſtianorum ſedes.

et ruri habitabis, perueniesque in Babyloniam, vbi liberaberis, vbi te vindicabit Ioua ex hoſtium tuorum manu. Nunc quidem coeunt aduerſum te gentes multæ, dicentes, turpificatam eſſe, ſeque ſuis oculis videre Sionis pœnam. Sed ignorant Iouæ cogitata, nec intelligunt eius conſilium, qui ſit eos collecturus, tamquam manipulos in aream. Surge, et tritura, puella Sion: nam tibi et cornu ferreum, et vngulas efficiam æneas, vt frequentes comminuas populos, quorum lucra opesque Iouæ et totius terræ Domino ſacrabo.

CAPVT V.

De Bethlehema fauſta diuinatio de venturo duce. Rori Iouano ſimiles Iacobeorum reliquiæ, rurſus inter populos leonis perſimiles. Contra idololatras excidia impendentia.

* IAm impreſſionem facies, tu impreſſioni obnoxia, nobis obſidione circumſeſſis, quoniam virga percuſſus fuerit in maxillam Iudex Iſraelitarum. Et tu Bethlehena Ephrata, quæ es præfecturarum Iudææ minima, ex te mihi prodibit, qui ſit in Iſraelitis dominator, cuius erit antiqua origo ab æternis temporibus. * Itaque dedet eos vsque ad tempus, quo pariet genitrix, et eius fratrum reliqui redibunt ad Iſraelitas, ſtabitque et paſcet per Iouæ potentiam, per ſublimitatem nominis Iouæ Dei ſui, redibuntque, quum iam creuerit ad extrema terrarum. * Erit autem is pax, ſi noſtram adgreſſus fuerit Aſſyrius terram: ſique noſtras arces peruaſerit, ſuſcitabimus aduerſus eum ſeptem paſtores, et octo rectores hominum, qui Aſſyriam, qui nembrodicam terram eius gladiis ſpiculiſque vexent, et defendet ab Aſſyrio, ſi terram noſtram adgreſſus fuerit, et noſtros fines peruaſerit. Erunt autem Iacobeorum reliquiæ inter tot populos quaſi ros quidam
Iouanus, quaſi imber ſuper herba,
qui in hominibus ſpem non habet,
nec ab humano genere pendet.
Erunt autem Iacobeorum reliquiæ 8
apud gentes inter tot populos, tam-
quam leo quidam inter ſilueſtres
quadrupedes, tamquam iuuenis
leo in ouium gregibus, quo graſ-
ſante, proterente, rapiente, nullus
defendit. Extolletur in aduerſa- 9
rios tuos manus tua, omneſque tui
excidentur hoſtes. Atque illo tem- 10
pore, inquit Ioua, excidam iſtinc
tuos equos, tuoſque currus per-
dam, et tuæ terræ oppida euer- 11
tam, tuaſque munitiones omnes di-
ruam, et tibi de manu præſtigia- 12
tores extorquebo, et magos eri-
piam, et ita ſimulacra iſta atque 13
ſtatuas iſtinc excidam, vt non am-
plius adores opera manuum tua-
rum: et, quos habes, lucos exſtir- 14
pabo, et tuas vrbes delebo, et cum 15
ardenti ira pœnas irrogabo genti-
bus, quæ non obediuerint.

CAPVT VI.

Cum montibus vatis contentio. Ad Iacobeos ingratos clementiſſimus Ioua. Virga, et eam vibrans audiendus. Contra fraudulentos diuites. Feminarum ſterilitas.

AVdite, quæſo, quid Ioua 1
dicat. Age, contende cum
montibus, audiantque colles
tuam vocem: audite, o montes, 2
contentionem Iouæ, et edura ter-
ræ fundamenta: nam Iouæ eſt cum
ſuo populo, et cum Iſraelitis, con-
tentio ac controuerſia. Mi popu- 3
lus, quid tibi feci? aut quid te læſi?
reſponde mihi: qui te ex Aegypto 4
eduxi, et ex ſeruitutis domo rede-
mi, præmiſſo tibi Moſe, Aharone
et Maria. Mi populus, recordare
quæſo, quid ſtatuerit Moabitarum 5
rex Balacus, et quid ei reſponderit
Balaamus Beoris filius, a Sittimo
ad Galgala, vt Iouæ innocentiam
intelligas. Quanam re Iouam in-
terpellem, genua flectens ſublimi 6
Deo?

Deo? interpellem eum victimis,
7 vitulis hornis? Delectabitur ne
Ioua arietum millibus? aut denis
fluuiorum olei millibus? dem ne
meum primogenitum, peccati mei
victimam? mei ventris fructum,
8 animæ meæ piaculum? Tibi ipſe
declarauit, o homo, quid bonum
ſit, et quid a te exigat Ioua: videli-
cet vt æquum facias, et pietatem a-
mes, teque ſubmiſſe geras erga
9 Deum tuum. Iouæ vox ad vrbem
clamabit, et ratio nomen tuum vi-
debit. Audite virgam, et qui vi-
10 brat eam. Adhuc ſunt in impro-
borum ædibus improbe parta, et
11 curtum inuiſum ephi. Scilicet pu-
rus ero cum improba trutina, et
cum fiſco fraudulentorum [y] lapi-
12 dum. Ei us et diuites iniuſtitiæ pleni
ſunt, et incolæ falſa loquuntur, ha-
13 bentes fallacem in ore linguam. Ego
quoque infirmabo te cædendo, va-
14 ſtando, ob tua peccata. Tu comedes,
neque ſatiaberis, et penitus oppri-
meris. [z] Femina comprehendet, nec
edet: aut quod ediderit, id ego
15 gladiis exponam. Tu ſeminabis,
neque metes: oleum calcabis, nec
vngeris oleo: muſtumque, nec bi-
16 bes vinum: obſeruantur [a] amriana
inſtituta, omniaque domus acha-
bicæ facta, vosque geritis ex eo-
rum conſiliis, vt ego vos vaſtan-
dos, et eius incolas ſibilandos cu-
rem, populique mei probrum lua-
tis.

CAPVT VII.

Iouæ per Michæam lamentatio. Piorum interitus. Humani generis improbitas. Mira rurſus Iſraelitis oſtendenda. Iouæ nullus par omnipotentia, clementia, fide erga Iſraelitas.

1 HEu me: accidit enim mihi,
quod fit in percipiendis fru-
gibus, inque vindemiæ race-
matione: non eſt ad veſcendum ra-
cemus, me primorem fructum a-
nimo deſiderante. Perierunt ex
terris pii, nec eſt in hominibus pro-
bitas: omnes ſanguini inſidiantur,
germanus germanum euerriculo
venatur. Ad malum adaptantur
manus: princeps poſcit, iudex eſt
nummarius: ipſi optimates animi ſui
nequitiam eloquuntur, eamque
condenſant. Eorum optimus ac
probiſſimus eſt tamquam paliurus
in ſepimento. [b] Speculatoria dies
tua, animaduerſio tua aduentat,
[c] iamiam futura eorum perplexita-
te. Ne credite familiaribus: ne confi-
dite ducibus: [d] ab ea ipſa, quæ cubat
in ſinu tuo, oris tui oſtia cuſtodi:
nam filius patrem deſpicatur: filia
in matrem, nurus in ſocrum inſur-
git: patrisfamilias inimici ſunt ſui
domeſtici. At ego Iouam ſpecu-
labor, pendebo a Deo meæ ſalutis:
exaudiet me Deus meus. Ne gau-
deto, o inimica mea, de me: ſi ce-
cidero, reſurgam: ſi in tenebris
manſero, Ioua mihi lux erit. Iram
Iouæ feram, quoniam in eum pec-
caui, donec litem cauſſamque me-
am ipſe diſceptet, agatque, donec
educat in lucem me, videamque
eius iuſtitiam. Quo viſo, circum-
fundetur inimica mea pudore, quæ
mihi [e] dicit: vbi eſt Ioua Deus tuus?
eius ſupplicium videbo meis oculis:
tu iamiam conculcanda es, vt ſolet
vicorum lutum. Tempore in-
ſtaurationis tuarum maceriarum,
illo tempore procul ibit decretum,
eodemque tempore ad te venietur
vsque ab Aſſyria et vrbibus muni-
tis, et vsque a munitione ad flu-
men, et a mari ad mare, et ad mon-
tem a monte, quum fuerit deſer-
ta terra propter ſuos incolas, vt eo-
rum mores commeriti fuerint.
Paſce tuos pedo tuo, oues tuas he-
redi

y) ponderum. z) aut abortient feminæ, aut ſi pepererint, ego partus necabo. a) impia: nam impius fuit Amri. 3 Reg. 16, 16. et inf. b) belli, quum ſtatues in muris ſpeculatores. c) mox æſtuabunt homines. d) ne vxori quidem arcana patefacere tutum eſt. e) inſultat, perinde ac ſi ſim a Ioua deſtitutus.

hereditarias, habitantes ſeorſum ſil-
uam in medio Carmelo, paſturos
Baſanam et Galaaditidem, ſicuti
priſcis temporibus. Quemadmo-
dum tum, quum ex ægyptia terra
egreſſi eſtis, oſtendam eis mira,
quo viſo, gentes pudebit ſuæ totius
potentiæ: et, oppoſita ori manu,
auribus obſurdeſcent. Lingent
ſerpentis more puluerem, ritu hu-
mi repentium horrebunt in ſuis ſe-
ptis, Iouam Deum noſtrum paue-
ſcent ac te timebunt. Quis tibi 18
par Deus eſt? qui culpæ ignoſcis, et
peccatum condonas reliquiis tuæ
hereditatis: neque ſemper iram
tuam retines, quippe amans cle-
mentiæ. Tu reconciliatus miſe- 19
reberis noſtri, confectis noſtris cri-
minibus, proiectis in fundum ma-
ris noſtris omnibus peccatis. Præ- 20
ſtabis Iacobo fidem, Abrahamo
clementiam, quam maioribus no-
ſtris iuraſti iam olim.

NAHVMVS.

CAPVT I.

Vltor aduerſariorum ſuorum Deus. mitis. Vani contra Deum conatus. Conſiliarius ex Niniue malus in Deum. Simulacrum deaſtri deturbandum.

Aduerſum Niniuæ fatum, liber oraculi Nahumi Elceſæi.

DEVS æmulus, et vltor Ioua, vltor Ioua et bilioſus, vltor Ioua aduerſariorum ſuorum, et iniuriæ memor in hoſtes ſuos. Ioua ad iram tardus, viribusque magnus, qui impunitatem non concedat: Ioua is eſt, cuius via in procella ac tempeſtate ſit, cuiusque pedum *f* puluis ſit nubes. Mare increpando arefacit, omnesque fluuios exſiccat: perit Baſan et Carmelus, perit et Libani viriditas. Montes per eum commouentur, collesque diſſoluuntur, et tollitur eius aduentu tellus, orbisque et omnes eius incolæ. Eius ſæuitiam quis ſuſtineat? aut quis, eo ira ardente, conſiſtat? fluente, ignis ritu, eius bile, et cautibus per eum diſſilientibus. Bonus eſt ad firmamentum Ioua ad-
uerſo tempore, et ſibi confidentes
g nouit, ac, graſſante diluuione, tol- 8
let *h* eius locum funditus, ſuosque
perſequetur *i* tenebris hoſtes. Quid 9
in Iouam excogitatis? qui ſic inter-
necionem facturus eſt, *k* vt non ite-
retur anguſtia. Nam vt perplexæ 10
ſpinæ, tum quum madebunt com-
potatione, conſumentur tamquam
ſiccitatis plena ſtipula. Ex te pro- 11
fectus eſt excogitator contra Iouam
mali, conſiliarius nequam. Sic di- 12
cit Ioua: quo pleniore ſunt multi-
tudine, eo magis attondebuntur,
poſtquam *l* te, *m* illo graſſante, adfli-
xero, non adflicturus amplius. Iam- 13
que eius impoſita tibi ſubiugia rum-
pam, tuaque vincula abrumpam:
ac, mandante Ioua *n* de te, non ſemi- 14
nabitur tuo nomine amplius: ex æ-
de tui Dei ſimulacrum exſcindam,
et ex imagine conflata faciam tuum
ſepulcrum: adeo vileſces. Ecce in 15
montibus pedes nuntii, ſignifican-
tis pacem. Age, Iudæa, tua feſta:
redde tua vota: nec enim deinceps
amplius in te graſſabitur nequam,
totus exciſus.

CAPVT

f) ſolum. *g*) curat ac tuetur. *h*) Niniuæ. *i*) calamitatibus. *k*) ſemel Niniuen funditus euertet. *l*) Iudæam. *m*) Chaldæo. *n*) Chaldæum adloquitur.

CAPVT II.

Vltor Ioua hoſtium iacobeæ nationis. Huſabæ exſilium. Niniuæ ruina horribilis, Ioua mandante.

1 EXpeditionem facit depopula-
tor aduerſum te, moliens ob-
ſidionem. Speculare viam:
confirma latera: corrobora vires
2 admodum: vlciſcitur enim Ioua
adhibitam in Iacobeos ſuperbiam,
vt dignum eſt vlciſci adhibitam in
Iſraelitas ſuperbiam, quippe quos
o prædones exhauſerint, eorumque
3 ſtirpes corruperint. *p* Eius et hero-
um clipei rubent, et milites purpu-
rei ſunt, *q* tædis ardente curru, tum
quum adparatur, *r* tætriſque piceis.
4 Per vicos furiunt currus, per fora
collidentes, adſpectu facium ſimili,
5 tamquam fulgura curſantes. * Re-
cordatur ſuorum nobilium: impin-
gunt incedendo properantes ad mu-
6 ros, et parata eſt teſtudo. Flumi-
num oſtia panduntur, palatiumque
7 disſoluitur, et *s* Huſaba abigitur
in exſilium, eiusque pedisſequæ
cum voce columbina ducuntur, ſua
8 pectora tundentes: eſtque Niniue ſi-
milis aquariæ piſcinæ, carentis aqua
illis profugientibus: *t* ſtate, reſiſti-
9 te, at nemo reſpicit. Diripite argen-
tum, diripite aurum, et infinitas o-
pes conditas, ſplendidisſima quæque
10 tam elegantis ſupellectilis. Dire-
ptio, rapina, depopulatio: corda re-
mollescunt: genua labant: ineſtque
in omnium lateribus cruciatus, et
cunctorum facies pallorem contra-
11 hunt. *u* Vbi eſt leonum luſtrum?
et ipſa ſcymnorum paſcua? quo ſe
leo, leæna, leoninus catulus reci-
12 piebant, exterrente nullo. Leo,
qui quantum ſuis catulis ſatis esſet,
rapiebat, leæniſque ſuis ſtrangula-
bat, et antra luſtraque ſua rapta
13 præda replebat. Tibi ego mini-
tor, (inquit armipotens Ioua,) in-
cendam fumo currus tuos, ſcy-
mnosque tuos conſumet enſis, et
excidam ex terris tuam rapinam,
x nec amplius tuorum nuntiorum
vox audietur.

CAPVT III.

Sanguinaria vrbs, prædatrix excidenda. Niniuis interitus. Dioſpolis iam diruta iacens. Ad Asſyriæ regem, ſubigendum, perdendum.

HEu vrbem ſanguinariam, to- 1
tam falſam, rapina plenam,
indefinente præda. Sonus 2
auditur ſcuticæ, ſonus actæ rotæ,
et quadrupedantis equi, ſalientis-
que quadrigæ. Elatus ab equite 3
flammat enſis, coruſcat haſta, mul-
ti cæſi, ingens cadauerum vis, infini-
taque corpora, adeo vt in eorum
corpora impingatur. *y* Propter tot 4
meretricis libidines venuſtæ ac le-
pidæ, maleficiis vſæ, quæ gentes
nationesque ſuis libidinibus malefi-
ciisque vendidit. En te ego peto, 5
inquit armipotens Ioua: retegam
ſinus tuos in faciem tuam, veren-
daque et obſcena tua gentibus et re-
gnis oſtendam: teque, coniectis in 6
te ſordibus, ita ignominioſe tracta-
bo, ac oſtentui exponam, vt, te 7
quicumque viderit, recedat a te,
dicatque: periit Niniue: quis eius
vicem dolebit? vnde tibi quæram
conſolatores? Tu ne præſtantior 8
eris, quam populoſa Dioſpolis, in
fluminibus ſita, aquis circumdata,
cuius opes mare, cuius murus erat
marinus: eius robur erant Ae- 9
thiopes et Aegyptii infiniti, Afri-
que et Libyes erant in eius auxilia-
ribus. Tamen ea quoque captiua 10
abiit in exſilium: eius quoque et
impuberes pasſim per compita col-
liſi ſunt, et de illuſtribus iacta ſors
eſt, et optimates omnes compedi-
bus

o) Niniuitæ. *p*) Nabuchodonoſoris. *q*) tædarum ritu. *r*) vt ex picea tædæ tætre redolentes. *s*) regina. *t*) ita vt neque reſiſtant, neque reſpiciant. *u*) periit Niniue, quæ habebat principes. *x*) nec amplius imperabis. Nam nuntios mittere, imperantis eſt. *y*) ſcilicet hæc fiunt.

bus conſtricti ſunt. Tu quoque
z inebriata latebis: tu quoque quæ-
res contra hoſtem firmamentum.
Omnes tuæ munitiones ficus erunt
cum primitiuis fructibus, qui con-
cuſſi decidunt in os comeſuri. En
quos habes viros, feminæ ſunt: ho-
ſtibus tuis recluſæ ſunt terræ tuæ
portæ, conſumtis igni tuis repagu-
lis. Obſidionalem aquam hauri
tibi, confirma tuas munitiones, *va-
de per lutum, intere argillam, tra-
cta figlinam, ibi te et ignis conſu-
met, et gladius perdet: te a tauro-
rum ſacrabeorum more conſumet.
Eſto tam copioſa, quam tauri ſca-
rubei, tam copioſa, quam locuſtæ
mercatores habens cæleſtibus ſtel- 16
lis numeroſiores: * explicabunt ſe
tauri ſcarabei, et auolabunt. Exi- 17
miis præſidibusque tuis accidet, vt
locuſtis locuſtariis, quæ degentes
in ſepibus, quum frigus eſt, orto
ſole, diſcedunt, ita vt, quo loco fue-
rint, non adpareat. b Dormiunt 18
tui paſtores, o Aſſyriæ rex: iacent
tui nobiles: palantur homines tui
per montes, nullo colligente. Non 19
languida eſt tua calamitas: crucia-
bile tuum vulnus eſt. Quicumque
de te audiunt, de te manus complo-
dunt: ad quem enim non peruenit
tuum adſiduum malum?

HABACVCVS.

CAPVT I.

Indolens vates quod non exaudiatur. Mortalium facinora, impunitas. Chaldæi excitandi in impios. Diſsimulans ad tempus Ioua.

Minax oraculum, quod edidit Habacucus vates.

QVOVSQVE Ioua, clamante me, non exaudies? me
apud te iniuſtitiam con-
querente, non ſuccurres?
Cur facis, vt iniquitatem
videam, c adſpicis facinora, per-
niciem et iniuſtitiam habeo in con-
ſpectu, vigentque lites ac certami-
na? Itaque ceſſat lex, nec finem
adipiſcitur ius, quoniam inſontem
circumuenit nocens, ideoque eſt
peruerſa iuriſdictio. Adſpicite
per gentes, et cernite admirabun-
di, quoniam fiet opus veſtro tem-
pore, quod vobis dictu videatur
incredibile. Nam ego Chaldæos
ſuſcitaturus ſum, acerbam feſti-
namque gentem, vadentem, quam
late terra patet, ad occupandas ha-
bitationes non ſuas. Ea horribilis 7
eſt, ac terribilis, * orto ex ipſa eius
iure ac dignitate: ſuntque et ti- 8
gribus velociores eius equi, et ve-
ſpertinis lupis acriores, et diffuſi
equites procul adueniunt, aduolan-
tes, vt ad vorandum properans
aquila. Vniuerſi ad ſæuiendum 9
veniunt, * d faciem habentes occur-
ſu ſimilem euro, captiuos e arena-
tim collecturi. Ipſe autem reges 10
tyrannosque deridet, habetque ludi-
brio: ipſe quamuis munitionem
ridet, et f humo congeſta capit. Sed 11
aliquando g ſpiritu gliſcens tranſibit
modum, committetque crimen,
ſuas illas vires Deo ſuo tribuens.
Nimirum tu antiquus es, Ioua mi 12
ſancte Deus, non moriemur: tu Io-
ua, eum pœnæ deſtinaſti: tu, o nu-
men, * eum ad puniendum fundaſti.
Qui purioribus es oculis, quam vt 13
ſcelus videas, nec adſpicere facinus
potes:

) diuinæ iræ poculo. a) vt conficiuntur et pereunt tauri ſcarabei. b) mortui ſunt. c) pateris. d) omnia aduentu ſuo perurentes. e) innumerabiles. f) cinctam aggere. g) ſuperbiens.

potes: cur, adſpiciens perfidioſos,
disſimulas, dum abſorbet impro-
14 bus meliorem ſe: facisque homi-
nes quaſi piſces aquatiles, quaſi do-
minantis expertes quadrupedes?
15 Ille omnes, hamo extractos, in ſu-
um euerriculum casſemque cogit,
congeritque, et idcirco geſtiens
16 lætatur. Itaque [h] euerriculo casſi-
que ſuo ſacrificat atque adolet,
quod per ea opimam conditionem,
17 pinguemque victum habeat. Ideo-
ne adſidue deplebit euerriculum ſu-
um, et gentes occidere non par-
cet?

CAPVT II.

Speculabundus in cuſtodia vates. Oraculum ſcribendum. Iuſtus fide viuens. Vini violentia, perniciesque. Vrbs conſtructa ſanguine. Cognoſcendus vbique Ioua. Inebrians gentes impius. nContra deaſtricolas. Stupendus gentibus Ioua.

1 IN cuſtodia mea ſtabam, meque
tenebam in propugnaculo ſpe-
culabundus, vt viderem, quid
mecum loqueretur meus caſtiga-
2 tor, et quid ei referrem, quum
quidem adfatus eſt me Ioua his
verbis: ſcribe oraculum, et in ta-
bulis ſic exprime, vt id vel curren-
3 tes legere posſint. Nam adhuc ad
tempus pertinet oraculum, idque
ille ad extremum effatur, neque
mentitur: ſi tardabit, id exſpecta-
4 to: veniet enim ſine dubio. Quum
autem pertinax non rectam men-
tem habeat, iuſtus fide ſua viuet.
5 Quin immo vinum fallit hominem
audacem, neque duraturum, qui
aperit tamquam orcus ſpiraculum
ſuum, et quaſi mors inſatiabilis,
gentes omnes et populos ad ſe cogit
6 atque colligit. Nimirum illi o-
mnes prouerbio de eo, obſcuro-
que vtentur dicterio, dicentes:
heu qui multa paras non tibi, [i] quo-
usque? et * contra teipſum magnam
7 vim crasſi cæni comparas. Sane
repente ſurgent expergeſientque,
qui te morſibus lanient, prædæque
habeant. Quoniam tu multas gen-
tes disſpolias, te diſpoliabunt omnes
populorum reliqui, ob humanum
ſanguinem, et adhibitam in terram
crudelitatem, in vrbem, et omnes
eius incolas. Heu qui malum lu-
crum facis domui tuæ, ponens in
ſublimi nidum tuum, vt malum e-
uadas. Conſulis domui tuæ turpi-
ter, tot conficiendo populos, cuius
rei tute pœnas dabis: nam * lapis
ex pariete occlamabit, eique ſucci-
net ex materiatura lacunar. Heu
qui vrbem ſanguine conſtruis, qui
ciuitatem iniquitate condis. Ni-
mirum ab armipotente Ioua fiet, vt
[k] igni laborent populi, et nationes in
casſum fatigentur. Replebitur
enim terra tanta cognitione gloriæ
Iouæ, quanta aqua tegit mare.
Heu qui alios potare facis, addito
furore tuo, ita vt inebrientur, quo
tu eorum verenda videas. Infa-
mia, quam gloria, ſaturior, tu quo-
que pota ac denudare: conuertetur
in te dexteræ Iouæ poculum, et in
gloriam tuam * vomitus infamis.
Nam te Libania crudelitas obruet,
territarumque belluarum pernicies
ob humanum ſanguinem et crude-
litatem adhibitam in terram, in vr-
bem et in omnes eius incolas.
Quid prodeſt ſculptum a formatore
ſuo ſimulacrum conflatum, falſus-
que doctor, vt fictili ſuo fidat fi-
ctor, mutos faciendo deaſtros?
Heu qui ligno ſtupidoque ſaxo iu-
bet, vt expergefiat ac excitetur, do-
cturum ſcilicet: quum ſit ipſum
auro argentoque obductum, nullo
ſpiritu præditum. At Ioua eſt in
ſacro delubro ſuo, toti terræ ſtu-
pendus.

CAPVT III.

Ad Iouam precatio Habacuci. Clementiam implorans vates. Ad gentes cædendas Io-

h) victoriam non tibi, ſed ſuis viribus acceptam fert. i) ſemperne fiet iſtud? k)
conſumentur quæ elaborant.

ua potens, ad Iacobeos etiam ſeruandos. In Ioua vera gaudia ſunt.

Habacuci vatis precatio ad defenſiones.

O Ioua, ego famam tuam audiens, reformido. O Ioua, tuum opus interea temporis excitato, interea temporis oſtendito, in atrocitate miſereri memento. Deo ſancto ex [a] Themane, ex monte Pharane veniente, Sela, obtegebat eius maieſtas cælos, eiusque laude replebatur terra. Tum fulgore coruſcanti habebat ad manum *m* cornua, vbi erat eius potentiæ latebra. Præcedebat eum peſtis prodeunte ad eius pedes lue. Stando terram metiebatur, adſpiciendo profligabat gentes, quum quidem montes disſilirent perennes, æterni colles ſubſiderent illius æternis inceſſibus. Subiecta pœnis vidimus tabernacula Chuſanis, perterrita vela terræ Madianitarum. Num in fluuios incanduit Ioua? num in fluuios ira iſta? num in mare ſæuitia fuit? vt tuis equitares in equis, adhibitis tuis victorioſis curribus? Exſertus eſt arcus tuus, vt tribubus iureiurando pronuntiatum fuerat, Sela, fluuiis terram ſulcaſti. Videntes te perculſi ſunt montes, prætereunte *c* aquæ gurgite, edente ſonitum vnda, tuis manibus alte ela-
tis. [d] Sol lunaque ſtetit in ſtatione 11
ſua, quum ad misſilium tuorum
lucem, ad fulgoris haſtæ tuæ ſplendorem
ambularetur. Tu terram 12
ſeuere peruaſiſti, gentes irate triturans.
Prodiiſti, ad conſeruan- 13
dum tuum populum, ad conſeruandos
tuos vnctos: trucidaſti
e caput impiæ domus, *f* ſubruto ad
collum vsque fundamento, Sela. Tu 14
g eius ipſius telis caput eius paganorum
transuerberaſti, ruentium ad
nos profligandos, eo ardore quaſi
ad inopes conficiendos occulte: in- 15
ceſſiſti per mare tuis equis, per tantam
aquarum molem. Quæ au- 16
dienti mihi trepidat pectus: ſtrepunt
ad hanc famam labia: labefactisque
membris, in meis veſtigiis
trepido, tamen quieturus aduerſo
tempore, quum *h* adſcendetur ad
populum, qui in eum facturus eſt
impresſionem. Nam neque ficus 17
germinabit, et vineæ erunt infructuoſæ:
fallet oliuæ prouentus, agrique
non ferent alimoniam: eripietur
ex caulis pecus, nec erunt in
ſtabulis boues. At ego per Iouam 18
lætabor, in meæ Deo ſalutis exſultans.
Ioua Dominus, meæ vires, 19
pedes mihi ceruinos efficiet, meque
per mea diriget faſtigia, ad præcinendum
meis fidibus.

SOPHONIAS.

CAPVT I.

Terræ ſolum cædendum. Viuentia perdenda, Iudæi interimendi, ſimulacra collidenda. In Molaris incolas. Anguſtiæ, angores in Hieroſolymam proximi.

Iouæ ſermo habitus ad Sophoniam 1
Chuſis filium, Godoliæ filii, Amariæ filii, Ezechiæ filii, tempore Ioſiæ, Amonis filii, Iudææ regis.

PERIMAM,

a) Seire. *b*) legem. vide Deut. 33. *c*) fontis ex petra excitati. *d*) Ioſuæ iusſu. *e*) Pharaonem. *f*) regno funditus euerſo. *g*) propter ipſum, qui tibi ſua culpa quaſi tela dederit impellendo ad paganorum eius militum pœnam. *h*) ibitur in captiuitatem ad Chaldæos, qui Iſraelitam inuaſuri ſunt.

2 PERIMAM, quidquid eſt in
terræ ſolo, inquit Ioua: per-
imam et homines et pecu-
3 des: perimam et aerias vo-
lucres et aquatiles piſces, nec
non impedimenta, hoc eſt, impios,
et homines ex terræ ſolo exſcin-
4 dam, inquit Ioua. Ac, extenta in
Iudæam, inque omnes Hieroſo-
lymitanos, manu, exſtirpabo ex
iſto loco baalenſes reliquias, vide-
licet flaminum ſimul et ſacerdotum
5 nomen: et qui in tectis cæleſtes
adorant copias, et qui Iouam ita
6 adorando iurant, vt per regem
quoque ſuum iurent: [i] et qui a Io-
ua defecerunt, quique Iouam non
7 curant, neque morantur. [k] Pax
aduentu Domini Iouæ: nam inſtat
Iouæ dies, adparat enim Ioua ſa-
crificium, indicit ſuis inuitatis,
8 in qua quidem Iouani ſacri-
ficii die animaduertam in princi-
pes regiosque filios, et in omnes
9 peregrina veſte veſtitos. Animad-
uertam et in omnes [l] limen transſi-
lientes illa die, qui dominorum
ſuorum domos iniuſtitia fraudibus-
10 que replent: eritque illa die, in-
quit Ioua, querula vox a porta pi-
ſcium, et eiulatio ab altera [m] parte,
11 ingensque clades a collibus. Eiu-
late [n] Molaris habitatores: quippe
deleto vniuerſo mercatorum gene-
re, excisisque omnibus pecunio-
12 ſis. Atque illo tempore rimabor
Hieroſolymam [o] lucernis, et in ho-
mines, [p] ſuis concretos fæcibus, a-
nimaduertam, qui cum animis ſuis
Iouam nec prodesſe nec obeſſe co-
13 gitant. Itaque cedent eorum opes
in rapinam, et domus in vaſtitatem:
quasque domos conſtruxerint, non
habitabunt: et quas panxerint vi-
neas, earum non bibent vinum.
14 Inſtat Iouæ dies magna, inſtat, et
valde properat, cuius Iouanæ die
vox eſt acerba, [q] clamante ibi milit
Dies eſt ſæuitiæ dies illa, anguſtia
angorisque dies, calamitatis et mi
ſeriæ dies, tenebrarum et caligini
dies, nubiloſa nebuloſaque dies
tubæ clangorisque dies, aduerſur
munitas vrbes, aduerſumque [r] pin
nas altas: adeoque homines an
gam, vt cæcorum more ambulent
quoniam in Iouam peccarunt: eo
rumque ſanguis, vt puluis, et caro
vt ſtercora, fundetur, nec eos ar
gentum aurumue ſuum poterit li
berare, ſæuiente Ioua: quin eiu
impetus igne conficietur tota regio
adeo incolas omnes et prorſus et ci
to delebit.

CAPVT II.

Ad mortales omnes cohortatio pia. In vrbe
Gazam, et Aſcalonem, Azotum, et Ac
caronem. In Palæſtinæ mercatores, Moabi
tas, Ammonitas, Aethiopes. Contra Aſſy
riam et Niniuen.

COite ac conuenite, gens ina
mabilis, antequam edatur e
dictum, in paleæ modun
prætereunte die, priusquam vo
inuadat ardens ira Iouæ, priusquan
vos inuadat irati dies Iouæ. Stu
dete Iouæ omnes orbis modeſti, qu
eius ſententiam exſequimini: ſtu
dete iuſtitiæ, ſtudete modeſtiæ, f
forte euadatis, iraſcente Ioua
nam et Gaza derelicta, et Aſcalon
vaſta futura eſt, Azotus in meridie
[s] abigetur, et Accaron ſuffodietur
Heu marini tractus incolæ, cere
thæa gens, vos petunt Iouæ verba
o Palæſtinæ terræ mercatores
quam ego ſic perdam, vt carea
incolis, eritque maritimus tractu
paſtoriciarum caularum manſio
nes, ouiumque conſepta, quas in
eo Iudæorum reliqui, eum tractum
haben

i) Et qui falſa docent, et qui docentur, et qui Baalem ſimul et Iouam, et qui neu-
trum colunt, ſunt puniendi. Vnus Ioua colendus. *k*) obſtupeſcatur. *l*) ali-
ena occupantes. *m*) ſcilicet vrbis. *n*) locus erat in vrbe, mercatu celebris. *o*)
acutisſime. *p*) in ſuis ſordibus demerſos. *q*) erit bellum. *r*) ſcilic. murorum
s) in captiuitatem.

habentes, paſcant, in aſcaloniis domibus veſpere ſtabulantes: quum eos Ioua ipſorum Deus, ſumto de eis ſupplicio, reuocauerit ex captiuitate. Audiui Moabitarum ignominiam, Ammonitarumque conuicia, quibus meos adfecerunt, et in eorum fines ſuperbierunt. Quamobrem ita viuam, inquit armipotens Ioua, Deus Iſraelitarum, vt Moabiti Sodomæ, et Ammonitæ Gomorræ ſimiles erunt, vrticeta, et ſalinæ, et vaſtitas æterna, a mei populi, gentiſque reliquiis et ſuperſtitibus, diripiendi ac obtinendi: id quod eis accidet ob ipſorum inſolentiam, qui in armipotentis Iouæ populum ignominioſe ſuperbierint. In eos erit Ioua terribilis, quippe qui omnes terræ deos oblitterabit, efficietque, vt ſe venerentur ſuo quique loco, omnes gentium inſulares. Vos quoque Aethiopes eritis eius enſe cæſi, extenſaque in ſeptemtriones manu, perdet Aſsyriam, et Niniuen in incultam deſertamque vaſtitatem rediget, ita vt in ea cubent omnia gentium animalia, et onocrotali et erinacei in eius tholis degant, reſonante per feneſtras coruorum voce, qui erunt in limine, quippe detecta *t* cedro. Ergone laſciua illa vrbs, ſecura degens, quæ cum animo ſuo dicebat, ſe eam eſſe, præter quam nulla foret, in vaſtitatem redacta eſt? ſtabulum ferarum? ita vt, quisquis eam præterit, mota manu ſibilet.

CAPVT III.

In vrbem diram et contumacem vaticinium. In principes populi. Gentes perdendæ. Ioua per omnem terram colendus. Ad Sionem conſolandum Iouana dicta, potentia, ſtudium, cura, benignitas.

HEu contumacem ac contaminatam vrbem diram, quæ dicto audiens non eſt, diſciplinam non admittit, Iouæ non
confidit, ad Deum ſuum non accedit. Caius principes in ea ſunt ru- 3
gientes leones: iudices lupi veſpertini, *u* non ad poſterum diem exosſantes, vates temerarii, homines 4
perfidi, ſacerdotes ſacrum profanant, legem violant. Ioua qui- 5
dem in ea iuſtus eſt, nihil iniquum
facit: per dies ſingulos rationem
ſuam in lucem proferre non intermittit: ſed neſciunt iniqui pudorem.
Euerteram gentes, vaſtatis earum 6
x pinnis, earum vicos deſolaueram,
ita vt ibi nemo verſaretur, ita captis earum vrbibus, vt nemo esſet
incola. Cogitabam fore, vt ea cer- 7
te metuens me admitteret diſciplinam, atque ita fieret, vt non excideretur eius manſio, me in eam
tam multa animaduertente: illi vero ſuos omnes mores corrumpere
maturant: quamobrem exſpe- 8
ctate me, inquit Ioua, ad diem,
quo tandem ſurgam. Nam mea ſententia eſt colligere gentes, regna
congregare, et in ea ſæuitiam meam et omnem iræ ardorem effundere, ſiquidem mei impetus igne conſumetur tota terra. Tunc enim 9
reſtituam populis purum *y* labium,
vt vniuerſi Iouæ nomen inuocent, ei
ſeruientes vno *z* humero. Trans 10
Aethiopiæ fluuios erunt, qui me orent, Phuſæa *a* puella mihi fertum
adferet. Eo tempore non te pude- 11
bit tuorum tot facinorum, quibus
in me peccaueris: tunc enim ex te
remouebo *b* tui faſtus proteruos, vt
deinceps amplius non inſoleſcas in
meo ſacro monte: et in te humi 12
lem tenuemque populum relinquam, qui Iouæ nomini confidant.
Iſraelitarum reliqui non inique fa- 13
cient, neque falſa loquentur: nec
inuenietur in eorum ore lingua
fraudulenta: verum paſcent cubabuntque, nullo exterrente. Tri- 14
umpha, puella Sion: exclamate-

t) cedrinis ædificiis. *u*) nihil prædæ relinquentes, hoc eſt, voraces. *x*) muris. *y*) orationem. *z*) conſenſu. *a*) gens. *b*) tuos, quæ faſtuoſa es.

Israelitæ: gaude et geſti toto corde,
15 puella Hieroſolyma. Sustulit Ioua
tuas pœnas, tuos hoſtes depulit:
Israelitarum rex Ioua verſatur in
16 te, ne deinceps malum timeas. Illo
tempore dicetur Hieroſolymæ: ne
metue, Sion,ne committe, vt tibi
17 manus remolleſcant. Ioua Deus
tuus in te verſatur, fortis, ſeruaturus, qui, de te gaudio geſtiens,
adquieſcet in amore *c* ſuo, de te cum
18 ouatu exſultans. Remotos a cœtu
colligam,qui ex te *d* erunt: o oneri
ſubiecta dedecoris. Equidem
mnes, qui te adflixerint, illo te
pore conficiam, et claudas conſ
uabo, et disiectas recolligam, e
que laudem ac nomen conciliab
vbicumque terrarum erubueri
Nam quo tempore adducam vo
quo tempore colligam vos, nom
vobis laudemque conciliabo ap
omnes orbis terræ populos, red
cens veſtros captiuos, ſpectan
bus vobis, inquit Ioua.

HAGGAEVS.

CAPVT I.

Dario regnante Haggæus vaticinatus. Ad Iudææ prætorem vates. Fani inſtaurationem populus negligens. Calamitates impiorum a Ioua. Populus ad Iouam rediens, dictoque vatis audiens.

1 ANNO Darii regis ſecundo, prima die ſexti menſis,
habitus eſtIouæ ſermo per
Haggæum vatem adZorobabelemSalathielis filium,
Iudææ prætorem, et ad Ioſuam Ioſedeci filium, pontificem maximum
2 his verbis. Sic dicit armipotens
Ioua: negat iſte populus, venisſe tempus conſtruendæ ædis Io-
3 uæ. Ergo Ioua Haggæi vatis ope-
4 ra ſic verba facit. Ergo ne vos
tempus habetis habitandi in veſtris
laqueatis ædibus? et iſta ædes erit
5 deſerta? Hanc ob rem ſic dicit ar-
6 mipotens Ioua. Aduertite animum ad rationes veſtras: multum
ſeminat s,et parum colligitis: comesſe, neque ſatiari: bibere, neque
ſitim exſtinguere; veſtiri, neque
caleſcere: et qui facit quæſtum, fa-
7 cit in loculos pertuſos. Sic dicit
armipotens Ioua: aduertite ani-
8 mum ad rationes veſtras. Adſcendite in montem, et aduehite lign
ædemque conſtruite, et eo delect
bor ac honorabor, ait Ioua. Sp
ctatur ad multum, et eſt parun
importatis domum, et ego id difflo
quamobrem? inquit armipoter
Ioua. Ob ædem meam,quæ deſer
ta eſt, quum vos ad ſuas quisqu
ædes curratis. Itaque vobis et ca
lum rorem, et terra prouentur
ſuum negat, inuexique ſiccita
tem in terram, et in montes, et i
frumentum, et in muſtum, et i
oleum, et in ea, quæ procreat tellus
et in homines, et in pecora, et i
omnem manuum laborem. Igitu
obtemperarunt Zorobabel Salathielis, et Ioſua Ioſedeci filius, pontifex maximus, omnisque reliquus
populus, Iouæ Dei ſui mandato, et
verbis Haggæi vatis, quem Ioua
eorum Deus miſisſet, veritique
ſunt homines Iouam. Et Haggæus
Iouæ nuntius, vt ferebat Iouæ
mandatum, ſic populum adlocutus
eſt: ego vobis adſum, inquit Ioua.
Igitur excitauit Ioua mentem Zorobabelis Salathielis filii, Iudææ prætoris, et Ioſuæ Ioſedeci filii pontificis

c) ergat. d) tuis.

ficis maximi, reliquique totius po-
puli, ita vt irent ad opus faciendum
in æde armipotentis Iouæ Dei ſui,
die viceſimo quarto ſexti menſis,
anno Darii regis ſecundo.

CAPVT II.

Secundo vatem adlocutus Deus. Ad prætorem Haggæus pro fano reficiendo. Splendor fano comparandus, et celebritas. Tertio vatem adloquens Ioua. Ad ſacerdotes Haggæus. Fecunditas agris danda. Quartus ad Haggæum Iouæ ſermo. Motus in populis futuri. Zorobabelis cum Deo gratia.

VIceſima prima menſis ſeptimi
locutus eſt Ioua per Haggæ-
um vatem his verbis: adlo-
quere Zorobabelem Salathielis fi-
lium, Iudææ prætorem, et Ioſu-
am Ioſedeci filium pontificem, re-
liquumque populum in hæc verba.
Qui veſtrum ſuperſtites viderunt
ædem iſtam in ſua gloria priſtina,
quum eam nunc videtis, nonne vo-
bis videtur eſſe nihil? Atqui fortis
eſto, o Zorobabel, inquit Ioua:
fortis eſto, o Ioſua Ioſedeci fili, ma-
xime pontifex: fortis eſto omnis re-
gionis populus, inquit Ioua, et a-
gite: nam ego vobis adſum, in-
quit armipotens Ioua, quemadmo-
dum vobiſcum pactus ſum, quum
ex Aegypto migraſſetis, manetque
inter vos meus ſpiritus: ne metui-
te. Sic enim dicit armipotens Io-
ua: propediem erit, quum ego cæ-
lum, terram, mare, ſiccumque
commouebo, cunctasque gentes
commouebo, ita vt auide veniant
gentes omnes, iſtamque ædem re-
plebo gloria, dicit armipotens Io-
ua. Meum eſt argentum, meum
eſt et aurum, inquit armipotens
Ioua. Maior erit iſtius poſterioris
ædis gloria, quam prioris, dicit
armipotens Ioua, et in loco iſto da-
bo pacem, inquit armipotens Ioua.
Viceſima quarta noni menſis, an-
no Darii ſecundo, Ioua cum Hag-
gæo vate verba fecit in hunc mo-
dum. Sic dicit armipotens Io- 11
ua: interroga de lege ſacerdo-
tes, ſi quis carnem ſacram in 12
veſtis ſuæ gremio tulerit, et tan-
gat gremio ſuo panem, aut pul-
mentum, aut vinum, aut oleum,
aut quemuis cibum, an id conſe-
cretur? non conſecratur, inquiunt
reſpondentes ſacerdotes. Et Hag- 13
gæus: quid ſi exſequiis pollutus
quiduis iſtorum tetigerit, idne pol-
luetur? polluetur, inquiunt reſpon-
dentes ſacerdotes. Tum Haggæus: 14
eadem eſt mihi iſtius populi, eadem
gentis ratio, inquit Ioua: eadem et
omnium eorum operum ratio, vt
quod accedunt, id impurum ſit.
Quamobrem animaduertite ab ho- 15
dierno die ſuperius tempus, quum
nondum lapis lapidi impoſitus eſ-
ſet in Iouæ cella, quum quidem 16
ita ſe res haberet, vt quum tam-
quam ad vicenarium aceruum ve-
niretur, eſſet denarius: quum
in torcular ad hauriendas quinqua-
ginta amphoras veniretur, eſſent
viginti: quum ego vos, hoc eſt, 17
omnia manuum veſtrarum opera,
ardore, rubigine, grandine pete-
rem, nec ad me vos conuerteretis,
inquit Ioua. Animaduertite ſupra 18
hodiernum diem, hoc eſt, animad-
uertite a viceſimo quarto die men-
ſis noni, quo die fundata eſt Iouæ
cella, quum ſcilicet adhuc ſunt in 19
vaginis ſemina, nec dum vites, aut
ficus, aut punicæ, aut olíueta tu-
lerunt, ab hoc die fecunditatem
dabo. Item Haggæum denuo ad- 20
locutus eſt Ioua, die menſis viceſi-
ma quarta, his verbis: adloque- 21
re Zorobabelem, Iudææ præto-
rem, in hunc modum. Ego cæ-
lum terramque commouebo. Et 22
regnorum ſolium euertam, per-
damque extraneorum regnorum
robur et quadrigas, et earum ve-
ctores euertam, faciamque, vt ca-
dant et equi et equites, alii aliorum
gladiis. Eo tempore, inquit ar- 23
mipotens Ioua, adſciſcam te, mi

Zorobabel, Salathielis fili, inquit Ioua, et [e] pro annulo habebo: quoniam te delegi, inquit armipotens Ioua.

ZACHARIAS.

CAPVT I.

Regnante Dario Zacharias vaticinatus: ſæuus in maiores Ioua. Ad pietatem inuitans Deus. Vatem ſecundo adlocutus Deus. Spectrum eques inſidens rubro equo. Ad vatem angelus. Magnum in Iudæos Dei ſtudium.

1 MENSE octauo, anno Da-
rii ſecundo, verba fecit
Ioua cum Zacharia Bara-
chiæ filio, Addonis ne-
pote, vate, hunc in mo-
2 dum. Sæuitia vſus eſt in patres
3 veſtros Ioua. Dices autem eis: ſic
dicit armipotens Ioua. Redite ad
me, inquit armipotens Ioua: et red-
ibo ad vos, inquit armipotens Io-
4 ua. Nolite veſtros maiores imi-
tari, ad quos quum proclamarent
ſuperiores vates iuſſu armipotentis
Iouæ, vt a ſuis malis moribus et in-
geniis recederent, non obtempe-
rarunt, nec attenderunt me, in-
5 quit Ioua. Veſtri patres vbi ſunt?
6 et vates num perpetuo viuunt? At
vero mea dicta ac decreta, quæ
ſeruis meis vatibus mandaueram,
nonne patribus veſtris contigerunt,
ita vt verſi confeſſi ſint, quemad-
modum decreuerat armipotens Io-
ua eos pro ipſorum moribus ac in-
geniis tractare, ita cum ipſis egiſſe?
7 Die viceſima quarta menſis vndeci-
mi, hoc eſt, menſis Sabat, anno
Darii ſecundo, adlocutus eſt Ioua
Zachariam Barachiæ filium, Ad-
donis nepotem, vatem, in hunc
8 modum. Conſpiciebam noctu
hominem rubro equo inſidentem,
eumque ſtantem inter myrtos, quæ

erant in profundo, poſt quem erant equi rubri, varii, et albi: et, qui ſunt iſti, Domine? dixi: tum angelus, qui mecum loquebatur, ita dixit: ego tibi oſtendam, qui ſint iſti: reſponditque homo, qui ſtabat inter myrtos, his verbis: hi ſunt, quos miſit Ioua ad peragrandam terram. Atque illi Iouæ angelum inter myrtos ſtantem ſic adlocuti ſunt: peragrauimus terram: eſt autem tota terra in tranquillo ſtatu. Et Iouæ angelus huiusmodi verba fecit: armipotens Ioua, quousque Hieroſolymæ vrbiumque Iudææ non miſereris tu, qui eis iraſceris annos iam ſeptuaginta? At Ioua angelo mecum loquenti reſpondit mitibus verbis ac conſolatoriis. Et angelus, qui mecum loquebatur, ſic mihi dixit: proclama his verbis. Sic dicit armipotens Ioua: magno ſtudio Hieroſolymam Sionemque proſequor, et idem magnopere [f] quietis gentibus iraſcor, quæ, quum ego leuiter [g] iraſcerer, [h] adiuuere malum. Quamobrem ſic dicit Ioua: reconciliatus ſum Hieroſolymæ clementer: ædes mea ædificabitur in ea, inquit armipotens Ioua, et regula in Hieroſolymam extendetur. Item proclama dicens: ſic dicit armipotens Ioua. Futurum eſt, vt diffluant vrbes meæ præ bonorum copia, et conſoletur Ioua Sionem, et eligat Hieroſolymam. Quum autem ſublatis oculis animaduertiſſem quatuor cornua, dixi angelo, qui mecum

e) cariſſimum et coniunctiſſimum. f) bello carentibus. g) ſcilicet Iſraelitis. h) grauius eos preſſerunt, quam ferebat ira mea.

mecum loquebatur: quænam
ſunt iſta? et ille: ea ſunt cor-
nua, inquit mihi, quæ Iudæam,
Iſraelitidem et Hieroſolymam diſ-
ſiparunt. Quumque mihi oſten-
diſſet Ioua quatuor fabros, dixi:
quid iſti factum veniunt? et ille:
hæc ſunt, inquit, cornua, quæ
diſſipauere Iudæos, adeo vt nemo
caput attolleret. Venerunt autem
hi ad exterrendos illos, ad deiici-
enda cornua gentium, quæ cornu
extulerunt in Iudæam terram, eius
diſſipandæ gratia.

CAPVT II.

Vir cum amuſſi. Dimenſa Hieroſolymæ mœnia. Puellæ Sionis exſultatio proxima. Iudæa Iouæ pondus.

ITem, ſublatis oculis, animad-
uerti hominem, qui in manu ha-
bebat amuſſim, et: quo vadis?
inquam. Et ille: metatum Hiero-
ſolymam, inquit mihi, vt videam,
quantæ ſit latitudinis, quantæque
longitudinis: et ecce angelus, qui
mecum loquebatur, exiit, eique
obuiam egreſſus alter angelus, di-
xit: curre, loquere cum iuuene
iſto his verbis: ſine muris habita-
bitur Hieroſolyma, præ hominum
pecorumque multitudine, quæ e-
runt in ea: atque ego ei ero, (in-
quit Ioua,) murus igneus per circui-
tum, eroque in ea gloriæ. Heus,
heus profugite ex ſeptemtrionali
terra, inquit Ioua: nam per qua-
tuor cæli regiones ego diſperſi vos,
inquit Ioua. Heus Sion, euade
puellæ Babylonis habitatrix. Sic
enim dicit armipotens Ioua: *i* ſecta-
tum gloriam miſit me ad gentes,
quæ vos diſſpoliarunt: nam qui vos
tangit, eius oculi pupillam tangit.
Siquidem ego in eos manum meam
vibrabo, ita vt ſuis ſeruis prædæ
ſint, ſcietisque, me ab armipotente
Ioua eſſe miſſum. Oua et gaude
puella Sion: nam ego veniam, et in
te habitabo, inquit Ioua: iungen- 11
turque crebræ gentes cum Ioua ea
die, et mihi populus erunt in te ha-
bitanti, ſciesque, me ab armipo-
tente Ioua ad te eſſe miſſum, et 12
obtinebit Ioua Iudæam, fundum
ſuum in terra ſancta, et eliget ali-
quando Hieroſolymam. Contice- 13
ſcant mortales omnes aduentu Io-
uæ: excitur enim ex ſuo ſacro do-
micilio.

CAPVT III.

Ioſua ſacerdos, et contra hunc ſatan. Ad ſatanem Ioua. Sordidæ ſacerdotis veſtes. Splendidus rurſus veſtitus. Lapis cum ſeptem oculis.

OStendit autem mihi Ioſuam 1
pontificem maximum, ſtan-
tem ante Iouæ angelum, ad-
ſtante ei ad dexteram Satane, vt ei
aduerſaretur. Et Ioua Satani dixit: 2
coercebit te Ioua, Satan: coercebit
te Ioua, qui Hieroſolymam elegit:
nimirum iſte eſt torris, ereptus ex
incendio. Quum eſſet autem Io- 3
ſua ſordidis veſtibus indutus, et
ſtaret coram angelo: ille eos, qui 4
coram ſe ſtabant, huiusmodi ver-
bis adlocutus eſt: detrahite ei ſor-
dida veſtimenta: en, (inquit ei,) au-
fero a te tuam culpam, teque ſplen-
dide induo: imponatur eius ca- 5
piti pura infula, inquit. Itaque pu-
ram infulam eius capiti impoſue-
runt, eumque veſtibus induerunt,
adſtante Iouæ angelo, qui Iouæ 6
angelus Ioſuam huiusmodi verbis
admonuit: ſic dicit armipotens 7
Ioua: ſi meis viis iueris, ſique me-
am diſciplinam conſeruaueris, tu
quoque et ædem meam reges, et
atria mea cuſtodies, tibique aditus
dabo inter hos adſtantes. Audi 8
ſane, Ioſua maxime pontifex, tu
neceſſariique tui, qui apud te de-
gunt, qui quidem homines ſint
k portentoſi. Nam ego adducturus 9
ſum ſeruum meum Germen. Et-

i) ad pariendam gloriam in eis puniendis. Loquitur autem Chriſtus. *k*) qui aliquid portendant.

enim, quem lapidem Ioſuæ propo-
ſui, in quo vno lapide ſeptem ſunt
oculi, eum ego ſculptura ſua ſcul-
pam, inquit armipotens Ioua, et eius
10 terræ crimen vna die delebo. Illa
die, (inquit armipotens Ioua,) voca-
bitis alius alium ſubter vitem, ſub-
terque ficum.

CAPVT IIII.

Excitatus ab angelo vates. Candelabri aurei viſum cum lucernis, infundibulis, oleis. Fanum abſoluturus Zorobabel.

1 RVrſum angelus, qui mecum
loquebatur, excitauit me,
perinde ac ſi quis ex ſomno
2 excitetur, et, quid tu vides? in-
quit mihi. Cui ego: video, in-
quam, candelabrum totum aure-
um, cuius in capite eſt lenticula, et
ſuper id ſeptem eius lucernæ: et ad
ſeptem impoſitas eius capiti lucer-
3 nas, ſeptem infundibula: tum apud
id oleæ duæ, altera ad lenticulæ dex-
4 teram, altera ad ſiniſtram. At-
que ego angelum, qui me adloque-
batur, interrogaui: quæ ſunt iſta,
5 Domine? Et angelus mihi ita re-
ſpondit: an neſcis, quid hæc ſint?
neſcio, inquam ego, Domine.
6 Tum ille mihi ſic reſpondit: hoc
eſt Iouæ mandatum ad Zorobabe-
lem his verbis: non potentia, ne-
que viribus, ſed ſpiritu meo, in-
7 quit armipotens Ioua: qui mons
es ingens ante Zorobabelem, com-
planaberis, educetque lapidem pri-
marium, qui gratiam, gratiam
8 habere clamitabitur. Item me Ioua
9 ſic adlocutus eſt: Zorobabelis
manus ædem iſtam fundauerunt,
et eiuſdem manus abſoluent, ſcies-
que, me ab armipotente Ioua ad vos
10 eſſe miſſum. Nam qui paruam
diem contemnunt, gaudebunt, vi-
debuntque ſtanneum lapidem in
Zorobabelis manu, qui ſeptem ſunt
oculi Iouæ, qui totam terram per-
11 luſtrant. Et ego eum adloquens:
quæ ſunt iſtæ duæ oleæ, inquam,
ad dextram ſiniſtramque candela-
bri? Iterumque eum interro-
gans: quæ ſunt, inquam, duæ o-
learum ſpicæ: quæ ſunt in manu
duorum aureorum roſtrorum, ef-
fundentes ex ſeipſis aurum? Et il-
le mihi: an neſcis, inquit, quid hæ
ſint? Neſcio, inquam, Domine.
Hi ſunt, inquit, duo olei filii, ſtan-
tes apud totius terræ Dominum.

CAPVT V.

Voluminis volantis viſum. In terram diritas impendens. Extens epha. Inſidens mulier in epha. Geminæ mulieres cum vento in alis.

EGo, iterum ſublatis oculis, ad-
ſpexi volumen volans. At-
que ille: quid vides? inquit
mihi. Video, inquam, volumen
volans, longitudinis viginti cubito-
rum, latitudinis decem. Et ille: hæc
eſt, inquit mihi, diritas in omne
terræ ſolum prodiens. *l* Nam hinc
omnis fur, ſicut ea abſoluetur: hinc
omnis periurus, ſicut ea abſoluetur.
m Eam ego eduxi, inquit armipotens
Ioua, eaque adgreſſa furis, et per
meum nomen peierantis, domum,
deget in eius domo, eamque et eius
ligna ſaxaque conficiet. Tum e-
greſſus angelus, qui mecum loque-
batur, ſic mihi dixit: attolle ocu-
los, et adſpice, quid hoc ſit, quod
exit. Quid eſt? inquam. Epha eſt,
inquit, quæ exit. Eſt autem, in-
quit, hæc eorum ſpecies in tota ter-
ra. Ecce autem plumbea maſſa
tollebatur, quæ erat quædam mu-
lier in media epha ſedens. Hæc
eſt impietas, inquit ille, eamque
coniecit in mediam epham, et in e-
ius os lapidem plumbeum coniecit.
Tum ego, ſublatis oculis, conſpexi
mulieres duas exeuntes, ventum ha-
bentes in alis, quas alas habebant
ſimiles alarum ciconiæ, quæ e-
pham inter terram cælumque tol-
lebant. Et ego angelo, qui me-
cum

l) hunc locum verti, vt potui, non enim intelligo. *m*) diritatem.

cum loquebatur, ita dixi: quo a-
gunt hæ epham? Et ille mihi: ad
conſtruendam ei domum, inquit,
in terra ſenaaria: vbi figatur, et in
baſi ſua collocetur.

CAPVT VI.

Quadrigæ quatuor vati viſæ. Montes ænei. Rubri equi, nigri alii, albi, maculoſi. Ad Zachariam Deus. Vir nomine Germen.

ITem, ſublatis oculis, adſpexi
quatuor quadrigas exeuntes inter
duos montes, qui montes erant
ænei. In prima quadriga erant e-
qui rubri: in ſecunda nigri: in
tertia albi: in quarta maculoſi, ii-
que validi. Tum ego colloquen-
tem mecum angelum interrogans:
qui ſunt hi, Domine? inquam.
Hi ſunt quatuor cæli venti, (inquit
mihi reſpondens angelus,) digredi-
entes a totius terræ domino, cui
adſtabant. Quæ nigros habet e-
quos, ii in ſeptemtrionalem ter-
ram proficiſcuntur, albis poſt eos
proficiſcentibus. Maculoſi profici-
ſcuntur in meridionalem terram.
Proficiſcentibus autem validis, et
terram perambulare conantibus:
dixit: ite, perambulate terram.
Quumque [n] illæ terram perambulaſ-
ſent, ille me vocauit, et adlocutus
eſt ita: en, qui in ſeptemtriona-
lem terram profecti ſunt, [o] mentem
meam in terra ſeptemtrionali re-
creauerunt. Item me Ioua ſic ad-
locutus eſt: adſumito ex exſuli-
bus, ex Holdaianis, Tobianis, et
Idaianis, qui ex Babylonia vene-
runt: tum ito tu domum Ioſiæ, So-
phoniæ filii, ſumtoque argento
atque auro, facito coronas, et im-
ponito capiti Ioſuæ, Ioſedeci filii,
pontificis maximi, eique ita dicito:
ſic dicit armipotens Ioua: vir erit
nomine Germen, ſub quo germina-
bit, qui Iouæ fanum conſtruet.
Idem et Iouæ fanum conſtruet, et
auctoritatem obtinebit, ſedensque
dominabitur in ſolio ſuo, et erit in
ſolio ſuo ſacerdos, eritque pacis
conſilium inter vtrumque: et co- 14
ronas habebunt Helemus, Tobias,
Idaias, et Hen, Sophoniæ filius, ad
monumentum in Iouæ fano, et 15
longinqui venient, qui in Iouæ fano
ædificent. ſcietisque, me ab armipo-
tente Ioua ad vos esſe misſum, id-
que, ſi Iouæ Deo veſtro fueritis di-
cto audientes.

CAPVT VII.

Iouæ ſermo ad Zachariam. Ad Iouam viri miſſi. Proferenda per vatem populo, et ſacerdotibus. Non grata Iouæ ieiunia, lacrimæque improborum. Quæ ſint accepta Deo in mortalium vita. Pertinacem reſpuens Deus. Diſſipanda gens contumax, et ager eius vaſtandus.

ANno autem Darii regis quar- 1
to, habitus eſt a Ioua ſermo
ad Zachariam, quarta men-
ſis noni, hoc eſt Casleu, quum 2
quidem ad Bethel miſit Saraſar, et
Rogommelechus, eiusque homines,
rogatum Iouam, et interrogatum 3
ædis Iouæ armipotentis ſacerdotes
atque vates, in hunc modum. Plo-
rabimus ne menſe quinto deuoti,
quemadmodum fecimus hosce ali-
quot annos? Tum mecum armi- 4
potens Ioua huiusmodi verbis egit.
Hæc cuncto terræ populo et ſa- 5
cerdotibus dicito. Quod ieiunaſtis
ac planxiſtis quinto ſeptimoque
menſe, ac per hos ſeptuaginta an-
nos, mihi ne ieiunaſtis? Aut ſi 6
comeditis bibitisue, nonne vobis-
met et comeditis et bibitis? Nimi- 7
rum ita eſt, quemadmodum verbis
proclamauit Ioua per priſcos vates,
quum et Hieroſolyma incoleretur
ac felix esſet, et eius finitima oppi-
da, auſtraliaque et demisſa loca ha-
bitarentur. Sic dicit armipotens 8
Ioua, inquit Zachariam adloquens
Ioua. Verum iudicium iudicate, 9
et clementia ac humanitate inuicem
vtimini: et viduis, pupillis, 10

n) quadrigæ. o) mandata mea exſecuti ſunt.

peregrinis, humilibus iniuriam ne
facite, neue malum alii in alios ani-
11 mis excogitate. Sed renuerunt
attendere, et humeros detrectan-
tes præbuerunt, et aures ſuas, ne
12 audirent, obfirmarunt: et corda
ſua præſtiterunt adamantina, ne le-
gem audirent, et verba, quæ ſigni-
ficabat armipotens Ioua ſpiritu ſuo,
opera priſcorum vatum. Inde orta
eſt tanta ab armipotente Ioua ſæui-
13 tia. Itaque quemadmodum ipſi
clamantem non audiuerunt, ſic ego
clamantes non audiam, inquit ar-
14 mipotens Ioua: eosque in omnes
ignotas ſibi gentes diſiiciam, terra
poſt eos deſerta, nullo in ea obuer-
ſante: redigeturque tam elegans
terra in vaſtitatem.

CAPVT VIII.

Sioni apud Iouam futura gratia. Vndique pii cogendi ad pacem. Reconciliatus Iudæis Deus. Qui piorum ſint mores, veritatis, inquam, recti iudicii.

1 TVm verba fecit armipotens
2 Ioua in hunc modum: ſic
dicit armipotens Ioua: qui
Sionem magno impetu, magno ar-
3 dore inſectatus ſum, idem, inquit
Ioua, Sioni reconciliatus, habita-
bo in media Hieroſolyma: vocabi-
turque Hieroſolyma vrbs veritatis:
et mons armipotentis Iouæ, mons
4 ſacer. Sic dicit armipotens Ioua:
aliquando manebunt ſenes et anus
in Hieroſolymæ vicis, et homines,
qui baculos in manu habeant præ
5 æui longitudine: vrbisque vici
pueris ac puellis replebuntur, vica-
6 tim ludentibus. Sic dicit armipo-
tens Ioua: ſi reliquiis huius populi
videbitur arduum, illo tempore,
etiam mihi videbitur arduum, in-
7 quit armipotens Ioua. Sic dicit ar-
mipotens Ioua: ego meos ab ori-
entis et ab occaſus ſolis terra ſerua-
8 bo, et Hieroſolymam habitatum
ducam, et ipſi mihi populus, et ego
eis ero Deus, veritate ac iuſtitia.
Sic dicit armipotens Ioua: habeto- 9
te fortes manus, qui audietis illo
tempore hæc ore vatum dicta, qui
fuerint tum, quum iacta fuerint æ-
dis armipotentis Iouæ fundamenta,
delubri conſtruendi gratia. Nam 10
ante tempus illud et homines et iu-
menta mercede caruerint, nec exe-
untes aut intrantes pacem habue-
rint, propter res aduerſas, me ho-
mines omnes inter ſeſe committen-
te. At nunc non ego, vt priſcis 11
temporibus cum huius populi reli-
quiis agam, inquit armipotens Io-
ua. Nam ſemen pacis erit, ſuum- 12
que et vitis fructum, et terra fru-
ges, et cælum rorem dabit, atque
hæc omnia reliquiis huius populi
dabo poſſidenda. Ac quemadmo- 13
dum infelices fueritis apud gentes,
Iudæ et Iſraelis poſteri: ſic vos ita
ſeruabo, vt ſitis fortunati. Ne me-
tuite: habete fortes manus. Ete- 14
nim ſic dicit armipotens Ioua:
quemadmodum vobis malefacere
ſtatui, quum mihi mouisſent iram
maiores veſtri, dicit armipotens
Ioua, neque me continui: ſic re- 15
conciliatus, ſtatui, temporibus illis
benefacere Hieroſolymæ ac Iudææ:
ne metuite. Hæc ſunt, quæ facie- 16
tis: alius alii vera dicite, verum
amicumque iudicium veſtris in cu-
riis iudicate, ne alter alterius ma- 17
lum animis excogitate, neue periu-
rium amate: ſunt enim iſta omnia
inuiſa mihi, inquit Ioua. Item me- 18
cum Ioua locutus eſt his verbis:
ſic dicit armipotens Ioua: *p* quarti 19
menſis ieiunium, et quinti, et *q* ſepti-
mi, et *r* decimi vertentur iudaico ge-
neri in voluptatem atque gaudium,
inque lætas ſolemnitates: verum
autem et pacem amate. Sic dicit 20
armipotens Ioua: aliquando ven-
turi ſunt populi, vrbiumque mul-
tarum incolæ: iique incolæ alius
alium conuenient huiusmodi ver- 21
bis;

p) capta eſt vrbs. *q*) Godolias necatus, *r*) vrbis excidium Babylone nuntiatum eſt.

bis: conferamus; nos ad Iouam orandum, quærendumque armipotentem Iouam: vadam ego quoque. Itaque Hieroſolymam venient frequentes populi, numeroſæque gentes, quæſitum armipotentem Iouam, et præſentem Iouam oratum. Sic dicit armipotens Ioua. Illa tempeſtate futurum eſt, vt prehendant deni homines ex omnium linguarum gentibus, prehendant, inquam, hominis Iudæi gremium, dicentes: comitabimur vos, audimus enim, vobis adesſe Deum.

CAPVT IX.

In Hadraci terram oraculum infauſtum. In Tyrum opulentam, in Palæſtinos inſolentes. Futura Sionis gaudia. Ephraimitarum victus.

Minax oraculum Iouæ in Hadraci terram, s cuius requies eſt Damaſcus, nam Iouæ eſt, etiam ceteros omnes homines, non ſolum israeliticas tribus adſpicere,) in t cuius finibus etiam Hematha eſt, Tyrus, et Sidon, quæ eſt adeo ſapiens: Tyrus, quæ ſibi munitionem conſtruxit, quæ argentum aurumque tantum congesſit, quantum pulueris eſt et luti in vicis. Eam occupaturus eſt Dominus, eiusque copias cæſurus in mari, ea igni conſumenda. Quo viſo, timebit Aſcalon, et Gaza magnopere cruciabitur, id quod conſpicatam pudebit Accaronem: peribitque Gazæ rex, et Aſcalon erit inculta: incolentque Azotum ſpurii: et Palæſtinorum ſuperbiam euertam, eisque eorum ſanguinem et ſordes ex ore inter dentes auferam, ita vt reſtent et ipſi Deo noſtro, ſintque tamquam præfectura in Iudæa, et Accaronenſes, vt Iebuſæi. Adhibebo autem meæ domui monumentum, ne quis penetret aut redeat, nec ad eos penetrabunt amplius exactores: quippe me tum demum u hisce
oculis intuente. Exſulta vehe- 9
menter, puella Sion: exclama læte,
puella Hieroſolyma: ecce tibi venit rex tuus, qui iuſtus et victorioſus eſt, humilis, equitans in aſino,
et pullo aſina nato. Itaque exter- 10
minabo ex Ephraimitis quadrigas,
et ex Hieroſolymis equos: ac, exterminatis bellicis arcubus, pronuntiabit pacem gentibus, et ab altero mari ad alterum, a flumine ad
extrema terræ imperium habebit.
Etiam vinctos tuos per ſanguinem 11
x tui fœderis emittam ex fouea, in
qua non eſt aqua. Conuertite vos 12
ad munitionem, vincti y ſpei; etiam
hodie nuntio, me tibi duplum esſe
ſoluturum. Intendam enim mihi 13
Iudæam pro arcu, vtar Ephraimitis, et tuos excibo natus, Sion, in
tuos natos, Græcia: teque efficiam,
quaſi heroicum gladium, et eis 14
imminebit Ioua, prodeunte eius
fulminea ſagitta: et tuba clanget
Dominus Ioua, incedens in auſtralibus procellis: Ioua armipotens 15
eos proteget, comedentque, et ſubigent fundæ lapides, potantesque
tumultuabuntur, tamquam vinolenti, eruntque pleni, tamquam
phiala, ſicut altaris pateræ: et eos 16
tunc ſeruabit Ioua Deus ipſorum,
velut z ouile populi ſui, quippe coronarias gemmas in eius terram
euectas: nam, (quæ eſt eius bonitas 17
ac pulchritudo) frumentum iuuenes, et muſtum fecundabit virgines.

CAPVT X.

Inuocandus Ioua. Exorabilis inuocatus. Diuini, impii, vani. Virtus et refugium in Ioua vno. Iudæorum proxima quies et victoriæ. Deprimenda Aſſyriæ ſuperbia. Aegypti ſceptra deiicienda.

Peti-

s) Hadraci, hoc eſt, Syriæ. t) terræ Hadraci. u) diligenter curante ac defendente. x) agni paſchalis, qui Chriſtus eſt. y) ſperantes ſalutem. z) ſuas oues, hoc eſt populum.

1 PEtite a Ioua pluuiam ſerotino
tempore, Ioua, qui nubila facit,
dabit vobis pluuium imbrem,
2 vnicuique herbam in agro: nam
lares quidem vana loquuntur, et di-
uini falſa præſignificant: futiliaque
dicunt ſomnia, fruſtra conſolantes,
ideoque *a* abeunt, vt oues, miſeri,
3 qui paſtore careant. In paſtores
mea incandeſcit ira, et in hircos
animaduertam: inuiſet enim armi-
potens Ioua gregem ſuum, Iudæo-
rum genus: eosque efficiet, quaſi
4 ſuæ maieſtatis equum in bello. Ab
eo pinna, ab eo paxillus, ab eo belli-
cus arcus, ab eo ſimul proficiſcetur
5 omnis exactor: eruntque tam-
quam heroes, vicorum lutum cal-
cantes in bello, et belligerabunt,
quod eis aderit Ioua, ita vt pudeat
6 equitantes: iudaicumque ac ioſe-
pheum genus confirmabo ac con-
ſeruabo, reducamque, miſeratus
eos, ita vt ſint perinde ac ſi ego non
deſeruisſem eos: quoniam ego Io-
ua Deus eorum eos exaudiam.
7 Itaque erunt velut heroes Ephrai-
mitæ, gaudentes animis perinde ac
vino: quo viſo, gaudebunt eorum
nati, animis exſultantes in Ioua.
8 Eos ſibilans congregabo, vtpote
quos redemerim, creſcentque, vt
9 creuerant: ac a me per populos
disſeminati, mei procul memine-
rint, viuentque cum ſuis liberis, ac
10 reuertentur, et eos ex ægyptia
reducam terra, et ex Asſyria colli-
gam, atque in Galaaditidem et Li-
banum adducam, ita vt eis *b* parum
11 ſit. Traiiciet autem fretum, et fe-
riet in mari fluctus, areſcentque
omnes gurgites fluminis: et, de-
preſſa Asſyriæ ſuperbia, Aegypti-
12 que remoto ſceptro, confirmabo
eos in Ioua: inque eius nomine in-
cedent, inquit Ioua.

CAPVT XI.

*Libani et baſanici nemoris luctus, Ad fi-
gulum argentei proiecti.*

APeri, Libane, portas tuas, et
conſumet ignis tuas cedros.
Eiula, pine, cecidit enim ce-
drus: nempe nobiles perierunt, eiu-
late, Baſanæ quercus, nam deiecta
eſt ſilua munita. Vox auditur vlu-
lantium paſtorum, quoniam periit
eorum nobilitas: vox rugientium
leonum, quia periit Iordanis *c* faſti-
gium. Sic dicit Ioua Deus meus:
paſce lanionias oues, quarum et
emtores eas occidunt impune: et
venditores agunt Iouæ gratias, quod
ditati ſint: et paſtores nihil eis par-
cunt. Nec enim parcam amplius 6
incolis, inquit Ioua, quin homines
tum alios aliis, tum ipſorum regi
dedam, qui terram contundent, nec
contra eorum vim defendam.
Verum lanionias oues, videlicet 7
ouilis inopes, paſcam, ſumtisque
duobus pedis, (quorum alterum
amœnitatem, alterum exitium vo-
cabo,) paſcam oues, et exſcindam 8
paſtores tres vno menſe, *d* contracto
meo erga eos animo, ipſorum ani-
mo a me vicisſim abhorrente. Non 9
paſcam vos, inquam: moritura mo-
riatur, et perdenda perdatur: et
reliquæ comedant altera alterius
carnem. Deinde ſumam pedum 10
meum amœnitatem, idque fran-
gam, abrogando fœdus, quod
cum omnibus populis percusſi:
quo tum abrogato, ita demum in- 11
telligent ouilis inopes, obſeruan-
tes me, id eſſe Iouæ pronun-
tiatum. Dixi autem eis: ſi vo- 12
bis videtur, cedo mercedem meam:
ſin minus, omittite. Itaque adpen-
derunt mercedem meam, triginta
nummos argenteos. Et Ioua mihi 13
dixit: abiice iſtud ad figulum egre-
gium pretium, quo ego ab eis licui.
Itaque ſumſi triginta argenteos, et
eos in Iouæ templum abieci ad figu-
lum: fregique alterum meum pe- 14
dum, exitium, antiquando germa-
nitatem inter Iudæos et Iſraelitas.
Præ-

a) ſcilicet qui falſos deos ſequuntur. *b*) ſcilicet loci præ multitudine. *c*) ſaltus ſiluæ. *d*) diminuta mea erga eos beneuolentia.

Præterea mihi dixit Ioua: ſume item ſtulti paſtoris inſtrumentum: nam ego ſuſcitabo paſtorem in terra, qui nec [e] abſciſſas curabit, nec paruulos conquiret, neque fractis medebitur, neque ſtantes alet, et opimarum carnem comedet, earumque diffindet vngulas. *Heu paſtorem ſtultum, ouium deſertorem, cuius et brachio et oculo dextero gladius imminet, brachio areſaciendo, et oculo dextero caligaturo.

CAPVT XII.

In Iſraelitas oracula minacia. Dei omnipotentia. A Hieroſolyma nationum ærumnæ. Seruanda Iudæorum gens. Hieroſolymitanorum lacrimæ.

Minax oraculum Iouæ aduerſus Iſraelitas: ait Ioua, qui cælum extendit, et terram fundauit, et formauit hominis ſpiritum in eius pectore. Ego efficiam, vt Hieroſolyma ſit tætrum poculum omnibus finitimis populis, quod etiam contra Iudæos erit in obſidione Hieroſolymæ. Atque eo tempore efficiam, vt Hieroſolyma ſit lapis adeo ponderoſus omnibus populis, vt quicumque moliti eum fuerint, lacerentur: et coibunt aduerſus eam omnes orbis gentes. In illo tempore, inquit Ioua, adficiam omnes et equos ſtupore, et equites amentia: et in Iudæ domum oculos aperiam meos, omneſque populorum equos adficiam cæcitate: cogitabuntque Iudæi duces cum ſuis animis, ſibi firmamento eſſe Hieroſolymitanos, in armipotente Ioua eorum Deo. In illo tempore faciam, vt Iudæi duces, tamquam igniti cacabi in lignis, et tamquam ignitæ faces in manipulis, dextera ſiniſtraque conficiant omnes circumquaque populos: maneatque Hieroſolyma adhuc in eodem Hieroſolymæ veſtigio, et ſeruabit Ioua tabernacula
iudæa in primis, ne ſe iactet dauidicæ domus, et Hieroſolymitanorum decus, contra Iudæam. Eo 8
tempore propugnabit Ioua pro
Hieroſolymitanis, ita vt ſit eorum
infimus Dauidi ſimilis. Dauididæ
autem Deo, et Iouæ angelo eis propoſito, ſimiles. Atque illo tempo- 9
re dabo operam, vt perdam gentes
omnes aduerſum Hieroſolymam
venientes: effundamque in daui- 10
dicum genus, et in Hieroſolymitanos, gratiæ et exorabilitatis ſpiritum, ita vt me, quem confixerint,
intueantur, et de eo plangant,
quemadmodum de vnico filio plangitur: doleantque, vt de primogenito doleri ſolet. Tunc tantus erit 11
Hieroſolymæ plangor, quantus
fuit plangor adadremmonius in
campo magedonio: plangentque 12
homines generatim ſeorſum: cognatio Dauididarum ſeorſum, eorumque vxores ſeorſum: cognatio
Nathanidarum ſeorſum, eorumque
vxores ſeorſum: cognatio Leui- 13
tarum ſeorſum, eorumque vxores
ſeorſum: cognatio Simeoniorum
ſeorſum, eorumque vxores ſeorſum: denique omnes reliquæ co- 14
gnationes generatim ſeorſum, eorumque vxores ſeorſum.

CAPVT XIII.

Simulacra excidenda. Vates impuri ſpiritus perdendi. Vulneratæ pii manus. Percutiendus paſtor. Oues disſipandæ.

Eo tempore erit dauidico ge- 1
neri ac Hieroſolymitanis, fons
apertus ad piacula et menſtruales: ac eodem tempore, inquit 2
armipotens Ioua, exſtirpabo ex
terra nomina ſimulacrorum, ita
vt non memorentur amplius: quinetiam vates impurumque ſpiritum
ex terra exterminabo, adeo vt 3
ſi quis deinceps vaticinetur, dicant
ei eius parentes, pater atque mater,
id non fore, ſed eum falſa Iouæ nomine

[e] oues.

mine dicere: eumque configant
ipſi eius parentes pater atque ma-
4 ter, qui vaticinatus fuerit. Itaque
tum pudebit vnumquemque vatum
ſuæ prædictionis, qui fuerit vatici-
natus, *f* nec villoſum geſtamen in-
5 duent, mentiendi gratia, ſed ſe
6 negabunt eſſe vates: agricola ſum,
(inquiet,) nam me comparauit ho-
7 mo a pueritia mea. Quid ſibi vo-
lunt iſta vulnera, (dicetur ei,) inter
8 manus tuas? Ea ſunt, (inquit ille,)
quibus vulneratus ſum in amico-
9 rum meorum domo. O enſis, ex-
citare in paſtorem meum, et in vi-
rum ſocium meum, inquit armi-
potens Ioua: verbera paſtorem, et
disſpergentur oues, conuertamque
10 manum meam ad paruulos. At-
que in omni terra, (inquit Ioua,)
duæ partes eorum, qui in ea erunt,
11 exciſæ exſpirabunt: tertia ſupererit
in ea, quam tertiam ego per ignem
traiiciam: eosque explorabo pro-
baboque, vt argentum atque au-
rum exploratur ac probatur: ipſi
meum nomen inuocabunt, et ego
eos exaudiam: eos ego meum po-
pulum, ipſi me Iouam Deum ſuum
dicent.

CAPVT XIIII.

Contra Hieroſolymam oracula. Vallis noua ad orientem. Vitalis aqua Hieroſolyma emanans. Cædendi Hieroſolymæ hoſtes.

1 ECce Iouæ dies aduentat, qua
diuidentur in te tua ſpolia,
2 cogamque gentes omnes ad
Hieroſolymam ad bellum, et, vrbe
capta, diripientur domus, et mulie-
res violabuntur: migrabitque di-
midia pars vrbis in exſilium, reli-
quus populus non exſtirpabitur ex
3 vrbe: egresſusque Ioua pugnabit
cum gentibus illis, ſicuti tum, quum
4 in illo conflictu pugnauit. Stabunt
autem eius pedes in illa die ſuper O-
liueti monte, qui eſt in Hieroſoly-
mæ conſpectu, ab oriente: fisſo-
que medio Oliueti monte ad orien-
tem et ad occidentem, fiet perma-
gna vallis, altero montis dimidio
ad ſeptemtriones, altero ad meri-
diem vergente: fugietisque per
montium meorum vallem, (nam
montium vallis pertinget ad Azal,)
et fugietis, quomodo fugiſtis ob ter-
ræ motum temporibus Oziæ Iudææ
regis: venietque Ioua Deus meus,
* comitantibus eum ſanctis omni-
bus. Et tum quidem * non erit cara
dies aut *ff* concretio, ſed erit vna
dies, (quæ Iouæ nota eſt,) *g* neque
dies neque nox: ac * veſpertino
tempore erit lux. Atque illa die
manabit vitalis aqua ex Hieroſoly-
ma, parte ſui dimidia ad orientale
mare, altera dimidia ad mare
poſtremum, idque et æſtate fiet et
hieme: et erit Ioua rex in vniuer-
ſam terram. In illa die erit et Ioua
vnus, et eius nomen vnum. Cir-
cumibitur tota terra tamquam pla-
nities, a Gaba ad Remmonem, ab
auſtro Hieroſolymæ, ſublimisque
ſuo manebit in veſtigio a porta ben-
iamitica, ad locum primæ portæ,
ad portam angularem, turrimque
Hananeelis, et ad regia torcularia:
eaque habitabitur, nullo futuro
deinceps excidio, agetque in tuto
Hieroſolyma. Hac autem clade
adficiet Ioua populos omnes, qui
contra Hieroſolymam militauerint:
tabeſcent eorum corpora, et eis in
pedes ſtantibus, eorum et oculi in
ſuis cauis, et linguæ in oribus tabeſ-
cent: atque illo tempore tantus
erit in eis Iouæ tumultus, vt *h* alter
alterius manum prehendat, ſuam-
que manum imponat alterius ma-
nui, adeo vt etiam Iudæi Hiero-
ſolymam oppugnent: congerentur-
que facultates omnium vndique
gentium, aurum, argentum, veſtes
maxi-

f) id ſolebant geſtare vates, vt adparet in Elia. *ff*) nox, quæ craſſa et concreta eſt. *g*) perpetua lux erit, nulla diei noctisque viciſſitudine. *h*) conſpirent inter ſeſe.

maxima copia. Atque ita equo-
rum, mulorum, camelorum, aſino-
rum, omnium denique quadrupe-
dum, quæ in caſtris illis erunt, clades
erit [i] illi cladi ſimilis. Ac quicum
que ex cunctis gentibus, Hieroſoly-
mam adortis, ſuperfuerint, vadent
quotannis adoratum regem Iouam
armipotentem, celebratumque fe-
ſtum vmbraculorum: quique ex
terræ nationibus non fuerint Hie-
roſolymam profecti, adorandi re-
gis armipotentis Iouæ gratia, non
habebunt pluuiam. Quod ſi Ae-
gyptiorum natio non profecta fue-
rit atque venerit,* illi vero clade ad-
ficientur, non qua adficiet Ioua
gentes, quæ non fuerint ad vmbra-
culorum feſtum agendum profe-
ctæ. Atque hoc erit Aegyptio- 19
rum et gentium omnium ſupplici-
um, quæ ad agendum feſtum vm-
braculorum profectæ non fuerint.
Eo tempore erunt equorum pha- 20
leræ Iouæ ſacræ, eruntque ollæ in
æde Iouæ, tamquam phialæ ante a-
ram, et erunt omnes Hieroſoly- 21
mis et in Iudæa ollæ Iouæ armipo-
tenti ſacræ: venientque immola-
tores omnes ſumtum ex eis, et in
eis coquent, nec erunt amplius in
æde armipotentis Iouæ Chananæi
in illo tempore.

MALACHIAS.

CAPVT I.

Iouæ in homines amor, prouidentia. Iacobi gratia, Eſai reiectio. Pater Ioua, non tamen a filiis honoratus. Ingrata malorum hominum ſacrificia.

Minax oraculum Iouæ in Iſraelitas per Malachiam.

AMAVI vos, ait Ioua. Quod
ſi quæritis, in quo vos ama-
uerim, nonne Iacobi frater
erat Eſaus? inquit Ioua.
Atqui Iacobum amaui: Eſaum au-
tem odi, eiusque montes in vaſtita-
tem et posſesſionem in draconum
ſolitudinem redegi. Quod ſi de-
creuerint Idumæi, ſe, qui peruaſta-
ti ſint, diruta refecturos, ſic dicit ar-
mipotens Ioua: quod ipſi conſtru-
xerint, ego euertam, vocabuntur-
que fines impietatis, et populus, in
quem Ioua ſæuit in perpetuum: id
quod vos veſtris oculis ſpectantes,
dicetis, magnificandum esſe Iouam
per fines Iſraelitarum. Filius pa-
trem, et ſeruus dominum debet
honorare. Quod ſi ego pater, vbi
eſt meus honor? ſi ego Dominus,
vbi eſt mei metus? inquit armipo-
tens Ioua vobis, ſacerdotes, mei
nominis contemtoribus. Quod ſi 7
quæritis, in quo meum nomen
contemnatis? adfertis ad aram
meam panem pollutum. Quod ſi
quæritis, in quo me polluatis? in eo,
quod Iouæ menſam habetis pro de-
ſpecta. Et quamuis cæcam adfe- 8
ratis victimam, [k] non eſt malum:
quamuis claudam aut ægram, non
eſt malum. Offer eam, quæſo, præ-
ſidi tuo, vtrum ei placiturus ſis,
aut ab eo, quod velis, impetraturus,
inquit armipotens Ioua. Quam- 9
obrem orate præſentem Deum, vt
miſereatur noſtri: qui causſa eſtis,
vt veſtri rationem non habeat, in-
quit armipotens Ioua. Quis ve-
ſtrum eſt, qui gratis vel fores clau-
dat, aramue meam colluſtret? non
mihi

i) hominum, quam paullo ante dixit. k) negatis esſe malum.

mihi accepti eſtis, inquit armipo-
tens Ioua: nec mihi placet ex ve-
11 ſtra manu fertum. Nam ab ortu
ſolis ad occaſum magnum erit no-
men meum apud gentes, et vbique
locorum adferetur meo nomini
ſuffitus, fertumque purum: tam
magnum erit meum nomen apud
gentes, inquit armipotens Ioua,
12 id quod vos profanatis, dum Iouæ
menſam habetis pro polluta, eius-
que victus prouentum pro deſpe-
13 cto: dicitisque, vah, l) quam one-
roſum eſt? quum id vel difflare
posſitis, inquit armipotens Ioua:
raptaque et clauda et ægra adfera-
tis, fertumque obmoueatis. Scili-
cet id mihi placebit ex veſtra manu?
14 inquit Ioua. At exſecrabilis eſt de-
ceptor, qui quum maſculum ſit in
eius grege, tamen vitioſum Iouæ
vouet ac immolat: nam rex ma-
gnus ego ſum, inquit armipotens
Ioua, meumque nomen apud gen-
tes terribile.

CAPVT II.

Ad ſacerdotes præcepta. Stercorea ſacerdotum feſta. Quæ ſint ſacerdotum partes. Iudæus nefas et proditor.

1 QVamobrem ad vos pertinet
hoc præceptum, ſacerdotes,
2 niſi obedieritis, ac animum
ad tribuendam meo nomini glori-
am adplicueritis, inquit armipo-
tens Ioua, immittam in vos infeli-
citatem, m) veſtraſque felicitates in-
felicitabo, et infelicitabo, quoniam
3 vos non huc animum adiicitis. E-
go vobis ſemen profligabo, con-
ſpergamque ſtercore veſtras facies,
ſtercore veſtrorum feſtorum, quod
4 vobis adhærebit: ſcietiſque, me
miſiſſe vobis præceptum hoc, vt
mihi cum Leui fœdus intercede-
5 ret, inquit armipotens Ioua, cum
quo mihi fœdus intercesſit, n) vitæ
atque pacis: quæ quidem ei dedi,
quia me reuerentia proſequeretur,
et meum nomen formidaret. Ha-
buit veram in ore diſciplinam, nec
exſtitit in eius labiis iniquitas: ami-
ce ſe et recta erga me gesſit, et mul-
tos auertit a vitio. Nam ſacerdo-
tis labra doctrinam cuſtodire de-
bent: eſtque ab eius ore petenda
lex, quippe qui ſit armipotentis Io-
uæ nuntius. At vos de via defle-
ctitis, multos impeditis in lege,
corrumpentes leuiticum fœdus, in-
quit armipotens Ioua. Itaque ego
quoque vos toti populo contemto[s]
abiectoſque reddam, quandoqui-
dem vos meas vias non tenetis, e[t]
in lege habetis perſonarum ratio-
nem. Nonne patrem vnum habe-
mus nos omnes? nonne nos Deu[s]
vnus creauit? cur prodit fratrem
frater, profanando noſtrum fœdu[s]
patrium? Proditor eſt Iudæus,
fitque nefas in Iſraelitis ac Hieroſo-
lymis: ſiquidem profanat Iudæus fa-
num Iouæ, quod amauit, peregri-
nique dei puellam o) maritat. Euer-
tet Ioua virum, qui id fecerit, p) vigi-
lantem et reſpondentem ex iacobe-
is tabernaculis, et fertum armipo-
tenti Iouæ obmouentem. Adde
quod efficitis, vt obtegatur lacri-
mis ara Iouæ, ploratu ac ſuſpiriis, ita
vt non amplius ferta reſpiciat, ne-
que placamina ex veſtra manu ad-
mittat. Quæretis, quamobrem?
quoniam Ioua tibi et tuæ iuuentu-
tis vxori conſcius eſt, in quam tu
perfidioſus es, quum ſit tua ſocia,
et tibi fœderata coniunx. *Quod ſi
vnus fecit, qui ſpiritu abundabat,
quorſum adlegatur vnus ille, qui
diuinam progeniem quærebat? at
vos animis cauete, ne in veſtræ iu-
uentutis vxores agatur perfide.
Qui odit, repudiet, inquit Ioua
Deus Iſraelitarum: et tegat iniqui-
tatem veſte ſua, inquit armipo-
tens Ioua: et cauete animis, ne per-
fide

l) quam pinguem victimam adfero? quum ita macilentas adferatis, vt eas difflare posſis. m) vos pro felicibus reddam infelices. n) quo fœdere ei vitam ac felicitatem dedi. o) vxorem ducit. p) ſacerdotis deſcriptio.

fide agatis. Fatigatis Iouam ver-
bis veſtris: quod ſi quæritis, in quo
fatigetis? in eo,quod dicitis,omnes
maleficos placere Iouæ, eique ac-
ceptos esſe: alioquin, [a] vbinam, esſe
Deum æquum.

CAPVT III.

Viam parans Iouæ legatus, nuntius fœderis, expurgans omnia. In præſtigiatores, adulteros, periuros, cupidos. In Iſraelitas benignus Deus.

EGo mittam meum nuntium,
qui mihi viam præparabit, et
repente veniet in ſuum delu-
rum Dominus, quem vos requi-
itis, fœderisque nuntius,quem vos
uetis: is aduentat, inquit armi-
otens Ioua. Quis autem eius ad-
entus diem ſuſtinebit? aut eo ad-
arente conſiſtet? erit enim quaſi
uidam ignis explorans, aut lanaria
ullonia: ſedensque explorabit,
c expurgabit argentum, et expur-
abit Leuitas, ac tam puros reddet,
uam eſt aurum aut argentum.
taque Iouæ fertum iuſte obmoue-
unt: eritque acceptum Iouæ,
udæorum acHieroſolymitanorum
ertum, ſicut antiquis ac priſcis
emporibus atque annis. Congre-
iar autem vobiſcum iudicio, ero-
ue celer teſtis in præſtigiatores, in
dulteros, in periuros, in eos, qui
ercede fraudant mercenarios, qui
iduas, qui pupillos, qui peregri-
os labefactant, neque me timent,
6 nquit armipotens Ioua. Nam nec
go Ioua mutabilis ſum, nec vos
7 acobidæ finiendi. A maiorum
eſtrorum tempore deflexiſtis de
eis inſtitutis,nec ea ſeruaſtis: red-
e ad me, et redibo ad vos, inquit
8 rmipotens Ioua. Quod ſi quæri-
s, in quo redeatis: debentne ho-
ines defraudare Deum, vt me vos
fraudetis? quod ſi quæritis, quo-
m defraudetis me: decumis ac
9 onorariis. Infelicitate infelices
eſtis, qui me defraudetis vniuerſa
gens. Inferte totas decumas in cel- 10
lam, et facite, vt ſit in æde mea ali-
mentum, ac me in hoc tentate, in-
quit armipotens Ioua: ni ego vo-
bis, patefactis cæli meatibus, vber-
tatem effundam immenſam, et 11
[b] conſumentia ita profligabo, vt vo-
bis terræ fruges non corrumpant,
nec ſteriles habeatis ruri vineas, in-
quit armipotens Ioua: vosque 12
beatos prædicabunt cunctæ gentes,
qui ſitis accepta terra, inquit armi-
potens Ioua. Vos atrocibus vti- 13
mini contra me verbis, inquit Ioua.
Quod ſi quæritis,quid contra me lo-
quamini: dicitis, fruſtra ſeruitur
Deo: et quid prodeſt, ſi eius diſci- 14
plinam ſeruemus, aut armipotentis
Iouæ cauſſa pullati ambulemus?
Quum ſuperbos beatos feramus, 15
quumque impie agentes inſtruan-
tur, et, licet tentent Deum, eua-
dant. Interim colloquentes Iouæ 16
metuentes inter ſe ſe attendit audit-
que Ioua, propoſitum habens ſcri-
ptum memoriæ librum metuenti-
um Iouam, eiusque nomen haben-
tium in pretio. Itaque erunt mihi, 17
(inquit armipotens Ioua,) tum,
quum rem geram, peculium, eis-
que indulgebo, quomodo quis ſuo
filio indulget ſibi ſeruienti: re-
uerſique, iuſtos ab impiis diſcerne- 18
tis, et Deum colentes ab eis, qui
eum non colunt.

CAPVT IIII.

Incendii dies in impotentes. Piorum otia, gaudia. Vates Elias mittendus pacificus, conciliator.

ADuentat enim dies more for- 1
nacis ardens, qua erunt o-
mnes ſuperbi, omnesque
impie agentes, ſtipula: eosque ven-
tura dies inflammabit, inquit armi-
potens Ioua, ita vt eis neque radi-
cem relinquat, neque ramum.
Vobis autem meum nomen reue- 2
renti-

cur non punit Deus nocentes? vide cap. ſequens. b) quæ fruges conſumunt.

rentibus orietur iuſtitiæ ſol, cuius
in alis erit ſanitas: egresſique laſci-
3 uietis, vt altiles vituli, et obteretis
impios, qui puluis erunt ſub pe-
dum veſtrorum veſtigiis, tum
quum ego rem geram, inquit ar-
4 mipotens Ioua. Recordamini le-
gem mei Moſis, quam ei in Hore-
bo monte præcepi ad omnes Israe-
litas, decreta atque iura. Ego vo-
bis misſurus ſum Eliam vatem, ante-
quam veniat Iouæ dies magna a
terribilis, qui et parentum animo
ad natos, et natorum animos a
parentes conuertat, ne ego veniam
et adficiam orbem exitio.

ESDRAE LIBER IIII.

CAPVT I.

Vatis Eſdræ genus, tribus, captiuitas. Electi populi maleficta. Iouana in Iacobeos merita. Oratorum beneficiis iniquitas, ruinæ immittendæ.

1 LIBER Esdræ vatis ſecun-
dus, filii Saræi, filii Azaræi,
filii Helciæ, filii Sadaniæ, fi-
lii Sadochi, filii Achitobi,
2 filii Achiæ, filii Phineis, fi-
lii Heiis, filii Ameriæ, filii Aſiei,
filii Marimothi, filii Arnæ, filii
Oziæ, filii Borithi, filii Abiſei, filii
3 Phineis, filii Eleazari, filii Aha-
ronis, ex tribu leuitica, qui fuit
captiuus in Media, regnante Arta-
4 xerxe, rege Perſarum. Dominus
me huiusmodi verbis adlocutus eſt:
5 i declaratum meis ſua facinora, eo-
rumque natis admisſa ab eis in me
6 crimina, vt declarent nepotibus,
parentum ipſorum peccata in ipſis
creuisſe: quippe qui, obliti mei, diis
7 ſacrificauerint alienis. Quumque
ego eos ex ægyptia terra, domo
ſeruitutis, eduxerim, irritauerunt
8 me, et conſilia mea ſpreuerunt. I-
gitur tu, excusſa capitis tui coma,
omnia in eos mala coniice, qui legi
meæ non obediuerint, homines
9 indociles. Quamdiu eos ſuſtine-
bo? quibus tanta beneficia contuli,
10 tot reges propter eos euerti, Pha-
raonem Pharaoniosque et omnem
11 eius exercitum occidi, gentes o-
mnes eorum cauſſa perdidi, et i
oriente regionum duarum popu
los, Tyri et Sidonis, profligaui, e
omnes aduerſarios eorum interfec
Quamobrem tu ſic eos adloquer
Hæc dicit Dominus. Nempe eg
vos per mare traieci, et vicos vob
initio munitos præbui: vobis
Moſem ducem, et Aharonem ſa
cerdotem dedi: vobis lucem p
columnam ignis præſtiti, et magn
apud vos edidi miracula, et vos m
obliti eſtis? inquit Dominus. Ha
dicit Dominus omnipotens: vob
coturnix prodigio fuit, vobis caſtr
ad præſidium dedi, et illic oblocu
eſtis: nec meo nomine de inim
corum veſtrorum interitu triun
phaſtis, ſed adhuc vsque murm
raſtis. Vbi ſunt, quæ præſtiti vob
beneficia? nonne quum in deſert
eſurientes me inuocasſetis, mecu
expoſtulantes, quod vos in ſol
tudinem illam interfectum addu
xisſem: melius fuisſe vobis ſerui
Aegyptiis, quam in ſolitudine il
mori: ego veſtros dolens gemitu
vobis manna ad eſcam dedi, c ang
lorumque panem comediſtis? No
ne quum ſitiretis, petram excid
fluxitque aqua ad ſaturitatem? V
contra æſtum foliis arborum tex
vobis pingues terras diuiſi: Chan
næos, Pherezæos, Palæſtinos v
ſtr

c) Addirim, hoc eſt, nobilium, hoc eſt, nobilem.

ſtra cauſſa exegi: quid faciam vobis amplius? inquit Dominus. Hæc dicit Dominus omnipotens: in deſertis quum apud fluuium Maram [d] ſitiretis, nominique meo malediceretis, non ignem vobis pro maledictis reddidi, ſed, immiſſo in aquam ligno, dulce flumen effeci. Quid tibi faciam Iacobida? non vis obedire Iudææ? transferam me ad alias gentes, eisque meum nomen dabo, vt mea iura cuſtodiant. Quoniam vos me reliquiſtis, et ego vos relinquam: petentibus vobis a me miſericordiam, non miſerebor, nec inuocantes exaudiam, qui manus veſtras ſanguine maculetis, et pedes impigros habeatis ad homicidia committenda, tametſi non tam me reliquiſtis, quam vos ipſos, inquit Dominus. Hæc dicit Dominus omnipotens: nonne ego vos monui, vt pater filios, vt mater filias, vt nutrix alumnos ſuos, vt vos mihi populus, ego vobis Deus: vos mihi filii, ego vobis pater eſſem? Ita vos collegi, vt gallina pullos ſuos ſub alas. Iam quid vobis faciam? Repellam vos ex meo conſpectu: munus quum mihi adferetis, auertam a vobis vultum. Nam veſtros dies feſtos et nouilunia ac circumciſiones repudio, qui ſeruos meos vates, vobis a me miſſos, cepiſtis ac interfeciſtis, eorumque corpora laniaſtis: quorum quidem ſanguinem vlciſcar ego, inquit Dominus. Hæc dicit Dominus omnipotens. Veſtra domus erit deſerta, abiiciam vos, vt ventus ſtipulam: neque nati ſobolem propagabunt: quoniam, contemto meo præcepto, me offenderunt. Tradam veſtras domos venienti populo, qui, me non audito, credent: qui, quum ego eis prodigia non exhibuerim, facient, quæ præcepero. Quum vates non viderint, ſua crimina confitebuntur.
Teſtor venturi populi gratiam, 37
cuius paruuli exſultabunt lætitia,
non me corporeis oculis videntes,
ſed mente credentes, quæ dixero.
Nunc, frater, adſpice, quæ gloria, 38
et vide venientem ab oriente populum, cui ego dabo ducatum Abra- 39
hami, Iſaaci, Iacobi, Oſeæ, Amoſi,
Michææ, Ioelis, Abdiæ, Ionæ,
Nahumi, Habacuci, Sophoniæ, 40
Aggæi, Zachariæ, et Malachiæ,
[e] qui et nuntius Domini vocatur.

CAPVT II.

Ad captiuum populum vates miſſi. Captiuorum pertinacia. Contra Aſſyrium. Vitalis arbor Iudæu promiſſa. Mittendi Eſaias et Ieremias. Electorum liberatio.

HAec dicit Dominus: ego iſti 1
populo, ex ſeruitute educto,
præcepta dedi per ſeruos meos vates, quos audire noluerunt,
ſed mea conſilia repudiarunt. Ma- 2
ter, quæ eos genuit, dicit eis: ite
filii, nam ego vidua ſum ac derelicta. Educaui vos cum lætitia, et 3
cum luctu ac mærore amitto, quoniam in Dominum Deum veſtrum
peccaſtis, eumque offendiſtis. Iam 4
vero quid vobis faciam? Ego vidua
ſum et derelicta. Ite filii, petite a
Domino miſericordiam. Ego ve- 5
ro te, pater, teſtem voco de matre
filiorum, qui fœdus meum ſeruare
noluerunt, vt et eos ignominiæ, et 6
eorum matrem direptioni exponas, ne genus eorum propagetur.
Diſpergantur per gentes nomina 7
eorum: deleantur de terra, qui ſacramentum meum ſpreuerint. Hei 8
tibi, Aſſyrie, qui improbos abſcondis apud te. Gens mala, recordare,
quid fecerim Sodomæ ac Gomorræ,
quarum terra iacet in bituminoſis 9
glebis et aggeribus cinerum. Sic
eos adficiam, qui mihi non obtemperauerint, inquit Dominus omnipotens. Hæc dicit Dominus 10

d) Amorræo legitur, ſed corruptum videtur a Mara. e) Malachias ad verbum eſt Iouæ nuntius.

Esdræ: nuntia populo meo, me eis
daturum eſſe regnum hieroſolymi-
tanum, quod eram daturus Iſrae-
11 litis: mihique illorum gloriam
vindicaturum, et eis æterna datu-
rum tabernacula, quæ illis para-
12 ueram. Arborem vitalem habe-
bunt odore ſuaueolenti, neque la-
13 borabunt aut fatigabuntur. Ite, et
adipiſcemini, optate vobis ad pau-
cos redigi dies, qui in mora ſunt:
iam paratum eſt vobis regnum, vi-
14 gilate, teſtare cælum et terram,
me oppresſiſſe malum, et creaſſe
bonum: nam viuo ego, inquit
15 Dominus. Mater amplectere fi-
lios tuos, educa eos cum lætitia,
columbæ ritu: confirma pedes eo-
rum: nam ego te elegi, inquit
16 Dominus, ſuſcitaboque mortuos
de locis ſuis, ac de monumentis e-
ducam, quoniam *f* noui meum no-
17 men in Iſraelitis. Noli timere,
mater filiorum: nam ego te elegi,
18 inquit Dominus. Mittam tibi au-
xilio ſeruos meos, Eſaiam et Iere-
miam, quorum conſilio conſecra-
ui et paraui tibi arbores duodecim,
19 variis grauatas fructibus: et toti-
dem fontes lacte fluentes et melle:
et montes immenſos ſeptem, ha-
bentes roſas et lilia, in quibus gau-
20 dio implebo filios tuos. Viduam
abſolue, pupillo patrocinare: e-
genti da, orphanum tuere: pupil-
21 lo patrocinare: nudum veſti, fra-
ctum et debilem cura, claudum ir-
ridere noli, tutare mancum, et cæ-
cum in conſpectum meæ claritatis
22 admitte: ſenes iuuenesque intra
23 muros tuos ſerua: mortuos vbi
inueneris, ſigna, ſepulcroque man-
da, et dabo tibi primam in reſurre-
24 ctione mea ſesſionem. Mane, et
quieſce, mi populus: aduentat e-
25 nim requies tua. Nutrix bona,
nutri filios tuos: confirma pedes
26 eorum. Seruorum, quos ego ti-
bi dedi, nemo interibit: eos enim
ego requiram ex numero tuorum.
Noli fatiſcere. Quum enim diffi-
cultatis angoriſque dies aduenerit,
plorantibus ac mærentibus aliis, tu
hilaris eris et copioſa. Inuidebunt
gentes, et nihil aduerſum te pote-
runt, inquit Dominus: manus
meæ tegent te, ne tui nati gehen-
nam videant. Lætare mater cum
tuis natis: nam ego te liberabo, in-
quit Dominus. Natos tuos dor-
mientes recordare: nam ego eos ex
terræ penetralibus educam, et vtar
erga eos miſericordia: quippe qui
ſim miſericors, inquit Dominus o-
mnipotens. Amplectere natos tuos,
donec ego veniam, et eis miſericor-
diam tribuam: nam exuberant fon-
tes mei, neque gratia mea deficiet.
Ego Eſdras mandatum accepi a
Domino in monte Orebo, vt irem
ad Iſraelitas, ad quos quum venis-
ſem, reiecerunt me, Dominique
mandatum reſpuerunt. Itaque
vobis dico, gentes, quæ auditis et
intelligitis, exſpectate paſtorem
veſtrum, vobis æternam requiem
daturum. Nam prope adeſt ille,
qui in fine ſæculi adueniet. Parati
eſtote ad *g* regni præmia: nam vo-
bis perpetua lux in tenebris in æter-
nitatem lucebit. Fugite vmbram
ſæculi huius, percipite gloriæ ve-
ſtræ iucunditatem. Ego ſeruatorem
meum palam teſtor. Commen-
datum donum accipite, et lætami-
ni, gratias agentes ei, qui vos ad
regna cæleſtia vocauit. Surgite,
ſtate, et numerum videte ſignato-
rum in conuiuio Domini, qui ſe
ab vmbra ſæculi remouerunt, et
ſplendidas a Domino veſtes accepe-
runt. Recipe Sion numerum tu-
um, et conclude candidatos tuos, qui
legem Domini obiuerunt. Filio-
rum tuorum, quos optabas, ple-
nus eſt numerus. Roga numen Do-
mini, vt ſanctus fiat populus tuus,
qui vocatus eſt ab initio. Ego Es-
dras

f) a me nomen habent Iſraelitæ, mei ſunt, mihi curæ ſunt. *g*) accipiendum re-
gnum præmio.

dras vidi in Sione tantam turbam, vt eam numerare non posſem, qui omnes carminibus collaudabant Dominum. Erat autem in eorum medio iuuenis procera ſtatura, illos omnes ſupereminens, qui ſingulorum capitibus coronas imponebat, ipſe ceteris excelſior. Ego admiratione motus, angelum interrogaui: qui ſunt hi, Domine? inquam. Et ille reſpondens: hi ſunt, inquit mihi, qui mortali veſtitu depoſito, immortalem ſumſerunt, confesſi nomen Dei. Nunc coronantur, et palmas accipiunt. Tum ego: ille iuuenis quis eſt, inquam angelo, qui eis coronas imponit, et palmas in manus tradit? Et ille mihi reſpondens: is eſt Dei filius, inquit, quem in vita confesſi ſunt. Hic ego eos magnificare cœpi, qui fortiter pro nomine Domini ſtetisſent. Tum angelus: vade, inquit, nuntia populo meo, qualia et quanta Domini Dei miracula videris.

CAPVT III.

Eſdræ mæſtitia, querimonia de popularium ſeruitute. Iouæ in Hebræos beneficia per ſolitudines. Dauid excitatus. Babylonii ſceleroſi. Pro captiuis Eſdras.

ANno ab excidio vrbis triceſimo, quum eſſem in Babylonia, conturbatus ſum in cubili meo recumbens: et, ſubeuntibus animum meum cogitationibus, quod et Sionis vaſtitatem, et Babyloniorum abundantiam viderem, animo valde vexatus, cœpi religioſis verbis Supremum adfari hunc in modum. O Dominator Domine, tu principio iusſiſti, (quum terram, idque ſolus, condidisſes,) et imperaſti populo, (quum quidem Adamo corpus dedisſes inanimum, quod et ipſum erat tuarum manuum figmentum: eique ſpiritum vitalem adflauisſes, et adeptum coram te vitam in pomarium dextera tua, priusquam tellus ex-
ſtaret, conſitum, induxisſes,) huic 7
inquam, vt præſcriptam a te vitæ
viam amaret, mandauiſti: quam
quum omiſisſet, irrogaſti protinus
mortem tum ei, tum eius poſterita-
ti. Inde natis gentibus, nationibus,
populis et cognationibus innume-
ris, quum ſuam quæque gens li- 8
bidinem ſequentes, horrenda ad-
uerſum te, contemtis tuis præce-
ptis, committerent: tu rurſus, in- 9
ducto interea temporis in orbis in-
colas diluuio, eos perdidiſti:
quodque Adamo morte, idem vni- 10
uerſis illis accidit eluuione. Quam- 11
quam vnum ex eis reliquum feciſti,
Noam cum ſua familia, ex quo iu-
ſti omnes orti ſunt. Sed quum 12
multiplicari cœpisſent habitatores
terrarum, natosque, et porro po-
pulos gentesque multas procreas-
ſent, cœpere rurſus impietate vin-
cere priores. Eorum tu vitiis of- 13
fenſus, tibi ex eis virum delegiſti,
Abrahamum nomine, quem adeo 14
dilexiſti, vt ei ſoli tuam oſtenderes
voluntatem: ſtatuensque cum eo 15
fœdus æternum, promitteres, te ſe-
men eius numquam derelicturum.
Huic Iſaacum, Iſaaco Iacobum et 16
Eſaum dediſti, Eſaoque repudia-
to, Iacobum tibi adſciuiſti: et, eo in
numeroſam ſobolem aucto, eius 17
progeniem, ex Aegypto deportatam,
ad montem Sinam perduxiſti: ſub- 18
misſisque cælis, terram defixiſti, or-
bem commouiſti, concusſiſti pro-
funda, mundum conturbaſti, pe- 19
netrauitque ſplendor tuus quatuor
ignis portas, cum terræ motu,
vento atque gelu, vt Iacobi ſemini,
vt Iſraelis poſteritati legem traderes
diligenter tenendam. Neque ta- 20
men eis malam exemiſti mentem,
vt tua lex in eis fructum ederet.
Nam vt mala mente præditus pri- 21
mus Adamus deliquit, et victus eſt,
ſic et omnes eo prognati: perſe- 22
ditque infirmitas atque lex in ho-
minum animis, prauitate radicis:
atque ita remoto bono remanſit

23 malum. Deinde, præterito certo
temporis interuallo, ſuſcitaſti tibi
24 cultorem nomine Dauidem, cui
mandaſti vrbem tui nominis ex-
ſtruendam, in qua tibi tus et mu-
25 nera libarentur. Quod vbi diu fa-
ctum eſt, deliquerunt vrbis inco-
26 læ, Adami totiusque poſteritatis
eius facta prorſus imitati: quippe
27 et ipſi praua mente præditi. Ita-
que ciuitatem tuam hoſtium ſuo-
28 rum manibus addixiſti. Scilicet
meliora faciunt Babylonii, vt ideo
29 imperent Sioni? Equidem quum
huc profectus tam innumera vidiſ
ſem ſcelera, (nam equidem impro-
bos multos hunc iam triceſimum
annum animaduerto,) animo ſum
30 attonitus, quod viderem, vt eos
peccantes feras, et impie agentibus
ignoſcens, populum tuum perdide-
31 ris, conſeruatis tuis hoſtibus: ne-
que tu, cur iſta fiant, ſignificaſti ne-
que mihi venit in mentem, quomo-
do debeat hæc expediri ratio.
32 Numquid meliora facit Babylon,
quam Sion? an te gens agnoſcit alia
33 præter Iſraelitas? Aut quæ na-
tiones tuis credunt oraculis, vt
Iacobei? illarum quidem ope-
ræ pretium non adparet, neque
34 labor fructum edidit. Peragrans
enim gentes, animaduerti abundan-
tes illas quidem, ſed tuorum man-
35 datorum immemores. Quod ſi vi-
tia noſtra in ſtatera ponderes et re
liquorum orbis incolarum, nuſ-
quam niſi in Iſraelitis tuum inue
36 nietur nomen. Quando autem
non peccauerunt aduerſum te, qui
terras inhabitant? aut quæ adeo
37 gens tua mandata ſeruauit? Ho-
rum quidem certos, tuis obſecutos
mandatis, inuenies: at externorum
non inuenies.

CAPVT IIII.

Vriel angelus ad Eſdram. Tres aperiendæ ſimilitudines. Vatis et angeli diſceptationes de mortalium conditione ac Iouana prouidentia.

TVm miſſus ad me angelus 1
nomine Vriel, mihi reſpon-
dit in hunc modum: exce- 2
dit tibi mens in hac vita, dum Su-
premi rationem comprehendere
conaris. Ita eſt, inquam, mi domi-
ne. Et ille: ad tres rationes, in- 3
quit, tibi oſtendendas et tres ſimi-
litudines proponendas ego miſſus
ſum: ex quibus ſi tu mihi vnam 4
explanaueris, ego tibi rationem
demonſtrabo, quam videre cupis,
et te docebo, vnde ſit mala mens.
Et ego: loquere, mi domine. Tum 5
ille: i, inquit, examina mihi pon-
dus ignis, aut venti metire flatum,
aut præteritam diem reuoca. At 6
ego reſpondens illi: quis mortali-
um facere poſſit hæc, quæ tu a me
poſtulas? Et ille: ſi te, inquit, 7
interrogarem, quot ſint habitatio-
nes in medio mari, quot fontes in
ortu profundi, quot venæ ſuper li-
quidum, aut qui paradiſi ſint ter-
mini: diceres mihi fortaſſis, te in 8
profundum non deſcendiſſe, nec in
orcum adhuc, nec in cælum vn-
quam adſcendiſſe. Nunc autem te 9
interrogaui tantum de igne, et ven-
to, et die, quem præteriiſti, a quibus
abeſſe non potes, et tamen de eis
mihi non reſpondiſti. Tu, quæ tua 10
ſunt, inquit, et tecum adoleſcunt,
cognoſcere non potes: et poterit 11
ſcilicet vas iſtud capere Supremi ra-
tionem: aut iam exterius corrupta
vita, intelligere corruptionem mihi
perſpicuam? At ego: præſtaret, 12
inquam, nos non eſſe, quam eſſe,
et in ſceleribus viuere ac pati, nec
ſcire quamobrem. Tum ille mihi 13
reſpondens: contuli me, inquit, ad
terreſtrium arborum ſiluam, quæ
ita ſtatuebant: agite, eamus illa- 14
tum mari bellum, vt nobis cedat,
et faciamus nobis alias ſiluas. Si- 15
militer et ipſi maris fluctus in hunc
modum deliberabant: agite, adſcen-
damus, terreſtresque ſiluas debel-
lemus, vt et ibi nobis regionem
conficiamus aliam. Sed et ſiluæ 16
cona-

conatus fuit irritus: venit enim i-
gnis,qui eam conſumſit: itidem et
conatus fluctuum maris: obſtitit
enim arena, quæ eos prohibuit.
Quod ſi eorum iudex eſſes, vtrum
tandem abſolueres aut damnares?
Cui ego reſpondens: vtique va-
num conſilium inierunt, inquam:
nam et terra ſiluis data eſt, et mari
locus, qui fluctus eius ferat. Tum
ille mihi: bene, inquit, iudicaſti:
ſed cur non de temetipſo iudicas?
Quemadmodum enim terra ſiluis
data eſt, et mare fluctibus ſuis, ſic
terræ incolæ dumtaxat terreſtria
posſunt intelligere: et cælites, quæ
ſunt in cæli ſublimitate. At ego:
precor te, domine, inquam, vt
mihi detur ſenſus ad intelligendum.
Non enim volui interrogare de ſu-
perioribus iſtis, ſed de his,quæ quo-
tidie verſantur in nobis, cur Iſrae-
lita ſit gentium probris expoſitus?
cur dilectus tibi populus deditus
ſit impiis nationibus? et noſtra lex
patria ad interitum redacta, ſcri-
ptæque inſtitutiones nusquam ſint,
et nos ex hoc ſæculo locuſtarum
more emigremus, vitam degentes
ſtupentem ac pauidam: nec digni
habeamur, qui miſericordiam
conſequamur? Quid vero faciet
ille de ſuo nomine, a quo nos nun-
cupamur? Hæc ſunt, de quibus in-
terrogaui. Tum ille mihi reſpon-
dit huiusmodi verbis: quo plura
ſcrutaberis, eo magis mirabere,
nam feſtinat præterire ſæculum,
nec capere ſuſtinet, quæ in futura
tempora iuſtis promisſa ſunt: quo-
niam plenum iniuſtitia eſt ſæculum
hoc, et infirmitatibus. Quæ au-
tem interrogas, dicam: ſeminatum
eſt malum, necdum venit eius in-
teritus. Quod niſi euerſum fue-
rit, quod ſeminatum eſt, et abierit
locus, vbi ſeminatum eſt malum,
non veniet, vbi ſeminatum eſt bo-
num. Nam mali ſeminis granum
ſeminatum eſt in Adami corde,
principio: quod quantum impie-
tatis et hactenus generauit, et do-
nec veniat tritura, generabit? Ae- 31
ſtima autem apud te granum mali
ſeminis, quantum impietatis fru-
ctum generauerit? Quumque in- 32
numerabiles ſpicæ reſecandæ ſint,
quam magna tandem facienda ſit
tritura? Et ego: quomodo, in- 33
quam, et quando hæc? cur et pau-
ci et mali ſunt anni noſtri? Ne 34
conare ſupra ſupremum, inquit ille
mihi reſpondens, fruſtra enim eum
ſuperare niteris, et modum excedis.
Nimirum hæc eadem ſciſcitatæ 35
ſunt animæ iuſtorum, in penetrali-
bus ſuis, dicentes: quousque ita
ſperabimus? aut quando nobis
continget fructus metendæ merce-
dis noſtræ? Ad quæ reſpondit Ie- 36
remiel, angelorum primarius, his
verbis. quum impletus fuerit nu-
merus ſeminum in vobis: nam 37
[b] ipſe ſtatera ponderauit æuum, et
menſura tempora menſus eſt, et
numero tempora numerauit, non
commouenda aut labefactanda, do-
nec impleatur prædicta menſura.
At ego: o dominator Domine, in- 38
quam,atqui nos omnes pleni ſumus
impietate, vt forte propter nos 39
non ſint perficiendæ iuſtorum meſ-
ſes, propter peccata incolarum ter-
ræ. Tum ille mihi reſpondens: 40
i,inquit, interroga prægnantem, an,
peractis eius nouem menſibus, poſ-
ſit adhuc vterus in ſe retinere par-
tum? Non poteſt, inquam ego, 41
domine. Et ille: apud inferos, in-
quit, animarum promtuaria ſunt
vuluæ ſimilia. Quemadmodum 42
enim feſtinat illa pariens effugere
partus necesſitatem, ſic et illa feſti-
nant reddere, quæ commendata
ſunt. Ab initio tibi demonſtrabun-
tur,quæ videre cupis. Hic ego: ſi 43
quid apud te gratia valeo, inquam, 44
et ſi fieri poteſt, et ego ſum idoneus,
demonſtra mihi,vtrum plus, quam
præterierit, ſit futurum: an plura 45

b) ſcilicet Deus.

præterierint, quam ſint futura.
46 Quid præterierit, ſcio: quid autem
47 futurum ſit, ignoro. Atque ille:
conſiſte, inquit mihi, ad dexteram,
et ego tibi rem iſtam, ſimilitudine
48 interpretans, demonſtrabo. Tum
ego conſiſtens, adſpexi fornacem
ardentem præter me transeuntem:
quumque præteriisſet flamma, vidi
49 ſupereſse fumum. Poſtea transiit
præter me nubes aquæ plena, quæ
multo impetu pluuiam demiſit:
quo pluuiæ impetu præterito, ſu-
50 perauerunt in ea guttæ. Tum ille
mihi: ſic tecum cogita, inquit:
quanto et pluuia guttas, et ignis fu-
mum ſuperat, tanto maiorem eſse
51 modum, qui præteriit. Superanti-
bus autem guttis atque fumo, ſic
oraui: cenſes me ad illa tempora
victurum? aut quid illis tempori-
52 bus futurum eſt? Et ille mihi re-
ſpondens: ſigna quidem eorum,
inquit, de quibus tu me interrogas,
ex parte posſum tibi dicere: ſed de
vita tua tibi dicere misſus non ſum,
neque ſcio.

CAPVT V.

Summæ diei ſigna. Tuba tertia. Portenta futura. Adprehendens vatem angelus. Vatis ieiunium, eiulatus, querelæ pro ſuis popularibus. Ad Eſdram Deus. Non omnes vna felices.

1 QVod autem ad ſigna attinet,
tempus erit, quum terræ in-
colis multum imponetur tri-
butum, et, abdita veritatis via, ſte-
rilis erit a fide regio, eritque ma-
2 ior iniuſtitia, quam vel iſta, quam
tu ipſe vides, vel quam olim audi-
uiſti: [i] vel quam nunc tuis impri-
3 mens veſtigiis vides regnare regio-
nem, ea cernetur deſerta. Quod ſi
4 tibi dederit Supremus viuere, vide-
bis [k] poſt tertiam tubam, quum relu-
ceſcet ſubito ſol noctu, et luna ter in
die, et ſtillabit ex ligno ſanguis, et
5 lapis ſonitum reddet, et populi com-
mouebuntur: regnabitque, quem
6
non ſperant incolæ terræ, et volu-
cres commigrabunt, et ſodomiticus 7
lacus piſces eiiciet, ſonitumque no-
ctu edet multis incognitum, quem
eius ſonitum audiant omnes. Labes 8
fient multis locis, ignis frequenter
exſiſtet, feræ alio migrabunt, men-
ſtruales mulieres parient monſtra,
in dulcibus aquis inuenientur ſalſæ, 9
et amici omnes inuicem oppugna-
bunt. Tunc et ſenſus abdentur, et
intellectus ſecedet in penetrale ſu-
um, atque a multis quæſitus non 10
inuenietur: eritque tam multa in
terris iniuſtitia ac incontinentia,
vt alia regio aliam interroget, num 11
in ea verſetur iuſtitia iuſtum fa-
ciens, idque illa neget. Atque illo 12
tempore quod ſperabunt homines,
non impetrabunt: laborabunt, nec
ſuccedent eorum actiones. Hæc 13
tibi ſigna dicere, permisſum eſt mi-
hi. Quod ſi oraueris iterum, et
ploraueris, ſicut et nunc, ac ſeptem
dies ieiunaueris, audies rurſum his
maiora. Hic quum ego experge- 14
factus, et corpore vehementer hor-
rerem, et animo ita laborarem, vt
deficerem, venit, meque prehen- 15
ſum angelus, qui mecum loqueba-
tur, confirmauit, et in pedes ſta-
tuit. Secunda autem nocte venit 16
ad me Salathiel dux populi: et, vbi
eras? inquit: cur triſti vultu es?
An neſcis, tibi creditos eſse Israeli- 17
tas in eorum exſilii regione? Age 18
igitur, ſume cibum, neue nos dere-
linquas, vt ſuum gregem paſtor in
ferorum luporum poteſtate. At 19
ego: diſcede a me, inquam ei, ne-
ue ad me accede. Hoc ille audito,
discesſit a me: et ego, dies ſeptem 20
eiulans ploransque, ieiunaui, ſicut
mihi mandauerat Vriel angelus.
Deinde exactis ſeptem diebus, 21
quum iterum mihi perquam mole-
ſtæ esſent mentis cogitationes, red-
iit animo meo intelligendi auidi-
tas: iterumque cœpi apud Supre- 22
mum verba facere hunc in modum:
Domi-

[i]) Babyloniam innuit, [k]) vide cap. 6.

Dominator Domine, tu ex omni-
bus terrarum ſiluis, atque arbori-
bus vnam tibi vineam: ex omni-
bus terris, vnam vallem: ex omni-
bus orbis floribus, vnum lilium de-
egiſti: ex omnibus maris vndis,
vnum tibi riuum repleuiſti, ex o-
mnibus ædificatis vrbibus, Sionem
ibi conſecraſti: ex omnibus crea-
is volucribus, vnam tibi nominaſti
:olumbam: ex omnibus conditis
pecudibus, vnam tibi ouem pro-
'pexiſti: ex omni populorum
nultitudine, vnum tibi populum
quæſiuiſti, et omnium probatisſi-
nam legem huic tibi tam caro po-
ulo tradidiſti. Nunc Domine,
ur vnum pluribus addixiſti? et
tirpem vnam aliis obruiſti? vni-
umque tuum inter multos diſper-
idiſti, ab eis conculcatum, qui,
uis promisſis aduerſantes, oraculis
uis non credunt? Quod ſi odio
uum proſequeris populum, debet
uis manibus caſtigari. Hæc quum
go verba locutus esſem, misſus ad
ne angelus, qui me prius ſuperiore
octe conuenerat, ſic mecum lo-
utus eſt: audi me, et inſtruam te:
ttende mihi, et apud te plura di-
m. Cui ego: loquere, inquam,
i domine. Et ille: valde tu qui-
em mente anxius es Iſraelitarum
ausſa: num tu eos plus amas,
uam qui eos fecit? Nequaquam
omine, inquam ego: ſed præ do-
re locutus ſum. Torquet enim
e continua *l* cupiditas conantem
premi rationem comprehende-
, eiusque iudicii partem perueſti-
re. At ille: non potes. Cur, in-
am ego, domine? Quorſum na-
s ſum? aut cur mihi non fuit vte-
s meæ matris ſepulcrum? vt
:obidarum et generis iſraelitici
ores ac ærumnas non viderem.
ille: enarra mihi, inquit, quæ
ndum euenerunt, aut disſperſas
tas collige, aut fac aridos flores
iireſcere, aut clauſas cellas ape-
ri, et incluſos in eis flatus produc:
demonſtra mihi *m* vocis imaginem,
oſtendam tibi, quod rogas, et co-
gnoſcere laboras. At ego: o Do- 38
minator Domine, inquam, quis ve-
ro eſt, qui posſit iſta ſcire, niſi qui
cum hominibus non habitet? ne- 39
dum vt inſipiens ego posſim de iis,
de quibus tu me interrogaſti, dice-
re. Tum ille: quomodo nullum 40
eorum, quæ dicta ſunt, præſtare
potes: ſic iudicium meum, aut vl-
timum, quod meis promiſi, benefi-
cium, perueſtigare non potes. Cui 41
ego: * ſed ſi tu, Domine, iis adfutu-
rus es, qui ad extremum erunt,
quid fiet iis, qui ante me fuerunt?
aut nobis, aut poſt nos futuris?
At ille: circulo ſimile dico iudici- 42
um meum, inquit, nec poſteriores
tardius, nec priores citius. Tum 43
ego: non poteras ſimul et eos, qui
fuerunt, et qui ſunt, et qui futuri
ſunt, facere, vt citius iudicium tu-
um exhiberes? Et ille mihi reſpon- 44
dens: neque creata res, inquit,
creatori poteſt præcurrere, neque
mundus eos, qui in eo creandi ſunt,
ſimul capere. Et ego: quemad- 45
modum, vt tute mihi dixiſti, crea-
tam rerum naturam ſimul in vitam
produxiſti, idque ſuſtinebat natura
rerum: ita et nunc posſet præſen-
tes ſimul ferre. At ille: interroga, 46
(inquit mihi,) mulieris vterum,
quum parit, cur id ſpatio temporis
faciat: et ab eo roga, vt decem ſi-
mul edat. Non poteſt ſane, in 47
quam ego, ſed temporis interuallo.
Et ille: ego quoque, inquit, vte- 48
rum terræ iis, qui in ea ſeminati
ſunt, tribui ad certum tempus. Vt 49
enim infans non parit ſenilia, ſic
ego diſpoſui a me creatum æuum.
Tum ego interrogans: poſtquam 50
mihi iam aperuiſti viam, inquam,
pergam apud te loqui. *n* Mater no-
ſtra, quam mihi dixiſti, eſtne iuue-
nis adhuc? an iam ſenectuti pro-
pinquat? Et ille mihi reſpondens: 51

:nes mei. *m*) Echo. *n*) terra.

interroga genitricem, inquit, vt ti-
52 bi dicat, cur, quos nunc parit, non
ſint eis pares, qui ante te nati ſunt,
ſed ſtatura minores? et dicet illa ti-
bi, alios, vigente iuuentute, natos
eſſe, alios ſub tempus ſenectutis,
53 vtero deficiente. Conſidera ergo
tu quoque, et vos iis, qui ante vos
54 fuerunt, eſſe ſtatura minores: et
eos, qui poſt vos futuri ſunt, fore
vobis minores: quoniam ſeneſcit
iam rerum natura, iuuenilemque
55 virtutem amittit. Et ego: quæſo
Domine, ſi quid apud te auctorita-
tis habeo, demonſtra mihi, per
quem creatam a te rerum naturam
cures.

CAPVT VI.

Ioue æternitas, omnipotentia. Ad Iouam Esdras varia quærens. Signa reliqua ſciſcens vates. Aerumnarum ſigna. Calamitates orbis. Esdræ probitas, et apud Iouam gratia.

1 ET ille mihi: ab orbis terra-
rum primordio, inquit, ante-
quam ſtarent mundi termini,
antequam ſpirarent concurſus ven-
2 torum, antequam ſtreperent to-
nitruum ſonitus, antequam fulgu-
rum ſplendores coruſcarent, ante-
quam firmarentur fundamenta pa-
3 radiſi, antequam decori flores ad-
parerent, antequam mobiles confir-
marentur virtutes, antequam innu-
mera colligerentur agmina angelo-
4 rum, antequam extolleretur ſubli-
mitas aeris, antequam liquidi di-
menſiones nominarentur, ante-
quam æſtuarent in Sione camini,
5 antequam peruestigarentur præ-
ſentes anni, antequam degenera-
rent eorum mores, qui nunc pec-
cant, et conſignati eſſent, qui fidem
6 congererent, hæc ego tunc exco-
gitaui: factaque ſunt per me ſo-
lum, non per alium: per eumdem
me, non per alium, finienda.
7 Tum ego ſubieci: quæ erit tem-
porum diuiſio, aut quando prioris
8 finis, et ſequentis initium? Et ille:
ab Abrahamo, inquit, vſque ad Iſa-
acum, ex quo quum nati ſunt Iaco-
bus et Eſaus, tenebat Iacobi manus
in initio calcem Eſai: nam huius
æui finis eſt Eſaus, et ſequentis prin-
cipium Iacobus, hominis manus
inter calcem et manum: aliud no-
li quærere, Esdra: at ego rurſum
o Dominator Domine, inquam, ſi
quid apud te gratia valeo, oro, vt
mihi finem ſignorum tuorum de-
monſtres, quorum partem mihi ſu-
periore nocte demonſtraſti. Tum
ille mihi reſpondens: ſurge, inquit,
in pedes tuos, et audi pleniſſimæ
vocis ſonitum. Erit autem qui-
dam quaſi terræ motus, nec tamen
commouebitur locus, in quo tu ſta-
bis. Ideo, eo loquente, ne expa-
ueſcito: nam de fine ſermo, et de
terræ fundamento intelligitur. Ita-
que quum ſit de eis ſermo, tremi-
ſcit et commouetur. Scit enim, hæc
tandem eſſe mutanda. His audi-
tis, quum in pedes adſurrexiſſem,
audiui loquentem vocem, ſono
qualis eſt multitudinis aquæ, et ita
dicentem: adueniunt tempora,
quibus ego aduentabo, vt terræ
habitatores inuiſam. Quum au-
tem animaduertere incipiam in eos,
qui iniuſte nocuerint iniuſtitia ſua,
peracta Sionis calamitate, æuo,
quod verget ad interitum, conſi-
gnato, hæc ſigna edam: libri in cæ-
li conſpectu aperientur, ſpectanti-
bus vniuerſis, et infantes annicu-
li ſuis loquentur vocibus, et præ-
gnantes immaturos parient infantes
trimeſtres et quadrimeſtres, qui re-
uiuiſcent ac ſuſcitabuntur, ſubi-
toque culta loca cernentur inculta,
plenæque cellæ repente exſiſtent
vacuæ, et tuba cum eiuſmodi ſo-
nitu canet, vt, ea audita, omnes pro-
tinus expaueſcant. Atque illo tem-
pore amici amicos hoſtiliter oppu-
gnabunt, expaueſcente ſimul terra,
et ceſſabunt venæ fontium, et per
tres horas non fluent: ac quiſquis
hæc omnia, quæ tibi prædixi, eua-
ſerit

erit, ſaluus erit: meamque ſalu-
em, et veſtri æui finem videbit.
Videbunt autem excepti homines,
qui ex quo nati ſunt, mortem non
enſerint, et incolarum mutata mens
n alium ſenſum conuertetur. De-
ebitur enim malum, et exſtingue-
ur dolus: florebit autem fides,
incetur perfidia, et oſtendetur ve-
itas, quæ tamdiu fructu caruerit.
Hæc illo mecum loquente, ego
paullatim intuebar in eum, ante
quem ſtabam. Atque ille mihi:
go veni tibi oſtenſum, inquit, tem-
us venturæ noctis. Quod ſi ite-
um et oraueris, et ſeptem diebus
eiunaueris, ego his maiora tibi
urſus exponam, o) quæ interim au-
iuero. Audita eſt enim vox tua
upremo: nam vidit ille potens tu-
m probitatem, et qua a pueris pu-
icitia ſis præditus, perſpicit: ideo-
ue me miſit, vt tibi demonſtra-
em hæc omnia: teque monerem,
t confidas intrepide, neue teme-
e ita ſuperiora tempora cogitare
oneris, vt vltimorum temporum
ationem non habeas. Poſtea ite-
um fleui, itidemque ieiunaui ſe-
tem dies, vt tres ſeptenarios, qui
ihi dicti erant, peragerem. O-
aua autem nocte rurſum mente
erturbatus, cœpi apud Supremum
qui, quippe animo valde inflam-
ato, anxiaque mente, atque ita
cutus ſum: o Domine, tu prin-
ipio creandæ rerum naturæ pri-
o die cælum terramque fieri
iſsiſti: eſtque ad dictum tuum o-
us perfectum. Quumque ſpiri-
s eſset, et tenebræ circumfuſæ,
lentiumque, nondum vocis hu-
anæ ſono abs te profecto, ius-
ſti de tuis cellis lucidum prodire
men, quo tuum adpareret opus.
ecundo autem die aeris auram
eaſti, eique imperaſti, vt aquas
teriecta ſic diuideret, vt earum
ars ſurſum emicaret, pars infra
maneret. Die tertio aquis in ſe- 42
ptimam terræ partem confluere
imperaſti, ſiccataſque partes ſex re-
ſeruaſti, vt ex his esſent, quæ tibi
miniſtrarent, ſata diuinitus et cul-
ta. Nam ſimulac verbum tuum 43
fuerat prolatum, fiebat opus. Ex- 44
ſtitit enim ſubito immenſa frugum
copia, et oblectamenta guſtatus
multiformia, floresque colore im-
mutabili, et fragrantes incredibili-
ter odores. Atque hæc die tertio fa-
cta ſunt. Quarto die ſolis ſplendo- 45
rem, lunæ lumen, ſtellarum or-
dinem fieri iusſisſti: eisque, vt ho- 46
mini creando ſeruirent, imperaſti.
Quinto die iusſisſti parti ſeptimæ, v- 47
bi erat aquæ adfluentia, vt animan-
tes, volucres, piſcesque procrea-
ret: id quod factum eſt: * edidit- 48
que aqua ſtupida et inanima, nutu
diuino iusſas animantes, vt inde mi-
racula tua prædicent nationes. Ac 49
tum quidem duo reſeruaſti ani-
mantia, quorum vnum p) Behemoth,
alterum Leuiathanem nomine di-
xiſti. Et alterum ab altero ſepa- 50
raſti, quod ea non poterat ſeptima
pars, quo ſe aqua collegerat, cape-
re. Et Behemotho quidem par- 51
tem vnam, quæ tertio die aruit,
habitandam dediſti, vbi mille
montes ſunt. Leuiathani autem 52
ſeptimam dediſti partem humidam,
eumque reſeruaſti, a quibus et
quando voles, deuorandum. Sex- 53
to die terræ imperaſti, vt pecora,
vt feras, vt ſerpentes coram te
procrearet: et inſuper Adamum, 54
quem tuis omnibus operibus domi-
num præfeciſti, a quo tum ceteri
omnes, tum delectus a te populus
genus ducimus. Hæc autem o- 55
mnia dixi apud te, Domine, qui pro-
pter nos creaſti mundum: reli- 56
quas autem gentes, Adamo progna-
tas, adeo pro nihilo ducis, vt earum,
ſaliuæ ſimilium, multitudinem
cum gutta, quæ de vaſe deſtillat,
com-

o) In vetere legitur: Per diem, quam audiui, quod an recte verterim neſcio.
p) elephantem. Iob. 40.

57 compares. Atqui Domine, gentes
iſtæ, quæ pro nihilo habentur, fe-
cerunt, vt nobis imperarent, nos-
58 que conficerent: quum nos tuus
populus, quem primogenitum,
quem vnigenitum, quem delicias
tuas vocaſti, ſimus eorum manibus
59 addicti. Quod ſi propter nos cre-
atus eſt mundus, cur non cum
mundanis habemus posſesſionem?
Quousque duratura ſunt hæc?

CAPVT VII.

Ad Esdram iterum angelus Vriel. Anguſtus felicitatis aditus. Israelitarum fauor apud Iouam. Peccans Adamus. Inania inanibus et contra. Quamdiu felicitatis facultas. Ad Adamum exclamatio. Iouana benignitas in ſontes.

1 HIs dictis quum finem fecis-
ſem, misſus ad me angelus
idem, qui prioribus nocti-
2 bus fuerat misſus, ita mihi dixit:
ſurge Esdra, et audi verba, quæ e-
3 go tibi locutum venio. Et ego:
loquere mi Deus, inquam. Atque
ille: mare poſitum eſt, inquit, in
adeo ſpatioſo loco, vt ſit altum et
4 immenſum: ſed aditu in loco ita an-
guſto poſito, vt ſit fluminibus ſimi-
5 lis. Si quis igitur id mare ingredi,
et id videre, aut in poteſtatem ſu-
am velit redigere, quomodo, niſi
transierit anguſtias, poterit in a-
6 pertum æquor venire? Item ali-
ud: vrbs eſt in campeſtri loco ædi-
ficata ac poſita, eaque omnium bo-
7 norum plena, introitu anguſto et
in præcipiti poſito, vt ſit ad dexte-
ram ignis, ad ſiniſtram alta aqua,
8 interiecta inter ignem et aquam ſe-
mita, vix quæ hominis veſtigium
9 capiat. Si cui igitur hereditate da-
ta ſit hæc vrbs, ſi is oppoſitum pe-
riculum numquam pertransierit,
poteritne adipiſci hereditatem ſu-
10 am? Ita eſt, inquam, Domine.
Et ille: talis eſt, inquit, et Israelita-
11 rum conditio. Quum enim pro-
pter eos creauisſem mundum, et
Adamus contra inſtituta mea fecis-
ſet, vindicatum eſt in id facinus:
factique ſunt huius vitæ aditus an-
guſti, cruciabiles et laborioſi: ii-
que pauci ac mali, et periculorum
pleni, et labori vehementer obno-
xii: quum ſint maioris æui intro-
itus ſpatioſi, tuti, et fructum im-
mortalitatis adferentes. Quod
niſi, qui viuunt, per anguſta hæc
et vana fuerint ingresſi, non pote-
runt adſequi, quæ ſunt repoſita.
Nunc ergo cur conturbaris aut
commoueris tu, quum ſis interi-
turus ac mortalis? Cur non futu-
ra potius, quam præſentia, mente
agitas? Et ego reſpondens: o Do-
minator Domine, inquam, ſi tu le-
ge tua ſtatuiſti, vt hæc iuſti posſi-
deant, impii autem pereant,
quum iuſti anguſta ferant, ſperan-
tes ampla: qui fit, vt, qui agunt im-
pie, ii et anguſta patiantur, neque
ampla illa viſuri ſint? Et ille: nul-
lus eſt, inquit, iudex ſupremo Deo
prudentior. Pereunt enim in præ-
ſentia multi, quia negligitur propo-
ſita Dei lex. Etenim præceptum
dat Deus venientibus, quandocum-
que venerint, quid faciendo, et
quid obſeruando vitam adepturi
ſint, et pœnas euitaturi. At hi non
obtemperant, ſed ei contraueni-
unt: et vanis vtentes cogitationi-
bus, proponunt ſibi fraudes ſcele-
rum. Supremum esſe negant, e-
ius rationes ignorant, legem ſper-
nunt, repudiant promisſa, ſen-
tentiis eius fidem non habent, nec
præſcripta ab eo opera præſtant.
Quapropter, o Esdra, q inania ina-
nibus et plena plenis. Scito futu-
rum esſe, vt veniant ſigna, quæ e-
go tibi prædixi, adpareatque ſpon-
ſa: et exſiſtens oſtendatur, quæ
nunc ſubducitur, terra: ac quis-
quis ex prædictis malis euaſerit, vi-
deat miracula mea. Patefiet enim fi-
lius meus Ieſus cum ſuis comitibus,
et lætabuntur, qui reliqui fuerint
annis

q) ab eo, qui non habet, auferetur, et habenti dabitur.

annis quadringentis. Poſt eos an-
nos morietur filius meus Chriſtus,
et omnes ſpiritu præditi homines,
et conuertetur orbis in antiquum
[r] ſilentium diebus ſeptem, ſicut in
[s] prioribus pœnis, ita vt nemo ſu-
perſit. Peractis autem ſeptem die-
bus, excitabitur, quod nondum vi-
gilat ſæculum, et morietur corru-
ptum: terraque reddet, quæ in ea
dormient, et humus, qui in eo ſi-
lentio habitabunt, et cellæ depoſi-
tas apud ſe reddent animas, et ad-
erit Supremus pro tribunali: præ-
teritisque miſeriis peribit [t] patien-
tia. Ius autem ſolum remanebit, ve-
ritas ſtabit, fides conualeſcet, præ-
mium ſubſequetur, merces exhi-
bebitur, vigilabunt virtutes, et vi-
tia dominatum amittent. Et ego:
primus Abrahamus, inquam, ora-
uit pro Sodomitis, et Moſes pro pa-
tribus, qui in deſertis peccauerant:
et eius poſteri pro Iſraelitis, Acha-
zi et Samuelis tempore: et Dauid
propter cladem, et Solomo pro
venturis in fanum: et Elias pro
his, qui pluuiam obtinuerunt, et pro
mortuo, vt reuiuiſceret: et Eze-
chias pro populo, tempore Senna-
cheribi: denique multi pro multis.
Quod ſi nunc, quum peruerſitas in-
creuit, auctaque eſt iniuſtitia, o-
rent iuſti pro impiis, cur nunc quo-
que non fiat idem? At ille mihi
reſpondens: præſens, inquit, ſæcu-
lum non eſt finis: auctoritas in eo
frequenter locum habet, propter-
ea orarunt illi pro infirmis. Sed
iudicii dies erit huius temporis finis
et futuræ immortalitatis initium,
quum præterierit peruerſitas,
perierit intemperantia, exciſa fue-
rit diffidentia, creuerit autem iu-
ſtitia, orta veritate. Tunc enim
nemo vel perditum ſeruare, vel de-
primere victorem poterit. Tunc
ego ſubieci: hoc idipſum eſt, in-
quam, quod primum et poſtre-
mum dico, videlicet præſtitisſe, non
dare terram Adamo: aut, quum
iam dedisſet, a peccando eum co-
hibere. Quid enim prodeſt homi- 47
nibus, et hanc vitam agere miſere,
et mortuos exſpectare ſupplicium?
O Adame, quid feciſti? Quod enim 48
tu peccaſti, non tuus vnius caſus
fuit, ſed et noſter, qui ex te orti ſu-
mus. Quid enim prodeſt nobis 49
promisſum esſe tempus immortale,
ſi nos agimus opera mortalia? Aut 50
propoſitam nobis esſe ſpem peren-
nitatis, ſi nos pesſimi vani ſumus?
Aut deſignatas nobis incolumes, et 51
tutas habitationes, ſi nos male nos
gerimus? Aut repoſitam esſe Su- 52
premi gloriam ad eos protegendos,
qui patienter ſe gesſerint, ſi nos pes-
ſimis ſumus moribus? Aut exhi- 53
bendum esſe paradiſum, cuius fru-
ctus incorruptus perſeuerat, in
quo eſt ſecuritas ac remedium: ſi 54
nos eo non ingrediemur, quippe in
iniucundis verſaturi locis? Aut ſtel- 55
lis ſplendidiores fore facies eorum,
qui abſtinentia fuerint vſi, ſi noſtræ
facies erunt tenebris nigriores:
quippe qui non cogitemus viuen- 56
tes, quum crimina committimus,
poſt mortem nos esſe daturos pœ-
nas? Tum ille mihi reſpondens: 57
hæc eſt, inquit, certaminis ratio,
quod homini in terris nato certan-
dum eſt, vt ſi victus fuerit, patia- 58
tur, quod tu dixiſti: ſin vicerit, adſe-
quatur, quod dico ego. Nam hæc 59
eſt vita, de qua Moſes, quum viue-
ret, loquebatur, populum his ver-
bis adloquens: elige tibi vitam, vt
viuas. Sed illi nec ei, nec eius 60
ſuccesſoribus vatibus crediderunt:
ſed nec mihi, qui eos monui, non 61
tam pernicioſos eis esſe triſtes caſus,
quanto gaudio fruituri ſunt, quibus
perſuaſa ſalus eſt. Tum ego: 62
ſcio Domine, inquam, Supremum
ex eo miſericordem vocari, quod 63
et eorum, qui nondum in hanc vi-
tam venerunt, et eorum, qui in eius
lege verſantur, miſeretur. Item 64
faci-

r) interitum. s) diluuio. t) res aduerſæ.

facilis eſt, qui facilitate vtatur in
eos, qui peccant, tamquam in ſua
65 opera: et munificus, qui largiri
66 velit, quantum res poſtulat: et
multæ beneficentiæ, qui tam mul-
tiplicia conferat beneficia, tum in
eos, qui nunc ſunt, tum in eos,
67 qui fuerunt aut futuri ſunt. Ni-
ſi enim multa fuerit vſus beneficen-
tia, non reuiuiſcet mundus cum
68 his, qui eum poſſesſuri ſunt. Con-
donat item: niſi enim pro ſua boni-
tate condonaret, vt, qui culpam
commiſerunt, ſuis criminibus le-
uentur, non poſſet vel decies mil-
leſima pars hominum reuiuiſcere:
69 et niſi iudex ſermone ſuo curatis
ignoſceret, ac tot crimina deleret,
70 fortasſis ex innumerabili multitudi-
ne vix ſuperesſent perpauci.

CAPVT VIII.

Ad Iouam Esdras veniam deprecans. Iouana in hominem prouidentia, cura, clementia. Pro ſuis popularibus deprecans Esdras. Mortales omnes in Deum peccantes. Indicta ſigna, non tempora.

1 TVm ille rurſum mihi: hoc
æuum, inquit, fecit Supre-
mus propter multos, futu-
2 rum autem propter paucos. Di-
cam autem apud te ſimilitudinem,
Esdra. Quemadmodum ſi terram
interroges, dicet tibi, ſe multum ter-
ræ præbere, vnde fiant fictilia:
ſed paullulum pulueris, vnde fiat
aurum: ſic ſe habet præſentis æui
negotium, multis quidem creatis,
ſed paucis ſeruandis. At ego: * hau-
ri ergo, o anima mea, ſenſum, et
5 vora prudentiam, poſtquam au-
diendi ac vaticinandi cupiditate ve-
niſti: nec enim tibi datum eſt am-
6 plius, quam viuendi ſpatium. O
Domine, * niſi mihi permittas, vt te
oremus, noſtriſque cordibus et ſen-
ſibus ſemen ac cultum, vnde fru-
ctus exſiſtat, adhibeas: vnde nam
poſſit quiſquam corruptus viuere,
7 qui hominis locum ſuſtineat? Nam

et tu ſolus es, et nos vnum ſum
manuum tuarum opificium, vt d
xiſti: quumque iam in vtero fo
matum corpus eſt, eique membr
præſtitiſti, conſeruatur u igni et u
qua tuum opificium, et nouen
menſibus patitur y res a te format
id quod a te in ea creatum eſt.
x quod ſeruat autem et quod z ſeru
tur, vtrumque a ſeruatur: ſeruatu
que porro vterus, tandem reddi
quæ in eo adoleuerunt. Cur
enim tu ex ipſis membris, hoc e
mammis, præbendum lac ſubrun
fetui, vt quod formatum eſt, nu
triatur aliquamdiu, vt eum poſte
tua benignitate componas. Eu
tua iuſtitia enutris, lege erudis, iu
dicio corrigis, et tamquam rem, a
creatam, necas, eumdemque,
opus tuum, reuocas in vitam. Quo
ſi perdis eum, qui tantis laboribu
eſt conformatus, facile eſt tuo iuſ
perfici, vt et id, quod factum e
ſeruetur. Quamobrem, Domin
dicam non de cunctis hominibu
(nam de ceteris tu potius videris
ſed de populo tuo, cuius vicem eg
doleo: de hereditate tua, propte
quam lugeo: de Iſraelitis, de Iac
beis, quorum vicem doleo, ac a
gre fero. Ingrediar, inquam,
tum pro me, tum pro iis oran
quoniam video lapſus noſtros, q
inhabitamus terram. Audiui a
tem, quam celeriter venturus
iudex futurus: quapropter au
vocem meam, et attende ſerm
nem meum, dum loquor apud t
Sequitur oratio Esdræ, priu
quam animo excederet: Domin
inquam, qui ſempiternus perma
nes, cuius oculi in ſublime p
aerem elati ſunt, cuius ſolium i
æſtimabile, gloria incomprehenſ
bilis eſt: cui angelorum trepidu
adſtat exercitus, quorum cu
circa ventum ignemque verſatu
cuius oratio vera, et dicta conſtan
tia ſunt: cuius iusſum potens,
inſtitu

u) calore et humore. x) mulier. y) vterus. z) fetus. a) a Deo.

inſtitutum terribile: cuius adſpe-
ctus vndas exſiccat, et indignatio li-
quefacit montes, et certa fides eſt:
exaudi tui cultoris orationem, au-
ſculta figmenti tui preces, qui, donec
viuam, loquar, donec ſentiam, fa-
bor. Ne ſpecta tui delicta populi,
ſed eos, qui tibi vere ſeruiunt. Ne
intende in impia gentium ſtudia:
ſed qui oracula tua inter dolores
tuentur. Ne eorum rationem ha-
be, qui ſe erga te gerunt perfide:
ſed eos recordare, qui tenent ad
arbitrium tuum religionem. Noli
eos perdere, qui brutis ſunt mori-
bus, ſed eos reſpice, qui legem tu-
am præclare docent. Ne eis ſuc-
cenſe, qui beſtiis peiores habentur:
ſed eos dilige, qui ſemper tuæ iu-
ſtitiæ confidunt, et gloriæ. Nam
nos quidem maioresque noſtri e-
iusmodi laboramus morbis, vt tu
propter nos nocentes ſis adpellan-
dus miſericors. Si enim volueris
miſereri noſtri, fiet, vt vocere mi-
ſericors, nobis quidem iuſtitiæ o-
pera non habentibus. Nam iuſti
quidem, quibus ſunt opera multa
repoſita, ex ſuis ipſorum operibus
mercedem accipient. Quid eſt e-
nim homo, vt ei ſuccenſeas? quid
eſt mortale genus, vt te ei tam acer-
bum præbeas? Certe enim nemo
naſcitur, qui non impie agat: ne-
mo exſtat, qui non delinquat. E-
nimuero hoc ipſo prædicabitur iu-
ſtitia bonitasque tua, Domine, ſi
eorum miſertus fueris, qui recte
factorum facultatem non habent.
Tum ille mihi reſpondens: recte
nonnulla locutus es, inquit: et, vt
habent verba tua, ſic fiet. Nec
enim vere animaduertam in nocen-
tum mores ante mortem, ante iu-
dicium, ante exitium: ſed me
iuſtorum moribus oblectabo, me-
mor et peregrinos eſſe, et conſer-
uandos, ac remunerandos. Vt
ergo dixi, ſic ſe res habet. Vt enim
agricola ſpargit ille quidem in terra
multa ſemina, pangitque frequen-
tes plantas, ſed non ſuo tempore
omnia ſata euadunt, nec omnia
plantata radicantur: ſic et in orbe
ſati non omnes ſeruabuntur. Tum 42
ego ſic ſubieci: ſi placet, ego lo-
quar. Quemadmodum ſemen 43
agricolæ, niſi enatum fuerit, aut
tempeſtiue tuam acceperit pluui-
am, aut ſi pluuiæ multitudine fue-
rit corruptum, perit: ſic etiam 44
homini accidit, qui manibus tuis
formatus eſt, et cuius tu exemplum
nominatus: ſiquidem et tu * ei adſi-
milaris, propter quem omnia for-
maſti, et ipſum cum agricol. ſe-
mine comparas. Ne f.rui in nos, 45
ſed parce tuis, et hereditatis tuæ
miſerere, tu qui es erga opificium
tuum miſericors. At ille mihi re- 46
ſpondens: * b alia, inquit, in pra ſen-
tia agenda ſunt, alia in futurum.
Multum ſane ab eo abes, vt posſis 47
plus opificium meum diligere,
quam ego. Et ad te quidem fre-
quenter accedo, ſed ad iniuſtos
numquam. Ideo autem in pretio 48
es apud Supremum, quoniam tu te,
ſicuti decet, ſubmittis, nec eum te
iudicas, vt inter iuſtos magnopere
glorieris. Itaque multis et miſeris 49
adficientur calamitatibus, qui po-
ſtremi in orbe degent, quod ſe ſu-
perbisſime gesſerint. Tu autem 50
diſce tibi, tuique ſimilium gloriæ
ſtudeto. Vobis enim apertus eſt 51
paradiſus, plantata vitalis arbor,
præparatum futurum tempus,
præparata abundantia, ædificata
vrbs, explorata requies, perfe- 52
cta bonitas, perfecta ſapien-
tia. Vobis nihil rei eſt cum ra-
dice mali: vobis detracta eſt in-
firmitas atque tabes, et in orci ob-
liuionem fugit interitus: ac præ- 53
teritis doloribus exhibetur ad ex-
tremum theſaurus immortalitatis.
Ne pergas igitur ſciſcitari de eorum 54
multitudine, qui perituri ſunt.
Nam et ipſi libertatem adepti, Su- 55
pre-

b) miſerebor equidem, ſed nondum tempus eſt.

premum ſpernunt eius legem con-
temnentes, et vias relinquentes.
56 Accedit eo, quod eius iuſtos oppri-
57 munt, animo negantes eſse Deum,
idque quum ſe morituros ſciant.
58 Vt enim vos excipient, quæ ſupra
dicta ſunt: ſic eos ſitis et cruciatus,
quæ præparata ſunt. Non enim
59 voluit hominem perire: ſed ipſi
creati creatoris ſui nomen coin-
quinant, ingrati in auctorem vitæ
60 ſuæ. Quapropter iudicium meum
61 iam propinquat: id quod non
cuiuis, ſed tibi, paucisque tui ſimi-
62 libus, demonſtraui. Tum ego:
tu quidem nunc, Domine, in-
quam, mihi ſigna multa demon-
ſtraſti, quæ ad extremum editurus
es: ſed quo tempore, non demon-
ſtraſti.

CAPVT IX.

Inuiſurus vniuerſum Deus. Cruciandi impii rationes latentes. Pauci felicitandi. Floribus veſcens vates. Ad Iouam Esdras. Plorans mulier. Filius exoptatus mortuus.

1 TVm ille mihi reſpondens: me-
tire tempus per ſemetipſum,
inquit, et quum videris ali-
quam prædictorum ſignorum par-
2 tem præteriiſse, tum intelliges,
id eſse tempus, quo inuiſurus eſt
Supremus orbem a ſe factum.
3 Quumque exſtiterint in orbe terræ
motus, et populorum turbatio,
4 tunc intelliges, de iis locutum
fuiſse Supremum a temporibus,
quæ iam olim ante te fuerunt.
5 Sicut enim quidquid in orbe fit, id
et initium habet et exitum, eumque
6 manifeſtum: ſic et Supremi tem-
pora initia habent prodigiis præcla-
risque factis manifeſta, et exitus a-
7 ctione ac ſignis. Quisquis autem
euaſerit, ſuisque factis ac fide, qua
8 credideritis, potuerit effugere, is
ex ſupra dictis periculis ſupererit, et
meam ſalutem videbit in terra fini-
busque meis, qui me ceu ſacrum a
mundo ſecreuerim. Ac tum miſe
ri erunt, qui nunc abutuntur mei
inſtitutis, et in tormentis agent, qu
ea contemtim reiiciunt. Nam qu
me non agnouerint, viuentes be
neficia conſecuti, et qui legem
meam faſtidierint, quum adhuc li
bertatem haberent, quumque eſ
ſet adhuc eis apertus pœnitentiæ lo
cus, non attenderint, ſed ſpreue
rint, iis erit poſt mortem in cru
ciatu cognoſcendum. Porro tu
noli curioſius quærere, quomodo
cruciandi ſint impii: ſed quære
quomodo iuſti ſeruandi ſint, e
quorum ſit ſæculum, et propter
quos ſæculum, aut quando. A
ego: iamdudum dixi, inquam, e
nunc dico, poſthac dicturus idem
plures eſse perituros, quam ſer
uandos: quemadmodum plus eſ
fluctus, quam gutta. Et ille: c) qua
lis ager, inquit, mihi talia et ſemina
et quales flores, tales et colores
et qualis opifex, tale et opificium
et qualis agricola, talis cultura
quoniam tempus erat ſæculi. Er
go quum his, qui nunc ſunt, ante
conditum mundum pararem, i
quo habitarent, nemo mihi con
tradicebat: * tunc enim quisque
at nunc creatorum in hoc condito
mundo, ſeminario perpetuo, et le
ge inexplicabili, corrupti ſunt mo
res. Igitur mundum conſiderans
animaduerti, periculum eſse ab ex
ortis in eo moribus: quo viſo, mul
tum ei peperci, mihique acinum e
vua, et plantarium ex tam copioſo
genere ſeruaui. Pereat ergo mul
titudo, quæ fruſtra nata eſt: e
ſeruetur meus acinus, atque plan
tarium, quod multo cum labore
feci. Tu vero ſi porro ſeptem a
lios dies transegeris, (non ieiuna
bis autem in eis, ſed in floridum
profectus campum, vbi nulla do
mus ædificata ſit, veſceris dumta
xat campi floribus, neque car
nem guſtabis, neque bibes vi
num

c) non intelligo.

num, ſed tantum floribus vteris, Supremum ſine intermisſione precans,) veniam eo, colloquarque tecum. Igitur profectus ego, vt ille mihi dixerat, in campum, qui vocatur Ardath manſi ibi in floribus, veſcens herbis terreſtribus, quarum cibus mihi ſaturitatem attulit. Exactis autem diebus ſeptem, quum mihi, in gramine recubanti, mens iterum, vt antea, turbaretur, cœpi aperto ore apud Supremum ſic verba facere: o Domine, tu te nobis oſtendens, adparuiſti maioribus noſtris in inacceſſa, infructuoſaque ſolitudine, quum ex Aegypto emigrasſent: eosque Iſraelitas, Iacobi progeniem, monuiſti, vt te audirent, tuaque dicta attenderent: te enim legem tuam in eis ſeminaturum esſe, quæ fructum in eis ederet, ex quo gloriam esſent adepturi ſempiternam. Verum maiores noſtri acceptam legem non exſecuti ſunt, nec tua iura conſeruarunt, itaque non comparuit fructus legis: nec enim poterat, quippe tuus. Nam, qui acceperunt, perierunt, qui non cuſtodierint, quod fuerat in eis ſeminatum. Solet autem fieri, vt quum acceperit terra ſemen, vel nauem mare, vel vas aliquod cibum aut potionem, eo pereunte, in quo ſeminatum eſt, aut in quod aliquid immisſum eſt, pereat ſimul id, quod ſeminatum aut immisſum ac poſitum eſt, nec apud nos remaneant, quæ illis capiebantur. Sed in nobis non ita fit. Siquidem nos, qui legem accepimus, peccando periimus, noſtrumque cor, quod eam accepit: at lex non periit, ſed vim ſuam retinuit. Hæc quum animo ſermocinans, oculos retro vertisſem, vidi in dextera parte mulierem, quæ magna voce lugens, plorabat cum graui animi dolore, disſcisſis veſtimentis, puluere conſperſo capite. Itaque omisſis, quibus intentus eram, cogitationibus, conuerſus ad eam di-
xi: quid fles? aut quid animo do- 40
les? Et illa: ſine me, mi domine, 41
inquit, deflere meipſam, et dolori
indulgere: nam vehementi animi
mærore grauiter angor. Cui ego: 42
quid tibi accidit, inquam? dic mihi.
Et illa: ſterilis fueram, inquit, do- 43
mine, neque pepereram, habens
maritum per annos triginta: qui- 44
bus triginta annis quum Supremum
per ſingulas horas atque dies, interdiu noctuque comprecata forem,
accidit poſt annos triginta, vt me 45
Deus exaudiuerit, meamque miſeriam et calamitatem reſpiciens, mihi filium dederit: quo quidem valde delectati ſumus ego virque meus, et omnes ciues mei, numenque multum celebrauimus.
Eum ego multo cum labore nutri- 46
ui: quumque adoleuisſet, et eo 47
venisſet, vt ducturus esſet vxorem, egi conuiuii diem.

CAPVT X.

Filii lugentis mulieris mors. Matris mæror ac luctus. Vatis ad lugentem increpatio, conſilium fidele. Lugentis fulgor vati formidabilis. Mulier non viſa. Vrbs inde ſurgens. Ad vatem perterritum angelus. Mulier Sionem referens. Conſolatus Esdram Vriel.

SEd accidit, vt, ingresſus in tha- 1
lamum ſuum filius meus, caderet, ac moreretur, quum quidem omnes *a* euertisſemus lumina.
Deinde quum omnes mei ciues ad 2
me conſolandam ſurrexisſent, quieui vsque ad ſequentis diei noctem.
Et poſtquam omnes conſolandi 3
mei, vt quieſcerem, finem fecerunt, ſurrexi noctu, et aufugi, venique, vt vides, in hunc campum,
et cogito, iam non reuerti in vrbem, 4
ſed hic permanere, et neque cibum neque potionem capere, ſed ſine intermisſione lugere ac ieiunare,
donec moriar. Tum ego omisſis, 5
in quibus eram ſermonibus, ei cum

a) cubitum diſcesſiſſemus.

6 iracundia reſpondi his verbis: o
omnium mulierum ſtultisſima, non
vides luctum noſtrum, et quæ no-
7 bis contingunt? Nam Sion mater
noſtra, omni mærore et miſeria
8 adflicta, luget grauisſime. Et nunc
quum mæſti lugeamus omnes,
quippe omnes triſtia patientes, tu
9 vnum filium mæres? Interroga e-
nim terram, et dicet tibi, ſe eam esſe,
quæ debeat lugere caſum tam mul-
10 torum in ea naſcentium. Quum
enim ex ipſa ab initio nati ſint o-
mnes, et alii porro orituri, abeunt
pæne omnes in interitum, exiti-
umque fit eorum tantæ multitudi-
11 nis. Vtram igitur par eſt lugere
magis? hancne, quæ tantam multi-
tudinem amittit? an te, quæ vnius
12 cauſſa doles? Quod ſi mihi dices:
at non eſt planctus meus terræ ſimi-
lis: nam ego ventris mei fetum per-
didi, quem cum ærumnis ac dolo-
13 ribus genitum pepereram, quum
terræ, (vt eſt terræ natura,) multitu-
14 do præſens, vt fit, abeat: reſpon-
debo, ſicut tu cum labore peperiſti,
ſic et terram dare fructum ſuum
homini ei, qui eam ab initio exco-
15 luit. Quamobrem comprime a-
pud temetipſam dolorem tuum, et
fortiter fer, qui tibi contigerunt
16 caſus. Si enim Dei decretum ad-
probaueris, eiusque conſilium tem-
peſtiue admiſeris, ex eo laudem
17 inuenies. Quapropter in vrbem
18 ad virum tuum te confer. At illa:
non faciam, inquit, nec in vrbem
19 me recipiam, ſed hic moriar. Tum
ego pluribus cum ea agere pergens:
20 noli iſtud facere, inquam, ſed ob-
ſequere ſuadenti. Quot enim ca-
ſus Sionis? conſoletur te dolor Hie-
21 roſolymæ. Vides enim noſtrum
fanum in vaſtitatem redactum, e-
uerſam aram, templum dirutum,
22 oppresſos cantus, tacere carmina,
periisſe lætitiam, candelabri lumen
exſtinctum, direptam arcam ora-
cularem ſacrarium pollutum, pæne
profanatum nomen, a quo nuncu-

pamur, noſtros liberos contumelia
adfectos, ſacerdotes crematos, Le-
uitas abactos in captiuitatem, ſtu-
pratas virgines, violatas vxores,
iuſtos raptos, paruulos perditos,
iuuenes ſeruire, milites debilitatos,
et quod eſt omnium maximum, in-
ſigne Sionis, quæ ſua gloria priua-
ta eſt, quippe quæ ſit in hoſtium
noſtrorum manus tradita. Quam-
obrem tu excute tantum iſtum mæ-
rorem, et tot dolores depone, vt
tibi reconcilietur numen, ac re-
quiem et laxamentum laborum ad-
ferat Supremus. Hæc me ei dicen-
te, accidit, vt ſubito fulgeret eius
facies atque ſpecies, adſpectusque
coruſcus fieret, adeo vt ad eam
valde expaueſcerem. Ac dum,
quidnam id esſet, cogito, ecce tan-
tum illa repente tantique terroris
ſonitum voce emiſit, vt eo mulieris
ſono terra commoueretur. Deinde
adſpicienti mihi mulier nusquam
comparebat, ſed vrbs conſtrueba-
tur, adparebatque magnorum fun-
damentorum locus. Itaque terri-
tus magna voce exclamaui: vbi
eſt, inquam, Vriel angelus, qui
primum ad me venit? nam is me in
hunc tantum mentis excesſum addu-
xit, vbi ad extremum mihi periit
res, et preces turpiter ceciderunt. 2
Hæc loquente me, ſuperuenit ille
mihi, quem quum ceu mortuum, 3
iacentem, et exanimatum vidisſet,
prehenſum dextera mea confirma-
uit, et in pedes erectum ſic adlo-
cutus eſt: quid tibi eſt? cur mente 3
animique ſenſu turbatus es? quid
conturbaris? Cui ego: quoniam 3
tu me dereliquiſti, qui quidem tua
dicta exſecutus ſum, profectus in
campum, vbi vidi, quod me non
posſe enarrare video. Et ille: ſta 3
viriliter, inquit mihi, et ego te
commonebo. Cui ego: loquere 3
tu mecum, mi domine: noli me
derelinquere, ne fruſtra moriar:
nam et vidi, quæ neſciebam, et au- 3
dio, quæ neſcio, niſi forte fallitur 3
meus

meus ſenſus, animusque ſomniat.
Quapropter oro te, vt mihi tuo de-
clares hunc mentis exceſſum. Tum
ille mihi reſpondens: audi me,
inquit, dum te doceo, et de eis,
quæ times, diſſero: nam tibi Supre-
mus multa patefacit arcana. Vi-
dit rectum inſtitutum tuum, qui
propter populares tuos ſine inter-
miſſione mæreres, et Sionis vicem
tantopere doleres. Hæc eſt ergo
viſionis interpretatio, quæ tibi
41 paullo ante adparuit. Quam vi-
diſti lugentem, conatus es conſola-
42 ri: at nunc iam mulieris ſpeciem
non vides, ſed viſa tibi eſt vrbs æ-
43 dificari. Quod autem tibi caſum
filii ſui narrabat, hæc eſt explicatio.
44 Hæc mulier, quam tu vidiſti, Sion
eſt. Quod autem tibi dixit ea, quam
modo vt vrbem conſtrui cernebas,
45 quod, inquam, tibi dixit, ſe annos
triginta fuiſſe ſterilem: id eo per-
tinet, quod fuerunt ſcilicet anni tri-
ginta, quum in ea nondum fieret
46 res diuina. Quibus annis triginta
exactis, conſtruxit vrbem Solomo,
remque diuinam fecit: tunc fuit,
47 quum peperit ſterilis filium. Quod
autem tibi dixit, eum ſe laborioſe
nutriuiſſe, ea eſt habitatio Hieroſo-
48 lymis. Rurſumque quod tibi dixit,
filium ſuum ingreſſum thalamum
ſuum, fortuito caſu lapſum interiiſ-
ſe, ea eſt, quæ contigit, ruina Hiero-
49 ſolymæ. Quod autem illius formam
vidiſti, et, quoniam filium lugeret,
eam conſolari conatus es, denique
de iis, quæ contigerunt, hæc tibi ſunt
50 aperienda. Videns ſcilicet Supre-
mus, te propter eam animo mære-
re, totoque pectore angi, oſtendit
tibi eius gloriæ claritatem, decoris-
51 que pulchritudinem. Nam ideo te
in campo manere iuſſi, vbi nullum
52 eſſet domus ædficium. Sciebam
enim, Supremum hæc tibi oſtenſu-
53 rum eſſe: propterea iuſſi, vt veni-
res in agrum, vbi nullum eſſet ædi-
54 ficii fundamentum. Nec enim pot-
erat opus humani ædificii eo ſuſ-
tineri loco, vbi Supremi vrbs de-
monſtranda foret. Quocirca noli 55
timere, aut animo expaueſcere:
ſed ingreſſus vide ædificii ſplendo-
rem ac magnitudinem, quantum
tibi licet oculorum acie videre;
poſtea audies, quantum aurium tua- 56
rum auditu tibi audire fas eſt.
Nam tu in primis beatus es, et ho- 57
mo paucorum apud Supremum vo-
caris. Manebis autem hic craſtina 58
nocte, et tibi obiiciet Supremus 59
ſummarum rerum viſa, quas faciet
Supremus terræ incolis, poſtremis
temporibus. Itaque ego noctem 60
illam, et ſequentem dormiui,
ſicut ille mihi mandauerat.

CAPVT XI.

Viſio aquilæ ex mari, alæ, capita, pennæ contrariæ. Aquilæ verba. Regna pennarum diuerſa. Capitum duorum concretio, leo rugiens e ſilua ad aquilam. Aquilæ tandem excidium.

VIſus ſum autem mihi videre 1
in ſomnis adſcendentem ex
mari aquilam, duodecim ha-
bentem pennatas alas, et tria capita:
quam videbam in totum orbem a- 2
las ſuas expandere, et omnes cæli
ventos confertim in eam flare.
Deinde vidi de pennis eius naſcen- 3
tes contrarias pennas, quæ in mi-
nutas exiguasque pennulas euade-
bant. Et eius quidem capita quies- 4
cebant, medio capite ceteris ma-
iore, *quod tamen cum eis quieſce-
bat. Eam aquilam vidi ſuis volare 5
pennis, et in orbe regnare in eius
habitatores: eique omnia ſub cæ- 6
lo ita eſſe ſubiecta, vt nemo eorum,
quicumque ſunt in terris creati, ei
contra veniret. Deinde vidente 7
me, conſtitit in vngues ſuos aquila,
emiſitque pennis ſuis vocem, di-
cens: nolite omnes ſimul vigilare: 8
dormite ſuo quisque loco, et ſuo
quisque tempore vigilate, capita 9
autem ſeruentur ad extremum.
Animaduerti autem, vocem non 10
ex eius capitibus exire, ſed ex me-

11 dio corpore: numeranſque con-
trarias eius pennas, deprehendi
12 octo: deinde vidi ſurgere a dex-
tera parte vnam pennam, quæ toto
13 orbe regnauit. Quumque regna-
ret, venit ei finis, ita vt eius veſti-
14 gium nuſquam adpareret. Dein-
de exſtitit altera, quæ regnauit, et
ea quidem multo tempore tenuit.
15 Quumque regnasſet, eius finis ve-
nit, ita vt nuſquam esſet, quemad-
16 modum prior. Eſt autem ad eam
emisſa vox dicens: audi tu, quæ
tamdiu tenuiſti orbem: hæc ego ti-
bi nuntio, antequam incipias nuſ-
17 quam eſſe. Nemo poſt te non mo-
do tempus tuum, ſed ne dimidium
18 quidem tenebit. Deinde exſtitit
tertia, quæ poſtquam principatum,
ſicut et priores, tenuit, ipſa quo-
19 que euanuit. Atque idem contin-
gebat omnibus aliis ſingulatim, vt
principatum gererent, rurſumque
20 aboleſcerent. Deinde ſpectante
me per interualla temporis, pennæ
ſequentes erigebantur a dextera
parte, vt tenerent et ipſæ principa-
tum, et ex his erant, quæ tenerent,
21 ſed quæ ſtatim euaneſcerent: non-
nullæ etiam earum erigebantur,
ſed principatum non obtinebant.
22 Poſtea animaduerti, nuſquam ex-
ſtare duodecim pennas, et duas
23 pennulas, et nihil in aquilæ cor-
pore ſupereſſe, niſi duo quieſcen-
24 tia capita, et ſex pennulas. Dein-
de ex ſex pennulis vidi recedere du-
as, et ſub capite, quod erat ad
dexteram partem, manere, quatuor
25 in loco ſuo manentibus. Deinde
vidi, quum ſubalares erigere ſe, et
principatum occupare conarentur,
26 quarum vna erecta quidem eſt, ſed
27 ſtatim euanuit: itemque ſequen-
tes velocius, quam priores, eua-
28 nuerunt. Deinde vidi duas, quæ
ſupererant, ipſas quoque inter ſe-
29 ſe regnare conantes, quod, co-
nantibus eis, interea vnum quieſ-
centium capitum, quod erat me-

dium, expergefiebat: erat au-
tem hoc [b] duorum capitum maius
Tum animaduerti, duo capita ſe
cum coaleſcere: conuerſumque
caput cum comitibus ſuis comedit
ſubalares duas, quæ regnum adfe
ctabant. Hoc autem caput totum
orbem perterruit, et in eo orbi
incolis multa cum vexatione impe
rauit, et potentatum tenuit orbi
terrarum ſupra omnes alas, qua
fuerant. Poſtea vidi medium
quoque caput, vt et alas, ſubito
euaneſcere, ſuperantibus duo
bus capitibus, quæ et ipſa ſimilite
in orbem, et orbis incolas regnun
tenuerunt. Deinde animaduerti
a dexteræ partis capite læuum de
uorari, et vocem audiui, dicen
tem mihi: proſpice in aduerſum, et
quod vides, conſidera. Vidi au
tem quemdam quaſi concitatum e
ſilua leonem rugientem, qui hu
mana voce ſic adfabatur aquilam
Audi tu, dum ego te ex Suprem
mandato adloquor. Tu nimi
rum id es, quod de quatuor an
malibus, (quibus regnum in meum
orbem tribui, vt per ea veniret f
nis eorum temporum,) ſuperaſti,
quartum exortum, omnia ſuperi
ora animalia deuiciſti, et orbis ſa
culum potentatu, magno cum te
rore tenuiſti, totumque orbem
cum grauisſima vexatione tenuiſt
ac tanto tempore orbem terraru
fraudulenter inhabitaſti, homine
que non ex æquo rexiſti. Nam
manſuetos vexaſti, quieſcentes la
ſiſti, dilexiſti mendaces, deſtrux
ſti habitationes hominum frugi, e
eorum muros deieciſti, qui tibi no
nocebant. Itaque contumelia ſu
perbiaque tua ad ſupremum nu
men peruenit, adſpexitque Supre
mus ſuperba tempora, quæ ecce
finita ſunt, completaque tua ſcele
ra. Propterea peri tu, aquila
cum tuis horribilibus alis, peſſi
mis pennulis, malis capitibus, de
terr

b) putat quidam vertendum eſſe, duobus capitibus ſcilicet aliis.

6 terrimis vnguibus, denique cum toto iſto corpore nequam, vt recreetur totus orbis, et à tua vi liber, eo euadat, vt æquitatem miſericordiamque ſperet ſui conditoris.

CAPVT XII.

Caput euaneſcens aquilæ. Conflagrans ales. Vatis trepidatio. Ad Iouam ſupplex vates. Viſionis explicatio. Regna XII. Arcana ſolus audiens Esdras. Conſcribenda, et docenda cuncta. Ad Esdram populares. Conſolatus populum Esdras. Septem dierum paſtus ex floribus.

1 INterea, leone aquilam his verbis adloquente, animaduerti reliquum caput euaneſcere:
2 nec non quatuor alas illas, quæ ad illud transierant, et ad regnandum ſurrexerant, quarum fuerat exile regnum, tumultusque plenum.
3 Eas, inquam, perire vidi, et totum corpus aquilæ conflagrare, orbe vehementer expaueſcente. Hic ego præ turbatione, et mentis exceſſu, grauique timore expergefactus, ſic cum animo meo locutus ſum: en tu mihi huius rei cauſſa es, qui Supremi ſcrutere rationes. Quum igitur adeo fatigatus animo, et mente inualidus ſim, vt præ tanto metu, quo ſum hac nocte perculſus, ne paullulum quidem virtutis in me ſit, orabo Supremum, vt me confirmet ad extremum. Dominator Domine, inquam, ſi apud te gratia valeo, ſi apud te cum primis iuſtus habeor, aut certe ſi in conſpectum tuum meæ peruenisunt preces, confirma me, mihique tuo viſum hoc horribile interpretando enuclea, vt plenisſime conſoleris animum meum: quandoquidem me dignum habuiſti, cui poſtrema temporum oſtenderes. Tum ille: hæc eſt, inquit, huius viſi interpretatio. Quam vidiſti ex mari adſcendentem aquilam, id viſum eſt, quod Daniel fratri tuo
per viſum oſtenſum eſt, ſed non 12
etiam declaratum: ideo ego tibi
nunc interpretabor. Futurum 13
eſt, vt exſiſtat in orbe *c* regnum, cuius terror erit omnibus id antegresſis regnis acrior. In eo regnabunt 14
d duodecim reges ſingulatim, quo- 15
rum *e* ſecundus, regnum adeptus, diutius tenebit, quam quisquam ex
duodecim. Hæc eſt interpretatio 16
duodecim alarum, quas vidiſti.
Quam autem vocem loquentem 17
audiſti, non ex eius capitibus, ſed
ex medio corporis exeuntem, hæc 18
fore ſignificat, vt poſt illius regni tempus naſcantur non mediocres contentiones, adeo vt propemodum cadat, neque tamen tum cadat, ſed in priſtinum reſtituatur ſtatum. Quod autem vidiſti ſubalares 19
octo cohærentes eius alis, ſignificat fore, vt exſiſtant in eo reges 20
octo, quorum erunt tempora breuia, et anni citati. Et eorum duo 21
quidem *f* peribunt, ac, propinquante medio tempore, quatuor ſeruabuntur ad tempus, inſtante iam eius finis tempore: duo autem ad extremum ſeruabuntur. Quod autem 22
vidiſti tria capita quiescentia, hæc
eſt ſignificatio. Sub eius extre- 23
mum ſuscitabit Supremus tria regna, et reuocabit in ea multa, quæ 24
quidem orbi et orbis incolis maiore cum vexatione imperabunt, quam quisquam ſuperiorum: ideoque aquilæ capita vocantur, quo- 25
niam eius ſcelera inſtaurabunt, eique extremam manum imponent.
Quod autem vidiſti, caput maius e- 26
uaneſcere, ſignificat eorum vnum in lecto ſuo illum quidem, ſed cum cruciatu moriturum: nam duo 27
ſuperſtites gladio conficientur. Al- 28
ter enim gladio ſocium conficiet, caſurus et ipſe tandem gladio.
Quod autem vidiſti duas ſubalares
ad dexteræ partis caput transeun- 29
tes, hæc eſt interpretatio. Hi ſunt, 30
quos

c) imperium Romanum. *d*) duodecim Cæſares. *e*) Octauius Auguſtus. *f*) perient legitur: quod quidam pariendum legendum putant.

quos in finem eius reſeruat Supre-
mus, hoc eſt regnum exile, et tur-
31 barum plenum. Quem vidiſti
autem leonem ex ſilua experre-
ctum ac rugientem, et cum aquila
loquentem, eamque et eius flagi-
tia omni oratione ſua, ſicut audi-
32 uiſti, arguentem: hic eſt ventus,
quem Supremus aduerſus eos, et
eorum ſcelera reſeruat ad extre-
mum, qui eos coarguet, eorum-
que nequitiam coram conuincet.
33 Siſtet enim eos iudicio viuos, et,
34 quum coarguerit, puniet. Nam
meorum quidem reliquos per ærum-
nas liberabit, qui meis in finibus
euaſerint, et eos oblectabit, donec
vltima iudicii dies veniat, de qua
35 tibi locutus ſum principio. Hoc
eſt ſomnium, quo tu vſus es, et hæ
36 eius notiones. Ac tu quidem ſolus
dignus habitus es, qui hoc Supremi
37 arcanum ſcires. Igitur hæc, quæ
vidiſti, omnia in libro ſcribe, et in
38 abdito loco repone, eaque doce-
to popularium tuorum ſapientes,
quorum mentes ſcis hæc arcana ca-
39 pere, ac cuſtodire posſe. Tu au-
tem dura hic adhuc dies alios ſe-
ptem, vt tibi ostendatur, quidquid
Supremo viſum fuerit. His ille di-
40 ctis, diſceſſit a me. Interea quum
audiuisſet omnis populus, exactis
ſeptem diebus, me tamen in vrbem
non reuertisſe, coierunt ab infimis
ad ſummos vniuerſi, et me adgresſi,
huiuſmodi verbis adlocuti ſunt.
41 Quid in te peccauimus? aut qua te
adfecimus iniuria? vt nobis dereli-
42 ctis, maneres in hoc loco? Nam
tu ſolus nobis ex omni populo ſu-
peres, quaſi quædam vua ex vinea,
aut lucerna in obſcuro loco, aut
portus ac nauis elapſa ex tempeſta-
43 te. Parumne ſunt nobis, quæ con-
44 tigere mala? Quod ſi tu nos dere-
linquis, quanto nobis melius esſet
in Sionis incendio conflagrasſe?
45 nec enim meliores ſumus iis, qui ibi
ſunt mortui. Hæc quum illi magna
voce plorantes dicerent, ego re-
ſpondi in hanc ſententiam: bono
eſte animo, Israelitæ, et nolite mæ-
rere, Iacobi poſteri. Habet enim
in memoria vos Supremus, neque
veſtri oblitum eſt numen in rebus
aduerſis. Nec ego vero dereliqui
vos, aut a vobis discesſi: ſed in
hunc locum veni, vt pro vaſtata
Sione precarer, et miſericordiam
orarem veſtro fano adflicto. Quo-
circa redite domum: ego veniam
ad vos poſt hoſce dies. Ita popu-
lus, ſicuti iusſi, profectus eſt in vr-
bem. Ego in ca po, ſicut ille mi-
hi mandauerat, manſi ſeptem dies,
per quos dies floribus tantum ter-
reſtribus, et herbarum victu vſus
ſum.

CAPVT XIII.

E mari ventus vehemens. Orbis totus contra hominem vnum non ferro, ſed ſpiritu pugnantem. Viſionis explanatio. Tridui mora in campo.

TRansactis autem ſeptem die-
bus, viſus ſum mihi per no-
cturnum ſomnium videre
exſurgentem ex mari ventum, qui
eius fluctus omnes conturbaret
deinde conualeſcentem illum homi-
nem g cum copiis cæleſtibus, ita v
quocumque vultum ſuum adſpici-
endi gratia conuerteret, tremerent
quæcumque ſub eo cernerentur
et quocumque ferretur ex eius or
vox, arderent, quicumque eius au-
dirent ſonitus, quemadmodum
peruaſtatur incendio grasſante ter-
ra. Deinde animaduerti innume-
rabilem hominum multitudinem
a quatuor cæli plagis coire ad op-
pugnandum hominem, qui ex ma-
ri exſtiterat, quem quidem vid
in magnum montem, quem ipſ
ſibi exciderat, euolare, qui mons
ex qua regione aut loco excisu
esſet

g) In vetere eſt: cum millibus cæli, neſcio an velit dicere: aduerſus cæleſtes co-
pias. Hebraiſmus quidem hoc patitur.

eſſet, quum videre ſtuderem, non
8 potui: poſtea vidi omnes, qui ad
eum oppugnandum conuenerant,
pertimeſcentes illos quidem, ſed ta-
9 men audentes pugnare. At ille, vt
vidit venientis impetum multitudi-
nis, non extulit manum ſuam, nec
0 enſe vſus eſt, aut vllo belli telo, ſed,
(vt vidi,) dumtaxat miſit ex ore ſuo
quemdam quaſi flatum ignis, ex la-
biis ſuis flammantem ſpiritum, et
ex lingua ſcintillas ac procellas eia-
1 culans, quæ omnia commixta ſi-
mul, ſcilicet flatus ignis, flammeus
ſpiritus, et procellarum vis, irrue-
runt cum impetu in multitudinem,
quæ erat parata pugnare, et o-
mnes ita cremati ſunt, vt ſubito ex
innumerabili multitudine nihil ex-
ſtaret, præter puluerem tantum,
nidoremque fumi: quo viſo equi-
2 dem extimui. Deinde vidi ipſum
hominem de monte deſcendentem,
et vocantem ad ſe multitudinem
3 aliam pacatam: ad quem accede-
bant homines multi, partim vultu
hilari, partim mæſto, nonnulli vin-
cti, alii nonnullos obuios adducen-
tes. Tum ego præ tanto pauore æ-
ger, expergefactus, ſic locutus ſum:
4 Tu qui principio mihi tuo hæc mi-
racula demonſtraſti, meque di-
gnum habuiſti, cuius preces admit-
5 teres, nunc quoque mihi ſomni-
um hoc interpretatione explana.
6 Quantum enim animo coniicio, mi-
ſeri futuri ſunt, qui erunt illo tem-
pore ſuperſtites: ſed multo miſe-
7 riores, qui non erunt: nam qui
ſuperſtites non erunt, dolebunt.
8 Intelligo nunc, quæ in poſtrema
tempora immineant, et quæ ſint
vel illis, vel ſuperſtitibus euentura.
9 Sunt enim in magna pericula mul-
tasque res aduerſas venturi, ſicut
0 oſtendunt hæc ſomnia. Attamen
tolerabilius eſt periclitantem eo ve-
nire, vt nunc videam, quæ futura
ſint in poſterum, quam veluti
quamdam in mundo nubem transi-
1 re, tum ille mihi ſic reſpondit: et
viſionis interpretationem ibi di-
cam, et, quæ poſtulas, aperiam.
Quod de ſuperſtitibus dixiſti, ſic eſt 22
interpretandum. Qui periculum 23
illo tempore pertulerit, is ſe ſerua-
uerit: qui in periculum incide-
rint, hi ſunt, qui opera fidemque
præſtant omnipotenti. Itaque ſci- 24
to, beatiores fore ſuperſtites, quam
mortuos. Hæc ſunt viſiones ſen- 25
tentiæ: quod vidiſti virum ex 26
meditullio maris adſcendentem, hic
eſt, quem multis temporibus reſer-
uat Supremus, qui per ſemetipſum
liberabit opificium ſuum, idemque
componet ſuperſtites. Quod au-
tem vidiſti, ex eius ore prodire 27
quemdam quaſi ſpiritum, ignem-
que et procellam: quodque nec
enſem, nec vllum bellicum tenebat 28
telum, ſed impetu ſuo multitudi-
nem perdidit, quæ eum venerat op-
pugnatum, ſic eſt interpretandum.
Erit tempus illud, quum degentes
in terris curabit liberandos Supre- 29
mus, incolisque terræ mentes at-
tonitas ſuo reddet aduentu. Co- 30
nabuntur autem alii alios expugna- 31
re, ciuitas ciuitatem, regio regio-
nem, gens aduerſa genti, regnum-
que regno. Quum autem hæc
fient, et contigerint ſigna, quæ ego 32
tibi ſuperius oſtendi, tunc patefiet
filius meus, quem vidiſti, vt virum
adſcendentem. Cuius audita vo-
ce, gentes omnes, omiſſo ſuo qui- 33
que in patria bello, quod inter ſeſe
gerent, conuenient eodem, mul-
titudine innumerabili, ſicut ad eum 34
oppugnandum venturi. At ipſe
in Sionis montis cacumine ſtabit. 35
Sion autem veniet, et omnibus oſ-
tendetur parata ac conſtructa, ſicut 36
exciſum ſine manibus montem vi-
diſti. Ipſe vero filius meus mores
et ſcelera coarguet eorum homi- 37
num, qui propter ingenii ſui praui-
tatem venient in tempeſtatem, et
cruciamenta, flammarum ſimilia, 38
quibus cruciandi ſunt, eoſque nullo
negotio per legem perdet, igni con-

39 ſimilem. Quod autem eum vidiſti
colligentem ad ſe aliam pacatam
40 multitudinem, hæ ſunt decem
tribus, ex patria ſua relegatæ, Oſeæ
regis tempore, quem captiuum ab-
duxit Salmanaſar Asſyriæ rex, qui
illos, flumen traductos, in alienam
41 terram transtulit. Illi vero conſi-
lium ceperunt, relicto gentium vul-
go, in vlteriorem et numquam hu-
mano generi habitatam regionem
42 proficiſci, et vel ibi exſequi iura
ſua, quæ in patria non fuerant exſe-
43 cuti. Ingresſi ſunt autem per an-
guſtos aditus fluminis Euphratis.
44 Nam tum Supremus, edens eis mi-
racula, fluminis venas cohibuit, do-
45 nec transiisſent. Fuit autem per
eam regionem, (quæ vocatur *b* Arſa-
reth,) faciendum longum iter vnius
46 anni et dimidii. Tunc ibi conſe-
derunt vsque ad tempus vltimum:
vnde quum erunt item redituri,
47 ſiſtet iterum Supremus venas flu-
minis, vt transire posſint: hinc eſt,
quod pacatam multitudinem vidiſti.
48 Ceterum qui tuorum popularium
ſuperſunt, hi ſunt, qui inueniuntur
49 intra fines meos. Fiet igitur, vt
quum ille perdendam curabit ea-
rum, quæ coiuerint, gentium mul-
titudinem, protegat eos, qui ex po-
50 pulo ſupererunt, ac tum eis
quamplurima portenta ostendat.
51 Tum ego: Dominator Domine,
inquam, hoc mihi ostende, cur vi-
rum viderim ex medio maris ad-
52 ſcendentem. Et ille: quemadmo-
dum quid ſit in fundo maris, rima-
ri aut ſcire non posſis: ita non pote-
rit quisquam in terra videre filium
meum, aut eius comites, niſi ſuo
53 tempore. Hæc eſt interpretatio
ſomnii, quod vidiſti, de quo ſolus
54 hic perſpicue doctus es. Etenim
quoniam, omisſa lege tua, meæ va-
55 caſti ac ſtuduiſti, et, vita ſapienter
inſtituta, ſcientiam matrem vocaſti
56 tuam, propterea ostendi tibi re-
poſita apud Supremum præmia.

Ceterum poſt alios tres dies tibi alia proloquar, grauiaque ac mirabilia exponam. Tum ego digresſus, recepi me in campum, celebrans laudansque magnopere Supremum, de miraculis, quæ ſuo tempore faceret, quique et tempus, et temporum caſus gubernaret: ibique manſi triduum.

CAPVT XIIII.

Ex rubo verba ad Esdram. Seculi ſenectus. Quæ vati curanda. Spiritum ad ſcribendum petens Esdras. Ad populares Esdræ concio. Dictata per Esdram diuina. Proferendi et occultandi libri.

Tertio autem die quum ſederem ſub quercu, ecce ad me perlata vox eſt ex rubo, his verbis: Esdra, Esdra. Et ego: quid vis, Domine? ſimulque in pedes ſurrexi. Atque ille: adparui in rubo, inquit, et Moſem adlocutus ſum, quum mei ſeruirent in Aegypto: eoque misſo, meos ex Aegypto eduxi: et eum, adductum in montem Sinam, multos dies apud me detinui, eique multa narraui mirabilia, et temporum arcana ac finem ostendi, præcepique, quas res palam faceret, quas contra celaret. Nunc te moneo, vt quæ ſigna ego demonſtraui, quæ tu ſomnia vidiſti, quasque audiiſti interpretationes, in mente reponas tua. Nam tu ex omnibus exceptus verſabere reliquus cum conſilio meo, vna cum tui ſimilibus, donec tempora finiantur. Excesſit enim ſæculum ex iuuentute, vergentibus ad ſenectutem temporibus. Nam in duodecim partes diuiſum eſt ſæculum, quarum decem et dimidia transierunt: ſupereſt autem, quantum eius eſt poſt dimidium decimæ partis. Quamobrem compone domum tuam, caſtiga populares tuos, eorum inopes conſolare, et iam vitiis renuntia: omitte mortales cogitationes, abii-

ce

b) Sunt qui arbitrantur legendum Samatia.

ce humana negotia, infirmam na-
turam tandem exue, et, moleſtisſi-
mis tibi cogitationibus ſeorſum po-
ſitis, propera ex iſtis migrare tem-
15 poribus. Nam quæ iam contigisſe
mala vides, his rurſum deteriora
16 fient: quo magis enim ſenio elan-
gueſcet ſæculum, eo plura incolis
17 accident mala: quippe longius re-
cedente vero, et accedente falſo.
Iamiam enim futurum eſt, quod
18 tu per viſum vidiſti. At ego re-
ſpondens: tuo quidem arbitratu,
19 Domine, inquam. Verumtamen
vt ego vadam, ſicut tu mihi præce-
piſti, et præſentem populum caſti-
gem, qui poſthac naſcentur, quis
20 commonebit? Ergo mundus, et
qui in eo degunt, verſantur in tene-
21 bris ſine lumine: nam tua lex in-
cenſa eſt, ideoque nemo ſcit, quæ
a te vel facta vel futura ſint opera.
22 Quod ſi quid auctoritate apud te
valeo, adfla me ſancto ſpiritu, vt
ſcribam, quidquid in mundo factum
eſt a principio, quæ erant in lege
tua ſcripta, vt posſint homines inue-
nire viam: et qui in poſterum vi-
23 uere volent, viuant. Tum ille
mihi reſpondens: i, inquit, conuo-
catum populum, et eis interdicito,
ne te quærant per dies quadraginta.
24 Deinde comparatis multis buxeis ta-
bulis, adhibitis Sarea, Dabria, Sele-
mia, Echano, et Aſiele, qui quinque
celeriter ſcribendi periti ſunt, huc
redito: ego in tua mente ingenii
lumen accendam, quod non exſtin-
guetur, quin abſoluta fuerint, quæ
ſcribere cœperis: quibus perfe-
ctis, alia palam facies, alia ſapienti-
bus occulte trades. Incipies autem
cras hac hora ſcribere. Igitur di-
gresſus ego, ſicut ille mihi præcepe-
rat, conuocato omni populo, hanc
orationem habui. Audite Iſraeli-
tæ hæc verba: peregrinati olim
maiores noſtri in Aegypto, et inde
liberati, quum vitalem accepis-
ſent legem, eam non ſunt exſecuti,
eamdemque vos quoque poſt eos
violaſtis. Quumque vobis regio 31
et ſionia terra ſorte data foret, et
maiores veſtri, et vos crimen com-
miſiſtis, nec præceptas vobis a Su-
premo rationes obiiſtis. Itaque il- 32
le iuſtus iudex quum ſit, abstulit a
vobis aliquando, quod donauerat.
Nunc, (quandoquidem vos vna cum 33
veſtris conſanguineis hic adeſtis,)
ſi adfectionibus veſtris imperaue- 34
ritis, et animo bene morati fuerі-
tis, et viui ſalui eritis, et poſt mor-
tem miſericordiam conſequemini.
Futurum eſt enim poſt mortem iu- 35
dicium, quum reuiuiſcemus, quum
quidem et iuſtorum adparebunt
nomina, et impiorum facta oſten-
dentur. Nunc igitur ad me nemo 36
accedat, aut me quærat per dies
quadraginta. Igitur adſumtis quin- 37
que viris, ſicut ille mihi mandaue-
rat, profectus ſum in campum, ibi-
que manſimus. Vbi poſtera dies 38
aduenit, ecce vox vocauit me di-
cens: Esdra, aperi os tuum, et bi-
be, quod ego tibi propino. Quum- 39
que ego os aperuisſem, ecce mihi
poculum plenum porrigebatur,
plenum quaſi aqua, colore ignis ſi-
mili: quod vbi accepi atque bibi, 40
cor mihi vexabatur ingenio, inque
pectore mihi creſcebat ſapientia,
animi mei durante memoria, ita, 41
vt apertum os meum non ſit clau-
ſum deinceps, Supremo quinque 42
viris ingenium dante, et illis dicta-
tas lymphationes nocturnas, quas
neſciebant, ſcribentibus. Sume- 43
bant autem cibum noctu, me et in-
terdiu loquente, et noctu ſine inter-
misſione. Scripti ſunt autem per 44
quadraginta dies libri quatuor et
ducenti: quibus quadraginta die- 45
bus peractis, locutus eſt Supre-
mus his verbis: Quæ prima ſcri- 46
pſiſti, in propatulo propone, et
dignis et indignis legenda: ſed 47
vltimos ſeptuaginta ſeruabis, quos
doctis popularium tuorum tradas.

48 In his enim ingenii vena, ſapientiæ
fons, et ſcientiæ flumen ineſt.
Atque ego ita feci.

CAPVT XV.

Calamitates a Deo inferendæ. Pro captiuis in Aegyptum comminationes contra Aſſyrios. Babylon obterenda, Aſia vaſtanda.

1 ELoquere autem, audiente po-
pulo meo, fatidica verba, quæ
tibi in os ſuggeram, inquit Do-
2 minus, et facito, vt in charta ſcriban-
3 tur: ſunt enim certa atque vera. Ne
timueris contrarios tibi conatus, ne-
ue te turbet contradicentium incre-
4 dulitas: nam omnis incredulus in
5 incredulitate ſua morietur. Ego
inducam, (inquit Dominus,) in or-
bem terrarum mala, gladios, fa-
6 mem, mortem, interitum: quo-
niam totum orbem plane pollue-
runt vitia, perductis ad ſummum
7 nefariis hominum factis. Qua-
propter iam non conniuebo ad eo-
rum ſcelera, inquit Dominus, quæ
8 irreligioſe perpetrant, nec ea ſuſ-
tinebo, quæ agunt improbe, quum
innoxius inſonsque ſanguis ad me
9 conqueratur, animæque iuſtorum
vociferentur adſidue. Vlciſcar
eos, inquit Dominus, et omnis in-
noxii ſanguinis pœnas ab illis repe-
10 tam. En meus populus ouium ri-
tu ducitur ad cædem: enimuero
non patiar eum habitare in Aegy-
11 pto, ſed potenti manu, ſublimi-
que brachio educam, omnemque
illam regionem, vt olim, clade ad-
12 fectam depopulabor. Lugebit
Aegyptus, et eius fundamenta, cla-
de et ſupplicio adfecta, quod ei
13 Deus irrogabit. Lugebunt culto-
res eius agricolæ, quippe conſum-
tis eorum frugibus vredine, gran-
14 dine, ac horribili ſideratione. Væ
15 orbi et eius incolis, quibus im-
minent arma et calamitas, conſur-
gentque bello gentes aliæ in alias,
16 habentes in manibus tela, et inſta-
bilitate laborantes homines, alii
alios inuadent, non curantes regem
ſuum, principesque actionum ſua-
rum rationem ſua potentia me-
tientur, eousque, vt ſi quis in vr-
bem ire cupiat, non poſſit. Nam
illorum ſuperbia ciuitates turba-
buntur, domus euertentur, formi-
dabunt homines, non miſerebitur
alter alterius, armis domos abolen-
do, et direptis facultatibus magnam
penuriam panis, et calamitatem ad-
ferendo. Ego terrendos a me, (in-
quit Deus,) reges orbis, quotquot
ſunt, ab oriente, ab auſtro, ab eu-
ro, et a Libano conuocabo, vt in
eos regerantur, eisque reddantur,
quæ illis intulerint: ac qualia hac-
tenus electis meis faciunt, talia eis
faciam, ac penitus rependam. Hæc
dicit Dominus Deus: non parcet
mea dextera fontibus, nec abstine-
bit meus gladius ab eis, qui terram
innoxio ſanguine reſpergunt. Pro-
fectus ab eius ira ignis terram fun-
ditus conſumet, et fontes ſtraminis
modo concremabit. Væ pec-
cantibus, et mea præcepta
non exſequentibus, inquit Do-
minus: non parcam illis. Abs-
tinete filii a violentia, nolite meum
contaminare fanum; nouit enim
Dominus omnes, qui in ſe delin-
quunt, ideoque eos neci ac cædi ad-
dicit. Iam enim inuadent orbem
terrarum mala, in quibus hærebi-
tis: nec enim liberabit vos Deus,
qui in eum peccaueritis. Ecce ſpe-
cies horribilis, cuius facies eſt ab
oriente: prodeunt Arabicorum
draconum nationes multis cum
curribus, quorum numerus fertur
more venti per terram, vt iam me-
tu trepident omnes, qui illos audi-
unt. Carmonii ira furentes, egres-
ſique, vt apri ex ſilua, inuadent ma-
gna vi, et, cum illis prœlio congreſſi,
vaſtabunt Aſſyriæ terræ partem.
Deinde memores naturæ ſuæ dra-
cones, vincent, et ſe, magna virtute
conſpirantes, ad perſequendos illos
conuertent: ita vt illi horum vir-
tut

tute perturbati, ac perdomiti, pe-
33 des in fugam conuertant, et eos
ab Aſſyriorum finibus ſubſeſſor ob-
ſideat, vnumque eorum conficiat,
ita vt eorum exercitus timore ac
tremore corripiatur, ſitque aduer-
34 ſus eorum reges contentio. Ecce
nubes ab oriente, et a ſeptemtrio-
ne, ad meridiem facie perhorrida,
35 plena iræ ac procellæ, quæ nubes
inter ſeſe colliſæ, frequentia ſidera
ad terram deturbabunt, eorumque
ſtellam, adeo vt in pugna pertingat
36 ſanguis ad ventrem, et hominum
tabum ad cingulam cameli, multuſ-
que ſit in orbe timor atque tremor,
37 horrentibus, qui ſupplicium illud
videbunt, et terrore perculſis.
38 Poſtea mouebuntur frequentes a
meridie ac ſeptemtrione nimbi, et
39 partim ab occidente: victoreſ-
que ab oriente venti, nubem illam,
ira concitatam, diſcutient, et ſidus
orientali occidentalique vento ter-
40 rori futurum ſuperabitur, et eue-
ctæ ingentes validæque nubes, ple-
næ iræ, et ſidus, vt totum orbem et
eius habitatores perterreant, o-
mnem altum eminentemque locum
perfundent, terribili ſideratione:
1 igni, grandine, volantibus gladiis,
et tanta aqua, vt præ eius abun-
dantia campi, alueique complean-
2 tur omnes. Deiicient eorum vr-
bes, muros, montes, colles, ſilua-
rum arbores, pratorum fœnum ac
3 frumenta. Ac conſtanter ad Ba-
bylonem vſque progreſſæ, eam ob-
terent, et adgreſſæ, obſidebunt:
4 ac tanta ſideratione atque ira per-
fundent, vt feratur puluis et fu-
mus in cælum, et eam omnes finiti-
5 mi lugeant, quique remanſerint
6 in ea, ſeruiant euerſoribus. Et tu
Aſia, Babylonis ſpei ſocia, et eius
7 perſonæ gloria, væ tibi, miſera,
quæ ſimilis iſtius, filias tuas mere-
tricie ornas, vt amatoribus tuis glo-
rioſa placeas, qui tecum ſemper
8 ſcortari cupiunt, imitata odioſæ
illius omnia opera atque mores.

Propterea, inquit Deus, immit- 49
tam tibi mala, viduitatem, pauper-
tatem, famem, arma, peſtem, ita
vt tuæ domus violentia ac cæde de-
uaſtentur, tuæque virtutis gloria 50
more floris areſcat, exorto, qui in te
emiſſus fuerit, ardore. Aegrota- 51
bis, vt inops, a mulieribus vulnera-
ta ac multata, ita vt te recreare
nequeant potentes et amatores.
Non equidem ſic in te animatus eſ- 52
ſem, inquit Dominus, niſi ele- 53
ctos meos omni tempore alto ma-
nuum ictu occideres: et eorum 54
cæde ebria diceres, tibi exornan-
dam eſſe vultus tui ſpeciem. Me- 55
retricatus tui mercedem habes in
ſinu, ideoque pœnas dabis. Vt tu 56
meos electos, (inquit Dominus,) ſic
Deus te tractabit, ac in tantum ma-
li adducet, vt tui nati fame inter- 57
eant, et tu armis cadas, et tuæ ex-
cidantur vrbes, tuique omnes ſub
dio cadant armis: et qui erunt in 58
montibus, fame pereant, et ſuas
ipſorum carnes comedant, ſangui-
nemque bibant, præ fame panis,
et aquæ ſiti. Infelix tu, maria 59
permeabis, rurſumque patiere ma-
la, atque illi in tranſitu ciuitatem 60
occiſam adlident, et nonnullam ter-
ræ tuæ portionem obterent, et 61
tuæ gloriæ partem abolebunt, rur-
ſum ad euerſam Babylonem reuerſi.
Et tu diruta eris illis pro ſtipula, et 62
ipſi tibi ignis erunt, teque confi-
cient, et vrbes tuas, terram, mon-
tes, omnes ſiluas et fructiferas ar-
bores igni comburent: tuos natos 63
captiuos abducent, cenſum tuum
prædæ habebunt, tuique vultus
gloriam delebunt.

CAPVT XVI.

Minacia verba in Babylonem, Aſiam, Aegyptum, Syriam. Miſerabilis hominum futura paucitas. Venturus diaboli domator. Omnia prouidens Ioua. Probandi electi quaſi per ignem. Ex peccatis miſeria.

Hei

1 HEi tibi Babylon, et Aſia: hei
2 tibi Aegypte, et Syria: a-
micite vos centonibus, et ci-
liciis, et veſtros lamentamini na-
tos, et dolete: nam vobis immi-
3 net calamitas. Immittuntur in vos
4 arma, quæ quis auertat? Immitti-
tur in vos ignis, quem quis exſtin-
5 guat? Immittuntur in vos mala,
6 quæ quis repellat? Quis leonem
repellat eſurientem in ſilua? aut
ignem exſtinguat in ſtipulis, vbi ſe-
7 mel exarſerit? Quis ſagittam re-
8 pellat a forti ſagittario miſſam? Do-
mino forti immittente mala, quis
9 repellat? Exortum ex eius ira-
cundia incendium quis reſtinguat?
10 Quis eo coruſcante non timeat?
11 tonante quis non paueat? Domi-
no comminante, quis non fundi-
tus ad ipſius adſpectum dispereat?
12 Terra tremit a fundamentis, mare
fluctus ciet ab imo: eius et fluctus
diſturbantur et piſces, ad Domini
adſpectum, virtutiſque gloriam.
13 Nam eius dextera fortis eſt, quæ
tendit arcum: ſagittæ acutæ, quæ
ab eo iaciuntur, non defecturæ,
quum in terræ fines mitti cœperint.
14 En emittuntur non reuocanda ma-
15 la, quin terram inuadant. Ignis
accenditur non exſtinguendus,
quin terræ fundamenta conſumat.
16 Quemadmodum non redit ſagitta a
valido miſſa ſagittario, ſic non re-
uocabuntur miſſa in terram mala.
17 Hei mihi, hei mihi, quis me tem-
18 poribus illis defendet? Ingruunt
multi dolores et gemitus: ingruit
multa fames et interitus: ingruunt
bella poteſtatibus formidanda: in-
gruunt mala, quibus omnes trepi-
19 dent, in quibus malis quid faciam
20 quum aduenerint? Immittetur
fames, clades, calamitas, anguſtia,
quæ flagella ſint ad vitæ correctio-
21 nem: neque tamen ſe a ſuis crimi-
nibus auocabunt, nec erunt vm-
quam flagellorum memores.
22 Tum quum erit tanta annonæ vili-
tas in terris, vt ſibi putent homi-
nes partam ſalutem, pullulabunt in
orbe mala, arma, fames, et in- 23
gens perturbatio, adeo vt multi ex
orbis incolis fame intereant, et
ceteros, qui ex fame ſuperauerint,
perdant arma, ſtratis ſtercorum 24
modo mortuis, nullo eos conſo-
lante. Derelinquetur enim terra 25
deſerta, et eius vrbes euertentur,
nullo relicto, qui teram colat aut
conſerat. Arbores fructus edent, 26
quos nemo legat: vua matura 27
fiet, quam nemo calcet: tanta e- 28
rit locorum ſolitudo, eouſque, vt
i hominem homo videre cupiat, aut
eius audire vocem. Supererunt 29
enim tantum ex ſingulis vrbibus
deni, et ex pagis bini, qui ſe in
denſis nemoribus, et rupium an-
tris abdiderint. Ac quemadmo- 30
dum reliquæ fiunt in olíueto et ſin-
gulis arboribus, ternæ aut quater-
næ oliuæ, aut ſicut in vindemian- 31
da vinea racemi relinquuntur ab
his, qui diligenter vineam ſcrutan-
tur: ſic reliqui fient illa tempeſta- 32
te tres aut quatuor, ab iis qui ferro
eorum domos rimabuntur. Ita- 33
que ſupererit deſerta tellus: eius et
agri ſqualebunt, et viæ ſemitæque
omnes germinabunt ſpinas, quod in
ea non obuerſabuntur homines.
Lugebunt ſponſis carentes virgines, 34
lugebunt viris carentes feminæ, lu-
gebunt earum filiæ auxilio deſtitu-
tæ: illarum et ſponſis bello abſum- 35
tis, et viris fame confectis, au- 36
dite vero et cognoſcite hæc, culto-
res Domini: ecce dicta Domini: 37
hæc accipite, ne Domini dictis non
credatis, qui dicit inſtare mala ſi- 38
ne dubio. Quemadmodum quum 39
prægnans filium nono menſe pari-
tura eſt, inſtante hora partus, ante
duas aut tres horas, eius ventrem
circumueniunt dolores: prodeun-
te autem infante de ventre, nullum
punctum temporis intermittunt: i- 40
ta non cunctabuntur in terras prod-
ire

i) incredibilis ſit hominum paucitas.

ire mala, quibus gemat mundus,
41 dolore circumfeſſus. Audite ora-
tionem, mea plebs, parate vos ad
pugnam, et in malis eſtote perinde
42 ac aduenæ terræ. Qui vendit, per-
inde eſto ac fugiturus: qui emit,
43 perinde ac perditurus, Qui mer-
catur, perinde ac fructum non ca-
pturus: qui ædificat, perinde ac
44 non habitaturus. Qui ferit, per-
inde ac non meſſurus: qui vineam
putat, quaſi non vindemiaturus.
45 Qui matrimonia contrahunt, per-
inde ac non genituri liberos: et cæ-
46 libes, perinde ac vidui. Nam qui
47 laborant, fruſtra laborant: eo-
rum enim fruges metent alienige-
næ, facultates rapient, domos e-
uertent, filios captiuos abigent, vt
ad captiuitatem atque famem libe-
48 ros gignant. Tum qui rapina
negotiantur, quo prolixius vrbes,
domos, poſſeſſiones, perſonas ſuas
49 exornant, eo magis in eos ſæuiam,
ob ipſorum peccata, inquit Domi-
50 nus. * Quomodo animata eſt in
meretricem mulier honeſta, et
51 probitate præſtans: ſic animata
erit virtus in vitium, quod ſeipſum
exornat, idque coram accuſabit,
quum venerit, *k* qui omnium in ter-
ris peccatorum inuentorem coerce-
52 at. Quocirca nolite eam, aut eius
53 opera imitari, nam breui futurum
eſt, vt, ſublatis ex orbe vitiis, re-
54 gnet in vobis iuſtitia. Ne neget
nocens, ſe peccaſſe: nam carboni-
bus ignitis flagrabit eius caput, qui
ſe in Dominum Deum eiusque glo-
55 riam peccaſſe negauerit, ſiqui-
dem nouit Dominus omnia homi-
num opera, ſtudia, cogitationes
56 atque mentes: quippe, quo iuben-
te, facta terra eſt, eodem iubente,
57 factum cælum eſt, eiusque man-
dato fixæ ſunt ſtellæ, quarum ipſe
58 numerum nouit. Qui profunda,
eorumque cellas habet exploratas:
qui mare, et eius capacitatem men-
59 ſus eſt: qui mare in mediis conclu-

ſit aquis, et terram ſuper aquas man-
dato ſuo ſuſpendit: qui cælum 60
quaſi cameram extendit, idque ſu-
pra aquas fixit: qui ſtatuit in ſalti- 61
bus fontes aquarum, et in montium
verticibus lacus, emittendis ex edi-
ta rupe fluminibus ad irrigandam
terram: qui finxit hominem, eius- 62
que cor in medio corpore poſuit,
eique ſpiritum, vitam, ingenium, et 63
omnipotentis Dei adflatum iniecit,
qui omnia fecit, omnia rimatur in
terræ latebris abſtruſa: hic veſtros 64
mores nouit, et quæ cum animis ve-
ſtris cogitatis: peccantes, et volentes
occultare peccata veſtra. Quam- 65
obrem Dominus omnia opera ve-
ſtra rimatus, traducet vos omnes,
vosque pudebit, proditis veſtris 66
peccatis coram hominibus, quum
quidem ipſa crimina accuſatores
aderunt in illa die. Quid agetis, 67
aut quomodo peccata veſtra coram
Deo, eiusque angelis, abdetis?
Quum iudex ſit Deus, eum timete, 68
deſiſtite a peccatis veſtris, veſtra-
que crimina obliuione ſempiterna
dediſcite, et Deus vos ex omnibus
rebus aduerſis eripiet ac liberabit.
Nam excandeſcet in vos permulto- 69
rum ardor, qui raptos quosdam
veſtrum deaſtris ad cibum mactabunt:
bunt: quibus qui conſenſerint, 70
eis erunt deriſui ac oſtentui, ab eis-
que conculcabuntur. Nam per lo- 71
ca et finitimas vrbes multum infe-
ſtabuntur reuerentes Domini, il- 72
lis tamquam inſanis nemini parcen-
tibus, diripiendo ac depopulando,
qui adhuc Dominum reuerebun-
tur: quorum et facultates vaſta- 73
bunt ac diripient, et ipſos ex ipſo-
rum domibus eiicient. Tunc pa- 74
tebit electorum meorum probatio,
vt aurum, quod probatur igni.
Audite, mihi dilecti, inquit Do- 75
minus: quum aderunt calamitoſa
tempora, defendam vos ab eis.
Ne timueritis, neue hæſitaueritis: 76
nam Deus eſt dux veſter, et eo- 77
rum,

k) Chriſtus.

rum,qui mandata præceptaque mea
exſequuntur: inquit Dominus De-
us. Ne vos prægrauent peccata ve-
ſtra, neue exſuperent veſtra crimi-
78 na. Væ qui peccatis ſuis obruti, et
criminibus cooperti ſunt, quem-
admodum obruitur ager ſilua, et
ſpinis obducta eius ſemita, inuia fit
hominibus: atque ita interclusa,
igni conſumenda deſtinatur.

MACHABAEORVM
LIBER I.

CAPVT I.

Alexander in Darium victor, ægrotatio, teſtamentum, mors. Iſraelitæ nefarii. Fœdus horum cum finitimis. Ab Antiocho direpta Aegyptus. Fani hieroſolymitani depeculatio. Vrbis excidium. Græcizantes Iudæi victoris imperio.

1 ALEXANDER Philippi
filius Macedo, ex terra
Chethim oriundus, pri-
mus Græciæ rex, deuicto
Dario Perſarum rege, et
2 eius occupato regno, multa bella
geſſit, munita loca expugnauit, or-
3 bis reges iugulauit: et ad vltimas
progreſſus terras, multas gentes
compilauit. Quumque iam pa-
4 catus ei pareret orbis, ipſe elatus,
et animo inſoleſcens, coacta manu
5 validiſſima, regionibus, genti-
bus et tyrannis imperauit, tribu-
6 tumque impoſuit. Poſtea morbo
correptus, intelligens ſibi inſtare
7 mortem, adſectatores ſuos, viros
claros, ſecumque a pueritia edu-
catos, euocauit: eiſque regnum
ſuum, dum adhuc viueret, diui-
8 ſit: et quum annos duodecim re-
9 gnauiſſet, mortuus eſt. Eo mor-
tuo ſtipatores eius, occupato ſuo
10 quiſque loco, omnes ſibi diade-
mata impoſuerunt, nec non eo-
11 rum poſteri per multos annos, ex
quibus, (abundantibus in orbe ma-
lis,) orta eſt ſcelerata ſtirps, Antio-
chus Epiphanes, Antiochi regis fi-
lius, is qui Romæ fuerat obſes: qui
regnum adeptus eſt anno centeſi-
mo triceſimoſeptimo regni Græco-
rum.
Per ea tempora exſtiterunt ex 12
Iſraelitis homines nefarii, qui mul-
tis ſuaſerunt, vt cum finitimis gen-
tibus fœdus inirent: nam ex quo ab
eis defeciſſent, multa mala paſſos
eſſe. Quæ res quum illis place- 13
ret, quidam de populo, rerum 14
nouarum cupidi, regem adierunt,
et, impetrata ab eo poteſtate vtendi
externis moribus, gymnaſium 15
Hieroſolymis, externarum gentium
ritu, conſtruxerunt, præputia 16
ſibi induxerunt, et a ſacro fœdere
deſciſcentes, ſeſe gentibus adiun-
xerunt, et ſceleribus emanciparunt.
Antiochus autem, ſtabilito ſuo re- 17
gno, Aegypti quoque regnum ad-
fectabat, vt duo regna obtineret.
Itaque Aegyptum cum magna turba, 18
quadrigis, elephantis, equitibus,
ingentique claſſe adgreſſus, bel- 19
lum Ptolemæo Aegypti regi intulit:
eoque in fugam verſo, multis occi-
ſis, munitas vrbes Aegypti cepit,
Aegyptumque victam deprædatus, 20
rediit[l] anno centeſimo quadrageſi-
mo tertio. Et Iſraelitas Hieroſo- 21
lymam-

l) videlicet regni Græcorum.

lymamque cum ingenti multitudine
adgreſſus, in fanum arroganter in-
22 trauit, aureum altare cepit: et lu-
cernarium candelabrum cum omni
eius inſtrumento, menſam adpoſi-
ticiorum, vaſa libatoria, phialas,
aurea mortariola, ſiparium, coro-
nas, ornatum aureum, qui erat in
fronte templi, omnibus tectoria de-
23 traxit: argentumque et aurum, et
elegantiora vaſa, et, quos nactus
24 eſt abditos theſauros, abstulit, et
cum his omnibus domum diſceſſit,
facta cæde, et ſuperbiſſime locu-
25 tus. Itaque tantus vbique luctus
apud Iſraelitas exſtitit, vt principes
26 et ſenatores ingemiſcerent, vir-
gines et iuuenes dolerent, mulie-
rum pulchritudo mutaretur,
27 omnes et ſponſi in lamenta conce-
derent, et nouæ nuptæ in luctu eſ-
28 ſent: commotaque ea regione
cum ſuis incolis, vniuerſa Iacobi
progenies ignominia cooperiretur.
29 Poſt duorum annorum ſpatium mi-
ſit rex tributi quæſtorem ad Iudææ
ciuitates, qui Hieroſolymam cum
30 ingenti manu profectus, et cum
eis amice per dolum locutus, quum
eis fidem feciſſet, vrbem de impro-
uiſo adortus, magna clade adfecit:
31 multiſque Iſraelitarum necatis, vr-
32 bem deprædatus incendit: do-
mos et muros circumquaque dirue-
33 runt, mulieres et paruulos in ca-
ptiuitatem abegerunt, pecora diri-
34 puerunt, vrbem Dauidis ingenti
validoque muro et firmis turribus
muniuerunt, et eam pro arce ha-
35 bentes, ibi ſceleratum nefarium-
que genus hominum collocarunt:
36 qui, ea occupata, arma ibi, et
commeatum, collectaſque Hiero-
37 ſolymæ prædas poſuerunt: et, in-
ſidiis contra fanum collocatis, ma-
gnum Iſraelitis detrimentum, gra-
uiſſimaque damna perpetuo intule-
38 runt, et ſanguinem per iniuriam
circum ſacrarium fuderunt, idque
39 polluerunt. Itaque propter eos
fuga dilapſis Hieroſolymitanis, oc-
cupata ab alienis vrbs, et a ſua pro-
le alienata, ſuis ciuibus deſtituta
eſt, eius ſacrarium in vaſtitatem 40
redactum, feſta in luctum con-
uerſa, ſabbata in probrum, honos
in contemtum: et quanta in glo- 41
ria fuerat, ad tantam turpitudi-
nem deducta eſt, ſublimitate in
luctum conuerſa. Scripſit autem 42
rex ad omnes regni ſui homines, vt,
omiſſis ſuis quique moribus, in v-
num populum coaleſcerent. Quod 43
regis imperium quum ceteræ gen-
tes omnes admiſiſſent, multi Iſ- 44
raelitarum, eius religionem adpro-
bantes, deaſtris ſacrificarunt, ſab-
batumque profanarunt. Impera- 45
uit etiam rex, miſſis per nuntios
Hieroſolymam, et ad ceteras Iu-
dææ ciuitates, libellis, vt cetera-
rum gentium mores ſequerentur,
ſolida ſacrificia, et rem diuinam, 46
ſolitamque in fano fieri libationem
prohiberent, ſabbata et feſtos 47
dies profanarent, ſanctuarium 48
ſanctoſque contaminarent, aras,
lucos, delubra conſtruerent, ſues
ceteraque immunda pecora immo-
larent, filios ſuos ſinerent incir- 49
cumciſos: denique ſeipſos tot nefa-
riis ſceleribus impiarent, vt legis
obliti omnia iura mutarent. Quod 50
ſi quis regi dicto audiens non fuiſ-
ſet, capite plecteretur. In hanc 51
omnino ſententiam ſcripſit ad o-
mnes imperii ſui ſubditos, omni-
buſque populis curatores præpo-
ſuit, et Iudææ ciuitatibus impera- 52
uit, vt oppidatim ſacra facerent:
itaque multi ad eos de populo con- 53
gregati, iique omnes legis deſerto-
res, tantum malorum in ea re- 54
gione conflauerunt, vt abditi Iſ-
raelitæ paſſim profugi latitarent.
Anno autem centeſimo quadrageſi- 55
moquinto die menſis Caſleu quin-
todecimo, exſtructum eſt in ara
nefarium vaſtitatis ſimulacrum:
et, exſtructis vndique per oppida Iu- 56
dææ altaribus, pro foribus domo-
rum vicatim ſuffimenta fiebant,

57 legisque libri, ſi qui inueniebantur,
ii diſcerpti igne cremabantur.
58 Quod ſi quem penes fœderis liber
reperiebatur, aut ſi quis legi faue-
bat, hunc regis ſententia morte ple-
59 ctebat. Atque hæc illi Iſraelitis,
qui aderant, ſingulis menſibus op-
60 pidatim faciebant· et viceſimo-
quinto quoque die menſis, in ara,
quæ in altari erat, ſacrificabant:
61 mulieres, quæ natos ſuos circum-
ciderant, necabant, vt imperatum
62 erat, ſuſpenſis de ceruicibus ea-
rum infantibus, earumque domos
compilabant, et ipſos circumciſo-
63 res interficiebant. Complures ta-
men Iſraelitarum ſeſe confirma-
runt, et omnino pollutis non veſci
64 obſtinarunt: malueruntque mo-
ri, quam cibis contaminari, et ſa-
crum violare fœdus, atque ita in-
terierunt.

CAPVT II.

*Sacerdos Mattathias cum filiis quinque. I-
ſtius querimonia de Iudæorum calamitate.
Deaſtricolam popularem obtruncans Mat-
tathias. Iudæorum clades propter ſabba-
tum. Matthathiani ſabbato pugnantes.
Filii Mattathiæ ad pietatem inflammati.
Patris ad filios verba, mors.*

1 PEr ea tempora, quum in Iſrae-
litas tantopere ſæuiretur, ex-
ſtititMatthathias Ioannis filius,
Simeonis nepos, ſacerdos Hieroſo-
lymis, ortus a Ioaribo, Modinum
2 incolens. Huic erant filii quin-
que, Ioannes cognomine Gaddis,
3 Simon Thaſſis adpellatus, Iudas
4 vocatus Machabæus, Eleazarus,
5 qui Abaran dicebatur, et Ionathan
6 cognomento Apphus. Is Matta-
thias videns, tam impia in Iudæa et
Hieroſolymis patrari, ita locutus
7 eſt: hei mihi, quorſum natus
ſum, vt hanc meorum popularium,
vrbisque ſanctæ cladem viderem:
8 et hic interea ſederem, dum vrbs et
fanum hoſtibus dederetur et extra-
neis? Eius templum infami homini
9 ſimile factum, ſplendida vaſa ex-
portata, paruuli vicatim occiſi, ado-
leſcentes ferro trucidati: quæ
gens eius regnum non occupauit?
aut ſpoliis eius potita non eſt? O-
mnibus priuata ornamentis, ex li-
bera facta ſerua eſt: et ecce no-
ſtrum fanum, decus et gloria no-
ſtra vaſtata ſunt, et a gentibus pro-
fanata: quorſum iam viuimus?
Hæc locutus, dilacerauit ipſe, eius-
que filii, veſtimenta ſua: et cento-
nibus amicti, vehementer luxe-
runt. Interea regii, qui ad defe-
ctionem cogerent, venerunt in
oppidum Modinum, vt ſacrifica-
rent: et quum multi Iſraelitarum
ad eos conueniſſent, Mattathiam,
qui vna cum ſuis filiis aderat, ſic ad-
loquuntur. Tu qui ciuitatis hu-
ius princeps, et clariſſimus poten-
tiſſimusque es, filiisque et cognatis
munitiſſimus, accede primus, et
regis mandatum exſequere, vt tum
ceteræ gentes omnes, tum Iudæi
homines, et qui ſuperſunt Hiero-
ſolymis, fecerunt: et eris tu, tua-
que familia, in numero regis ami-
corum: cumque tuis filiis argen-
to, auro, et multis ornabere mune-
ribus. At Mattathias clara voce
reſpondens: ſi omnes gentes, in-
quit, quæ ad regis domum regni
pertinent, ei in eo parent, vt a ſua
quisque patria religione diſcedant,
eiusque mandata probant: ego
tamen, meique filii et cognati ma-
iorum noſtrorum fœdus tenebi-
mus. Abſit, vt legem iuraque de-
feramus, et regi dicto audientes,
a noſtra religione, vllam in par-
tem deflectamus. Hæc eo locuto,
acceſſit homo Iudæus, in oculis
omnium, vt ad aram modinen-
ſem, ex regis mandato, ſacrifica-
ret. Id quod videns Mattathias,
indignatus, et præcordiis fremens,
animo ad vindictam impulſo, ac-
currit, illumque ad aram obtrun-
cat: et regis hominem, qui ſa-
crificare cogebat, eodem temporis
veſtigio interficit: aramque di-
ruit,

ruit, legis ſtudio inſtinctus, quem-
admodum fecerat Phinees Zambri
Salomi filio : et per oppidum in-
genti voce proclamat, vt quicum-
que legis ſtudioſus eſt, fœdusque
tuetur, exeat poſt ſe. Deinde
profugit vna cum ſuis filiis in mon-
tes, relictis in oppido ſuis omni-
bus facultatibus. Tum multi, vir-
tutis et recti ſtudio, ſolitudinem pe-
tierunt, vt ibi vna cum ſuis libe-
ris, vxoribus et pecoribus habita-
rent, quandoquidem tot preme-
bantur malis. Quod vbi regiis et
militibus, qui Hieroſolymis erant,
in vrbe Dauidis, nuntiatum eſt,
homines, qui regis mandatum vio-
lauiſſent, in ſolitudinis latebras ſeſe
recepiſſe, multi curſu inſecuti
ſunt : eosque adſecuti, obſede-
runt : et prœlio die ſabbati laceſſen-
tes, hortabantur, vt perſeueran-
di finem facerent : egreſſique re-
gis iuſſa exſequerentur, vt viue-
rent. At illi ſe exituros negare,ne-
que regi obediendo ſabbati diem
profanaturos. Quumque prœlio
vrgerentur, neque aduerſariis re-
ſpondebant, neque lapides in eos
iaciebant: neque latebras obſtrue-
bant, ſeſe omnes ad innocenter
moriendum cohortantes: et cæ-
lum terramque conteſtantes, ſeſe
ab illis immerito interfici: ita ar-
mis ſabbato petiti, interierunt vna
cum ſuis vxoribus, liberis, atque
pecoribus, ad homines mille.
Quod poſtquam intellexit Matta-
thias et eius amici, eos luxere ma-
iorem in modum, et inter ſe ita di-
ctitare cœperunt: Si omnes imita-
rentur fratres ſuos, neque contra
exteras gentes vitam ſuam iura-
que armis defenderent, fore vt ab
illis breui ex orbe tollerentur. Ita-
que eo die ſtatuerunt, quisquis eis
prœlium vel die ſabbati intuliſſet,
repugnare : ne morerentur omnes,
quemadmodum ipſorum fratres in
luſtris eſſent mortui. Tunc con-
uenit ad eos ſocietas Aſidæorum,
qui erant Iſraelitarum fortisſimi,
quotquot erant in legem propenſi,
omnesque, propter tot mala profu- 43
gi, eis acceſſerunt : a quibus illi 44
confirmati, facta manu, improbos
et nefarios homines, ira inflamma-
ti, occiderunt. Quumque reliqui
ad extraneos, vt ſuæ ſaluti conſule-
rent, perfugiſſent : Mattathias 45
et eius amici aras circumquaque di-
ruerunt, pueros incircumciſos, 46
quotquot in Iſraelitarum finibus
nacti ſunt, per vim circumcide-
runt : ſuperbos homines inſecta- 47
ti ſunt, et, ſuccedente negotio, le- 48
gem a gentibus regibusque vindica-
uerunt, neque illi ſceleſto conceſ-
ſere palmam. Deinde Mattathias, 49
quum ei dies interitus inſtaret, fi-
lios ſuos adlocutus eſt hoc pacto :
nunc viget ſuperbia, ſupplicium,
tempus exitii, et ſæua ira. Qua- 50
propter, nati, defendite legem:
proque maiorum noſtrorum fœde-
re animas veſtras impendite. Re- 51
cordamini, quæ maiores noſtri ſuis
ſæculis fecerint : et magnam glori-
am, æternumque nomen conſeque-
mini. An non, quum Abraha- 52
mus in tentatione fidens eſſet in-
uentus, id ei iuſtitiæ ductum fuit ?
Ioſephus quum ſuo difficili tempo- 53
re præceptum ſeruaſſet, factus eſt
dominus Aegypti. Phinees, pa- 54
rens noſter, ſui ſtudii opera, per-
petui ſacerdotii pactum adeptus eſt.
Ioſua ſuo munere obeundo, re- 55
ctor factus eſt Iſraelitarum. Ca- 56
lebus ob ea, quæ in concione teſta-
tus eſt, terræ poſſeſſionem acce-
pit. Dauid pietate ſua regni ſoli- 57
um in omnem obtinuit æternita-
tem. Elias ſuo erga legem ſtudio 58
receptus in cælum eſt. Ananias, 59
Azarias, et Miſael, fidem haben-
do, euaſerunt ex flamma. Daniel 60
integritate ſua ex leonum faucibus
defenſus eſt. Denique ſic cogitate, 61
neminem vllo vmquam æuo, qui
Deo confiderit, fuiſſe victum.
Nam hominis quidem ſcelerati di- 62

ĉta ne reformidate, quippe cuius
gloria in ſtercus abeat, et vermes:
63 quique hodie elatus, cras nusquam
exſtet, in puluerem ſuum reuerſus,
64 irrito eius conatu. At vos, nati,
fortes vos in lege, viroſque præſta-
te: nam ex ea gloriam conſeque-
65 mini. Ecce Simeon frater veſter,
quem ſcio virum esſe cordatum:
huic ſemper obtemperate, hic vo-
66 bis loco patris erit. Iudas autem
Machabæus, vir iam a teneris ex-
cellens viribus, vobis militiæ dux
67 erit in populi bello gerendo. Vos
conciliate vobis eos omnes, qui legi
parent: veſtrorumque popularium
68 iniurias perſequimini, et extra-
neis parem gratiam referte, legis-
69 que præceptis intendite. His di-
ĉtis fauſta precatus eis, ad maiorum
70 ſuorum manes conceſſit. Mortu-
us eſt anno centeſimo quadrageſi-
mo ſexto, et a filiis ſuis Modini in
patrio conditus ſepulcro, atque
ab omnibus Iſraelitis magno plan-
ĉtu deploratus.

CAPVT III.

Machabæus Iudas a fratribus adiutus. Egregia Iudæ facta. Apollonius a Iuda victus. Contra Iudam Seron, is a Iuda necatus. In Perſidem Antiochus, contra Iacobidarum reliquias furens. Miſerabilis Hieroſolymæ vaſtitas.

1 EI ſucceſſit Iudas cognomine
2 Machabæus, eius filius, cui
auxilium tulerunt omnes
ipſius fratres, et quicumque eius
patri adhæſerant, atque ita Iſraeli-
tarum bellum alacriter gerebant.
3 Is Iudas populi ſui gloriam amplifi-
cauit, loricam vt gigas induit: ar-
misque bellicis accinĉtus, prœlia
gesſit, caſtra gladio protegens,
4 faĉtis leoni ſimilis, aut leonis catu-
5 lo ad prædam frementi: inſeĉta-
tus eſt autem improbos indagans, et
popularium ſuorum perturbatores
6 combusſit, repreſſisque eius me-
tu improbis, et perturbatis omni-
bus maleficis, quum ei viĉtoria
ſuccederet, et reges multos irrit
uit, et Iacobeos faĉtis ſuis deleĉt
uit, honeſtamque ſui memoria
in perpetuum reliquit. Item I
dææ vrbes obeundo, et impios i
de euertendo, perditosque co
gregando, Iſraelitarum pœn
ſedauit, et ad vltimas vsque terr
nomen adeptus eſt. Quumqu
Apollonius quum ex ceteris gent
bus, tum ex Samaria, magnu
exercitum coegisſet, vt Iſraelit
bellum inferret, hoc vbi intell
xit Iudas, ei profeĉtus eſt obuian
viĉtumque interfecit: et multis o
ciſis, reliquis in fugam verſis, ſp
lia cepit: in quibus et Apolloni
enſem, quo poſtea ſemper in bel
lis vſus eſt. Tum Seron dux exer
citus Syriæ, audiens, Iudam colle
giſſe manum, et fidelium agmen
cum quibus bella gereret, ſtatui
ſibi famam, et in regno gloriam
parare, in Iuda eiusque comitibus
et mandati regis contemtoribus pu
niendis et debellandis. Itaque pro
ficiſci inſtitit cum validi impio-
rum exercitus comitatu, qui eum
in vlciſcendis Iſraelitis iuuarent.
Quum is iam cliuo Bethoronis ad-
propinquaret, exiit ei obuiam Iu-
das cum paucis. Sed qui cum Iuda
erant, incedens contra ſe agmen
conſpicati, Iudæ dicere cœperunt,
non posſe ſe, qui et pauci, et eius
diei inedia confeĉti esſent, cum
tam valida multitudine dimicare.
Quibus Iudas reſpondit in hanc ſen-
tentiam: facile eſt, multos a pau-
cis ſuperari: nulloque diſcrimi-
ne cæleſtis Deus et multis vincit, et
paucis. Neque enim in militum
multitudine ſita eſt belli viĉtoria,
ſed tantum ex cælo virtus eſt. Illi
nos cum flagitioſa et nefaria homi-
num multitudine adoriuntur, vt
nos, vxores, liberos noſtros euer-
tant, et prædæ habeant: nos vitam
iuraque noſtra armis defendimus.
Deus eos nobis obteret, vos modo
eos ne metuite. Hac finita oratio-
ne,

ne, in hoſtes repente irruit: cæſo-
4 que Serone et eius exercitu, eos
per cliuum Bethoronis in campum
vsque perſecuti ſunt: cecideruntque
que illorum homines ad octingen-
tos, reliqui in Palæſtinam fuge-
runt. Tum tantus Iudæ et eius
fratrum metus atque terror cœpit
5 finitimas gentes inuadere, vt eius
nomen ad regem vsque perueni-
ret, Iudæque victorias memora-
rent omnes gentes. Quibus rebus
auditis, iratus rex Antiochus, mi-
ſit, qui ſui regni copias omnes con-
traherent, qui fuit perquam ingens
exercitus: apertoque fiſco ſuo,
ſtipendia militibus ſuis in annum
ſoluit: eisque, vt in annum ad o-
mnem vſum parati esſent, impera-
uit. Sed quum videret conditam
deficere pecuniam, et regionis tri-
buta esſe exigua, propter ſeditio-
nem et cladem, quam in terris, an-
tiqua iura tollendo, conflauerat,
veritus, ne non ſatis haberet, (vt ſe-
mel atque iterum) ad ſumtus et do-
na, quæ antea larga manu dando,
reges ſuperiores largitione ſupera-
uerat, animo magnopere æſtua-
bat. Itaque ſtatuit in Perſidem pro-
ficiſci, et prouinciarum tribu-
ta exigere, grandemque pecuniam
cogere: et Lyſiam hominem no-
bilem, et regio genere ortum, re-
liquit: qui regia negotia procura-
ret a flumine Euphrate vſque ad
fines Aegypti, quique Antiochum
filium ſuum vſque ad reditum ſu-
um educaret: eique Lyſiæ dimi-
diam partem copiarum, et elephan-
tos tradidit: et quum de ceteris o-
mnibus rebus, quæ volebat, præ-
cepit, tum de Iudæam et Hiero-
ſolymam incolentibus, vt, miſſo in
eos exercitu, Iſraelitarum vires,
et Hieroſolymæ reliquias euerte-
ret, tolleretque: et, ſublata eo-
rum ex eo loco memoria, deduce-
ret in eorum fines vniuerſos exte-
rorum hominum colonias, quibus
37 eam terram ſorte diſtribueret. Ipſe
rex, adſumta altera copiarum par-
te dimidia, profectus eſt Antiochia,
quæ vrbs eius regni caput eſt, an-
no centeſimo quadrageſimo ſepti-
mo: et Euphrate traiecto, ſupe-
riores regiones obibat. At Lyſias
Ptolemæum Dorimenis filium, et 38
Nicanorem et Gorgiam, homines
amicorum regis potentisſimos dele-
git, et eos cum quadraginta ho-
minum millibus, et ſeptem equi- 39
tum millibus dimiſit in Iudæam,
vt eam depopularentur, ſicut erat
a rege præceptum. Hi cum omni-
bus copiis profecti, caſtra fecerunt 40
prope Emmauntem in loco campe-
ſtri. Horum audita fama, merca-
tores incolæ, ſumto maximo ar- 41
genti aurique numero atque famu-
lis, in caſtra venerunt, vt Iſraeli-
tas in ſeruitutem compararent:
tum autem Syri et extranei milites
illis accesſerunt. At Iudas et fra-
tres videntes malum creſcere, et 42
hoſtium exercitus in ipſorum fini-
bus caſtra habere: regisque man-
datum cognoſcentes, qui eum po-
pulum funditus deleri iusſisſet, in-
ter ſeſe cohortati ſunt, vt ſuorum 43
ruinam propulſarent: proque eis et
pro ſacris pugnarent. Itaque con
uenit aliquanta multitudo, vt es- 44
ſent ad bellum parati, veniamque
et miſericordiam a Deo poſcerent.
Erat autem Hieroſolyma inculta, et
pæne deſerta, adeo vt indigenarum 45
nemo ibi verſaretur: fanum con-
culcabatur, arx exteris et gentibus
præbebat domicilium, et voluptate
ex Iacobeis ſublata, tibiæ citharæ-
que defecerant. Igitur ad Maſ-
pham conuenerunt, qui locus con- 46
tra Hieroſolymam poſitus, fuerat
olim ſupplicationibus deſtinatus Iſ-
raelitis. Ibi eo die ieiunarunt, et
centonibus amicti, et puluere ca- 47
pita conſperſi, lacerato veſtitu,
librum legis aperuerunt, (eos libros
veſtigabant extranei, vt in eis dea- 48
ſtrorum ſuorum imagines depinge-
rent,) prolatisque ſacerdotalibus

indumentis, et primogenitis atque
decumis, excitatis quibuſdam Na-
zaræis, qui diem ſuam perege-
rant, in cælum huiuſmodi verbis
50 conquerebantur: quid a his facie-
mus? aut quo eos deducemus?
51 Quum ſacra noſtra conculcata pro-
fanataque ſint, et tui ſacerdotes in
52 luctu verſentur et miſeria, et in-
ſuper extraneæ gentes ad nos euer-
tendos coierint. Tute ſcis, quid in
53 nos cogitent: quos quo pacto
ſuſtinere poterimus, niſi tu nobis
54 ſubueneris? Deinde tubis clanxe-
runt, magnumque clamorem edi-
55 derunt. Poſtea ſtatuit Iudas, exer-
citus duces, tribunos, centurio-
nes, ſemicenturiones, et decurio-
56 nes: tum ædificatoribus, ſponſis,
vinearum ſatoribus, et timidis e-
dixit, vt domum repedarent, vt
57 lex ferebat. Deinde motis caſtris,
et ad Emmauntem ab auſtro poſitis,
58 ſic ſuos adhortatur: accingite vos,
et fortes præſtate, atque in matu-
tinum eſte parati cum his decertare
gentibus, quæ ad nos ſacraque no-
59 ſtra euertenda coiuerunt. Præ-
ſtat enim nos in pugna mori, quam
noſtræ gentis ſacrorumque videre
60 calamitatem. Ceterum is, qui in
cælo eſt, faciet, vt ei viſum fuerit.

CAPVT IIII.

Gorgias Iudæos inuadens. Iudas ad Iouam pro copiarum ſalute in hoſtes. Fani luſtratio.

1 AT Gorgias, adſumtis quinque
peditum millibus, et mille de-
lectis equitibus, noctu diſ-
2 ceſſit ex caſtris, vt, Iudæorum ca-
ſtra ex improuiſo adortus, eos cæ-
deret, eorum ductu vtens, qui fue-
3 rant in arce. Quod vbi intellexit
Iudas, profectus eſt cum militibus,
vt regis copias apud Emmauntem
4 poſitas opprimeret, dum militum
5 pars a caſtris aberat. Gorgias
poſtquam ad Iudæ caſtra noctu per-
uenit, et neminem offendit, eos in montibus quærere cœpit, ſuſpicatus eos fugere. At Iudas prima luce in campo cum tribus hominum millibus adparuit: qui quum armis et gladiis non eſſent ſatis, vt vellent, muniti, et animaduerterent externorum agmen valide loricatum, et equitibus cinctum, bellique peritum, Iudas ſuos ſic eſt adlocutus: nolite eorum aut multitudinem metuere, aut impetum formidare. Memoria repetite, quo pacto euaſerint maiores noſtri ex mari rubro, quum eos Pharao cum copiis perſequeretur. Quapropter inuocemus cæleſtem Deum, ſi forte noſtri miſerebitur et memores eſſe patrii fœderis, et ille nobis hodie agmen illud profligabit: efficietque, vt ſciant gentes omnes, eſſe, qui Iſraelitas liberet atque defendat. Tum extranei eos contra ſe venientes conſpicati ex caſtris ad pugnam prodierunt et Iudæi ſigno tuba dato conflixerunt: fuſiſque extraneis, et per agros in fugam verſis, ferro cæſis extremis quibuſque, eos perſecuti ſunt vſque ad Aſſaremotha, et Idumææ, Azotique et Iamniæ campos. Deinde ab eis perſequendis reuerſus Iudas cum ſuis copiis, occiſis aduerſariorum ad tria millia, ſuos ſic adloquitur: nolite prædam concupiſcere; nam bellum nobis ex aduerſo inſtat, et Gorgias cum exercitu in monte prope nos eſt: ſed ſtate nunc contra hoſtes noſtros, eoſque debellate, vt poſtea ſpolia ſecuri legatis. Hæc adhuc loquente Iuda, viſa eſt Lyſianorum pars e monte eminens, qui vbi ſuos in fugam verſos, et caſtra a Iudæis incenſa animaduerterunt, (nam fumus, qui conſpiciebatur, rem indicabat,) magnopere territi ſunt: tum Iudæ agmen in campo ad conflictum paratum conſpicati, fugerunt

a) ſcilicet Nazaræis.

runt omnes in exteras regiones.
Iudas autem ad caſtrorum direptio-
nem reuerſus eſt, in qua multum
auri, argenti, hyacinthi, et pur-
puræ marinæ, magnasque opes pe-
pererunt. Et redeuntes cæleſtem
Deum prædicarunt: eique gratias
egerunt, qui bonus esſet, et cle-
mentia præditus æterna: fuitque
eius diei victoria præclara Iſraeli-
tis. Qui vero extraneorum eua-
ſerant, ii Lyſiam adierunt, eique,
quid accidisſet, nuntiarunt, qua
ille audita re, confuſus, iraſci, quod
non qualia volebat, euenerant Iſ-
raelitis, neque vt ei præceperat rex,
acciderat. Igitur ſequenti anno
contractis Lyſias delectorum ho-
minum millibus ſexaginta, et equi-
tum quinque millibus, vt bello
Hieroſolymam inuaderet, venit
in Idumæam, et apud Bethſura ca-
ſtra fecit. Illis profectus obuiam
Iudas cum decem hominum milli-
bus, animaduerſa copiarum fir-
mitate, precatus eſt his verbis:
tibi gratiæ Iſraelitarum conſerua-
tor, qui robuſti illius impetum ma-
nu tui Dauidis fregiſti, et de ex-
traneorum ſtatione Ionathani
Sauli filio, et eius armigero victo-
riam tradidiſti, addice et hunc ex-
ercitum tuis Iſraelitis, vt eum ſua-
rum virium equitatusque pudeat.
Iniice eis metum, et eorum virium
audaciam labefacta, vt ſua clade
concutiantur. Deiice eos gladiis
amantium tui, vt te carminibus
collaudent, quicumque tuum no-
uere nomen. Ita commisſo prœ-
lio, cecidere de Lyſianis homines
ad quinque millia. Tum Lyſias
ſuam aciem verſam esſe videns, et
quanta Iudæorum fuisſet audacia:
vtque parati esſent vel viuere, vel
generoſe mori: discesſit Antiochi-
am, et ibi peregrinorum delectum
habuit, auctoque exercitu, cogi-
tabat cum eo ſupplemento iterum
in Iudæam contendere. At Iudas
eiusque fratres ſtatuerunt, poſt-
quam fuſi erant hoſtes, proficiſci
ad fanum purificandum atque dedi-
candum: coactoque omni exer-
citu, venerunt in montem Sionem: 37
vbi conſpicati deſertum fanum, 38
profanatam aram, portas exuſtas,
enata in ſubdialibus quaſi in ſaltu
aut monte aliquo virgulta, dirutas
exhedras: laceratis veſtimentis
ſuis, magnum plangorem edide- 39
runt: conſperſisque puluere capi-
tibus ſuis, humi iacentes, proni
edito clangore tubarum, quibus ſi- 40
gna dabantur, ad cælum queſti ſunt.
Deinde Iudas certis hominibus neg-
otium dedit, vt eos, qui erant in 41
arce, oppugnarent, donec ipſe fa-
num luſtrasſet: delegitque ſacer-
dotes integros, legis cupidos, qui 42
fanum expiarunt, et lapides pol-
lutos in impurum locum exporta- 43
runt. De ara autem ſolidi ſacrifi-
cii profanata, quid ea facerent, de- 44
liberantibus, commode venit in
mentem, eam demoliri: ne forte 45
id eis vitio verteretur, quod eam
extranei contaminasſent. Itaque
aram demoliti, lapides in monte 46
templi loco opportuno poſuerunt,
donec adueniret vates aliquis, qui
de iis oraculum referret: adhibi-
tisque lapidibus integris, vt lex e- 47
rat, aram nouam priori ſimilem
exſtruxerunt: ſacrarium, et tem-
pli interiora, et ſubdialia, cetera- 48
que omnia inſtaurarunt: ſacra
vaſa noua fecerunt, candelabrum, 49
aram victimariam et ſuffitoriam,
menſamque in ædem intulerunt:
ad aram ſuffitum fecerunt, lucer-
nas in candelabro accenderunt, æ- 50
demque illuminarunt: panes
menſæ impoſuerunt, vela obtende- 51
runt: et his omnibus abſolutis,
mane ſimulatque ſurrexerunt, die
menſis Casleu, qui nonus eſt, vi- 52
ceſimaquinta, anno centeſimo qua-
drageſimo octauo, ſacrificium ex
lege fecerunt ad aram victimariam, 53
quam nouam fecerant, eodem
tempore et die, quo fuerat ab exter- 54

nis profanata: eodem die cum carminibus, citharis, cinyris, et cym-
55 balis eſt dedicata, omnesque cæleſti Deo proni reuerenter gratias egerunt, qui ſibi ſecundus fuisſet:
56 et aræ dedicationem per dies octo egerunt, ſolidaque ſacrificia læti, et pro ſalute, et laudationis fece-
57 runt. Tum templi veſtibulum coronis aureis, paruisque ſcutis exornarunt: valuas et exhedras, ea-
58 rumque hoſtia inſtaurarunt. Fuitque ingens populo lætitia, depulſo extraneorum opprobrio. Itaque decreuit Iudas et eius fratres, o-
59 mnisque Iſraelitarum reſpublica, vt inſtaurationis aræ dies ſuo tempore quotannis per octo dies agerentur, a viceſimo quinto die menſis Casleu, cum lætitia et volupta-
60 te. Atque eodem tempore Sionem montem alto muro, firmisque turribus vndique muniuerunt: ne ſi venisſent extranei, ea deuaſtarent,
61 ſicuti iam fecisſent: et ibi militum præſidium collocarunt: eumque montem muniuerunt, vt Bethſuram defenderent, et contra Idumæam præſidium haberent.

CAPVT V.

Contra Idumeos Iudas, Beanenſes et Ammonitas. Ad Iudam ſubſidium implorantes Iudei. Simonis victoria. Vrbis Boſorræ oppresſio per Iudam. Timotheani a Iudæ copiis cæſi. Ephronis oppidi exciſio per Iudam. Iſte idem in Idumeos.

1 POſtquam audiuere finitimæ gentes aram inſtauratam, et fanum in priſtinum ſtatum esſe
2 reſtitutum: id adeo ægre tulerunt, vt Iacobeorum genus, inter ipſos degentium, exſcindere ſtatuerent.
3 Iamque eos occidere et euertere cœperant, quum Iudas Eſao prognatis Acrabattinenſibus in Idumæa bellum intulit, quoniam Iſraelitas obſidebant, eosque magna clade adfectos cohibuit, et de-
4 prædatus eſt. Deinde memor iniuriæ Branenſium, qui per vias
i

insidiantes, Iſraelitis damna et detrimenta adferebant, eos in tur- 5
res compulit, et admoto exercitu, ſacrauit, turresque cum omnibus, qui in eis erant, incendit. Inde 6
progresſus in Ammonitas, validam manum, numeroſumque nactus exercitum, cui præerat Timotheus, multa cum eis prœlia commi- 7
ſit: iisque profligatis atque deuictis, Iazer et eius colonias occu- 8
pauit. Deinde eo in Iudæam reuerſo, conuenere galaaditicæ gentes ad 9
Iſraelitas, qui in ipſorum finibus degebant, exſcindendos. Iſraelitæ in Dathemam caſtellum confugerunt, et litteras ad Iudam eiusque 10
fratres miſerunt in hanc ſententiam: coiuere contra nos finitimi, vt nos euertant: et venire, caſtel- 11
lumque, in quod nos confugimus, expugnare parant, Timotheo exercitus duce. Quamobrem veni 12
ad nos ab eorum iniuria defendendos. Multi enim noſtrum ceciderunt, et omnes conſanguinei no- 13
ſtri, qui Tubini erant, necati ſunt, et eorum coniuges, liberi, facultates in captiuitatem abierunt, mortuis ibi circiter mille hominibus, adhuc recitabantur epiſtolæ, 14
quum ecce adſunt alteri ex Galilæa nuntii, veſtibus laceratis, ſimilia nuntiantes. Conuenisſe Ptolemai- 15
enſes, Tyrios, Sidonios, et totius Galilææ extraneos, ad ipſos delendos. Hæc vbi Iudas et reliqui au- 16
diuerunt, coacta eſt frequens concio ad conſultandum, quid ſuis facerent conſanguineis, qui in anguſtiis esſent, et ab illis oppugnarentur. Tum Iudas Simoni fratri ſuo 17
mandauit, vt cum delectis hominibus defenſum iret fratres ſuos, qui esſent in Galilæa: ſeſe et Ionathanem fratrem, in Galaaditidem profecturos, Ioſephum autem Za- 18
chariæ filium, et Azariam populi rectores cum reliquo exercitu, in Iudæa reliquit præſidii cauſſa, cum præcepto, vt eis hominibus 19
præ-

præeſſent, neque cum externis an-
te ipſorum reditum prælio dimica-
0 rent. Attributa ſunt autem Simo-
ni hominum tria millia, ad profi-
ciſcendum in Galilæam. Iudæ octo
1 millia in Galaaditidem. Simon in
Galilæam profectus, multa cum ex-
ternis prœlia commiſit, et a ſe pro-
fligatos perſecutus eſt vsque ad mu-
2 nicipia Ptolemaidis: occiſiſque
eorum ad tria millia, ſpolia abſtu-
3 lit, receptos ex Galilæa et Arba-
tis Iudæos, cum eorum coniu-
gibus, liberis, omnibusque fa-
cultatibus in Iudæam magna
4 cum lætitia abduxit. Iudas au-
tem Machabæus, et Ionathan
eius frater, traiecto Iordane, per
ſolitudinem tridui iter progreſſi,
5 inciderunt in Nabathæos: a qui-
bus amice accepti, didicerunt
omnia, quæ ſuis fratribus in Galaa-
6 ditide acciderant: eorumque mul-
tos compulſos eſſe in Boſorram, Bo-
ſor, Alemos, Gaſcor, Maced, et Car-
naim, quæ omnia erant oppida fir-
7 ma atque magna, neque non in
aliis Galaaditidis oppidis eſſe cir-
cumuentos: atque in poſterum
diem hoſtibus in animo eſſe exerci-
tum munitionibus admouere, iiſ-
que captis, omnes vno die e medio
8 tollere. Tum Iudas cum ſuo exer-
citu iter per ſolitudinem ad Bo-
ſorram conuertit: captaque de im-
prouiſo vrbe, omnes mares ferro
trucidat, et direptis omnibus vrbem
9 igni cremat. Inde noctu profectus,
0 contendit ad munitionem: quum-
que iam dilucefceret, animad-
uertunt innumerabilem hominum
multitudinem, ſcalas et tormenta
portantium, ad expugnandam mu-
nitionem, illoſque oppugnantium.
1 Hic Iudas videns cœptum eſſe prœ-
lium, oppidanorumque clamorem
cum ingenti turbarum ſonitu in cæ-
2 lum tolli, ſuos cohortatus mili-
tes, vt eo die pro ſuis fratribus de-
3 certarent, hoſtes a tergo cum tu-
barum ſonitu, et orantium clamore,

tripartito inuadit. At Timotheani 34
Machabæum eſſe cognoſcentes, ſeſe
fugæ mandant, quibus ille magnam
cladem infert: et occiſis eorum eo
die ad octo millia hominum, de- 35
flectit ad Maſpham: eaque expu-
gnata, omnes in ea mares occidit,
et eam deprædatus incendit. Il- 36
linc profectus, Chaſphonem, Ma-
ced, Boſor, reliquaque Galaaditi-
dis capit oppida. His ita geſtis, 37
Timotheus, contracto alio exerci-
tu, caſtra fecit contra Raphonem,
trans fluuium. Ad quæ caſtra ſpe-
culanda quum miſiſſet Iudas, ſic ei 38
renuntiatum eſt, conueniſſe contra
Iudæos omnes finitimas gentes,
quæ copiæ eſſent maximæ, Ara-
bibus in auxilium mercede condu- 39
ctis. Eos autem trans fluuium ca-
ſtra habere, paratos eum bello ad-
gredi. Tum Iudas eis obuiam pro-
fectus eſt: quo ad fluuium cum ſuo
exercitu adpropinquante, Timo-
theus ſuarum copiarum duces ſic 40
admonuit: ſi ille prius ad nos
transierit, eum ſuſtinere non pote-
rimus, ſed ab eo vincemur: ſin
territus, trans fluuium caſtra po- 41
ſuerit, traiiciemus ad eum, et vin-
cemus. At Iudas vbi ad fluuium
propinquauit, populi ſcribas apud 42
fluuium collocauit: iiſque manda-
uit, ne quem caſtra ponere ſine-
rent, ſed omnes ad pugnam irent:
ipſe primus ad hoſtes, ſubſequenti-
bus ſuis omnibus, traiecit, omneſ- 43
que extraneos ita profligauit, vt, ab-
iectis armis, fugerent in fanum,
quod erat Carnai: quod fanum
Iudas, capto oppido, incendit, vna 44
cum omnibus, qui in eo erant. Ita
euerſa Carnai, Iudas, quum hoſtes
eum iam ſuſtinere non poſſent,
coegit omnes Galaaditidis Iſraeli-
tas, paruos iuxta ac magnos, vna 45
cum ipſorum vxoribus, liberis at-
que facultatibus, quæ erant ſane
quam ingentes copiæ, vt Iudæam
peterent. Vbi ad Ephronem ven-
tum eſt vrbem magnam et munitiſ- 46

ſimam, in via poſitam, non licebat
ab ea ad dexteram aut ſiniſtram de-
clinare, ſed erat per eam transeun-
47 dum: oppidani autem eis portas
clauſerant, et ſaxis obſtruxerant.
Ad eos miſit Iudas, qui amice pe-
48 terent, vt eis liceret per illorum
fines in ſuos diſcedere: neminem
eis eſſe nociturum, ſe pedibus eſſe
tranſituros. Sed quum ei noluiſ-
49 ſent aperire, iuſſit in exercitu edi-
ci, vt omnes ex eo, in quo erant, lo-
co, vrbem oppugnarent. Itaque
50 militibus vrbem totum diem no-
ctemque oppugnauit: eaque poti-
51 tus, omnes mares ferro trucida-
uit, vrbemque exſtirpauit: et eam
deprædatus, per eam ſuper occiſo-
52 r m corpora tranſiuit. Ita traie-
cto Iordane, peruenerunt in ſpa-
tioſum campum, in conſpectu Beth-
53 ſanis poſitum. Iuda interim extre-
mos cogente, populumque toto iti-
nere cohortante, donec in Iudæam
54 ventum eſt. Tum in Sionem mon-
tem cum lætitia et gaudio adſcen-
derunt, et ſolida ſacrificia fecerunt,
quod, nullo ſuorum amiſſo, incolu-
55 mes rediiſſent. Interea dum Iudas
et Ionathan in Galaaditide ſunt, et
Simon frater in Galilæa contra Pto-
56 lemaidem, Ioſephus Zachariæ fi-
lius, et Azarias copiarum duces, au-
ditis illorum egregiis belli facino-
57 ribus, ſtatuerunt et ipſi famam
comparare, et finitimos armis inua-
58 dere. Itaque, indicta militibus ſuis
expeditione, profecti ſunt ad Ia-
59 mniam. Sed eis obuiam egreſſo ex
vrbe Gorgia cum ſuis in prœlium,
60 verſi ſunt Ioſephus et Azarias, et ad
Iudææ fines fugati: cecideruntque
eo die ex Iſraelitis ad hominum duo
61 millia: quæ tanta clades Iſraelitis
propterea accidit, quod Iudæ et eius
fratribus non obtemperarunt, ſeſe
62 bene rem geſturos arbitrati, quum
non eſſent ex hominum illorum
ſtirpe, quibus Iſraelitas ſua opera
63 defendere datum erat. Iudas au-
tem et eius fratres tantam apud o-
mnes et Iſraelitas et ceteras gentes,
ad quas eorum fama peruenerat,
virtutis gloriam conſecuti ſunt, vt 64
ad eos conuenirent gratulantes.
Fecit autem Iudas cum ſuis fratri- 65
bus expeditionem in Eſai poſteros,
ad tractum meridianum, in qua
Hebronem cum ſuis coloniis deui-
cit, eius et munitionem diruit, et
turres circumquaque cremauit.
Inde in extraneorum fines ire con- 66
tendens, Samariam peragrauit.
Quo quidem die ceciderunt oppi- 67
dorum ſacerdotes, dum ille rem be-
ne gerere cupit, qui ad pugnam te-
mere prodiiſſet. Deinde deflexit 68
Iudas ad Azotum, quæ extraneo-
rum regio eſt: eorumque aras 69
ſuſtulit, deorum ſtatuas igni cre-
mauit, oppida prædæ habuit, at-
que ita Iudæam repetiit.

CAPVT VI.

Repulſus Antiochus ab Elymaide in Perſide. Antiochi mors. Eupator in regno heres. Iudas arcis hieroſolymitanæ oppugnationem curans. Prælium inter Iudam et Antiochum. Eleazarum elephantus opprimens. Fani oppugnatio. Pacem procurans Lyſias inter Antiochum et Iudæos. Antiochi perfidia.

INterea rex Antiochus ſuperiores 1
tractus peragrans, audiuit, eſſe
in Perſide Elymaidem, vrbem
auri argentique opibus præſtan-
tem, in qua fanum eſſet perquam 2
opulentum, vbi tegumenta eſſent
aurea, loricæ, et arma illic ab Alex-
andro relicta, Philippi filio, Ma-
cedonum rege, qui primus impe-
rauit in Græcia. Itaque eo profe- 3
ctus eſt, vrbis occupandæ et diri-
piendæ cupidus: ſed non potuit, 4
propterea quod ciuitas, cognita re,
armis ei reſtitit: in fugamque ver-
ſus, illinc magno cum dolore in Ba-
bylonem reuerti contendit. In- 5
terea aduenit in Perſidem quidam,
qui ei nuntiat, victas eſſe copias
in Iudæam profectas: Lyſiam- 6
que in primis cum magna manu
pro-

profectum ab illis esſe profliga-
tum. Itaque Iudæos armis viri-
busque et multa præda auctos,
quam ex conciſis a ſe exercitibus
7 peperisſent, demolitos esſe ne-
fas illud, quod ipſe in ara hiero-
ſolymitana erexisſet: fanumque,
vbi prius fuerat, alto muro circum-
dedisſe,nec non eius oppidum Beth-
8 ſuram. His nuntiis acceptis, ve-
hementer attonitus et perculſus
rex, decubuit, et in morbum ex
dolore lapſus eſt, quod ei non eue-
9 nisſet ex animi ſui ſententia. Ibi
quum dies complures esſet, tanto
incrudeſcente dolore, cogitans ſibi
10 esſe moriendum, amicos ſuos o-
mnes conuocat, et eos ſic adloqui-
tur: et oculis ſomno careo, et ani-
11 mo præ mærore deficio: ac mihi
nunc cogitanti, in quantam miſe-
riam et tempeſtatem, in qua nunc
ſum, deuenerim, qui tamen in im-
perio meo mitis et carus eram,
12 venit in mentem, quæ ſcelera Hie-
roſolymis patrauerim, qui omnia
aurea argenteaque vaſa inde abſtu-
lerim, et, qui Iudææ incolas e me-
dio tollerent, ſine cauſſa miſerim.
13 Propter quæ hæc me tam dira pati
intelligo, et iamiam magno cum
dolore, et quidem in aliena terra
14 pereo. Hæc locutus, Philippum,
vnum de ſuis amicis, vocat, eumque
15 toti regno ſuo præficit: et ei dia-
dema, veſtitum ſuum, annulum-
que tradit, vt Antiochum filium
ſuum educaret, et ad regnum enu-
16 triret. Atque ita ibi moritur An-
tiochus rex, anno centeſimo qua-
17 drageſimo nono. Lyſias poſt-
quam mortuum esſe regem intelle-
xit, Antiochum eius filium, quem
ipſe paruulum educauerat, in re-
gnum pro patre ſuffecit, eumque
18 nuncupauit Eupatorem. Cete-
rum quum ii qui erant in arce, Iſ-
raelitas intra fanum vndique com-
pellerent, eisque damnum ſemper
inferre, et extraneis firmamento
19 esſe contenderent, Iudas eos in
animo habens de medio tollere, o-
mnes copias conuocauit, vt eos ob-
ſideret: iisque coactis, eos anno 20
centeſimo quinquageſimo circum-
ſedit, baliſtasque et machinas in eos
comparauit. Sed illorum nonnul- 21
li ex obſidione exierunt, cum qui-
bus ſeſe coniunxerunt impii qui-
dam Iſraelitæ. Qui ad regem pro- 22
fecti, cum eo ſic locuti ſunt:
quamdiu tandem ſupplicium ſume-
re, et fratres noſtros vlciſci cun-
ctaberis? Nobis quia patri tuo 23
ſeruire, eiusque inſtituta tenere,
et mandata exſequi viſum eſt, pro- 24
pterea adeo infenſi ſunt iſti, vt qui-
cumque noſtrum inuenti ſunt, ne-
cati ſint, et facultates noſtræ dire-
ptæ. Neque vero dumtaxat in nos, 25
ſed etiam in omnes ſuos fines graſ-
ſati ſunt, hodieque arcem Hiero- 26
ſolymæ admoto exercitu oppu-
gnant, fanumque et Bethſuram
munierunt. Quod niſi eos breui 27
anticipaueris, maiora facient, ita vt
eos cohibere non posſis. His au- 28
ditis iratus rex, omnes amicos ſu-
os,copiarum ſuarum duces, et equi-
tum magiſtros arcesſiuit, neque
non a ceteris regibus, et inſulis 29
marinis conuenerunt ad eum mer-
cenarii milites, ita vt eius copia- 30
rum numerus esſet peditum cen-
tum millia, equitum viginti millia,
elephanti duo et triginta, ad pu-
gnandum inſtituti. Hæ copiæ per 31
Idumæam profectæ, caſtra poſue-
runt ad Bethſuram, eamque per
multos dies oppugnarunt: et ma-
chinas fecerunt, quas Bethſurani,
facta eruptione, incenderunt, for-
titerque pugnarunt. Tum Iudas 32
ab arce digresſus, apud Bethzacha-
riam caſtra fecit contra caſtra regis.
At rex primo mane exercitum 33
Bethzachariam verſus tota mole
mouit,et, explicatis in aciem copiis, 34
ſignum tubis datum eſt, et ele-
phantis vuarum mororumque ſan-
guis oſtenſus, quo ad pugnam exci-
tarentur. Erant autem per valles

 35

diſpoſitæ belluæ, et ſingulis mille
hominesattributi, hamatis loricis,
et æreis armati galeis: delectique
36 equites quingenti, qui,vbicumque
eſſet bellua, opportune adeſſent:
et quocumque pergeret, comita-
37 rentur, nec ab ea diſcederent. V-
namquamque belluam protegebat
impoſita dorſo lignea turris valida,
elephanto arte adligata: et in qua-
que turri homines erant duo et tri-
ginta, qui inde prœliarentur, et
38 belluæ magiſter Indus. Reliqui
equites hinc atque hinc collocati,
vtramque agminis partem claude-
bant, et in vallibus cohibebant.
39 Atque vbi ſol aurea ſcuta irradia-
uit, tantus inde fulgor in montes
emicuit, vt tamquam faces igneæ
40 reſplenderent. Igitur agminis re-
gii parte in edita montium porre-
cta, alii per degreſſa loca ita confi-
41 denter et ordine incedebant, vt
quiuis audiendo tantæ multitudinis
ſonitu inceſſuque et armorum ſtre-
42 pitu commoueretur. Cum hoc
tanto tam firmo exercitu congreſ-
ſus eſt Iudas cum ſuis copiis, iam-
que regiorum ceciderant homines
43 ſexcenti, quum Eleazarus Aba-
ran, conſpicatus vnam de belluis
regio thorace loricatam, et alias
omnes ſupereminentem, ſuſpicatus
44 in ea eſſe regem, vt et ſuis ſalutem,
et ſibi nominis immortalitatem
compararet, periculum ſuſcepit, et
in eam animoſe per medium ag-
men dextra læuaque ſtragem
45 edens, impetum fecit: ac dimotis
hinc atque hinc hoſtibus ſub ele-
phantum ſubiit, et eum ſubter vul-
46 neratum interfecit: eoque ad ter-
ram ſuper ipſum collapſo, ibi mor-
47 tuus eſt. Tum Iudæi, regii exer-
citus vim atque impetum videntes,
48 ceſſerunt: et regii, vt eis occurre-
rent, Hieroſolymam ire contende-
runt: caſtraque poſuit rex in Iudæa
ad montem Sionem: et Bethſura-
49 nos in deditionem accepit, iiſque
ex oppido egreſſis, (nam ibi com-
meatum ad obſidionem toleran-
dam non habebant, quoniam eo
anno terra feriabatur,) Bethſuram 50
occupauit, et præſidio firmauit.
Oppugnauit autem multos dies fa- 51
num, collocatis ibi baliſtis et machi-
nationibus,tormentiſque ad ignem,
et lapides iaculandos, et ſcorpioni-
bus ad tela iacienda, atque fundis:
contra quæ illi machinas alias fece- 52
runt, multoſque dies repugnarunt.
Sed quum illis commeatus non eſ- 53
ſet, propterea quod ſeptimus erat
annus, et Iudæi, qui ex ceteris gen-
tibus in Iudæam ſeſe receperant,
conditorum reliquias conſumſe-
rant, reſtabant in fano homines 54
pauci, quod victi fame, alii alio di-
lapſi erant. Tum Lyſias audiens, 55
Philippum, (quem rex Antiochus
Epiphanes, viuus adhuc, Antiocho
Eupatori filio ſuo in regnum edu-
cando præfecerat,) ex Perſide et 56
Media reuerſurum eſſe cum copiis,
quas ſecum rex duxerat: eumque
regnum et rerum adminiſtratio-
nem adpetere, confeſtim relicta 57
arce, regem adit, eumque et exer-
citus duces reliquoſque ſic adloqui-
tur: deficimus quotidie, et com-
meatum exigue habemus: eſtque lo-
cus, quem oppugnamus, firmus, et
regni cura nobis incumbit. Quam- 58
obrem demus his hominibus dex-
teram, cumque eis et omni eo- 59
rum natione pacem componamus,
ea lege, vt liceat eis ſuis vti legibus,
vt antehac. Nam propter iura ſua
a nobis abrogata, irati, hæc omnia
fecerunt. Placuit oratio regi et 60
ducibus: miſitque rex ad illos nun-
tios de pace, quam illi acceperunt:
eiſque iurauit rex et duces, atque 61
ita illi ex munitione exierunt. Sed 62
rex in montem Sionem ingreſſus,
animaduerſa loci munitione, da-
tum a ſe iusiurandum violauit, mu-
rumque vndique dirui iuſſit: et 63
inde feſtinanter digreſſus, Antio-
chiam

chiam repetiit, vbi Philippum in
vrbe imperantem nactus oppugna-
uit, vrbemque vi cepit.

CAPVT VII.

Demetrius Tripolim occupans. Ab eodem Antiochus et Lyſias necati. Alcimus perfidus Aſideorum interfector. In Iudam a Demetrio inſidiæ. Nicanor in Iudæos minax, a Iuda interfectus.

1 ANno centeſimo quinquage-
ſimo primo, Demetrius Se-
leuci filius Roma profectus,
2 venit cum paucis hominibus in [b] vr-
bem maritimam, ibique regnum
occupauit: acciditque, vt eo in ma-
iorum ſuorum regiam ſe conferen-
te, comprehenderent milites An-
tiochum et Lyſiam, et ad eum ad-
3 ducerent: qua re cognita, vetuit
eos in ſuum conſpectum adduci:
atque ita illi ſunt a militibus inter-
4 fecti. Poſtquam autem Demetri-
us regni ſolium occupauit, adie-
runt eum Iſraelitarum improbiſſi-
5 mi quique: et maxime impii, du-
ctu Alcimi, qui pontificatum adpe-
tebet, ſuosque apud regem accuſa-
6 runt in hunc modum. Perdidit
Iudas et eius fratres tuos omnes
amicos, nosque ex patria expule-
7 runt. Quamobrem mitte aliquem,
cui fidem habeas, qui eo profectus,
videat, quantam illi nobis regiæque
regioni calamitatem intulerint, et
de iis, deque omnibus eorum adiu-
8 toribus ſupplicium ſumat. Tum
rex hanc prouinciam mandauit
Bacchidi, amico regis, [c] trans fluui-
um prætori, homini magnæ in re-
gno auctoritatis, et erga regem fide-
9 li: eumque miſit cum Alcimo impio
illo, quem pontificem creauit: ei-
que mandauit, vt de Iſraelitis ſume-
10 ret ſupplicium. Hi cum magnis
copiis in Iudæam profecti, legatos
ad Iudam, et eius fratres, per do-
11 lum de pace miſerunt: quorum
illi dicta neglexerunt, quod eos
cum magna veniſſe manu videbant.
Conuenit autem ad Alcimum et 12
Bacchidem ſcribarum cœtus, peten-
di iuris gratia: primique Iſraeli- 13
tarum fuere Aſidæi, qui pacem ab
illis peterent, putantes ſibi ab ho- 14
mine ſacerdote, ſtirpis aharoni-
cæ, qui cum militibus veniſſet, ni-
hil nociturum iri. At ille eos amice 15
adlocutus, et interpoſito iureiuran-
do pollicitus, ſe neque ipſis, neque
ipſorum conſanguineis malum eſſe
illaturos, quum illi ei crediſſ- 16
ſent, comprehendit ex eis homines
ſexaginta, quos vno die peremit:
in quo quidem accidit, id quod
ſcripſit ille: ſanctorum tuorum 17
corpora, et ſanguinem circum Hie-
roſolymam effuderunt, nec eſt, qui
ea ſepeliat. Hoc facto, peruaſit 18
eorum metus et terror vniuerſos,
cogitantes, nulla eos eſſe fide aut æ-
quitate præditos, qui pactum et
datum a ſe iusiurandum fregiſſent.
Deinde a Hieroſolyma profectus 19
Bacchides, caſtra fecit apud Bezeth:
miſitque comprehenſum multos
ſuorum perfugas, et Iudæorum
nonnullos, quos mactauit, et in va-
ſtam ſpecum proiecit: et delegata 20
Alcimo prouincia, relictisque cum
eo militibus, qui eum iuuarent, ipſe
ad regem diſceſſit. Alcimus autem 21
de pontificatu certauit, coactis- 22
que ad eum omnibus ſui ipſorum
populi perturbatoribus, Iudæa po-
titus eſt, et Iſraelitas magna clade
adfecit. At Iudas videns, tantum 23
ab Alcimo eiusque gregalibus de-
trimentum Iſraelitis inferri, quan-
tum non intulerant extranei,
obiit omnes Iudææ fines quoquo- 24
uerſus, et in perfugas animaduer-
tit: eosque ab incurſionibus prohi-
buit. Alcimus videns, Iudam cum 25
ſuis ſuperiores eſſe, ſeque eis impa-
rem eſſe intelligens, ad regem re-
uertit, et illos acerbe criminatus eſt.
Tum

[b]) videlicet Tripolim, vt eſt apud Ioſephum. [c]) Meſopotamiæ, vt ſcribit Ioſephus.

26 Tum rex Nicanorem, ducum ſuo-
rum clarisſimum, et Iſraelitis capi-
taliter infenſum, miſit, eique impe-
rauit, vt eum populum excideret.
27 Nicanor Hieroſolymam cum ma-
gno exercitu profectus, miſit ad
Iudam et eius fratres, qui amice
28 per ſimulationem peterent, ne in-
ter ipſos armis decertaretur: ſeſe
ad eos cum paucis esſe venturum,vt
29 eos amice conueniret. Itaque ve-
nit ad Iudam, et quum amice inter
ſe conſultasſent, parati erant hoſtes
30 Iudam corripere. Quam rem vbi
cognouit Iudas, illum ad ſe malitio-
ſe venisſe, pertimuit, nec amplius
31 congredi voluit. At Nicanor,poſt-
quam patefactum esſe conſilium
ſuum intellexit, copias in aciem
contra Iudam apud Capharſalama
32 eduxit: vbi Nicanoriani, cæſis
ſuorum circiter quingentis, in vr-
33 bem Dauidis refugerunt. His ita
geſtis, quum adſcendisſet Nicanor
in Sionem montem, prodierunt ex
fano nonnulli ſacerdotum, et ſena-
torum populi, qui eum amice ſalu-
tarent, eique ſacrificium, quod pro
34 rege fieret, oſtenderent. Sed ille
eos omni irriſione et ludibrio fœde
proſecutus, ſuperba oratione vſus
35 ferociter iurauit, niſi ſibi Iudas
eiuſque milites iam nunc traderen-
tur, ſeſe, ſi incolumis rediisſet, id
templum esſe crematurum: atque
36 ita magno cum furore exiit. Tum
ſacerdotes ante aram et cellam in-
37 trogresſi, flentes ita loquuntur: tu
qui hanc ædem delegiſti, quæ a tuo
nomine adpellata, tuis ſit ſupplica-
38 tionis et precum domus, ſume
eas de hoc homine, et eius exercitu
pœnas, vt ferro occumbant: re-
cordare eorum maledicta,et eis diu-
39 turnitatem ne concesſeris. Igitur
Hieroſolymis egresſus Nicanor, ca-
ſtra locauit apud Bethoronem, ibi-
que ei accesſit exercitus Syriæ.
40 Iudas autem apud Adaſam caſtra
poſuit, habens hominum tria mil-
lia: et precatus Deum eſt in hanc
ſententiam. Quum misſi a rege 41
Sennacheribo tibi maledixisſent,
venit tuus angelus, qui eorum cen-
tum octogintaquinque millia ne-
cauit. Sic hodie hunc exercitum 42
nobis profliga,et effice, vt ſciant re-
liqui, ſeſe male contra fanum tuum
locutos esſe: et in eum, vt eius per-
uerſitate dignum eſt, animaduerte.
Ergo commisſo ab exercitibus 43
prœlio, die menſis Adaris decimo-
tertio, pulſi ſunt Nicanoriani, ipſe-
que primus Nicanor in pugna oc-
cubuit. Eum vbi mortuum esſe 44
viderunt eius milites, abiectis ar-
mis, ſeſe fugæ mandarunt: quos 45
Iudæi iter vnius diei abAdaſa vſque
ad Gaſera perſecuti ſunt: et ſigno
poſt eos tubis dato, exciuere ex 46
omnibus vndique finitimis Iudææ
vicis homines, qui eos adorti, ad
ipſos perſequentes conuerterunt:
atque ita omnes ad vnum ferro tru- 47
cidati ſunt, prædaque potiti Iudæi,
Nicanoris caput et dextram, quam
ſuperbe intenderat, amputarunt, et
Hieroſolymam reportata ſuſpen-
derunt: magnaque vulgo lætitia 48
adfecti, ſtatuerunt, vt is dies 49
menſis Adaris decimuſtertius quot-
annis ageretur: atque ita quieuit 50
aliquamdiu Iudæa.

CAPVT VIII.

Romani ſanguinis geſta, gloriaque. Legatio Iudæ ad Romanos de fœdere ineundo. Inita cum Iudæis Romanorum ſocietas. Senatusconſultum fœderis præclarum.

AVdiuit autem Iudas Roma- 1
norum nomen, quantum
potentia valerent, vtque o-
mnibus ſociis esſent cari, et cum
omnibus, qui ad eos accederent,
amicitiam facerent. Tum quod 2
ad eorum potentiæ vires attinet,
narratum ei eſt, quæ bella, et quam
egregias gesſisſent res aduerſum
Gallos, quibus domitis ſtipendium
impoſuisſent. Itemque quid in 3
Hiſpania gesſisſent, cuius regionis
argenti aurique metallis esſent po-
titi:

titi: eumque totum locum, quam-
uis longisſime ab ipſis diſtantem,
ſuo conſilio et tolerantia obtinuiſ-
4 ſent, regesque, ſe ab vltimis ad-
greſſos terris, fudisſent, magnaque
clade adfecisſent: a reliquis autem
ſtipendium quotannis, et obſides
5 caperent. Præterea Philippum, et
Perſem [d] Citiorum reges, ceteros-
que reſiſtere auſos, armis fudisſent
6 atque ſubegisſent. Ad hæc Antio-
chum Magnum Aſiæ regem, qui in
eos centum viginti elephantos, ma-
ximamque equitatus, et quadriga-
rum, militumque vim habens, ex-
peditionem fecisſet, profligasſent,
7 viuumque cepisſent: eique et eius
regni ſucceſſoribus ingens tribu-
8 tum imperauisſent, et [e] Lycaoniam,
Myliada,Lydiam, aliasque pulcher-
rimas regiones ei ademisſent, et
9 Eumeni regi tribuisſent. Item vt
Græci eos adgredi et delere conati
esſent: qua re cognita Romani,
10 miſſo imperatore, cum eis bellum
geſſisſent: multisque eorum cæſis,
multos cum ipſorum vxoribus et li-
beris captiuos duxisſent, eorum-
que terra potiti, munitiones diru-
isſent, et eos prædæ habuisſent,
ſub ſeruitutemque redegisſent, quæ
11 duraret adhuc. Reliqua etiam re-
gna et inſulas, quicumque eis reſti-
tisſent, vaſtauisſent, et in poteſta-
12 tem redegisſent. Atque iidem
cum amicis et pacatis amicitiam
conſeruarent, regnisque et propin-
quis et remotis potiti, omnibus, ad
quos ipſorum nomen peruenisſet,
13 terrori esſent: ac quibuscumque
vellent, regna vel conciliarent, vel
14 abrogarent. Quumque adeo elati
esſent, tamen eorum nullus diade-
ma ſumſisſet, neque luxurioſo pur-
15 puræ veſtitu vterentur: ſed crea-
to ſenatu, in conſilium irent quoti-
die homines trecenti viginti, ſem-
per de recte adminiſtranda repu-
16 blica conſultantes, vnique homi-
ni adminiſtrationem ſuæ reipubli-
cæ annuam et totius imperii ſui gu-
bernationem committerent, vni-
que parerent, neque vlla inuidia
aut obtrectatione laborarent. His 17
intellectis, Iudas Eupolemum Io-
annis Accus filium, et Iaſonem E-
leazari filium, delectos Romam
miſit, qui cum illis amicitiam et
ſocietatem coirent, vt eo iugo le- 18
uarentur, quandoquidem videbat,
ab imperio Græcorum in ſeruitu-
tem redigi Iſraelitas. Illi Romam 19
longisſimo itinere profecti, et in
curiam ingreſſi, ſic verba fecerunt:
ſeſe a Iuda Machabæo, eiusque fra- 20
tribus, et a communi Iudæorum
mitti, ad Romanos, vt ſocietatem
pacemque cum eis facerent, eo-
rumque ſocii et amici ſcriberentur.
Placuit hæc res illis, ſcripſerunt- 21
que ſenatusconſultum: cuius ex- 22
emplum in æs inciſum, Hieroſoly-
mam miſerunt, quod apud Iudæos
pacis esſet et ſocietatis monumen-
tum. QVOD Romanis gentique 23
Iudæorum terra marique fauſtum
ſit in perpetuum: bellum quidem
et hoſtis ab ei procul abſit. Ve- 24
rumtamen ſi bellum ingruerit Ro-
manis prius aut eorum ſociis, in o-
mni eorum imperio, auxilium 25
ferto Iudæorum gens, vt commo-
de poterunt, bona fide, neue ho- 26
ſtibus commeatum, arma, pecu-
niam, naues danto, aut ſuppedi-
tanto, vt Romanis viſum eſt at-
que has conditiones ſine mercede
ſeruanto. Similiter ſi Iudæorum 27
genti bellum prius acciderit, auxi-
lium ferunto Romani bona fide, vt
commode poterunt, neue ho- 28
ſtes commeatu, armis, argento,
nauibus iuuanto, vt Romanis vi-
ſum eſt: atque has conditiones ſine
dolo ſeruanto. In hæc verba pa- 29
cti ſuntRomani cum Iudæorum po-
pulo. Quod ſi poſthac voluerint 30
hi aut illi aliquid addere aut detra-
here,

d) Macedonum. e) Et in Græco, et in Latino legitur, Indiam et Mediam: ſed eſt locus alioqui corruptus, et hoc quum omnes, tum Liuii refellit hiſtoria.

here, faciunto amborum volunta-
te: et quod addiderint detraxerint-
31 ue, ratum eſto. De iniuriis quo-
que, quibus eos adficit rex Deme-
trius, ſcripſimus ei, ne amicos ſoci-
osque noſtros Iudæos infeſtet:
32 quod ſi deinceps de eo expoſtulaue-
rint, eſse nos eorum iniurias per-
ſecuturos, et ei terra marique bel-
lum illaturos.

CAPVT IX.

Demetrii noue in Iudeam copie. Hieroſolyma obſeſſa. Iude copie perterrite. Octingenti reliqui milites. Iude ſuorumque virtus miranda. Iude nex in prælio, ſepultura, funus. Bacchidis impietas, ſeuitia contra Iudeos. Pro Iuda Ionathan. Oppreſſi in nuptiis hoſtes. Conſiicturus cum Bacchide Ionathan euadit cum ſuis. Fani demolitio. In Ionathanem proditores. Cum Bacchide Ionathan pacem faciens.

1 CEterum Demetrius, audito
prœlii Nicanoris et eius co-
piarum euentu, miſit denuo
Bacchidem et Alcimum in Iudæam,
2 cum dextro copiarum cornu: qui
Galgala verſus profecti, ad Maſalo-
tha, (id oppidum eſt in Arbelis,) ca-
ſtra poſuerunt: eoque capto, mul-
3 tos mortales perdiderunt. Deinde
menſe primo, anno centeſimo
quinquageſimo ſecundo, caſtris ad
4 Hieroſolymam motis, profecti ſunt
ad Bercam cum viginti peditum, et
5 duobus equitum millibus. Iudas
autem apud Eleaſa caſtra habebat,
cum tribus delectis hominum mil-
6 libus: qui, viſa tanta exercitus ho-
ſtium multitudine, adeo territi
ſunt, vt frequentes ex caſtris dila-
berentur, adeo vt eorum octin-
7 genti tantum ſuperesſent. Iudas et
milites diffluxisſe, et ſe bello vrge-
ri videns, animo fractus et emolli-
tus, quod tempus ad eos colligen-
8 dos non haberet, reliquos horta-
tus eſt, vt aduerſarios adgrederen-
tur, ſi forte posſent eos vincere.
9 Illi vero eum dehortabantur.
Non posſumus, inquinnt: ſed in
præſentia cedamus, et vitæ noſtræ
conſulamus. Nam nos quidem, di-
lapſis noſtris, pauciores ſumus,
quam vt cum hoſtibus decertemus.
At Iudas: abſit hoc, inquit, a me 10
facinus, vt illos fugiam, quod ſi
nobis fatalis hora venit, moriamur
pro fratribus noſtris fortiter, ne-
ue gloriæ noſtræ crimen relinqua-
mus. Interea ex caſtris egresſus 11
aduerſariorum exercitus, ex ad-
uerſo conſtitit, ita ordinatus, vt e-
quitatus esſet in partes duas diuiſus:
funditores et ſagittarii agmen præ-
cederent: fortisſimi quique esſent
in prima acie, Bacchides in dex- 12
tro cornu. Ita procedebat pha-
lanx ab vtraque parte ſigno tubis
dato: neque non Iudæi ſigno tu- 13
bis dato concurrerunt, tanto cum
exercituum ſonitu, vt terra con-
cuteretur. Ibi quum commisſum
prœlium a mane ad veſperem du-
rasſet, Iudas animaduertens Bac- 14
chidem cum exercitus robore esſe
in parte dextra, adſumtis animoſis-
ſimis quibusque, eo impetum fecit,
fuſoque dextro cornu, hoſtes vs- 15
que ad *f* Azotum montem perſecu-
tus eſt. Sed qui erant in ſiniſtro 16
cornu, pulſum dextrum cornu
conſpicati, ad Iudam et eos, qui
cum eo erant, in tergum ſeſe con-
uerterunt: atque ibi quum acri- 17
ter pugnaretur, multis vtrimque
cæſis, occubuit Iudas, et reliqui 18
ſeſe fugæ mandarunt. Ionathan 19
autem et Simon Iudam fratrem
abſtulerunt, et Modini in patrio
ſepulcro condiderunt, eumque 20
omnes Israelitæ magno cum plora-
tu et plangore diu luxerunt, con- 21
querentes tam fortem Israelitarum
cecidisſe conſeruatorem. Pluri- 22
ma ſunt præterea Iudæ facta et prœ-
lia, et fortiter magnoque animo
geſta, quæ litteris non ſunt prodi-
ta. Poſt obitum Iudæ prodierunt 23
in omnibus Israelitarum finibus ho-
mines

f) Aram vocat Ioſephus.

mines nefarii: omneſque exorti
24 ſunt malefici, ad quos, orta iiſ-
dem temporibus fame grauiſſima,
25 perfugerunt incolæ. Tum Bac-
chides delectos homines impios re-
gionis adminiſtrationi præpoſuit,
26 qui conquiſitos et peruestigatos Iu-
dæ amicos ad ipſum perducerent,
quos ille cum omni ludibrio adfici-
27 ebat ſupplicio: tantaque fuit ea
Iſraelitarum calamitas, quanta
nulla fuerat, ex quo tempore nul-
28 lus apud eos vates exſtiterat. Tum
omnes Iudæ amici ad Ionathanem
29 conueniunt: demonſtrant, ex quo
Iudas eius frater oppetierit, nemi-
nem eſſe Ionathani parem, qui ſe
hoſtibus et Bacchidi, reliquiſque
gentem ſuam infeſtantibus opponat.
30 Itaque ſe eum iam deligere, qui eis
pro illo et dux et ad bellum geren-
31 dum imperator eſſet. Tum Iona-
than principatum accepit, et Iudæ
32 fratri ſuo ſucceſſit. Quod vbi re-
ſciuit Bacchides, eum conatus eſt
33 interficere. Hac re cognita Iona-
than et Simon eius frater omnes-
que comites, in Thecuæ ſolitudi-
nem profugerunt, et ad aquas la-
34 cus Aſphar caſtra fecerunt. Quod
poſtquam intellexit Bacchides, die
ſabbati venit cum exercitu ſuo
35 trans Iordanem. Tum Ionathan
fratrem ſuum Ioannem imbellium
turbæ præfectum miſit ad Naba-
thæos amicos ſuos, oratum vt lice-
ret apud eos impedimenta ſua, quæ
36 multa erant, deponere. Sed Iam-
bris nati Medaba ingreſſi, Ioannem,
et quæ habebat omnia, ceperunt
37 atque abduxerunt. Poſtea nuntia-
tur Ionathani et Simoni eius fratri,
Iambrinos inſignes nuptias cele-
brantes, ſponſam ducere ex [g] Nada-
batha, magno cum adparatu, fili-
am cuiuſdam de præcipuis Chana-
38 nææ primatibus. Itaque, memo-
res Ioannis fratris ſui, eo profecti
ſunt: et montis obiectu occultati,
39 quum magnam turbam et adpara-
tum animaduertiſſent, ſponſum-
que cum ſuis amicis et conſangui-
neis obuiam illis progreſſum, cum
tympanis muſiciſque et armis mul-
tis: prodierunt in illos ex inſidiis, 40
eorumque ſtragem ediderunt: et
multis interfectis, reliquis in mon-
tem fuga dilapſis, omnia diripue-
runt, atque ita nuptias in luctum, 41
et cantum muſicum in lamentatio-
nem conuerterunt, ſuique fra- 42
tris vlti ſanguinem in Iordanis palu-
dem redierunt. Hac audita re, ve- 43
nit die ſabbati Bacchides ad ripam
Iordanis, cum multis copiis. Tum 44
Ionathan ſuos ſic adhortatus eſt.
Agite iam, pugnemus pro vita no-
ſtra. Non enim ſic ſe res habet ho-
die, vt ſuperioribus diebus: ec- 45
ce enim nobis et a fronte hoſtes, et
a tergo Iordanis aqua, et hinc at-
que hinc palus atque ſilua, nec eſt
ad declinandum locus. Quocirca 46
clamate ad cælum, vt hoſtiles ma-
nus euadatis. Deinde commiſſo 47
prœlio manum extulit Ionathan, vt
Bacchidem feriret: atque, illo in 48
tergum cedente, inſiliit Ionathan et
eius milites in Iordanem, atque ita
tranarunt, nec aduerſarii ſecuti
ſunt. Bacchides autem, amiſſis eo 49
die hominibus ad mille, Hieroſo-
lymam reuertit, oppidaque mu- 50
nita in Iudæa refecit, Hierichunti
munitionem, Emmauntem, Be-
thoronem, Bethel, Thamnatham,
Pharathonem, et Tephonem altis
mœnibus portiſque et repagulis
muniuit, atque in eis præſidia 51
collocauit, quæ Iſraelitas infeſta-
rent. Præterea oppidum Bethſu- 52
ram, et Gazara, arcemque mu-
niuit, et in eis milites et commea-
tum poſuit: acceptoſque princi- 53
pum eius regionis filios obſides,
Hieroſolymis in arce cuſtodiendos
collocauit. Anno autem centeſi- 54
mo quinquageſimo tertio, menſe
ſecundo, iuſſit Alcimus murum in-
terioris fani atrii dirui, vatumque
opera

g) Latinus habet Medaba, Ioſephus Gadaba.

55 opera deiici. Sed quum primum
demolitionem orſus eſt, in mor-
bum incidit, qui eius conatum im-
pediuit. Nam obſtructo ore ſide-
56 ratus, neque loqui amplius, ne-
que teſtamentum facere potuit, at-
que ita magno cum cruciatu mor-
57 tuus eſt. Bacchides autem, vbi
Alcimum interiiſſe vidit, ad regem
rediit. Ita quieuit Iudæa duos an-
58 nos. Deinde ſceleratiſſimi qui-
que ſtatuerunt, quoniam Ionathan
ſuique quieti ſecurique agerent,
Bacchidem arceſſere, qui eos o-
mnes vna nocte comprehenderet.
59 Itaque ad eum profecti, perſuaſe-
runt, vt cum magnis copiis veniret.
60 Atque ille clanculum litteras miſit
ad omnes fautores ſuos, qui erant
in Iudæa, vt Ionathanem et ſuos
comprehenderent: quod quum
non potuiſſent, propterea quod il-
lis cognitum eſt eorum conſi-
61 lium, comprehenſi ſunt ex inco-
lis eius ſceleris auctoribus ad homi-
nes quinquaginta, atque interfecti.
62 Diſceſſit autem Ionathan et Simon
cum ſuis, in oppidum Bethbaſim,
quod eſt in ſaltibus, idque inſtau-
63 rarunt atque muniuerunt. Quod
poſtquam intellexit Bacchides, coa-
ctis ſuis omnibus copiis, et euoca-
tis ex Iudæa militibus, Bethbaſim
64 adgreſſus eſt: eamque multos di-
es, admoto exercitu, paratiſque
65 machinis, oppugnauit. At Iona-
than relicto in oppido Simone, in
66 agrum exiit, et facta manu, O-
domeram, eiusque fratres, et Pha-
riſonis filios, in ipſorum taberna-
culo oppreſſit. Quumque ita cæ-
dem facere cœpiſſet, et hoſtium
67 milites aduentarent, Simon cum
ſuis, eruptione ex oppido facta, ma-
68 chinas incendit: ſimulque Bacchi-
dem prœlio adgreſſi, adeo vice-
runt atque presſerunt, vt quoniam
eius conſilium et expeditio ad irri-
69 tum cecidiſſet, iratus in ſcelera-
tos illos, qui ei, vt expeditionem
ſuſciperent, conſuluerant, multos
eorum interfecerit, patriamque re-
petere ſtatuerit. Quod vt Iona- 70
than intellexit, miſit ad eum lega-
tos de pace cum eo componenda, ea
conditione, vt Bacchides captiuos
eis redderet. Eam conditionem 71
ille accepit, atque ita fecit, eique
iurauit, nunquam ſe ei per omnem
vitam nocere conaturum: reddi- 72
tiſque captiuis, quos ante ex Iudæa
ceperat, patriam repetiit, nec in
illorum fines amplius rediit. Ita 73
pacato apud Iſraelitas bello, Iona-
than Machmas incolens, rempu-
blicam adminiſtrare, et Iſraelita-
rum impios abolere cœpit.

CAPVT X.

Ptolemaidem expugnans Alexander. In iſtum Demetrius. Huius ad Ionathanem litteræ ſuaues. Reſtaurata a Ionathane Hieroſolyma. Alexander Ionathanem ſibi concilians. Demetrii amicitia a Iudæis neglecta. Alexander Demetrium necans. Ptolemæi filiam petens Alexander. Alexandri nuptiæ. Ad eas Ionathan. Prouocatus a Demetrio Ionathan. Ioppa Ionathan potitus. Ionathanis in hoſtes victoria. Ab Alexandro rege Ionathan ornatus.

ANno autem centeſimo ſexa- 1
geſimo, Alexander Antio-
chi Epiphanis filius Ptole-
maidem profectus, eam occupauit:
et ab eis admiſſus, regnum ibi te-
nuit. Hoc audito Demetrius rex, 2
maximo coacto exercitu, ad illum
bello perſequendum profectus,
miſit ad Ionathanem litteras amice 3
ſcriptas, quibus eum euehebat:
idque eo conſilio faciebat, vt illo- 4
rum amicitiam anticiparet, prius-
quam Ionathan contra ſe cum A-
lexandro ſocietatem coiret: me- 5
mor tot iniuriarum, quas et ipſe
Ionathan, et eius fratres totaque
eorum gens a Demetrio accepiſſent.
Itaque ei poteſtatem faciebat dele- 6
ctum habendi, et arma comparan-
di, vtque ipſius eſſet ſocius: nec
non obſides, qui erant in arce, ei
tradi iuſſit. Has litteras poſtquam 7
Iona-

Ionathan Hieroſolymam profectus,
audientibus omnibus tum ceteris,
tum iis, qui arcem tenebant, recita-
8 uit, territi ſunt maiorem in mo-
dum, vbi audiuerunt, ei factam
eſſe a rege delectus habendi pote-
9 ſtatem, eique obſides tradiderunt
ii, qui in arce erant, quos ille ipſo-
10 rum parentibus reddidit: et Hie-
roſolymis habitans, vrbem con-
ſtruere et inſtaurare cœpit, ope-
rumque curatoribus mandauit, vt
muros exſtruerent, et montem Si-
onem per circuitum ſaxis quadratis
munirent, id quod illi fecerunt.
12 Itaque diffugerunt extranei, qui in
munitionibus a Bacchide conſtru-
13 ctis erant: relictiſque, quæ tene-
bant, locis, in ſuam quisque pa-
14 triam diſceſſerunt. Quamquam
Bethſuris relicti ſunt nonnulli eo-
rum, qui legem præceptaque de-
ſeruerant, quod illic haberent per-
15 fugium. At Alexander rex, vt au-
diuit, quid Demetrius Ionathani per
litteras detuliſſet, eique tum Iona-
thanis, tum eius fratrum prœlia, et
egregie geſta, perlatique labores
16 expoſiti ſunt, cogitans nullum ſe
virum nacturum eſſe talem, ſtatu-
it eum amicum ſociumque facere,
17 eique his verbis ſcriptam miſit epi-
18 ſtolam. REX ALEXANDER Io-
19 nathani fratri ſalutem. Audiui-
mus, te virum eſſe virtute præſtan-
tem, et dignum, qui ſis nobis ami-
20 cus. Hanc ob rem facimus hodie
te tuæ gentis pontificem, et, vt re-
gis amicus dicare, ſtatuimus, vt no-
biscum ſentias, et amicitiam erga
nos retineas: ſimulque miſit ei pur-
21 puram et auream coronam. Igi-
tur Ionathan ſacrum veſtitum men-
ſe ſeptimo, anno centeſimo ſexage-
ſimo, in feſto vmbraculorum in-
duit: delectumque habuit, et mul-
22 ta arma comparauit. Quibus re-
bus auditis, Demetrius indoluit,
23 ſe nihil egiſſe conquerens, quod
ab Alexandro in Iudæorum amici-
tiam ad ſuum ſubſidium concilianda
præuentus eſſet, decreuit et ipſe
eos per litteras honoribus et donis
in ſuum auxilium pellicere, atque 25
ad eos ſcripſit in hæc verba. REX
DEMETRIVS IVDAEORVM
GENTI SALVTEM: vos et pacta 26
nobiscum ſeruauiſſe, et in amicitia
noſtra permanſiſſe, neque ad hoſtes
noſtros defeciſſe, audiuimus, et
gauiſi ſumus. Quare pergite fidem 27
erga nos conſeruare, et nos vobis
iſtud erga nos officium beneficiis
rependemus, vobisque multa 28
partim condonabimus, partim do-
nabimus: et iam nunc ego libero
vos, omnibusque Iudæis tributa 29
et ſalis coronarumque penſionem
remitto, nec non frugum tertias,
et baccarum dimidias, quæ mihi 30
debentur, ex hodierno die in poſte-
rum Iudææ remitto, nec non tribus
præfecturis ad Iudæam pertinenti-
bus, videlicet Samariæ, Galilææ *a* et
transiordaninæ, et quidem in per-
petuum remitto. Tum Hieroſo- 31
lyma cum ſuo territorio ſancta eſto,
et a decumis vectigalibusque im-
munis. Cedo et hieroſolymitanæ 32
arcis poteſtate, et pontifici liberum
facio, quoslibet in ea collocare, qui
eam cuſtodiant. Præterea omnia 33
Iudæorum capita, quæ ex Iudæa in
totum regnum meum captiua ſunt
abducta, gratis manumitto, o-
mnesque cum ſuis pecoribus ab
omnibus vectigalibus liberi ſunto.
Ad hæc omnia feſta, et ſabbata, et 34
nouilunia, et ſolemnes dies, et
tres dies feſtum antecedentes, et
omnes dies feſtum ſubſequentes im-
munes liberique ſunto Iudæis o-
mnibus in regno meo degentibus;
neque cuiquam liceat vllum eorum 35
interpellare, aut vlla de re ei nego-
tium faceſſere. Deſcribantur au- 36
tem Iudæorum in regis exercitum
ad hominum millia triginta, quibus,
vt ſit omnibus regis militibus, den-
tur ſtipendia: quorum partim in 37
maximis quibusque regis munitio-

a Hoc verbum ex Ioſepho adiecimus.

nibus collocentur, partim ad alios
vſus regni, in quibus fide opus eſt,
deſtinentur: eorumque præfecti
atque duces ex ipſis ſunto, et ſuis
legibus vtantur, vt idem rex impe-
38 rat in Iudæa fieri. Itemque tres
præfecturæ, quæ Iudææ ex Samaria
contributæ ſunt, Iudææ addantur,
vt vni ſubiectæ habeantur: neque
alii, quam pontificis poteſtati pare-
39 ant. Ptolemaidem eiusque territo-
rium fano hieroſolymitano dono
do ad ſumtus, quibus ad ſacra opus
40 eſt. Ad hæc ſingulis annis quin-
decim millia ſiclorum argenti lar-
giar de meo fiſco, ex locis, qui ad
41 me pertinent: ac quidquid vecti-
galium ſupereſt, quod ſolutum non
eſt, vt ſuperioribus annis, id dein-
ceps in opera templi conſumetur.
42 Inſuper quinque ſiclorum argenti
millia, quæ ſuperioribus annis ex
vectigalibus nomine fani accipie-
bam quotannis, hæc quoque remit-
tuntur, vt procurantibus rem diui-
43 nam ſacerdotibus penſitentur. At
quicumque in fanum Hieroſolymi-
tanum, aut in tota eius pomœria,
vel rege offenſo, vel ob quodcum-
que crimen aliud confugerint, ab-
ſoluantur, vna cum omnibus, quæ
44 habebunt in meo regno, tum au-
tem ad fani opera conſtruenda, et
45 reſtituenda, et ad Hieroſolymam
mœnibus vndique muniendam, et
ad muros in Iudæa exſtruendos,
46 ſumtus ex fiſco ſuppeditabitur. His
verbis auditis, Ionathan et ceteri
non crediderunt, neque ea admiſe-
runt, memores, quantum ille mali
Iſraelitis intuliſſet, quamque vehe-
47 menter eos preſſiſſet. Itaque cum
Alexandro conſenſerunt, qui prius
cum eis egiſſet de amicitia, cumque
eo perpetuam ſocietatem coiue-
48 runt. Igitur rex Alexander ingen-
ti exercitu coacto, contra Deme-
49 trium caſtra poſuit, congreſſiſ-
que ugna duobus regibus, fuge-
run Demetriani: quos perſecu-
50 tus Alexander, ſuperauit, prœli-
umque acerrime ad ſolis occaſum
continuauit, atque eo die Deme-
trius occubuit. Deinde miſit Alex- 51
ander ad Ptolemæum Aegypti re-
gem legatos cum mandatis huius-
modi. Poſtquam ego reuerſus in 52
regni mei terram, imperio potitus,
maiorum meorum ſolium occupa-
ui, fuſoque Demetrio, noſtram re-
gionem obtinui, et, collatis cum 53
eo ſignis, eo cum ſuo exercitu pro-
fligato, in eius regni ſolio conſedi-
mus: age ineamus inter nos ami- 54
citiam, et tu mihi filiam tuam in
matrimonium trade: ego tibi ge-
ner ero, donaque et tibi et ipſi te
digna dabo. Ad hæc reſpondit 55
Ptolemæus rex in hunc modum:
fauſta dies, in qua tu in maiorum
tuorum terram reueniſti, et eo-
rum regni ſolium adeptus es. Ita- 56
que faciam tibi, quæ ſcribis. Sed
adeſto Ptolemaide, vt congredia-
mur: et ego te, vt poſtulas, gene-
rum meum faciam. Ita profectus 57
ex Aegypto Ptolemæus cum Cleo-
patra filia ſua, Ptolemaidem venit,
anno centeſimo ſexageſimo ſecun-
do: filiamque ſuam Cleopatram 58
Alexandro regi, qui ad eum vene-
rat, nuptum locauit, et eius nu-
ptias Ptolemaide magnifice, vt re-
ges decebat, fecit. Scripſit etiam 59
rex Alexander Ionathani, vt ad ſe
veniret. Itaque ille Ptolemaidem 60
ſplendide profectus, duos reges
conuenit, eoſque argento et auro,
et eorum amicos donis munera-
tus, eorum beneuolentiam ſibi
conciliauit. Cumque eo conue- 61
niſſent Iſraelitæ quidam peſtilentes
et nefarii, vt eum criminarentur:
non ſolum illorum criminationes 62
repudiauit rex Alexander, ſed etiam
iuſſit, Ionathanem ſuis indumentis
exui, purpuraque indui: eoque
facto, cum eo ſedit rex, ſuiſque 63
proceribus imperauit, vt eum in
mediam vrbem deducerent, et edi-
cerent, ne quis eum vllius criminis
inſimularet, neu quis ei vlla de re
nego-

negotium faceſſeret. Hunc eius honorem, et edictum, et purpuræ amictum vbi viderunt accuſatores eius, omnes diffugerunt. At illi rex tantum honoris habuit, vt eum primum amicorum ſcripſerit, imperatoremque et principatus
5 ſocium fecerit: atque ita Hieroſolymam ſoſpes lætusque rediit Io-
7 nathan. Anno autem centeſimo ſexageſimoquinto, venit Demetrius, Demetrii filius ex Creta in terram patriam: qua re audita, rex Alexander magno dolore adfectus, Antiochiam rediit. At Demetrius Apollonium, Cœleſyriæ prætorem, ducem conſtituit, qui magno exercitu coacto, apud Iamniam caſtra fecit, et ad Ionathanem pontificem hæc mandata miſit: tu adeo ſolus te contra nos effers, et ego propter te riſui ſum et oſtentui: ſed ne nos in montibus ſuperes, age ſi quid tuis viribus confidis, deſcende ad nos in planum, vbi concertemus. Mecum quidem adeſt ciuitatum robur. Sciſcitare et diſce, quis ego et auxiliares mei ſimus: et audies, non poſſe vos nobis reſiſtere, quum tui maiores bis in ſua terra fuſi ſint, nedum vt tu tantum equitatum tantasque vires ſuſtinere poſſis, præſertim in plano, vbi neque ſaxa ſunt, aut ſilices, neque locus ad perfugium. His Apollonii verbis auditis, commotus animo Ionathan, delectis hominum millibus decem, Hieroſolymis profectus eſt, excito in auxilium Simone fratre ſuo. Ioppenque admoto exercitu, (quoniam oppidi portæ ei clauſæ fuerunt, quod erat ibi præſidium Apollonii,) oppugnauit: et portis per oppidanos præ metu patefactis, Ioppa potitus eſt. Hoc audito, Apollonius cum tribus equitum millibus, et magna peditum multitudine profectus eſt, quaſi Azotum peteret, et ſimul in planitiem proceſſit, fretus equitatu, cuius magnam vim habebat. Quem perſecutus ad Azotum Ionathan, prœlio nouiſſimos laceſſere cœpit.
Reliquerat autem Apollonius a ter- 79
go occultos equites mille, quas 80
inſidias non ignorauit Ionathan. Itaque quum illi eius agmen circumueniſſent, et haſtas in milites a
mane ad veſperam vibrarent, ſta- 81
bant eodem loco milites, vt imperauerat Ionathan. Deinde, defati- 82
gatis illorum equis, Simon ſubducta ſua acie, prœlium cum phalan-
ge commiſit, atque ita laſſitudine 83
exanimatis equis, et per agros diſſipatis, hoſtes ab eo fuſi, Azotum fuga petiuerunt, et in ædem Dagonis dei ſui ſalutis cauſſa ingreſſi
ſunt. At Ionathan et Azotum et 84
finitima oppida incendit, prædæque habuit: et Dagonis fanum, quique eo perfugerant, igni cremauit,
fuitque eorum, qui vel ferro vel 85
flammis interiere, numerus ad ho-
minum millia octo. Inde profe- 86
ctus Ionathan, exercitum ad Aſcalonem mouit, eique oppidani obuiam honorificentiſſime prodie-
runt. Ita Hieroſolymam Iona- 87
than cum ſuis magna cum præda
rediit. Quibus rebus auditis, Alex- 88
ander rex Ionathani honores au-
xit, eique monile miſit aureum, 89
quale ſolet regum dare conſanguineis, et Accaronem cum ſuis finibus poſſidendam dedit.

CAPVT XI.

Aegypti regis in Alexandrum expeditio. In Syria ſtudia populorum erga hoſtem. Obuius regi Ionathan. Ad regem Demetrium legati ægyptii. Duo ægyptii regis diademata. Ptolemæi et Alexandri mors. Ad Demetrium Ionathan: Iudææ immunitas. Tryphonis defectio ad Arabem.

INterea Aegypti rex, incredibili 1
militum coacta multitudine, multisque nauibus, cupiens Alexandri regnum per dolum occupare, et ſuo regno adiungere, profectus eſt in Syriam per ſpeciem pacis.
Quumque ei vulgo oppidorum 2

portas aperirent homines, et ob-
uiam procederent, (quod ita erat ab
Alexandro rege imperatum, vt
ei obuiam iretur, propterea quod
3 ille ſocer eius erat,) inter obeun-
dum Ptolemaidis municipia, milites
in ſingulis municipiis præſidii
4 cauſſa collocabat. Vbi ad Azotum
ventum eſt, oſtenſum eſt ei Dago-
nis incenſum fanum, Azotusque et
finitima eius oppida diruta, corpo-
raque proiecta, et eorum cadauera,
qui in bello cremati fuerant, (nam
ea in aceruos, qua ille iter habebat,
5 congeſſerant,) denique, quæcum-
que fecerat Ionathan, ea regi ſunt
accuſatorie ad illius inuidiam nar-
6 rata, quum rex interea taceret. Sed
Ionathan regi honorifice venit
obuiam ad Ioppen, ibique inter ſe
conſalutarunt, et ea nocte fuerunt.
7 Deinde regem comitatus Ionathan
vsque ad fluuium quemdam, qui
vocatur Eleutherus, Hieroſolymam
8 reuertit. At rex Ptolemæus oppi-
dis maritimis vsque ad maritimam
Seleuciam potitus, et malum Alex-
9 andro moliens, legatos miſit ad
Demetrium regem, eum ad fœdus
inter ipſos faciendum inuitans, ea
lege, vt Ptolemæus Demetrio filiam
ſuam, quam habebat Alexander,
elocare, et Demetrius in patrium
10 regnum reſtitueretur: ſeſe enim
pœnitere, Alexandro filiam ſuam
dediſſe, qui ſe interficere conatus
11 eſſet. Atque ita Alexandrum, eius
regni cupiditate, criminatus, ei fi-
liam ſuam abſtulit, Demetrioque
dedit, et ab Alexandro alienatus eſt.
12 Ita patefactæ ſunt eorum inimici-
13 tiæ. Ptolemæus autem, Antiochi-
am ingreſſus, duo capiti ſuo diade-
mata impoſuit, Aſiæ et Aegypti.
14 Erat ea tempeſtate rex Alexander in
Cilicia, propterea quod eorum lo-
corum homines rebellionem facie-
15 bant. Is, audita re, Ptolemæum
armis adgreſſus eſt. Ptolemæus ve-
ro, cum eo valida manu congreſſus,
16 eum fudit: eoque in Arabiam, vt
ibi tutus eſſet, fuga profecto, ela-
tus, quum ei poſtea Zabdiel Arabs 17
abſciſſum caput Alexandri miſiſſet,
mortuus eſt triduo poſt: et qui ab 18
eo fuerant in præſidiis collocati, ii a
præſidiariis interfecti ſunt: re- 19
gnumque adeptus eſt Demetrius an-
no centeſimo ſexageſimo ſeptimo.
Per id tempus Ionathan, coactis 20
Iudæis, arcem hieroſolymitanam
oppugnabat, multis ad id machinis
comparatis. Quam rem quum qui- 21
dam ſuæ gentis inimici, homines
nefarii, ad regem detuliſſent, ira- 22
tus ea re audita rex protinus Ptole-
maidem ſe contulit, et ad Ionatha-
nem ſcripſit, vt, omiſſa obſidione,
Ptolemaidem ad ſe ad colloquium
quamprimum veniret. Hoc audi- 23
to Ionathan iuſſit in obſidione per-
ſeuerari, et delectis nonnullis Iſrae-
litis ſenatoribus atque ſacerdotibus,
ſeſe periculo commiſit: ſumtoque 24
argento, auro, veſte, et aliis mul-
tis muneribus, Ptolemaidem ad
regem profectus eſt: cui carus 25
adeo fuit, vt quum a ſceleratis qui-
buſdam ſuæ gentis hominibus ac-
cuſaretur, tamen eum rex eodem 26
modo acceperit, quo fuerat ab e-
ius anteceſſoribus acceptus: eique
apud omnes amicos ſuos eum ho-
norem habuerit, vt ei pontifica- 27
tum, et quoscumque prius habe-
bat honores, confirmauerit, et
eum inter primos ſuorum amico-
rum haberi voluerit. Quumque 28
Ionathan a rege poſtulauiſſet, vt
Iudæam Samariamque, et tres præ-
fecturas immunitate donaret, eique
trecenta talenta promiſiſſet, con- 29
ceſſit rex, et Ionathani litteras de
his omnibus ſcripſit in hunc mo-
dum: REX DEMETRIVS Iona- 30
thani fratri, et genti Iudæorum ſa-
lutem. Exemplum epiſtolæ, quam 31
ad Laſtenem conſanguineum no-
ſtrum de vobis ſcripſimus, ſcribi-
mus etiam ad vos, vt id videatis.
REX Demetrius Laſteni patri ſalu- 32
tem. Genti Iudæorum amicorum 33
noſtro-

noſtrorum, et neceſsitudinis, quam
nobiscum habent, iura ſeruantium,
benefacere decreuimus, propter
ipſorum erga nos beneuolentiam.
34 Itaque Iudææ fines, et tres præfe-
cturas, Aphærema, Lyddam, et
Ramatham, quæ Iudææ ex Sama-
ria additæ ſunt, omniaque ad eas
pertinentia, adſignamus omnibus
Hieroſolymæ ſacra facientibus, id
eſt, ea, quæ regi ex illis regionibus
antea ſingulis annis ex terræ frugi-
bus et arborum fructibus depende-
35 bantur, aliaque quæ nobis debe-
bantur, decumas, ſtipendia, ve-
36 ctigalia, ſalinarum coronas, hæc
omnia, inquam, eis ex hac hora
ſic attribuimus, vt nihil horum
hinc in perpetuum reſcindendum
37 ſit. Quare date operam, vt ha-
rum litterarum exemplum exſcri-
batur, quod Ionathani detur, et in
ſacro monte in celebri loco propo-
38 natur. Deinde quum videret De-
metrius rex, pacatos ſe fines habere,
neque quidquam ſibi repugnare,
dimiſit omnes ſuos milites, in ſuam
quemque patriam: exceptis pere-
grinis, quos ex extraneorum in-
ſulis coegerat, quæ res omnium
veteranorum odium ei conciliauit.
39 Erat Tryphon, qui antea fuerat
Alexandri partium. Is animaduer-
tens, omnes milites contra Deme-
trium fremere, contulit ſe ad E-
malchum Arabem, qui Antiochum,
paruulum Alexandri filium, educa-
40 bat, eique ſuaſit, vt puerum ſibi
traderet, quem in regnum pater-
num reſtitueret: Demetriique fa-
cta et militum erga eum odium ex-
poſuit, atque ibi dies complures
41 fuit. Ionathan autem ad regem
Demetrium ſcripſit, vt eos, qui e-
rant in arce hieroſolymitana, in
aliiſque munitionibus, eiiceret:
42 nam Iſraelitas infeſtabant. Cui
reſcripſit Demetrius, ſe non hæc
ſolum ei eiuſque genti præſtitu-
rum, ſed etiam honorem habitu-
rum, ſi nactus occaſionem fuisſet.

Quare recte facturum Ionathanem, 43
ſi ſibi homines ſubſidio mitteret:
nam ſuos omnes defecisſe milites.
Itaque miſit ei Ionathan præcipuæ 44
virtutis hominum tria millia in An-
tiochiam, quorum aduentus gra-
tus regi fuit. Interim vrbani in 45
mediam vrbem congregati ad ho-
minum centum viginti millia, co-
nabantur regem interficere:
quumque is in regiam fugisſet, illi, 46
occupatis vrbis viis, eum oppu-
gnare cœperunt. Sed a rege voca- 47
ti in auxilium Iudæi, omnes ſimul
ad eum conuenerunt, et effuſi in 48
vrbem, interfecere per vrbem eo
die homines ad centum millia, vr-
bemque incenderunt, et magnam
cepere prædam, regemque ſerua-
runt. Tum vrbani videntes, Iu- 49
dæos vrbe ad arbitrium ſuum poti-
ri, animis perculſi, ad regem cum
precibus clamarunt, vt ſibi dexte-
ram daret, et Iudæi ipſos et vr- 50
bem oppugnare deſinerent, abiectiſ-
que armis pacem fecerunt. Atque ita 51
magno apud regem et omnes regios
honore adfecti Iudæi, Hieroſoly-
mam grandi cum præda redierunt.
At rex Demetrius, regni 52
ſolio et pacata terra potitus,
omnia promiſſa fefellit, et a Iona- 53
thane abalienatus, tantum abfuit, vt
ei parem beneuolentiæ gratiam re-
ferret, vt etiam vehementer eum
premeret. Poſtea reuerſus Try- 54
phon cum Antiocho puero admo-
dum, regnum obtinuit, eique dia-
dema impoſuit: et coactis ad eum 55
omnibus militibus, quos dimiſerat
Demetrius, bellum Demetrio in-
tulit: eoque fuſo fugatoque bel- 56
luas cepit, et Antiochia potitus eſt.
Tum ſcripſit iuuenis Antiochus 57
ad Ionathanem, ſeſe ei confirmare
pontificatum, eumque præficere
quatuor præfecturis, et in regis a-
micos referre: eique aurea po- 58
cula et aliam miſit ſupellectilem:
et in auro bibendi, purpuraque et
aureo monili vtendi poteſtatem de-

 dit,

dit, eiusque fratrem Simonem
imperatorem conſtituit, a tractu
60 Tyri ad fines Aegypti. Ita pro-
fectus trans fluuium Ionathan, obi-
bat vrbes: et, omnibus Syriæ mili-
tibus in belli ſocietatem excitis, ve-
nit Aſcalonem: et ab oppidanis ho-
61 norifice exceptus, inde Gazam
contendit: et a Gazenſibus exclu-
ſus, eam obſedit, eiusque finiti-
ma oppida incendit et deprædatus
62 eſt. Deinde petentibus dextram
dedit: et acceptos principum filios
63 obſides, Hieroſolymam miſit: in-
de peragrata regione ad Dama-
ſcum, quum audiuisſet, Demetrii
duces cum magnis copiis adesſe a-
pud Cadem Galilææ, vt eum ex iis
64 finibus extraherent, obuiam il-
lis profectus eſt, fratre ſuo Simo-
65 ne in patria relicto. Simon admo-
tis ad Bathſuram caſtris, eam com-
66 pluribus diebus oppugnauit, ob-
ſesſisque et poſtulantibus dextram,
67 dedit: et, eis illinc eiectis, oppi-
dum cepit, præſidioque firmauit.
68 Ionathan autem cum ſuis militibus
apud lacum Genneſaram caſtra fe-
69 cit. Poſtridie primo mane con-
ſpiciebatur hoſtium agmen per
campum Aſorem aduerſus ipſum
70 incedens. Collocauerant autem
hoſtes in eum inſidias in montibus:
71 ipſi ex aduerſo occurrebant. Ita-
que commisſo prœlio, quum ii, qui
erant in inſidiis, omisſis ſuis locis,
in Ionathanenſes impetum fecisſent,
fugerunt omnes ad vnum Ionatha-
nenſes, exceptis Mattathia Abſalo-
mi filio, et Iuda Chalphis filio, ex-
72 ercitus ducibus. Hic vero Iona-
than veſtem lacerare, puluere ca-
put conſpergere, Deoque ſuppli-
73 care: deinde, integrato in hoſtes
74 prœlio, eos in fugam vertit. Quod
videntes eius milites, qui fugerant,
in hoſtes ſe conuerterunt, et eos
vsque ad ipſorum caſtra, ad Ca-
dem poſita, perſecuti, ibi caſtra
fecerunt: et, occiſis eo die ad ho-
75 ſtium tria millia, Ionathan Hiero-
ſolymam rediit.

CAPVT XII.

Cum Romanis confirmatum fœdus per Ionathanem. Demetrii copiæ contra Ionathanem in acie hærentes. Iudæa a Ionathane munita. In Ionathanem inſidiæ Tryphonis. Captiuus Ionathan.

QVumque videret ſe tempore 1
iuuari, delectos homines
Romam miſit ad amicitiam
cum Romanis confirmandam atque
renouandam: itemque ad Spar- 2
tiatas, et in alia loca, eadem de re
miſit epiſtolas. Legati poſtquam 3
Romam peruenerunt, in ſenatum
ingresſi, dixerunt ſeſe a Ionathane
pontifice, et gente Iudæorum, ad
ipſos mitti, prioris amicitiæ et ſo-
cietatis renouandæ gratia. Tum 4
Romani litteras eis dederunt ad ſin-
gularum regionum homines, qui
eos in Iudæam incolumes perduce-
rent. Eius autem epiſtolæ, quam 5
ſcripſit Ionathan Spartiatis, exem-
plum eſt hoc. Ionathan pontifex, 6
et gentis ſenatus, et ſacerdotes re-
liquusque populus Iudæorum Spar-
tiatis fratribus ſalutem. Quoniam 7
antea misſæ ſunt ad Oniam pontifi-
cem litteræ ab Ario, qui apud vos
regnabat, quibus in litteris decla-
rabatur, vos esſe fratres noſtros, vt
eſt in earum exemplo infra poſito:
et Onias eum, qui tum misſus eſt, 8
honorifice excepit, litterasque ac-
cepit, in quibus de ſocietate et a-
micitia agebatur: eos, quamuis 9
his non indigeamus, quippe quum
in ſacris libris, qui ſunt nobis in
manibus, fiduciam habeamus:
voluimus tamen ad vos mittere, qui 10
eam, quæ nobis vobiscum interce-
dit, fraternitatem et amicitiam re-
nouent, ne a vobis abalienemur:
nam iam diu eſt, quum ad nos ſcri-
pſiſtis. Nos igitur omni tempore 11
adſidue, et feſtis, et aliis idoneis
diebus, veſtri meminimus in ſacri-
ficiis, quæ facimus, inque ſuppli-
cationibus, ſicuti fratrum memi- 12
nisſe et par eſt, et decet: veſtra-
que gloria lætamur. Nos quidem 13
multis

multis rebus aduerſis et bellis cir-
cumuenti, et a finitimis regibus ar-
14 mis laceſsiti, noluimus tamen vo-
bis, aut reliquis ſociis, amicisque
15 noſtris in his bellis eſſe graues. Ha-
bemus enim poſitum in cælo præſi-
dium, cuius ope et nos ab hoſti-
bus defenſi, et hoſtes ſubacti ſunt.
16 Sed quum Numenium Antiochi, et
Antipatrum Iaſonis filium, mitte-
remus ad Romanos, ad priorem
amicitiam et ſocietatem cum eis re-
17 nouandam, in mandatis eis dedi-
mus, vt et vos ſalutatum irent, no-
ſtrasque vobis litteras de frater-
nitatis renouatione traderent.
18 Quare recte facietis, ſi nobis ad
19 hæc reſponderitis. Litterarum
exemplum, quas Arius miſit Oniæ.
20 Rex Spartiatarum Oniæ pontifici
21 maximo ſalutem. Repertum eſt in
monumentis litterarum, Spartiatas
et Iudæos eſſe fratres ex Abrahami
22 genere. Quamobrem poſtquam
hæc cognouimus, recte facietis, ſi
nobis ſcripſeritis, quo modo valea-
23 tis. Nos quidem vobis ita viciſsim
ſcribimus. Noſtra pecora et facul-
tates veſtræ ſunt, et veſtra noſtra
ſunt. Hæc vobis nuntiari iubemus.
24 Ceterum Ionathan audiens, Deme-
trii duces cum pluribus, quam an-
tea, copiis reuerſos eſſe, vt ſe bel-
25 lo inuaderent, profectus Hiero-
ſolymis, illis obuiam proceſsit in
regionem Amathitim, ne eis ſpa-
tium daret ad fines ſuos inuaden-
26 dos: misſisque ad eorum caſtra
exploratoribus, quum ex iis, quæ
renuntiabantur, intellexisſet, ho-
ſtibus eſſe in animo ſe noctu adgre-
27 di, poſt ſolis occaſum ſuis impe-
rauit, vt vigilarent in armis, et tota
nocte ad pugnam eſſent parati: cu-
ſtodesque circum caſtra dimiſit.
28 Hoc vbi audiuerunt aduerſarii,
Ionathanem cum ſuis eſſe ad dimi-
candum paratum, territi, et animis
conſternati, incenſis per caſtra
29 ignibus, fugerunt, ignaro rei
Ionathane cum ſuis propter ignes,
quos accenſos videbant: donec 30
mane eos inſecutus, non compre-
hendit: traiecerant enim Eleuthe-
rum fluuium. Tum Ionathan, 31
conuerſo ad Arabas itinere, qui
Zabadei vocantur, eos fudit: di- 32
reptisque eorum bonis, illinc ad
Damaſcum profectus, omnem il-
lum tractum peragrauit. Simon 33
quoque profectus Aſcalonem vs-
que, eos fines et propinquas mu-
nitiones obiuit: et, conuerſo ad Iop-
pem itinere, eam occupauit, (au- 34
diuerat enim, eos velle Demetria-
nis tradere munitionem,) ibique
præſidium, eius ſeruandæ gratia,
collocauit.
Ionathan reuerſus, vocatis ad 35
concionem populi ſenatoribus,
cum eis ſtatuit munitiones in Iu-
dæa inſtaurare, Hieroſolymæ 36
muros erigere, et præaltum
murum inter arcem et vrbem du-
cere, vt arx, ab vrbe diremta, ſola
eſſet, ne, qui erant in arce, posſent
emere aut vendere. Itaque vr- 37
bem ſimul reficere adgresſi ſunt, la-
pſamque partem muri torrentis a
ſubſolano, quodque Caphenetha
vocatur, inſtaurarunt. Simon 38
autem Adidam apud Sephelam re-
ſtituit, portisque et repagulis mu-
niuit. Interim Tryphon Aſiæ re- 39
gnum et diadema adpetens, et An-
tiocho regi manum adferre conans,
veritus, ne a Ionathane impedire- 40
tur, et armis inuaderetur, rationem
quærebat Ionathanis comprehen-
dendi atque occidendi, et ad Beth-
ſan profectus eſt. Sed quum eo- 41
dem ad illum venisſet Ionathan,
quadraginta millibus delectorum
ad pugnam hominum inſtructus:
Tryphon ei, quem cum tanto exer- 42
citu adesſe videret, vim adferre
non auſus, eum honorifice exce- 43
pit, omnibus ſuis amicis commen-
dauit, et multis muneribus dona-
uit, amicisque ſuis et militibus, vt

ei perinde ac ſibimetipſi obedirent,
44 imperauit, et Ionathanem in
hunc modum eſt adlocutus: nihil
opus fuit, vt iſtis tot hominibus neg-
otium exhiberes, quum bellum
45 nobis non ſit. Quare dimitte eos
domum, paucisque delectis, qui te
comitentur, venito mecum Ptole-
maidem: et ego eam tibi, cetera-
que munita loca, et reliquos mili-
tes, omnesque rerum adminiſtra-
tores tradam, atque ita diſcedam.
46 Nam huius cauſſa adſum. Tum
Ionathan illi credens, ita fecit, mili-
47 teque in Iudæam dimiſit, reten-
tis hominum tribus millibus: quo-
rum duo millia in Galilæam dimi-
48 ſit, mille ſecum duxit. Sed ſimulac
Ptolemaidem ingresſus eſt Iona-
than, clauſere portas Ptolemaenſes,
eumque comprehenderunt, et o-
mnes cum eo ingresſos ferro truci-
49 darunt. Deinde Tryphon pedita-
tum et equitatum miſit in Galilæ-
am, in magnum campum, qui o-
mnes Ionathanenſes perimerent.
50 Sed illi quum [b] cognouisſent, Iona
thanem cum ſuis captum eſſe atque
interiiſſe, cohortati inter ſeſe, iter
in hoſtes converterunt, ad prœlium
51 parati. Quod vbi viderunt perſe-
quentes, ſibi de vita certamen eſſe,
52 reuerterunt: atque ita illi omnes
in Iudæam incolumes peruenerunt,
Ionathanemque et ſuos deplora-
runt: et magnum in timorem ad-
ducti omnes Israelitæ, vehemen-
53 ter luxerunt. Atque omnes fini-
timæ gentes eos euertere conatæ
54 ſunt, quod dicerent ductore et
defenſore carentes nunc eſſe debel-
landos, eorumque memoriam ex
hominum genere tollendam.

CAPVT XIII.

Iudeos conſolans Simon. Tryphon auferens a Simone pecuniam. Ionathanis nex per Tryphonem. Immunitas Iudæis conceſſa. Simonis in vrbem Gazam victoria.

TVm Simon, audiens Try- 1
phonem magnum coegisſe
exercitum, vt in Iudæam im-
presſionem faceret, eamque depo-
pularetur, vidensque, populum 2
in terrore eſſe atque metu, Hiero-
ſolymam venit: et, vocata concio-
ne, populum huiusmodi verbis
conſolatur. Scitis ipſi, quæ ego 3
meique fratres, et paterna familia,
pro legibus et ſacris fecerimus:
quæ bella et anguſtias ſenſerimus,
vsque eo vt Israelitarum cauſſa 4
perierint omnes mei fratres, me ſo-
lo relicto. Quamobrem abſit, vt 5
vllo aduerſo tempore vitæ meæ
parcam: neque enim meis ſum fra-
tribus præſtantior: quin meæ 6
gentis, ſacrorum, vxorum, libero-
rumque noſtrorum iniurias perſe-
quar, ad quos hoſtiliter obteren-
dos omnes conſpirauere nationes.
Hac audita oratione vulgo animis 7
confeſtim recreati, clara voce di- 8
ctitare cœperunt, eum ſibi pro Iu-
da et Ionathane fratribus ſuis du-
cem futurum. Proinde bellum ge- 9
reret: ſeſe omnia, quæ imperasſet,
eſſe facturos. Tum ille omnes ad 10
militiam idoneos cogit, murosque
Hieroſolymæ celeriter abſoluit,
eamque munit. Itemque Ionatha- 11
nem Abſalomi filium cum medio-
cri exercitu Ioppen mittit, qui, eie-
ctis iis, qui in ea erant, ibidem
manſit. Tryphon autem Ptole- 12
maide multis cum copiis profectus
eſt, vt Iudæam inuaderet, vinctum
Ionathanem ſecum habens. At Si- 13
mon apud Adidam ſecundum pla-
nitiem caſtra fecit. Quod vbi 14
Tryphon intellexit, Simonem Io-
nathani fratri ſuccesſiſſe, et ſecum
armis decertaturum eſſe, miſit ad
eum legatos, qui dicerent, ſe Iona- 15
thanem retinere propter pecuniam,
quam Ionathan regi mutuo acce-
ptam

b) hoc eſt audiuisſent, nec enim erat adhuc mortuus Ionathan.

6 ptam deberet, quamobrem mit-
teret Simon argenti talenta cen-
tum, et duos de Ionathanis filiis ob-
ſides, ne dimiſſus Ionathan rebel-
lionem faceret, ita ſe eum eſſe di-
7 miſſurum. Simon, quamquam ea
dici fraudulenter intelligebat, miſit
tamen et pecuniam et pueros, ne
magnam populi ſubiret inuidiam,
8 qui dicerent, illum propterea periiſ-
ſe, quod pueri et centum talenta
9 miſſa non eſſent. Sed miſſis et pue-
ris et talentis, Tryphon fidem fe-
fellit, neque Ionathanem dimiſit:
et poſtea vt in Iudæam impetum fa-
ceret, eamque peruaſtaret, iter ad
Adora circumflexit: cui Simon
cum ſuis copiis, quocumque per-
geret, contra venire. Interea qui
erant in arce, legatos ad Trypho-
nem miſerunt, hortatum vt cito ad
ſe per deſerta loca veniret, ſibique
commeatum mitteret. Tum Try-
phon omnem equitatum ſuum ad
profectionem parauit. Sed ea no-
cte vis tanta niuis fuit, vt propter ni-
uem eo non iuerit. Ita digreſſus in-
de, venit in Galaaditidem; et vbi
prope Baſcamam ventum eſt, Iona-
thanem interfecit: eoque ibi ſe-
pulto, in patriam reuertit. Simon
autem miſit, qui oſſa Ionathanis
fratris ſui peterent: iſque Modini
in patria ſua ſepultus eſt, et ab
omnibus Iſraelitis magno luctu
multis diebus deploratus.
Deinde Simon ſui patris et fra-
trum monumentum inſigni altitu-
dine conſtruxit, lapide et a tergo
et a fronte polito: ibique ſeptem
metas erexit, ſibi mutuo reſpon-
dentes, videlicet patri, matri, et
quatuor fratribus. Has portici-
bus circumdedit, ingentibus co-
lumnis, quibus columnis arma ad-
didit ad æternam memoriam, et
inſculptas apud arma naues, quæ
ab omnibus mare nauigantibus
perſpicerentur. Atque hoc ab
eo factum Modini monumentum
exſtat ad hanc diem. Tryphon 31
autem Antiochum iuuenem re-
gem fraude circumuentum intere-
mit: occupatoque regno, et A- 32
ſiæ ſumto diademate, magnam
Iudææ cladem intulit. At Simon 33
Iudææ loca munita inſtaurauit, al-
tis turribus et magnis muris cinxit,
portis et repagulis firmauit, et com-
meatum impoſuit. Præterea dele- 34
ctos homines ad regem Demetri-
um miſit, oratum vt Iudææ dare-
tur immunitas: quandoquidem
Tryphon nihil aliud quam rapinas
exercebat. Ad quæ eius poſtulata 35
Demetrius ei reſcripſit epiſtolam
huiuſmodi: REX DEME- 36
TRIVS Simoni pontifici, ſena-
tuique et genti iudaicæ ſalutem.
Coronam auream et torquem, quæ 37
miſiſtis, accepimus, paratique ſu-
mus multam vobis præſtare pacem,
atque ad procuratores ſcribere, vo-
bis vt immunitatem concedant:
ac, quæ nos vobiſcum pepigimus, 38
rata ſint: quaſque munitiones vos
exſtruxiſtis, habeatis. Errata quo- 39
que, et quæ ad hunc diem peccata
ſunt, remittimus: et quam debeba-
tis coronam, et ſi quid aliud Hiero-
ſolymis ſoluebatur, id deinceps ne
ſoluatur. Quod ſi qui veſtrum 40
idonei ſunt, qui adſcribantur no-
ſtris, adſcribantur, fiatque pax in-
ter nos. Ita anno centeſimo ſe- 41
ptuageſimo liberati extraneorum
ſeruitute Iſraelitæ, cœperunt in lit-
teris et contractibus ita ſcribere:
anno primo, Simone pontifice ma- 42
ximo, imperatore et duce Iudæo-
rum.

Per ea tempora Simon Gazam 43
adgreſſus, exercitu circumdedit,
factamque vineam vrbi admo-
uit: ex qua vinea quum, ſuperata 44
captaque vna turri, milites in vr-
bem inſilirent, tanta in vrbe trepi-
datio fuit, vt vrbani cum ſuis 45
coniugibus et liberis, laceratis ve-
ſtibus, muros conſcenderent, et 46

ingenti clamore a Simone peterent,
vt ſibi dexteram daret, neue ipſis
vteretur, vt ipſorum improbitas,
ſed vt ipſius poſtularet manſuetu-
47 do. Ita flexus ab eis Simon, in eos
non ſæuiit: ſed, eis vrbe eiectis, æ-
des, in quibus erant ſimulacra, pur-
gauit, et ita carmina laudesque di-
48 cendo ingresſus in vrbem, expulit
ex ea omnia impura, eoque colonos
duxit, qui legem exſequerentur, et
eam muniuit, ſibique in ea domici-
lium conſtruxit.
49 Deinde qui Hieroſolymis arcem
tenebant, quum foras egredi et in-
gredi, emere et vendere prohibe-
rentur, magna ciborum penuria la-
borantes, aliquot eorum fame mor-
tuis, a Simone contenderunt, vt
ſibi dextram daret: id quod ille
50 fecit, eisque illinc electis, arcem
ab inquinamentis expiauit, et in
51 eam die ſecundi menſis viceſimo
tertio, anno centeſimo ſeptuage-
ſimo primo, intrauit cum laudi-
bus, et palmarum ramis, citharis,
cymbalis, nablis, hymnis, et car-
minibus, quod tantus hoſtis es-
52 ſet ex Iſraelitis exterminatus: e-
umque diem quotannis cum læti-
53 tia agendum ſanxit, templique
montem apud arcem poſitum mu-
niuit, et ibi ipſe cum ſuis habitauit.
54 Tum c Ioannem filium ſuum in vi-
rum euaſiſſe videns, totius exercitus
ducem conſtituit, isque Ioannes
Gazæ habitauit.

CAPVT XIIII.

In Tryphonem Demetrii expeditio. In vincula coniectus Demetrius. Imperante Simone Iudæorum pax. Ad Simonem pontificem Spartiatarum litteræ. Dux et pontifex vna Simon. Eiusdem dignitas, poteſtas.

1 ANno autem centeſimo ſe-
ptuageſimo ſecundo, Deme-
trius rex, coactis ſuis omni-
bus copiis, in Mediam profectus
eſt, vt, adſcito inde auxilio, Try-
phonem bello adoriretur. Quem
vbi Arſaces Perſidis et Mediæ rex
in ſuos fines veniſſe accepit, miſit
vnum de ſuis ducibus, qui eum vi-
uum caperet. Is Demetrium ad-
gresſus, eum, cæſo eius exercitu,
comprehendit, et ad Arſacem du-
xit, a quo in cuſtodiam datus eſt.
Quieuit autem Iudæa toto tempo-
re Simonis, qui quidem ſuorum vti-
litati ſtuduit, eisque ſemper in ſuo
imperio et gloria placuit, Ioppen
ſumma cum laude cepit, et eum
adeptus portum, ad maris inſulas
aditum patefecit: ſuorum ditio-
nem auxit, regionem domuit, ca-
ptiuos multos abegit: Gaza, Beth-
ſuris, et arce potitus eſt, et ex ea
piacula ſuſtulit, nulloque ei reſi-
ſtente, agri in pace colebantur,
ſuasque terra fruges et arbores ſuos
fructus edebant: ſeniores in vi-
cis ſedebant, omnes inter ſe ſuaui-
bus de rebus disſerebant, iuuenes
ſplendido et bellico veſtitu vteban-
tur. Ipſe oppidis commeatum ſup-
peditabat, eaque armis et telis ad de-
fenſionem muniebat, eo vsque vt
eius gloriæ fama ad vltimas vsque
terras peruenerit. Iudææ tantam
pacem peperit, vt Iſraelitæ magna
voluptate fruerentur, vulgoque
ſub ſuis vitibus et ficubus ſederent,
nullo exterrente, regione bellis de-
functa, regibusque ea tempeſtate
profligatis. Omnes ſuorum adflicto
recreauit, legis ſtudioſus fuit, o-
mnes ſceleratos et improbos ſuſtu-
lit, fanum decorauit, ſacramque
ſupellectilem auxit. Ceterum Ro-
mani et Spartani, audito Ionatha-
nis interitu, magno dolore adfecti
ſunt. Deinde quum accepisſent
Simonem eius fratrem ei in ponti-
ficatum ſucceſſiſſe, regionemque
et bella adminiſtrare, ſcripſerunt
ad eum tabulas æreas, in quibus
cum

c) hic etiam Hyrcanus dictus eſt, auctore Ioſepho.

cum eo renouabatur amicitia, et ſo-
cietas, quam illi cum Iuda et Iona-
19 thane eius fratribus inierant, quæ
tabulæ in concione lectæ ſunt Hie-
roſolymis. Atque hoc eſt exem-
plum litterarum, quas miſerunt
20 Spartiatæ. Spartiatarum magiſtra-
tus, et ciuitas, Simoni pontifici ma-
ximo, ſenatoribus, ſacerdotibus, et
reliquo populo iudaico, fratribus,
21 ſalutem. Legati ad noſtrum po-
pulum miſsi, nos de veſtra gloria et
honore certiores fecere: quorum
nos aduentu delectati, eorum man-
data in plebiſcita retulimus, hoc
22 modo: quum Numenius Antio-
chi, et Antipater Iaſonis filius, Iu-
dæorum legati, ad nos veniſsent re-
nouatum nobiscum amicitiam,
23 placuit populo homines honorifice
excipere, et eorum exemplum
mandatorum in litteras publicas re
ferre, vt eius rei monumentum
ſpartanus habeat populus. Atque
horum exemplum ſcripſere Simoni
24 pontifici. Poſtea miſit Simon Ro-
mam Numenium cum aureo clipeo
ingenti, mille minarum pondo, ad
confirmandam cum Romanis ſocie-
25 tatem. Quibus rebus a Iudæorum
populo auditis cœpere vulgo dice-
re, aliquam eſſe Simoni et eius filiis
26 gratiam referendam, quum ipſe,
eiusque fratres, et domus patria
Iſraelitas confirmaſſent, et bello
ſuperatis hoſtibus in libertatem re-
ſtituiſſent. Itaque plebiſcitum in
tabulis æneis inciſum, in Sione
monte, in columnis propoſuerunt:
cuius ſcripti exemplum eſt hoc.
27 Die menſis Elul duodeuiceſimo,
anno centeſimo ſeptuageſimo ſe-
cundo, id eſt, anno Simonis ponti-
28 ficis tertio, Hieroſolymis frequen-
ti ſacerdotum, et priuatorum, et
magiſtratuum gentis, ſenatorum-
que regionis, concilio, hæc acta
ſunt: hæc vobis ſignificamus.
Quum ſæpe bella noſtris in finibus
29 orirentur, Simon Mattathiæ filius,
ortus ex genere Iaribi, eius-
que fratres ſeſe in periculum
coniecerunt, ſuæque gentis ad-
uerſariis reſtiterunt, ſacrorum et
legis ſuæ tuendæ ergo, magnum-
que ſuis decus pepererunt. Iona- 30
than quidem populares ſuos con-
gregauit, et eis fuit pontifex.
Quo vita defuncto, quum cona- 31
rentur hoſtes eorum fines inuadere
et depopulari, ſacraque vaſtare,
ſucceſſit Simon, qui pro ſua gente 32
bellum geſſit: multa de ſuo eroga-
uit: ſuæ gentis militibus arma ſup-
peditauit, et ſtipendia dedit: op- 33
pida Iudææ muniuit, quum cetera,
tum Bethſuram in finibus Iudææ
poſitam, vbi prius hoſtium arma
fuerant, et ibi homines Iudæos in
præſidio collocauit: Ioppen, ad 34
mare poſitam, muniuit: Gazam, in
Azoti finibus ſitam, quam prius
hoſtes incolebant, duxit ex Iudæis
coloniam, eamque omnibus, ad re-
ctam adminiſtrationem neceſſariis,
inſtruxit. Hac perſpecta Simonis 35
fide et ſtudio, quo vt gentem ſuam
gloria adficeret, elaborauit, po-
pulus eum ſibi gubernatorem pon-
tificemque ſtatuit, propter ea tot
eius facta, iuſtitiamque et fidem,
quam genti ſuæ præſtitit, qui ſuos
omni ratione ornare ſtuduerit, qui- 36
que ſuis temporibus tanta felicitate
ſit vſus, vt ſublatis quum ex ceteris
locis, tum Hieroſolymis ex Daui-
dis vrbe extraneis, (qui ſibi arcem
fecerant, ex qua prodeuntes fanum
vndique labefactabant, magnam-
que ſacro cultui calamitatem adfe-
rebant,) in ea Iudæos homines 37
collocauerit, eamque ad regionis
et vrbis præſidium muniuerit, et
Hieroſolymæ muros exſtruxerit,
adeo vt rex Demetrius eius pontifi- 38
catum item ratum habuerit: eum- 39
que in amicis habuerit, et magna
gloria adfecerit, propterea quod 40
audiuerat, Iudæos a Romanis ami-
cos et ſocios adpellari, Simonis-
que

que legatos ab eis exceptos eſſe ho-
41 norifice, præterea Iudæos et ſa-
cerdotes ſciuiſſe, vt Simon guberna-
tor eſſet, et pontifex perpetuus,
(donec verus aliquis vates exſtitiſ-
42 ſet,) vtque eis belli dux eſſet, ſua
cuique munera, prouincias, mili-
tiam, munitiones deſcriberet, ſa-
cra curæ haberet, omnibusque im-
43 peraret. Itemque vt ſub eius no-
mine omnia vbique acta perſcribe-
rentur, vt purpuram et aurum ge-
44 ſtaret, neu cui vel priuato vel ſa-
cerdoti fas eſſet horum quidquam
reſcindere, aut eius iuſſis contradi-
cere, aut vſpiam factionem ſine eo
facere, purpuramue aut aureum
45 torquem geſtare. Contra hæc qui
feciſſet, aut horum quid reſcidiſſet,
46 pœnam eſſe. Hæc ſunt, quæ vt Si-
moni facienda proponerentur, ſci-
47 uit omnis populus: quæ quidem
Simon recepit, et ſe pontificem,
militiæque ducem, et gubernato-
rem Iudæorum ac ſacerdotum fie-
ri, omnibusque præfici paſſus eſt.
48 Atque hoc perſcriptum iuſſum eſt
in tabulas æneas perſcribi, quæ in
templi conſepto, in loco celebri,
49 adfigerentur: eius autem exem-
plum in tabulario reponeretur, vt
id Simon et eius filii haberent.

CAPVT XV.

Antiochus ad Simonem litteras mittens. Simonis et Iudæorum immunitates ab Antiocho. Antiochus contra Tryphonem. Pro Iudæis Romanorum litteræ ad reges et nationes multas. Simonis ad obſeſſum Tryphonem auxilia. Athenobii legatio, Simonis reſponſum.

1 MIſit autem Antiochus Deme-
trii regis filius ex inſulis ma-
rinis litteras Simoni pon-
tifici, et gubernatori Iudæorum,
totique nationi, in hanc ſententi-
2 am. Rex Antiochus Simoni pon-
tifici maximo, et gubernatori, et
Iudæorum nationi, ſalutem.
Quandoquidem peſtilentes homi- 3
nes maiorum meorum regnum oc-
cupauerunt, ego id mihi vindica-
re volens, vt id in priſtinum ſta-
tum reſtituam, conduxi vim ma-
gnam militum, claſſemque ad bel-
lum comparaui, habens in ani- 4
mo in noſtram regionem deſcen-
ſum facere, vt eos adoriar, qui
eam vaſtauerunt, oppidaque mul-
ta in regno depopulati ſunt. Qua- 5
re quaſcumque tibi immunitates
maiores mei reges conceſſerunt,
quasque penſiones condonarunt,
ratas habeo, tibique permitto, 6
propria tuæ patriæ nota monetam
percutere, vtque Hieroſolyma 7
et fanum liberum ſit: quæque ar-
ma comparaſti, et quæ loca muni-
uiſti, quæ tenes, ea habeto: item 8
quidquid regi debetur, et quod ei
penderetur, id deinceps in perpe-
tuum tibi remiſſum eſto. Atque 9
vbi regnum noſtrum reſtitueri-
mus, tanta te, tuamque nationem,
et fanum gloria adficiemus, vt ea
toto orbe nota fiat. Igitur anno 10
centeſimo ſeptuageſimo quarto rex
Antiochus in ſuam patriam ingreſ-
ſus eſt: et, quum ad eum conueniſ-
ſent omnes milites, Tryphonem,
cum quo pauci remanſerant, per-
ſecutus eſt. Tryphon videns, exi- 11
tium ſibi conflari, ſeque a militibus
eſſe deſtitutum, recepit ſe fuga in 12
oppidum Doram, ad mare poſi-
tum. Ad id oppidum Antiochus 13
exercitum admouit, centum vi-
ginti peditum millia, et equitum
octo millia habens, quibus copiis
circumdatum oppidum, terra mari- 14
que, admota claſſe, adeo acriter ob-
ſedit, vt neminem egredi aut in-
trare ſineret. Interea Numeni- 15
us cum ſuis Roma rediit, cum
epiſtolis ad reges et populos, in
quibus hæc erant ſcripta. Lucius 16
Romanorum conſul Ptolemæo re-
gi ſalutem. Legati Iudæorum,
amicorum ſociorumque noſtro-
rum,

rum, venerunt ad nos, priſtinam
amicitiam et ſocietatem renouatum,
a Simone pontifice et po-
18 pulo Iudæo miſſi, adferentes clipeum
aureum, mille minas penden-
19 tem. Itaque placuit nobis, ſcribere
regibus et nationibus, ne eis eorumue
oppidis, aut regioni noceant,
bellumue inferant, aut infe-
20 rentibus auxilium ferant. Viſum
eſt etiam nobis, miſſum ab eis cli-
21 peum accipere. Ergo ſi qui malefici
ex eorum finibus ad vos aufugerunt,
tradite eos Simoni pontifici,
vt in eos ex ipſorum lege anim-
22 aduertat. Hæc eadem ſcripta
ſunt Demetrio regi, Attalo, Ara-
23 thi, Arſaci, et ad omnes nationes
Sampſaci, Spartanis, in Delum,
Myndum, Sicyonem, Cariam,
Samum, Pamphyliam, Lyciam,
Alicarnaſſum, Rhodum, Chaſilidem,
Con, Sidan, Gortynam,
Cnidum, Cyprum, et Cyrenem.
24 Atque eorum exemplum ad Simo-
25 nem pontificem ſcriptum eſt. Ceterum
rex Antiochus Doram denuo
adortus, adſiduo oppugnationum
et machinationum vſu in eas anguſtias
Tryphonem redegit, vt eum
omni aditu exituque intercluſerit.
26 Quumque Simon ei duo delectorum
hominum millia auxilio miſiſſet,
argentumque, et aurum, et
27 vaſa non pauca: ille ea accipere
noluit, ſed irritis omnibus, quæ
iam cum eo pepigerat, ab eo eſt alienatus:
ad eumque miſit Athenobium
quemdam de ſuis amicis ad
colloquium, cum mandatis huiusmodi.
Vos Ioppem et Gazam, et
arcem Hieroſolymæ, quæ vrbs
mei regni eſt, tenetis: illarum
fines vaſtauiſtis, magnam regioni
cladem intuliſtis, et multa mei regni
loca redegiſtis in veſtram poteſtatem.
Quamobrem oppida reddite,
quæ cepiſtis, et ſtipendia locorum,
quæ extra Iudææ fines occu-
pauiſtis: aut certe pro eis quin- 31
genta argenti talenta date, et pro
damno, quod intuliſtis, proque locorum
tributis, altera quingenta.
Alioqui bellum vobis inferemus.
Igitur Athenobius regis amicus, 32
Hieroſolymam profectus, viſo Simonis
ſplendore, aureoque poculo,
et aurea argenteaque ſuppellectile,
et tanto adparatu obſtupuit,
eique mandata regis expoſuit. Cui 33
Simon in hunc modum reſpondit:
nos neque alienam terram cepimus,
neque aliena ſubegimus, ſed patrimonium
noſtrum, quod ab ho- 34
ſtibus noſtris aliquamdiu iniuria
retentum, nos tempus nacti, nobis
vindicamus. Quod ad Ioppen et 35
Gazam, quas tu petis, attinet, hæ
magno erant noſtris detrimento, in
finibus noſtris: tamen pro his talenta
centum ſoluemus. Ad hæc 36
Athenobius ne verbo quidem reſponſo,
cum iracundia ad regem
reuerſus, ei Simonis verba, ſplendorem,
quæque viderat, omnia renuntiat:
id quod rex ægerrime tulit.

Quumque Tryphon, conſcen- 37
ſa naui, in Orthoſiadem fugiſſet,
rex Cendebæum oræ maritimæ le- 38
gatum conſtituit, eique peditatum
et equitatum attribuit, iuſſitque, 39
vt contra Iudæam caſtra collocaret,
Cedronemque inſtauraret, et portis
firmaret, vt inde Iudæis bellum
inferret. Ipſe Tryphonem perſecutus
eſt. Cendebæus ad Iamniam 40
profectus, homines vexare cœpit,
incurſiones in Iudæam facere,
et partim captiuos abigere,
partim necare. Tum exſtructa 41
Cedrone, equites et pedites ibi collocauit,
qui excurſionibus Iudææ
agros, vt rex imperauerat, infeſtarent.

CAPVT

CAPVT XVI.

Ad geminos filios verba Simonis. Cendebæi fuga in prelio. Ptolemæus et ſoceri, et cognatorum interfector. Inſidiatores capti a Ioanne.

1 HAec Cendebæi facta quum Io-
annes, Gaza profectus, Simo-
2 ni patri nuntiauisſet, Simon
vocatos duos filios ſuos natu maxi-
mos ſic eſt adlocutus: ego, meique
fratres, et paterna domus,cum Iſra-
elitarum hoſtibus ab ineunte ætate
ad hanc vsque diem bella gesſimus:
idue adeo feliciter, vt ſæpe numero
3 Iſraelitas tutati fuerimus. Nunc
poſtquam ego conſenui, vos ,qui et
per pietatem, et per ætatem,
mihi meoque fratri ſuccedere pot-
eſtis, ite pro gente veſtra pro-
pugnatum: ego vobis ex cælo
4 auxilium precor. Ita illi, dele-
ctis ex gente viginti militum mil-
libus, cum equitatu, ad Cende-
5 bæum ire contenderunt. Et
acta Modini nocte, primo mane
in agrum pergentes, animaduer-
tunt magnas contra ſe peditum
6 equitumque copias. Interiace-
bat autem fluuius, ſecundum
quem poſitis caſtris, Ioannes a-
nimaduertens milites dubitantes
transire fluuium, ipſe princeps
traiecit: quem conſpicati milites,
7 poſt eum tranſierunt. Deinde
aciem inſtruxit, et equitatum,
quo plurimum abundabant aduer-
ſarii, inter pedites collocauit.
8 Datoque tubis ſigno, Cendebæus
cum ſuis fuſus eſt: multisque eo-
rum occiſis, reliqui in munitio-
9 nem fugerunt. Eos tum Ioannes,
Iuda ſuo fratre ſaucio, perſecu-
tus eſt vsque ad Cedronem, quam
vrbem Cendebæus refecerat,
10 eamque, illis in caſtella azotii a-
gri fuga dilapſis, igni cremauit:
et, occiſis aduerſariorum ad duo
millia, in Iudæam rediit incolu-
11 mis. Erat autem Ptolemæus
Abubi filius agro hierichuntio
præfectus. Is quum argenti au- 12
rique multum haberet, (erat enim 13
gener pontificis,) tantos ſibi ſpi-
ritus ſumſit, vt regionem occu-
pare, et Simonem eiusque filios
per dolum de medio tollere de-
creuerit. Itaque quum Simon 14
regionis oppida peragrans, et eo-
rum adminiſtrationis curam ge-
rens, ad Hierichuntem, vna
cum Mattathia et Iuda filiis ſuis,
deſcendisſet, anno centeſimo ſe-
ptuageſimo ſeptimo, menſe Sa-
bat, qui vndecimus eſt, exce- 15
pit eos malitioſe ille Abubi filius,
in paruum quoddam caſtellum,
qui Docus appellatur, quod ipſe
exſtruxerat: magnumque eis con-
uiuium edidit, et certis homini-
bus illic collocatis, poſtquam 16
Simon et eius filii potando ſatiati
ſunt, ſurrexit cum ſuis Ptolemæ-
us, ſumtisque armis, ad Simo-
nem in cœnationem ingresſus,
ipſum cum ſuis duobus filiis, et
quibusdam pueris, interfecit.
Poſtquam hoc tantum ſcelus com- 17
miſit, et bona malis penſauit
Ptolemæus, miſit ad regem, vt 18
ſibi exercitum mitteret auxilio,
ſeſe ei Iudæorum regionem et op-
pida conciliaturum. Præterea 19
alios Gazam miſit, qui Ioannem
de medio tollerent: et tribunis
per litteras ſignificauit, vt ad ſe
venirent, vt eos argento auro-
que et muneribus donaret:
itemque alios miſit, qui Hiero- 20
ſolymam ſanique montem occu-
parent. Sed antecurrit quidam, 21
qui Ioannem de eius patris et fra-
trum nece, deque misſis, qui ipſum
interficerent, certiorem fecit:
Quo ille nuntio vehementer at- 22
tonitus, homines comprehendit,
qui ad ſe perimendum venerant:
eosque, poſtquam cognouit ſibi
necem molitos esſe, interfecit.
Ac de reliquis quidem Ioannis re- 23
bus

bus, et bellis, et egregie geſtis, et murorum ædificatione, quos conſtruxit, deque eius actionibus, memoriæ proditum exſtat in commentariis eius pontificatus, ex quo pontifex poſt ſuum patrem factus eſt.

MACHABAEORVM LIBER II.

CAPVT I.

Iudæorum ad populares captiuos epiſtola. Antiochi mors. Abditus in puteo ſacer ignis, Ionathanis ad Iouam pro ſuis precatio. Locus purificationis.

1 FRATRIBVS Iudæis, qui
ſunt in Aegypto, fratres Iudæi, qui ſunt Hieroſolymis,
et in Iudææ finibus, ſalutem et bonam pacem.
2 Benefaciat vobis Deus, memorque fœderis, quod ei cum Abrahamo, Iſaaco et Iacobo, ſuis
3 fidis cultoribus intercedit, mentem vobis iniiciat omnibus colendi ſui, voluntatemque ſuam magno et volenti animo exſequendi:
4 et mentem vobis in lege ac præceptis ſuis aperiat, pacem præſtet,
5 veſtras preces exaudiat, vobisque reconciliatus, vos aduerſo tem-
6 pore non deſerat. Hæc nos vobis
7 hic nunc precamur. Regnante Demetrio, anno centeſimo ſexageſimo, nos Iudæi vobis ſcripſimus in ipſo rerum aduerſarum articulo, quæ nobis acciderunt per hosce annos, ex quo Iaſon eiusque gregales, a ſacra terra et regno
8 deſciuerunt, veſtibulum combusſerunt, et innocentem ſanguinem effuderunt. At nos Deum precantes exauditi ſumus, hoſtiasque et ſimilaginem libauimus, lucernas accendimus, et panes adpoſuimus. Quare vt dies vmbracu- 9
lorum menſe Chasleu agatis, hæc
vobis ſcribimus. Anno centeſimo 10
duodeuiceſimo, qui ſunt Hieroſolymis et in Iudæa et ſenatus, et Iudas, Ariſtobulo Ptolemæi regis magiſtro, ex vnctorum ſacerdotum genere orto, et in Aegypto degentibus Iudæis, ſalutem et ſanitatem.
Ex magnis periculis a Deo conſer- 11
uati, tantas ei gratias agimus,
quantas ſi cum rege dimicasſemus:
quippe qui ſanctæ vrbis expugnato- 12
res in Perſidem extruſerit, quo ſi- 13
mulac dux ipſe cum ſuo inuicto, (vt videbatur,) exercitu peruenit, obtruncati ſunt in Nanææ fano, fraude vſis Nanææ ſacerdotibus.
Quum enim Antiochus cum ſuis 14
amicis in locum illum, tamquam
cum ea congresſurus, veniſſet, vt 15
adpoſitas a Nanææ ſacerdotibus pecunias dotis nomine caperet, eo cum paucis intra delubri ſeptum progresſo, illi clauſere fanum: et
ingresſo Antiocho, lapidibus per 16
apertum lacunaris occultum oſtium, ducem cum ſuis obruerunt, iisque fruſtulatim conſciſſis, amputata capita ad eos, qui foris erant, pro-
iecerunt. Omnibus modis agen- 17
dæ

dæ ſunt Deo gratiæ, qui ſumſerit de
17 impiis ſupplicium. Itaque acturi
menſis Chaſleu die viceſimo quin-
18 to fani expiationem, hoc vobis ſi-
gnificandum putauimus, vt et ipſi
agatis diem tamquam vmbraculo-
rum, et ignis, quo Nehemias, (exſtru-
cto fano et ara,) fecit rem diuinam.
19 Quum enim in Perſiam ma-
iores noſtri ducerentur, ſacer-
dotes religioſi, qui tum erant,
ignem ex ara ſumtum, in quodam
putei cauo ab aqua arido clam ab-
diderunt, et ita tuto collocarunt, vt
20 omnibus esſet locus ignotus. De-
inde præteritis aliquot annis, quan-
do Deo viſum eſt, misſus a rege
Perſidis Nehemias, poſteros illo-
rum ſacerdotum, qui ignem abdi-
derant, miſit ad eum petendum:
qui quum, (vt nobis eſt narratum,)
non ignem, ſed aquam craſſam in-
21 uenisſent, iusſit, vt hauſtam adfer-
rent, adlatisque iis, quæ ad rem di-
uinam pertinerent, iusſit ſacerdoti-
bus Nehemias, vt aqua ligna, et ea,
quæ erant lignis impoſita, perfun-
22 derent. Deinde interpoſita mora,
vbi ſol, qui antea nubibus erat ob-
ductus, effulſit, tantus exarſit ignis,
23 vt mirarentur omnes. Interea
dum victima conſumitur, ſupplica-
tionem faciebant et ſacerdotes et
reliqui, verbis præeunte Ionatha-
ne, et quum ceteris, tum Nehemia
24 ſuccinentibus. Erat autem huius-
modi ſupplicatio: Domine, Domi-
ne Deus, omnium creator, terribi-
25 lis, potens, iuſte, miſericors, ſolus
rex et bonus, ſolus munificus, ſolus
iuſtus, omnipotens, ſempiternus,
qui Iſraelitas ab omni malo tueris,
qui delectos maiores noſtros crea-
26 ſti, ſanctosque reddidiſti, macte hoc
ſacrificio eſto, pro vniuerſo tuo-
rum Iſraelitarum populo: con-
ſerua et expia tuam ſortem: col-
27 lige nos diſperſos: libera eos, qui
apud ceteras nationes ſeruiunt,
contemtos, et aliis inuiſos: reſpi-
ce et effice, vt diſcant gentes, esſe
te Deum noſtrum: vexa eos, 28
qui in nos ſuperbe et contume-
lioſe poteſtatem exercent, tuos- 29
que in tuo ſacro loco planta,
quemadmodum fore Moſes præ-
dixit. Et hæc quidem erat ſup-
plicatio. Sacerdotes autem Dei 30
laudes accinebant. Deinde con- 31
ſumta victima, iusſit Nehe-
mias, reliqua aqua maiores lapides
conſpergi: quo facto, flamma 32
exarſit, et lumine ex altari contra
refulgente, conſumta eſt. Hæc 33
vbi res diuulgata eſt, et Perſarum
regi nuntiatum, quo loco ſacer-
dotes, qui tranſlati fuerant, ignem
occuluisſent, ibi aquam exſtitisſe,
qua Nehemias rem ſacrificam
expiasſet, rex, explorata re, 34
locum obſepſit, ſacrumque fecit,
et ad id multa, et ea magni pretii, 35
largitus eſt atque contulit. No- 36
minauit autem Nehemias lo-
cum Ephthar, id eſt purificatio,
quamquam a multis Nephthar vo-
catur.

CAPVT II.

Occultatum a Ieremia tabernaculum. Inſtituta libraria. Deſcribendæ res multæ.

EST autem memoriæ proditum, 1
Ieremiam vatem iusſisſe iis,
qui transferebantur, vt i-
gnem ſumerent, quemadmodum
oſtenſum eſt: eisque, tradita le- 2
ge, præcepisſe, ne Domini iusſa
obliuiſcerentur, neue aurea et ar-
gentea ſimulacra, eorumque or-
natum videntes, mentibus erra-
rent: atque alia huiusmodi di- 3
centem monuisſe, ne legem ex
animo deponerent. Eſt item 4
litteris mandatum, vt idem Iere-
mias vates, oraculo admonitus,
tabernaculum, et arcam ſe ſubſe-
qui iusſerit, ac poſtquam in mon-
tem

t
em peruenisſet, (quo conſcenſo,
Moſes Domini posſesſionem adſpe-
5 xerat,) tabernaculum, et arcam,
et aram ſuffitoriam, in quam-
dam domum cauernoſam, quam
illic inuenisſet, intulerit, oſtium-
6 que obſtruxerit: quumque co-
mitum quidam notandæ viæ gra-
tia accesſisſent, neque eam inue-
7 nisſent, Ieremias, cognita re,
illis reprehenſis, dixerit, eum lo-
cum ignotum fore, donec paca-
tus Dominus ſuorum cœtum
8 coegisſet: tunc ea oſtenſurum eſ-
ſe, eiusque ſplendorem et nu-
bem adparituram esſe, vti ſub
Moſe perſpicua fuisſet, vt etiam
Solomo poſtulasſet, vt is locus
9 magnifice conſecraretur. De-
claratur etiam, vt idem Solomo
ſapientia præditus ſacrificium fe-
cerit dedicationis, et perfectionis
10 templi: ac quemadmodum, Mo-
ſe Iouam precato, delatus ignis
de cælo victimam conſumſisſet,
etiam ad Solomonis preces dela-
pſus ignis hoſtias abſumſisſet:
vtque quum Moſes dixisſet, hoſti-
am piacularem ideo conflagrauiſ-
ſe, quod comeſa non esſet, iti-
dem Solomo octo diebus egisſet.
Atque eadem quum in aliis ſcri-
ptis, tum in Nehemiæ commen-
tariis exponuntur. Atque vt ille
librariam inſtituens, regum va-
tuumque res, et Dauidica et re-
gum de donariis epiſtolas conges-
ſit, ſimiliter et Iudas bello dila-
pſa, (quod nobis accidit,) omnia
collegit, eaque ſunt apud nos. Ita-
que quibus egebitis, ea, qui au-
ferant, ad nos mittite. Igitur
purificationem acturi, ſcripſimus
vobis. Itaque recte facietis, ſi
dies obibitis. Speramus autem
breui futurum, vt Deus, qui ſuos
omnes conſeruauit, eisque omni-
bus posſesſionem, et regnum, et
ſacerdotium, et ſacra, (quemad-
modum in noſtra diſciplina pro-
miſerat,) reſtituit, nos, noſtri 19
miſertus, ex toto orbe terrarum
in ſacrum locum congreget, qui
nos ex tantis malis eripuerit, lo-
cumque luſtrauerit. Ceterum 20
Iudæ Machabæi, eiusque fratrum
res, magni templi expiationem,
aræ integrationem, præterea 21
geſta cum Antiocho Epiphane, et
eius filio Eupatore, bella et 22
oſtenſa de cælo ſigna, iis qui ſe
Iudaiſmi ſtudio fortiter gesſerunt,
ita vt pauci totam regionem per-
uaſerint, barbara fugauerint
agmina, celebratum toto orbe 23
fanum inſtaurauerint, vrbem li-
berauerint, perituras Domini le-
ges reſtituerint, ipſo vſi propitio
atque ſecundo, hæc, inquam,
quæ ab Iaſone Cyrenæo quinque 24
libris declarata ſunt, conabimur
vno volumine perſtringere. Con- 25
ſiderantes enim, quanta ſit in
prolixitate iactatio, quantumque
difficultatis, propter argumenti
copiam, ſubeat is, qui velit in re-
rum geſtarum narrationibus ver-
ſari: curauimus, vt et legere 26
volentium voluptati, et res me-
moria complecti ſtudentium faci-
litati, et omnium lectorum vtili-
tati conſuleremus. Ac nobis qui- 27
dem, qui compendii laborem ſuſ-
cepimus, non pronum negoti-
um eſt, ſed multi laboris et vi-
giliarum: quemadmodum con- 28
uiuium parare, et aliorum com-
moditati inſeruire non eſt facile.
Tamen in multorum gratiam li-
benter laborem ſubibimus, et 29
ſcriptori ſingula exſequi conceden-
tes, in ſequenda propoſiti com-
pendii ratione elaborabimus. Et- 30
enim quemadmodum nouæ do-
mus ædificatori totius eſt con-
ſtructionis habenda ratio: ei ve-
ro, qui ſculpere aut pingere co-
natur, quid ad ornatum faciat,
quærendum eſt: ſic arbitror et 31
de nobis, omnia quidem conſe-

ctantem dicere, et in ſingulis im-
morari, auctoris eſſe, dictionis
autem breuitatem ſequi, et ope-
ris vitare accurationem, ei qui
rem in pauca confert, eſſe con-
32 cedendum. Igitur deinceps nar-
rationem exordiamur, hactenus
33 præfationem inhibentes. Abſur-
dum eſt enim ante hiſtoriam red-
undare, et ipſam hiſtoriam con-
trahere.

CAPVT III.

Indicata Hieroſolymæ pecunia. Quæſtor ablaturus pecuniam. Vrbis dolor. Quæſtor diuinitus a rapienda pecunia prohibitus.

1 QVum vrbs ſancta cum ſum-
ma pace habitaretur, et le-
ges quam optime ſeruaren-
tur, propter Oniæ pontificis pieta-
2 tem, et in improbos odium, fie-
bat, vt ipſi etiam reges eum lo-
cum in honore haberent, et fa-
num præclariſſimis ornarent mu-
3 neribus, adeo vt Seleucus Aſiæ
rex omnes ad ſacrificiorum pro-
curationem neceſſarios ſumtus
4 de ſuo reditu ſuppeditaret. Si-
mon autem quidam de tribu Ben-
iaminis, æditimus, quum de eis,
quæ in fori rationibus peccaban-
5 tur, cum Onia pontifice con-
tendiſſet, neque vincere eum poſ-
ſet, adiit Apollonium Thraſææ
filium, ea tempeſtate Cæleſyriæ
6 et Phœniciæ præſidem, eique
nuntiauit, Hieroſolymæ cellam
eſſe ineffabili pecunia refertam:
quippe quum ad eam innumera-
bilia dependerentur, quæ ad ſa-
crificiorum rationem non perti-
nentia, poſſent ſub regis poteſta-
tem redigi.
7 Apollonius cum rege congreſ-
ſus, ei de hac indicata ſibi pecu-
nia ostendit, et rex Heliodorum
quæſtorem huic negotio præfecit,
eumque miſit, cum mandatis, vt
ſupra dictam pecuniam curaret
auferendam. Heliodorus protinus 8
iter ingreſſus eſt, per ſpeciem il-
le quidem vrbes Cæleſyriæ obe-
undi, ſed reipſa regis exſecuturus
voluntatem. Poſtquam Hiero- 9
ſolymam peruenit, et ab vrbis
pontifice comiter acceptus eſt, in-
dicium expoſuit, et cuius cauſſa
adeſſet, declarauit, quæſiuitque,
an vere hæc ita ſe haberent. Cui 10
pontifex ostendit, depoſitum eſſe
viduarum et pupillorum, par- 11
tim etiam Hyrcani Tobiæ filii,
hominis maximis opibus præditi,
non vt impius Simon calumniare-
tur: ſummam vero eſſe argenti
talenta quadringenta, auri ducen-
ta. Fraudari autem eos, qui 12
loci ſanctitate, et reuerendi toto
orbe fani maieſtate et aſylo confiſi
fuiſſent, id vero prorſus eſſe nefas.
Sed Heliodorus propter 13
ea, quæ habebat a rege manda-
ta, omnino eas pecunias regi
adiudicabat: itaque conſtituto 14
die, ingreſſus eſt, vt curaret
inſpiciendas. Tum vero tota
vrbe non mediocris erat trepi-
datio: ſacerdotes ante aram in 15
veſtitu ſacerdotali proiecti, ad
cælum eum implorabant, qui de
depoſito legem tuliſſet, vt iis, qui
depoſuiſſent, ſaluas conſeruaret.
Iam vero qui pontificis faciem 16
videret, is animo ſauciaretur.
Adſpectus enim, et immutatus
color animi æſtum indicabat:
nam circumfuſus erat homo ti- 17
more quodam, et horrore cor-
poris, ex quibus perſpicuum
cernentibus fieret, quis in animo
ineſſet dolor. Tum ex domi- 18
bus gregatim ad publicam ſuppli-
cationem confluere, quod locus
in contemtum venturus eſſet,
ſuccinctæque centones ſub mam- 19
mis mulieres, ſemitas implere, et
clauſæ virgines, partim ad por-
tas concurrere, partim ad mu-
ros,

ros, aliæ per feneſtras proſpicere,
20 omnes quidem paſsis in cælum
21 manibus, precationes facere, vt
miſerabilis esſet vulgi ex omni
genere permixta turba, et vehe-
menter æſtuantis pontificis exſpe-
22 ctatio. Igitur hi ab omnipotente
Domino precibus contendebant,
vt ſibi concredita, iis diligentisſi-
me ſalua conſeruaret, qui ea
23 credidisſent. Interea Heliodo-
rus, quod ſtatutum erat, exſeque-
batur. Verum, eo iam apud pe-
cuniæ cellam cum ſatellitibus in-
24 ſtante, maiorum noſtrorum Do-
minus, et omnium rerum præ-
potens tantum ſpectrum edidit,
vt omnes, auſi eo conuenire, Dei
potentia ſtupefacti, præ metu fe-
25 re exanimarentur. Viſus eſt e-
nim eis quidam equus terribilem
ferens equitem, pulcherrimo
adornatus tegmine, qui impetu
incitatus priores vngulas infli-
xit Heliodoro. Is autem, qui e-
quo inſidebat, cernebatur, aure-
26 am habens armaturam. Item
alii duo ante eum iuuenes adpa-
rebant, robore excellentes, ſpe-
cie formoſisſimi, honeſto veſtitu,
qui Heliodorum, vtraque parte
adſtantes, adſidue verberabant,
multas ei incutientes plagas. Ac
ſubito humi collapſum, et multa
caligine circumfuſum corripue-
re ſui, et impoſitum lecticæ,
eum, qui modo cum tanto con-
curſu, omni ſtipatus ſatellitio, ad
eam, quam diximus, pecuniæ cel-
lam intrauerat, ferebant, nihil
adiuuantibus eum ſuis armis,
aperte Dei potentiam agnoſcentes.
29 Et ille quidem diuina mutus ope-
ra, et omni ſpe ſalutis deſtitutus,
30 iacebat. At illi Domino gratias
agebant, qui locum ſuum tanto
honore adficeret, et, quod paullo
ante metu et perturbatione ple-
num fuerat templum, id ad
omnipotentis Domini præſentiam

gaudio, et voluptate adfluebat.
Tum protinus quidam de famili- 31
aribus Heliodori Oniam rogaue-
runt, vt ſupremum Deum oraret,
vitam vt illi, prorſus extremum
ſpiritum agenti, largiretur. Hic 32
pontifex veritus, ne forte rex ſu-
ſpicaretur, aliquid a Iudæis esſe in
Heliodorum facinoris commiſ-
ſum, rem diuinam pro hominis
ſalute fecit. Atque, eo piaculum 33
procurante, iidem iuuenes iterum
Heliodoro adparuerunt, iisdem
amicti veſtibus, et adſtantes ita di-
xerunt: magnam habeto Oniæ
pontifici gratiam: nam propter
eum vitam tibi largitur Dominus.
Tu vero de cælo verberatus 34
omnibus ſingularem Dei poten-
tiam prædicato. Hæc locuti, e-
uanuerunt. Heliodorus autem, 35
facta Domino re diuina, et votis
maximis ei nuncupatis, qui ſibi
vitam tutatus esſet, Oniaque ſa-
lutato, ad regem ſe cum ſuis
militibus refert: et omnibus, 36
quæ Dei maximi vidisſet opera,
teſtatur. Atque a rege interro- 37
gatus, ecquis esſet idoneus qui
denuo Hieroſolymam mitteretur.
Si quem habes inimicum, inquit, 38
aut rerum nouarum cupidum,
eum illuc mittito, et verberatum
accipies, ſi tamen euaſerit. Nam 39
in loco illo vere quoddam numen
ineſt, quique cæleſte domicilium
tenet, is eius loci cuſtos eſt, et
defenſor: et eos, qui eo nocendi
causſa veniunt, ſupplicio adficit
extremo. Ac quod ad Heliodo- 40
rum, et cellæ pecuniariæ defen-
ſionem attinet, ita res accidit.

CAPVT IIII.

Simon patriæ proditor. In Oniam crimina Seleuci mors. Oniæ frater Iaſon pontificatus vſurpator. Populares ad Græciſmum cogens. Menelaus pontificiam po-teſtatem ambiens, et adſecutus. Androni-

cus Oniæ interfector per fidem datam. Occi-
ſoris mors fœda.

1 AT Simon ille ſuperius nomi-
natus, pecuniarum et pa-
triæ proditor, Oniam crimi-
nabatur, quaſi ipſe Heliodorum
impuliſſet, et malorum auctor exſti-
2 tiſſet: et bene de ciuitate meri-
tum, ſuorum cupidum, et legum
ſtudioſum, audebat rerum noua-
3 rum cupidum dicere. His inimi-
citiis eo vſque procedentibus, vt
etiam per quoſdam Simonis ne-
4 ceſſarios cædes fierent, Onias
contentionis atrocitatem videns,
et Apollonii inſaniam, qui Cæleſy-
riæ, et Phœniciæ præturam gerens,
Simonis augebat peruerſitatem, ad
5 regem ſe contulit, non ille qui-
dem ciuium accuſator, ſed et publi-
cæ et ſingulorum vtilitati conſulens.
6 Videbat enim ſine regis prouidentia
fieri non poſſe, vt res amplius pa-
catæ forent, neque Simonem fi-
7 nem inſaniæ facturum. Deinde,
Seleuco vita defuncto, et Antiocho,
qui Epiphanes cognominatus eſt,
regnum adepto, Iaſon Oniæ frater
8 pontificatum vſurpauit, regem
adgreſſus, eique pollicitus argenti
talenta ſexaginta ſupra trecenta, et
alterius cuiusdam reditus talenta
9 octoginta. Præterea pollicitus ſeſe
alia centum quinquaginta ſcriptu-
rum, ſi ſibi per eum poteſtas fieret,
gymnaſium ei, et ephebia inſtituen-
di, et ex Hieroſolymitanis Antio-
10 chenos transſcribendi. Itaque prin-
cipatu, rege adnuente, potitus,
continuo ſuos populares ad græcos
11 mores traducebat: et conceſſa Iu-
dæis regum beneficia, per Ioannem
Eupolemi patrem, eius qui legatio-
nem apud Romanos de amicitia, et
ſocietate obierat, abrogabat, abo-
lensque legitima reipublicæ inſti-
tuta, illicitos inuehebat mores.
12 Nam vltro ſub ipſa arce gymnaſium
erexi, et adoleſcentum præſtan-
tiſſimos quosque ſub velarium per-
trahebat. Atque ita hoc impii, et 13
minime pontificis Iaſonis nefario
ſcelere factum eſt, vt græcus mos,
et adſcita peregrina conſuetudo ad-
eo vigeret, vt ſacerdotes non 14
iam aræ muniis eſſent addicti, ſed,
contemto templo, ſacrificiisque ne-
glectis, ad fruenda illicita palæſtræ
ſpectacula diſcique certamen pro-
perarent: et patrios honores pro 15
nihilo habentes, græcas gloriolas
pulcherrimas ducerent. Quarum 16
rerum cauſſa grauem calamitatem
paſſi ſunt: et quorum æmulaban-
tur inſtituta, quorumque ſimiles o-
mnino ſe fieri ſtudebant, hos ipſos
hoſtes et vltores habuere. Nam 17
in diuinas leges peccare non leue
eſt: ſed hæc ſequens tempus decla-
rabit. Quum autem ludi quin- 18
quennales Tyri ederentur, præſente
rege, miſit ſceleſtus Iaſon ſpe- 19
ctatores tamquam Hieroſolymita-
nos Antiochenos, ferentes argenti
drachmas trecentas ad Herculis ſa-
crificium: quas tamen qui fere- 20
bant, petierunt, ne eæ in ſacrificium
erogarentur, (non enim conuenire,)
ſed in alium ſumtum impenderen-
tur. Ita miſſæ ſunt, per mittentem 21
quidem, ad ſacrificandum Herculi:
per latores autem, ad triremes
conficiendas. Deinde, miſſo in Ae- 22
gyptum Apollonio Mneſtei filio, ad
eum diem, quo Ptolemæus Philo-
metor rex ſalutandus erat, Antio-
chus, quum accepiſſet, eum eſſe
a ſuis rebus alienatum, de ſuarum
rerum ſalute cogitabat. Itaque
Ioppen profectus, Hieroſolymam
venit, et magnifice ab Iaſone, et 23
ciuitate exceptus, et cum funalibus,
et acclamationibus admiſſus, ita in
Phœniciam ſe recepit. Poſt trien- 24
nii ſpatium miſit Iaſon Menelaum
Simonis, (cuius facta mentio eſt,)
fratrem, qui pecuniam regi ferret, et
de rebus neceſſariis commentarios
faceret. Menelaus vero regi com- 25
mendatus, eumque veneratus, per
ſpeciem

ſpeciem poteſtatis,in ſeipſum trans-
tulit pontificatum, Iaſonem tre-
centis argenti talentis ſupergresſus,
acceptisque regiis mandatis, rediit,
pontificatu quidem dignum nihil
adferens, ſed crudelis tyranni ſpi-
ritus, et immanis feræ habens iras.
26 Et Iaſon quidem, qui fratrem ſuum
fraudauerat, fraudatus ab altero,
profugus in Ammonitarum regio-
27 nem pulſus eſt. At Menelaus prin-
cipatum adeptus,nihil eorum, quæ
promiſerat, regi præſtabat, quam-
uis ea exigeret Soſtratus arcis præ-
28 fectus: nam eius curationis erat
vectigalium exactio. Quam ob
causſam ambo ſunt a rege euocati:
29 et ſuo munere abdicati, relique-
re ſucceſſores, Menelaus, ſui pon-
tificatus Lyſimachum fratrem ſu-
um: Soſtratus autem Cratetem,
30 Cypriorum præfectum. His ita
conſtitutis, accidit, vt Tharſenſes
et Mallotæ inter ſe contenderent,
quod erant Antiochidi, regis con-
31 cubinæ, dono dati. Itaque rex
confeſtim ad res ſedandas profectus
eſt, relicto procuratore Androni-
co, homine dignitate prædito.
32 Tum Menelaus commodam ſe oc-
caſionem nactum arbitratus, aurea
quædam templi vaſa depeculatus,
Andronico dono dedit, et iam alia,
quum aliis finitimarum ciuitatum
hominibus, tum Tyriis vendide-
33 rat. Quam rem exploratam ha-
bens Onias arguebat, quum qui-
dem ſe in aſylum quemdam locum
recepisſet apud Daphnen, quæ eſt
34 ante Antiochiam poſita. Itaque
Menelaus Andronicum ſeorſum
hortatus eſt, vt Oniam interficeret,
et Andronicus ad Oniam venit, ei-
que fraude inducto, et dextra cum
iureiurando data, quamuis ei ſu-
ſpectus, perſuaſit,vt ex aſylo prod-
35 iret: eumque ſtatim, nihil iuſti-
tiam veritus, interemit. Quam ob
causſam multi etiam aliarum gen-
tium, nedum Iudæi, tam nefariam
hominis cædem grauiter et inique
animo tulerunt. Ac,rege ex Cili- 36
ciæ locis reuerſo, conqueſti ſunt
apud eum, qui erant in vrbe Iu-
dæi,(Græcis etiam rei indignitatem
accuſantibus,) de tam nefanda cæde
Oniæ. Itaque Antiochus humano 37
more dolore adfectus, et ad miſe-
ricordiam commotus, lacrimatus-
que propter occiſi temperantiam et
modeſtiam excellentem, et ira in- 38
flammatus, continuo Andronicum
purpura exutum, veſtibus lacera-
tis per totam vrbem circumductum
ad illum ipſum locum, vbi facinus
in Oniam patrauerat, et illic homi-
nem ſanguinarium interfecit, Do-
mino dignum de eo ſumente ſuppli-
cium. Quum autem multa eſſent 39
in vrbe per Lyſimachum, conſcio
Menelao, commiſſa ſacrilegia: id-
que fama diuulgasſet, coiuit plebs
aduerſus Lyſimachum, aureis vaſis
iam plerisque disſipatis. Quum- 40
que turba concitaretur, et ira gli-
ſceret, Lyſimachus armatis homi-
nibus ad tria millia, cœpit iniuſte
vim facere, duce quodam tyranno,
ætate iuxta ac mente prouecto. At 41
illi videntes Lyſimachi conatum, a-
lii correptos lapides, pars craſſas
ſudes, nonnulli obuium puluerem
manibus comprehenſum, in Ly-
ſimachios et in inuadentes ſpargere:
atque ita multos eorum vulneraue- 42
re, nonnullos deiecerunt, omnes
in fugam egerunt, ipſum ſacrile-
gum apud pecuniæ repoſitorium
interfecerunt. Deinde iudicio de 43
his rebus contra Menelaum conſti-
tuto, quum rex Tyrum venisſet, 44
causſam egerunt apud eum viri tres
a ſenatu misſi. Sed Menelaus iam 45
conuictus, Ptolemæo Dorymenis
filio multis promisſis perſuaſit, vt
regem de ſententia dimoueret. Ita- 46
que Ptolemæus regem in quoddam
periſtylium, quaſi refrigerandi
causſa ſeductum,ita immutauit, vt 47
totius mali auctorem Menelaum

criminibus abſolueret: miſeros au-
tem illos, (qui, ſi apud Scythas dice-
rent, culpa esſent liberati,) capite
48 damnaret. Itaque confeſtim im-
meritas dederunt pœnas, qui ciui-
tatis et plebis, ſacrorumque vaſo-
49 rum cauſam egerant: quam ob
cauſſam Tyrii quoque ſceleris o-
dio, quæ ad illorum funus pertine-
50 bant, magnifice præbuerunt. Me-
nelaus vero per auaritiam poten-
tum, manſit in principatu, vitiis
addictus, et ciuium inſidiator ma-
ximus.

CAPVT V.

Antiocho regnante prodigia. Iaſonis in ſuos crudeliſſima tyrannis, fuga turpis. Vrbis atque fani ruina Antiocho iubente.

1 SVb id tempus quum Antiochus
ſecundam expeditionem in Ae-
2 gyptum ſuſcepisſet, accidit
tota vrbe, fere per dies quadragin-
3 ta, cerni in aere currentes aureo
veſtitu equites, et haſtatorum co-
hortes armatas, equitumque tur-
mas ordinatas, et conflictus con-
curſusque vtrimque fieri, clipeo-
rum motus, crebras ſudes, gladios
diſtrictos, telorum iactus, aureo-
rum fulgores armorum, et omnis
4 generis loricas: quod oſtentum,
vt fauſtum esſet, precabantur o-
5 mnes. Quum autem rumor falſus
exſtitisſet, vita excesſiſſe Antio-
chum, Iaſon, contractis non mi-
nus mille viris, in vrbem de impro-
uiſo impetum fecit, ac, pulſis iis, qui
erant in muris, quum ad extremum
iam caperetur vrbs, Menelaus in
6 arcem fugit. At Iaſon ſuorum
ipſius ciuium cædes faciebat, nemi-
ni parcens: non cogitans, felicita-
tem in ſuos, infelicitatem esſe ma-
ximam: ſeque de hoſtibus arbi-
trans, non de popularibus ſuis, tro-
7 pæa ſtatuere. Principatum tamen
non obtinuit, ſed turpi inſidiarum
exitu, profugus iterum in fines
Ammonitarum concesſit, et ad di-
gnum ſcelerata vita exitum perue-
nit. Nam accuſatus apud Aretam, 8
Arabum tyrannum, in alias atque a-
lias vrbes fugiens, omnibus eum
inſectantibus, et odio, vt legis de-
ſertorem, proſequentibus, et vt
patriæ ciuiumque carnificem dete-
ſtantibus, in Aegyptum compulſus
eſt: quique multos patria priua- 9
uerat, is extorris periit, profectus
ad Lacedæmonios, tamquam ſibi
præſidio propter cognationem fu-
turos: et qui multos inſepultos ab- 10
iecerat, is nulli defletus eſt, et omni
funeris honore, patrioque ſepul-
cro caruit. His rebus intellectis, 11
ſuſpicatus eſt rex deficere Iudæam.
Itaque ex Aegypto profectus, effe-
rato animo vrbem vi cepit, et 12
militibus, vt obuios quosque ſine
vlla miſericordia trucidarent, et
eos, qui ſe in domos reciperent, iu-
gularent, imperauit. Itaque tantæ 13
iuuenum ſenumque neces, tan-
ta virorum mulierumque et li-
berorum occiſio, tanta virginum
et puerorum facta cædes eſt, vt 14
tribus non amplius diebus, octo-
ginta hominum millia perierint.
Capta ſunt autem quadraginta mil-
lia, nec pauciores interfectis væ-
nierunt. Nec his contentus Antio- 15
chus, auſus eſt in auguſtisſimum to-
to orbe fanum, duce Menelao, le-
gum et patriæ proditore, ingredi:
ſceleratisque manibus ſacra vaſa ca- 16
piens, et aliorum regum donaria,
ad loci ornamentum, gloriam, ho-
noremque collata, profanis depecu-
lans manibus, diſtribuere, et in- 17
terim animo inſoleſcere: non vi-
dens, propter vrbis incolarum pec-
cata, paullisper iratum esſe Domi-
num, et inde ortam eſſe loci con-
temtionem. Quod niſi illos multis 18
teneri peccatis contigisſet, quem-
admodum Heliodorus a Seleuco
rege misſus ad auferendam pecu-
niam,

niam, fuerat repente fuſtigio ab
audacia repulſus, idem et huic ac-
19 cidisſet, verum non propter lo-
cum gentem, ſed propter gentem
20 locum Deus elegit. Itaque lo-
cus ipſe, qui calamitatum gentis,
quæ acciderunt, fuit particeps,
poſtea fuit et beneficiorum, a Do-
mino collatorum, ſocius: et qui
omnipotentis ira derelictus fuit,
idem rurſum ſupremi Domini re-
conciliatione cum omni eſt glo-
21 ria reſtitutus. Igitur Antiochus,
ſublatis ex fano mille octingentis
talentis, protinus Antiochiam ſe
contulit, putans ſe præ ſuperbia
posſe et terram nauigabilem, et
pelagus pedibus facere peruium:
22 tantus erat animi faſtus. Reli-
quit autem præfectos, qui Iudæo-
rum genus vexarent, Hieroſoly-
mis: Philippum natione Phrygem,
moribus eo ipſo, qui conſtitue-
23 rat, truciorem. In Garizim au-
tem, Andronicum, et præter eos
Menelaum, qui erat in ſuos te-
terrimus omnium, et hoſtili in
24 Iudæos ciues animo. Miſit item
flagitioſum illum ducem Apollo-
nium cum militum viginti duo-
bus millibus, eique imperauit,
vt omnes adultos necaret, mulie-
res autem et iuuenes venderet.
25 Is Hieroſolymam profectus, pa-
cem ſimulando, negotium ad ſa-
crum diem ſabbati diſtulit: quo
die feriantes nactus Iudæos, ſuis,
26 vt arma caperent, edixit, et o-
mnes, ad ſpectaculum egresſos, ob-
truncauit; tum in vrbem cum ar-
mis curſu ingresſus, non paruam
27 multitudinem proſtrauit. At Iu-
das Machabæus cum aliis no-
uem discesſit in ſolitudinem, et
in montibus ferarum ritu cum
ſuis vitam agebat: herbarumque
paſtu veſcens, durabat, ne pol-
lutionis esſet particeps.

CAPVT VI.

In Iudæorum religionem vis ab Antiocho rege. Piorum ſupplicia Iudæorum. In Iudaiſmo conſtans Eleazarus interfectus.

NOn multo poſt tempore mi- 1
ſit rex ſenem a Athenienſem,
qui Iudæos cogeret a pa-
triis legibus deſciſcere, diuina-
rumque legum vſum omittere,
et templum hieroſolymitanum 2
polluere, ac Iouis Olympii co-
gnominare: Garizimum autem,
vt erant eius loci incolæ, Iouis
hoſpitalis. Erat plebi grauis et 3
triſtis tanti mali ſtatus. Nam 4
templum luxu et comesſationibus
replebatur ab externis, nequitiæ
inter ſcorta indulgentibus, et in-
tra ſacros parietes cum feminis
rem habentibus et inſuper illicita
intro ferentibus. Ara rebus e- 5
rat nefariis, et lege vetitis, ple-
na: neque ſabbata agere, ne- 6
que patria feſta ſeruare, neque
omnino Iudæum ſe fateri licebat.
Ducebantur Iudæi acerba vi, 7
menſtruali regis natali die, ad vi-
ſcerationem, et in Bacchanalibus
cogebantur hederas ferentes, Or-
gia celebrare Libero. Præterea 8
promulgatum eſt edictum, au-
ctore Ptolemæo, in finitimas ci-
uitates græcas, vt ad idem inſti-
tutum, et ad viſcerandum adige-
rentur Iudæi: ac qui in Græ- 9
corum mores tranſire recuſarent,
iugularentur. Ergo licebat præ- 10
ſentem videre calamitatem. Nam
duæ mulieres productæ ſunt, quæ
ſuos natos circumciderant, et, ſuſ-
penſis de mammis infantibus, pu-
blice per vrbem circumductæ, de
muro præcipitatæ ſunt: alii 11
quum in proximas ſpeluncas con-
fugisſent, vt ſeptimum diem clam
agerent, indicati Philippo, flam-
mis cremati ſunt: quod ſeipſos
defendere, propter tam religioſi

a) Latinus habet Antiochenum.

12 diei opinionem, vererentur. Igi-
tur huius libri lectores hortor, ne
propter aduerſos caſus animum
deſpondeant: ſed cogitent, pœ-
nas non ad perniciem, ſed ad cor-
13 rectionem eſſe noſtri generis: ac
quod non diu impuniti ſinantur
impii, ſed continuo dent pœnas,
id eſſe magni beneficii argumen-
14 tum. Non enim, quemadmo-
dum in aliis gentibus patienter
exſpectat Dominus, donec ad
ſummum ſcelerum progreſſos pu-
15 niat, ſic in nobis faciendum eſ-
ſe ſtatuit: ne, ſi ad extremum
peccatorum veniremus, poſtea
16 in nos animaduerteret. Itaque
numquam ſuam nobis miſericor-
diam ſubtrahit, ſed ſuos aduerſis
caſibus caſtigando non derelin-
17 quit. Verum hæc nobis paucis
dicta ſint, admonitionis gratia.
Iam ad narrationem veniendum
18 eſt. Eleazarus quidam ex pri-
mariis ſcribis, vir iam ætate pro-
uecta, et facie adſpectu pulcher-
rima, cogebatur, vi diducto ore,
19 ſuilla veſci. Sed is mortem cum
gloria, quam vitam cum infamia
malens, vltro ad tympanum acce-
20 debat: idque ſpuens, quomodo
accedere oportebat eos, qui mal-
lent ſupplicium ſubire, quam illi-
cita præ viuendi cupiditate guſta-
21 re. Ceterum qui nefariæ viſce-
rationi præerant, ii propter ſu-
periorum temporum viri notitiam,
ſeductum ſeorſum hortabantur, vt
carnes a ſe paratas adferret, qui-
22 bus ei vti fas, eſſet: et interim
ſimularet, ſe veſci iuſſis a rege car-
nibus hoſtiarum, vt hac ratio-
ne mortem euitaret, et propter
veterem, quæ ei cum ipſis interce-
debat, amicitiam, humane tracta-
23 retur. At ille honeſtam ratio-
nem ſecutus, et ætate ſenectutis-
que excellentia, contractaque et
inſigni canicie, et optima iam a
pueris educatione dignam, vel
potius ſanctæ et latæ diuinitus le-
gi conuenienter, ſtatim reſpon- 24
dit, malle ſe ad inferos mitti.
Neque enim ætate noſtra dignum
eſt, inquit, ſimulare, vt multi
iuuenum, putantes Eleazarum
hominem nonagenarium, in ex-
ternos conceſſiſſe ritus, ipſi quo- 25
que mea ſimulatione et culpa,
propter breuem caducamque vi-
tam errent, atque ita ego meæ
ſenectuti infamiam conflem, at-
que maculam. Nam etiamſi in 26
præſentia hominum ſupplicium e-
uitauero, at Omnipotentis qui-
dem manus neque viuus neque
mortuus effugiam. Quare ſi 27
nunc generoſe vitam finiero, et
ſenectute dignus videbor, et iu- 28
uenibus egregium relinquam ex-
emplum, ad mortem alacriter et
generoſe, pro tam auguſtis ſan-
ctisque legibus oppetendam. Hæc
locutus, ad tympanum ſtatim ve-
nit. Quumque hi, qui eum du- 29
cebant, illam, quam paullo ante
oſtenderant, beneuolentiam mu-
tauiſſent in maleuolentiam, pro-
pter illam eius orationem, quam
ipſi dementiam interpretabantur,
ipſe iamiam plagis vitam finiturus, 30
ingemiſcens ita loquitur: Domino
ſanctam habenti cognitionem per-
ſpicuum eſt, me, quum poſſem
mortem euadere, duros corpore
dolores ferre vapulantem: ſed a-
nimo libenter, ipſius reuerentia,
hæc perpeti. Hoc ille pacto ex 31
vita diceſſit, non ſolum iuueni-
bus, verum etiam plerisque aliis
ſuæ gentis ſuam mortem magna-
nimitatis exemplum, virtutisque
monumentum relinquens.

CAPVT VII.

*Matris cum ſeptem filiis cruciatus, et ſuppli-
cia religionis cauſſa.*

Acci-

1 ACcidit autem, vt etiam ſe-
ptem fratres cum matre
comprehenſi, quo cogeren-
tur a rege, ſuillam contra fas
guſtare, verberibus lorisque cru-
2 ciarentur; quorum vnus ita
princeps locutus eſt: quid inter-
rogare, et ex nobis diſcere cun-
ctaris? ſumus enim parati mori
potius, quam patrias violare le-
3 ges. Hic rex furore percitus,
ſartagines iusſit, et lebetes cande-
4 fieri, quibus ignitis, confeſtim
iusſit ei, qui princeps locutus e-
rat, linguam abſcindi, cutem de-
trahi, manus et pedes amputari,
ſpectantibus reliquis fratribus at-
5 que matre, atque ita prorſus
mutilatum, iusſit igni ſpirantem
admoueri atque frigi. Quumque
ſe vapor ſartaginis late diffunde-
ret, illi inter ſeſe cum matre ad
generoſe oppetendum cohortaban-
6 tur, ita dicentes: videt hæc Do-
minus Deus, et reuera in nobis
propitiatur, quemadmodum in il-
lo carmine, quod palam contra
Israelitas teſtimonio eſt, declara-
uit Moſes his verbis: et ſuis pro-
pitiabitur. Hoc pacto quum pri-
mus occubuisſet, illi ſecundum ad
idem ſupplicium duxerunt, et, cu-
te capitis eius cum capillis detra-
cta, interrogabant, esſetne guſta-
turus, prius quam eius corpus
8 membratim dilaniaretur? Sed il-
le patria voce, facturum negauit.
Itaque et is ad ſubſequentem tra-
ctus cruciatum, quemadmodum
9 primus, vbi ad extremum ven-
tum eſt ſpiritum, ſic loquitur: tu
quidem, o furioſe, ex hac vita
nos laxas: ſed mundi rex nos pro
ſuis mortuos legibus, in æternam
10 vitæ reſtitutionem ſuſcitabit. Poſt
hunc tertius illuditur: et lin-
guam proferre iusſus, illico ex-
ſeruit, manusque audacter pro-
11 tendit, ita generoſe locutus: ex
cælo hæc habeo, et propter il-
lius leges hæc contemno, et ab
eodem hæc me recuperaturum
ſpero, adeo vt ipſe rex, et qui 12
cum eo erant, mirarentur ani-
mum adoleſcentis, qui dolores ni-
hili faceret. Hoc quoque exſtin- 13
cto, quartum itidem torquendo
excruciabant, qui iam morti pro-
ximus ſic eſt locutus: optabile 14
eſt omittere ſpes humanas, diui-
na ſpe fretos, a Deo in vitam re-
uocandos. Tibi quidem in vi-
tam reſurrectio non erit. Dein- 15
ceps quintum adductum torque-
bant, qui ad regem intuens: tu 16
quidem, inquit, poteſtatem in-
ter homines habens, mortalis ipſe,
facis quod libet: ſed noli arbi-
trari, genus noſtrum a Deo esſe
deſtitutum. Verum perge, et 17
ſpecta ſingularem eius potentiam,
qui te, tuamque progeniem ſup-
plicio adficiet. Poſt hunc addu- 18
ctus eſt ſextus, qui iamiam mori-
turus dixit: ne temere erres, nos
quidem propter nos ipſos, qui in
Deum noſtrum peccauerimus,
hæc patimur, admiratione qui-
dem digna: ſed noli tu arbitra- 19
ri, tibi hoc impune futurum, qui
cum Deo bellare conatus ſis. Ve- 20
rum mater ſupra modum admi-
randa, et memoria felici digna
eſt, quæ pereuntes vnius diei
ſpatio ſeptem filios adſpiciens, æ-
quo animo ferebat, propter ſpes
in Domino collocatas, et ſingu- 21
los patrio ſermone cohortabatur,
generoſi plena ſpiritus, et femi-
neum ingenium masculo animo
excitans, et ſic eos adloquens: 22
neſcio equidem, quo pacto vos
in meo exſtiteritis vtero: nec ego
vobis ſpiritum et vitam contuli,
neque cuiusque veſtrum primor-
dia concinnaui. Nimirum mun- 23
di creator ille, qui genus huma-
num finxit, et originis omnium
auctor eſt, idem vobis ſpiritum et
vitam clementer reddet, qui vos

ipſos nunc propter ipſius leges
24 contemnatis. Antiochus vero pu-
tans ſe deſpici, et *b* exprobrantem
vocem ſuſpectam habens, quum ſu-
peresſet adhuc natu minimus, non
ſolum verborum hortatione vteba-
tur, ſed etiam iureiurando confir-
mabat, ſe eum diuitem et beatum
esſe facturum, ſi a patriis moribus
deſciſceret: et in amicis habiturum,
honoresque ei mandaturum.
25 Quumque nihil iuuenis flecteretur,
tur, rex vocatam matrem hortaba-
tur, vt adoleſcenti ſalutare conſili-
26 um daret. At illa multum ab eo
monita, recepit, ſe filio perſuaſu-
27 ram: et illum propius adgresſa,
crudelem deridens tyrannum, ſic
vernaculo ſermone dixit: fili, mi-
ſerere mei, quæ te in ventre gesſi
menſes nouem, quæ tres annos la-
ctaui, quæ educaui, et enutritum ad
28 iſtam ætatem perduxi. Peto a te,
nate, vt cælum intuens terramque,
et omnia, quæ in eis inſunt, videns,
cognoſcas, hæc Deum fecisſe de ni-
hilo, atque ita hominum genus es-
29 ſe conditum. Noli hunc metuere
carnificem, ſed fratribus dignus ad-
mitte mortem, vt ego te per Dei
miſericordiam cum tuis fratribus
30 recipiam. Hæc adhuc ea dicente,
iuuenis ita loquitur: quem mane-
tis? non obedio regis præcepto:
ſed præceptionem legis audio, ma-
ioribus noſtris per Moſem latæ.
31 Tu vero, omnis in Hebræos ſcele-
ris repertor, Dei manus non effu-
32 gies. Nos quidem ob noſtra ipſo-
33 rum peccata hæc patimur: quod
ſi correctionis et caſtigationis gra-
tia immortalis noſter Dominus
paullisper iratus eſt: at idem ite-
34 rum ſuis reconciliabitur. Tu ve-
ro, o impie, et omnium hominum
ſceleratisſime, noli incerta ſpe tu-
midus efferri, cæleſtibus natis ma-
35 nus adferens: nondum enim
omnia potentis, et videntis Dei iu-
dicium effugiſti. Nam noſtri qui- 36
dem fratres, nunc breuem perpesſi
laborem, in æternæ vitæ diuinum
fœdus venerunt. At tu vindice Deo
iuſtas ſuperbiæ pœnas dabis. Ego 37
vero fratrum exemplo, et corpus
et animam pro patriis dedo legibus,
Deum orans, vt genti noſtræ breui
fiat propitius, et tu inter cruciatus
et fuſtigium, eum ſolum Deum esſe
fatearis: vtque in me fratribus- 38
que meis ſedetur Omnipotentis ira,
qua merito in vniuerſum genus
noſtrum ſæuitur. Hic rex ira per- 39
citus, hunc omnium pesſime tra-
ctauit, irriſionem ægre ferens.
Et hic igitur pure vitam finiuit, 40
prorſum Domino confiſus, et vl- 41
tima filiorum mater interiit. Ac 42
de viſcerationibus quidem, et im-
manibus cruciatibus, hactenus di-
ctum eſto.

CAPVT VIII.

Machabæi, Iudæ ſocii, coacti. Iudæi Iouam rogantes. Iudæorum geſta præclare. Contra Iudam Nicanor. Temerarius Nicanor impiusque. Confirmans Iudas ſuos, Nicanoriani cæſi. Victores in Iouam grati. Timotheus, et Bacchis fuſi. Nicanoris fuga.

IVdas autem Machabæus et eius 1
ſocii, in pagos occulte obrepen-
tes, cognatos adſciſcebant: et ad-
ſumtis his, qui in Iudaiſmo per-
manſerant, coegerunt ad ſex homi-
num millia. Dominumque ora- 2
bant, vt infeſtatum ab omnibus po-
pulum reſpiceret, templi ab impiis
hominibus profanati miſericordi-
am caperet: vrbis, quæ ab omni- 3
bus vaſtaretur, et iam ſolo æquan-
da foret, miſereretur, clamantem
ad ſe ſanguinem exaudiret, re- 4
cordaretur nefarias innocentum
cædes infantium, et dictarum in
no-

b) ſuſpicans ex pronuntiatione matris, (nam ipſe hebraice neſciebat,) eam ſibi maledicere.

nomen ſuum contumeliarum iniu-
5 riam perſequeretur. Igitur Ma-
chabæus facta manu, iam gentibus
erat inſuperabilis, ira Domini in
6 miſericordiam verſa: et oppida
viroſque de improuiſo adgrediens,
incendebat: opportunaque loca
occupans, non paucos hoſtium vi-
7 ctos fugabat, ad tales inſidias ma-
xime vtens adiumento noctium.
8 Ergo fama virtutis eius vbique per-
crebeſcente, animaduertens Philip-
pus hominum paullatim proficere,
et crebro ſecundis rebus procede-
re, ad Ptolemæum Cœleſyriæ et
Phœniciæ prætorem ſcripſit, vt re-
9 gis ſubueniret rebus. Is continuo
delectum Nicanorem Patrocli fi-
lium, vnum de primariis amicis,
miſit, attributis ei diuerſarum na-
tionum hominibus, non minus vi-
ginti millibus, ad vniuerſum Iu-
dæorum genus euertendum. Huic
etiam Gorgiam adiunxit, hominem
imperandi et rei militaris peritum.
0 Statuit autem Nicanor tributum
Romanis a rege pendendum, quod
erat talentorum duo millium, ex
Iudæorum captiuitate conficere:
1 ſtatimque ad maritimas ciuitates
miſit, qui ad emenda Iudæa manci-
pia homines inuitarent: promit-
tens, ſe nonaginta corpora talento
addicturum, non exſpectans immi-
nentes ſibi ab Omnipotente pœnas.
2 Hac Nicanoris expeditione Iudæ
nuntiata, quum ſuos de exercitus
3 aduentu certiores fecisſet, timi-
di et Dei vindictæ diffidentes, diffu-
4 giebant, ſeque ſubducebant: alii
etiam omnia reliqua venumdabant:
ſimulque Dominum orabant, vt ab
impio Nicanore venditos ante,
quam captos, tueretur, ſi non pro-
5 pter ipſos, at propter ea, quæ ipſi
cum eorum maioribus fœdera in-
tercederent: quoniamque ipſius
venerando, et auguſto nomine cen-
5 ſerentur. Igitur Machabæus, coa-
ctis ſuis, qui erant numero ſex mil-
lia, hortatur, ne hoſtes pertime-
ſcant, neue externorum, ipſos iniu-
ria adgredientium, multitudinem
timeant, ſed animoſe pugnent, et 17
ſibi ob oculos tam nefariam illorum
in ſacrum locum contumeliam, et
indignisſime vaſtatæ vrbis vexatio-
nem, et inſuper antiquæ inſtitutio-
nis euerſionem proponant. Illi 18
quidem et armis, inquit, et audacia
freti ſunt: at nos omnipotenti Deo,
(qui poteſt et eos, qui nos adoriun-
tur, et totum orbem vno nutu deii-
cere,) confidimus. Commemora- 19
uit item eis lata maioribus diuinitus
auxilia, et illud contra Sennacheri-
bum, quo centum octoginta quin-
que hominum millia periisſent: et 20
illud in Babylonia factum cum ipſis
Gallis prœlium, vbi quum octo
omnino millia ad rem gerendam
venisſent cum Macedonum milli-
bus quatuor, et Macedones hæſita-
rent, illa octo millia, cæleſtis inter-
uentu ſubſidii, centum viginti ho-
ſtium millia ſuperasſent, et incre-
dibilia commoda peperisſent. His 21
exemplis quum ſuis animum au-
xisſet, et paratos pro legibus et pa-
tria mori reddidisſet, exercitum 22
quadripartito diuiſit, et fratres ſu-
os, Simonem, Ioſephum, et Iona-
thanem, ſuæ quemque aciei præ-
poſuit, attributis vnicuique militi-
bus mille quingentis. Præterea 23
Eleazarum legendo ſacro libro præ-
fecit: et, data tesſera auxilii diuini,
ipſe primam ducens aciem, cum
Nicanore prœlium commiſit: at- 24
que ita Dei omnipotentis ope inter-
fecere Nicanorianorum ſupra no-
uem millia: vulnerarunt, et mem-
bris mutilauerunt multo maximam
partem: omnes quidem in fugam
coniecerunt, eorumque facultа- 25
tes, qui ad ipſos venerant emen-
dos, abstulerunt: et illos aliquam-
diu perſecuti, ſeſe receperunt,
tempore interclusi, quod erat pri- 26
die ſabbati, quam ob cauſſam non
diu

27 diu illis inſtiterunt, ſed lectis ho-
ſtium armis, ſpoliisque detractis,
ſabbato ſe dederunt, ingentes Do-
mino gratias cum laudibus agen-
tes, qui ipſos ad eam diem ſeruauiſ-
ſet, et ſuæ miſericordiæ ſpecimen
28 eis præbuisſet. Poſt ſabbatum,
prædam cum vexatis, cum viduis et
pupillis, partiti, reliqua ipſi cum
29 famulis diuiſerunt. His peractis,
publicam ſupplicationem fecerunt,
miſericordem orantes Dominum,
30 vt tandem placaretur ſuis: Timo-
theumque et Bacchidem adorti, ſu-
pra viginti millia eorum interfece-
runt: arduisque munitionibus
præclare potiti, maximas prædas
diuiſerunt: quas quidem æquali-
ter inter ſe, et damna paſſos, pupil-
losque et viduas, et inſuper ſenio-
31 res partiti ſunt: et, captis hoſtium
armis, omnia diligenter locis ido-
neis poſuerunt: reliquam prædam
32 Hieroſolymam contulerunt: oc-
ciſo Timotheanorum tribuno, ho-
mine ſceleratisſimo, et qui multa
33 damna Iudæis intulerat. Deinde
victoriam in patria celebrantes,
eum, qui ſacras valuas incenderat,
Calliſthenem cremauerunt, quum
in quoddam tugurium perfugisſet.
Ita ille dignam tulit impietatis mer-
34 cedem. At conſceleratus ille Ni-
canor, qui mille negotiatores ad Iu-
dæorum venditionem adduxerat,
35 is auxilio Domini ſubactus ab eis,
qui eius erant iudicio vilisſimi, de-
poſito ſplendido veſtitu, per mare
medium, fugitiui modo, ipſe ſibi
ſolitudinis auctor, venit Antiochi-
am, re infelicisſime geſta, deleto
36 exercitu: et qui ſe ſuſceperat Ro-
manis esſe de captiuis hieroſolymi-
tanis tributum confecturum, is
nuntiauit, Iudæos habere propu-
gnatorem: et hac ratione lædi non
posſe, quod latas ab eo ſequerentur
leges.

CAPVT IX.

Antiochi fœda ex Perſide diſcesſio. Antiochi impotentia furentis tormina, putrefactio. Ad frugem rediens rex in ærumnis. Ad Iudæos Antiochi litteræ blandæ.

Circa id tempus Antiochus fœ- 1
de ex Perſidis locis diſcesſe-
rat. Nam in vrbem ingres- 2
ſus, quæ dicitur Perſepolis, conatus
erat fanum depeculari, et vrbem
occupare. Quamobrem vulgo ad
armorum præſidium concitato, ac-
cidit, vt pulſus ab incolis Antiochus,
turpem discesſum faceret. Quum- 3
que esſet ad Ecbatana, nuntium ac-
cepit de caſu Nicanoris et Timo-
thei: et iracundia elatus, cogita- 4
bat etiam acceptum ab eis, a quibus
fugatus erat, detrimentum, in Iu-
dæos impingere. Itaque iusſit au-
rigæ, vt continenter pergens, iter
expediret, cæleſtibus pœnis videli-
cet eum vrgentibus: ſic enim ſu-
perbe dixit: ſepulcretum Iudæo-
rum Hieroſolyma faciam, vbi eo
peruenero. Sed omnipotens Do- 5
minus, Iſraelitarum Deus, eum in-
ſanabili cæcoque morbo adfecit.
Nam ſimulac eam vocem protulit,
correptus eſt viſcerum dolore ir-
remediabili, et acerbis inteſtino-
rum cruciatibus: et meritisſimo, 6
qui tot et tam inauditis pœnis alio-
rum viſcera torſisſet. At ille tan- 7
tum abfuit, vt ferociendi finem fa-
ceret, vt etiam ſuperbia plenus,
ignem animo ſpiraret in Iudæos:
iterque celerari iuberet. Accidit
autem, vt ex curru, dum rapide
fertur, caderet: grauique lapſu læ-
ſus, omnibus corporis membris
discruciaretur. Ac qui modo, hu- 8
manum excedente modum iactan-
tia, putabat ſe maris imperaturum
fluctibus, et montium moles in ſta-
tera libraturum: is humi deie-
ctus, in geſtatorio ferebatur, mani-
feſtam Dei potentiam omnibus
oſtendens, adeo vt ex impii cor- 9
pore vermes ſcaterent: viuentiſ-
que

que carnes cum doloribus et cru-
ciatibus dilaberentur, tanto fœtore,
vt is toti exercitui moleſtus eſſet:
10 quique paullo ante cæleſtia tange-
re ſidera videbatur, eumdem pro-
pter intolerabile virus odoris, ge-
11 ſtare nemo poſſet. Hic igitur
perculſus, nimiam deſinere ſu-
perbiam, et ad ſui cognitionem
venire cœpit, diuinæ ſcuticæ do-
loribus adſidue magis ac magis au-
12 geſcentibus: et ne ipſe quidem
ſuum odorem ferre valens, ſic lo-
quitur: æquum eſt Deo ſubiici, et
non, mortalis quum ſis, ſeſe Deo ar-
13 roganter æquare. Orabat autem
ſceleſtus, iam non miſerturum
14 Dominum, ita dicens, ſeſe vr-
bem ſanctam, (ad quam tanta cum
feſtinatione contendebat, eam com-
planaturus, et in ſepulcretum red-
acturus,) liberam eſſe redditu-
15 rum: et Iudæos, (quos ne ſepultura
quidem dignari ſtatuerat, ſed aliti-
bus et feris, vna cum ipſorum
paruulis, proiicere deuorandos,)
omnes Athenienſibus exæquatu-
16 rum: quodque prius depeculatus
erat ſacrum templum, pulcherrimis
donariis ornaturum, et ſacra vaſa
omnia multiplicata redditurum, et
neceſſarios ad ſacrificia ſumtus de
ſuis eſſe reditibus ſuppeditaturum,
17 atque inſuper Iudæum ſe fore, o-
mniaque habitata loca peragratu-
rum, Dei potentiam nuntiantem.
18 Sed quum haudquaquam deſinerent
dolores, (inuaſerat enim eum iu-
ſtum Dei ſupplicium,) de ſuis rebus
deſperans, ſcripſit ad Iudæos infra
ſcriptam epiſtolam, ſuppliciter com-
19 poſitam, hæc continentem: BO-
NIS IVDAEIS CIVIBVS, rex et
imperator Antiochus ſalutem pluri-
mam, et bene valere, et bene rem
20 gerere. Si vos valetis, veſtrique
liberi, et veſtra ſe vobis ex ſenten-
tia habent, maximas ago ſane Deo
21 gratias, in cælo ſpem habens. E-
quidem ſum infirma valetudine.
Quum, ex Perſidis tractu rediens,
in difficilem morbum incidiſſem,
amice recordatus honoris, et be-
neuolentiæ veſtræ, operæ pretium
exiſtimaui, communi omnium ſe-
curitati conſulere, non de me qui- 22
dem deſperans: nam magnam ha-
beo ſpem, fore, vt ex hoc morbo
euadam. Sed quum viderem et- 23
iam patrem meum, quo tempore
in ſuperiores regiones expeditio-
nem fecit, conſtituiſſe ſucceſſorem,
vt ſi quid inexſpectatum accidiſſet, 24
aut ſiniſtrum aliquid nuntiatum fu-
iſſet, incolæ, ſcientes, cui rerum
adminiſtratio relicta fuiſſet, non
perturbarentur: præterea quum 25
conſiderarem, finitimos dynaſtas, et
regno vicinos tempora aucupari,
euentum exſpectantes, Antiochum
filium regem creaui, quem ſæpe
in ſuperiores ſatrapias recurrens,
pleriſque veſtrum committe-
bam atque commendabam. Scri-
pſi autem ad eum, quæ ſubiecta
ſunt. Hortor igitur vos, et peto,
vt et publicorum, et priuatorum 26
beneficiorum memores, eam, quam
quiſque habet erga me, et erga fili-
um, beneuolentiam, retineatis.
Confido enim, eum inſtitutum me-
um ſequentem, modeſte vobis eſ- 27
ſe, et humane vſurum. Igitur
homicida ille, et in Deum contu- 28
melioſus, dira paſſus, vt alios adfe-
cerat, peregre in montibus miſe-
rabiliſſimo fato vitam finiuit: cu-
ius quum corpus, Philippus, qui 29
cum eo fuerat educatus, auferret,
veritus Antiochi filium, ad Ptole-
mæum Philometorem in Aegyptum
ſe contulit.

CAPVT X.

Vrbs a Iudæis recepta, expiata, luſtratum fanum. Veneno ſe vita priuans Macron. Contra Iudæos Gorgias. Idumæorum expugnatæ munitiones. Portenta pro

pro Iudæorum ſalute. Timothei fuga, nex tandem.

1 MAchabæus autem, et eius
ſocii, duce Domino, tem-
plum vrbemque recepe-
2 runt, exſtructas in foro ab exter-
nis aras, itemque delubra dirue-
3 runt, et, expiato templo, aliam a-
ram fecerunt: excuſoque de ſilici-
bus igne ſacrificium fecerunt poſt
biennium, et ſex menſes, ſuffitum-
que et lucernas, et adpoſititios pa-
4 nes curarunt: atque, iis factis, pro-
ni contenderunt a Domino, ne dein-
ceps in eiuſmodi mala inciderent:
ſed ſi quando peccauiſſent, ab ipſo
clementer caſtigarentur, non au-
tem maledicis in Deum, et barbaris
5 gentibus dederentur. Ac, quo die
templum fuerat ab externis profa-
natum, accidit, vt eodem die fie-
ret templi luſtratio, eiuſdem men-
ſis, ſcilicet Casleu, die viceſimo-
6 quinto: egeruntque cum lætitia
dies octo, ritu feſti vmbraculorum,
recordantes, vt paullo ante in mon-
tibus, et ſpeluncis, more ferarum,
tabernaculorum feſtum egiſſent.
7 Itaque thyrſos, virenteſque ra-
mos, itemque palmas habentes, e-
ius laudes carminibus celebrabant,
qui eis ſuum fauorem ad luſtran-
dum ſuum templum accommo-
8 daſſet. Sanxerunt autem publico
decreto, et plebiſcito, vt vniuerſa
Iudæorum natio eos dies quotannis
9 ageret: et Antiochi quidem, qui
adpellatus eſt Epiphanes, obitus ſic
10 ſe habuit. Iam de Eupatore Anti-
ocho, illius impii filio, narrabi-
mus, continua bellorum, coniuncta
11 bellis, mala paucis explicantes. Is
regnum adeptus, Lyſiæ cuidam re-
rum adminiſtrationem mandauit,
Cœleſyriæ et Phœniciæ imperatori
12 ſummo. Ptolemæus enim, qui
Macron vocabatur, ſtudens erga
Iudæos, (quibus tanta facta fuiſſet
iniuria,) æquitatem retinere, co-
13 nabatur pacem cum eis agere. Vn-
de quum apud Eupatorem ab ami-
cis accuſaretur, et ſubinde prodi-
tor audiret, quod Cyprum, ſibi a
Philometore commiſſam, reliquiſ-
ſet, et ſe ad Antiochum Epiphanem
contuliſſet, quumque nullam
ſplendidam poteſtatem haberet, vi-
ta ſe, præ animi angore, veneno
priuauerat. Gorgias autem, eo- 14
rum locorum dux factus, milites
conducebat, et fere bella contra
Iudæos fouebat. Accedebat eo, 15
quod Idumæi, opportunas munitio-
nes obtinentes, Iudæos exercebant:
et, adſcitis his, qui erant pulſi Hiero-
ſolymis, bellum alere tentabant.
Machabæani vero, facta ſupplica- 16
tione, oratoque Deo, vt ſibi ferret
auxilium, in Idumæorum muniti-
ones impetum fecerunt: iiſque 17
locis, fortiter oppugnatis, potiti
ſunt: et, ſuperatis omnibus, qui de
muro propugnabant, obuios paſſim
trucidarunt, et non minus viginti
millibus occiderunt. Quumque 18
non pauciores, quam nouem millia,
in duo caſtella muniтiſſima, et o-
mnia ad tolerandam obſidionem ha-
bentia, confugiſſent, Machabæus, 19
relicto ad eorum obſidionem Simo-
ne et Ioſepho, et præterea Zacchæo
cum ſuis, ipſe ad vrgentia magis lo-
ca ſe contulit. At Simoniani aua- 20
ritia inducti, a quibuſdam caſtel-
lanorum pecunia corrupti ſunt: ac-
ceptiſque ſeptuaginta drachmarum
millibus, nonnullos dilabi permiſe-
runt. Qua re Machabæo nuntiata, 21
coactis exercitus ducibus illos accu-
ſauit, qui pecunia fratres vendidiſ-
ſent, hoſtes periculo eorum dimit-
tendo. Atque illos quidem, qui 22
fuiſſent proditores, interfecit: ſta-
timque duo caſtella expugnauit, et 23
armis feliciter vſus in omnibus de-
leuit in illis duabus munitionibus
ſupra hominum viginti millia.
Timotheus vero, qui prius victus 24
a Iudæis fuerat, contracto ingenti
peregrinorum exercitu, coactoque
aſiano

aſiano equitatu non pauco, aderat,
25 vt Iudæam ſubacturus armis At
Machabæani, eo propinquante, ad
Deum precandum verſi ſunt: et,
capitibus terra conſperſis, centoni-
26 bus latera ſuccincti, ad aræ gra-
dum iacentes orabant, vt ipſis pro-
pitius hoſtes ipſorum tractaret ho-
ſtiliter, et aduerſariis aduerſaretur,
27 ſicuti lex declarat. Deinde ſuppli-
catione defuncti,captis armis,ab vr-
be proceſſere longius: et, vbi pro-
pe hoſtes ventum eſt, reſtitere.
28 Deinde ſimulac orta dies eſt, con-
currerunt vtrique, hi pro pignore
felicitatis, et victoriæ cum virtute
coniunctæ, habentes in Domino
perfugium: illi certaminum duce
29 vtentes furore. Igitur commiſſo
acri prœlio, viſi ſunt aduerſariis de
cælo in equis auro frenatis viri
quinque inſignes, Iudæis præeun-
30 tes: quorum duo receptum in
medium Machabæum ſuis armis
protegentes, inuulneratum tue-
rentur, et in aduerſarios tela iace-
rent, et fulmina. Itaque caligine
circumfuſi, trucidabantur, pertur-
31 batione pleni. Occiſa ſunt autem
viginti millia quingenti, equites ve-
32 ro ſexcenti. Ipſe Timotheus au-
fugit in præſidium quoddam muni-
tiſſimum,Gazara dictum, cui Chæ-
33 reas præerat: quod præſidium
Machabæani alacres per quatuor
34 dies obſederunt. Quumque ii, qui
intus erant, loci præcipitio confiſi,
immodica conuicia et verba nefan-
35 da iactarent, illuceſcente viceſi-
mo quinto die, Machabæani iuue-
nes, animis propter contumelias
ardentes, murum fortiſſime, et fe-
ro animo adgreſſi, obuios quoſque
36 cædere. Item alii, diſtractis eo ad-
uerſariorum copiis, ad interiores
adſcendere,turreſque incendere: et
incenſis ignibus,maledicos illos vi-
37 uentes cremare. Alii, refractis
portis,admiſſaque reliqua acie, op-
pidum capiunt: et Timotheum, in
quadam ſpecu latentem, eiuſque
fratrem Chæream, et Apollopha-
nem iugulant. His geſtis, Domi- 38
no cum carminibus et laudibus gra-
tias egerunt, qui tanto beneficio Iſ-
raelitas adfeciſſet, eiſque victoriam
dediſſet.

CAPVT XI.

Contra Iudæam Lyſiæ impetus. Auxiliantes Machabæani conſanguineis periclitantibus. Prodigium equitis cæleſtis pro Machabæanis. Lyſiæ fuga, legatio ad Iudæos de pace. Ad Lyſiam Antiochi litteræ. De compoſitione Romanorum litter ad Iudæos.

PErparuo poſt tempore Lyſias 1
regis procurator et cognatus,
rerumque adminiſtrator, eas
res ægerrime ferens, coactis pe- 2
ditibus ad octoginta millia, cum v-
niuerſo equitatu Iudæos adgreditur,
in animo habens, ex vrbe facere
Græcorum domicilium: tem- 3
plumque quæſtui, (ſicuti cetera gen-
tium delubra,) et pontificatum ve-
nalem quotannis habere, nihil mi-
nus quam de Dei potentia cogitans.
Igitur equitum magnis, peditum 4
maioribus ferox copiis, et elephan-
tis octoginta, Iudæam ingreſſus, 5
et Bethſuram adgreſſus, locum na-
tura munitum, a Hieroſolymis cir-
citer quinque ſtadia diſtantem, op-
pugnare cœpit. Eum poſtquam 6
munitiones obſidere intellexere
Machabæani, Dominum cum que-
rimoniis et lacrimis vna cum reli-
quo hominum vulgo, obſecrabant,
vt bonum angelum Iſraelitis mitte-
ret ad ipſorum ſalutem. Ipſe pri- 7
mus Machabæus ſumtis armis, alios
hortatus eſt, vt ſecum periculum
ſubirent auxiliandi ſuis conſangui-
neis. Ita quum ſimul alacres pro- 8
ficiſcerentur, nec adhuc procul
Hieroſolymis abeſſent, adparuit
præcedens eos eques alba veſte, au-
rea arma quatiens. Tum illi vni- 9
uerſi

uerſi Deo miſericordi gratias agere
et ita animis confirmari, vt non ſo-
lum homines, verum etiam ferocis-
ſimas beſtias, et ferreos muros eſ-
10 ſent confodere parati. Ita inſtru-
cto agmine progresſi, cæleſtem
adiutorem, Domini miſericordia
11 habentes, impetu in hoſtes leo-
num ritu facto, proſtrauere pedi-
tum millia vndecim, et equites mil-
12 le ſexcentos, omnesque in fugam
egerunt: quorum plerique ſaucii,
nudi euaſerunt. Ipſe Lyſias fuga
13 turpiter elapſus, homo non inſi-
piens, et quod acceperat detrimen-
tum apud ſe conſiderans, et inuictos
esſe Hebræos cogitans, propugnan-
te pro eis omnium rerum præpo-
tente Deo, legatos ad eos miſit de
compoſitione in quascumque le-
14 ges, promittens, ſe regi perſuaſu-
15 rum, vt eis fieret amicus. Quæ
omnia Lyſiæ poſtulata Machabæus
concesſit, vtilitati conſulens. Nam
quæcumque Machabæus poſtulata
de Iudæis ſcripto edidit Lyſiæ, iis
adſenſus eſt rex.
16 Sunt autem ſcriptæ Iudæis lit-
teræ a Lyſia in hunc modum:
LYSIAS populo Iudæo ſalu-
17 tem. Ioannes et Abſalomus a vo-
bis misſi, poſtquam nobis ſubſcripta
veſtra poſtulata tradiderunt, pete-
bant ſuper eis, quæ ibi ſignifica-
18 bantur, reſponſum, quæ igitur ad
regem referenda erant, ei expoſui,
19 ac quæ licebat, concesſit. Quod ſi
in rebus beneuolentiam retinueri-
tis, dabo operam, vt et in poſterum
20 vobis bonorum cauſſa ſim. Sed de
his ſingillatim præcepi et his ve-
ſtris, et meis, quæ vobiscum collo-
21 quantur. Valete. Anno centeſimo
duodequinquageſimo, Dioſcori vi-
22 ceſima quarta. Regis autem epi-
ſtola ita continebat: REX AN-
TIOCHVS fratri Lyſiæ ſalutem.
23 Patre noſtro in deos relato, volen-
tes eos, qui regno ſubiecti ſunt, ſine
perturbatione gerere curam ſua-
rum rerum, audiuimus, Iudæos 24
non conſentire in factam a patre in
græcos mores mutationem: ſed
ſuis addictos inſtitutis poſtulare, vt
ſua ſibi iura concedantur. Cupi- 25
entes igitur eam quoque gentem ſi-
ne turbis esſe, decernimus, vt et fa-
num eis reſtituatur, et maiorum ſu-
orum reipublicæ inſtitutione vtan-
tur. Recte igitur feceris, ſi eis, 26
misſis nuntiis, ſidem dederis, vt in-
telligentes voluntatem noſtram,
bono ſint animo, et libenter ſua-
rum rerum adminiſtrationem reci-
piant. Ad gentem autem epiſtola 27
regis talis erat: REX ANTIO-
CHVS ſenatui Iudæorum, et a-
liis Iudæis ſalutem. Si valetis, eſt 28
vt volumus: nos quoque valemus.
Demonſtrauit nobis Menelaus, vel- 29
le vos ad veſtra remigrare, et ibi
esſe. Igitur redeuntibus vsque ad 30
diem triceſimam Xantici menſis Iu-
dæis licebit, data fide, ſine me- 31
tu, ſuo victu et legibus vti, vt prius,
neque quisquam eis vllo pacto ob
commisſos errores moleſtus erit.
Miſi etiam Menelaum, qui vos 32
commonefaciat: valete. Anno 33
centeſimo duodequinquageſimo:
Xantici viceſima quinta. Miſerunt 34
et Romani ad eos epiſtolam in hanc
ſententiam: QVINTVS Mem-
mius et Titus Manlius Romanorum
legati, populo Iudæo ſalutem.
Quæ Lyſias regis cognatus vobis 35
concesſit, nos quoque adprobamus.
De quibus autem ad regem refe- 36
rendum iudicauit, conſultate ſuper
iis: et quamprimum aliquem mit- 37
tite, vt rem componamus, quem-
admodum vobis expedit. Nos e-
nim Antiochiam tendimus. Quare 38
properate et mittite aliquos, vt et
nos cognoſcamus, quæ ſit veſtra
ſententia. Valete.

CAPVT

CAPVT XII.

Ad regem ſuum Lyſias. Ad agros Iudæi. Submerſi Iudæi ad ducentos. Ioppitarum incenſæ claſſes. Arabes a Iuda victi. Timothei fuga, captiuitas, euaſio. Cum Gorgia Iudæ congreſſus. Profligati Gorgiani. Pro mortuis expiatio Machabæi.

1 IGitur anno centeſimo quadrage-
ſimo octauo, Xantici viceſima-
quinta, factis his pactionibus,
Lyſias ad regem diſceſſit. Iudæi ad
2 agriculturam ſe contulerunt. Sed
regionum præſides Timotheus et
Apollonius Gennæi filius, itemque
Hieronymus, et Demophon, et
præter eos Nicanor Cypri prætor,
eos tranquillo ſtatu quietem agere
3 non ſinebant. Ioppitæ quoque
huiusmodi facinus admiſerunt.
Hortati inquilinos ſuos Iudæos, vt
in ſcaphas, quas ipſi præbebant,
conſcenderent cum ſuis vxoribus et
liberis, tamquam nulla inter eos in-
4 tercedente ſimultate, ſed ciuitate
ita publice ſciſcente, quum Iudæi
conſenſiſſent, quippe pacem volen-
tes, et nihil ſuſpectum habentes, il-
li eos, in altum ſubductos, ſubmer-
5 ſerunt, non minus ducentos. Hac
in ſuos populares crudelitate cogni-
ta Iudas, ſuis arma capere iuſſis, et
6 inuocato iuſto iudice Deo, ad-
uerſum fratrum ſuorum interfe-
ctores contendit, et portum noctu
incendit, ſcaphasque combuſſit: et
qui eo confugerant, trucidauit:
7 tum oppido excluſus diſceſſit, reuer-
ſurus, et Ioppitarum ciuitatem vni-
8 uerſam exſtirpaturus. Deinde
quum intellexiſſet, Iamnitas quo-
que idem facinus in inquilinos Iu-
9 dæos conari, eos noctu adortus,
portum cum claſſe incendit, ita vt
incendii ſplendor vsque a Hieroſo-
lymis cerneretur, ſtadiis ducentis
10 quadraginta. Inde quum, ſtadia
nouem progreſſus, ad Timotheum
contenderet, inuaſerunt eum Ara-
bes, quorum erant pedites non mi-
nus quinque millia, et equites
quingenti: commiſſoque acri 11
prœlio, quum Iudæi diuino auxi-
lio rem feliciter geſſiſſent, victi
Nomades, Iudam de deditione ora-
uerunt, promittentes, ſe et pecora
tradituros, et in aliis adiuturos. Iu- 12
das conſiderans, eos ſibi ad multa
plane vtiles, pacem eis conceſſit:
et illi, accepta fide, ad ſua taber-
nacula ſe receperunt. Adgreſſus 13
eſt et oppidum quoddam pontibus
munitum, muris circumſeptum,
nomine Caſpim, quod diuerſarum
nationum incolæ tenebant: qui 14
murorum firmitate, congeſtoque
commeatu freti, contumelioſius in
Iudæos agebant, conuiciantes et
maledicentes, nefandaque dicentes.
Tum Iudæi, inuocato ſummo 15
mundi rectore, qui ſine arietibus,
et machinarum adparatu Hieri-
chuntem Ioſuæ temporibus detur-
baſſet, in mœnia ferociſſime impe-
tum fecerunt: et oppido Dei vo- 16
luntate potiti, incredibilem cæ-
dem fecerunt, adeo vt adiacens la-
cus, latitudine duo ſtadia patens,
ſanguine, quo conſperſus erat, ple-
nus eſſe videretur. Illinc profecti,
ſeptingentorum quinquaginta ſta- 17
diorum itinere expedito, peruene-
runt in Characem ad eos Iudæos,
qui Tubieni dicuntur: et Timo-
theum quidem in eis locis non of- 18
fenderunt: nam is infecta re illinc
diſceſſerat, relicto validiſſimo præ-
ſidio in quodam loco munito:
quem locum adgreſſi Doſitheus et
Soſipater, qui erant ex Machabæa- 19
norum ducibus, relictos illic a Ti-
motheo deleuerunt, homines ſu-
pra decem millia. Machabæus au-
tem, inſtructo exercitu ſuo, et in 20
cohortes ordinato, ad Timotheum
ire contendit, habentem apud ſe
peditum millia centum viginti, e-
quitum duo millia quingentos.

21 Timotheus,cognito Iudæ aduen-
tu,mulieres et paruulos,aliaque im-
pedimenta miſerat in locum, qui
Carnion adpellabatur: et erat op-
pugnatu adituque difficilis, pro-
pter omnium locorum anguſtias.
22 Sed conſpecta prima Iudæ cohorte,
tantus hoſtes terror, metusque, ad
Dei omnia videntis aduentum per-
uaſit, vt, in fugam verſi, alii alio
ferrentur, crebroque læderentur a
ſuis, et enſium mucronibus confo-
23 derentur: quos cupidius inſecu-
tus Iudas, et ſceleratos obtruncans,
hominum triginta millia deleuit.
24 Ipſe Timotheus a Soſitheo, et Soſi-
patro exceptus, magna cum callidi-
tate petiit, vt ſaluus dimitteretur,
propterea quod complurium pa-
rentes, nonnullorum fratres habe-
ret, qui in periculo futuri esſent, ſi
25 ipſe mortuus fuisſet. Ita quum ille
fidem multis verbis fecisſet, et ſe il-
los indemnes redditurum esſe pepi-
gisſet,illi eum propter fratrum ſuo-
26 rum ſalutem demiſerunt. At Ma-
chabæus ad Carnion et Atargatium
profectus, hominum vigintiquin-
27 que millia interemit: iisque fuſis
atque deletis, exercitum duxit ad
Ephronem oppidum munitum,
quod Lyſias, et magna conuena-
rum multitudo incolebat. Et quam-
uis iuuenes robuſti pro muris ſtan-
tes fortiter propugnarent, et ma-
chinarum telorumque adparatus
28 adesſet, tamen Iudæi, inuocato
illo rerum præpotente, qui ſua vi
hoſtium vires frangit, oppidum ex-
pugnarunt, et oppidanorum ad vi-
gintiquinque millia trucidarunt.
29 Illinc profecti, contenderunt ad
Scythopolim, diſtantem Hieroſo-
30 lymis ſtadia ſexaginta. Sed quum
incolæ Iudæi teſtati esſent, quanta
erga ipſos Scythopolitæ beneuolen-
tia præditi esſent, quantaque in
ipſos humanitate, aduerſis tempo-
31 ribus vſi fuisſent: illi actis gratiis
Scythopolitis, eosque hortati, vt in
eadem erga Iudæorum genus beni-
gnitate perſeuerarent, Hieroſoly-
mam, inſtantibus ſeptimanalibus,
peruenerunt. Deinde poſt feſtum 32
diem, qui Pentecoſte vocatur, pro-
fectus eſt Iudas aduerſus Gorgiam
Idumææ prætorem, cum pedi- 33
tum tribus millibus, et equitibus
quadringentis: commisſoque 34
prœlio, quum paucos Iudæorum
cadere contigisſet, Doſitheus qui- 35
dam Baſcenoris filius, eques, vir ro-
buſtus, Gorgiæ inſtabat, et chlamy-
de prehenſum magna vi trahebat,
volens hominem ſceleratum viuum
capere. Verum quum inuectus in
eum quidam Thrax eques, ei hu-
merum abſcidisſet, effugit Gorgias
Mareſam. Sed diutius pugnanti- 36
bus Gorgianis, et iam defatigatis,
Iudas Dominum precatus, vt ſe pu-
gnæ adiutorem ducemque præbe-
ret, clamorem cum carminibus 37
patrio ſermone exorſus, et Gorgia-
nos de improuiſo cum clamore ad-
gresſus, in fugam vertit: deinde 38
receptum exercitum ad Odollam
oppidum duxit: et, inſtante die ſe-
ptimo, luſtrati, vt mos erat, ibi
ſabbatum egerunt. Poſtridie 39
quum Iudæi conuenisſent ad Iu-
dam, quemadmodum res poſtula-
bat, vt cæſorum corpora auferrent,
et patriis ſepulcris cum fratribus
mandarent, inuenerunt ſub o- 40
mnium mortuorum tunicis dona-
ria, iamnianis deaſtris conſecrata,
quibus lex Iudæis interdicit: ex
quo omnibus perſpicuum fuit, hanc
ob causſam eos occubuisſe. Itaque 41
omnes iuſtum iudicem Deum col-
laudantes, qui occulta redderet a-
perta, et ad preces conuerſi, ro- 42
gauerunt, ne ipſi propter id com-
misſum peccatum prorſus deleren-
tur. Tum nobilis ille Iudas multi-
tudinem hortatus eſt, vt ſe inſontes
conſeruarent, ante oculos viden-
tes

tes ea, quæ propter occiſorum pec-
43 catum euenisſent. Deinde ſtipe
coacta, et redactis argenti drach
mis ad duo millia, eas miſit Hiero-
ſolymam ad ſacrificium pro pecca-
to procurandum: recte ſane et ho-
neſte faciens, qui de reſurrectio-
44 ne cogitaret. Niſi enim eos, qui
occubuerant, reuicturos ſperaret,
ſuperuacaneum esſet, et nugato-
45 rium, pro mortuis orare. Præ
terea quod ſi conſiderabat, iis, qui
pie obdormiuisſent, optimam esſe
repoſitam gratiam, ſancta erat et
46 pia cogitatio. Hanc ob causſam
pro mortuis expiationem procura-
uit, vt abſoluerentur a peccato.

CAPVT XIII.

In Iudæam Antiochi expeditio. Menelaus ab Antiocho ſupplicio adfectus. Antiochi caſtra noctu Iudas inuadens. Res feliciter per Iudæos geſta. Facta cum Antiocho pax.

1 ANno autem centeſimo qua-
drageſimo nono Iudæ nun-
tiatur, Antiochum Eupato-
rem aduentare cum copiis in Iudæ-
2 am, et cum eo Lyſiam procura-
torem, et rerum adminiſtratorem
vtrumque græcas copias haben-
tem, peditum centena dena millia,
equitum quina millia trecenos, ele-
phantos vicenos binos, falcatos
3 currus trecenos. Menelaus quo-
que ſe cum eis coniunxerat, et
multa cum ſimulatione hortabatur
Antiochum, non ob ſalutem pa-
triæ, ſed ſpe principatus adipiſcen-
4 di. Sed regum rex animum An-
tiochi in ſceleratum illum concita-
uit: itaque quum Lyſias demon-
ſtrasſet, eum esſe omnium malorum
causſam, iusſit eum Antiochus Ber-
rœam duci, et in eo loco, vti mos
5 erat, interfici. Erat in eo loco
turris quinquaginta cubitorum,
plena cineris, quæ machinam ha-
bebat rotundam, vndique in cine-
rem præcipitem. Ibi ſacrilegii 6
conuictos, aut quopiam alio ſin-
gulari facinore obſtrictos, vniuerſi
ad necem detrudebant. Tali fato 7
mori contigit nefarium illum Me-
nelaum, ne humationem quidem
adeptum. Et merito ſane, qui 8
multa in aram facinora patrauisſet,
vbi ſacer ignis et cinis erat, is in
cinere mortem oppetiit. Cete- 9
rum efferatus animo rex pergebat,
teterrima patraturus in Iudæos,
qualia ſub eius patre facta fuerant.
Quod vbi Iudas accepit, multitudi- 10
ni denuntiauit, Dominum vt dies
noctesque obſecrarent, vt ſi quan-
do alias, nunc maxime ſuccurreret
iis, qui in periculum de lege, de pa-
tria, de ſacro templo venirent:
neue populum, modo paullulum re- 11
creatum, ſineret in infandarum
gentium venire poteſtatem. Hoc 12
vbi omnes ſimul fecerunt, Domi-
numque miſericordem cum plora-
tu, et ieiuniis iacentes humi per
dies tres continenter obſecrarunt,
Iudas eos conſolatus, iusſit, vt præ-
ſto adesſent: ipſe ſeorſum cum ſe- 13
natoribus conſilium habuit, vt prius
quam regis exercitus Iudæam in-
uaderet, et vrbe potiretur, egresſi
ope Domini de ſumma rerum de-
cernerent. Deinde, commendato 14
Dominatori mundi negotio, ſuos
cohortatus, vt egregie pro legibus,
pro ſacris, vrbe, patria, ciuitate,
vel ad mortem vsque decertarent,
caſtra apud Modinum fecit: data- 15
que ſuis tesſera, Dei victoria, no-
ctu cum delectis iuuenum præſtan-
tisſimis tabernaculum regis ador-
tus, peremit in caſtris ad hominum
[a] quatuor millia: et principem ele-
phantum cum familiæ turba con-
fecit: et ita caſtris terrore et tur- 16
barum plenis, re feliciter geſta dis-

a) Latinus quatuordecim.

7 ceſſit. Atque hoc, illuceſcente iam
die, factum eſt, opitulante ei Do-
18 mini præſidio. Tum rex hoc au-
daciæ Iudæorum guſtu capto, loca
19 arte attentabat: et ad Bethſura,
quod erat firmum Iudæorum præ-
ſidium, exercitum admouit. Sed
pellebatur, offendebat, et infe-
20 rior erat; quum interim Iudas
iis, qui intus erant, neceſſaria ſub-
21 miſit: quod arcanum enuntiauit
hoſtibus Rhodocus ex iudaico ex-
ercitu, qui conquiſitus captusque,
22 in vincula coniectus eſt. Rex au-
tem iterum cum Bethſurenſibus
collocutus, data acceptaque fide,
diſceſſit: et cum Iuda congreſſus,
23 inferior fuit. Deinde poſtquam
accepit, deſciuiſſe Philippum, qui
Antiochiæ ad res adminiſtrandas
relictus fuerat, perturbatus Iu-
dæos orauit, ſubmiſſusque quasuis
in leges iurauit: et bello compoſi-
to rem diuinam fecit, templo ho-
24 norem habuit, humanitate in lo-
cum vſus eſt, cum Machabæo red-
iit in gratiam, et Hegemonide a
Ptolemaide vsque ad Gerrenos præ-
ſide relicto, Ptolemaidem venit.
25 Quumque Ptolemaenſes compoſi-
tionem ægre ferrent, et ita indigna-
rentur, vt conditiones violare vel-
26 lent: Lyſias conſcenſo ſuggeſtu,
cauſſam ita probabiliter defendit,
vt illis perſuaſerit, eosque pacaue-
rit: atque ita conciliata eorum be-
neuolentia, ille ſe Antiochiam re-
cepit. Hoc ſe modo regis expeditio,
et receptio habuit.

CAPVT XIIII.

Demetrius Antiochum interficiens. Alcimus iam pontifex ad Demetrium. In Iudam criminationes Alcimi. Inflammatus in Iudam Demetrius. Pax inter Nicanorem atque Iudæos. Iudæ coniugium. Contra Nicanoris nomen Alcimus apud Demetrium. Razis obitus admirandus.

EXacto triennio, nuntiatum 1
eſt Iudæ, Demetrium Seleuci
filium, tripolitano portu
cum validis copiis, et claſſe inue-
ctum, regione potitum eſſe, An- 2
tiocho, et eius procuratore Lyſia
de medio ſublatis. Alcimus autem 3
quidam antea pontifex, ſed qui per
ea tempora, quibus omnia erant
permixta, fuerat ſua ſponte pollu-
tus, cogitans, nulla ſibi iam ratione,
neque ad ſalutem, neque ad ſacram
aram patere aditum, adiit re- 4
gem Demetrium, anno centeſimo
quinquageſimo primo, adferens ei
coronam auream, et palmam, et
item de iis ramis, qui in templo ſo-
lebant adhiberi. Atque eo quidem
die quietum ſe tenuit. Deinde 5
accommodum inſaniæ ſuæ tempus
nactus, a Demetrio in concilium vo-
catus, et quo in ſtatu eſſent, quid-
ue conarentur Iudæi, interroga-
tus, reſpondit in hunc modum: 6
qui ex Iudæis dicuntur Aſidæi, quo-
rum dux eſt Iudas Machabæus,
bellum et ſeditiones fouent, re-
gnum tranquillitate frui non ſinen-
tes. Itaque ego auita dignitate, 7
(pontificatum dico,) priuatus, huc
nunc veni, primum regis com- 8
modis ſincere ſtudens, deinde et-
iam ciuium meorum rationem ha-
bens Nam eorum, quos dixi, im- 9
portunitate vniuerſum genus no-
ſtrum læditur non mediocriter.
His omnibus perſpectis, tu rex, et
regioni, et circumuento generi no-
ſtro proſpicito, pro iſtius erga o-
mnes humanitatis facilitate. Nam 10
quamdiu Iudas ſupererit, fieri non
poteſt, vt res pace potiantur. Ta- 11
libus ab eo dictis, continuo reliqui
amici male in Iudam animati, De-
metrium inflammarunt. Itaque 12
ſtatim vocatum Nicanorem, ele-
phantorum magiſtrum, Iudææ
præſidem facit: eumque mittit 13
cum mandatis, vt Iudam interfi-
ciat,

ciat, eius ſocios profliget, et Al-
cimum pontificem ſtatuat ſummi
14 templi. Tum extranei, a Iuda ex
Iudæa fugati, Nicanori ſe gregatim
adiungebant, Iudæorum infelici-
tates et calamitates ſuam fore feli-
15 citatem putantes. Hac Nicanoris
expeditione, et externorum cona-
tu audito, illi terra conſperſi ſup-
plicabant ei, qui populum ſuum in
æternum ſtabiliuisſet, ſuisque ſem-
16 per ſua præſentia ſubuenisſet. De-
inde iubente duce, illinc continuo
profecti, cum hoſtibus congresſi
17 ſunt ad pagum Desſau, vbi Simon
Iudæ frater cum Nicanore con-
gresſus erat, et pæne propter ho-
ſtium repentinum tacitumque ad-
18 uentum lapſus: tamen audiens
Nicanor, quanta Iudæorum forti-
tudo, et alacritas esſet in certami-
nibus pro patria, ſanguine decer-
19 nere formidabat. Itaque Poſido-
nium, et Theodotum, et Mattha-
thiam miſit, qui fidem darent et ac-
20 ciperent. Quibus de rebus adhibi-
ta maiore deliberatione, quum
dux rem ad vulgum retulisſet, et
ſententia conſentiens exſtitisſet, ad-
21 ſenſi ſunt compoſitioni: et diem
colloquio ſtatuerunt, quo die ſe-
orſum eodem conuenirent. Is dies
poſtquam aduenit, et ab vtroque
22 diuerſæ poſitæ ſunt ſellæ, quum
Iudas armatos diſpoſuisſet, in locis
opportunis paratos, ne quid frau-
dis ab hoſtibus repente naſceretur,
23 colloquium rite habuerunt: quo
habito, Nicanor Hieroſolymis de-
inceps manebat, neque quidquam
reprehendendum committebat:
24 dimisſaque gregariorum militum
turba, Iudam ſemper in oculis ha-
25 bebat: eumque humane colens
hortatus eſt, vt vxorem duceret,
et liberis operam daret. Itaque ille
duxit, et tranquillam vitam in-
26 gresſus, coniugio ſe dedit. At
Alcimus, animaduerſa eorum inter

ſe beneuolentia, et intellectis pa-
ctionibus inter eos factis, ad De-
metrium venit: eique retulit, Ni-
canorem contra ipſum ſentire,
quippe qui eius regni inſidiatorem
Iudam ſucceſsorem ſtatuisſet. Tum 27
rex iratus, et illius conſcelerati ca-
lumniis irritatus, ſcripſit Nicanori:
ſeſe compoſitionem grauiter ferre
dicens, et Machabæum vinctum
mitti ſtatim Antiochiam iubens.
Quo accepto nuntio confuſus Nica- 28
nor, ægre ferebat, violanda esſe
pacta, nulla orta ab illo iniuria.
Sed poſtquam regi contrauenire 29
non erat commodum, ſtudebat id
aſtu facere. At Machabæus vi- 30
dens, auſterius ſecum agere Nica-
norem, et occurrere ſolito trucu-
lentiorem, cogitans, auſteritatem
illam non ab optima re proficiſci,
collectis ſuorum non paucis, Ni-
canori ſe ſubtraxit. Tum ille in- 31
telligens, egregie ſe ab homine esſe
deceptum, ingresſus in ſummum
ſanctumque fanum, ſacerdotibus
rem diuinam rite facientibus, iusſit
hominem tradi. Atque illis cum 32
iureiurando negantibus, ſcire ſe,
vbinam esſet, qui quærebatur, ille,
porrecta ad templum dextera, hæc
iurauit: niſi vos mihi vinctum 33
Iudam tradideritis, ego hoc Dei
domicilium in campum redigam,
aram exſtirpabo, et hic Baccho in-
ſigne fanum exſtruam. Hæc lo- 34
cutus, diſcesſit. Tum ſacerdotes,
pasſis in cælum manibus, perpe-
tuum gentis noſtræ defenſorem im-
plorant, hæc dicentes: tu omni- 35
um dominator, nullius indigus,
voluiſti templum tuæ habitationis
apud nos fieri. Quapropter, o 36
ſancte, omnis ſanctitatis Domine,
tuere in perpetuum intaminatum
hoc recens purificatum domicili-
um, atque ita omnia improba ora
obſtrue. Razis autem quidam hie- 37
roſolymitanus ſenator, indicatus eſt

Nicanori vir reipublicæ amans, et
in primis bene audiens, qui ob be-
neuolentiam pater Iudæorum ad-
38 pellabatur. Nam ſuperioribus tem-
poribus, quum Iudæi a ceterarum
gentium commercio abſtinerent,
cauſſam dixerat iudaiſmi, et corpus
et animam pro iudaiſmo cum ſum-
39 ma conſtantia expoſuerat.
IgiturNicanor volens perſpicuum
facere odium,quod in Iudæos gere-
bat, miſit ſupra quingentos milites
40 ad illum comprehendendum. Iudi-
cabat enim, illo capto, rem fore Iu-
41 dæis calamitoſam. Quum mili-
tum multitudo turrim iamiam ca-
ptura foret, veſtibulique portæ vim
faceret, et ignem admoueri, fores-
que ſuccendi iuberet, deprehenſus
42 Razis incubuit gladio: generoſe
mori malens, quam in ſcelerato-
rum venire manus, et indignam ge-
neroſitate ſua contumeliam pati.
43 Sed quum ob trepidationis æſtum
vulnus parum recte inflixisſet, tur-
ba iam intra ostia irrumpente, in
murum magno animo cucurrit, et
ſeipſum fortiter in turbam præci-
44 pitauit: et illis celeriter disſipatis,
dato loco in media ilia delatus eſt,
45 atque adhuc ſpirans, et animis in-
flammatus, emicuit: et manante
fonte ſanguinis, grauibus adfectus
vulneribus per turbam curſu pene-
46 trauit, et in prærupto quodam
ſaxo ſtans, iam prorſus exſanguis
prolata inteſtina, et ambabus com-
prehenſa manibus, in turbam pro-
iecit: vitæque et ſpiritus Domi-
natorem precatus, vt ea ſibi ite-
rum redderet, hoc modo vitam
finiuit.

CAPVT XV.

Contra Iudam Nicanor. Suos confirmans Iudas. Somnio copiæ Iudæ animatæ. Ioniam orans Iudas in hoſtes congreſſuros. Hoſtes cæſi. Nicanor interfectus. Præfixum Nicanoris caput in arce Hieroſolymæ.

NIcanor autem audiens, Iudam 1
cum ſuis esſe in tractu Sama-
riæ,ſtatuit eos die quietis, ad-
hibita omni diligentia, inuadere.
Quumque Iudæi, qui eum coacti 2
ſequebantur, monerent, ne illos
tam inhumane et barbare perderet,
ſed honorem tribueret diei, quam
omnium ſpectator Deus ſanctitate
præ ceteris decorauisſet: quæſiuit 3
ille conſceleratus, numquid esſet
aliquis in cælo rerum præpotens,
qui ſabbati diem agi iusſisſet?
Quumque illi reſpondisſent, esſe 4
immortalem Dominum, in cælo
imperantem, qui diem ſeptimum
celebrari imperauisſet. Et ego, 5
(inquit ille,) potens ſum in terris,
qui arma capere, regisque negotia
peragere iubeo. Neque tamen im-
probitatis ſuæ conata perficere po-
tuit.Et Nicanor quidem, cum omni 6
faſtu inſoleſcens, commune de Iuda
tropæum erigere ſtatuerat. At 7
Machabæus perpetuo ſumma cum
ſpe confidebat, auxilium ſe a Domi-
no conſecuturum:ſuosque hortaba- 8
tur, ne externorum aduentum re-
formidarent: ſed memoria tenentes
auxilia, quibus antea de cælo fuiſ-
ſent defenſi, nunc quoque ſpera-
rent, victoriam ſe, et auxilium ab
omnipotente Deo adepturos. De- 9
inde eos lege, et vatibus citandis
conſolans, commemoratis etiam
certaminibus, quibus fuisſent per-
functi, alacriores reddidit, ere- 10
ctosque eorum animos incita-
uit: ſimul oſtendens externo-
rum perfidiam, ac periurium. Ita 11
ſingulos eorum non tam clipeo-
rum, et haſtarum munimento,
quam bonæ orationis conſolatione
armando, narrato etiam ſomnio
fide digno, mirifice delectauit. E- 12
rat autem ſomnii viſum huiusmodi:
Oniam

Oniam eum, qui fuerat pontifex,
probum honeſtumque virum, in
congreſsionibus grauem, moribus
comem, oratione facundum, et a
puero in omnibus virtutis rationi-
bus exercitatum: hunc, inquam,
paſsis manibus orare pro vniuerſo
13 Iudæorum ſtatu. Deinde ita ad-
paruiſſe hominem quemdam cani-
tie et gloria præſtantem, mirabili
quadam et magnificentisſima præ-
14 ditum excellentia. Tum Oniam
ita reſpondentem dixisſe: hic eſt il-
le fratrum amator, qui multa pro
populo ſanctaque vrbe precatur,
15 Ieremias Dei vates. Deinde Iere-
miam, porrecta dextera, tradidisſe
Iudæ enſem aureum, et eo traden-
16 do, ſic fatum esſe: accipe ſan-
ctum enſem, munus a Deo, quo en-
17 ſe frangas aduerſarios. Hac illi
Iudæ oratione tam pulchra confir-
mati, quæ posſet ad virtutem exci-
tare, et iuuenum animos erigere,
decreuerunt, caſtra non facere, ſed
egregie inuehi: et cum omni forti-
tudine congresſi atque confligentes,
de ſumma rerum decernere, quan-
doquidem et vrbs et ſacra et fanum
18 periclitarentur. Erat enim eis de
vxoribus et liberis, itemque de
fratribus et cognatis periculum
minoris momenti: maximus vero,
et primus de conſecrato templo
19 metus. Erat et iis, qui vrbe conti-
nebantur, non mediocris æſtus, de
20 ſubdiali conflictu ſollicitis. Iam-
que omnibus futurum certamen
exſpectantibus, et iam congresſis
hoſtibus, diſtenſoque exercitu, et
belluis opportuno loco poſitis, at-
que equitatu ad cornua ordinato,
21 animaduertens Machabæus multi-
tudinis incesſum, armorumque
varium adparatum, et belluarum
feritatem, pasſis ad cælum manibus
inuocauit monſtrificum illum Do-
minum ſpectatorem: intelligens,
non in armis poſitam esſe victori-
am, ſed illum eam iis, quos dignos
ſtatuisſet, conciliare. Inuocabat 22
autem verbis huiusmodi: tu, Do-
mine, angelum tuum miſiſti, Eze-
chia regnante in Iudæa, qui ange-
lus in caſtris Sennacheribi centum
octogintaquinque hominum mil-
lia interfecit. Nunc, o cæli præ- 23
potens, præmitte nobis tuum bo-
num angelum, ad hoſtium timo-
rem terroremque: perterrefiant
tui brachii magnitudine, qui cum 24
impiis conuiciis tuum ſanctum po-
pulum adoriuntur. Hactenus ille
precandi finem fecit. Nicanoria- 25
ni vero cum tubis et pæanibus ac-
cedebant. At Iudæi cum Dei inuo- 26
catione et precibus cum hoſtibus
congresſi ſunt: et manibus pu- 27
gnantes, animis autem Deum o-
rantes, proſtrauerunt trigintaquin-
que non minus hominum millia:
adeo Dei præſentia fuerunt hilares.
Deinde quum opere defuncti, ſe 28
cum lætitia reciperent, Nicanorem
cum armatura occubuisſe, cognoue-
runt. Ortoque clamore et tumul- 29
tu, præpotenti Deo patria voce
gratias egerunt: iusſitque ille 30
prorſum et corpore et animo prin-
ceps ciuium propugnator, qui be-
neuolentiam toto æuo erga ſuos
populares conſeruauit, caput ma-
numque Nicanoris vna cum hu-
mero abſcisſam ferri Hieroſoly-
mam. Ac poſtquam eo peruenit, 31
conuocatis ſuis popularibus, et ſa-
cerdotibus ante aram conſtitutis,
iusſit arcesſi eos, qui erant in arce:
et oſtenſo ſcelerati capite Nicanoris, 32
manuque maledici, qua ille in ſan-
ctam Omnipotentis ædem porre-
cta, verbis ſuperbiuerat: ex- 33
ſectaque impii Nicanoris lingua, di-
xit, eam ſe fruſtulatim daturum ali-
tibus, dementisque manus pro
templo ſuſpenſurum. Hic vero 34
omnes ad cælum tam nobili Domi-
no gratias agere, et eius laudes
præ-

prædicare, qui locum ſuum con-
35 ſeruaſſet impollutum. Præfixit
autem Nicanoris caput in arce, eui-
dens omnibus, et manifeſtum au-
36 xilii Domini indicium: decreue-
runtque omnes communi ſuffra-
gio, eum diem nequaquam ignobi-
37 lem ſinere, ſed inſignem habere,
decimum tertium menſis duodeci-
mi. Adar ſyriaca voce dicitur,
vno die ante mardochaicum diem.
38 Igitur quum res Nicanoris ſic ſe ha-
buerint, et ex illis temporibus He-
bræi vrbem tenuerint, ego quo-
que hic librum finiam: et ſi qui- 3
dem bene et argumento conue-
nienter, hoc eſt, quod volui: ſin
exiliter et ieiune, hoc eſt, quod
potui. Vt enim vinum ſeorſim bibe- 4
re, aut rurſus aquam, inſuaue eſt:
ac quomodo vinum aqua tempera-
tum ſuaue eſt, et gratam efficit
delectationem: ita contextus ora-
tionis aures legentium delectat
conſtructione. Atque hic finis
erit.

VETERIS TESTAMENTI

FINIS.

NOVVM

BINDING LIST SEP 15 1951

Bible
Latin
C

522569

Bible. Latin
Biblia sacra ex S. Castellionis interpretatione. [Vol.1.]

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED

UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 15 27 05 10 002 6